ALFONSI
SALMERONIS
TOLETANI,
E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS Diui Pauli tomus TERTIVS; in ordine autem

TOMVS XV.

In quo alij tres Libri continentur.

SEXTVS IN EPISTOLAS AD GAlatas, ad Epheſios, ad Philipp. ad Coloſſenſes, & in vtramq; ad Theſſalonicenſes. Septimus in vtramq; ad Timotheum, ad Titum, & Philemonem. Octauus in Epiſtolam ad Hebræos.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Antonium Hierat, & Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote.
ANNO M. DC. XV.
Cum gratia & Priuileg. Sacræ Cæſar. Maieſt. ſpeciali.

INDEX DISPVTATIONVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS B. PAVLI IN EPISTOLAM ad Galatas LIB. VI.

DISPVTAT. I. Qui ſint Galatæ,& vnde originem duxerunt,& vbi ſedes acceperint,& quæ fuerit Apoſtoli mens,& ſcopus in huius Epiſtolæ conſcriptione: Quæ omnia inſtar eſſe poterunt procemij & argumenti, pag.1.

Diſput. II. in qua de iuſtificatione,quid & re, & nomine ſit, & quotuplex, diſſeritur,pag.3.

Diſput.III. in qua agitur de omnibus cauſis, quæ ad iuſtificationem concurrunt,pag.6.

Diſput.IV.in qua eſt ſermo de varijs fidei acceptionibus , & quæ ſit propria,& germana eius ſignificatio,dum Paulus ait,iuſtificationem ex fide oriri,diſſeritur, pag.10.

Diſput. V. in qua multiplices Hæreticorum ſenſus illius dicti Paulini, nempe iuſtificare ex fide,& proponuntur,& vt falſi & hæretici refelluntur : ſed in primis ſententia Lutheri confutatur, pag.13.

Diſput. VI. in qua impugnatur ſententia Caluini, Buceri,& aliorum, qui eos ſunt ſecuti in iuſtificationis articulo,pag.16.

Diſput. VII. in qua diſſeritur in Oſiandrum, Theodorum Bezam , & alios Theologos Saxonicos, qui ſententias Pauli de Fide iuſtificante referũt ad eum ſenſum, vt per Fidem apprehendamus iuſtitiam imputatam, hoc eſt Chriſtum,pag.19.

Diſput.VIII.in qua Catholicus,& verus ſenſus eius ſententiæ, qua dicimur ex fide iuſtificari,& proponitur,& latè explicatur,pag.25.

Diſput. IX. in qua obiectiones quædam quæ fiunt contra Catholicum ſenſum prædictum,prorſus diluendæ ſunt atque euacuandæ,pag.30.

Diſput.X.in qua diſſeritur quid ſit, *Gratis iuſtificari*, apud Apoſtolum,pag.31.

Diſput.XI.vbi de vero illorum verborum Pauli ſenſu agitur, cùm ait, hominem ex operibus legis non iuſtificari, vt habes Rom.3.& Galat.2. & 3. Rurſus quid ſimpliciter ſit, hominem ex operibus iuſtificari, aut ex operibus iuſtitiæ iuſtificari, quod non infrequens eſt apud Apoſtolum, pag.38.

Diſput.XII. in qua eſt ſermo de ſecunda iuſtificatione,qua quis,qui erat inſitus Chriſto, & per peccatum relapſus fuerat,rurſus in gratiam Dei recipitur,& iuſtificatur,pa.42.

Diſput.XIII.in qua eſt ſermo de tertia,& quarta ratione iuſtificandi hominem, non iam impium & peccatorem, ſed pium & iuſtum,pag.44.

Diſputat. XIV. in qua iuſti, ſiue iuſtificati oſtenduntur ſubeſſe legi Dei , & obligari ad eam ſeruandam, & poſſe eos (ſi ipſi velint) legi Dei, quatenùs obligat, ſatisfacere, pag.47.

Diſput. XV. in qua diſſeritur de ratione meritorum in operibus bonis quæ à iuſtis prodeunt,conſtituenda,pag.51.

Diſput. XVI. in qua etiam diſſeritur de merito quod in bonis iuſtorum operibus à Catholicis conſtituitur,pag.54.

Diſput.XVII. in qua Hæreticorum obiectiones refelluntur,qui meriti rationem in bonis operibus iuſtorum inficiantur,pag. 62.

Diſput. XVIII. in qua diſſeritur , an liceat quoquo modo in bonis operum meritis fidere, & an liceat iuſtis legem Dei obſeruantibus ad æternæ vitæ mercedem aſpiſcere, pag.67.

Diſput.XIX.in Apoſtoli verba,cap.1.ad Galat. *Miror quod ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti,in aliud Euangelium : Quod non eſt aliud niſi ſunt aliqui qui vos conturbant,& volunt conuertere Euangelium Chriſti, &c.*pag.72.

Diſput.XX.in illa verba Apoſtoli: *Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem,* & reliqua, pag.78.

Diſput. XXI. in illa verba: *Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem , niſi Iacobum fratrem Domini,&c.*vſque in finem capitis,pag.82.

Diſput. XXII. in illa verba cap. 2. *Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem , & contuli cum*

illis Euangelium quod prædico in Gentibus, & reliqua vſque ad illum locum : *Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam*, pag. 89.

Diſput. XXIII. in illa verba: *Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat, timens eos qui ex circumciſione erant, &c.* pag. 96.

Diſput. XXIV. circa eadem Apoſtoli verba, & reprehenſionem Petri à Paulo factam : ex quibus Sectarij noſtri ſeculi nonnulla hæretica & peſtifera dogmata in ſuam, & aliorum perditionem eliciunt, pag. 103.

Diſput. XXV. in illa verba: *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Scientes autē quod non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis iuſtificabitur omnis caro, &c.* in fin. vſque 2. cap. pag. 108.

Diſput. XXVI. in illa verba cap. 3. *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Hoc ſolū à vobis volo diſcere, &c.* vſque ad, Fratres ſecundum hominem dico, pag. 116.

Diſput. XXVII. in illa verba Pauli: *Fratres (ſecundùm hominem dico) tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Abrahæ dicta ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus, &c.* p. 122.

Diſput. XXVIII. in illa verba: *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Mediator autem vnius non eſt: Deus autem vnus eſt, &c.* vſque in fin. cap. pag. 128.

Diſput. XXIX. in illa verba cap. 4. *Dico autem quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt vſq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cùm eſſemus paruuli ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum*, & reliq. vſque ad: *Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe*, pag. 132.

Diſput. XXX. in illa verba : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis*, & reliq. in fin. cap. 4. pag. 140.

Diſput. XXXI. in illa verba, cap. 5. *State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri*, & reliqua in fin. vſque cap. pag. 147.

Diſput. XXXII. Et poſtrema, in illa Apoſtoli verba : *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis*, pag. 154.

IN EPIST. AD EPHESOS DISPVTATIONES.

DISPVTATIO I. De præſtantia Epiſt. ad Epheſios, deque eius argumento, pag. 161.

Diſput. II. in illa verba: *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione*, pag. 165.

Diſput. III. in illa verba: *Vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, in charitate, &c.* vſq; in finem, pag. 172.

Diſput. IV. in illa verba: *In quo & vos cùm audiſſetis verbum veritatis (Euāgelium ſalutis veſtræ) in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, Qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, &c.* in fin. vſque cap. 180.

Diſput. V. in illa verba, c. 2. *Et vos cùm eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis, &c.* pag. 189.

Diſput. VI. in illa verba: *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non eſt ex vobis*, & reliqua in finem vſque capitis, pag. 197.

Diſput. VII. in illa verba cap. 3. *Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gentibus, &c.* pag. 205.

Diſput. VIII. in illa verba: *Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur*, vſque in fin. cap. pag. 215.

Diſput. IX. in Apoſtoli verba, c. 4. *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis, vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*, & reliqua, pag. 224.

Diſput. X. in verba Apoſtoli: *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra omnes cælos, vt impleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas*, & reliqua, pag. 231.

Diſput.XI.in illa verba Apoſtoli: *Veritatem autem facientes in charitate,creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri,augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate,*& reliq.in finem vſque cap. pag.240.

Diſput.XII.in illa verba cap.5.*Eſtote ergo imitatores Dei,ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectione,ſicut & Chriſtus dilexit nos,&c.*pag.246.

Diſput. XIII. in illa Apoſtoli verba: *Subiecti inuicem, in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint,ſicut Domino: quoniam vir, caput eſt mulieris. ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ : ipſe Saluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres, &c.* & vſq; in fin. capitis,pag. 254.

Diſput.XIV.ac poſtrema in illa Apoſtoli verba, cap.16. *Filij obedite parentibus veſtris, in Domino,hoc enim eſt iuſtum.Honora patrem tuum,& matrem tuam (quod eſt mandatum primum in promiſsione)vt benè ſit,&c.* in fin. vſq; capitis, pag.265.

DISPVTATIONES IN PAVLI EPISTOLAM
ad Philippenſes.

DISPVTATIO I. De ciuitate,& populo Philippenſiũ:& quale ſit argumentum quod in hac epiſtola peculiariter ab Apoſtolo tractatur, pag.274.

Diſput.II.in primi capitis verba : *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, ſuper communicatione veſtra in Euangelio Chriſti, à prima die vſque nunc : Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum,perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu,&c.*pag.277.

Diſput. III. in qua verba quæ proxima ſunt ijs , quæ iam explicauimus per totum primũ caput declarantur,pag.279.

Diſput.IV.in illa verba cap.2. *Si qua ergo conſolatio in Chriſto, &c. Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis:* & infrà:*In humilitate,ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes non quæ ſua ſunt,ſinguli conſiderantes,ſed quæ aliorum.Hoc enim ſentite in vobis,quod in Chriſto Ieſu, &c.* pag. 282.

Diſput. V. in illa verba:*Humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſque ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.*vſque in fin. cap.6. pag.294.

Diſput.VI. in Apoſtoli verba cap.3.*De cætero fratres mei in Domino.Eadem vobis ſcribere,mihi quidem non pigrum,vobis autem neceſſarium. Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem,*vſque in fin. cap.pag.501.

Diſput.VII.in illa verba cap.4. *Itaq; fratres mei chariſsimi & deſideratiſsimi gaudium meum & corona mea,ſic ſtate in Domino chariſsimi,*& reliq. pag.308.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM
ad Coloſſenſes

DISPVTATIO I.vbi diſſeritur,quæ ſit hæc ciuitas Coloſſenſium,quę occaſio ſcribendi,& quod Epiſtolæ ſit argumentum,pag.316.

Diſput.II.in verba Apoſtoli ad Coloſ.1.*Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orantes. Audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu, &c.*pag.317.

Diſput.III.in illa verba Apoſtoli : *Et vos cùm eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſum operibus malis,nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem, &c.* vſq; in finem capitis, pag.326.

Diſput.IV.in ea verba cap. 2. *Volo enim vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carni , vt conſolenter corda ipſorum,&c.* pag.332.

Diſput.V.in illa verba:*In quo & circumciſi eſtis circumciſione non manu facta,in explicatione corporis carnis,&c.* vſque in fin. cap. pag. 339.

Diſput. VI. in verba tertij capitis ad Coloſſ. *Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite,&c.*vſq; in finem cap. pag.349.

Diſput.VII. in illa verba: *Domini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate,ſcientes quod & vos Dominum habetis in cœlo,&c.* vſque in fin.c. pag. 354.

DISPVTATIONVM IN PRIOREM EPISTOLAM
ad Theſſalonicenſes.

DISPVTATIO I. in primum caput,vbi in primis argumentum eius continetur, pag. 358.

Diſput II. in illa Apoſtoli verba cap.2. *Nam & ipſi ſcitis, fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: ſed antè paſſi multa, &c.* vſque in fin.cap pag. 361.
Diſput.III in illa verba cap.3. *Propter quod non ſuſtinentes amplius placuit nobis remanere Athenis, ſolis, & miſimus Timotheum, &c.* vſque in fin cap.pag.365.
Diſput.IV. in illa verba cap.4. *De cætero ergo, fratres rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu, &c.* pag. 367.
Diſput.V in illa verba cap.5. *De temporibus autem, & momentis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis, &c.* vſque in fin. cap.pag.373.

DISPVTATIONES IN POSTERIOREM EPIſtolam ad Theſſalonicenſes.

DISPVTATIO I. in qua de argumento præſentis Epiſtolæ diſſeritur, & de loco vnde miſſa: & in qua primi capitis verba expediuntur, pag.381.
Diſput.II. in illa verba cap.2. *Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* pag.384.
Diſput. III. in qua reliquis dubitationibus de Antichriſto, quæ ſuperſunt, reſpondetur, & maximè Apoſtoli verba explicantur, pag.393.
Diſpur.IV. in verba tertij cap. poſterioris ad Theſſalonic. *De cætero, fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, &c.* vſque in fin.pag.400.

DISPVTATIONES IN OBSCVRIORES LOCOS prioris Epiſtolæ ad Timotheum.
LIBER VII.

DISPVTATIO I. in qua diſſeritur de Epiſtolæ argumento, & de ipſo Timotheo; & de loco, & tempore ſcriptionis eiuſdem, pag. 403.
Diſput.II. in illa verba primi capitis: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cùm irem in Macedoniam, vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem Dei, quæ eſt in Fide. Finis autem præcepti eſt charitas: de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores non intelligentes, &c.* vſque ad illud: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu*, pag.407.
Diſputat.III. in illa verba: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu Domino noſtro: quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio, qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus*, & reliq. vſque in finem cap.pag. 416.
Diſput. IV. in illa verba: *Quorum primus ego ſum. Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primò oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam, &c.* pag. 434.
Diſpur. V. in illa verba cap.2. *Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietem & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt, acceptum Saluatori noſtro, &c.* pag.442.
Diſput.VI. in qua reliquis tribus propoſitis dubitationibus reſpondetur pag. 451.
Diſput.VII. in qua agitur peculiariter in Hæreticos, negantes eſſe vllos alios mediatores ad Deum, qui pro nobis precibus intercedant, præter Chriſtum; non Sanctos, non Angelos, neque Virginem Deiparam, pag.458.
Diſput. VIII. in qua argumenta Hæreticorum, quæ contra precationem & inuocationem Sanctorum fiunt, refelluntur ac diluuntur, pag.467.
Diſput.IX. in illa verba: *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona, &c.* vſque in fin.cap.pag. 477.
Diſput. X. in illa Apoſtoli verba 3. cap. *Fidelis ſermo. Si quis Epiſcopum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum*, pag.486.
Diſpur.XI. in Apoſtoli verba: *Sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, &c.* pag. 497.
Diſput. XII. in illa Apoſtoli verba: *Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primum, &c.* vſque in fin. cap.pag.510.

Diſput. XIII. in illa verba Apoſtoli 4. cap. *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidem à Fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, &c.* vſque in fin. cap. pag. 521.
Diſput. XIV. in verba Apoſtolica cap. 5. *Seniorem ne increpaueris: ſed obſecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores, in omni caſtitate. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt: ſi qua autem vidua, &c.* in finem vſque verborum, in quibus agit de viduis Apoſtolus, pag. 531.
Diſput. XV. in illa verba cap. 5. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui trituranti: & dignus eſt operarius mercede ſua, &c.* vſque in fin. pag. 545.
Diſput. XVI. in Apoſtoli verba 6. cap. *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, &c.* & reliqua vſque ad illud: *Tu autem ô homo Dei hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, &c.* pag. 554.
Diſput. XVII. ac poſtrema in illa Apoſtoli verba: *Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge, ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei; apprehende vitam æternam in quam vocatus es, &c.* & reliq. vſque in fin. cap. pag. 564.

DISPVTATIONES IN OBSCVRIORES LOCOS
Epiſtolæ ſecundæ ad Timotheum.

PRIMA Diſputatio, continens Epiſtolæ argumentum, & quo tempore fuerit ab Apoſtolo hæc Epiſtola conſcripta, pag. 572.
Diſput. II. in primum caput Epiſtolæ poſterioris ad Timoth. ab eo loco: *Gratias ago Deo meo, cui ſeruio à progenitoribus meis in conſcientia pura, &c.* vſque in fin. cap. pag. 575.
Diſput. III. in verba ſecundi capitis: *Tu verò fili mi, confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda omnibus fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, &c.* in finem vſque cap. pag. 586.
Diſput. IV. in verba 3. cap. Epiſtolæ poſterioris ad Timotheum: *Hoc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa; & erunt homines ſe ipſos amantes, &c.* in fin. vſque cap. pag. 602.
Diſput. V. in verba quarti capitis poſterioris Epiſtolæ ad Timotheum: *Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt mortuos, & per aduentum ipſius, & regnum eius,* & reliq. vſque in fin. cap. pag. 607.

DISPVTATIONES IN EPIST. AD TITVM.

DISPVTATIO I. de argumento quo de agitur in hac Epiſtola, & de primi capitis dubitationibus: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, &c.* vſque in fin. cap. pag. 618.
Diſput. II. in verba ſecundi capitis Epiſtolæ ad Titum: *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia,* & reliq. in fin. vſque cap. pag. 627.
Diſput. III. tertij capitis verba Epiſtolæ ad Titum: *Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, &c.* in fin. vſque cap. pag. 632.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM B.
Pauli ad Philemonem.

DISPVTATIO I. pag. 639.
Diſput. II. in Epiſtolam ad Philemonem, in illa verba: *Gratias ago Deo meo ſemper memoriam tui faciens, &c.* pag. 640.

DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS B. PAVLI APOSTOLI
liber poſtremus: in quo peculiariter Epiſtola ad Hebræos excutienda eſt, & explicanda.

DISPVTATIO I. in qua agitur, num hæc Epiſtola ad Hebræos deſtinata, Pauli Apoſtoli ſit, an alterius, pag. 646.
Diſput. II. in qua Epiſtola ad Hebręos inter libros Sacros & Canonicos tanquam diuina Scriptura reponenda comprobatur, pag. 651.

Diſpu-

Index Diſputationum.

Diſputatio III. in qua agirur, num hæc Epiſtola Hebræa lingua fuerit cōſcripta, an potius Græca, vt quidam contendunt, pag. 652.

Diſput. IV. in qua diſſeritur, cur hæc Epiſtola inter omnes alias Pauli literas poſtremum locum ſortita ſit: & qui ſint ij Hebræi ad quos deſtinatur, &c. pag. 656.

Diſput. V. in illa verba capitis primi: *Multifariam multiſq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem cōſtituit hæredem, &c.* pag. 660.

Diſput. VI. in illa verba: *Qui cùm ſit ſplēdor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedes ad dexteram Maieſtatis in excelſis, &c.* pag. 665.

Diſpur. VII. in illa Apoſtoli verba: *Et rurſum Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium: & cùm iterum introducit primogenitum in Orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei, &c.* pag. 669.

Diſput. VIII. in qua omnia teſtimonia, quæ in hoc capite continentur, nimirum: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, in ſeculum ſeculi: Virga directionis virga regni tui,* in finem vſque capitis ediſſeruntur, & explicantur, pag. 668.

Diſput. IX. in illa verba cap. 2. *Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & ſi omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam accepit mercedis retributionem, &c.* vſque ad illud: *Eum autem qui in modico quàm Angeli minoratus eſt,* pag. 680.

Diſput. X. in illa verba: *Eum autem qui in modico quam Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum, &c.* in fin. vſq; capitis, pag. 691.

Diſput. XI. in illa verba cap. 3. *Vnde fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, &c.* vſq; in fin capitis, pag. 696.

Diſput. XII. in illa verba cap. 4. *Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim & nobis nunciatum eſt, quemadmodum & illis,* & reliq. vſque in finem quarti cap. pag. 702.

Diſput. XIII. in illa verba cap. 5. *Omnis namq; Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, &c.* vſq; in finem cap. pag. 705.

Diſput. XIV. in Apoſtoli verba cap. 6. *Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, &c.* vſque in fin. cap. 6. pag. 712.

Diſput. XV. in illa verba cap. 7. *Hic enim Melchiſedec Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo è cæde Regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuiſit Abraham, primùm quidem, qui interpretatur Rex iuſtitiæ,* & reliqua pag. 722.

Diſput. XVI. in qua explicantur dubitationes quæ ſuperſunt ex his quæ poſitæ ſunt in ſeptimum caput ad Hebræos, pag. 727.

Diſpur. XVII. in illa verba cap. 8. *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur, talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis, ſanctorum miniſter, &c.* vſque in finem cap. pag. 736.

Diſput. XVIII. in illa verba cap. 9. *Habuit quidem & prius, iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſeculare. Tabernaculum autem factum eſt primum, &c.* vſque in fin. cap. pag. 741.

Diſput. XIX. in illa verba cap. 10. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, nō ipſam imaginem rerum, &c.* vſque in fin. cap. pag. 752.

Diſput. XX. in Apoſtoli verba cap. 11. *Eſt autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium,* pag. 761.

Diſput. XXI. in illa verba: *In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Fide intelligimus, &c.* pag. 769.

Diſput. XXII. in illa verba cap. 12. *Ideoq; & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, &c.* pag. 778.

Diſput. XXIII. ac poſtrema in verba cap. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis, &c.* pag. 786.

Finis Diſputationum.

Digitized by Google

R. P. ALFONSI SALMERONIS TOLETANI THEOLOGI E SOCIETATE IESV, DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS B. PAVLI,

LIBER VI.

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

DISPVTATIO PRIMA.

Qui ſint Galatæ, & vnde origenem duxerint, & vbi ſedes acceperint; & quæ fuerit Apoſtoli mens & ſcopus in huius Epiſtolæ conſcriptione: Quæ omnia inſtar eſſe poterunt proœmij & argumenti.

QVARTA In ordine eſt Epiſtola ad Galatas, & in argumētoquod ediſſerit; illi ad Romanos proxima; obſcura tamen, & multis nodis, ac difficultatibus implicita: in qua explicanda olim Lutherus magnam impiarum, & hæreticarum opinationum ſyluam attulit. Vt in ea non minus verum ſit Apoſtolorum principis dictum, quàm in primaria illa ad Romanos: *In quibus*, inquit, *ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauāt, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem*. Proinde diligentiori diſputationis cura nobis eſt interpretanda, & à prauis & detortis Hæreticorum ſenſibus vindicanda, & catholicis expoſitionibus illuſtranda.

2. Petr. 3.

Galatia, ſeu Gallogræcia quid.
Strabo lib. 12 Geogra. circa finem.

Galatia, quæ priùs alio nomine Gallogræcia vocata eſt teſte Strabone, prouincia inclyta eſt in Aſia minori, vnde & multis eccleſijs decorata erat ob eius amplitudinem, vt rectè Apoſtolus plurali numero dixerit: *Eccleſijs Galatiæ*. Cæterùm vt olim Orientis, & Græciæ examina, ad Occidentis vltima peruenerant, vt doctè tradit Hieronymus noſter: vnde & Maſſiliam Phocæi condiderunt; quos ait Varro trilingues fuiſſe: quòd & Græcè loquerentur, & Latinè, & Gallicè. Oppidum etiam Rhoda coloni Rhodiorum locauerūt, vnde omnis Rhodanus nomen accepit, & Carthaginis conditores extiterunt: & in Hiſpania Saguntum Græci ex inſula Zazyntho profecti condiderunt, & oppidū Tarteſſon, quod nunc vocatur Carteia, Ionas Græci homines locaſſe referuntur: & ipſa Italia à Græcis populis occupata, maior quondam Græcia nuncupata eſt: & Romani de Æneæ Aſiani hominis ſtirpe, quod negari non poteſt, generati ſunt: Ita etiam è contrario, Occidentales Gallorum populos, tantis terrarum ſpatijs prætermiſſis, in Orientis plaga conſediſſe memorant. Et dictos eſſe Galatas à Gallis, vt peculiariter Cæſar in ſuis teſtatur commentariis, aſſerens tertiam partem Galliæ dictam eſſe lingua illorum Celtas, Romana autem Gallos. Hi igitur, qui ad Rhenum vſque protenduntur, vt autor eſt Raphaël Volaterranus, ante Annibalis in Italiam aduentum, pluries Alpes traiecerunt. Primò quidem dulcedine vini allecti, duce Belleuaſo, & Mediolanum ædificarunt; Deinde Celitonio duce, & Bellouaſo fauente, iterùm irruperunt, & Brixiæ, & Veronæ loca tenuerunt: Rurſus poſteà cùm intra Padum, & Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non modò Hetruſcos, ſed & Vmbros de ſedibus ſuis expulerunt, & intra Apenninum ſeſe tenuerunt: Poſtremò Sennones etiam potentiſſimi ad mare Adriaticum Breno duce, Senarum vrbem incoluêre, & ab Vſente fluuio ad Atheſim loca tenuerunt, & vrbem obſederunt: & niſi Camillus libertatem vindicaſſet, Romam tenuiſſent. Sed illi poſteà à Romanis expulſi, in Græciam traijcientes, Delphos ſpoliare conati ſunt: ſed imbre, grandineque, Phœbo quodammodò vltore, vt putabatur, extincti ſunt. Et vt Strabo ait, Qui reliqui fuerunt ex illis, Gallogræci, ſiue Galatæ dicti ſunt. Hi Paphlagonibus, & Phrygiæ vicini ſunt cis Halim. Et tres eorum gentes præcipuè extiterunt, Trogini, Toliſtobogi à ducibus dicti,

Orientales populi qui, quas ſedes in Occidente tenuerint.
D. Hieron. in præfatio 2. libri in epi. ad Galat. prope init. tom. 9.
M. Varro.

Galatæ à Gallis denominati
C. Cæſar.

Galli quinquies Alpes traiecere: quas vrbes condiderint, & occuparint.
Raphael Volaterra lib. 3. Geogra.

Vbi tandem conſederint; & Galatæ, ſeu Gallogræci nominati.

Strabo lib. præſcripto.

Galatæ, in tres olim populos, & linguas fuere diuiſi.
Plin. c. vlt.

Tectoſagi à gente Galliea: treſque habuerunt nobiliſſimas ciuirates, vt ait Plinius lib. 5. Tanium, Peſſinuntem, & Ancyram. Deinde res à tribus principibus delata eſt ad vnum regem Deiotarum à Pompeio inſtitutum, cui ſucceſſit Amyntas, qui pro Antonio in caſtris fuit, deinde ad Auguſtũ confugit: quo extincto, à Romanis ſimul Galatia cum Cappadocia, & Ponto, prouincia Populi Romani inſtituta eſt.

Eorum priſtina virtus quanta, & vnde degenerarit.

Et à principio quidem Galatę tanra potentia floruerunt inter vicinos imbelles, vt magna Aſiæ pars eſſet illis tributaria. Sed exoleſcente propria virtute, & Aſiaticis delicijs ſe dedentes degenerarunt. Et ita à Cn. Manlio Conſule, quòd Antiochum iuuiſſent, prælio facilè debellati ſunt, & ſuperati. Lege Liuium libro octauo, belli Macedonici. Pauli igitur tempore ſub Romanis degebant; de quibus Hieronymus: Galatæ, iuquit, excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem penè habẽt quam Treuiri, etiamſi aliquas voces deinde corruperint.

Quando Romanis ſeruierint.
Liuius.
B. Hiero loco prædict. in fin.

Iuſtin.
Gallorum mira fœcunditas.

Placet autem ſubijcere teſtimonium Iuſtini hiſtorici de fortitudine horum populorum libro 25. *Gallorum*, inquit, *ea tempeſtate tanta fœcunditatis iuuentus fuit, vt Aſiam omnem velut examine aliquo implerent. Denique neque Reges Orientis ſine mercenario Gallorum exercitu vlla bella geſſerunt, neque pulſi regno ad alios quàm ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, ſiue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithymia Rege inuocati, regnum cum eo parta victoria diuiſerunt, eamque regionem Gallogræciam cognominauerunt,* Hæc ille.

Cùm igitur ad hos populos Paulus euangelizando perueniſſet, atque eos ad ſynceram Chriſti fidem perduxiſſet; in his, vt in agro optimè culto, inuidus atque inimicus homo ſuperſeminauit zizania. Nam quorundam hominum prauè ſentientium opinionibus infecti, Chriſtum, ac eius Fidem ſine circumciſione, & legis Moſaicæ cæremonijs nihil valere exiſtimabant. Aſſerebant enim pſeudoapoſtoli, Petrum, Iacobum, & Ioannem, & totas Iudææ eccleſias Euangelium Chriſti cum lege veteri miſcuiſſe, ipſum autem Paulum aliud in Iudæa facere, aliud Gentibus prædicare, & fruſtrà eos in Chriſtum credere crucifixum, ſi id negligerent quòd Apoſtolorum principes obſeruarent; cùm tamen Galatæ Gentiles eſſent, & nihil ad eos lex pertinuiſſet. Vrgebant etiam Paulum, quòd Timotheum circuncidiſſet, & vocabant eum non Apoſtolum CHRISTI, ſed Apoſtolorum diſcipulum. Sed hoc vbi primùm ad aures Apoſtoli peruenit, vehementiſſimè, vt par erat, commotus eſt, & ad illos hanc ſua manu conſcripſit Epiſtolam, ſuamque doctrinam, & autoritatem præter morem à ſe obſeruatum plurimum commendauit, & doctrinam quidem ſuam nõ ſe ab aliquo homine, ſed à Ieſu Chriſto accepiſſe, & ſe poſt multos annos Euangelium quod antè prædicauerat, cum columnis, id eſt, cum primariis Apoſtolis, Petro, Ioanne, & Iacobo contuliſſe, illoſque ſuo calculo id comprobaſſe, vt anathema eſſe dicat omnem qui diuerſum ſenſerit, etiamſi ille Angelus ſit, nec ſe ipſum vltioni eximat, ſi ipſe aliter traderet. Parem quoque cum Apoſtolis à CHRISTO ſe accepiſſe autoritatem oſtendit: vnde nec fallacibus ſuis fratribus ſeſe vnquam ſubmiſiſſe, neque Titum propter eorum metum circumcidere voluiſſe. Tradit propterea Euangelium Gentium ſibi conceſſum fuiſſe, quemadmodum Iudæorum anteà Petro fuerat à Chriſto creditum: & ideo beato Petro quòd menſas Hentilium vitaret, palam Antiochiæ contradixiſſe, illumque de ea diſſimulatione publicè reprehendiſſe. Quæ omnia non vt inflatus ſeſe in eos efferat, recenſet, ſed magis vt doctrinam quam habebat, non ab vllis hominibus, vel ab ipſis Apoſtolis, ſed à Deo ſibi traditam indicaret, ſuamque autoritatem cum reliquorum Apoſtolorum autoritate parem eſſe demonſtraret, quò Galatæ ſibi tanquàm Chriſti Apoſtolo crederẽt, & vt ijs quæ de extinctione Circumciſionis, & aliarum cæremoniarum legis prædicauerat, fidem haberent. Deinde ſolidis rationibus, & grauibus Scripturarum teſtimonijs, & exemplis Epiſtolam exornat, vt ſola Ieſu Chriſti fide, ablegatis legis obſeruantijs & cæremonijs, homines iuſtificari oſtendat.

Matth. 13.

Galatæ ſeducti quid alienum à Chriſti fide, & Pauli doctrina, dignitateque ſentirent.

Actor. 16.

Quomodo Paulus in hac Epiſtola pro ſua ſapientia, ab errore ad veritatis viã illos ſtudeat reuocare.
Galat. 1.
Infrà 2.

Suprà 1.
Infrà 2.
Ibidem 1.
Ibidem.
Ibidem.

Idem Apoſtolus alioqui modeſtiſſimus cur Galatis ſic proferat, & oſtentet Apoſtolatus inſignia.

Poſtremam verò Epiſtolæ partem optimis vitæ inſtitutis, & præceptis referſit, ſuamque eximiam aduerſus eos charitatem incredibili animi affectu, atque ſyncera pietate declarat, quò eos ab errore ad Euangelicam libertatem citius reuocaret. Quamobrem eos liberiùs reprehendit, inſenſatos vocat, & faſcinatos, & vt filiolos ſuos ſe eos reparturire affirmat. Atteſtatur denique huius Epiſtolæ difficultati, quòd doctiſſimus Origenes quinque propria volumina in hanc Epiſtolam dictauerit, & decimum librum Strommatum ſuorum commatico ſuper explanatione

Galat. 3.
Infrà 4.

Veteres Patres hãc Epiſtolam quàm à ſuis ſententijs illuſtrarint.

eius

eius ſermone compleuerit. Marius etiam Victorinus, ſicut Didymus Laodicenus, Euſebius Emiſenus, & Theodorus Heracleota nonnullos in hanc Epiſtolam commentarios ediderunt. Vt nihil dicam de Chryſoſtomo, Theodoreto, Oecumenio, & Theophylacto, & noſtris Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino. *Scit*, inquit Hieronymus, *mecum qui vidit Ancyram metropolim Galatiæ ciuitatem, quot nunc vſque ſchiſmatibus declarata ſit: quot dogmatum varietatibus conſtuprata: Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manichæos. Nota enim iam hæc humanæ calamitatis vocabula ſunt. Quis vnquàm Paſſalorincitas, & Aſcodrobos, & Artotyritas, & cætera magis portenta quàm nomina in aliqua parte Romani orbis audiuit: Antiquæ ſtultitiæ vſque hodie manent veſtigia.* Hæc ille.

B. Hieron. in fine præfat. libri 2. in hanc epiſtolam. Qualia commemoret in Galatia olim extitiſſe Hæreticorũ portenta Hieronymus.

Decretum porrò ab Apoſtolis in Hieruſalem congregatis editũ, ne videlicet Gentiles legis Moſaicæ ſarcina, & iugo importabili grauarētur; deſtinatum peculiariter fuit ad fratres qui erant in Antiochia Syriæ, & in Cilicia; à qua cùm non procul abeſſent Galatæ, in illis comprehenſos eſſe intelligimus. Porrò, ne ſcrupulus vllus te cruciet, bone Lector, aduerte, Petrum Apoſtolum ſcripſiſſe literas ad ſparſos, ſiue ſparſim incolentes Iudæos Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, & Bithyniam; Paulum verò non ad Iudæos, ſed ad Gentiles, qui Galatiam incolebant, literas has direxiſſe: Alioqui firma Apoſtoli argumenta non eſſent, ſi Galatarum nomine venirent Iudæi incolentes Galatiam.

Apoſtolicæ Synodi Act. 15 habitæ de lege Moſis nõ obſeruanda decretũ, ad Galatas quoque perueniſſe. Nõ eoſdem quibus B. Petrus, & illos quibus Paulus ſcripſit, Galatas eſſe.

Quoniam verò in tota hac Epiſtola iuſtificationis articulus præcipuè excutitur, atque explanatur, non putaui ab re fore, ſi paucis diſputationibus Tractationem hãc diligentius, & luculentiùs excuſſero, vt ſit inſtar, vt diximus, cuiuſdam prolegomeni, ad ſententias huius Epiſtolæ, & illius ad Romanos planiùs accipiendas. Itaque antequam ad Textum explicandum accedamus, de iuſtificatione vberius, & pleniùs diſſerendum erit.

DISPVTATIO II.

In qua de iuſtificatione quid & re, & nomine ſit, & quotuplex, diſſeritur.

Cauſæ exponitur huius ſuſceptæ diſputationis.

QVONIAM ſuperiùs Apoſtolus, præſertim in Epiſtola ad Romanos, paucis verbis multa de iuſtificatione complexus eſt, plura etiam ſuper hoc eodem argumento in ſecundo, & tertio, & quarto Capitibus huius Epiſtolæ attingit, comprobando iuſtificationem ex fide oriri; quàm plurima verò ſunt quæ ab Hæreticis noſtri ſeculi, & præſertim à Martino Luthero, atque eius diſcipulis contra ſenſum Eccleſiæ Catholicæ impiè & perperam diſputata ſunt; cogor de toto hoc articulo vberius, & ſubtilius diſſerere, & quæ in eo ſunt obſcuriora, illuſtrare, dolos autem, & prauos Hæreticorum ſenſus iugilare.

Dicemus igitur primò quid & re, & nomine iuſtificatio ſit; Deinde, quo magis eius naturam, & eſſentiam comprehendamus, quæ ſint cauſæ quæ ad eam concurrunt, latiùs à nobis explicabitur: Tertiò loco quid ſit, ex fide iuſtificari, quid item Gratis iuſtificari, quid denique ſine operibus legis, vel ſimpliciter ſine operibus iuſtificari, diſtinctè tradendum erit. Nam propter hæc tria Apoſtoli verba magni tumultus, & tragœdiæ noſtro ſeculo dæmonum opera, & hominum proteruia excitatæ ſunt, vt propter eos compeſcendos, & fideles in veritate Fidei inſtruendos, atque Hæreticos reprimēdos, meritò ſancta Synodus Oecumenica Tridentina fuerit noſtra ætate coacta. Ex quibus liquidum, vt ſpero, reddetur, an axioma illud ab Hæreticis noſtri temporis decãtatum, nimirum, Sola fides iuſtificat, verum aliquo modo exiſtat.

Eius ſeries, & ordo.

Vt igitur ad primum accedamus, iuſtificatio, quod ad nomen ſpectat, non eſt aliud quàm iuſti effectio, ſiue quod idem eſt, iuſtitiæ adeptio: quemadmodum ſanctificatio, & magnificatio aliud non ſunt, quàm ſanctitatis, & magnitudinis adeptiones. Eſt autem hic motus iuſtificationis duplex, actiuus videlicet, & paſſiuus: nam iuſtificans, actione ſua iuſtum facit; & iuſtitiam ſuſcipiens, dicitur iuſtus effectus: non ſecùs atque calefactionis motus, quæ & actio eſt calefacientis, & ſimul paſſio quam ſuſcipit ſubiectum calefactionis capax, quod calefactum eſt. Deus ſiquidem ratione præditam creaturam iuſtificare dicitur, dum peccatum remittit, & peccatorem ſibi per gratiam reconciliat, & donum iuſtitiæ, qua legem poſſit ſeruare, & ad præmium æternum contendere, largitur: Homo verò iuſtificari dicitur, & iuſtificationem percipere, quatenus Deo reconciliatur, & tantæ iuſtitiæ donum adipiſcitur.

Quid ſit nomine iuſtificatio.

Eius duplex motus exiſtit.

Quomodo iuſtificet hominē Deus, homo verò iuſtificetur.

Et quoniam voces æquiuocę, iuxta Philoſophi doctrinam, prius veniunt diſtinguendæ, quàm definiendæ; idcirco cùm iuſtificari, à verbo actiuo iuſtificare deſcen-

Æquiuoca prius diſtinguenda, quā definiēda, teſte Philoſopho.

Ariſt lib.2. Elench. ca.2. tom 1. ſub fin.

Triplex modus iuſtificationis.

ſcendat, quod non eſt aliud quàm iuſtum & rectum facere eum quem iuſtificat: proptereà dicendum eſt tot modis dici aliquē iuſtificari, quot etiam actiuè aliquis alterum iuſtificat. Prima ergo, & propria, & cognata ſuæ vocis etymologię ſignificatio, eſt effectio iuſti, ſiue adeptio iuſtitiæ, cum quis videlicet ex non iuſto, vel ex iniuſto iuſtus efficitur: & ex hac cæteræ ſignificationes originem ducunt. Nam ſicut propriè dicitur fieri quod nondum erat, ita propriè dicimus aliquid fieri tale, quod tale anteà non erat: & de hac ſignificatione potiſſimum hic eſt ſermo, & in Epiſtola ad Romanos.

1. maximè proprius.

Secundus.

Deinde quia illud quod conſeruatur, & augetur, aliquo modo dicitur fieri, ob id etiam iuſtificari, ſignificat ampliorem iuſtitiam acquirere, & in illa perfici. Qui enim in iuſtitia proficit, nouum aliquem iuſtitiæ gradum acquirit: non ſecùs ac ille, qui ex paupere locupletatur, & qui ex diuite, ampliùs deteſcit. Ideo ſcriptum eſt: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc:* &, *Ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari.*

Apoc. vlt. Eccli. 18.

Tertius.

Denique, quia id quod eſſe nōdum apparet, videtur quodammodo non eſſe, & cùm manifeſtum redditur, aliquo modo dicitur fieri: hinc tertius iuſtificationis modus oritur, cùm quis videlicet vel pronunciatur, vel declaratur, vel habetur iuſtus: & in hoc ſenſu iuſtificari, verbum eſt forenſe. Iuſtificantur enim, qui ab impoſitis criminibus per legitimos iudices abſoluuntur. Hęc autem pronunciatio ſi à Deo fiat, cùm nihil illum lateat, nec falli, aut fallere poſſit: profectò ille iuſtus eſt, quem Deus iuſtum eſſe pronunciat. Et vt Apoſtolus ait: *Non qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Deus commendat.* Hinc & ait idem Apoſtolus: *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur:* id eſt, in iudicio illo incorrupto iuſti à Deo declarabuntur. Si verò à iudice, vel à quouis homine fiat, qui interiora hominis non nouit, poteſt abſque culpa, & errore illum iuſtum pronunciare qui reuera non eſt; cùm omnes coniecturę, & humanæ probationes eò tendant, vt illum iuſtum iudicent, & comprobent, qui non eſt reuera. Rurſus cùm homo poſſit prudens, & volens aberrare, & peccare; contingere poteſt, vt quem facilè iuſtum deprehenderit, pronuntiet iniuſtum; aut etiā quem iniuſtum inuenit, pronunciet iuſtum. Vnde hæc ab homine iuſtificatio, poteſt eſſe abominatio apud Deū. Hinc Scriptura tales qui ſeipſos, vel alios iuſtificant,

Verè iuſtus apud Deum quis.

2. Cor. 10.

Rom. 2.

Homo hominē iuſtificat aliter quam Deus.

Luc. 16.

Se, vel alios temerè iuſtificantēs Scriptura condēnat.

ſolet reprehendere. Vnde Eſaias: *Væ*, inquit, *qui iuſtificatis impium pro muneribus*; & Iob, *ſi iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me:* & Salomon; *Qui iuſtificat impiū, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum:* & in Euangelio, *Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra.* Et quidem Iuriſperitus volens iuſtificare ſe ipſum dixit: *Et quis eſt proximus meus?* Ait etiam Apoſtolus: *Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Id eſt: Non proptereà manifeſtum eſt me eſſe iuſtum: quia non eſt meum de me iudicare. Qui autem iudicauit me, Dominus eſt: id eſt, Qui habet poteſtatē pronunciandi me iuſtum, Dominus eſt, cuius ſententiam omnes probare habent. Vnde rectè ſubiungit: *Nolite ergo ante tempus iudicare.* In bono autem ſenſu ait Dauid: *Humilem & pauperem iuſtificate*; & iterum, *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:* Luc. 17. *Omnis populus audiens, & publicani iuſtificauerūt Deū:* &, *Iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis*, id eſt iuſta declarata. Eſt ergo, quod ad vocem attinet, iuſtificatio, iuſti effectio, & auctio, & declaratio.

Eſai 5. Iob 9. Prouer. 17. Luc 16. Suprà 10.

1. Cor. 4.

Quid illud Apoſtoli: Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum.

Ibidem.

Pſal. 81. Pſal. 50. Rom. 3. Luc 7. Ibidem 35.

Actiua verò Dei iuſtificatio eſt, qua aliquem ex non iuſto vel iniuſto iuſtum facit; vel ex iuſto iuſtiorem reddit, vel iuſtū ſua ſententia pronunciat. Paſſiua verò eſt, vel adeptio iuſtitiæ, vel amplioris iuſtitiæ, vel declaratio iuſtitiæ: & hæc de voce dixiſſe ſit ſatis.

Quid ſit re iuſtificatio.

Quò verò rem luculentiùs explicare valeamus; cùm iuſtificatio, motus ſit, quo iuſtitiam adipiſcimur, & multiplex inueniatur iuſtitia: hinc eſt, vt non vna tantùm ratione dicatur homo iuſtificari. Et quia voces prius ſignificant res infimas, & humanas, quàm diuinas, & cœleſtes; idcirco in genere loquendo, iuſtum, ſiue iuſtitia, exacta quædam eſt ad regulam ſuam conformitas: ſiue iuſtus deſcendat à iure quod iuſtus ſeruat, ſiue ab aduerbio iuxtà, id eſt propè, ſeu ſecùs: quia in cuiuſque rei appropinquatione ad ſuam regulam dicitur iuſta, & in declinatione ab ea dicitur iniuſta. Hinc veſtitus, & calceus, qui conuenit illi cui factus eſt, iuſtus dicitur: iuſtus item paries, qui à regula ab architecto adhibita non declinat: iuſta item, & recta via, quæ non declinat à termino ſuo. Denique metaphoricè qui ad regulam quam Deus præſcripſit, vitam ſuam componit, iuſtus dicitur: & qui ab ea aberrat, iniuſtus. Duplicem porrò accepit homo regulā à Deo, alteram humanam, quæ conſtat legibus humanis, quibus qui ſe conformem redderet, iuſtificaretur iuſtitia humana, ſine

Iuſtum, ſiue iuſtitia quid: iuſti nomen vnde deſcendat.

Iuſtus impropriè quis dicatur, & iniuſtus.

Duplex regula homini à Deo tradita.

illa

Humana iuſtitia particularis duplex eſt.
Philoſoph lib. 6. Ethico. c. 1. in fin. tom. 2.
Iuſtitia item humana vniuerſalis triplex.
Natura hæc iuſtitia corã Deo efficit iuſtũ: & qualis poſſit videri.

illa ſit iuſtitia particularis; quæ in commutàtiuam,& diſtributiuam diſtinguitur;ſiue vniuerſalis, & legalis, quæ omnis virtus ab Ariſtotele nuncupatur : nam amplectitur Ethicam,Oeconomicam, & Politicam iuſtitiam, quibus homo tum in ſe ipſo rectè componitur, vt motus cupiditatum in rationem inſurgentium reprimat, tùm quia, quod ad externa attinet,regitur ſecundùm quod quieti, & paci, vel domus, vel Reipublicæ expedit. Vniuerſa porrò hæc iuſtitia ſatis quidem eſſet ad iuſtificandum coram hominibus , etiamſi daremus poſt peccatum illam fieri, & obſeruari à nobis poſſe ſine Chriſti fide, aut eius gratia; non tamen ad iuſtificãdum coram Deo, quemadmodum ſordidi, & inciuiles mores ruſtici alicuius villam colentis , aulico , vel politico viro, vel nobiliſſimi principis filio minimè congruentes eſſent. Præter humanam illam ergo habet homo alteram diuinam regulam,ſiue legem,ad quam ſeſe debet homo accommodare : quæ tùm in veteri, tum in nouo Teſtamento exigitur, & mandatur. Quòd ſi obſeruantia veteris legis à fide, & gratia non oriretur , vt ponit Paulus ad Galat. 3. iuſtificabat quidem coram hominibus, & ſeruantes iuſtos reddebat in hoc, quod declinabant pœnas à lege in tranſgreſſores præſcriptas,& temporalia bona in præmium propoſita aſſequebantur, iuxta illud Eſaiæ : *Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.*

Altera regula, diuina videlicet.
Lex velus quatenus iuſtificaret.
Eſai 1.

Iuſtitia legis Moſaicæ a ciuili, ſiue morali tantùm, in quo differat.

Eſt tamen iuſtitia legis magna ex parte eadem omninò cum iuſtitia morali, quam lex naturæ præſcribit, & quæ ab humana virtute proficiſcitur, & ſola ratione ab illa differt, qua iuſta, fortia, & temperata operantes fiunt iuſti, fortes, & temperati: quæ opera licèt materia, officio, & obiecto recta ſint, fine tamen debito deſtituuntur, ſecundum Auguſtinum libr. 4. contra Iulianum, cap. 3. & lib. 5. de Ciuit. Dei, cap. 12. & libr. 19. cap. 25. & peculiariter lib. 14. c. 4. docet, quòd viuere ſecũdùm hominem, eſt, viuere non ſecundùm Deum, & ſimilem eſſe diabolo. De hac lege iuſtitiæ Apoſtolus ad Romanos verba faciens , ait : *Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt: habet gloriam, ſed non apud Deum.* Et rurſus, *Moyſes ſcripſit, quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt qui fecerit homo, viuet in ea.* Et ad Philippen. *Non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.* Hæc ergo tã parua erat iuſtitia, vt coram Deo iuſtos non efficeret, nec peccata remitteret, nec eum Deo reconciliaret, nec renouaret mentem eam habentis, vt Apoſtolus inculcat.

B. Aug. to. 7. à med.
Idem tom. 5.
Viuere ſecundum hominem quid, teſte Auguſt.
Rom. 4.
Infrà 10.
Leuit. 12.
Philip 3.
Antiquæ legis impotentia.

Altera diuina regula, eſt Noui Teſtamenti lex, quam qui obſeruat, iuſtus eſt coram Deo, à peccato mundatur, & renouatur ſpiritu mentis ſuæ. Et quoniam iuxta Dei ſapientiam attemperata eſt infantiæ, & imbecillitati hominis viatoris, lex noua impoſſibilis ei non eſt. Cæterùm cùm hæc exigat ab homine fidem, ſpem, charitatem, legis Dei obſeruantiam , egredi de Ægypto, & intrare Terram promiſſionis, exuere veterem hominem, & induere nouum ; Mortificare membra noſtra ſuper terram,& viuificare ſpiritum; Mori peccato,& concupiſcentijs eius cum Chriſto , & ad vitam nouam ſuſcitari: Quæ opera non ſolùm ſunt ſupra naturam peccato Adæ infectam, & additis proprijs, & perſonalibus delictis debilitatam , ſed etiam ſupra ſanam, & integram naturam,in qua hæc exhibere ex nobis non poſſemus, nec illam nobis comparare, niſi Deus pro ſua bonitate creaturæ ſuæ per gratiam opem ferret. Idcirco opus eſt vt hæc iuſtitia à Deo nobis donetur, & in cordibus noſtris infundatur , qua non ſolùm extinguitur in nobis peccatum, ſed etiam peculiari Dei ope adiuuamur , vt poſſimus diuinæ legi facere ſatis. Atque ad hunc modum iuſtificari non eſt aliud quàm diuinæ iuſtitiæ donum à Deo percipere. Vnde Auguſtinus lib. de Spiritu & litera: *Iuſtus*, inquit, *ex fide viuit. Hæc eſt iuſtitia Dei, quæ in Teſtamento veteri velata, in nouo reuelatur. quæ ideo iuſtitia Dei dicitur : quòd impartiendo eam iuſtos facit.*

Euangelicæ legis efficacia eadẽ quæ requirat.
Epheſ 4.
Matth. 19.
Pſal. 33.
Epheſ. 4.
Coloſſ 3.
Rom. 6.
Hanc legem ſine gratia diuina ſiue iuſtitia non poſſe ſeruari.
B. Aug lib de ſpiritu & lit. c. 11. to. 3 circa fin.
Habac 2.

Quòd verò complectatur plenam omnis legis cuſtodiam , explicauit Dominus, cùm dixit: *Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarum, & Phariſæorum:* exponens iuſtitiam eſſe plura mandata de non occidendo, non mœchando, non peierãdo, de vxore nõ repudianda, de mutuo gratis dando, de inimicorum dilectione, de eleemoſyna, oratione, & ieiunio. Et ſubiunxit: *Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius*; quam explicauerat eſſe vniuerſam virtutem, & omnem mandatorum Dei obſeruantiam.

Iuſtitia Dei cur dicatur lex Euangelica teſte Auguſtino.
Eandem omnis legis obſeruantiam requirere, vnde manifeſtũ ſit.
Matth 5.
Ibidem. 48.
Infrà 6.

Iam verò cùm nobile, ac pretioſum exiſtat hoc Chriſtianæ iuſtitiç donum, par eſt vt eius opes ac dignitates detegamus atque enarremus. Complectitur ſiquidem reconciliationem , per quam homo in gratiam cum Deo redit: quandoquidem homo per peccatum iuſtam Dei indignationem , & odium incurrerat. Odio namq; ſunt Deo, impius, & impietas eius. Ad dum iuſtificamur, amicitiã cum Deo reſancimus, & per

Diuinæ iuſtitiæ ingentes opes atq; virtutes enarrãtur.
1. eius vtilitas.
Sapien. 14.

2.Cor. 5.
Secunda.

gratiam reconciliamur, iuxta illud; *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.*

Deinde comprehendit remiſſionẽ peccatorum, quod attinet ad culpam, & reatũ eius, & pœnam mortiferæ culpæ quadrantem, id eſt æternam. Et quia metaphoricè peccata iniuriæ Deo illatæ ſunt, & tenebræ ſunt noctis ſpiritualis, vincula, captiuitas, perditio, mors, ſordes, obliquitas, & deflexus à recta regula, iuxta illud; *Peccatum eſt iniquitas, damnatio, maledictio,* ſecundum id; *Maledicti qui declinant à mãdatis tuis:* hinc eſt, vt de his qui iuſtificantur, dicatur Deus illis non imputare peccatum, illos illuminare, vocare in admirabile lumen ſuum, ſanare, liberare, ſiue redimere, ſaluum reddere, viuificare, ſuſcitare, leuare, & mundare, in viam reducere, abſoluere, beoedicere. Quia etiam peccata maculant, & ſordidant animam, tardamq́ue, & inſtabilem ad bonum, procliuem verò ad malum, & ad reſiſtendum tentationibus languidam, & debilem reddunt; hinc iuſtificatio, renouatio dicitur, qua animus pulcher, clarus, & ornatus redditur. Vt enim cœlum terræ, & ſpiritus corpori, & æternitas tempori longè præcellit; ita vita gratiæ ſpiritualis antecellit naturalem, & pulchritudo illa animæ interior corporis gratiã, & venuſtatem vincit. Facilè autem eſſet has loquẽdi formas illuſtrare Scripturis, niſi cuique exercitato, & prudenti lectori obuiæ eſſent, & manifeſtę. Adhęc, hoc iuſtitiæ donum continet filiorum Dei adoptionem, & mirabile naturæ diuinæ conſortium, quo iuſtus ſine propriæ factura & amiſſiõe ad tantam filiorum Dei dignitatem euchitur. Quemadmodum enim ferrum in igne poſitum. & nihil ſuæ oaturæ coogruũ perdens, præclaras ignis dotes, vt lucem, calorem, molliciem, & raritatem acquirit: ita nos hoc munere ornati dicimur generari, & regeoerari, ſpiritum adoptionis recipere, ex Deo naſci, & renaſci, conſortes diuinæ naturæ fieri, noua creatura, initiũ creaturæ, factura Dei, creati in Chriſto Ieſu, membra Chriſti, domus Dei, templa Spiritus ſancti nos inhabitantis, vaſa miſericordiæ, & honoris, & vaſa vtilia, fratres, amici, filij, & ſponſæ, & vnus cum Deo ſpiritus. Poſtremò, dictum iuſtitiæ donum potentem efficit hominem, vt poſſit legi Dei ſatisfacere, & illi tanquàm diuinæ regulæ conformari: qua ratione propriè iuſti efficimur, dicimur, & ſumus. Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, redditum eſt per Chriſti dona noo ſolùm poſſibile, ſed & facile, vt ita iuſtificatio legis impleretur in nobis: iugúque eius per Spiritum ſanctum ſit ſuaue, & onus leue, vt antè per Prophetam promiſerat: *Dabo vobis,* inquit, *cor nouum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.*

Quid ſint peccata: eorundem appellationes.
1.Ioan. 3.
Pſal. 118.
Pſal. 21.
1.Petr. 2.
Illorum effectus.
Qui iuſtificãtur, cur dicantur renouati.
Spiritalis etiã animæ vita quanto ſit naturali vita præſtantior.
III. vtilitas iuſtitiæ diuinæ.
2. Petr 1.
Quales ſim⁹ per adoptionem Dei.
Ioan 3.
1. Petr. 1.
Rom. 8.
Galat. 4.
1. Ioan 3.
2. Petr. 1.
2. Cor. 5.
Galat. 6.
Iacob. 1.
Epheſ 2.
Ibidem.
1. Cor 6.
Hebr. 3.
1 Cor. 3.
Rom. 9.
2 Tim. 2.
2. Cor. 6.
IV. vtilitas, ſeu efficacia.
Rom. 8.
Ibidem.
Matth. 11.
Ezech 36.

Quoniam verò qui hoc tanto iuſtitiæ munere gaudet, ius habet ad præmium legis conſequẽdum, hoc eſt vitam æternam; ideo iuſtificatio hæc dicitur beatitudo ab Apoſtolo, & iuſti, vocantur beati apud Matthæum, & Iacobus frater Domini; *Hic,* inquit, *beatus in facto ſuo erit,* id eſt, iuſtus. Dicitur etiam hæreditas, iuxta illud: *Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.* Denique nuncupatur vita ęterna: ait enim Dominus: *Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam,* id eſt Chriſti iuſtitiam, quæ initium vitæ æternæ eſt, & guſtus quidam ac dignus, & in ea vt in ſemine eſt ius ad comparãdam vitam æternam: *Gratia Dei,* ait Apoſtolus, *vita æterna.* Et hactenùs quidem de oomine iuſtificationis & re ipſa, & quàm ſit pretioſum, & excellens chariſma, diſſeruimus: explicata quoque eſt triplex iuſtificationis ratio, & humanæ, & Moſaicæ, & Euangelicæ.

Iuſtificatio beatitudo, hæreditas, & vita æterna cur ab Apoſtolo nominetur.
Rom. 4
Matth 5.
Iacob. 1.
Tit. 3.
Ioan 3.
Rom. 6.

Cùm autem Concilium Trident. Seſſ. 6. definit, iuſtificationem impij eſſe tranſlationem ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per Ieſum Chriſtum, manifeſtè eſt ſermo de prima iuſtificatione, quę communiter in Baptiſmo cõtiogit.

Trid. ſyn c. 4
Iuſtificationis à ſynodo Tridentina tradita definitio, vt ſit accipienda.

DISPVTATIO III.

In qua agitur de omnibus cauſis, quæ ad iuſtificationem concurrunt.

SVPEREST bone lector, vt de illis cauſis diſſeramus, quæ in articulum iuſtificationis incidunt: ita enim fiet, vt hæc quæſtio maius explicationis lumẽ accipiat. Quoniam enim res perfectè oon cognoſcitur oiſi benè cogoitis, & compertis eius cauſis illęq́ue quatuor exiſtant, nimirum efficiẽs, forma, materia, & finis; cogimur de illis non ſioe fructu diſſerere. Nam verbi gratia, in tabulà depicta, pictor, eſt efficiens cauſa: materia, ſiue ſubiectum, ipſa tabula: forma, ipſa pictura: finis verò, repræſentatio rei alicuius, & quædam in oblectatio ac iocunditas. Ita in myſterio iuſtifirationis ſtatuendum eſt.

Quæ cauſæ concurrant ad iuſtificationem.

Nam Deus Trinus & Vnus in primis

Quis ſit qui iuſtificat.

cauſa

Rom. 5. Epheſ. 2. Pſal. 63. Iob. 14. Marc. 2.

cauſa eſt efficiens qui iuſtificat circumciſionem ex fide,& pręputium per fidem; & qui donum iuſtitiæ confert, vt ad Epheſ. 2. dicitur, & cuius gratia iuſtificamur; & qui ſolus dat gratiam, & gloriam; & ſolus facit mundum de immundo conceptum ſemine; ſolus remittit peccata, quæ Dei ſunt iniuriæ, & offenſæ: quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

Quod ſolius Dei ſit peccata remittere.

I. Ratio.

Ratio quoque idem porrigit: quia infinitam culpam, & Dei offenſam ſolus ille poteſt remittere, qui offenſus eſt. *Ego ſum*, ait Dominus per Eſaiam, *ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Macula quoque animæ ſuo modo infinita, à ſolo Deo purgari poteſt: ſicut etiam à dæmone captiuante nemo poteſt liberare, niſi fortior ſuperueniens vicerit eum. Quia non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei. Deinde nullus poteſt adoptare aliquem in filiũ alterius; at iuſtificatus adoptatur in Dei filium; Deus ergo ſolus id efficit: vnde & hæreditatem dare poteſt tanquam filijs. Tertiò, creare facilius eſt, quàm creata reſtaurare; & tamen ſolus Deus creare poteſt; ergo etiam ſaluare, & iuſtificare. Quartò, finis iuſtificationis eſt ſupernaturalis, quia tendit in Dei gloriam; ergo & principium ſupernaturale erit, vt ſit illi par, & æquale.

Eſai. 43. Luc. 11. Iob. 41. II. Ratio. Tertia. Quarta. Rom. 4. Infrà 9.

Quis ſit autor, cauſave meritoria iuſtitiæ noſtræ. 1. Cor. 1. Ierem 23. Dan 9. Apoc. 1. Eſai 53. Ibidem. Rom. 5.

Ad hanc cauſſam efficientem redicitur cauſa meritoria, id eſt Chriſtus iuſtitia noſtra, hoc eſt iuſtitiæ noſtræ autor, vt dicitur 1. Corinth. 1. & Ierem. 23. Dicitur etiam iuſtitia ſempiterna à Daniele: Dilexit etiam nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: Attritus eſt propter ſcelera noſtra, & liuore eius ſanati ſumus, & de eo dixit Propheta: *In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus meus multos*; & Paulus: *Sicut per vnius delictũ in homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Nam propter CHRISTVM Deus peccata nobis non imputat: & propter eius naturalem dignitatem, hoc eſt prærogatiuam Filij Dei, aſſumimur nos in filios Dei adoptiuos. Et in Chriſto ſunt ſimul iuſtitia, & miſericordia. Et quia vnus demerito ſuo, non audiendo vocem Dei nos perdidit; ita conueniebat vt vnus merito ſuæ obedientiæ redimeret.

Naturalis Chriſti dignitas quænam ſit, nobiſque quid cõferat.

Geneſ. 3. Rom. 5.

Sancti vel viuentes, vel mortui, cauſa noſtræ iuſtitiæ impropriè ſunt, & dicuntur. Matth 9. Actor. 7.

Impropriè autem cauſſa meritoria eſt quiſque ſanctus, ſiue beatus ſit, ſiue viator, illam ſuis precibus, aut meritis impetrans. Vnde Ieſus videns fidem illorum (qui ſcilicet portabant paralyticum) dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua; & propter Stephani preces Paulum habuit Eccleſia, & ob lacrymas ſanctæ Monicæ, diuum Auguſtinum. Sed hi non tam mereri iuſtificationem aliorum, quàm impetrare dicuntur: impetratio autem ſoli diuinæ liberalitati nititur, non iuſtitiæ. At Chriſtus ad condignum promeruit nobis iuſtificationem, & vitam æternam. Secundò reducitur ad hanc cauſam inſtrumentalis cauſa, quæ eſt Miniſter verbi, & Sacramenti, & verbum ipſum, & Sacramentum. Nam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum; & B. Paulus: *Quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis*, & ad Timoth. *Attende tibi, & doctrinæ: iſta in illis: Hoc enim faciens: & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.* & ad Corinth. *Omnibus omnia factus ſum: vt omnes facerem ſaluos.* De verbo verò dicitur: *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*: rurſus, *Poſuit in nobis verbum reconciliationis*, & Dominus ad diſcipulos: *Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*, item Apoſtolus: *Non erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* De Sacramento Baptiſmi dicitur. *Mundans eam* (ſcilicet Eccleſiam) *lauacro aquæ in verbo vitæ*, ac rurſus: *Secundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè.* De Sacramento verò Pœnitentiæ dicitur: *Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis: & dedit nobis miniſterium reconciliationis*; & infra: *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.*

Aug. ſer. 3 de S. Stepha. iuxta fin to. 10, à medio. Idem li 3. Cõfeſſ c. 11. tom. 1. init.

Peccatoris iuſtificationem non tam mereantur, quam impetrant ſancti.

Inſtrumenta iuſtificationis quæ ſint. Iacob. 5. Rom. 11. 1. Tim. 4. 1. Cor 9. Iacob. 1. 2. Cor. 5. Ioan. 15. Rom. 1. Epheſ. 5. Tit. 3. Ioan. 20. 2. Cor. 5. Ibidem.

Quod Chriſtus ſit exemplar noſtræ iuſtificationis.

Tertiò reducitur ad efficientem cauſa idealis, ſiue exemplaris, ſine qua agens ratione præditum non operatur: hæc autem eſt Chriſtus homo. Etſi enim diuina eſſentia ſit prima idea omnium creaturarum, in quam Deus reſpiciens mundum creat, & omnia reſtaurat: tamen quia in ea eſt iuſtitia, & gloria, & gratia Chriſti, & ad illius rationem nos componere ſtudet; hinc eſt vt cauſa idealis noſtræ iuſtificationis dicatur. Vnde prædeſtinauit nos cõformes fieri imaginis Filij ſui; Qui propterea dicitur Primogenitus omnis creaturæ. Adhæc filiatio adoptiõis deriuata eſt à naturali quæ eſt in Chriſto: at iuſtificatio, adoptio quædam eſt, de qua Apoſtolus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cęleſtis. Tertiò, eius reſurrectio, imago eſt quædã noſtræ immutationis corporis: nã reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Quar-

Rom 8. Coloſſ. 1. II. Ratio. 1. Cor. 15. Tertia. Philip 3. Quarta.

Rom 8.
Quinta.
Axioma Philoſophorum.

tò, in gloria æternæ felicitatis inuenimur ſocij, & conſortes. Ita enim dixit Apoſtolus, Hæredes quidem Dei; cohæredes auautem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. Quintò, ex Philoſophia petimus illud axioma: *Primum in quolibet genere eſſe metrum, & menſuram omnium contentorum ſub eo genere:* Vt omnium lucidorum eſt Sol, & ignis calidorum. Ad eum modum iuſtitia, & beatitudo Chriſti cùm ſint primæ, & ſummę, ac nobiliſſimę, erunt idea, & exemplar aliorum. Et hactenus de efficienti.

Finis iuſtificationis quis & quotuplex.
2. Cor. 6.
Epheſ. 2.
Rom 8.
Supra 6.
Eſai. 43.
Prouer. 16.
Apoc. 1.
Eſai. 41.
Hebr. 2.
1. Cor 10.
Coloſſ. 3.
Philip. 2.

Dicendum deinde de cauſa finali: quæ immediata eſt & mediata. Immediata quidem ipſorum bonorum operum fructus, quos iuſtificati producũt. Vnde Paulus ait: *Obſecro vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Et ad Epheſ. *Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus,* quẽadmodùm fructus bonus finis eſt arboris bonæ. Porrò operum finis, gloria eſt, de quo dicitur: *quos iuſtificauit, illos & glorificauit,* & iterum: *Gratia Dei, vita æterna.* Porrò vitæ æternæ finis vltimus, Chriſtus eſt, ac Deus benedictus, ac laudandus in ſeculis ſempiternis: *Ego ſum,* inquit, *ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me:* & Salomon: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: &, ego ſum Alpha & Omega, principium, & finis.* Et de Chriſto ait Apoſtolus: *Decebat enim eum propter quẽ omnia, & per quem omnia.* Vnde & nobis dicitur: *Omnia in gloriam Dei facite.* Et de paſſione, quæ noſtram promeruit iuſtitiam dicitur: *Propter quod & Deus exaltauit illum. & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Naturalis membrorũ inſtinctus.
2. Cor. 5.

Adhæc membra ſunt propter caput, & pro gloria capitis tuenda morti ſe debẽt exponere, vt ciues pro Rege. Vnde ait Apoſtolus: *Pro omnibus mortuus eſt: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.* Finis igitur intrinſecus, eſt operum fructus bonorum, & ſatisfacere lege Dei, & beatitudo; extrinſecùs verò vltimus finis Deus eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus; non vltimus autem, Chriſti hominis gloria, & honor. Et ſic non ſequitur, aliquid extrinſecum eſſe cauſam voluntatis diuinæ, quia vt finis intrinſecus (vt dixi) iuſtificationis noſtræ eſt beatitudo: ita nec diuinæ voluntatis canſa extrinſeca, erit gloria nominis Chriſti, licèt ſit finis iuſtificationis noſtræ.

Quæ ſit forma iuſtificationis.
Ezech 36.
Iuſtitiæ Euãgelicæ appellationes variæ, & ratio illarum.
Rom. 1.
B. Aug ſer. 2. de ver. Domini, & ſæpe alibi, tom. 10.
Rom. 4.
Philip. 3.
Rom 10.
Hebr. 11.
Rom 5.
Infrà 8.
Ibidem.

Tertiò agendum de forma: hæc autem eſt donum infuſum à Deo in animam, quo remiſſis peccatis Deo reconciliamur, & in filios adoptamur, & ſpiritum præſtandi legem, & ius ad vitam æternã conſequímur. Hæc igitur iuſtitia Euangelica varias nomenclaturas ſortitur. Nam ſimpliciter iuſtitia dicitur, quia ſola abſolutè, & verè iuſtum facit: & iuſtitia Dei ad Roman. 1. quia illam Deus impertitur, vt exponit Auguſtinus: & iuſtitia fidei, quia per fidem accipitur. Vnde alibi vocatur iuſtitia ex fide, quemadmodum ad Philip. 3. & Roman. 10. & iuſtitia per fidem, Hebr. 11. & iuſtificatio vitæ, quia vitam gratiæ donat, & ad vitam æternam perducit, ad Roman. 5. & iuſtificatio legis, quia intenta, & promiſſa à lege, ſed non præſtita, ad Roman. 8. & lex ſpiritus vitæ, quę liberat à lege peccati, & à morte, ibidem. Eſt autem controuerſum inter Doctores, quodnam ſit, & quale hoc donũ.

Quodnam & quale donũ Dei ſit iuſtificatio.
I. opinio quæ tenetur.
Secunda B. Thom. 1. 2 q. 90. art. 7. ad 2. & ſæpe alias, 10. 11 p 2.
Ariſt tom 2.
Plato.

Nam quidem hæc omnia tribuunt tribus illis virtutibus, Fidei; Spei, & Charitati. Sed neſcio quidnã abſurdi inde oriretur: quia cùm Scriptura dicat fide, vel per fidem accipi iuſtitiam, ſi fides eſſet pars iuſtitiæ, iuſtitiam per iuſtitiam homo apprehenderet. Thomas verò intelligit iuſtitiã metaphoricam, quæ eſt impropria, & ad ſe ipſum, qua ſenſus rationi paret, & caro ſpiritui: dę qua Ariſtoteles lib. 5. Ethicor. & Plato libr. de Legibus, & quam Deus donauit primis parentibus.

Eccli. 17.
Huius opinionis incõmoda.
Iuſtitia Dei infuſa concupiſcentia fomitem non tollit.

Quod ſanè eſſe nequit: tùm quia vel loquitur de acquiſita tali iuſtitia, & quis eſt qui illam vnqnam potuit comparare. Et eo poſito quòd ab aliquo ſit acquiſita, non iuſtificaret coram Deo. Vel iuſtitia infuſa à Deo; at illa non reſtituit dominium mentis, & partium inferiorum ſubiectionem, cùm multos motus concupiſcentiæ perferant iuſtificati. Adhæc talis iuſtitia in voluntate erat, ergo non in toto homine; alioqui idem accidens eſſet in diuerſis ſubiectis. Præterea qui iuſtificatur à Chriſto, verè eſt iuſtus; veram ergo, & non metaphoricam, vel impropriam habet iuſtitiam.

III. Opinio minus improbabilis.
Rom. 5.
Supra 8.
Infrà 5.
Ibidem.

Alij veriſimilius loqnentes, donum hoc tanta præſtans officia, exiſtimant eſſe Dei gratiam, quam gratuita ſua bonitate Deus in nobis infundit, & gratos nos, & opera noſtra coram Deo facit, iuxta illud: *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius;* & iterum, *Nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem. Et, Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem acceſſum habemus per fidem in*

IV. B. Auguſtini cæteris longè probabilior.

gratiam iſtàm in quæſtamus. Veruntamen vt quod ſentio apertè explicem, mirificè ſemper mihi placuit B. Auguſtini ſententia, qui tradit, hoc donum aliud nō eſſe quam charitatem, ſiue ſpiritum charitatis. Nam lib. de Natura, & Gratia, id non ſemel aſſeruit, cap. 38. *Charitas,* inquit, *eſt, qua vna, iuſtus eſt, quicunque iuſtus eſt.* Cap. 42. *Ipſa charitas veriſſima, pleniſſima, perfectiſſimaquè eſt iuſtitia.* Cap. 43. *Ex qua fide etiam ante eius paſſionem iuſtos vixiſſe non dubium eſt: qui præſtat Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris: quia vna iuſti ſunt, quicunque iuſti ſunt.* Cap. 60. *Charitas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt.* Et libro quæſtionum octoginta trium: *Iuſtitia, quæ per cætera diffunditur membra, eſt dilectio Dei, & proximi.* Idem eſt lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 27. *Ille iuſte, & ſanctè viuit, qui rerum integer æſtimator eſt. Ipſe eſt autem, qui ordinatam dilectionem habet.*

B. Aug. to. 6. circa med. — Idem. — Idem. — Rom. 5. — Idem. — Idem q. to. 4. — Idem tom 3. initio.

Iuſtè & ſanctè viuat quis ſecundum Auguſtin.

Idoneis hæc opinio rationibus confirmatur.

Hoc etiam rationibus comprobatur. Primò, quia charitas, hoc eſt amor diuinitus infuſus, reconciliat cum Deo, quia eſt amicitia inter Deum, & homines, & inter ipſos homines: Dimittit peccata, quia vniuerſa delicta operit charitas: Illa totum hominem innouat, & illum nouam creaturā facit: Illa implet Legem, quoniam Plenitudo Legis, eſt dilectio; & Finis præcepti, eſt charitas; &, *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Illa eſt quæ dat eſſe filiorum: *Videte,* inquit, *qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Illa, teſte Auguſtino, diſtinguit inter filios regni, & perditionis. Denique hæc eſt veſtis illa nuptialis, qua induti ius habent ad conuiuium cœleſte. Vnde iuſtis, id eſt, habentibus opera charitatis, Matth. 25. datur æternæ beatitudinis gloria.

Ratio I. ab effectibus charitatis.

Prouer. 10. — 1. Petr. 4. — Galat. 6. — Epheſ. 4. — 2. Cor 5. — Rom. 13. — 1. Tim. 1. — Ioan. 14. — 1. Ioan. 3. — B. Aug ſer. 1. de fide ſpe. & charit. ſiue de temp ſer. 43 init. tom 10. — Matth. 22. — Infrà 25.

II. ratio à definitione iuſtitiæ.

Deut. 6. — Matth. 22.

Secundò, iuſtitia eſt virtus, reddens vnicuique ius ſuum, quod lex iubet: at nulla profectò virtus cœlitùs infuſa hoc efficere poteſt, niſi ſola charitas, quæ efficit vt homo Dominum ex toto corde diligat, & proximum ſicut ſe ipſum; & ſe ipſum vt creaturam Dei per Chriſtum reſtauratam: atque ita reddit quod ſuum eſt Deo, proximo, ac ſibi.

III. Ratio.

Tertiò, iuſtitia maximum eſt donum, quo iuſti, & grati coram Deo reddimur; ergo eſt charitas, quia ſine ea omnia alia nihil proſunt: vt Apoſtolus 1. Corinth. 13. docet; ſed hæc virtutes omnes viuificat, ac Deo placere facit.

1. Cor 13.

IV. ab actib. eiuſdem.

Quartò, ab actibus probatur. Nullus eſt enim charitatis actus, qui non ſit iuſtitiæ: nec rurſus vllus eſt iuſtitiæ actus, quin ex charitate procedat. Vnde Auguſtinus in Enchiridio teſtatur, hominem ſimpliciter eſſe bonum à charitate.

B Aug. in Enchir. c 117. to. 3. ſub initium

Charitatem à Gratia Dei ſola ratione differre.

I. ratio ab effectibus.

Rom 3. — Hebr. 12. — 1. Cor. 15. — 1. Petr. 1. — 1. Cor. 13.

Porrò quòd charitas à Gratia Dei non diſtinguatur niſi tãtùm ratione, ex multis poſſumus oſtendere. Primò ab effectibus: quicquid enim facit Gratia, facit & charitas. Nam Gratia, teſte Apoſtolo, iuſtificat; at charitas pellit peccatum, & per eam Deo placemus. Ait enim idem Apoſtolus: Regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam; per quam ſeruiamus placentes Deo. Dat etiam charitas eſſe filij: at idem præſtet & gratia. Gratia, inquit, Dei ſum id quod ſum. Amor Dei ſeparat inter filios regni, & perditionis: aliàs quis ſimul eſſe iuſtus, & iniuſtus? at ipſum efficit gratia. Charitas condit omnes virtutes, ſimiliter & gratia. Vnde Petrus dixit: *Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam.* Charitas eſt maius omnibus donis, teſte Apoſtolo; at nulla virtus eſt maior gratia Dei, aut iuſtitia Dei, alioqui Apoſtolus non diceret; Manent tria hæc. Cùm ergo non ſint multiplicandæ formæ, vbi pauciores poſſumus conſtituere; ſupereſt vt vna & eadem ſit virtus gratiæ, & charitatis.

II. Ratio ab autoritate.

Alex. Haleñ. — Bonauent. — Scotus. — B Aug lib. de Spir. & lit. ca. 20 tom 3. ſerem 31. — Ibidem. — Rom 5. — 1. Tim. 1. — 1. Cor. 13.

Secundò accedunt Patres, non tantùm Scholaſtici, vt Alexander de Hales, Bonauentura, & Scotus, verumetiam ipſe Auguſtinus, qui libro de Spiritu, & litera dicit: *Conſtat gratiam Dei promiſſam eſſe Teſtamento Nouo, etiam per Prophetam: eandemq; gratiam in eo definitam, vt ſcribantur leges Dei in cordibus hominum, perueniantq; ad eam cognitionem Dei.* Et ſubdit: *Hoc donum Spiritus ſancti eſt, quo diffunditur charitas in cordibus noſtris. Charitas non qualibet, ſed charitas Dei de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: ex qua iuſtus in hac peregrinatione viuens, ad ſpeciem quoque perducitur poſt ſpeculum, & ænigmata.* Hic vides gratiam appellari charitatem diffuſam in corde, & Sermon. 2. de verbis Domini: *Hæc eſt iuſtitia Dei: quomodo dicitur: Domini eſt ſalus, non qua ſaluus eſt Dominus, ſed quam dat eis quos ſaluos facit. Sic & Dei gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, iuſtitia Dei dicitur non qua iuſtus eſt Dominus, ſed quia iuſtificat eos, quos ex impijs iuſtos facit.* Ecce hic gratiam Dei vocat iuſtitiam Dei, ſiue charitatem, vt alibi explicat. Et lib. de Natura & Grat. cùm dixiſſet: *Charitas ergo inchoata, inchoata iuſtitia eſt: charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt: charitas magna, magna iuſtitia eſt: charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt;* ſubiunxit: *Ipſa enim eſt gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrū.* Sic ille, affirmans charitatem eſſe iuſtitiam, & gratiam Dei. Et lib. de Gratia & libero arbitr. *Gratia nos facit legis dilectores.* Et infrà: *Cùm dicitur: Diligamus inuicem,*

Idem tom. 10. in princ. — Pſal 3. — Idem c 70. libri de Natur. & grat. to. 7. — Idem lib de Gratia & li arbit c. 10. ante med. eod tom. 7 ſub fin.

1.Ioan.4. Cap 12 init. Rom.10.
III. Ratio.
Quos tãtum amemus.

lex eſt : Cùm dicitur: Quia dilectio ex Deo eſt, gratia eſt. Et ante iſta interpretans illud; *Iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti*, ait, *id eſt, gratiæ Dei.* Tertiò à vi nominis : quia gratia idem eſt quod amor: non enim amamus, niſi quos gratos habemus: nec rurſus gratioſos habemus, niſi quos amamus : nec maiorem gratiam facere poſſumus alicui, quàm donare illi amorem. Ideò indifferenter dicitur lex Euangelica, lex amoris, vel gratiæ, quia idem ſunt.

IV. ab inſeparabili vnione.

Quartò, ſi eſſent res diſtinctæ, potentia Dei ſeparari poſſent : at hoc fieri nequit, quia eſſet manifeſta contradictio. Quia aliquis eſſet in gratia ſine charitate, vel diligens Deum ſine gratia : & ſimul eſſet quis filius Dei, & filius iræ: & aliquis ſine charitate aliquid eſſet corã Deo: quod docet Apoſtolus falſum & abſurdũ.

Epheſ.2. 1 Cor.13.
V. Ratio.

Quintò, in humanis, ſi diligenter expendas , vna eſt & eadem amicitia qua diligimur ab amicis, & diligimus eos. Item Thomas prima ſecundæ: *Gratia eſt*, inquit, *qua formaliter iuſtificamur, & eſt homine nobilior.* Charitas etiam apud eundem formaliter iuſtificat , vt docet in Secunda ſecundæ: non ſunt autem duæ cauſæ formales, ſi vna ſufficit.

B Th prima ſecũda. q 28. art 2 tom.11. part.1. Idem in 2 2. q.23.10.eod. par.2.

Obiectio illa quorũdã. Natura prios perficiẽda eſt in ſe ipſa, quam eius potentię per virtutes diloitur.

Nec obſtat quod quidam dicunt, naturam priùs perfici oportere in ſe ipſa, quàm potentias per virtutes: quia quemadmodũ ad virtutes acquiſitas, ſatis eſt lumen naturale ſine aliqua eſſentię animi perfectione; ita ad infuſas ſatis eſt lumẽ diuinum fidei. & ipſa natura ex ſe ſatis capax eſt , vt obedientialiter euehatur. Adhæc Auguſt. lib. de prædeſtinat. ſanctor. teſtatur nos habere eſſe Chriſtianũ, quod eſt ſupernaturale, per fidem. Et Thomas per fidem ait eleuari hominem ſupra naturam ſuam. Adde ꝙ natura, ſeu eſſentia animæ per peccatum læſa non fuit, vt indigeat aliqua perfectione eleuante, ſed potentiæ ipſæ læſæ ſunt,& ad malum propenſæ.

B.Aug.lib.de prædeſt.ſanct. c 5.tom.7.ſub finem D.Thom.2.2 q 6.art.1.
Peccatum vt læſerit hominem.
Geneſ.6.

Quo ſen'ū charitatem à gratia prouenire dixerit Auguſtinus.

Quod verò aliquando docuit B. Auguſtinus, charitatem à gratia fluere, & quod gratia pręuenit charitatem. Intellige à gratioſa Dei voluntate: nam verè nihil à ſeipſo profluit; & quod aliud præuenit, aliud eſt ab eo quod præuenitur. Vnde perſpicies, quòd interdũ gratia capitur pro gratioſa Dei voluntate , iuxta illud : *Inueniſti gratiam apud Deum*; & de Moyſe Dominus teſtatur; *Inueniſti gratiam coram me*, & ab illa cuncta dona procedunt. Ita igitur gratia, charitas, & iuſtitia idem ſunt. Gratia quidem, quia gratis datur, & gratos facit, charitas verò, quia principium diligendi: iuſtitia verò , quia habitus mentem diſponens iuſta operandi. ¶ Hæc tamen probabiliter nobis ſint dicta : quia etſi charitas à gratia diſtingueretur, vt vult B. Thomas, nunquam tamen ſine gratia eſſe poteſt ob Dei voluntatem.

Luc 1. Exod.33.

Materia iuſtificationis.

Quarta cauſa materialis breuiter eſt expendenda. Hæc autem eſt anima ſiue liberum arbitrium, quod mens, ſeu cor , ſiue Spiritus vocatur in Scripturis: quem Deus modò ante corpus reſtauratum iuſtificat. *Renouamini*, inquit, *ſpiritu mentis veſtræ: Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: Regnũ Dei intra vos eſt: charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.*

Epheſ 4. Coloſſ.3. Luc. 17. Rom.5.

Primò autem ſanatur mens, quia priùs corrupta in Adam, quã eius corpus. Deinde quia magis præcipua, & præ illa cõtemnendum corruptibile corpus; quod tamen nos inſipienter animæ præferimus. Tertiò, vt aſſimilemur Chriſto iuſto, & ſancto; mortali tamen, & paſſibili. Quartò, vt ſit locus fidei futuræ immortalitatis, & glorię, & ita quod tollitur corpori, adiungitur animæ, & ſpiritui.

Ad hanc cauſam reducuntur cauſæ diſponentes, de quibus inferiùs. Et hactenus de cauſis Iuſtificationis differuimus.

DISPVTATIO IV.

In qua eſt ſermo de varijs Fidei acceptionibus, & quæ ſit propria & germana eius ſignificatio, dum Paulus ait, iuſtificationem ex fide oriri, diſſeritur.

Paulinæ hæreticorum interpretationes ac ſenſus quam debili fundamento conſiſtant.

QVemadmodum falſæ concluſiones non niſi ex falſis principijs colliguntur , & vbi deſiunt ſolida domus fundamenta, quicquid ſuperædificatur, caſui, & ruinę eſt expoſitum : ita ſanè hęreticę B. Pauli explanationes nonniſi ex alienis , & violentis vocabulorum acceptionibus cõcipiuntur. Fides namq; cùm vox ſit ambigua, & multa complectatur, priùs erat in ſua ſignificata apertè diſtinguenda, ne in ęquiuoco, vt dici ſolet, laboraretur, & diſputatio inanis redderetur. Quare in huius deſcriptionis limine ad illis explicãdas, ac detegendas accingimur.

Variæ fidei acceptiones.

Varia eſt igitur vocis fidei, & in Scripturis, & in ſacris, ac profanis autoribus ſignificatio. Et in primis Fides eſt idẽ quod Fidelitas, quæ opponitur fraudulentiæ: vt ille fideliter agere dicatur , qui ſine fraude agit, & ſine negligentia. De qua dixit Cicero lib.1. Offic. *Fundamentum eſt autem iuſtitiæ fides, id eſt, dictorum, conuentorumq; conſtãtia, & veritas. Ex quo, quanquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius: tamen audeamus imi-*

Prima.
Fidelis quis ſit.

tari

Google

Fidei definitionem Cicero à Stoicis traditam cur ſequatur.

tari Stoicos, qui ſtudioſè exquirunt vnde verba ſint ducta: credamuſque, quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Sic ille. Ab hac fide ſic ſumpta dicitur Deus fidelis, ideſt, verax, & à Paulo, fidelis ſermo, id eſt, verus & conſtans; & Chriſtus in Apocalypſi dicitur teſtis fidelis, & Dauid: *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis;* & rurſum: *Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide:* Id eſt, Quæcunque ille loquitur, vera ſunt, & minimè dolo, aut fuco contecta. Et in tali ſignificatu accipitur apud Paulum Galat. 5. fides, quando enumerat fructus Spiritus, vbi inter alias morales virtutes perceſetur fides, cùm ait: Benignitas, bonitas, longaminitas, manſuetudo, fides, &c. Eſt enim fides, virtus, qua promiſſa ſeruantur, & depoſita redduntur ſine fraude. Huic proxima eſt ſignificatio fidei pro ſponſione, ſiue promiſſione, ſiue iuramento, quo aliquid facere adſtringimur. Hinc Poëta.

Pſal. 144. 1. Cor 10. 1. Tim. 1. Infrà 3. Apoc. 1. Pſal. 144. Pſal. 32. Galat. 5.

Fides pro ſponſione.

Virg. 8. Aen.

Accipe, daq; fidem.

Dare fidem quid, & recipere.

Eſt enim dare fidem, cùm aliquid in nos recipimus, quod fixum & ratum fore pollicemur: ille verò, cui damus, dicitur recipere, quia certum, & ratum fore ſperat, quod ſibi promittitur. Dicuntur ad fidem liberare, quia fecerunt quod promiſerunt, & præſtiterunt, & fidem patriæ, vel parentibus, vel principibus, vel amicis datam liberarunt, qui debita pietatis, aut amoris, aut fœderis officia in illos contulerunt: & Apoſtolus ad Rom. *Nunquid incredulitas illorum, fidem Dei euacuauit Abbt.* Vbi fidem Dei vocat promiſſionem, quia ſubdit: Eſt autem Deus verax: omnis autẽ homo mendax. Et alio loco de viduis loquens, teſtatur illas damnationem habere, quia primã fidem irritam fecerunt; id eſt pacta, & nuncupata caſtitatis vota, & hi apud Latinos dicuntur fidem deſerere, aut fallere, vel à fide deficere, id eſt, prodere officium.

Fidem liberare. *Rom. 3. Pſal. 115. 1 Tim. 5.* Primam fidẽ irritam facere, quid.

Secundò accipitur Fides pro fiducia. Ita enim Comicus in Phormione ait:

Secundá acceptio. *Terentius.*

Itáne mihi paruam fidem eſſe apud te?

Id eſt: Tam parum mihi fides? Et Cicero pro Ligario: *Cuius ego cauſam, animaduertite quaſo qua fide defendam, dum probo meam: id eſt, quanta fiducia, vel potius fidelitate.* Quoniam enim ijs quibus fidẽ habemus, vel quę certò perſuademus nobis vera eſſe, ſi modò bona ſunt & vtilia; veluti ſi ſint promiſſiones, affectum, & cor accommodare ſolemus, & eorum fiduciam in nobis cõcipere, tranſlatum eſt Fidei vocabulum ad ſignificandam fiduciam erga promittentes. In Scripturis autem aliquando hoc modo accipitur, ſed maximè in illis verbis, vbi eſt ſermo de oratione ex fide fundenda, vel de promiſſione circa aliquam rem impetrandam à Deo. Ita enim Iacob. 1. dicitur: *Poſtulet in fide, nihil haſitans,* & Matth. 14. *Modica fidei, quare dubitaſti?* &, *Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.* Vbi dubitatio non tam intellectui opponitur, quam timori, & imbecillitati voluntatis, quia timuit Petrus, & cœpit mergi, & paralytico dixit; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: & Hemorrhoyſſæ: *Fides,* inquit, *tua te ſaluam fecit.* Vbi fidem, Confidentiam vocare videtur. ¶ Ita etiam verbum Credendi, pro verbo Fidendi vſurpatur; vt ibi, *Quacunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis,* id eſt, fidete. Illud quoque Prophetæ: *Credo videre bona Domini in Terra viuentium:* idem eſt ac, ſpero. Vnde Auguſtinus in Enchiridio: *Cùm bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud quã ſperantur.* Sic ille. Et ſi ibi Auguſtimus non ſentiat idem eſſe fidem, & ſpem, quas ibidem inter ſe diſtinguit: ſed credere, accepit pro ſperare, vel præſumere. Ibi etiam: *Ipſe Ieſus non credebat ſemetipſum eis;* id eſt nõ fidebat, & Apoſtolus; *Alius enim credit ſe manducare omnia;* Idem eſt, ac dicere, Fidit ſe tuta conſcientia de omnibus edere poſſe; quanquam iſtos locos alij aliter interpretentur.

Illa vnde ducta.

Vbi potiſſimùm Scriptũra fidem accipiat pro fiducia.

Matth 14. Ibidem. Suprà 9. Ibidem.

Credere, prõ Fidere.

Marc. 11. Pſal. 26. B. Aug in Enchir. c. 8. profeſſo tom. 3 ſubinit Ioan 2. Rom. 14.

Tertiò contendunt quidã, fidem accipi pro conſcientia, vt apud Cic. pro M. Cœlio. Et apud Paulum: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt;* id eſt, Quicquid fit reclamãte conſcientia. Vnde Theophylactus: *Cùm enim fuerit confiſus, neque crediderit vllum eſſe cibũ, ſed guſtauit ipſum praua conſcientia, omnino peccauit.* Quanquam ille locus Pauli aliã ab Origine & B. Auguſtino expoſitionem accipiat. Hint Iuriſperitis Bonæ fidei poſſeſſor eſt; qui bona conſcientia tenet quod poſſidet, contrà, Malæ fidei, qui ſciens eſſe alienum, cõtra conſcientiam poſſidet. Vtcunq; tamen ſit, non eſt admodũ vſurpata à bonis autoribus in hac acceptione fides.

Tertia fidei acceptio parũ frequens. *M Tull. Rom. 14. Theophylact. Orig ibid. to. 2. Aug libr. 1. contra 2 epi. Pelag c 3. in ſin tom. 7.* Bonę, vel malæ fidei poſſeſſor quis apud Iuriſperitos.

Quartò, ſumi frequẽter conſueuit pro credulitate, ſiue perſuaſione, quam definiunt Theologi, Fidem eſſe aſſenſum firmum, & certum, ſed obſcurum & minimè euidentem, de quo Poëta:

Quarta acceptio ſatis frequens. *Virg. lib. 4. Aeneid.*

Credo quidem, nec vna fides.

Et Cicero lib. de Diuinatione: *Adhibenda fides ſomniantium viſis non eſt.* Liuius etiam *Hac Romulo regnante militia, domiq; geſta, quorum nil abſurdam fides* (id eſt incredibile) *diuina originis diuinitatis poſt mortem credita fuit* ¶ Falsũ ergo eſt dicere, apud bonos autores fidem non capi pro credulitate: ſed multò peius id negare in Scripturis.

Tull 2 de Diuinatio.

Eſt

Fidei Chriſtianę definitio traditur.

Eſt igitur Fides, firma animi perſuaſio, qua rebus neque viſis, neq; ratione euidenti, & neceſſario argumento cõcluſis aſſentimur. Etſi interdum fides largè accipiatur ad ſignificandam omnem mentis aſſenſionem, ſiue illa orta ſit à ſenſibus, vnde aſpectus, & auditus fidem facit: *Quia vidiſti me Thoma*, inquit, *credidiſti:* ſine ratione, & argumentis efficiatur, vnde dicitur: *Fides non habet meritum, cui humana ratio prabet experimentum.* Etſi omnis notitiæ via, qua aliquid habemus animo comprehenſum, fidem facere dicatur, propriè tamen fides ab euidentia, & opinione diſcernitur: nec enim tam ſenſibus, & argumentis, quàm dicentis authoritate continetur, & vim firmam ex eius cui cedit authoritate conſequatur. Quare Plato in libris de Republ. differre ait ſciẽtiam à fide, quod ſcientiam habeat ſapiens qui rem per cauſas cognoſcit, fidem verò is qui aliquid nouerit edoctus à ſapiente, & verace.

Ioan 20.

Dictũ Theologorum.

Plato lib. 10. de Republ.

Fidem à ſciẽtia vt Plato diſtinguat.

Eſt autem hæc fides media inter ſcientiam, & opinionem, & cum vtraque conuenit, & ab vtraque diſcernitur. Conſtantia, & ſtabilitate, eſt ſcientiæ æqualis: cum opinione habet commune, quod euidentia caret. Differt à ſcientia, quòd non argumentis explicatis, & cauſis à principio conſtitutis, ſed ſola autoritate nititur. Ab opinione verò diſcernitur conſtantia, & fortitudine: quod fides ſit aſſenſus firmus, opinatio verò, imbecilla, & infirma aſſenſio. Ita dicitur habere, aut præſtare, aut adhibere, aut accommodare, aut adiungere fidem alicui, cũ aliquid cuiuſpiam moti autoritate ſine dubitatione credimus. Rurſus fidem facimus, cùm perſuademus nullam in verbis noſtris ſubeſſe vanitatem, aut fraudem, aut mendacium.

Fides Chriſtiana quid cõmune habeat cũ ſcientia, & opinione, quid diuerſum.

Mirum verò eſt, illum cœli & terræ cenſorem Laurentium Vallam, receptiſſimam hanc fidei acceptionem vt loco moueretur, poſtulaſſe, & pro Fide Chriſtiana, perſuaſionis Chriſtianæ vocem ſubſtituendã, quaſi πίστις non benè vertatur per nomen fidei; cùm tamen ſit vetus illud verbum: Ακίνητα μὴ κινεῖν, id eſt, Non mouenda ne moueris: quod prouerbium in vera religione, ſi ſemel de eius veritate conſtiterit, voluit Plato potiſſimum valere. Sed ille ait: Fides probationem ſignificat; at fides noſtra probatione non vtitur, ſed perſuaſione. Sed mirum eſt, totam Eccleſiam Spiritu ſancto eruditam, & Patres tot doctiſſimos, & Scripturarum interpretes in re tam præcipua aberraſſe. Sed audiamus quæſo Quintilianum, qui libro 5. de argumentis diſſerens, in Laurentium ita loquitur: *Hæc omnia*, inquit, *generaliter* Πίστις *appellant: quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſimus, apertius tamen probationem interpretabimur.* Hæc ille: πίστις ergo propria interpretatione fides eſt, & probationem ſignificat. Nihil autem meminit de perſuaſione. Etſi reuera credens perſuaſus ſit, alioqui fidem non haberet. Et deriuatur à πέπεισμαι, quod eſt, Perſuaſus ſum, vel perſuaſum habeo. Vnde Dea perſuadendi, quam Ennius Suadam vocat, & Horatius Suadelam, à Græcis Πειθὼ appellatur. Et ſicut πίστις propriè eſt perſuaſio, ſiue credulitas; ſic vox oppoſita, ἀπιστία, imperſuaſibilitatem ſignificat. Adhæc multæ ſunt religionis noſtræ probationes: vt tot Scripturæ teſtimonia, tot Prophetarum oracula, tot miracula, tot millia Martyrum: an non certæ demonſtrationes, & argumenta ſunt fidei? Vnde ergo Theologicæ literæ probant fidem noſtram? & vnde Euſebius edidit tot libros d monſtra. Euangelicarum?

Fidẽ pro perſuaſione, & probatione Latinos frequenter vſurpari contra Laurentium Vallam.

Nõ mouẽda ne moueris: prouerbium Platoni efficax.

Quint. ca 10 propemoditũ.

Suada, vel Suadela, perſuadendi dea olim habita.

Chriſti Fidẽ, & religionem ſuis probationibus & argumentis minimè deſtitui.

Euſeb. Cæſar. tom 1.

Sed vt ad rem redeamus, cùm de iuſtificatione fidei inſtituitur diſputatio, in poſtrema hac ſignificatione fides eſt accipiẽda: quæ definitur ab Apoſtolo, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, & ſubdit: Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei; & de Abraam in typo iuſtificatorum dicitur: *Credidit Abraham Deo* (dicenti, *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, &c. ſic erit ſemen tuum,*) *& reputatum eſt illi ad iuſtitiam*; & Dominus: *Creditis quia hoc poſſum facere vobis?* &, *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Ex quibus locis colligimus, fidem accipi pro aſſenſu mentis certo, ſiue pro credulitate. Cui cõſonat Auguſtinus: *Fides eſt credere quod nondum vides, cuius fidei merces eſt videre quod credis.* Et iterum lib. de Spiritu & litera: *De hac fide nunc loquimur quam adhibemus cùm aliquid credimus, nõ quam damus, cum aliquid pollicemur: nam & ipſa dicitur fides. Sed aliter dicimus: Non mihi habuit fidem: aliter autem, Non mihi ſeruauit fidem. Nam illud eſt: Non credidit quod dixi: illud: Non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem qua credimus, fideles ſumus Deo: ſecundum illam verò qua fit quod promittitur, etiam Deus ipſe fidelis eſt nobis.* Hæc ille, doctè diſcernens inter illas duas fidei rationes.

Fides quid Apoſtolo. *Hebr. 11.*

Geneſ. 15. Infrà 15. Rom 4. Ibidem. Matth 9.

B Aug ſerm. 29. de verb. Apoſt initio, tom. 10. ante med.

Fidei merces quæ.

Idem lib. de Spir. & lit. c. 30 ſub fin.

Habere fidẽ, & ſeruare fidem, vt differant ſecundũ Auguſtinũ.

Cùm autem fidem habeamus & hominibus, & Deo per ſe, vel per ſuos miniſtros loquenti; hic proculdubio loquimur de fide, quam Deo vel eius miniſtris in nomine Dei loquentibus habemus. Porrò ſicut voluntatis nomine & ipſa facultas, ſiue potentia volendi, & eius actus, & eius obiectum quod volumus, intelligitur; ita hic

De qua hic fide ſit ſermo, & quã variè accipiatur.

Primus ſignificatus.

fides

1.Cor.13. fides dicitur habitus diuinus à Deo infuſus, de quo: *Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc.* Nam actus qui tranſeunt, manere non poſſunt, ſed habitus qui infunduntur in baptizatis. (Secundus. Luc.7.) Vocatur enim actus fidei, ſiue credulitas, vt in Euangelio; *Fides tuà te ſaluam fecit.* (Tertius.) Tertiò, illud quod fide credimus, rectè fides nũcupatur. Vnde ab Apoſtolo dicitur: (Epheſ 2.) *Vna fides, vnum baptiſma*; & ad Titum: (Tit. 1.) *Paulus Tito dilecto filio ſecũdùm communem fidem*, id eſt, quam omnes complectuntur, & profitentur, & Athanaſ. (Athanaſ in Symbol.) *Hæc eſt fides Catholica, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Eſt ergo Fides recta, vt credamus & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius, Deus, & homo eſt.* Id eſt, articulus Trinitatis, & Incarnationis fide Catholica, & recta eſt accipiendus. (Quartus.) Denique capitur Fides pro ſtatu Noui Teſtamenti, & legis Euangelicæ, in qua prçcipuè eminet fides, & eius membra fideles vocantur. Hinc Paulus ad Galatas ait: (Galat 3.) *Vbi venit Fides, iam nõ ſumus ſub pædagogo.* Id eſt, Vbi Euangelij ſtatus ſplenduit, non amplius agnoſcimus Moyſen. ¶ Sed hi quatuor ſignificatus poſtremi per analogiam quandam dicuntur ad rationem fidei, qua credimus Deo per ſe, vel per Eccleſiam ea quæ credenda ſunt, loquenti, & reuelanti: per quam fidem iuſtificamur, vt dicemus. (De his quatuor fidei acceptionibus quid ſentiendum.) Quomodo autem Hæretici Fidei vocabulo abutantur, vt ſibi ipſis, & alijs tenebras offundant; ſequenti diſputatione explicabitur.

DISPVTATIO V.

In qua multiplices Hæreticorum ſenſus illius dicti Paulini, nempè iuſtificari ex fide, & proponuntur, & vt falſi & hæretici refelluntur: ſed in primis ſententia Lutheri confutatur.

IAM tempus eſt, vt hæreticorum noſtri ſeculi opinationes, quibus Pauli verba, nempè hominem ex fide iuſtificari, explicare conantur, excutiamus: quæ cum multæ ſint, ac nouæ, Eccleſiæque ignotæ, atq; ſibi ipſis aduerſentur, & repugnent, planè ſe produnt de errore, & falſitate ſuſpectas. Quis enim neſciat, his proximis retro annis Auguſtum Saxoniæ Ducem concordiæ ineundæ deſiderio, magnam eorum qui inter hæreticos eminebant, magiſtrorum, ac doctorum turbam ad ſe conuocaſſe, vt certam aliquam doctrinæ conſenſionem circa articulum iuſtificationis inuenirent, ac traderent? (Lutheranæ neſcio cuius in Saxonia coactę Synodi ſuper iuſtificationis articulo exitus ſanè leuis, & contemnendus.) Conuenerunt in vnum & acriter inter ſe decertârunt, & multos menſes pro ſua quiſq; ſententia, quaſi pro aris, & focis dimicantes, nullam concordiæ rationem inire potuerunt. Quanquam autem Princeps precibus, & imperio, ac minis eos vrgeret, vt præſcripto tempore in vnum ſenſum, & ſententiam reſponderẽt; ſimulatam quandam inter ſe conſenſionẽ, quo Principi in ſpeciem ſatisfacere viderentur, exhibuerunt. Et ſoluto conuentu, quælibet pars ad ſuam priorem ſentẽtiam redierunt, ac nouis, & contumelioſis ſcriptis in ſe inuicem decertârunt. Vnde toti Eccleſiæ Dei, quàm bellè inter ſe conciliati ſint, indicârũt, qui in vnum & idem doctrinæ corpus minimè conuenire potuerunt.

Prima igitur Lutheri expoſitio in epiſtolam ad Galatas, & Melanchthonis, & multorum, qui ſe eorum diſcipulos profitentur, eſt, quòd fides, id eſt, fiducia diuinæ miſericordiæ, ante charitatis aduentum hominem iuſtificat. (Primus ſenſus Lutheri, ac Melanchthonis.) Quæ ſententia duos intolerabiles inuoluit errores: alterum, quòd in diſputationibus Pauli de iuſtificatione fides ſignificat fiduciam diuinæ bonitati, & miſericordiæ innixam. Nam etſi interdum vox Fidei fiduciam ſignificaret; non propterea tamen cõſequeretur, fidem illam fiduciam perpetuò ſignificare. Vnde Lutherus in Dominicam ſecundam Quadrageſimæ: (Fidei Lutheranę definitio.) *Fides*, inquit, *eſt certa, altiſſimeq; animæ inſidens diuinæ bonitatis per verbum Dei cognitæ ac manifeſtæ fiducia.* Et Melãchthon libro, in quo diſputat de excluſiua ſola: *Fides, eſt fiducia miſericordiæ propter Chriſtum promiſſæ.* Alterum verò, quòd ipſa diuina miſericordiæ fiducia ſit iuſtitia Chriſtiana ante aduentum charitatis.

Sed contra primum errorem multa occurrunt, & illud ante omnia: (Fidem apud Paulum iuſtificantem nõ ſignificare fiduciam, vel ſpem diuinæ bonitatis.) quia Paulus non ſemel diſtinguit fidem à fiducia. (1. locus à Scripturis.) Nam ad Eph.3. ait: (Epheſ 3.) *In quo habemus fiduciam, & acceſſum in cõfidentiâ, per fidem eius.* Vbi Theophylact. (Theophylact.) annotat, fiduciam oriri ex fide, & Dominus Matth. 9. (Matth 9.) *Confide filia; fides tua te ſaluam fecit.* Vbi ſimiliter oſtẽdit, fiduciam ortum habere ex fide, ex eo quòd ob fidem iubet illam confidere. Sed apertiſſimè ad Timotheum ſcribit Apoſtol. (1.Tim.3.) *Qui enim benè miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vbi apertè fiducia à fide diſtinguitur. Cùm etiam Petrus ait: (1. Pet. 3.) *Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe, & fide*; & Paulus: (1.Cor.13.) *Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc*, his in locis apertè fides à ſpe diſtinguitur. Idẽ & profani autores indicare poſſunt. Nam Liuius (Liuius.) libr. 4. de bello Punico: *Conſciorum*, inquit, *nemo*

cùm diu ſocius cōſilij torqueretur, aut latuit, aut fugit: tantùm ille in virtute, ac fide Theodori fiducia fuit. Ita ille. Indicans, fiduciam ortam ex virtute, ac fide alterius.

Spes & fiduciæ quà inter ſe virtutes ſint cognatæ atq; finitimę.

At ſpes, & fiducia, aut eadem eſt virtus, aut certè fiducia ſpei vicina, & proxima: eſt enim fiducia ipſius ſpei robur.

Seneca ep. 16. initio.

Vnde Seneca ad Lucilium ſcribit: *Dicam tamen ſententiam, quòd iam de te ſpem habeam, nondum fiduciam.* Ex quibus habes, fiduciam aliquid maius eſſe ſpe, & vtramque ad voluntatem ſpectare, non ad intellectum.

B. Thom. 2. 2. q. 129. art. 6. tom 9. p 2.

Fiduciā Thomas, & Tullius cōfidentiam vti definiant.

M. Tull. lib. 2. Rhetor.

Vnde Thomas fiduciam vult eſſe ſpem roboratam ex firma opinione. Et Cicero: *Confidentia, eſt certa ſpes animi perducendi ad finem rem inchoatam.*

Fidem & ſpē vt diſtinguat Auguſtinus.

B. Aug. in Enchir. c. 1. & 8. to 3. ſub init.

Auguſtinus quoque in Enchiridio diſtinguit inter fidem, & ſpem: quòd illa ſit præteritorum, & futurorum bonorum, & malorum; ſpes verò futurorum tantùm, & nō niſi bonorum. Vnde & Poëtam reprehendit abutentem verbo ſperandi, & pro verbo Timendi vſurpantem.

Virg. 1 Æneid. procul à med.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma;
At ſperate deos memores fandi, atque nefandi.

Idem lib. 4. Æneid.

Et alio loco:

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Terent.

& Dauus in Andria ſimili licentia eſt vſus. *Quod tu ſperas,* inquit, *propulſabo facilè;* Id eſt, Quod tu times.

II. locus.

Hebr. 11.

Deinde fiducia non poteſt eſſe ſubſtantia rerum ſperandarum (id eſt, prima baſis, quæ eſt in intellectu) & argumentum non apparentium: quæ verba de actu credendi, & non fidendi Patres interpretantur:

Baſil tom. 1. ante med.
Theophylact.
D. Aug. tom. 10 ante medium.

vt Baſil. in Pſalm. 115. Theophyl. in eum locum Apoſtoli, & Auguſt. lib. 50. Homiliarum, hom. 32. & Bernard. ep. 190.

Hebr 11.
Geneſ. 4.
Matth. 23.

Rurſus Apoſtolus per illam tradit accepiſſe teſtimonium Abel, vt eſſet iuſtus, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.

Contra Eraſmum Roterodamum.

Quanquam Eraſmus eo loco dicat accipi fidem pro fiducia; vt verum ſit Eraſmum poſuiſſe oua, Lutherum excluſiſſe. Subdit ibidem Eraſmus: Illa verba non tam eſſe fidei definitionem, quàm laudem, & commendationem eius. Sed cōtra hoc eſt, quia ſubdit:

Geneſ 1.

Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei: at fiducia non intelligit, cùm ſit in voluntate, nec reſpicit præterita, ſed futura.

III. locus ab autoritate Patrum.

Idem colligimus ex definitionibus Patrum fidem deſcribētium.

B Aug. ſer 19 de verb. Apoſtol init. to. 10

Ait enim Auguſtinus: *Fides, eſt credere quod non vides: cuius fidei merces eſt videre quod credis.*

Idem lib. 2 de prædeſt ſanct. c 2. circ. med. tom 7 ſub fin.

Et lib. de Prædeſtinat. Sanctorum: *Credere nil aliud eſt, quàm cum aſſenſione cogitare.*

Idē lib. de ſpi. & lit. c 30 to. 3 finē verſus.

Et lib. de Spiritu & litera: *Quid eſt enim credere, niſi conſentire verum eſſe quod dicitur?*

Idem epiſt. 85. in prin. to. 2.

Et in epiſt. ad Conſentium: *Habet fides oculos ſuos, quibus quodāmodò videt, & quibus certiſſimè videt nondum ſe videre quod credit.*

Baſil tom. 2. initio ferè.

Baſilius quoque lib. de vera, ac pia fide: *Eſt igitur fides, eorum quæ dicta ſunt, aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatione cum ſumma animi perſuaſione de eorum veritate, quæ Dei munere ſunt prædicata.*

Chryſoſt in Matth.

Et Chryſoſtomus ait: *Hoc eſt vera fides, non quærere cauſas eorum quæ verè præcipiuntur, ſed ſuaderi ſolùm ab eis.*

Idem tom 3.

Fidei encomium ex Chryſoſt.

Idem in expoſitione Symboli, fidei virtutem commendans: *Fides,* inquit, *religionis Catholicæ lumen eſt, animæ oſtium, vitæ fundamentum, ſalutis fides. Lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat domum, ita fides animam.*

Leo PP ſer de Epiph. propè initium.

Et Leo Papa ſerm. de Epiphania: *Hoc enim eſt quod iuſtificat impios, hoc eſt, quod ex peccatoribus facit ſanctos. ſi in eodēq; Domino noſtro Ieſu Chriſto, & vera Deitas, & vera credatur Humanitas.*

Hugo lib 1 de Sacr. p. 2. c. 1.

Hugo lib. de Sacramentis: *Fides eſt certitudo animi de rebus abſentibus ſupra opinionem, & infra ſcientiam conſtituta. Infra ſcientiam, non quoad meritum, ſed quoad cognitionem: nec ſimpliciter quoad cognitionis certitudinem, ſed quoad euidentiam.*

Fides quomodo in infra ſcientiam.

Habes igitur, tùm ex Paulo, tùm ex alijs Patribus, fidem eſſe illam, quæ intellectum informat, & illuminat: quod fiduciæ quadrare non poteſt.

III. locus à multiplici earundem virtutum, fidei nēpe, & fiduciæ, inter ſe diſcrimine.

Tertiò, idem probatur ex actibus vtriuſque virtutis diuerſis, & ab obiectis, & à ſubiectis, & à cōtrarijs, & ab Etymologijs, & à ratione ſyllabarum.

Primum.

Iacob 2.
Hebr. 11.

Nam in primis fides facit fideles, ſiue credentes, fiducia confidentes: *Tu,* inquit frater Domini, *credis quoniam vnus eſt Deus. Bene facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. Et, Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit:* at credere Deum eſſe, vel vnum eſſe, vel remuneratorem, nō eſt fiduciæ, ſed fidei.

Secundum.

Geneſ. 2.
Infrà 3.
Exod 14.
Infrà 19.
Act 10.
2. Tim. 4.
Rom. 14.

Deinde obiectum fidei eſt omnis veritas à Deo reuelata; vt, mundum eſſe ex nihilo conditum, Adam peccaſſe, Deum eduxiſſe populum Iſraël de Ægypto: dediſſe illi legem, Meſſiam iam veniſſe, & rurſum venturum iudicem viuorum & mortuorum. At obiectum fiduciæ non eſt quæuis veritas, præſertim præterita, aut futura, ſed diuinæ bonitatis miſericordia, magnificentia, veracitas, & conſtantia in promiſſis.

III. diſcrimē.

2. Cor. 10.

Tertiò, differunt ſubiectis: Nam fides intellectum ornat, & illi inhæret: vnde & captiuare dicitur omnem intellectum in obſequium Chriſti.

Hebr. 11.
Rom. 4.
1 Cor 13.
Ioan. 14
1. Cor. 13.

Dicitur homo fide ornatus intelligere, Pleniſſimè ſcire, & videre: *videmus nunc,* inquit, *per ſpeculum in ænigmate; Et, Philippe, qui videt me, videt & Patrem;* Cognoſcere ex parte: *Nunc cognoſco ex parte,* ait Apoſtolus: *tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* Subiectum verò fiduciæ eſt illud ipſum, quod ſpei, id eſt, voluntas, quæ ex timida, & vacillante corro-

boratur,

Google

boratur, & ſtabilitur: vt illam Apoſtolus anchoram animæ tutam, ac firmam vocet: ſicut fides vocatur ſcientia, ad quam Ioannes miſſus eſt, iuxta illud: *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius*: id eſt, ad præparandum populum, vt ſuſcipiat fidem Meſſię, quę ſalutis eſt ſcientia. Differunt præterea contrarijs: nam fidei opponitur incredulitas, ſiue infidelitas: fiduciæ verò oppoſitum eſt diffidentia, ſiue deſperatio, & voluntatis vacillatio. At incredulitas, & diffidentia, non ſunt vnum & idem, ſed diuerſa. Quintò differunt vocibus Græcis, & Hebræis. Nam πίστις perſuaſio eſt, quæ propriè eſt intellectus operatio; at πεποίθησις, eſt fiducia, à verbo diuerſę ſignificationis. Hebraicè præterea emuna fides eſt, à verbo aman, quod eſt certum facere. Vnde & amen, id eſt, verè, vel, fiat, vel ita ſit: & emuna perinde eſt ac, ſi ita loq. liceat, certificatio. Quare Ariſtoteles in Topicis: *Fides eſt*, inquit, *vehemens opinio*: at opinio ad intellectum, non ad voluntatem facit. Fiducia verò Hebræis eſt betach, à verbo batach, quod eſt confidere. Denique fides dicta eſt à Latinis ab eo quod fiat quod dicitur, vt tradit Cicero. Et primam ſyllabam breuem habet, iuxta illud: *Credo equidem (nec vana fides.)* At fiducia ab homine fido, vel à verbo fidendi deſcendit: quare & primam lõgam habet, ait enim Poeta:

Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?

Cùm igitur tot modis hæ voces diſtinguãtur; ſtultiſſimum erit, & inſaniæ proximum illas in vnum ſignificatum contrahere, & contra omnes Patres, & Eccleſiam aſſerere, germanam ſignificationem fidei eſſe fiduciam; & Eccleſiam totam, & Patres, & rationem vni Luthero, & Melancthoni ſubijcere. Etſi igitur iuſtificatio ſine diuinæ miſericordiæ fiducia cuiquam non contingat: non tamẽ eſt illa fides decantata in Scripturis, & B. Paulo, ex qua dicimur iuſtificari, ſed eſt firma ac certa aſſenſio, ſiue perſuaſio eorũ quæ ad credendum proponuntur.

Poſterior error erat, quòd fides ante aduẽtum charitatis iuſtum efficeret. In quem multa; & grauia occurrunt & ex Scripturis, & Patribus argumenta. Nam in primis eſt argumentum ex Textu peccatricis, in quo habetur: *Fides tua te ſaluam fecit*: & tamen præmiſerat: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Ex quo ſequitur, non fuiſſe illam fidem ſine multis, & illis quidem præclaris charitatis officijs. Deinde Apoſtolus non ſine cauſſa dixit: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro: ſi habuero omnem fidem, ita vt montes tranſferam, charitatem non habuero, nihil ſum*: nulla ergo eſt iuſtitia quæ charitatem præcedat. Nam ſi fides iuſtum efficeret, multùm prodeſſet. Nec eſt ſermo de fide non vera, ait enim Theophylactus: *Loquitur de fide integra, & ſyncera. Deinde ſubiungit: Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: quod ſi de fide non vera loquitur, ergo nec de charitate vera.* Rurſus ſermo non eſt de re impoſſibili, vt quidam putant, per hyperbolicam quandam Apoſtoli locutionem: quia poſſunt multi ſigna edere per fidem, dæmonia ejicere, prophetare; & tamen à Domino dicuntur operarij iniquitatis, Luc. 13. & ille qui eijciebat dæmones, Luc. 9. & Dominum non ſequebatur, certè fidem aliquam habebat, charitatem nullam: ergo impoſſibile non eſt fidem eſſe ſine charitate: quod Theophylactus in illa verba Apoſtoli oſtendit, & Auguſtinus: *Sine charitate quidem poteſt eſſe fides, ſed non prodeſſe.* Et libro contra Donatiſtas: *Quid ergo prodeſt homini vel ſana fides, vel ſanum fortaſſe ſolum fidei Sacramentum, vbi lethali vulnere ſchiſmatis perempta eſt ſanitas charitatis, per cuius ſolius peremptionem etiam illa integra trahuntur ad mortem?* & vt alio loco habet: *Sola charitas diuidit inter filios Dei, & filios diaboli; & inter filios lucis, & tenebrarum.* Tertiò, multi credidiſſe in nomine Domini leguntur, quibus tamen Chriſtus non credebat ſemetipſum: & ex principibus multi crediderunt in eum; ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Poteſt ergo eſſe fides ſine charitate: quòd ſi per fidem iuſti fierent, non reprehenderet eos Scriptura.

Quartò, iuſtificatio nihil aliud eſſe videtur, quàm quædam peccatoris reconciliatio cum Deo: impoſſibile eſt autem quempiam ſine charitate reconciliari, quia reconciliatio, eſt charitatis, & amicitiæ reſarcitio, & mutui amoris reſtitutio: quod fieri non poteſt per fidem ante charitatem. Hinc Iacobus Apoſtolus dixit: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.*

Quintò, ſi fides eſt tota iuſtitia Chriſtiana: cùm Chriſtus fide caruerit, aut non eſſet iuſtus, aut certè alia ratione nos eſſemus iuſti, atque ille: nam nos fide, ille verò charitate, aut alia re eſſet iuſtus; cùm tamen ſcriptum ſit: *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt.* Sextò, beati ad gloriam illam cœleſtem euecti, iuſti ſunt, & tamen fide deſtituuntur, ſicut Angeli: nam viſio fidem excludit: ergo eſſentia iuſtitiæ vel iuſtitia non eſt fides, ſed alia virtus di-

Hebr. 6.
Luc. 1.
Quæ ſit ſalutis ſcientia.
IV. diſcrimẽ.
V. diſcrimen.
Emuna, Amã, & amen, Hebręis quid
Ariſt. 4. Topic. tom. 1.
M. Tullius.
VI. diſcrimẽ.
Idẽ lib. 1. Offic. prope init.
Virg. lib. 4. Æne. in prin.
Fides, & fiducia vnde Latinis denominentur.
Idem lib. 1. prope init.
Fides fiduciã diuinæ bonitatis neceſſario includit, & ſine ea nemo iuſtificatur.
Rom 3.
Galat. 2.
Fidem ante aduentũ charitatis minimè iuſtificare.
I. argum.
Luc. 7.
II. argum.
1 Cor 12.
Infrà 13.

Theophylact. Ibidem.
Fides ſine charitate poteſt cõſiſtere.
Matth. 7.
Luc. 13.
Supra 9.
Theophylact.
B Aug. lib 15. de Trin. c. 18. initio, tom. 3.
Idẽ lib 1. contra Donatiſt. c 8 ſub fin. 10. 7 ante med.
Idem ſer. 1. de fide ſpe & charit ſiue de tempore ſer. 53 init. tom. 10. paulò ante medium.
III argum.
Ioan. 2.
Infra 12.
IV. à definitione iuſtificationis.
Iacob. 2.
Geneſ. 15.
V. argum. Chriſtus fidẽ non habuit.
1 Ioan. 3.
VI. argum.
1 Cor. 13.
& 2. Cor. 5.

ſtincta. Impoſſibile autem eſt hominem iuſtum eſſe abſque iuſtitia, ſicut prudẽtem eſſe ſine prudentia, vel fortem ſine fortitudine. Septimò, ſicut iuſtitia legis non eſt lex, ita nec iuſtitia fidei eſt fides: ſed ſicut per legis obſeruantiam veniebat iuſtitia Moſaica, ita per fidei obſeruantiam venit iuſtitia Chriſtiana. Hinc Apoſtolus ad Philip. 3. dixit: *Non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.* Non dixit: Quæ eſt fides Chriſti Ieſu, ſed quæ fide Chriſti Ieſu comparatur, & alitur. Octauò, credentibus in nomine eius, dedit Deus poteſtatem filios Dei fieri; at per charitatem ſumus filij, vt teſtatur Dilectus: *Videte*, ait, *qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur, & ſimus:* & pulchrè depingit formam, ſiue habitum charitatis, qui eſſe dat rei, & denominationem. Nonò, fides dicitur ab Apoſtolo reputari ad iuſtitiam: at quod reputatur ad iuſtitiam apud Deum, ex gratia eſt: ergo fides per ſe non eſt iuſtitia, quæ iure ſuo obliget, & debitorem ſibi Deum conſtituat. Poſtremò, teſte Apoſtolo, Gentes per fidem apprehenderunt iuſtitiam; ergo aliud fides quã accipimus, aliud iuſtitiam quam accipimus. Nam ſi vnum & idem eſſet, idem apprehenderet ſeipſum; quod falſum eſt & abſurdum.

VII. argum.
Philip. 3.
VIII. argum.
Ioan. 1.
1. Ioan. 3.
Filij Dei ſumus per charitatem.
IX. argum.
Rom. 4.
X. argum. & vltimum.
Infrà 9.

Si quando ergo Patres dicunt fidem eſſe noſtram iuſtitiam, vt Euſebius Cæſarienſis lib. 12. de præparat. Euang. cap. 1. eam fidem non iniuria perfecta iuſtitia nominare poſſumus. Et Antoninus antiquus autor in epiſtola ad Arcadium Imperatorem: *Iuſtitia tua, fides tua eſt: quia iuſtus ex fide ſua viuet.* Hilarius libr. 10. de Trinit. prope fin. *Pietas eſt, non ambigere, & iuſtitia eſt credere, ſalus eſt confiteri.* Rurſus paulò pòſt: *In ſimplicitate itaque fides eſt, in fide iuſtitia eſt, in confeſſione pietas eſt.* Ad hæc Gregorius in illud Pſal. *Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam: Si iuſti vita fides eſt, conſequens eſt eandem fidem eſſe iuſtitiam, ſine qua quiſq; eſſe iuſtus nõ poteſt.* Item Gregorius Nazianzenus orat. 21. *Siquidem credere ſolùm iuſtitia eſt.* Hæ, & ſimiles ſententiæ ſi quando in Patribus reperiuntur, Catholicè ſunt interpretandæ: vt fides accipiatur pro viua fide & charitate informata; vel Metonymicè, vt cauſa ponatur pro effectu. Ita enim credere eſt cauſa, & principium, & radix iuſtitiæ Chriſtianæ. Et hactenus contra primum ſenſum Lutheri.

Qua ratione ſancti fidem aſſerant noſtram eſſe iuſtitiam.
Euſeb. tom. 1.
Antoninus.
Habac. 2.
Rom. 1.
D. Hilarius.
Idem.
B. Greg. in Pſal. 2. 10. 2.
D. Gregor. Nazianz.

DISPVTATIO VI.

In qua impugnatur ſententia Caluini, Buceri, & aliorum, qui eos ſunt ſecuti in Iuſtificationis articulo.

ALIAM rationem qua fides iuſtificet, ſectatus eſt Caluinus, aliam Bucerus, aliam Melanchthon, & aliam alij. Dicebat enim Melanchthon, quòd etſi ad iuſtificationem concurrant alia præter fidem, vt ſpes, charitas, gratia, quæ à fide viua inſeparabiles ſunt, de qua ſe loqui interpretantur; illam tamẽ ſolam reſpicit Deus, propter quam nos iuſtos, & filios efficiat. Hæc ſunt verba Melanchthonis propoſit. 17. & 21. quas edidit anno M. D. XLV. *Vera eſt, ait, propoſitio, & in quarto modo dicendi per ſe: Sola voluntate volumus, etiamſi voluntas nunquam ſit ſola, ſed ſemper ſit cum intellectu coniuncta. Ita verò eſt propoſitio: Sola fide ſumus iuſti, id eſt accepti, & reconciliati, etiamſi fides nunquam eſt ſola.*

Melãchthonis de iuſtificatione ſententia.
Fidem à ſpe, & charitate non eſſe inſeparabilem oſtenditur.

Sed in primis falſum eſt quod præmittit, illa ſcilicet, dona eſſe à fide inſeperabilia. Nam Ioan. 2. *Multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quæ faciebat: ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis:* & cap. 12. *Ex principibus multi crediderũt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur. Dilexerũt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.* Et cap. 15. ponit Chriſtus palmitem in ſe manentem per fidem, non tamen fructum proferentem bonorum operum, ſeu charitatis. Ex quibus colligimus, fidem eſſe poſſe ſine charitate. 1. quoque Corinth. 13. idem docet Apoſtolus, & Dilectus in Apocalypſi, capite 2. Habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquiſti. Ad hæc dæmones, qui longè ſunt à charitate, credunt tamen, & contremiſcunt. Sunt etiam fideles peccatores, pro quibus tamen Eccleſia preces fundit, vt remittantur eis peccata, & charitatẽ Deus illius impertiat. Et cùm ſcire poſſimus nos fidem habere, teſte Auguſtino; conſequenter cognoſceremus, nos habere charitatem, & iuſtitiam, ſi inſeparabiles ſunt. Præterea à regno excluduntur homines habentes fidem ſine charitatis operibus, vt patet in parabola paſtoris, & hœdorum, & ouium. Virgines quoque fatuæ per fidem habent lampades ſine oleo charitatis: & inter inuitatos ad nuptias, ingreſſus eſt quidam ſine veſte nuptiali charitatis. Eſt igitur charitas à fide ſeparabilis. Secundò, ſi fides ſine charitate eſſe non poſſet, periret eorum dogma tanta pertinacia defenſum de ſola fide. Nam

Ratio prima ab Scripturis.
Ioan. 2.
Infrà 12.
Infrà 15.
1. Cor. 13.
Apocal. 2.
Iacob. 2.
Charitas atque iuſtitia latent ſuos poſſeſſores, vt Auguſtinus tradit.
B. Aug. lib. 13. de Trin. c. 1. tom. 3.
Matth. 25.
Ibidem.
Suprà 22.
II. ratio.

ſi ſine

Digitized by Google

ſi ſine charitate fides non eſt, proculdubiò falsò dicunt ſola fide nos iuſtificari.

III. ratio.

Tertiò, ſi quis in rebus ſimul coniunctis inueſtigare vellet, quid ſit inter illa quod facit peculiarem effectum, deberet ea ab ſe inuicem ſeparare, & ita deprehenderet quodnam ſimul coniunctorum id operetur. Verbi gratia, in anima humana, & rationali inueniuntur facultates vegetandi, intelligendi, & ſentiendi coniunctæ: ſi quis hæſitaret an intellectio proficiſcatur à ſenſu, an à vegetatione, an à ratione, deberet per ſe vnamquamque ſeparare, & ita deprehenderet, vegetantem ſolam, quæ eſt in plantis, & terræ naſcentibus, nullam ſenſus habere rationem, nedum intellectus. Deinde in animantibus, quæ ſenſu vigent, nullam inueniet ratiocinationem. At ſi ſeparatas intelligentias conſideret, deprehendet intellectionem opus eſſe rationalis animi, quia conuenit ſubſtantiæ ſeparatæ. Similiter ſi quis in accenſæ lampadis flamma, in qua ſimul ſunt lux, ſiccitas, raritas, & calor, inquireret quid ſit illud quod in illa vrit, deberet ſeparatim lucida experiri, & per ſe ſicca, & rara, & nihil deprehenderet illorum vim habere vrendi: at verò ſi ſola calida conſuleret, vel ferrum ignitum, vel laterem calefactum, agnoſcet ſolum calidum eſſe quod vim habet vrendi, & dicet: Calor eſt qui in lampade vrit. Si quis ergo (vt propoſito noſtro exemplum accommodemus) inquirat, quodnam ex coniunctis duobus, fide videlicet, & charitate, iuſtum efficiat, intelliget, fidem in dæmonibus credentibus, & contremiſcentibus non iuſtificare, neque in peccatoribus fidelibus à regno excluſis, Math. 25. at iuſtos certè non excluderet à vita æterna. Si verò conſulas ſolam charitatem in Chriſto, qui fide caruit, & in Angelis, & beatis Deo fruentibus, quorum fidem viſio euacuauit, inuenies illos per charitatem iuſtos eſſe, quia charitas nunquam excidit; vel aſſerendum eſſet; beatos iuſtitia carere: quod falſiſſimum eſſe conſtat; cùm beatitudo nihil ſit aliud, quàm conſummata iuſtitia.

Iacob. 2.

1. Cor. 13.
Ibidem 8.
Beatitudo cõſummata iuſtitia à Theologis vocatur

IV. ratio.
1 Cor. 13.
Charitatis præſtantia.
Supra 12.
Infrà 13.
Coloſſ. 3.
Rom 3.
1 Tim 1.

Quartò, quia omnis fides, etiam montes transferens, teſte Apoſtolo, ſine charitate nihil prodeſt, & homo ſine charitate nihil eſt: ergo non tam fidem, quàm charitatẽ reſpicit Deus. Et licèt vtramque reſpiciat: multò tamen magis charitatem, quæ eſt excellentior via, & maior fide & ſpe dicitur; & vinculum perfectionis vocatur, & plenitudo legis, & finis præcepti.

Inepta quædam atq; ridicula Bernardini Ochini ratiocinatio.

Ridiculum planè eſt Bernardini Senenſis transfugæ argumentum: *Adamas*, inquit, *eſt pretioſior, & maior cunctis medicinis, ergo præſtantius ſanat, quàm omnes medicinæ:* Quaſi nos ita ratiocinaremur, cùm hæc vana ſit & inefficax collectio: at firmum, & validum erit, ſi in hunc modum ratio formetur: nulla medicina ſine adamante ſanat, ergo multò magis adamas. Nam vt habet regula Topica: *Propter quod vnumquodque tale eſt, & illud magis.* Ita etiam fides, & reliquæ virtutes Deo placent, & iuſtum Deo acceptum reddunt propter charitatem, ergo potiùs ipſa per ſe placebit charitas.

Illud Melãchthonis: Sicut ſola voluntate volumus, ſic ſola fide iuſti ſumus, diluitur.

Ad argumentum Melanchthonis initio propoſitum reſpondemus, quòd etſi ſola voluntate volumus, non tamen ſola fide iuſti ſumus: ſed verum eſt, ſola fide formaliter credimus. At credere, non eſt iuſtum eſſe, ſed iuſtum fieri, vt dicemus infra, maximè ſi non excludat pœnitentiam, & alios bonos motus, qui diſponunt ad iuſtitiam accipiendam. Nec rurſus credere, eſt iuſtum eſſe, quia dæmones credunt, & contremiſcunt: & Angeli, & beati omnes, imò Chriſtus iuſtus fuit, nec tamen fide ornati fuerunt.

Iacob. 2.

Id dictum Iacobi: Fides ſine operibus mortua eſt, quomodo accipiendum.

Quòd ſi quis opponat: Fides ſine operibus mortua eſt; perinde ergo vt homo mortuus non eſt homo, ita fides ſine dilectione erit mortua, ac proinde amplius fides non erit. Reſpondemus, fidem informem vocari mortuam, nòn quòd ſit, ſed quòd animæ mortem non tollat: ſicut abſque charitate nil ſum, ſcilicet, in eſſe diuino, non in humano. Ita aqua dicitur mortua, quæ fonti non coniungitur, nec fluit: pecunia item dicitur mortua, quæ non exponitur menſę ad lucrum: & brachium paralyticum dicitur mortuum, quia immobile. Quemadmodùm hominem tardum, & pigrum, mortuum vocamus metaphoricè. Et Iacobus non dixit. Vt homo ſine ſpiritu mortuus eſt, ita & fides; ſed, ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, nõ tamen viuum, aut animatum. Vnde Auguſt. libr. de cognitione veræ vitæ: *Fides*, inquit, *ſpe nutritur, vt corpus cibo reficitur: dilectione animatur, vt corpus anima viuificatur: dilectio autem operatione comprobatur, vnde fides ſine operibus mortua eſſe affirmatur.* Hæc ille. Rectè ergo fides mortua dicitur, quæ vitam non confert: quemadmodùm lex per Moyſen data, vocatur lex mortis ad Roman. 8. adhæc dicitur occidere, iuxta illud: *Litera occidit; Spiritus autem viuificat:* appellatur Miniſtratio mortis, quia vitæ ſpiritum non conferebat, & mortem peccati non tollebat: & hactenus contra ſecundum ſenſum pugnauimus.

1 Cor. 13.

Homo ſine charitate vt nihil ſit.

Mortua quæ dicantur impropriè.

B. Aug. lib. de cogn. veræ vitæ, c. 37. to. 9. inter mediũ & fin.
Iacob 2.

Rom 8.
2 Cor. 3.
Ibidem 7.

Tertiò, ergo interpretantur quidam, fi-

III. ſenſus hæreticorum fidem eſſe diſpoſitionē ſolam à Deo requiſitam ad noſtram iuſtificationem dicentiū impugnatur.

Luc. 7.
Infrà 18.
Infrà 19.
Eccleſ. 1.
Marc 1.
Infra 16.
B. Aug. lib 1. Homil. hom. 1 tom. 10.

dem iuſtificare, id eſt, fidem ſolam eſſe diſpoſitionem, quam Deus ex parte noſtra ad nos iuſtificandum requirit. Sed hoc falſum eſſe, multa ſacrarum literarum teſtimonia confirmant, vbi præter fidem multa alia exiguntur. Nam peccatrix præter fidem, contritionem, & lachrymas attulit: Publicanus humilem confeſſionem, & orationem: Zachæus eleëmoſynas, & ablati in quadruplo reſtitutionem. Adhæc Spiritus ſanctus ait: *Qui ſine amore eſt, non poterit iuſtificari*: & Dominus, *Pœnitemini, & credite Euangelio*: Rurſus, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*: & Auguſtin. *Omnis*, inquit, *qui iā ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, cùm accedit ad Sacramenta fidelium, niſi eū pœniteat vitæ veteris, nouam nō poteſt inchoare.* Deniq; ſuperiùs multa contra hoc dogma dicta ſunt, multa etiam inferiùs dicentur.

IV. Buceri, de fide iuſtificante.

Quartò, Martinus Bucerus, fide nos iuſtificari à Deo docet, non quidem quatenus ex illa gignitur charitas, vt indiuidua comes eius, ſtudiumq; bonorum operum, ſed quatenus apprehendit miſericordiam Dei per Chriſtum peccata nobis gratuitò remittentis, & vitam donantis. Hæc ille. Non ergo fides ſola, ſed fides & miſericordia Dei continet iuſtificationem noſtram, id eſt, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.

Illam nō eſſe apprehenſionem diuinæ miſericordię de remiſſione peccatorū accepta.

Quod ergo dicitur: Fide apprehendimus miſericordiam; ſed id quod promiſſum eſt, quòd ſumus toti ſanandi, apprebendamus adeptione reali à Deo miſericordiam obtinendo, qua & à peccatis purgamur, & nouæ vitæ reſtituimur, vt anima, & corpus ſana fiant per miſericordiam exhibitam, & impetratam: ſicut canes dicuntur apprehendiſſe prædam, cùm eam dentibus tenent: ſic ſe, inquam, intelligit: reſpondemus, quòd ſi rei promiſſæ ſponſionem fide apprebendamus: rem tamen promiſſam non aliter aſſequimur, & apprehendimus, quàm Dei traditione, & noſtra acceptione, quæ manibus demùm apprehendatur, & non ſola fide. Nec enim qui credit amico fide promittenti, continuò habet quod promittitur, ſed accepturus eſt, ſi ille ſteterit pollicitis, at non ſola fide.

Exemplum.

Hebr. 11.

Nam etſi dum ſperatur, & in expectatione eſt, ſola fide apprehendatur, quia fides eſt ſubſtantia rerum ſperādarum: cùm tamen res exhibetur, & res rei iungitur, fides iam ſuo defuncta eſt officio. Et ita fides non dicitur apprehendere miſericordiam, ſed ad miſericordiam apprehendendam pręparaſſe. Et ita euacuata fide in gloria, charitatem tenebimus, vt ait Paulus. Si ergo nunquam viuentibus iuſtificatio exhiberetur, ſed maneret in promiſſis, & ſperaretur tantùm, non abſurdè diceretur fide apprebendi: at cùm certo conſtet, eos, quos Deus vocauit, iuſtificare, & non tantùm promiſſis, & arrhabone alere, ſed re ipſa gratiam iuſtitiæ exhibere voluiſſe: iniuriam profectò facit diuinæ veritati, qui ſe ſola fide apprehendiſſe miſericordiam olim promiſſam, nunc verò exhibitam aſſerit. Nam reuera dat gratiam pro gratia, id eſt, vitam æternam pro bonis operibus. Interim verò quod iam datum eſt, non fide tenemus, ſed re. Et idcircò falſum eſt apprehendiſſe fide tantùm quod re accepimus: nam fide apprehendiſſe in hoc ſenſu, idem eſt quaſi nōdum acceperis, ſed adhuc expectes.

1. Cor. 13.

Rom 8.

Ioan 1. Date gratiā pro gratia, quid ſit.

Obiectio diluitur.

Quòd ſi dicant, idcò fide apprehendi miſericordiam, quòd fide ducamur ad apprehendendam illam, & non fide tenere, ſed fide interueniente tanquam inſtrumēto aſſequi, verū eſſet; ſed periret iam energia, & emphaſis verbi Apprehēdere, quam illi tribuunt. Quòd ſi dicant, miſericordiā continere remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, quam nondum re ipſa percepimus, & propterea rectè dici poſſe, viuentes non niſi fide apprehendere Dei miſericordiam: remiſſionem autem peccatorum, quia priuatio quædam eſt deformitatis in anima, reali apprehenſione comprehendi non poſſe, quia non eſt habitus, ſed priuatio: qui ſic loqueretur, certè res ipſas confunderet. Nullus enim Catholicus ſenſit, ſub iuſtificatione comprehendi vitam æternam, ſed vitam nouam per gratiam: & illa duo Paulus diſtinxit, dicens: *Quos iuſtificauit, illos & glorificauit*. Etſi in iuſtificatione datur vita ęterna, quid supereſt dandum in glorificatione? Et quid magis præpoſterum, quàm ante curſum dari brauium, & ante militiam coronam? Et ſi fide apprebendimus vitam æternam (nihil enim certius, quàm quod fide apprehendimus,) quare Petrus ait; *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis?* Tam certa enim erat vita æterna, quàm Deum eſſe, cùm vna ſit credendi ratio, quæ in vno labefactata, in cæteris quoque corruit. Et ſi datur in primo ingreſſu fidei vita ęterna, non erit opus ire de virtute in virtutem, vt videatur Deus deorum in Sion; & Paulus ait, in illa die retributurum iuſtum iudicem ſibi. Si etiam fides æternam vitam apprehēdit, quare hortatur Corinthios ad diuinæ munificentiæ brauium aſſequendum, & non potiùs ad iā adeptum retinendum? Sed iam ſatis eſt dictum contra iſtum ſenſum.

Nequaquam fidem, ſeu iuſtificationem in ſe actu cōtinere vitam æternam.

Rom. 8.

1. Cor. 9.
2. Tim. 2.
Ijs quæ fide apprehendūtur, certius nihil.
2. Pet. 1.

Pſalm 83.
2. Tim. 4.

Quintò,

V. ſenſus Lutheri & aliorũ quorundam.

Quintò, aliter adſtruere quidam videntur ex dictis hæreticorum. Ait enim Lutherus libr. de Fide, & operibus: *Fides nullo modo eſſe poteſt, niſi ſit viuax quædã, & indubitata opinio, qua homo ſuper omnem certitudinẽ certus eſt ſe placere Deo in omnibus quæ fecerit, aut geſſerit propitium in bonis, ignoſcentem in malis.*

Auguſtana Confeſſio.

Cui ſubſcribit Confeſſio Auguſtiniana part. 4. A. E. *Fides eſt*, inquit, *qua credimus nos in gratiã recipi, & peccata remitti per Chriſtum.*

Philipp. Melanchton.

Et Philippus in Apologia: *Fides ſpecialis eſt, qua credit vnuſquiſq; ſibi remitti peccata, & credit nobis Deum eſſe placatum propter Chriſtum: quæ iuſtificat, & quæ aduocat nobis Spiritum ſanctũ.*

Ioan. Caluin. lib. de Inſtitu. religio. c. 4.

Et Caluinus lib. de Inſt relig. *Fides, eſt diuinæ erga nos beneuolentiæ firma, certaq; cognitio, quæ gratuitæ in Chriſti promiſſione virtute, per Spiritum ſanctum reuelatur in mentibus noſtris, & cordibus obſignatur.* Hæc ille. Ex his ergo colligunt, iuſtificari ex Fide: nihil aliud eſſe, quam per certum aſſenſum diuinæ erga nos beneuolentiæ gratis nobis peccata propter Chriſtum donari.

I. ratio ad probandũ, fideles ſe filios Dei eſſe, nequaquam ad credendum adſtringi. Secunda.

Sed iſti noui magiſtri in re ipſa ludunt, & in voce Fidei fucum faciunt. Non enim Catholicam Fidem cum Paulo definiunt, ſed nouitiam quandam & ſpecialem à ſeipſis excogitatam, & inuentam. Deinde plures ſunt in gratia Dei, qui illa de ſeipſis nõ credunt. Nam Paulus timebat, cùm alijs prędicaret, ipſe reprobus fieri: ſuadet etiam alijs, vt cum metu, & tremore ſalutem ſuam operentur: & ſi Deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne fortè tibi parcat: & rurſus, *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ. Sic currite vt cõprehendatis: qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.*

1. Cor. 9. Philip. 2. Rom. 11. 1. Cor. 9. Infrà 10.

Tertia & quarta.

Adhæc ſi omnes illud credere deberent, multi fallerentur, poſſetque illi Fidei ſubeſſe falſum. Præterea hæreticus idem credens certò agnoſceret ſe eſſe in gratia, quod eſt abſurdum, & à ratione alienum.

V atque poſtrema. Leo X. Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 13.

Denique merito hic articulus Lutheri damnatus eſt primùm à Leone X. & deinde à ſancta Synodo Tridentina. Nam Fides Catholica ad hęc obiecta, quæ à Scripturis, vel ab Eccleſia non proponuntur credenda, per ſe primò non extenditur: & promiſſiones Dei de danda iuſtitia, & remiſſione peccatorum, aut de donanda perſeuerantia, aut de reddenda vita æterna, non ſimpliciter in Scripturis proponuntur, ſed ſub certis conditionibus præter ſolam fidem, vt poſtea oſtendemus.

DISPVTATIO VII.

In qua diſſeritur in Oſiandrum, Theodorum Bezam, & alios Theologos Saxonicos, qui ſententias Pauli de fide iuſtificante referunt ad eum ſenſum vt per Fidem apprehendamus iuſtitiam imputatam, hoc eſt, Chriſtum.

VI. ſenſus hæreticorum.

POSTREMÒ diſceptandum eſt contra eos, qui iuſtitiam imputatam per Fidem apprehendi conſtituunt. Quos inter Albertus Pighius, vir alioqui benè de Catholica Eccleſia meritus, & egregius orthodoxæ Fidei propugnator; à Bucero deceptus, docuit, Fidem, & charitatem, & totam noſtram iuſtitiam inhærentem non ſatis eſſe ad ſalutem, & ad vitam æternam comparandam: quia deficiens eſt, & peccata admittit, & Scriptura reclamat, cùm per Eſaiam ait: *Quaſi pãnus menſtruatæ vniuerſa iuſtitia noſtra*, niſi ſimul apprehendamus iuſtitiam CHRISTI nobis imputatam, cui ſoli vt integræ, & perfectæ nitendum eſt, vt verè ſimus coram Deo iuſti.

Albertus Pighius, pius & Catholicus noſtri ſeculi ſcriptor.

Eſai. 64.

Doctores Colonienſes.

Idem etiam dixerunt Doctores Colonienſis Academiæ in Antididagmate contra Bucerum. Secutus eſt hanc ſententiam mordicus Theodorus Beza in præclaris illis ſuis Commentarijs, quibus epiſtolam ad Romanos obſcurabit. Poſtremò Saxonici Theologi, qui ante paucos annos in vnũ ſimul conuenerunt, præcipiente Duce Saxoniæ, vt in articulo iuſtificationis conſenſionem aliquam inirent, iuſtificationem noſtram nõ tam per dona infuſa & inhærentia, quam per Chriſti iuſtitiam imputatam conſurgere ſtatuentes. Aiunt enim iſti in libro à ſe edito: *Iuſtitia peccatoris corã Deo eſt ipſa paſſio, & tota obedientia Chriſti, ſeu legis impletio à Chriſto perfectiſſime loco generis humani præſtita: quæ gratis donatur, & imputatur credenti in eũ.* Et folio 173. *Iuſtitia noſtra eſt opus Chriſti, quo legem pro nobis faciendo, & obediẽdo impleuit.* Et iterum: *Iuſtitia noſtra imputatio iuſtitiæ Chriſti paſſione, & obedientia ſua acquiſita, hoc eſt opus Chriſti.* Hęc illi.

Oſiandri figmentum.

Oſiander etiam Norimbergenſis deterius eſt auſus pronunciare, dum per eſſentialem Dei iuſtitiam, quę in ipſo eſt, nos iuſtificari affirmat.

Falſa hęreticorum & impia omnis hęc de iuſtificatione do-

Sed vt agnoſcas, hæc omnia ex officina Lutheri prodijſſe, audi quid ille prim⁹ tragediarum excitator ſcripſerit in epiſtolam ad Galat. cap. 2. *Fides apprehendit Chri-*

 ſtum,

ctrina ab vno Luthero manauit. Catholici & orthodoxi, omnes Sophiſtæ Luthero.

ſtum, qui eſt forma, qua fidem ornat, & informat, vt calor parietem. Et *ſicut Sophiſtæ dicunt.* (intelligit hic magnus nebulo Catholicos, & orthodoxos) *charitatem informare, & imbuere fidem, vel formam eſſe fidei. Ergo Chriſtus fide apprehenſus, & in corde habitans, iuſtitia Chriſtiana eſt, propter quam nos Deus reputat iuſtos, & donat vitam æternam. Ibi certè nullum eſt opus, nulla dilectio, ſed longè alia iuſtitia, & nouus quidam mundus extra, & ſupra legē, Chriſtus enim, vel fides non eſt lex, vel opus legis.* Hæc ille, qui cæteris videtur palmam aliquid noui cogitandi præripuiſſe.

Confutatio.

Contra hanc profanam vocum nouitatem tela nobis ſuppeditat Scriptura, quę in eam iaculemur. Et in primis reuera nullibi Scriptura, aut Eccleſia, aut Patres, aut vllum Oecumenicum Conciliū tradit, quod ipſa Chriſti paſſio, mors, & obedientia ita nobis imputentur ad iuſtitiam per fidem, vt ſint ipſa res, qua nos coram Deo iuſtificamur.

Gen 15. Rom. 4. Ibidem.

Et de Scripturis quidem id apertè illi teſtantur, quamuis dicant, rem ipſam alijs verbis conceptam extare, vt cùm dicitur: Fides Abrahæ reputata eſt ad iuſtitiam: & ſimiliter aliorum qui credunt, fidem imputandam. Sed nullibi Apoſtolus dixit, ad Chriſti iuſtitiam fidem Abrahæ imputari: nec imputatio quæ fit per fidē, vel propter fidem, vnquam dicitur fieri ad Chriſti iuſtitiam. Nam cùm fides dicitur imputari ad iuſtitiam; id ſignificatur, fidem non minoris haberi, aut æſtimari apud Deum, quam iuſtitiam. Nam cùm ex duobus vnum imputatur ad alterum, illa (quod ad eam rem, de qua agitur, attinet) paria ſunt, & eſſe dicuntur. Quod ſi dicerent, iuſtitiam nobis imputari propter fidē, à Pauli ſenſu nō diſferrent, dūmodo nomine iuſtitię illa perſonalis Chriſti iuſtitia nō intelligatur. Iā verò cùm dicitur iuſtitiam per fidem imputari, etſi totū Pauli ſenſum, quem illis verbis expreſſit. *Fides imputatur ad iuſtitiam,* non explicet, id tamen dicitur quod verū eſt, quia fides origo eſt & cauſa, & modus iuſtitiæ nobis imputandæ.

Quid ſit fidē imputari ad iuſtitiam.

Imputare quid propriè.

Quò verò magis hæc illuſtrentur, perpēde, Imputare, ſiue verbū Gręcū λογίζεσθαι nil aliud eſſe quam gratis, aut ob aliquā inſitam cauſam id in quo res, vel perſona deficit, perinde habere atq; æſtimare, ſiue ad mercedem, ſiue ad vindictam, ac ſi aliud quod reuerà non adfuit, verè adfuiſſet, ſeruata aliqua proportionis lege, vt id nunquam alicui vel adſcribatur, vel imputetur, vel ad præmium conſequendum, vel ad pœnam ſubeundā, quod adeſſe nec debuit, nec potuit. Quam verbi ſignificationem expreſſit Pauli interpres alia voce ſimili, etſi Græca ſemper ſit eadem. Ait enim ad Romanos: *Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus.*

Rom. 4. Pſal. 31.

Acceptū ferre apud Iuriſconſultos quid ſignificet.

Eſt enim acceptum ferre apud Iuriſconſultos, id habere pro perſoluto, quod reuerà non eſt perſolutum. Ita fides dicitur imputari ad iuſtitiam, quam ſua dignitate nō promerebatur. Exemplis hæc illuminemus. Vt quis fiat Chriſti membrum, opus habet fide: ſed cùm infans præ ætate fidem adferre non poſſit, baptizatur, & fidei Sacramentum per gratuitam imputationem eſt periude ac fides quam adferunt adulti. Sic etiam quod vni membro fit, capiti fieri imputatur: *Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et iniuria vni paruulo Chriſti facta, fit ipſi Chriſto, ſecundū illud: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Et, *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, Et Iacob dixit ad Ioſeph: *Duo filij tui, &c. mei erunt. Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi,* quantum videlicet attinet ad portiones Terræ promiſſæ accipiendas. Denique vnius hominis factum maius reputatur, ac dignius: quemadmodum proiectio duorum minutorum viduæ in Gazophylacium, eidem imputata eſt pro maiori munere, quam fuerit illud quod alij diuites obtulerāt. Offerenti ergo pauca, imputatur ac ſi obtuliſſet multa, & plura quā alij. Ex quo poſtremò imputationis genere eſt hæc imputatio, de qua agimus. Fides enim, qua credimus per Dei gratiam nos iuſtificari, actio noſtra eſt, quæ per Chriſtum pro nobis mortuum imputatur nobis pro actione maioris pretij, quam ipſa in ſeipſa reuerà ſit. Cùm enim Deus hominem iuſtitia ornatum condidiſſet, & ad imaginem ſuam, vt iuſtè operaretur, vt ita cum Angelis in cœlo beatitudine frueretur: & cùm per transgreſſionem diuini pacti ſe deieciſſet, vt iuſtitiam ipſe facere non poſſet: aſſumpta carne, inuenit nouum iuſtitiæ modum.

Imputationis exempla.

Matth. 25.

Act. 9.

Luc. 10. Gen. 49.

Luc. 21.

De qua hoc loco imputatione ut ſermo.

Eccli 17. Gen. 1. Homo cur conditus. Gen. 3. Oſea 6.

Nam cùm ipſe omnem Dei legem impleuiſſet, & omnem iuſtitiam præſtitiſſet, promeruit, vt fides in eum daretur ſuis fratribus, & ea imputaretur ad iuſtitiam, non quidem illam Christi, ſed ad illam, quæ ab ipſis hominibus, ſi non peccaſſent, facienda erat ad vitam æternam poſſidendam. Qua in re duplici fuit opus imputatione: altera, vt fides haberetur noſtra iuſtitia, cùm ex nobis non ſit, ſed ex Deo: altera, vt illa per charitatem operans haberetur plena noſtra iuſtitia, cui nihil deſit, vel animo, vel factis: etiam ſi corpus noſtrū liberum non ſit à concupiſcentia: *Quia ego*

Matth. 5. Supra 3. Homini in ſtatū innocētiæ fides quā ad iuſtitiam fuiſſet imputata. Idem poſt lapſum duplici opus habuit imputatione iuſtitiæ.

ipſe

Galat 5.
Rom. 6.

ipſe, ait Apoſtolus, *mente ſeruio legi Dei: carne autem legi peccati.*

Propriam & perſonalem Chriſti iuſtitiam minimè nobis imputati.
I. ratio.
Supra 3.

Etſi igitur mors Chriſti, & obedientia in legis impletione pro nobis præſtita nobis inhęrentem iuſtitiam pepererit, & promouerit: ipſa tamen non eſt iuſtitia illa nobis imputata. Quia in primis derogaret Chriſti gloriæ, de qua ad Romanos Apoſtolus: *Quem propoſuit*, inquit, *Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitia ſua.* Et rurſus: *Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt*: non tam certè illa, qua ipſe per ſe iuſtus eſt, & peccatorū vltor, quam illa, qua impios iuſtificat.

Ibidem 21.

Quā definit Apoſtolus iuſtitiam, quæ nam inſit: eandē cui vocet gloriam Dei.
Rom 1.
Infrà 3
Eadem iuſtitia quomodo manifeſtata.

Nam iuſtitia, quam definit Apoſtolus, quæ reuelatur in Euangelio, ex fide in fidem, eſt iuſta, quā gloriam Dei vocat: quia dando illam nobis, Deus glorificatur. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Quomodo ergo hæc DEI iuſtitia, & gloria manifeſtata eſt? an cùm ex eo quod ſoli Chriſto, quatenùs homo eſt, illam donat, quæ tamen alijs omnibus abſque alia iuſtitia ipſis inhærente per ſolam Fidem imputetur? An potiùs quod propter CHRISTI potentiſſimam iuſtitiam ſingulis quibusque membris Chriſti iuſtitia propria coram Deo donetur, quæ hoc potiſſimùm tempore manifeſta reddita eſt? Nam ſi tantùm ponitur in Chriſto hæc iuſtitia Dei, qua iuſtificat impios, certè tenuis, & exilis erit, & parùm ſeipſam prodet, parumque gloriam Dei commendabit, quia nihil minùs in illo genere fieri potuit: nam non potuerunt pauciores perſonas numerare quibus inſit, quam in illo ſolo.

Si quæ tantū impios iuſtificat poneretur in Chriſto iuſtitia Dei, illa qualis eſſet.

II. ratio.
Chriſti hominis propria.

Deinde cùm illa vnius Chriſti iuſtitia eadem ſit formalis omnium noſtrū iuſtitia, & res qua cæteri iuſtificamur, & adoptamur in filios: certè excogitari nō poterat, quæ minùs propria Chriſti eſſet: Cùm tamen conceptionem ex Virgine illi propropriam fateamur, & ipſum pro nobis mortuum, ſurrexiſſe, & aſcendiſſe in cœlum propria virtute: & tamen iuſtitiam non ipſius ſolam, ſed noſtram fatemur, non per ſolam participationem illius, vt veritas Catholica habet, ſed per imputationem, noſtram eſſentialem faciunt iuſtitiam: quod certè parum eſt Chriſto honorificum, & glorioſum.

Eſa. 7.
Matth. 1.
Rom. 4.
Infrà 5.
Ibidem.
Ephes. 4.

III. ratio.

Tertiò, cùm Dei iuſtitia vni tantùm inſit, & tamen omnibus in eadem forma communis eſſe ſtatuatur, & per ſolam fidem imputetur nobis, profectò non poterat tenuiori modo, & ratione exiliori nobis adſcribi, vt ita & Chriſto, & nobis permultam auferant iuſtitiæ veritatem de cordibus, ſolam imputationem relinquentes: cùm veriùs, & glorioſius nos doceamus, propter Chriſti meritum, & obedientiam, aliam à Deo nobis donari, per quam iuſti ſumus, & nouæ creaturæ efficimur.

Philip. 2.
2. Cor 5.
Galat 6.
Epheſ 4.
IV. ratio.
Quæ ſit perſonalis incarnati Verbi iuſtitia.

Quartò, obedientia, paſſio, mors Chriſti, impletio legis ab illo pro nobis præſtita, eſt perſonalis Verbi incarnati iuſtitia, quæ eſt propitiatio pro peccatis totius mundi, & mediationis ſine reconciliationis officium exercet: ſed hæc iuſtitia nulli mortalium per fidem adſcribi, vel imputari poteſt, nec redemptio mundi, & reconciliatio humani generis, imò vnio cum perſona Verbi alteri cuiquā per fidem imputetur.

1. Ioan 2.
1. Tim. 2.

Cum Neſtorio Chriſtum qui diuidant.
Ioan. 1.

Qui enim ſeparat iuſtitiam à Verbo quod Caro factum eſt; vnà cum Neſtorio diuidit Chriſtum, & ex vno duos facit. Nam imputaret nobis partem iuſtitiæ ſuæ, id eſt mortem & impletionem legis, non vnionem cum Verbo, & mediationis officium: quod qui dixerit, Chriſtum diuidet. Et reuerà non tantùm pro nobis mortuus eſt Chriſtus, & legem præſtitit, ſed etiam incarnatus eſt. *Qui propter nos homines* (cantat Eccleſia) *& propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, &c.* & Eſaias, *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Erimus ergo iam naturales & proprij filij, perinde ac Chriſtus ipſe.

Eſa. 9.

V. ratio.

Quintò, ſi imputaretur per fidem nobis mors, & obedientia Chriſti, nos quoque apud Deum haberemur in ratione mercedis capiendæ in eo loco, in quo & ipſe Dei Filius eſt habitus. Hæc eſt enim natura imputationis, vt quanquam is, cui fit imputatio, ab eo, ad quod imputatur, multum differat in fine: tamen in ipſo effectu, qui rem conſequitur, eandem prorſus vim cum eo, ad quod imputatur, obtineat. Vt Iſraelitæ ob ſua primogenita conſeruata eo tempore quo Angelus percuſſit Ægyptum, debebant Deo offerre ſua primogenita: ſed illam obligationē in aliam Leuitarum gratiam commutauit. Numer. 18. vt oblatas ſibi decimarum primitias, vellet ſibi illas imputari in oblationem primogenitorum. Et Paulus docet, Præputium legem obſeruans, in circumciſionem reputari: ex quo fit, vt licet aliud ſit circunciſio, aliud legis conſummatio: tamen quicunque effectus fuit Sacramenti circumciſionis, idem quoque eſſe debuerit & Gentilis legem obſeruantis.

Ratio imputationis, & natura.
Exod. 12.
Num. 18.
Rom. 2.

Si tota nobis imputaretur Chriſti iuſtitia, quid inde.

Si ergo per fidem nobis imputatur tota Chriſti iuſtitia, & obedientia in percipienda mercede à Deo: eodem loco habebimur, in quo & Chriſtus: nos ergo pares Chriſto in gloria habebimus dexteram Patris, Nomen ſuper omne nomen, Iudicium viuorū & mortuorum. Verùm queadmo-

Marc. vlt.
Philip 2.
Act. 10.

dum

Rom. 14.
2. Tim. 4.

dum Deo honorificum, aliquos quadam participatione deos efficere, ſed non ſuam naturalem diuinitatem illis per fidem imputare, (ait enim: Gloriam meam alteri nō

Eſai 42. & 44.

dabo (ſic glorioſum eſt Chriſto, alios participatione ſuæ iuſtitiæ habere iuſtos, ſed non ſuam naturalem iuſtitiam illis per fidem imputare, ne eò progrediamur, vt anima quoque Chriſti, in qua inhæret iuſtitia, per fidem quoque nobis imputetur, & ita duplicem animam habeamus.

VI. ratio.

Sextò, in omni genere imputationis, id quod imputatur velut ab aliquo factum, res eiuſmodi eſt, quæ ab eodem homine fieri poterat, niſi culpa ſua obſtitiſſet, vel quæ ad mercedem inde percipiendam præſtanda eſſet, niſi Deus eam rem in aliam commutaſſet. Nam etiam Leuitæ poterant ſua primogenita Deo obtuliſſe nō ſecùs ac cęteri Iſraelitæ: & debebant, niſi Deus oblationem primitiarū in primogenitorū oblationem imputaſſet.

Num. 18.

Iterum poterāt Gentiles qui legem ſeruabant, eſſe circumciſi, non ſecùs ac Iudæi, vt tanquam proſelyti ad reliquum populum Dei aggregarentur, niſi Deus conſummationem legis in circumciſionem illis imputaſſet.

Gen. 2.

Abraham quoque & omnes homines poterant operari iuſtitiam, ſi non peccaſſent, & debebant præſtare, & non peccare, vt in æternum viuerent, niſi Deus illis fidem ad iuſtitiam imputaret: At Chriſti iuſtitiam nullus præſtare poteſt, neque debebat, ergo neque per fidem illā alicui imputat.

VII. ratio.
Illud: Excolātes culicē, camelum autē glutientes, quam Lutheranis conueniat.
Matth. 23.

Septimò, pugnat hæc ſententia alijs eorum dogmatibus: quia Sanctos negāt pro nobis intercedere, ne vllam officij mediatoris partem illis tribuant, qui tamen nunc totam mediatoris iuſtitiam ſingulis fidelibus per fidem tribuunt, nec verentur in eo peccare: vt verè de illis dici poſſit: *Excolantes culicem, camelum autem glutientes*: & qui horrent dicere Sanctos pro nobis orare, non tamen horrent ſeruos Domini ſui gloriam ſibi vſurpare.

Quadruplex gradus iuſtitiæ.

Prima ergò iuſtitia Dei, eſt æterna: proxima deinde, iuſtitia Chriſti ſine menſura Spiritus: tertia iuſtitia, eorum qui iuſtificantur per fidem ſecundùm menſuram donationis Chriſti: quarta, eſt originalis iuſtitia, quæ olim Adæ data eſt, quæ tunc non eſt in hominibus, ſed fides ad illam iuſtitiam originalem reputatur: quia imputatio fieri ſolet ad id, quod ineſſe vel poterat, vel debebat, & non ad id, quod omnium hominum vires perpetuò ſuperabat.

Ioan. 3.
Epheſ. 4.
Eccls. 17.
Ad quid fieri ſoleat imputatio.

Dicere verò, iuſtitiam inhærentem eſſe imperfectā, & minimè talem, cui tutò niti poſſimus, falſum omninò eſt, & ex principijs falſis deprouptum.

Iuſtitiam noſtrā inhærentē ſine imputatione Chriſti iuſtitia ſatis eſſe ad ſalutem, contra Bucerum, & Albertum Pighium.

Tum quia opus Dei eſt, & à Chriſto comparatum margaritæ, & theſauro, & veſti nuptiali. Tū quia Petrus ait: *Per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* Et dilectus: *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.* Quomodo ergo deficit hæc iuſtitia, ſi maxima eſt, ſi pretioſa, ſi perfecta, imò ſi vinculum eſt perfectionis? Nam perfectum illud dicitur, cui nihil deeſt.

Matth. 13.
Ibidem 44.
Infrà 22.
2. Petr. 1.
1 Ioan. 4.
Coloſſ. 3.
Perfectum quid ſit, & dicatur.

Adhæc ſuperfluè ponitur hæc iuſtitia imputata, cùm ſatis ſit inhærens, & decentiùs res fiat per vnam formam: vt videmus in omnibus rebus naturalibus, quæ contentæ ſunt vna ſimplici forma. Idem etiam in ſupernaturalibus apparet.

II. ratio.

Vnica enim ſapientia nobis à Deo infuſa ſine alterius ſapientiæ Chriſti imputatione ſapientes ſumus. Quin etiam in Scripturis per has duas iuſtitias dicimur iuſtificari: ſed nō vno, & ſimplici modo, ſed inhęrente vt forma: imputata verò Chriſti longè alio excellentiori ſenſu id fieri traditur.

Inhærens noſtra iuſtitia vnde ſit.

Nam illa Chriſti iuſtitia, cauſa eſt meritoria, Roman. 3. noſtræ inhærentis, & quicquid in nobis facit, nonniſi per mediam inhærentem iuſtitiam efficit: Siquidem cùm vult nos augere, aut perficere in iuſtitia imputata, quæ Chriſtus eſt, auget & perficit inhærentem: quæ quia Chriſti meritis comparata eſt, ſcribit de ea Apoſtolus, quaſi de cauſa meritoria, Roman. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* Ecce vides iuſtitiam inhærentem. Subiungit de meritoria Chriſti cauſa: Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Et ad Roman. 5. *Si vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiā gratiæ & donationis, & iuſtitiæ accipiētes in vita regnabūt per vnū Ieſum Chriſtum.* Vbi etiam vides iuſtitiam inhærētem ab illa Ieſu Chriſti proficiſci, vt à cauſa ſua.

Quo modo nos Chriſtus augeat, & perficiat in iuſtitia.
Rom. 3.
Infrà 5.

III. ratio.

Deinde abſurdum eſt, & contra omnem rectam rationem, & Philoſophiam, rem eſſe, aut talem denominari per cauſam meritoriam, vel per formam extrinſecam, quæ rei non inhæret: quia hoc vt dogma Platonicum, non ſemel Ariſtoteles confutauit.

IV. ratio.

Item ſi iuſtitia imputata ex parte ſupplet vices inhærentis iuſtitię: quid impedit quominùs dicamus illam imputari ad ſupplendos omnes gradus eius, ita vt inhærente non ſit opus? Quòd ſi omnes ſuppleret defectus inhærentis, clarum eſt quod vltra vires inhærentis tenderet eam ſupplendo: non ergo eſſet ratio diuerſarum manſionū, ſed omnes pares eſſent in gloria, quod eſt abſurdum.

Ioan. 14.

Quæ igitur ex Scripturis producunt

ad

ſcripturarũ quę obijciun tur teſtimonijs reſpondetur.

ad hoc dogma ſtatuendum, leuia ſunt. Nã quod dicitur 1. Corinth. 1. *Factus eſt nobis ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redẽptio:* hoc ſecundùm prædicationem quam vocant caſualem, intelligendum eſt: quemadmodum dicitur Spiritus ſanctus remiſſio peccatorum ab Eccleſia, eo quòd eam efficiat. Et maluit Apoſtolus dicere: *Factus eſt ſapientia, & iuſtitia*, quam, Fecit ſapientes, & iuſtos, vt muneris liberalitatem ſignificaret. Quemadmodum idem Apoſtolus in alio loco de nobis ſcripſit: *Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit,* (hoc eſt oblationem pro peccato) *Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo*, id eſt excellẽter iuſti. Ita dicitur pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: dicitur vita, & reſurrectio, id eſt, autor vitæ, & reſurrectionis. Quod dicitur: *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens:* Primùm reſpondeo, ſimpliciter verum non eſſe, quod in conſpectu Dei nemo ſit iuſtus, cùm Zacharias, & Elizabeth, iuſti ante Deum dicantur, & Abel teſtimonium habuit à Deo quòd eſſet iuſtus. Senſus ergo ex Titulo Pſalmi, & ex circumſtantibus eſt venandus. Nam Titulus Pſalmi iuxta 70. Interpretes eſt: *Pſalmus David, quando perſequebatur eum filius ſuus.* Ex quo habemus, quòd pœnitentialis ſit Pſalmus: nam Abſalon filius, Deo permittente ob peccatum adulterij & homicidij, eum perſequebatur: quare in hoc Pſalmo perſonam peccatoris induit David. Et poſtquam precatus eſt exaudiri orationem ſuam, ſubdit: Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: id eſt (vt exponit Auguſtinus) Omnis viuens in Adam, & peccator, nedum illi mortus: at iuſtificatus, in quo viuit Chriſtus, iuxta illud: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus*, ante tribunal Chriſti comparêre non formidat. Idem epiſt. 21. ad Hieronymum, & Hieronymus epiſt. 1. ad Cteſiphontem, & lib. 1. aduerſus Iouin. B. tamen Auguſtinus lib. de Peccat. mer. & remiſſ. interpretatur, neminem dũ viuit, iuſtificari plenè ante Deum propter leuia, & venialia peccata, quibus quantumlibet iuſti vita nunc inficitur. Verùm alia eſt ratio, quando comparebimus ante tribunal Chriſti iam purgati ab omni affectu peccati, & non ſolùm ſine macula, verùmetiam ſine ruga.

I. Loc⁹. *1. Cor. 1.*

Cur potiùs Paulus dixerit Chriſtũ factum iuſtitiã noſtram, &c. quam feciſſe nos iuſtos, & ſapientes, &c.

2. Cor 5. *Epheſ. 2.* *Ioan 12.*

II. Locus. *Pſal. 142.*

Luc 1. *Hebr. 11.* *Gen. 4.* *Matth 23.*

Id Pſalmi 142. Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs, qualem ſenſum habeat.

2 Reg 12. *Supra 11.* *Ibidem.*

Aug. in prædictum Pſalm. tom. 6. *Galat. 2.* *2. Cor. 5.*

Idem to. 2. *Hier. to 2. circa finem.* *Idem eod prope initium.* *Aug lib. 2 de Peccato. meri. & remiſſ c. 19. to 7. parũ à medio.*

Hieronymus verò in illud ad Epheſ. 1. *Elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate*, ſcribens, ait: *Quomodo, cũ ſcriptũ ſit: Nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs?* Et dupliciter ſoluit: Primò, vt omnis viuens ſit per totam vitam ſuam: nemo eſt enim, qui totam vitam ſuam ducat ſine peccato. Secundò ſoluit, dicens: Non enim, inquit, dixit, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo quiſquam viuens; ſed, omnis: id eſt non iuſtificabuntur omnes, ſed aliqui. Tertiò, obijcitur ſententia Eſa. 64. *Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruata vniuerſa iuſtitia noſtra: & cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtra quaſi ventus abſtulerunt nos.* Quæ ſentẽtia dupliciter poteſt reſolui. Vel enim hęc dicta ſunt propter veniales, & leues culpas vitę iuſtorum, & ſanctorum virorum; vel, quod magis inſinuatur in ipſis verbis Eſaiæ, dicuntur de homine per peccatum Adæ infecto. Vnde ait Propheta, ꝙ cecidimus vniuerſi velut folium: Arefacta enim radice, hoc eſt Adam parente, nos quoque vniuerſi cecidimus à virore diuinæ gratiæ, & fructu bonorum operum; at reſtaurati per Chriſtum, ipſi per baptiſmũ, & alia Sacramenta abluti ſunt, & purificati ab omni ſorde menſtruatæ, iuxta illud: *Erit fons patens domui David, & habitantibus Ieruſalem, in ablutione peccatorũ, & menſtruatæ.*

Epheſ. 1. *B Hier. to 9.*

Supra 2.

Huius ſentẽtiæ: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: duplex Hieronymi intelligẽtia.

III locus. *Eſa. 64.*

Propheticũm illud: quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: habet duplicem ſenſum.

Zach 13.

Lutherus tamen in Eſaiam, eam pertractans ſententiam, nihil hoc pertinere ad iuſtitiam noſtram aſſerit, an pura, vel impura ſit: & recantat quoòd illum verſum aliquando ſecùs vſurpauerit. *Et quia Propheta*, inquit, *videns optimos viros in captiuitatem duci, in eadem detineri ſeruitute ob aliorum impietatẽ, dolet quod omnes ſint habiti tanquã impij, cùm Dominus Sodomæ pepercisſet propter paucos iuſtos, & nũc omnes eſſe reputatos tanquam immũdos, & iniuſtos, & eorum pœnã ferentes. Vnde exponit immundos factos, non vera immũditia ſubſiſtentia, ſed imputatione Dei, qui ſæpe vindicat in cõmunitate ſcelera paucorum.* Sic ille.

De eodẽ loco Lutherus rectè quid ſenſerit.

Gen. 17.

Similiter etiam illud Prophetæ expediendũ eſt: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Nam loquitur Propheta de operibus ſine Chriſto redemptore factis, de quo ſubdit: *Quia apud te propitiatio eſt, & propter legẽ tuã ſuſtinui te Domine: Et, Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio.* Illud quoq; Prouerb. 20. *Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, & purus ſum à peccato?* Vbi 70. habẽt: *Cùm ſederit Rex in throno Maieſtatis ſuæ, quis gloriabitur mundum ſe habere cor?* Sed ad hoc reſpondet Chryſoſtomus in quadã homilia, quòd nemo ex ſeipſo, aut viribus ſuis, id de ſe valeat teſtari: ſecùs ex Dei benignitate, & miſericordia, quibus dixit: *Vos iam mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis:* & Petrus, *Fide purificans*

Deus ſæpè in cõmunitate vindicat ſcelera paucorum.

IV locus. *Pſal. 120.*

In quem ſenſum dicatur: Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit.

V. locus. *Prouerb 20.*

B Chryſ. hom. in Pſal 143. in prin to 1 prope finem.

Ioan. 15.

corda

Digitized by Google

Act. 15.
1. Cor. 6.
Eſai. 38.
2. Tim 4.

corda eorum: & Paulus, *Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis:* & Ezechias de ſcipſo dicebat: *Obſecro Domine, memento, quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.* Paulus etiam: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.*

Rationes in contrarium diluuntur.

I. ratio.

Cur nobis modò parùm ſit expediens propriorũ cõſideratio meritorum.

Matth. 5.
Apoc. vlt.
Philip. 3.

Præter Scripturas, obijciunt quaſdam rationes. Inter quas primo loco aiunt, practicè loquendo in die iudicij iuſtos de ſua iuſtitia formidaturos coram Deo, ſi opera ſua conſpiciãt: quia etſi modò nõ expediat multũ ad benefacta noſtra reſpicere, tum ne latenti vanæ gloriæ veneno inficiamur; tum vt augeamur in virtute humilitatis tãtùm à Chriſto celebratæ, & quę omnes virtutes cõdit, & auget, tùm quod ſtatus pręſens requirit eſuriem, & ſitim iuſtitiæ, vt qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, vt more viatorum non tam retrò aſpiciamus, quàm cum Paulo quæ retrò ſunt, obliuiſcamur, & ad anteriora cõuertamus nos ipſos: tùm denique quia quę nũc habemus bona, poſſumus illa perdere; & ideò qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat: ea tamen die alijs oculis conſpiciemus opera noſtra. Nam ſtabũt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum, & Ioannes, *Nunc filioli manete in eo, vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur in aduentu eius.* Item Salomon; *Iuſtus, quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Iterum: *Non contriſtabit iuſtũ quicquid ei acciderit.* Vides ergo quanta confidentia acturi ſunt iuſti in die iudicij, ita vt minimè formidini remaneat locus.

Sapient. 5.
1. Ioan. 2.
Prouerb. 28.
Supra 12.

II. ratio.

Secundò obijciunt: totam pręſentem ſanctorum iuſtitiam admiſtam eſſe multis maculis, & defectibus, ita vt Bernardus vocet iuſtitiã noſtram impuram. Ait enim ſer. 5. de verbis Eſaiæ: *Cernere eſt quàm ſit iuſtitia illa ſublimis, quam ſicut montes Dei Propheta miratur. Noſtra enim (ſi qua eſt) humilis iuſtitia, recta forſitan, ſed non pura. Niſi fortè meliores nos eſſe credimus, quam patres noſtros, qui non minus veraciter, quàm humiliter aiebant: Omnes iuſtitia noſtra tanquam pãnus menſtruatæ mulieris. Quomodo enim pura iuſtitia, vbi adhuc non poteſt culpa deeſſe? Recta proinde interim videri poteſt iuſtitia hominum, ſi tamen peccato non conſentiant, vt non regnet in eorum mortali corpore. Nam primi hominis in initio quidem non modò recta, ſed etiam pura fuit, quando ei datum eſt nec ſentire peccatum. Ceterũ & hæc ipſa quoniam firma non fuit, & puritatem facile perdidit, & ne ipſam quoque retinuit rectitudinem ſuam.*

Pſal. 35.
Eſai. 64.

Recta hominum iuſtitia quãdo ſit teſte Bernardo.

Rom. 6.

Noſtra hæc vitæ præſentis qualis iuſtitia ſit.

Hactenùs ille. Dicendum eſt igitur, noſtram hanc præſenti vitæ accommodam iuſtitiam peccata leuia, & venialia non reſpuere, & per illa iuſtitiam non tolli. Nec enim, vt Hieronymus ait, ferula dignum vitium, gladio vindicandum eſt, nec gladio dignum ſcelus, ferula coërcendum. Nemo etiam ſapiens abijcit lapidẽ pretioſum propter admixtum aliquid ſcoriæ, ſed exurit: nec pulchram imaginem ob pulueres, qui abſtergi poſſunt. Nec verum eſt quod hæretici putant, ob quodlibet, vel minimum peccatum Deum damnare nos poſſe ſecundùm regulas Euangelicas: quia peccatum lethale, & veniale ſecundùm ſpeciem, & genus moris ab ſe inuicem diſtinguuntur; & non ex varia Dei imputatione. Quid autem Deus abſolutè poſſit facere, an iuſtum damnare, & iniuſtum ſaluum facere, curioſum eſt magis inquirere, quam nobis vtile. Habitus etiam, iuxta Philoſophum, non tollitur per quamuis deuitationem à regula; ſicut nec temperantia, nec fides, nec charitas. Idem in Ethicis. *Non eſt,* inquit, *vituperandus, qui non multum exorbitauerit.* Et rurſus: *Non ſtatim iniuſtus eſt, qui iniuſtũ aliquid facit, Nam qui ex ignorantia vel infirmitate, vel ad dãnum vitandũ, iniuſtum facit non eſt iniuſtus.* Et Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei, docet non omnia peccata facere filios diaboli, ſed criminalia tantùm. Ideò rectè Hieronymus in Dialogo contra Pelagium: *Ezechias,* inquit, *non ex hoc quod parua peccauit, iuſtitia nomen amiſit: ſed ex eo quod multa opera bona fecit, iuſti vocabulum poſſidet. Hoc totum dico, vt Scripturarum ſanctarum teſtimonijs comprobetur, non ex eo peccatores eſſe iuſtos, quod aliquando peccauerint, ſed ex eo iuſtos permanere, quod multis virtutibus floreant.*

B. Hier. lib. 2. aduerſus Pelagia paullò ante med. to. 2 inter med. & fin.

Solo nos peccato mortifero conſtitui æternę damnationis reos contra Lutherum.

Sap 12.

Ariſt. lib. 2. Ethic.

Idem eod lib. c. 9. ſub fin.
Idẽ lib. 6. c. 6.

B. Aug. li. 20. de Ciui. Dei. c 27.

Filios diaboli grauiora tãtũ peccata conſtituerunt.

B. Hier. lib. 2. aduer. Pelag. procul à med. to. 2. circa fin.

Hæc ille. Similia docet Auguſtinus Epiſtola ad Hilarium, & libr. 1. de Ciuitat. Dei, capit. 10. & libr. 21. capit. 25. *Vnde Abel dicitur iuſtus, ſimiliter Zacharias, & Elizabeth, qui non ſine peccatis vixere.* Et lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus. *Nullus,* inquit, *ſanctus, & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus, vel ſanctus, cũ affectu teneat ſanctitatem.* Idẽ epiſtola ad Hieronymũ, reprehendit quoſdam, quòd dicerẽt, eos, qui iuſtitiam perfectam ſeruarent, nomen & rationem iuſtorum habere: aitq; eſſe dogma Stoicorum, dicens: *Mihi videntur Stoici falli, quòd hominem in ſapientia, & virtute proficientem, nolint habere ſapientiam, & virtutem, ſed tunc primũ, cũ in ea omninò perfectus fuerit.*

B. Aug epiſt. 89. to. 2.
Idem to. 5.
Matth. 23.
Luc. 1.
Idem ib de Eccleſi. dogma. c. 86.

Idem epiſt. 29. to. 2.

Sapientẽ, & perfectũ Stoici quem ſolũ definiẽt, ſed falsò.

III. ratio.

B. Aug. to. 1. initio.

Tertiò obijcitur ſententia Auguſtini libr. 9. Confeſſ. cap. 13. initio: *Væ etiam laudabili vita hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam.* Sed dicendum eſt, quod loquitur de vita iuſti, remota pietate, & miſericordia, quæ ſi remoueatur, tollitur à iuſto gratia inhæ-

Illud Auguſtini: Væ etiã laudabili vitę hominum, ſi remota miſericordia diſ-

entias eam: quomodo accipiendum. *1.Cor.13. Matth.25.*

inhærens, Chriſti paſſio, & Dei benignum de remunerandis bonis operibus pactum: & ita ſolùm remanerent opera ſecundùm ſuam naturam, quæ nihil reuerà ſunt apud Deum: ſecùs eſt ſi charitate, & gratia, & Spiritus Dei coniuncta conſtituantur: quibus Deus nõ væ, ſed euge pronunciat: *Euge* inquit, *ſerue bone, & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, &c.* Hæc & his ſimilia producuntur argumenta ab his, qui iuſtitiam imputatam ad ſupplendum defectus iuſtitiæ inhærentis tuentur: quæ reuerà parui ſunt momenti.

Noſtrã inhærentẽ iuſtitiã non eſſe Dei ſubſtantialẽ iuſtitiam contra Oſiandrũ. Hæreticorũ leuitas, & inconſtantia.

Præter ſenſus productos eſt & alius poſtremus Oſiandri Norimbergenſis, qui iuſtitiam noſtram voluit eſſe eſſentialem diuinam, quam triginta & amplius Scripturarum locis comprobare tentauit, ſed violenter, & detortè productis: vnde damnata fuit à Wittembergenſibus ob vnum tantũ Philippi Melanchtonis verbum: probata verò fuit illa ſententia à Wittembergenſibus, vbi Brencius docebat; vt videas hæreticorum inconſtantiam, & factiones. Sed hanc ſententiã enarraſſe, impugnaſſe quoque ſit. Indignum quippe eſt, vt ſumma ſubſtantia, & infinita efficiatur qualitas, ſiue forma accidentaria in nobis: & omnes eſſemus æquè iuſti, atque Deus ipſe: nec eſſet per quid vnus eſſet maior in iuſtitia quã alter. Non proſequor pluribus varios ſenſus Lutheranorum impugnare, qui propè ad viginti duas opiniones de iuſtificatione inter ſe peruenerunt, ſicut ad trigintaſex in articulo de vtraq; ſpecie, vt intelligas quãto ſpiritu vnitatis illi viri dicantur. Quiſq; enim ſua ſomnia pertinaciter defendit, & negotium alijs faceſſit, vt nunquam inter ſe conuenire queant. Sed iam tempus eſt vt Catholicum, & orthodoxum ſenſum explicemus illius ſententiæ, qua dicimur ex Fide iuſtificari: quod proxima diſputatione præſtabimus.

Idem in quot de iuſtificatione ſentẽtias diſſecti fuerint.

DISPVTATIO VIII.

In qua Catholicus, & verus ſenſus eius ſententiæ, qua dicimur ex fide iuſtificari, & proponitur, & latè explicatur.

POSTQVAM ſatis hæreticorum opiniones de Fide iuſtificante iugulauimus, & alienas à Pauli, & à Chriſti ſenſu oſtendimus, ſupereſt vt orthodoxum, & Catholicum ſenſum illius ſententiæ tradamus, & apertè explicemus. Sed in primis quædam præmittemus omni acceptione digna. Cũ enim donum illud iuſtitiæ nec noſtris operibus efficere, nec noſtris meritis comparare poſſimus, cùm diuinum ſit, & ſupra naturam, meritò dubitatur, cur non omnibus conferatur à Deo.

Quare nõ omnes iuſtificentur.

1 Tim.2. 2.Petr.4. Ioan.1.

Dicendum eſt, hoc defectu dantis non poſſe contingere: nam ille Deus eſt, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & neminẽ vult perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed hoc vitio hominum venire dubitandum non eſt: nam homines hoc donum neque ambiunt, neque affectant, neq; ad illud recipiendum ſe præparant; vt meritò Deus mundum iudicare habeat. Sicut enim in naturalibus formæ non infunduntur ſubiecto, aut materię niſi illa diſpoſita, & propinqua agenti: nec enim ignis lignũ incendere poſſet, niſi tollerentur ab eo humiditates igni contrariæ, & propinquum ſibi redderetur: nec medicina niſi in rectè diſpoſito operabitur ſanitatem. Ita in iuſtificationis forma, ſed ad quam omnis homo ex ſe indiſpoſitus inuenitur, quia peccator eſt, & filius irę, opus eſt eum hominem operari, per quæ duritiem ſuam & indiſpoſitionem auferat. Quia verò nullus hominum hoc præſtare poterat, præſtitit Filius Dei, qui obedientia ſua, & iuſtitia omnem noſtram inobedientiam, & peccata deglutiuit, & fecit omnes homines iuſtitiæ ſuæ capaces, & omnia peccata remiſſibilia, & expiabilia, partim quidem in potentia, & partim in actu, dum Chriſtus applicatur: vltra capacitatem autem opus fuit applicatione agentis ad ſubiectum. Et quia longè ſunt à Deo peccatores, vt ait Dauid, nec poſſunt ad iuſtificatorem niſi tracti venire, ideò prior ipſe dignatus eſt nobis appropinquare, & ſua miſericordia nos præuenire, vocare, & trahere. Vnde clamat: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorum: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: Accedite ad eum, & illuminamini: Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illũ, & cænabo cum illo, & ipſe mecum.*

Formę naturales quando tantũ adueniant ſubiecto.

Ephes 2. Obedientiæ & iuſtitiæ Chriſti neceſſitas.

Philip 2. Rom.5.

Iuſtitia ac peccatorum remiſſio per Chriſtũ comparatur dupliciter.

Pſalm.118.

1.Ioan.4. Rom.8, Ioan. 6. Matth. 4. Iacob 4. Pſal.33. Apoc. 3.

Vt nos Deo appropinquemus.

Appropinquamus autem per conſenſum liberi arbitrij, & cooperationem noſtrã, & præparationem animi noſtri. Quod hæretici nolentes intelligere, vt benè agerent, in abſurdiſſimos, & intolerabilẽs errores ſub prætextu amplificandæ gloriæ Chriſti præcipites ierunt: volentes enim Deo omnia dare, & homini nihil tribuere, patenter aberrârunt. Vnde Lutherus ait, quòd contritio facit hypocritam: quod liberum arbitrium, quando facit quod in ſe eſt, peccat. Et Melanchton tradit, terrores, quibus territi peccatores confugiunt ad fidem, eſſe peccata. Et Bucerus libro

Pſal 35.

Hominis ad iuſtificationẽ cõcurſum Lutherani negãtes, in quænã falſa, & impia dogmata corruerint.

Google

Reformationis Eccleſiæ Colonienſis, ait: Omnes præparationes, antequam adſit gratia, non eſſe aliud quam peccata. Et quid aliud poterant dicere hoſtes gratię Chriſti: niſi quod illæ precioſæ margaritæ proijciātur in porcos, & ſanctum illud detur canibus?

Matth. 7.

Præparationis ſiue diſpoſitionis ad iuſtitiam verbū in Scripturis eſſe vſitatum & receptum, contra Lutheranos.

Sed immeritò quidem vocem præparationis, vel diſpoſitionis oderunt, quæ frequens eſt in Scripturis. Ioannes etiam erat vox clamantis in deſerto. *Parate viam Domini: Hominis eſt animam præparare: Ieruſalem præparare in occurſum Dei tui Iſrael: Et, Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.*

Matth. 3. Eſa. 40. Prouerb. 16. Amos 4. Matth. 25.

Iuſtificationis præuias diſpoſitiones vt illi nugantur peccata non eſſe.

¶ Secundò, à falſiſſimè dicunt, omnes tales præparationes eſſe peccata: quia cùm Deus ad illas cohortetur, ſi illa peccata ſint certè ad peccatum cohortaretur. *Conuertimini*, inquit, *ad me, & conuertar ad vos: Conuertimini filij reuertentes. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat: Quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere, &c. & venite, & arguite me, dicit Dominus: Si auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudiciū, & iuſtitiā, ipſe animam ſuam viuificabit. Emūdate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo.* Deinde ſi illa peccata eſſent, per illa redderetur homo magis peccator, & indignior Dei gratia: vt quò quis plus apponit aquæ in ligno, eò minùs incēditur. Quòd ſi Deus his conferret gratiam; pro peccatis actis largiretur ſuam iuſtitiam. Præterea Deus dicitur reſpexiſſe ad opera Niniuitarū ieiunantium, & precantiū, vt ab illis imminens flagellum auerteret: reſpexit ad Achab humiliatum, & ad orationem Publicani non audentis oculos eleuare in cœlū: & ad bonos motus peccatoris adoleſcentis, qui in regionem longinquam profectus erat, accurrit pater Euangelicus, vt illum complecteretur, & oſculo exciperet: & in vniuerſum dicitur: *Reſpexit in orationē humiliū, & non ſpreuit preces eorum.* Quartò, tales boni motus præparantes ad Dei iuſtitiam ſuſcipiēdam, & fidei, timoris, pœnitentiæ, & deſiderij ſalutis; à gratia excitante naſcuntur: vt innumeri loci Scripturæ teſtantur. Et quia cauſa prima plus influit in effectum cauſę ſecundæ; ſequeretur quod Deus non ſolùm hortaretur ad peccatum, vel illud approbaret, ſed etiam faceret.

Zach. 1. Ierem 3. Matth. 11. Ioan. 7. Eſa. 1. Ezech 18. Iacob 4.
II ratio.
III. ratio.
Ionæ 3.
3 Reg 21. Luc. 18. Supra 15.
Pſalm. 105.
IV. ratio.

Eiuſmodi pręparationes peccatoris ad iuſtitiā ſi peccata eſſent, quid inde.

Nec obſtat argumentum quo hæretici excęcati ſunt, & vim omnem videndi amiſerunt: Si gratia, inquiunt, iam non ex operibus: quia aliud eſt præcedere meritum, quod tolleret omnem rationem gratiæ; aliud diſpoſitionem, vel præparationē, quæ non ſolùm non tollit, ſed auget gratiam.

Illud Pauli quod obijciunt ſi gratia iā non ex operibus, nihil eſt facere.
Rom. 11.

Peccatores ſe ſe ad gratiam accipiendam diſponentes, quid agere videantur.

Non tollit, inquam, quia perinde atq; mendicus extendens manus ad eleemoſynam, quæ offertur, eam propterea non promeretur: alioqui alter peccaret non dando. Ita nec diſpoſitio facit gratiam, vel à Deo illam meretur, cùm homo adhuc ſit peccator, ac proinde indignus pane quo veſcitur. Auget verò gratiam, quia illa diſpoſitio nonniſi vt motus quidam præuenientis auxilij Dei in nobis naſcitur. Deus enim nolens proijcere margaritas in porcos, nec ſanitatem niſi illam optanti, conferre, nec imprimere ſigillum gratiæ ſuæ niſi in corde, tanquam cera molli, & diſpoſita. Hinc prius præuenit nos per ſpecialis auxilij fauorem, vt ita daturus vnam gratiam, ſed maiorem præueniat nos dando minorem: vt Diaconatus pręcedit Preſbyterium. Atq; ita omnia referenda ſunt accepta ipſi gratię. Hęc eſt enim doctrina Eccleſiæ, & Patrū: quos inter Auguſtinus in Pſal. 114. & lib. 3. Hypognoſticon docet: *In omni opere ſancto prior eſt voluntas Dei, poſterior liberi arbitrij: id eſt, operatur Deus, cooperatur homo.* Et Chryſoſtom. *Deus ſemper in omnibus beneficijs priores partes ſibi vendicat.* Gregor. item in Iob: *Si ſuperna gratia nocentem non præuenit, nunquam profectò inueniet, quem remuneret innocentem.* Hæc illi Patres.

Matth. 7.
Eius quē iuſtificare vult, cooperationē eur Dominꝰ requirat.

Eadē veritas Patrum teſtimonio cōfirmatur.
B. Aug. to. 8. Idem to. 7. prope init. B. Chryſ homil 3. in Ioan.

Deinde præmittimus, primam diſpoſitionem, & ex qua omnes alię oriuntur, ad habendum dictum donum iuſtitiæ, Fidem eſſe; de qua quatuor ordine ſuo ſunt dicenda. Primum, dictam ſcilicet Fidem actum fidei, non habitum: Deinde quomodo hęc excitatur à Deo in nobis, & infunditur: Tertiò, quid illud ſit, quod illa fide qua iuſtificamur, credatur: Poſtremò quare illi magis quam alteri à Paulo iuſtificatio tribuatur.

Fidē primam eſſe diſpoſitionē ad iuſtificationem probatur.

Quod igitur fides ſit prima diſpoſitio, ſiue actus eius, multa oſtendunt. Nā Ioan. 1. dicitur: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, Et, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiā: Credere oportet accedentē ad Deū, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit: Credenti in eum, qui iuſtificat impiū, reputatur fides eius ad iuſtitiā.* Vbi vides, actui credendi iuſtitiam adſcribi. Item quod in Euangelio dicitur: *Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace, Et, Videns fidem illorum, ait paralytico;* id eſt, videns actū credendi. Deus enim ad actus, non ad habitus reſpicit. Vnde cùm pueri Fidem adferre non poſſint, patrini qui pro pueris reſpondent, credunt, proque eis Fidem adferunt.

I. ratio ab Scripturis.
Ioan. 1. Gen. 15. Hebr. 11. Rom. 4. Luc. 7. Matth. 9.

Deinde cōſiderandum, hanc Fidem quæ donum Dei eſt, excitari quidem in nobis à Deo illuſtrante intellectum, & adiu-

Fidē in nobis excitet, & infundat quomodo Deus
Epheſ 2.

uante voluntatem, vt propoſitis à nobis articulis aſſentiamur. Nullus enim ex viribus naturalibus Fidei actum poteſt elicere, quia credibilia obiecta captum humanum ſuperant, & animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, imò illa ex ſe iudicat ſtulta: quamobrem donum Dei eſſe oportet.

1. Cor. 2.

Hanc vnde cõſtet liberã eſſe, minimeque coactam

Eſt autem non ſine nobis, ac per hoc libera fides eſt. Nam etſi intellectus ſit facultas naturalis, & minimè libera, qualis eſt voluntas: tamen quia credenda ex ſe nõ habent euidentiam, & claritatem, ad ea fide accipienda, pia affectio requiritur: vt tradit beatus Auguſtinus ſermone 17. tomo 19. in principio de verbis Domini prope initium his verbis: *Poſt parum tempus poſtquam ab oculis mortalibus receſſit, vt firmaretur fides in cordibus, quicunque crediderunt, nõ videntes crediderunt, & magnum meritum habuit fides eorum, cui fides comparanda cor tantũ admouerunt pium, & non palpantem manum.* Hæc ille.

B. Auguſt.

Idcò Fides participatione libera eſt. Nam vt eleganter idem dixit Auguſtinus in Ioannem: *Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere pòteſt Sacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: ſed non corpore creditur ad iuſtitiã, Apoſtolum audi dicentem: Corde creditur ad iuſtitiam. Et quid ſequitur? Ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Et alibi: *Qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te: ergo fecit neſcientem iuſtificat volentem.* Ob eandem cauſam vituperantur increduli. Mirabatur Chriſtus, quod ei prædicanti non crederent Nazareni: laudantur credentes, & vni ex illis dicitur, *Fides tua te ſaluã fecit: vade, & ſicut credidiſti fiat tibi, &, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.*

...dẽ tract. 26. in Ioan. iuxta ...rinc. tom. 9.

...tom. 10. ...dem ſer. 15. ...e verbis Apo...olor. aliquã ...poſt med. ...m. 10.

...tare 6. ...atth. 9. ...uprà 8. ...frà 15.

¶ Præter hunc autem Dei fauorem, & voluntatis noſtræ aſſenſum, & famulatum, opus eſt ad hanc Fidem concipiendam præcedere prædicationem, vel Catecbiſmum, ſiue ille immediatè à Deo deſcendit, ſiue per Angelos, ſiue per Apoſtolos, & homines à Deo ad prædicandum miſſos, de quo Apoſtolus ait: *Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo verò prædicabunt niſi mittantur: Ergo fides ex auditu, auditus autem per Verbum Dei.* Ita Dominus miſit Apoſtolos, dicens: *Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Ita Petrus inſtruxit Corneliũ, Philippus Eunuchũ, quem baptizauit; Ananias Paulum; quem prius Deus per ſe inſtruxerat; quem etiam baptiſmo intinxit. Hinc eſt, vt prædicatores dicantur miniſtri Dei, cooperatores Dei.

...ecceſſariò ſi...em externa ...ædicatio, ...u doctrina ...ecurrit. *...m. 10.*

...atth. vlt. ...t. 10. ...prà 8. ...à 9. ...idem.

Debet autem iſte catechiſmus habere authoritatem in dicente, vel rationes probabiles, vel interdum etiam miracula, quò magis perſuadeat, & credibilia reddat quæ proponit credenda.

Inſtitutio hæc, ſeu doctrina quæ requirat.

Tertò quãtum attinet ad obiectũ, quod is qui iuſtificatur, credere debet, exiſtimant quidam opus eſſe Fide propitiatoris Chriſti; & ſpeciali fide noti, qua fide concepta iuſtitiam aſſequitur. Verum Iacobus Latomus libro de Fide & operibus, & Pighius controuerſia ſecunda, & pleriq; alij docent ſatis eſſe quodcunque propoſitũ à Deo per ſe, vel miniſtrum eius ad credendũ, ſiue ſit hiſtoria, vel comminatio, ſiue prophetia, & promiſſio. Nam de hiſtoria ait Ioannes: *Hæc ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius,* & Apoſtolus: *Si confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.* Et Eunuchus credens Hiſtoriæ Euangelizatæ per Philippum, eſt iuſtificatus.

Quod ſit obiectum fidei iuſtificantis. I. opinio.

Ioan. 20. Rom. 10. Act. 8.

De cõminatione habemus exemplum in Raab, quę timuit, & elangauit cor eius auditis Ægyptiorum flagellis, vnde Fidem concepit: & in Noè, qui aptauit arcã in ſalutem, certa fide apprehendens futurum diluuium: & in Niniuitis, qui crediderunt Domino ad cõminatoriam prophetiam Ionæ ruinam ciuitatis prædicantis.

Ioſu. 2. Hebr. 11.

Iona 3.

Gen. 15.

¶ De promiſſione verò dicitur: *Credidit Abraham Deo*, promittenti ſcilicet ſibi ſeminis multiplicationẽ. Interdum etiam peculiaria quibus indigebant dona præſtabat, vt ſanitatem paralytici, liberationem dæmonis in Chananæa, & liberationem à fluxu ſanguinis, vt in Hæmorrhoyſſa. Nunc verò ordinario Catechiſmo proponitur Symbolum Apoſtolorũ, & Adæ lapſus, & reparatio per Chriſtum, & B. Thomas docet, obiectum Fidei eſſe Deum iuſtificatorem per Chriſtum explicitum, vel implicitum: quod eſt longè probabilius, quam quod quidam tradiderunt, opus fuiſſe ſemper Chriſto explicito quia etſi hæc Fides meritò exigeretur ab illis, quibus Chriſtus eſſet reuelatus, cùm hoc pauciſſimis contigerit, pauciſſimi eſſent tales: atq; hic defectus non eſſet homini adſcribendus, quia per illum non ſtetit, quod non crediderit, niſi tunc pænas fuiſſe explicitè communiter prędicatum, quod nullus dixit.

Matth. 9. Infrà 15. Suprà 9.

Secunda opinio ac tertia quorundam minus probabilis.

B. Tho. 2. 2. q. 113. art. 4. ad 3. & 1. par. 2.

Videtur tamen Fides ſemper aliquã promiſſionẽ Dei continere, vt illa Abrahę: *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis*: & teſte Apoſtolo: *Credere oportet accedentem ad Deũ, quia eſt & inquirentibus ſe remunerator ſit*: in quibus vt docet Thomas, implicitè Trinitatis, & Incarnationis myſteria continentur.

Fides aliquã promiſſionẽ Dei ſemper habet annexam.

Gen. 15. Hebr. 11. D. Tho. ibid.

Fructus fidei iuſtificantis quinam.
Prima.

Quartò ſtatuendum, Fidem, multos bonos motus producere in eo qui illam concipit, antequam iuſtificetur. Nam quia Fides oſtendit Deum delictorum vltorem, & iuſtũ in peccata vindicem, inde timor Dei ſalutaris oritur, ſine quo nemo poteſt iuſtificari.

Eccleſ. 1.
Secundum.

Deinde oritur pœnitentia, qua de peccatis vltionem ſumere proponimus, & quam exigebat Ioannes, dum diceret: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*

Matth. 3.
Tertium.

Adhæc, quia Fides Deum oſtendit benignum, & liberalem, & ſua charitate, & beneficentia noſtra peccata expugnantem; ex eo oritur fiduciæ motus, qua quis ſperat Deum erga ſe futurũ propitium, & miſericordem.

Quartum.
Quintum.

Quartò ex illo auxilio ſpeciali Dei ac fiducia, oritur nõnullus amor, aut certè deſiderium amandi tam benignum Dominum, & liberalem redemptorem. Quia verò Fides oſtendit etiam Deũ ſapientem, & iuſtas leges ferentem eis, quos ad iuſtitiam adipiſcendam vocat, & inter alias legẽ baptiſmi in eis qui nondum in corpus Chriſti ingreſſi ſunt, vel legem Sacramenti Pœnitentiæ, & Reconciliationis, in his qui ſemel Chriſtum ingreſſi, per peccatum retroceſſerunt, hinc Fides facit, vt concipiamus votũ Sacramenti ſubeundi, vt iuſtificemur, & deſideriũ pręſtandę diuinę legis, poſtquam ſemel adepti fuerimus iuſtitiam; & deniq; votum nouæ vitæ, & perſeuerantiæ vſq; in finem.

Quomodo fides iuſtificet.

His vbicunq; premiſſis, & explicatis, iam facilè erit declarare quomodo fides iuſtificat: quia videlicet eſt prima diſpoſitio quæ hominem perducit ad iuſtitiã; qua tãquam manu quadam inhęrentem iuſtitiã apprehendimus, id eſt gratiam iuſtificãtem, ſiue charitatem, ſiue ipſum Spiritum adoptantem, ſiue peccatorum remiſſionem, & reconciliationem cum Deo.

Duę in iuſtificatione viæ cõſiderantur.

Quod vt magis percipias, finge obſecro duplicem eſſe viam, alteram à peccato ad gratiam, & charitatem, alteram verò à gratia, & charitate, qua peruenire ad vitam æternam valemus.

Quænam à charitate ortũ habeant.

Vt igitur in ſecundo progreſſu omnia bona opera, quæ æternæ vitæ mercedem promerentur, & ſunt obedientia legis, & tolerantia paſſionum, & in finem vſque perſeuerantia à charitate promanant, & ab ea vim ſortiuntur, vt timor Dei, pœnitentia, fiducia, nouæ vitæ votum, donec apprehendat Dei iuſtitiam.

Prima ratio vſus verbi apprehendendi in hac materia.
Act. 10.

Libenter enim hoc verbo vtimur, non quòd illo frequenter abutantur hæretici, ſed quod familiare ſit Paulo. Apprehendimus ſiquidem per fidem remiſſionem peccatorum, vt habetur Actor. 10. *Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum.*

II ratio.
Rom. 9.

Hac etiam apprehendimus Chriſti iuſtitiam, vt ad Roman. 9. *Quid ergo dicemus: Quod Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam aũt quæ ex fide eſt: Iſrael verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare: Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus.*

Act. 26.

Et Actor. 26. *Vt accipiant,* inquit, *remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos per fidem, quæ eſt in me.*

Galat. 3.
Deut. 21.

Et ad Galat. 3. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum:* (quia ſcriptum eſt: *Maledictus homo qui pendet in ligno*) *vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.*

Fieri & eſſe vt inter ſe differant.

Et quemadmodum Philoſophi docent, aliud eſt fieri, aliud eſſe; & fieri ipſum terminatur in eſſe; ac proinde aliud eſt ſanum effici, aliud eſſe: diuitem fieri, aliud eſſe: doctum item euadere aliud eſt, aliud verò eſſe: Non efficimur ſani medicina ſumpta, ſumus ſanè formaliter per ſanitatem ex illa medicina partam: Fimus opulenti per induſtriam, & labores in conquirendis diuitijs poſitos; ſumus diuites ipſis opibus partis. Docti euadimus per aſſiduum ſtudium, & operam in bonis præceptoribus, & libis collocatam: ſumus verò docti per ſcientiam, & ſapientiam comparatam.

Fide nos efficimur, charitate ſumus iuſti.
1. *Cor.* 15.
1. *Ioan.* 3.

Ita ſanè in pręſenti negocio, aliud eſt effici iuſtum; quod facit fides, quæ eſt diſpoſitio hominem efficaciter perducens ad iuſtitiam: ideò dicitur ſaluare, iuſtificare, purificare cor, dare poteſtatem efficiendi filios Dei: ſumus autem iuſti, & filij per gratiam, ſiue charitatem, de qua: *Gratia Dei ſum id quod ſum, Et, Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus.* Quia igitur ille Fidei actus ſaltem natura, & ſæpè etiam tempore charitatem præcedit, ſicut fieri pręcedit eſſe: nondum tamen adiunctã habet charitatem, ſiue iuſtitiam, quia ex illa non oritur, ſed in illam terminatur (vt labor, & medicina terminantur in diuitias, & ſanitatem, & ſtudium in ſcientiam) idcirco per illum credendi actum dicimur accipere remiſſionem peccatorum, & pollicitationem Spiritus, & iuſtitiam, & charitatem. Nam ſi in illo actu fidei eſſet iuſtitia, iam profectò ipſa fides eſſet iuſtitia, & homo iuſtificatus primam iuſtitiam amplius non acciperet.

Ezech. 18.
Quomodo peccator agẽdo pœnitentiã, ſaluet animam ſuam.

Sic etiam dicitur Ezech. 18. *Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quã operatus eſt, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiã, ipſe animam ſuam viuificabit:* non quidem efficienter, aut meritoriè, aut formaliter, ſed quia idoneè, & efficaciter ſe præparauit ad acceptandam iuſtitiam, & illam ſua pœnitentia effecit:

Sic

Digitized by Google

Ibidem. Ierem. 4.

Sic etiam dicitur: *Facite vobis cor nouum, & Spiritum nouum, Et, Nouate vobis nouale,* non ob aliam cauſam, niſi ob efficaciam diſpoſitionum.

Sola fides te ſte Apoſtolo per charitatẽ operãs ſi hominẽ iuſtificat, quomodo fides ante charitatẽ nũc proponitur iuſtificans. *Galat. 5.*

Obijcies: Fides ergo in formis, vel mortua iuſtificat, ſi ſine charitate hunc effectũ præſtat, contra Apoſtolũ, qui ait in Chriſto Ieſu non valere preputiũ, nec circumciſionem, ſed fidem, quę per charitatem operatur. Dicendum eſt, hoc teſtimonium nõ de quouis homine iuſto intelligi poſſe, ſed de iuſto exiſtẽte in Chriſto. Ait enim Apoſtol. *In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.*

Mortuũ quid ſit propriè. Quę peccatorẽ ad iuſtitiam diſponit ac præparat qualis ſit fides.

Ad rem igitur reſpondeo, illam Fidem non poſſe dici mortuam, quia mortuum eſt, quod caret vita quam habuit: licet communiter dicatur mortua, quatenùs nõ habet charitatem, quæ illam perfectè viuificet, ſed eſt ſemiformata, vel ſeminiua: & auxilio Dei, à quo proficiſcitur, animata: nec naturæ illius actus comperit vita vt viuificet, ſicut nec tabellæ neceſſaria eſt pictura vt pingatur: ſed eſt quidem viua ea vita, quæ efficaciter operatur ad iuſtitiam, eſtque vt embryon vita aliqua viuens, id eſt, ſenſitiua, & paratus viuere vita rationali, cũ infunditur. Neque Fides illa apprebendens donum iuſtitię, poteſt vocari mortua, aut informis: quia terminatur in ipſam vitam, ſine charitatem quæ omnia viuificat. Fides ergo etſi non prodeat ex charitate, terminatur tamen in charitatem, ſine qua non eſt aut iuſtitia, aut iuſta vita, vt multi docent, & præſertim F. Adamus Saſbut in verba Pauli Apoſtoli cap. 3. ad Roman. Arbitramur iuſtificari hominem per Fdem ſine operibus legis, & Ambroſi us Catharinus in Tractatu quodam de iuſtificatione. Colligimus ergo, illi actui Fidei tribui iuſtificationem: quia, vt Concilium Tridentinum expoſuit, Fides eſt initium, radix, & fundamentum iuſtitiæ, ide eſt, efficax, & idonea diſpoſitio.

F. Adamus. Rom. 3. *Amb. Catharinus.* *Trid. Syno. ſeſſ. 5.*

II. ratio.

Secundò probatur, quia Fides dicitur imputari ad iuſtitiam ex gratia: non autem imputaretur ex gratia, ſi opus eſſet iuſtitiæ ex charitate profectæ. Tertiò, quia per Fidem gignitur charitas: & Auguſtinus opus Fidei vocat dilectionem: per Fidem namque oſtenditur Deus, & Chriſtus ſummum bonum noſtrum, ſummè amabilè, & ſummus amans, & pater prior in amore, & dans eſſe ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & pro nobis Filium dediſſe ad mortem, & Spiritum ſanctum in Paracletum, & doctorem, & omnia propter nos feciſſe. Si hæc tanta, & talia Fides oſtendit: mirum non eſt ſi in tali meditatione non exardeſcat ignis.

Rom. 11. III. ratio. *B. Aug. tract. o in Ioan. to. . initio.* Quæ doceat ides. *Ioan. 4. Ion 1. Rom. 8. Ioan 14. Pſal. 38.*

IV. ratio. *Ioan. 1. Rom. 4. Infrà 5.*

Quartò, credentibus in nomine eius, datur poteſtas filios Dei fieri; & credenti in eum qui iuſtificat impium, reputatur Fides eius ad iuſtitiam: ergo Fides illa nondum adhuc charitatem habet, ſed habemus per illam acceſſum in gratiam iſtam, in qua ſtamus.

V. ab autoritate Patrum. *B. Ign. epi. 14.*

Atque hunc ſenſum, præter grauiſſimam Concilij Tridentini authoritatem, confirmant Patres. Ait enim Ignatius Epiſtola ad Epheſios: *Principium vitæ, fides: finis verò, eſt dilectio: ambæ verò ſimul hominem Dei perficiunt.*

Orig. tom. 2.

Origenes in quartum caput ad Roman. *Puto quod prima ſalutis initia, & ipſa fundamẽta, fides eſt: profectus verò, & augmenta ædificij, ſpes eſt: perfectio autem, & culmen totius operis, charitas.* Ambroſius epiſt. ad Clementianũ: *Lex, pædagogus eſt: pædagogus ad magiſtrum ducit: magiſter noſter, ſolus eſt Chriſtus pædagogus timetur: magiſter viam ſalutis oſtendit. Timor ergo ad libertatem perducit, libertas ad fidem, fides ad charitatem, charitas acquirit adoptionẽ. adoptio hæreditatem.*

B. Ambr. lib. 9 epi. 73 à medio to. 3. circa finem. Galat. 3. Matth. 23. Ioan. 13.

Idem Epiſt. ſequenti ad Horontianum: *Quo fides velut præuia charitatis occupat animam, & præparat ſemitam venturæ dilectioni. Sic omnis fides eſt, vbi perfectio charitatis eſt.* Idem libr. de vocatione Gentium, ſiue potius Proſper Aquitaniæ Epiſcopus: *Abundè,* inquit, *quantum arbitror, his teſtimonijs demonſtratum eſt, fidem, qua iuſtificatur impius, niſi ex Dei munere non haberi: eãque nulli meritis præcedentibus tribui, ſed ad hoc donari, vt principium poſſit eſſe meritorium: vt cùm ipſa data fuerit, non petita, ipſius iam petitionibus bona cætera conſequantur.* Ad hæc Auguſtinus libr. contra duas Epiſtolas Pelagianorum: *Fides ſe accuſans, & Deũ laudans, accipit remiſſionem peccatorũ, & dilectionem.* Et lib. de ſpiritu, & litera. *Lex fidei impetrat ſpiritũ charitatis & dilectiones.* Et infra: *Per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam ſanatio animæ à vitio peccati: per animæ ſanitatem libertas arbitrij: per liberum arbitrium iuſtitiæ dilectio: per iuſtitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc ſicut lex non euacuatur, ſed ſtatuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, ſed ſtatuitur, quia gratia ſanat voluntatem, quia iuſtitia liberè diligatur.*

Proſper Aquitanicus apud Ambroſ. libr. de vocatio. Gen c. 9. init. to 2. in princ. *D. Aug. lib. 3 contra 2. epi Palagiano c 4. to 7. à med. Idẽ lib. de ſpiritu. & lit. c. 13. à med to. 3 circa fin. Cap. 30.* Pulchra Auguſtini gradatio. *Rom. 3.*

Idem ad Sixtum: *Sed nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat. Neque enim nullum eſt meritum fidei, qua fide ille dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit iuſtificatus, meritò fidei humiliatus, quoniam qui ſe humiliat, exaltabitur,*

Idẽ epi. 105 nõ procul ab init. tom. 2. Luc 10. Ibidem 14.

Et ſtatim infra: *Reſtat vt fidem, vnde omnis iuſtitia ſumit initium, &c.* Idem rurſus lib. de prædeſtinatione ſanctorum: *Ex fide autem*

Idẽ lib. de prædeſtinat. ſancto c. 7. in pri. to. 7 ſub fin.

Digitized by Google

Idē epiſt.144. prope initium tom.2.

B.Chry to.2.

Clem. Alex. tom.2.

ideo dicit iuſtificari hominem, non ex operibus: quia ipſa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iuſte viuitur. Et Epiſtola ad Anaſtaſium de cōmendatione charitatis: *Fides*, inquit, *impetrat ſpiritum largiorem; ſpiritus diffundit charitatem, charitas implet legē.* Chryſoſtomus etiam ſerm. de Fide, Spe &, Charitate, vocat Fidem originem iuſtitię. Et Clemens lib.2. Stromatum, primā ad ſalutem inclinationem. Et profert ex libro Paſtoris dictum quoddam: Præcedit quidem Fides, timor aūt ædificat, perficit autem dilectio. Denique Maximus Centu. 1. *Fides*, inquit, *baſis eorum, quæ poſt ipſam, ſpei dico, & dilectionis: firmiter enim veritatem ſuſtentat. Spes autem ſummorum eſt virtus, dilectionis ſcilicet, & fidei: dilectio verò omnium eſt complementum,*

B. Maximus Epiſcopus.

1.ratio, cur fides iuſtificet.

Atque hic modum ponam in citandis Doctoribus, & colligo meritò, Fidei tali tribui iuſtificationem: quia initium, radix, & fundameutum, & efficax diſpoſitio iuſtitiæ: & quia illam impetrat, & aliquo modo, vt Auguſtinus dixit, illam promeretur. Secundò; tribuitur Fidei iuſtificatio: quia cæteri boni motus quibus tribuitur iuſtitia, vt effectus, ex Fide oriuntur, & vim iuſtificandi habent, vt diximus.

Secunda.

Tertia.

Tertiò, quia Fides per ſe neceſſaria fuit tam Angelo, quam homini innocenti ante peccatum ad ſui iuſtificationem, ſiue etiam homini habenti ſolùm originale peccatū, vel originale cum alijs perſonalibus, & iuſto, vt amplius iuſtificetur: quia virtus fidei ad omnia bona opera dirigēda ſe extendit: cætera verò, vt timor, & pœnitentia, obicē remouent peccati, & actu non ſunt ſemper neceſſaria, vt in his qui peccato deſtituti iuſtificantur, vt Adam, & Angelus, & Chriſtus, & illi, de quibus: *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc.*

In quibus timor & pœnitentia ad iuſtificationem haud neceſſariò requitantur.

Apoc. vlt.

IV. ratio.

Quartò, credendi actus nobiliſſimus eſt & Deo ſacrificat potiorem hominis partē, id eſt, rationalem facultatem, immò totum hominē: quia ęgritudo pecc..i infecit intellectum, voluntatem, & facultates, quę executioni deſeruiunt. Ad eum modum Fides ſanat intellectum, quem in obſequiū Chriſti captiuat, & aures credulas dæmoni non præſtat, vt Adam: voluntatem quoq; ſine qua actus credendi non exiſtit: nec timet contriſtare ſuas delicias, id eſt, carnem, quemadmodum olim Adam timuit Euam contriſtare. Vires quoque præparat fides, vt ore, & opere confiteatur quod credit, quemadmodum Adam per contrarium abuſus eſt vxore, vt cum excommunicato Satana loqueretur, & vetitum ſibi pomum guſtaret. Nec ſe excuſat amplius cum Adam, ſed accuſat ſeipſum, & veſtiri cupit à Deo non frondibus ficus, ſed pellibus animalis mortui, hoc eſt agni; id eſt, Chriſti crucifixi iuſtitia, vt ita omnia contraria complectatur his quæ primus homo in peccato ſtultè operatus eſt, vt ita inueniat iuſtitiæ ſtolam, qua coram Deo indutus appareat.

Fides animæ facultates peccato lęſas ſanat, ac perficit

2. Cor. 10.

Gen. 3.

Rom. 10.

Gen. 3.

Suprà 2.

Infrà 3.

DISPVTATIO IX.

In qua obiectiones quædam quæ fiunt contra catholicum ſenſum prædictū prorſus diluendæ ſunt atque euacuandæ.

Vero conſonant omnia.

QVÆDAM ſunt quæ prædictæ ſententiæ in ſpeciem repugnare videntur, & à ſectarijs contra nos vrgentur; ſed ſi quis animum intendat, facilè reſoluuntur. Verò enim omnia, vt Philoſophus dixit, conſonant.

Ariſt. 1. Ethi. c. 8 initio. to. 2 & 1. Poio. ſect. 3. to. 1.

1. argum. Caluini.

Primùm ergo arguit Caluinus in decretum 6. Seſſionis Concilij Tridentini, in quo eſt ſermo de iuſtificatione, & arguit contra id quod ſtabilitum eſt, Fidem eſſe initium, radicem, & fundamentum noſtræ iuſtificationis. Et contexit argumentum in hunc modum: *Quoniam quod dicitur Abrahæ fides imputari ad iuſtitiam apud Moyſen, non tam de prima, quam de ſecunda iuſtificatione eſt ſermo. Hoc enim geſtū narratur Gen. XV. at anteà cap. XII. ex fide reliquerat patriam, & ſecutus Dei vocem, profectus erat in Chanaan. Dicitur enim ad Hebr. XI. Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exijt, neſciens, quò iret.* Hæc ibi.

Gen. 15.

Rom. 4.

Gen. 12.

Hebr. 11.

Id Geneſis: Credidit Abrahā Deo, &c. quo modo ad primā pertineat iuſtificationē.

Dicendum eſt, quod etſi ibi ſit ſermo de augmento iuſtitiæ, quia tamen tam initiū, quam augmentum, & conſummatio iuſtificationis ex Fide conſurgit, & ex operibus quæ Fides producit, non mirum eſt, ſi cùm Fidei adſcribatur iuſtificationis augmentum, initium quoque tribuatur. Et ſacra ſynodus Tridentina non tantùm dixit, Fidem eſſe initium iuſtificationis, ſed addidit, radicem, & fundamentum. Conſtat aurum, fundamentum toti fabricę ſubſtare, & radicem totam arborem alere. Et quanquam ſcopus Pauli in illo loco ſit, oſtendere, impium ex Fide iuſtificari, docet tamen hac occaſione, omnem iuſtificationem eſſe ex Fide, & nullam ex naturali hominis virtute, & cognitione. Eadem ferè, aut ſimili ratione Fides, quæ Abrahæ dicitur reputata ad iuſtitiam, dicitur de Phinees à Dauide: *Et ſtetit Phinees, & placauit, & ceſſauit quaſſatio. Et reputatum eſt ei in iuſtitiam,*

Pſalm. 105.

Num. 25.

tiam,

Digitized by Google

tiam, à generatione in generationem in ſempiternum. Vbi videtur, quòd in opere charitatis eſt locus imputationi fidei ad iuſtitiam. Quod etiam de Abraham explicat Apoſtolus ad Rom. 4. *In repromiſſione etiam Dei non heſitauit diffidentia; ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: Pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Ideò & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Vbi de promiſſione facta tempore immolationis Iſaac, quando iam Abraham erat iuſtificatus, videtur eſſe ſermo. Quod apertiùs Iacobus cap. 2. expreſſit, dicens: *Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt,* & ſuppleta eſt Scriptura, dicens: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt* [illegible] *ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.* Et 1. Machab. 11. apertius dicitur: *Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam?* Sed Prophetæ in teſtimonio de Phinees allato conſtat, quòd non ſit ſermo de merito gloriæ pro ſe, ſed de ceſſatione plagæ populo inferendæ, & de ſacerdotio temporali & ſibi & ſuis poſterius obtinendo: ad quæ, quia ex communi Dei pacto non acceptantur opera charitatis; alioqui omnes iuſti affluere deberent opibus, & illas promereri, quod falſum eſſe experientia demonſtrat, cùm ſimilia bona obtinent, ex imputatione DEI ſit acceptantis opera noſtra etiam ad ea obtinenda. De Abraham verò, qui typus eſt iuſtificatorum, rectè dicitur quòd in repromiſſione reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Nam prima promiſſio facta eſt Geneſ. 12. ſecunda Geneſ. 15. quæ dici poteſt repromiſſio: tertia, quando obtulit filium ſuum ſuper altare, vt apertè Iacobus, & liber Machabæorum tradunt: in qua locum habet imputatio, vel ob naturam nudam, cui data gratia comparatur; vel quia fortaſſis maiora dona ſunt collata, quam exigebat illa, quam tunc habebat gratia: inter quæ dona ſummum eſt Meſſiæ aduentus ex ſemine ſuo: vel quia promiſſa ſunt ei temporalia, quæ opera à gratia prodeuntia ex ſe ordinariè non promerentur, quia non ſunt ad id à Deo ordinata.

Rom 4.
Geneſ. 22.
Iacob 2.
1. Machab. 2.
Zel⁹ Phinees ad quā ſit iuſtitiam reputatus.
[...]ides Abra[...]æ in repromiſſione cut [...]t reputata [...]d iuſtitiam, [...]ſte Apo[...]olo.
[...] ratio.
[...] ratio.
[...]I. ratio.

Ad illud verò Iacobi dici poteſt, quòd tunc impleta eſt illa Scriptura, quando defectus, qui erat in re per eam ſignificata (nempè in iuſtitia Abrahæ) ablatus eſt: quod tunc fuit, quando ablata eſt imputatio illo iam iuſtificato, & præmium merente. Sicut enim lex quantum ad cæremonias ſimul impleta, & ablata eſt: ita hic tunc impleta eſt imputatio Dei ad iuſtitiam, quando fuit ablata.

[...]uomodo [...]um ſit, A[...]ham, tūc [...]filiū ſuum [...]molauit, [...]e Iacobo, [...]pletā fuiſ[...]e ſcripturā, [...]d cre[...]it.

Secundò argumentantur quidam, iuſtificationem non tantùm promitti fidei, ſed pœnitentiæ, vt Actor. 8. *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Et Paulus 2. Corinth. 7. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Item Apocalyp. 2. *Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac,* & Salomon: *Diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam:* Ezech. 18. *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam: vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor.* Reſpondendum eſt, in his teſtimonijs prolatis non excludi fidem, ſine qua pœnitentia infructuoſa eſt: quemadmodùm neque quando Paulus tribuit iuſtificationem fidei, non facta mentione pœnitentiæ, vel operum, non excludit pœnitentiam, aut opera, quæ ex illa fide oriuntur. Et vt hoc magis percipias, cùm Paulus ad Romanos ait: *Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus,* profectò illud verbum, quod eſt propriè in corde, & in ore ad confitendum, vt dicitur Deuteron. 30. non eſt aliud quàm verbum pœnitentiæ ad reuertendum ad Dominum toto corde, & animo; vt videas, apud Paulum fidem, cui iuſtificationem tribuit, complecti in ſe verbum pœnitentiæ. Vtrumque tamen complexus eſt Dominus, cum dixit: *Pœnitemini, & credite Euangelio;* & Petrus Actor. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum. In nomine,* inquit, *Ieſu Chriſti,* corde ſcilicet credito, & ore confeſſo, & Apoſtolus Act. 20. *Teſtificans Iudæis atq; Gentibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Ecce igitur ad opus iuſtificationis peccatoris quomodo concurrat pœnitentia & fides. Probabilius autem eſt, pęnitētiam eſſe cauſam immediatam remiſſionis peccati: fides tamen præ cæteris dicitur neceſſaria, & magis principalis cauſa, quæ pœnitentiam, & reliquos omnes motus excitat ad iuſtificationem diſponentes.

II. argum.
Act. 8.
2. Cor. 7.
Apocal. 2.
Sapient 11.
Ezech. 18.
Qui loci Scripturarum iuſtificationem non fidei, ſed pœnitentiæ tribuūt, quomodo accipiendi ſint.
Rom. 10.
Quòd verbū fidei prędicatū, Apoſtolo.
Deut. 30.
Rom. 10.
Marc. 1.
Actor. 2.
Rom. 1.
Qualis pęnitētiæ; qualis verò fidei ſit ad iuſtificationem concurſus.

Illud poſtremo loco explicādum, quomodò fides & donum Dei eſt, & per quam dicitur Deus nos iuſtificare, ſecundùm illud: *Vnus eſt Deus qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem:* tamen illa fides dicitur noſtra, ſecundum illud: *Fides tua te ſaluam fecit:* & dicimur per eam accipere remiſſionem peccatorum, & iuſtitiam apprehendere. Rurſus dicitur de Deo:

III argum:
Epheſ 2.
Rom. 3.

Math 9. Actor. 15. Iacob 4. Ezech. 36. Suprà 18. Philip 2.

Fide purificans corda eorum; cùm tamen de nobis dicatur: *Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.* Dicitur præterea Deus dare cor nouum: *Et dabo,* inquit, *vobis cor nouum:* ac rurſus ex oppoſito dicitur: *Facite vobis cor nouum.* Adhæc opera bona dicuntur Dei, qui operatur in nobis & velle, & perficere, pro bona volũtate; & Eſaias: *Omnia opera noſtra operatus es nobis Domine.* Cùm tamen Chriſtus aſſerat, noſtra eſſe bona opera: *Vt videant,* inquit, *opera veſtra bona;* & Paulus: *Reddere vnicuique ſecundùm patientiam ſui operis.* Promiſſio Dei eſt: *Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum.* Et viciſſim nobis dictum eſt: *Nolite obdurare corda veſtra:* & iterum; *Secundùm duritiam tuam, & impœnitẽ cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Reſpondemus, tã in primas illas excitationes, vocationes, & illuſtrationes cordis, quàm dona ipſa infuſa, fidei, ſpei, & charitatis, & gratiæ, ſolius Dei eſſe: at acceptatio ipſorum donorum, quibus prçuenimur à Deo, vel quibus tanquam diuinis habitibus, & formis exornamur, tum ipſorum auctio, perfectio, & perſeuerantia Dei, ſunt pariter in nobis & noſtra.

Eſai. 26.

Math. 5. Rom. 2. Ezech 36. Pſalm 94. Hebr. 3. Rom 2.

Fides, & opera bona quẽadmodũ tota & Dei ſint, & noſtra.

Nec enim in his partem priorem Deus habet, nos poſteriorem, vel econtrariò: ſed integra donorum acceptatio, & vſus totus eſt à Dei gratia vt principali agente; & totus eſt à libero arbitrio aſſentiente, & cooperante.

Exemplum huius rei.

Quẽadmodùm omnes arboris fructus à terra ſunt, etſi remotè, ab arbore verò immediatè: & literæ omnes, ſiue characteres Epiſtolæ conſcriptę toti ſunt calami, vt inſtrumenti, & toti ſcriptoris, vt principalis agentis.

B. Aug. lib 1. Retract c 23 circa mediũ, tom. 1. initio. Idem propoſi. 60. à med. to. 4. prope fin.

Hanc Catholicam doctrinam à Patribus hauſimus, quos inter B. Auguſtinus libro Retractionum, retractat quod olim dixerat in expoſitione epiſtolæ ad Romanos: *Quod ergo credimus, noſtrum eſt: quod autem bonum operamur: illius eſt qui credentibus dat Spiritum ſanctum. Profectò non dicerem, ſi iam ſcirem, etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem ſpiritu. Vtrumque ergo noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis: & vtrumque tamen datum eſt per ſpiritum fidei, & charitatis.*

1. Cor. 12.

Et epiſt. ad Vitalem Pelagianum: *Ita fit, vt neque fideles fiant, niſi libero arbitrio, & tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum à poteſtate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & Dei gratia non negatur, ſed ſine vllis humanis præcedentibus meritis vera monſtratur: & liberum ita defenditur, vt humilitate ſolidetur, non elatione præcipitetur arbitrium.*

Idem epi. 107. paulò ante dimid. tom. 2.

B. Hier ep. ad Rom. de explicatione ſymboli, to. 4.

Idem docet Hieronym. ſcribens ad Damaſum: *Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus ſemper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos, qui cum Iouiniano aſſerunt, hominem non poſſe peccare: vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem ſemper & peccare, & non peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur arbitrij.* Idem in Ierem. caput 18. *Nec ſtatim totum erit hominis quod eueniet, ſed eius gratiæ, qui cuncta largitus eſt. Ita enim libertas arbitrij reſeruanda eſt, vt in omnibus excellat gratia largitoris, iuxta illud Propheticum: Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Et reliq.*

Manichæus, & Iouinian⁹ de libero arbitrio æquè malè quid ſenſerint, teſte Hieron. Idem tom. 2.

Idem ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos: *Fruſtrà blaſphemas, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium condemnare: damnetur ille qui damnat. Cæterùm non ex eo differimus à brutis animalibus, quòd liberi arbitrij conditi ſimus, ſed ipſum, vt diximus, liberum arbitrium Dei nititur auxilio, illiusq; per ſingula ope indiget, quod vos non vultis, ſed id vultis, vt qui ſemel habet liberum arbitrium, Deo adiutore non egeat.*

Idem tom. 5.

His accedit Ambroſius libr. de vocatione Gentium, vel potius Proſper Aquitanus: *Gratia quidem Dei in omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis; dando intellectum, inſpirando conſilium, corq; ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis ſubiungitur ei atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidijs, vt diuino in ſe cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium: de ſua habens mutabilitate, ſi deficit; de gratiæ opitulatione, ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, ſiue occultos, ſiue manifeſtos omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitia, quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt Diuinæ, & voluntatis humanæ. Siue igitur initia, ſiue profectus fidelium, ſiue vſque in finem perſeuerantium cogitemus genus, nulla ſpecies cuiuſquam virtutis occurrit, quæ vel ſine dono diuinæ gratiæ, vel ſine conſenſu noſtræ voluntatis habeatur.* Hæc ille.

B. Ambr. lib. de vocat. gẽt. c. 9 initio, to. 6. in princ.

Quomodo gratia tanquam famulã, & receptricem donorũ præparet voluntatem.

Accedit Bernardus libr. de Libero arbitrio: *Ipſa* (ſcilicet gratia) *excitat liberum arbitrium, cùm ſeminat cogitatum: ſanat, cùm immutat affectum: roborat, vt perducat ad actum: ſeruat, ne ſentiat defectum. Sic autem iſta cum libero arbitrio operatur, vt tantùm illud in primo præueniat, in cæteris comitetur: ad hoc vtique præueniens, vt iam ſibi deinceps cooperetur, non partim gratia, & partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula, opere indiuiduo peragũt. Totum quidem hoc, & totum illa. Sed vt totum in illo, ſic totum ex illa.* Chryſoſtomus in illud Apoſtoli ad Philippenſes: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle, & perficere: ſi ergo ipſe*

S Bernard.

Gratiæ, & liberi arbitrij propriæ functiones, ex D. Bernardo.

D. Chryſoſt. hom 8 circa init tom. 4. Philip. 2.

inope-

Google

in operatur; oportet vt nos voluntatem exhibeamus ſimul applaudentem, complectentem, & minimè effuſam. Si verò voluntatem in nobis ipſe operatur, quomodo nos adhortatur? Etenim ſi, vt velimus, ipſe facit, frustrà nobis dicis, Obedite: non enim obedimus. Fruſtrà dicis, in timore, ac tremore: nam totum Dei eſt. Non ad hoc dixi, Deum eſſe operantem in vobis, & vt velitis, & vt operemini, ſed vt ſolicitudinem veſtram reuelarem. Si volueris, nunc operabitur voluntatem. Et promptitudinem ipſe nobis dat & operandi efficaciam. Quando enim voluerimus, voluntatem noſtram poſtea adauget. Hæc ille, coniungens gratiæ liberum arbitrium.

B. Greg. ho. 9. ſuper Ezech. initio, tom. 2. non procul à princ.

Et Gregorius ſuper Ezechielem: *Sciendum eſt*, inquit, *quia mala noſtra, ſolummodò noſtra ſunt: bona autem noſtra, & omnipotentis Dei ſunt, & noſtra: quia ipſe aſpirando nos præuenit vt velimus, qui adiuuando ſubſequitur ne inaniter velimus, ſed poſſimus implere quæ volumus. Præueniente ergo gratia, & bona voluntate ſubſequente, hoc quod Omnipotentis Dei donum eſt, fit meritum noſtrum.*

Cōcil. Arauſica. 2 tom. 1. conciliorum.

Poſtremò produco Conſilium Arauſicanum II. in quo quædam ſententiæ ſelectæ tranſmiſſæ ſunt ex nomine Leonis Papæ, & probatæ. Canone igitur 9. dicitur: *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum vt operemur, operatur.* Et Canone 20. *Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo: nulla verò bona facit homo, quæ non Deus præſtet vt faciat homo.* His igitur Patrum teſtimonijs euictum reliquimus, omnia bona noſtra & à libero arbitrio proficiſci, & in primis à diuina gratia ortum habere, quam nobis comparuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

DISPVTATIO X.

In qua differitur quid ſit, Gratis iuſtificari, apud Apoſtolum.

NONNVLLIS ſuperioribus diſputationibus oſtendimus quis ſit verus & Catholicus ſenſus illius ſententiæ: Iuſtificari ex fide, vel per fidem: explicandum ſecundo loco, quid ſit, Gratis iuſtificari: quod malè Hæretici accipientes, & interpretantes, rectam Pauli intelligentiam nō ſunt aſſecuti. Dixit enim Melanchthō, iuſtificari gratis, eſſe, ſine alijs operibus quæ vel præcedant, vel ſequantur, vel comitentur, ſed tantùm per ſolam fidem. Et clamant: Si non placet ſola fides, tollatur, gratis, & abſque vllis operibus. Et in hoc ipſum producunt aliquot Patres veteres, qui per ſolam fidem teſtantur nos iuſtificari. Sed in hunc ſenſum facere videtur ratio ipſius vocis. Nam Latinè, gratis, ſiue

Senſus Melanchthonis.

[C]onfutatur.

Quid ſit propriè verbum Gratis.

Græcè δωρεὰν, ſiue Hebraicè Chinam, aduerbium eſt ſignificans id quod quis facit abſque debito vllo, vel merito alterius facere, vel ſi quiſpiam debeat, ex parte tamen recipientis ſit indebitum; vt ſacerdos, cui dictum eſt: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Hinc Geneſ. 29. *Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias.* Vbi gratis opponitur iuſto, ac meritorio miniſterio: non autem ſignificat, fruſtrà, vel ſine cauſa, vel ſine fructu, vt accipitur in quibuſdam locis. Dicitur enim: *Odio habuerunt me gratis;* Et, *Principes me perſecuti ſunt gratis:* & Paulus, *Ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.* Id eſt, fruſtrà. Iuſtificari igitur gratis, nihil aliud erit quàm, nullum eſſe meritum, aut debitum ex parte recipientis vt iuſtificetur. Et ita explicat Scriptura, cùm ait: *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.* Et iterum: *Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac.* Vbi metaphoricè ad gratiam Euangelicam inuitat aquæ, & vini, & lactis nomine, & ſymbolo: & per Catachreſin emendi voce abutitur: quia ſine pretio nihil emitur, nec venditur. Ita etiam intelligit Apoſtolus, cùm ait: *Si gratia: iam non ex operibus* (hoc eſt meritis) *alioquin gratia iam non eſt gratia.* Repugnat ſiquidem iuſtificari gratis, ſiue ex gratia, & iuſtificari ex meritis, ſiue ex operibus. Nam ei qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. Et Paulus diſtinguit inter iuſtificari per fidem, & iuſtificari gratis: ergo non ſunt idem, ſed diſtincta. Ariſtoteles quoque lib. 2. artis Rhetoricæ cap. 7. de Gratia: *Sit gratia*, inquit, *per quam dicuntur rogati gratis aliquid facere: non pro re aliqua, nec vt ſibi quicquam qui faciunt, ſubueniant, ſed vt cui faciunt. Magna verò ait, aut quia rogantes egeant nimium, aut quia magna, & difficilia rogant, aut quia in temporibus huiuſmodi, aut quia ſolus, aut quia primus, aut quia maximè.* Et infrà: *Nam aut quoniam ſui cauſa faciunt, aut fecerunt, quod gratia non erat: aut quoniam fortè incidit vt facerent, aut quoniam coacti fecerunt, aut quoniam reddiderunt, non dederunt, ſiue ſciuerunt, ſiue non: vtraque enim modò quid pro quo, quare nec ſic vlla erit gratia.* Hæc ille.

Matth. 10.
Geneſ. 21.
Idem aduerbium gratis, vbi Scripturatū tantùm fruſtra ſignificet.
Pſalm. 68.
Pſalm 34.
Ioan. 15
Pſalm. 118.
Galat 2.
Eſai 55.
Rom. 11.
Supra 4.
Ariſt tom. 2 prope init.

Suetonius de claris oratoribus: *Tredecim temporibus Syllanis proſcriptorum liberos gratis & ſine mercede vlla in diſciplinam recepit.* Vbi gratis explicatur ſine mercede.

Trid. Synod.

Et ita Concilium Tridentinum Seſſione 6. cap. 8. accepit hanc vocem: *Gratis autem*, inquit, *iuſtificari ideò dicimur; quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur.*

B. Amb. tom 5. circa fin.

promeretur. Hactenus ſynodus, & ita exponunt Patres, præſertim verò Ambroſius, qui in cap. 3. ad Romanos habet: *Iuſtificati ſunt gratis, quia nihil operantes, neq; vicem reddentes, ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei.*

Hier. tom. 2. ſub fin.

Et Hierony. libr. 2. aduerſus Pelagianos: *Pro nihilo ſaluos facies illos, haud dubium quin iuſtos, qui non proprio merito, ſed Dei ſaluantur clementia.*

Aug. li. 6. Hypognoſt. ante med. tom. 7. in fin.
Idem tom. 8.

Auguſtinus etiam libr. Hypognoſticon agens in Pelagianos: *Audi gratis, & tace de meritis.* Idem interpretans illud Pſalmi 30. *In tua iuſtitia libera me Domine: Quis eſt,* inq̃t, *qui ſaluatur gratis? In quo non inuenit Saluator quod coronet, ſed quod damnet: In quo non inuenit merita bonorum operum, ſed ſuppliciorum.*

B. Greg. tom. 2. prope fin.
Rom. 3.

Gregorius quoque lib. 3. in 1. Reg. c. 7. *Ab ea vtique iniuſtitia omnes contra meritum liberamur. Vnde & Paulus dicit: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.*

D. Bern. ſub fin. ſermonis.

Bernardus ſermone 67. ſuper Cantica: *Deeſt gratiæ quicquid meritis deputas. Nolo meritum quod gratiam excludat. Horreo quicquid de meo eſt, vt ſim meus, niſi quòd illud magis forſitã meum eſt, quod me meum facit. Gratia reddit me mihi iuſtificatum gratis, & ſic liberatum à ſeruitute peccati.* Hæc ille.

Melãchthonis alia ſanior intelligentia verbi propoſiti.

Philippus tamen in locis communibus, cap. de Euangelio, ait: *Particula, Gratis, non excludit fidem, ſed conditionem noſtræ dignitatis, & transfert cauſam beneficij à nobis in Chriſtum. Itaque neque obedientiam noſtram excludit, ſed tantùm cauſam beneficij à dignitate noſtra obedientia transfert in Chriſtum, vt beneficium ſit certum.* Hæc ille, qui Catholicè videtur interpretari, quod aliàs malè erat interpretatus.

In quem ſenſum à Patribus dicantur homines iuſtificari per ſolam fidem.
Ambroſ.
Hilar.
Euſeb. tom 1.
Bernard.
Rom 4.
Infrà 5.

Quod ergo olim Patres, & alio tempore liberiùs, & ſecuriùs loquebantur, dicentes homines iuſtificari per ſolam fidem, vt habet Ambroſ. ſuper 3. & 4. caput ad Rom. & Hilarius in Matthæum can. 9. & Theophylactus in epiſtolam ad Galat. c. 3. & Euſebius lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 27. & Bernardus ſerm. 22. ſuper Cantica: *Quiſquis,* ait, *pro peccatis compũctus eſurit, & ſitit iuſtitiam, credat in te qui iuſtificas impium: & ſolam iuſtificatus per fidem, pacem habebit ad Deum.*

Baſil. ho. 22. ante med. to. 1. poſt med.
2. Cor. 10.
Vera quę perfectaque ſit in Deo gloriatio.

Et Baſilius Magnus homilia de humilitate: *Ea demùm perfecta, & omnimoda gloriatio eſt in Deo, quando neq; propter ſuam quis iuſtitiam extollitur, ſed agnoſcit ſe quidẽ vera deſtitui iuſtitia, verùm ſola in Chriſtum fide iuſtificatum eſſe.* Quin & ipſe B. Thomas in c. 2. epiſtolæ ad Galat. ſcribens, ait: *Si qui autem in veteri lege iuſti erant, non erant iuſti ex operibus legis, ſed ſolum ex fide Chriſti, quẽ Deus propoſuit propitiatorem per fidem:* Hoc, inquam, Patrum dictum Catholicè intelligendum eſt, & ad bonum ſenſum trahendum. Vel enim intelligunt excludi ſacramentorum externas in articulo neceſſitatis cæremonias, & iudicia legis à fructu iuſtificationis ſeparant, vt docet Bern. in Epiſt. ad Hugonem de S. Victore; vel opera, quæ fiunt ante fidem per liberum arbitrium, vel opera meritoria iuſtificationis; vel alias ſectas, & religiones præter Chriſtianam ſeparant: Quia, vt ait Chryſoſt. ſerm. de Fide: *Fides per ſe ipſam plena eſt operibus, & vbi credimus, niſi eam impediamus, opera ſtatim ſequuntur.* Hinc Patres omnia quæ fidem comitantur, vel quæ iuſtificationi vt neceſſaria deſeruiunt, nomine fidei comprehendunt, & ipſa ſola nos iuſtificari tradunt, quia ipſa per ſe, vel per alia, quæ in nobis efficit, iuſtificat.

B. Thom. lect. 4 ſub init. tom. 16.
Rom 3.
B. Bern. ep. 07 prope init.
B. Chryſ to. 3. à med.
Orig. tom. 2.

Sicut Origenes docet in caput 3. epiſtolæ ad Rom. explicans illa verba: *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, &c.* Ait enim: *Dicit Apoſtolus ſufficere ſolius fidei iuſtificationem, ita vt credens quis tantummodò iuſtificetur, etiamſi nihil ab eo operis fuerit expletũ.* Et ſola fide ſine operibus ait Latronem iuſticatum, & Peccatrici ob nullum legis opus, ſed ob ſolam fidem dixiſſe Chriſtum: *Remittuntur tibi peccata.* Et ſubdit: *Vbi verò fides non eſt quæ credentem iuſtificet, etiamſi opera quis habeat ex lege, tamen quia non ſunt ædificata ſupra fundamentum fidei, quamuis videantur eſſe bona, operatorem ſuum iuſtificare non poſſunt.* Vbi apertè Origenes excludit opera ante fidem, vel ſine fide ad iuſticationem.

Luc. 23.
Supra 7.

Triplex Iudæorum error circa iuſtificationem. Primus.

Conſtat enim ex Patribus tres grauiſſimos errores circa fidem à dæmone olim fuiſſe excitatos. Primus quidem Iudęorum fuit, qui ſe abſque fide in Ieſum ſaluari, & iuſtificari putabant per legis obſeruantiam: in quo nunc Iudæi perſeuerant, de quo Apoſtolus ad Rom. 9. *Quid ergo dicemus? Quod Iſraël ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit? Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus.* Et cap. 10. *Ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei* (hoc eſt, gratiæ Dei, vt exponit Auguſtinus) *non ſunt ſubiecti. Finis enim legis, Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.*

Rom. 9.
Infrà 10.
B. Aug. lib de Grat. & libe. arbit. cap 12. to 10. ſub fin.
Secundus.

Secundus error eorum, qui cum Euangelio Sabbata & cæremonias legales adiungendas contẽdebant: de quo errore Act. 15. dicitur: *Quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia niſi circumcidamini ſecundùm morẽ Moyſi, non poteſtis ſaluari.* Hoc errore detinebantur & Galatæ ſeducti ab pſeudoapoſtolis, quos inſenſatos, & faſcinatos ca. 2. Apoſtolus vocat: & ait, non iuſtificari hominem ex operibus legis, niſi per fidẽ: vbi particula, Niſi, non eſt accipienda cõditionaliter, pro eo q̃ eſt, ſi nõ, vel præterquam, quia ita Paulus errorẽ Galatarum nõ improbaret, ſed probaret potius. Nam in Scripturis ex propoſitione conditionali negatiua infer-

Act. 15.
Galat. 5.
Dictio, Niſi, in Scripturis vbi conditionalis non ſit.

Geneſ. 43. tur conditionalis affirmatiua. Vt Gen. 43. *Nõ videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum:* ex qua colligitur hæc affirmatio: Sed videbitis faciem meam, ſi fratrem veſtrum adduxeritis vobiſcum. Similiter: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei:* *Ioan. 3.* Colligitur ergo; Si quis renaſcatur ex aqua, & Spiritu, poteſt introire. Ita: *Non iuſtificabitur homo ex operibus legis, niſi per fidem:* ergo ſi adſit fides, iuſtificabitur ex operibus legis, & ita Apoſtolus non ſibi cõſtabit, qui omninò legis ceremonias conatur abolere, & illos contentos eſſe debere Euangelio, dum ait: *State; & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* *Galat. 5.* Reſtat ergo, vt, niſi, capiatur aduerſatiuè, pro particula, ſed: vt ſit ſenſus, non iuſtificabitur homo ex operibus legis, ſed per fidem: quomodo frequẽter accipi conſueuit. Vt ibi, *Nemo nouit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis nouit, niſi Filius, &c. De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis.* *Matth. 11. Infrà 24. Ioan. 3.* Nemo quid ſignificet. Nemo, idem eſt ac, nullus homo, vt etymologia indicat, id eſt, Ne homo. Pater autem, qui ſolus nouit Filium, & qui nouit iudicij diem, nõ eſt vllus homo, vt excipiatur à voce nemo: & Filius qui deſcendit de cęlo, non erat tunc homo, vt excipiatur à reliquis hominibus, quando deſcendit de cœlo. Sed ſenſus eſt: Nemo nouit Patrem, ſed Filius: Nemo nouit diem iudicij, ſed ſolus Pater. Et ita in illa ſententia: *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro, niſi ex fide Ieſu Chriſti,* pro eo quod eſt, ſed per fidem Ieſu Chriſti.

III. Error. Tertius error fuit ſuperborum quorũdam Iudæorum, qui meritis bonorum operum legis ad gratiam Euangelicam ſe perueniſſe gloriabantur; & ideò reliquos Chriſtianos Gentiles præ ſe ipſis deſpiciebant: de quibus lege caput vigeſimum octauum D. Auguſtini de ſpiritu, & litera: *Aug. to. 3. ...ge à med. ...trorũ arrogantia aduerſus Gẽtes.* Dicebant enim: Nos de ſtirpe ſancta, nos circumciſi, nos populus electus legem accepimus: non eſt æquum vt vos nobiſcum æquemini, qui heri idola reliquiſtis, ſed potiùs in proſelytorum locum ex legis vſu deputandi eſtis. *...em tom. 4.* De quo errore Auguſtinus lib. octoginta trium quæſtionum, qu. 75. contra quos Paulus ad Roma. 3. ſcribit: *...m. 3.* *Non eſt diſtinctio Iudæi, neq; Græci. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* *...dem.* Et paulò pòſt: *Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. Per quã legem? factorum? Non; ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.*

Cùm igitur eo tempore eundem eſſet obuiam à Patribus contra hos errores, rectè ſolam fidem ſine operibus prædicabãt; vt negotium iuſtificationis, & ſalutis integrũ Chriſto tribueretur, & fidei in ipſum: ſed fides non excludit diſpoſitiones quas ipſa efficit, & quibus vim tribuit vt ad iuſtificationem homines perueniant. *Fidẽ reliquas etiã diſpoſitiones ab ipſa prodeuntes, neceſſariò includere, quo fiat exẽplo manifeſtum, atq; perſpicuum.* Impius Beza in ſuis ſcholijs, vel potius ſcopulis epiſtolæ ad Roman. mirificè, vt ſolet; debacchatur in Originem, tamquam impurum Pauli interpretem, quòd ſuam Synecdochen inuexerit in Pauli locum, quo aſſerit, nos fide iuſtificari: quia negat eſſe ſolam, cùm virtutum officia contineat, & grauida ſit bonis operibus: qua explicatione aſſerit euerti totam Apoſtoli mentem. Melanchthon etiam in reſponſione ad articulos Bauaricos, inquiſitione 33. *Homo,* inquit, *iuſtificatur ſola fide, ſcilicet, coram Deo, & particula excluſiua expreſſa eſt à Paulo vocabulo gratis,* & infrà: *Denique qui non retinent particulam excluſiuam, dilabuntur in Synecdochen Origenicam, aut Papiſticam.* Hæc ille infelix rhetorculus: non videns, Originem nullius Synecdoches feciſſe mentionem, ſed Catholicè cum reliquis Patribus explanaſſe, fidem, qua primò ex impijs iuſtificamur, ſolam eſſe non poſſe, quia complectitur Dei timorem, pœnitentiam, ſacramentum re, aut voto ſuſceptum, & promiſſionem obſeruantiæ diuinorum mandatorum, & ita charitatem apprehendit, qua vna iuſtus eſt quiſquis iuſtus eſt. Si autem ſit ſermò de ſecunda iuſtificatione, qua qui iuſtus eſt, iuſtificatur adhuc; cùm fides charitate informata ſit eius principium, certum eſt, non eſſe ſolum, ſed, vt dixit Apoſtolus, in Chriſto Ieſu neq; circuncíſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Sed egregij ſunt iſti viri, qui ſynecdochen inſectantur, vbi maximè eſt opus, & vbi minimè eſt neceſſaria, illam affingunt, vt cùm Act. 2. fideles dicuntur perſeuerare in communicatione fractionis panis, ſub nomine panis comprehendentes etiam calicem per illam figuram, quod importunum eſt, & falſum: ſicut etiam Luc. vltim. vbi tantùm communicauit pane cũ tes in Emaus, ſimilem tropum attexentes. Fides ergo iuſtificans nõ excludit ea opera & adiumẽta quæ ipſamet excitat & gignit, ſed ea quę ante fidem, vel quæ propriè merita vocantur. Nã vt hæc exemplo aliquo illuſtremus, ſi quis diceret, ſolum Regem Philippum exercitum Turcicum profligaſſe, non ſignificaret ſolam perſonam Philippi, nec excluderet eius copias, aut arma, aut pecuniam,

quæ

quæ belli neruus eſſe ſolet; ſed tantùm excluderet eos qui olim ſibi erant confœderati, aut fauorem Regis Galliæ, aut Venetorum. Igitur illa propoſitio, quæ propter verbum illud, ſola, dubium mentibus ingerit ſenſum, & hæreticum, meritò damnata eſt à ſancta Synodo Tridentina, etiamſi olim ſancti Patres liberiùs loquentes in ſenſu Catholico, vt explicuimus, dicerent ſolam fidem iuſtificare: quam nunquam Paulus ſuis ſcriptis adhibuit: neque fidem ſolam nominauit, cùm Theologiæ potiùs nocere, quàm deſeruire poſſit. Sed hoc accidit Eccleſię temporis beneficio, vt ad declinandas profanas vocum nouitates, quibus vtuntur Hæretici, certis quibuſdam vocibus, & phraſibus ſuis legibus nobis Eccleſia interdiceret, ne vel verbis cõmunionem vllam nos cum Hæreticis haberemus, & vt velut teſſera quadam ab illis diſtinguamur.

Concil. Trid. Seſſ 5. ca. 7. & 11.

Hãc propoſitionẽ: Sola fides iuſtificat, nunc Eccleſia quare damnauerit.

1. Tim. 6.

Altera ratio.

Fuit etiam olim tempore Apoſtolorum hæc propoſitio ſuſpecta, vt teſtatur Auguſtinus libr. de Fide, & operibus, dicens: *Nam etiam temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati ſunt dicere, Faciamus mala, vt veniant bona: Quia lex ſubintrauit, vt abundaret delictum: Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.* Et infrà: *Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, vt vehementer aſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe: ſicut etiam ipſe Paulus non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, ſed eam ſalubrem, planeq; Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. Vnde illam fidem, quæ ſufficere ad ſalutem quibuſdam videtur, ita nihil prodeſſe aſſeuerat, vt dicat: Si habeam omnem fidem, vt etiam montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum.* Hæc magnus Auguſtinus. Eſt ergo hęc profana vocum nouitas diligenter à noſtris ſermonibus vitanda. Et hæc ſatis ſint ad explicandum verbum Paulinum.

B. Aug lib de fide & oper. c. 14. initio, to 3. in princ. Rom 3. Infrà 5. Galat. 5. 1. Cor. 13.

Illud tantùm occurrit hic conſiderandum, à Concilio Tridentino meritum iuſtificationis excludi: nam nec ipſam fidem, neque reliquas diſpoſitiones illam promereri aſſerit. Et intellige merita condigna, ſiue iuſtitiæ: nam merita congruentiæ, ſiue decentiæ, quæ ſoli Dei liberalitati nituntur, multi agnouerunt.

Trid Syno. loco præſcripto. Meritũ congrui à Patribus agnitũ, & aſſertum.

Et in primis ipſe Auguſtinus epiſtola ad Sixtum: *Neque enim,* inquit, *nullum eſt meritum fidei, qua fide ille dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit iuſtificatus merito fidei humiliatus.* Idem Auguſtinus, & Alipius ad Bonifacium: *Si quis autem dixerit quòd gratiam benè operandi fides mereatur: negare nõ poſſumus, imò verò gratiſſimè cõfitemur.* Et rurſus ibidem aliquanto poſt. *Cùm ergo fides impetrat iuſtificationem, ſicut vnicuique Deus partitus eſt etiam ipſius menſuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, comitante, non ducente, pediſſequa, non præuia voluntate.*

B. Aug. ep. 105 non procul à princ. tom. 2. Luc. 18.

Idem ep. 106. circa princ. Rom. 12.

Hæc ille, loquens de gratia vt complectitur non ſolùm iuſtificationem, ſed etiam gratis datam, ſiue nos præuenientem, ante quam nullum eſt meritum: ita vt in operibus liberi arbitrij nullo fauore Dei excitatis, nullum conſtituat meritum Auguſtinus. Et lib. 83. Quæſtionum, qu. 76. *Præcedit, ait, in peccatoribus, quod quamuis nondum ſunt iuſtificati, digni tamen efficiuntur iuſtificatione.* Intellige dignos dignitate cõgruentiæ potius, quàm iuſtitiæ.

Idem tom. 4.

Cùm ergo Auguſtinus pluries aſſerat fidem mereri, non eſt putandus illud retractaſſe, vt quidam exiſtimant: quia libr. de prædeſtinat. ſanct. cap. 3. expreſsè tradit fide inchoari in nobis meritum, & miſericordiam præcedenti fidei merito tribui: & ſolùm ibi contendit initium fidei, & meritum eſſe Dei donum.

B. Thom p. 2. q. 114 art. 5. ad 1. & 10. 11. p. 1.

Ipſe tamen Auguſtin. lib. 1. ad Simplicianum, q. 2. optimè Catholicam fidem tuetur, cùm ait: *Quæritur autem, vtrùm vel fides mereatur hominis iuſtificationem; an verò nec fidei merita præcedant miſericordiam Dei, ſed & fides ipſa inter dona gratiæ numeretur, quia & hoc loco cùm dixiſſet: Non ex operibus, non ait, ſed ex fide dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ait autem, ſed ex vocante. Nemo enim credit qui non vocatur: miſericors autem Deus vocat nullis hoc vel fidei meritis largiens, quia merita fidei ſequuntur vocationem potius quàm præcedunt.* Hæc ille.

Aug. tom. 7. circa finem.

Proinde quod Auguſtinus libr. 1. Retract. cap. 14. retractauit illa verba: *Non ergo elegit Deus opera cuiuſquam in præſcientia, quæ ipſe daturus eſt, ſed fide elegit in præſcientia.* Et illa etiam verba: *Quòd credimus, noſtrum eſt: quòd autem bonum operamur, illius eſt, qui credentibus in ſe dat Spiritum ſanctum.* Et ſubdit: *Sicut enim in ijs quos elegit Deus, non opera, ſed fides inchoat meritum, vt per munus Dei benè operẽtur: ſic in ijs quos damnat infidelitas, & impietas inchoat pœna meritũ, vt per ipſam pœnam etiam malè operentur:* Illud tantùm retractat, quòd fidei meritum non putauerit eſſe Dei donum, ſed noſtrum, nec putauit eſſe à Deo quærendum. Et libro de Quæſtionib. Euangel. prodigum poſt longa ſpatia remeantem ad patrem, oſculum charitatis meruiſſe tradit. Rurſus in libr. de fide, & operibus: *Hoc itaque prodeſt in Deum recta fide credere, vt benè viuendi ab illo ſit nobis auxilium, & ſi peccauerimus, ab illo indulgentiã*

Idem tom 1. in princ. Propoſit 60. in epiſt ad Rom. tom. 4. prope fin. Ioan. 7. Auguſtinus in ſuo illo dicto: Quod credimus, noſtrum eſt: quid retractauerit. *Epheſ 2. Idẽ lib. 2. qu. Euang q. 33. tom 4. Luc. 15. Idẽ lib de fide & oper. c 22. circa fin. tom. 4. init.*

mereamur. non in factis qua odit, ſecuri perſeuerantes: ſed ab eis recedentes, eiq; dicentes: Ego dixi, Domine, miſerere mei: ſana animam meam quoniam peccaui tibi. Et in Pſalmum 50. *De incerto pœnitentiam egerũt Niniuita: miſericordiam certã meruerunt, proſtrauerunt ſe, gemuerunt, fleuerunt, pepercit Deus.* Et rurſus: *Reſpondeant lapſi, reſpondeant cum Dauide, vt miſericordiam mereantur cum Dauide.* Idem rurſus ad Hilarium ſcribit: *Si ſe eſſe peccatores fatentur, vt Dei miſericordiam poſſint mereri, compeſcant ſe ab alijs etiam decipiendis, quibus hanc ſuperbiam perſuadere conantur.* Quòd igitur Auguſtinus merita ſimpliciter excludit à iuſtificatione: non quæcunq; excludit, ſed illa tantum, quę vocantur de condigno, & quæ iuſtitiæ noſtræ nituntur, non quæ ex Dei benignitate, & liberalitate procedunt, & ſoli Dei gratiæ nituntur. Similem doctrinam agnoſco in alijs veteribus Patribus. Nam Hieronymus in caput quartum Danielis: *Ad preces,* inquit, *Ezechiæ, & Niniuę, Dei ſententia commutata eſt, non vanitate indicij, ſed eorum conuerſione, qui meruere indulgentiam.* Idem ad Damaſum de filio prodigo: *Nulla maior iuſtitia Dei, quàm ignoſci pœnitentibus: filium ſuſcipere redeuntem.* Quam ſententiã ita exponit Bonauentura: *Nulla maior iuſtitia, id eſt, bonitatis Dei dicẽtia.* Prætereà ex Auguſtino ad Roman. 5. illud producitur, quia in illa verba: *Iuſtificati ergo ex fide, ait: Deus reſpicit confugientes ad ſe aliter in eo eſſet iniquitas:* quæ verba eodem modo veniunt interpretanda. Ait enim B. Anſelmus cap. 10. Proſologion: *Cùm punis malos, iuſtum eſt: quia illorum meritis conuenit. Cùm verò parcis malis, iuſtum eſt, non quia illorum meritis, ſed quia bonitati tuæ condecens eſt.* Rurſus Hieronymus libro 2. contra Pelagium: *Qui peccata,* inquit, *ſimpliciter confitentur, merentur humilitate clementia Saluatoris.* Eodem modo locutus eſt Ambroſius. Nam lib. 7. in Lucam, cap. 29. ait: Deus facilè reconciliatur, quando impensè rogatur. Et infrà in illud: *Iam non ſum dignus vocari Filius tuus: Deiectus enim ſe exaltare non debet, vt merito ſuæ poſſit humilitatis attolli.* Et ſermon. 44. de latrone: *Deinde illud ad gratiam eius maioris eſt meriti, quod Chriſtum in cruce poſitum crediderit.* Et ſermon. 45. de eodem latrone: *Plenioris eſt meriti veniam ſperaſſe de Domino, quàm culpam contraxiſſe de mundo.* Idem illud Luc. 22. *Egreſſus foras fleuit amarè,* loquens de Petro: *Lacrymæ,* inquit, *veniam non poſtulant, ſed merentur. Et tu ſi veniam vis mereri, dilue culpam lacrymis tuam: eodem momento, eodem tempore reſpicit te Chriſtus.* Idem in cap. 1. ad Epheſ. *Redempti hæredes deſignati ſunt, ſi in regeneratione perdurent: vt fides prima veniam, ſancta verò conuerſatio perdurans cum fide coronam mereatur.*

Pſal. 40.
Idem tom. 6. Ion. 3.
Idem ep. 89. in prin. to. 2.
Iuſtificationem in meritum de cōdigno tantùm cadere negat Auguſtinus, non in meritum de congruo.
B. Hier. tom. 5 prope fin. Eſai 30. Ion. 3.
Idem ep. 146. à med. tom. 3.
B. Bonauen. 2 ſent. diſt. 27.
Rom. 5.
Auguſt.
B. Anſel. to. vltim.
Hier. tom. 2. prope finem.
Ambr. tom. 5.
Idem.
Luc. 15.
Idem tom. 3. in fine.
Infrà 23.
Idem.
Idem li. 10. in Luc. c. 13 à med. to. 5.
Idem to. eod.

Et ſermon. 30. de eleemoſyna: *Emat peccator ſibi quodammodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim Dominus ad diſcipulos ſuos: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Vides ergo quæ ſit miſericordiæ gratia, quæ vna, & ſola virtus cunctorũ eſt remiſſio peccatorum.* Idem lib. de Pęnitentia: *Tam citò veniam meretur filius prodigus, vt venienti, & adhuc longè poſito occurrat pater, & oſculum tribuat.*

Hilarius ſuper Pſalmum 2. *Pœnam deuitata, & cõtempta bonitatis adiecit Deus, vt cum libertatem nobis voluntatis ad bonitatem promerendam reliquiſſet, quia meritum neceſſitas naturæ non haberet, libertatem ipſam quotidie propoſitus è contrario pœnæ terror argueret.* Cyprianus frequenter hanc loquendi rationem vſurpat, & meritum in bonis diſpoſitionibus, quæ gratiam iuſtificantem præçedunt, & conſtituit. Ait enim ſermone orationis Dominicæ de Publicano: *Cùm ſibi Phariſæus placeret, ſanctificari hic magis meruit* (videlicet Publicanus) *qui ſic rogauit: qui ſpem ſalutis non fiducia innocentia ſuæ poſuit, cùm innocens nemo ſit, ſed peccata confeſſus, humiliter orauit, & exaudiuit orantem qui humilibus ignoſcit.* Et ſermone de Eleemoſyna ſub initium: *Neque promereri miſericordiam Domini poterit, qui miſericors ipſe non fuerit.*

Ibidem tradit, miſericordiæ meritis peccata purgari, & operationibus iuſtis Deo ſatisfieri. Item ſermone de paſſione Chriſti, Latronem confeſſione Chriſti indulgentiam promeruiſſe ſcribit. Et libr. 3. Epiſt. 18. initio: *Pœnitentiam ille agit, qui diuini præcepti mitis & patiens, & ſacerdotibus Dei obtemperans, obſequijs ſuis, & operibus iuſtis Dominum promeretur.* Idem Epiſt. 19. *Hoc enim debemus omnes eſſe* (nempe humiles, quieti, & trementes, ad ſermones Dei) *cur huiuſmodi illi eſſe debent, quibus laborandum eſt, vt poſt grauem lapſum vera pœnitentia, & humilitate promereri Dominum poſſint.* Et epiſtola 25. de ſacrificio cordis contribulati loquens: *Hoc eſt enim,* inquit, *quod præcipuè Deo placeat, hoc eſt in quo maioribus meritis ad promerendam Dei voluntatem opera noſtra perueniant.* Demum ſermone de paſſione Domini: *Sit in cruce Latro confitens non tantùm indulgentiam meruit, ſed Chriſti familiaris effectus, promiſſus eſt in paradiſum, & factus eſt particeps regni, per cõfeſſionem factus collega martyrij.* Hæc ille.

Adde Tertullianum, qui lib. quarto in Marcionem: *Achab Rex,* inquit, *maritus Iezabel, reus idololatriæ, & ſanguinis Nabuth, veniam meruit pœnitentiæ nomine. Rurſus illius peccatricis fœminæ argumentum eò pertinebat, vt cùm pedibus Domini oſcula figeret, veniam mereretur.*

Adhæc Origenes in cap. quarto ad Romanos: *Scriptum eſt de filijs Iſrael, quòd credi-*

Idem tom 3. ſub fin.
Luc. 11.
Diuinæ gratia miſericordię quãta ſit.
Idem lib. 2 de pœnit. c. 3 prope fin. tom. 1. poſt med.
Luc. 15.
B. Hilarius.
D. Cyp. iuxta ſermonis prin
Luc. 18.
Exod. 24.
Idem.
Nullus immiſericors miſericordiam Domini promeretur, teſte Cyprian.
Idem.
Luc. 23.
Agat quis pęnitentiam.
Idem.
Eſai 66.
Idem.
Pſal. 50.
Idem.
Luc. 23.
Tertullian.
3. Reg. 21.
Ibidem 20.
Luc. 7.
Orig. part. 2.

Exod. 14. Geneſ. 15. Rom. 4.

derunt Deo, & famulo eius Moyſi. nec tamen additur, quod de Abraham ſcriptum eſt, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam: ob hoc arbitror, quòd non illi erat, ſicut in Abraham docuimus, ex multis partibus fidei in vnum cõſeruata perfectio, qua mereretur ad iuſtitiam reputari. Et infrà: *Vide ſi fortè poteſt iſte ordo in anima vna, eademq; intelligi: vt quia initium eſt conuerſionis animæ mala derelinquere, pro hoc iniquitatum remiſſionem mereatur accipere. Item: Deo credidit Abraham, ac iuſtificari meruit.* Rurſus paullò poſt: *Si hi qui ex lege, ſunt ipſi hæredes, erunt repromiſſionis illius quam per fidem meruit Abraham, euacuabitur illud quod ex fide iuſtificatus eſt Abraham, &c. Certum eſt enim quod ſi ex lege Moyſi præſtatur hæreditas, vt euacuetur illud quod ſcribitur Abraham fidei credulitate meruiſſe.* Et homilia 3. in Leuiticum: *Dixi: Pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Vides quia pronunciare peccatum, remiſſionem peccati meretur.

Initium conuerſionis animæ eſt mala derelinquere. Geneſ. 15. Rom. 4. Ibidem. Idem. tom. 2. Pſal. 31.

B. Dionyſ. de Eccle hierar. ca. 7. par. 3. Matth. 6. Luc 6. Ioſ. 6. Beda in Luc. c. 72. propè fi. Luc. 18. Caſſian c. 15. initio. Actor. 10.

Adhæc Dionyſius Areopag. lib. Eccleſiaſticæ hierarchiæ: *Homo,* inquit, *dimittendo, & dando, meretur ſibi remitti debita, reddiq; promiſſa. Idem: Rahab per opera miſericordiæ, & officium hoſpitalitatis cum periculo vitæ ſuæ meruit à peccatis iuſtificari.* Adde Bedam, qui ſuper Lucæ caput 18. ita ſcribit: *Phariſæus ſuperbiendo receſſit humiliatus, alter lamentando appropinquare meruit exaltatus.* Et Caſſianus collat. 13. *Cornelio precibus, & eleemoſynis iugiter inſiſtenti, velut remunerationis vice via ſalutis oſtenditur.* Item Bernardus ſermone 78. ſuper Cantica: *Quid Saulo Paratius, qui ſupplici iam & mente, & voce clamauerat: Domine quid me vis facere? Nec minus Cornelius, qui eleemoſynis, & orationibus ſuis, Domino quidem eas ſibi inſpirante, promeruit peruenire ad fidem?* Et Chryſoſt. hom. de Pœnitentia: *Publicanus humilibus conſentiens, fructum iuſtitiæ ſuſcepit, neque vllo ſub labore preſſus iuſtificatus eſt: verba dedit, res accepit.* Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum: *Cornelius Centurio, vt Spiritum ſanctum acciperet, antequam baptiſma, eleemoſynis meruit, crebriſq; ieiunijs.* Chryſoſtomus lib. de Fide, & lege Naturę: *Teſtimonium bonum habuit Cornelius de eleemoſyna, & precibus, ſed Chriſtum ignorabit: Deum quidem credens, Dei autem ſermonem nondum edoctus. Et quia opera erant bona, & admirabilia (placebant enim bonorum remuneratori, & amatori Deo) vidit quidem bona opera, ſed mortua, eò quòd fidem non haberent: & mittit quidem diuinum Angelum operibus ad præmia acquirenda miniſtrantem, ita vt bene certando ob fidem coronari poſſit.*

B. Bernard. Actor. 9. Chryſ. ho. de pœn ſub initio 3. verſus fi. Hier. tom 2. initio ferè. Chryſ. tom. 5. longè à med. Qualia Cornelij Centurionis opera Chryſoſt.

Greg Rom to. 2. non procul à princ. Idem eodem propè fin. Iona 3.

Gregorius homil. 9. ſuper Ezechielem: *Præueniente gratia, & bona voluntate ſubſequente, hoc quod Omnipotentis Dei donum eſt, fit meritum noſtrum.* Et libro 3. in 1. Reg. capite 6. *Dum Niniuitæ velut pro difficili reconciliatione, graui pœnitentia ſe deijciunt, Omnipotentis Dei miſericordiam facilè meruerunt.* Denique pauci ſunt ex veteribus, qui illud meritum congrui non agnouerint. Quia tamen exile eſt, & diminutum, & ſoli gratiæ Dei nixum, ſimpliciter ab operibus quæ præcedunt iuſtificationem, illud excludimus, & non admittimus niſi cum adiectione congruitatis, aut decentiæ cuiuſdam.

Meritum cõgrui quã paruũ, ac tenue illud ſit.

B. Roffenſis martyr.

Certè Roffenſis art. 1. in Lutherum ait, nos per fidem iuſtificari, quia fides meretur gratiam, qua ſola iuſtificamur.

Hoc meritũ ſacræ ſcholæ Theologi tradunt omnes. B. Tho. to. 4. Idem ibidem. B. Bonauent. Alex Halen. Gulìel Pariſ.

Quod ad Scholaſticos Doctores attinet, dubium non eſt, nobiliores quoſque inter eos hoc cõgrui meritum & agnouiſſe, & tradidiſſe. Vt Thomas in Quartò, diſtin. 15. qu. 1. artic. 3. & in Tertio diſt. 18. art. 2. & in Secundo diſt. 26. artic. 4. ad quartum, B. item Bonauentura in Quarto diſt. 15. q. 5. & in Secundo diſt. 28. q. 2. art. 1. & in Primo diſtinct. 43. q. 1. art. 1. apertè tradit, quòd gratia cadit ſub merito congrui. Et horum duorum præceptor Alexander de Hales Tertia parte quæſtio. 69. membr. 5. artic. 2. & ante eos omnes Gulielmus Pariſienſis lib. de meritis, & retributionibus, vt interim à cæteris citandis me contineam.

DISPVTATIO XI.

Vbi de vero illorum verborum Pauli ſenſu agitur, cùm ait, hominem ex operibus legis nõ iuſtificari, vt habes Rom. 3. & Galat 2 & 3. Rurſus quid ſimpliciter ſit, hominem ex operibus iuſtificari, aut ex operibus iuſtitiæ iuſtificari, quod non infrequens eſt apud Apoſtolum.

POSTREMO loco tertia illa Pauli ſententia, ac toties repetita, Non iuſtificari hominem ex operibus legis, vel ſimpliciter ex operibus, in diſceptationem venit: reiectiſque falſis ſectariorum explanationibus, explicanda eſt, & in Catholico ſenſu declaranda, cùm indubium ſit, fidem opus eſſe, & diſpoſitiones quæ illam comitantur, vt timores, pœnitentiæ, fiduciæ, & voti ſeruandi legem, nil aliud eſſe, quam actiones quaſdam, ſiue operationes hominis iuſtificandi. Sunt autem hæc diſtinctè elucidanda.

Primus ſenſus: Quid o-

Ad primum igitur expediendum, expende

pera legis ſignificent. *Hieronym. Ambroſ. Theophylact.*

pende bone lector, per opera legis, veterum Patrum permultos, vt Hieronymum, Ambroſium, Theophylactum, ceremonias, & iudicia intelligere: ita vt omnia opera legis præter Decalogum, & moralia, à virtute iuſtificandi excludant. Nam decalogus ante legem eſt, & poſt tempus legis elapſum.

I. ratio confutationis.

II. Ratio. *Rom. 3.*

Infrà 7. Exod. 20. Deut. 5. Luc. 10.

2. Cor. 3.

Exod 31.

III. Ratio. *Augu. lib. de ſpir. & lit. c. 8. 21. 14. & 29*

IV. Ratio.

Sed hæc limitatio quibuſdam non placet. Primò, quia vbi Paulus limitat, dicendo ſe intelligere de ceremonijs, aut iudicijs à lege perſcriptis, nec nos debemus limitare. Secundò, quia vbi dicit: *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*, ſtatim ſubdit: *Per legem enim cognitio peccati*, quod proculdubio morale eſt. Et Roman. 7. cùm diceret: *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces*, manifeſtè de morali pręcepto loquitur. Et Luc. 10. Charitas Dei & proximi inter opera legis computantur: & 2. Cor. 3. ait Apoſtolus: *Idoneos nos fecit miniſtros, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſterio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, &c.* Conſtat autem, legem Decalogi in tabulis lapideis ſcriptam fuiſſe. Tertiò Auguſtinus lib. de Spiritu & litera, pluries cõtendit, inter opera legis, quæ non iuſtificant, primo loco connumeranda moralia. Quartò, quia præcipua legis pars ſunt moralia: ergo cùm lex excluditur à vi iuſtificandi, etiam moralia in ea includuntur. Quemadmodùm cùm ad Roman. 3. ait Apoſtolus: *Legem ergo deſtruimus per fidem. Abſit: ſed legem ſtatuimus*: propter moralia præcipuè dicitur. Et cùm ad Roman. 2. dicitur de Gentibus, quòd oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus eorum: de Decalogo tantùm videtur accipiendum, quę lex Naturæ præſcribit: nam Gentiles iudicia, & ceremonias prorſus ignorabant, nec niſi diuinando pręſtare poterant. Quintò, quia hæc Paulus non ſolùm Iudæis, ſed etiam Gentibus, quia in operibus ſuis gloriabantur, loquebatur: opera ergo legis omnia, quæ in Moyſe præcepta ſunt intelliguntur.

Rom 3.

Suprà 2.

V. Ratio.

Quare opera legis minimè iuſtificarẽt, ſecũdum Apoſtolum.

Quare ergo hæc opera à iuſtificando excludat, in promptu eſt ratio: Quia hæc opera legis vt talia ſunt, non fiunt niſi vt præcepta à legiſlatore Moyſe; & vt homo per illa aſſequatur præmia à lege promiſſa, & ſupplicia ab ea interminata declinet. Finis igitur, ſeu radix operandi diuerſa, facit vt vnum & idem opus in ſubſtantia ſit, vel Mahometicum, vel Moſaicum, vel Chriſtianum: nam idem baptiſmus præceptus ab his tribus legiſlatoribus, facit vt opus ſit vel Mahometi, vel Moyſis, vel Chriſti.

Lex Moſi vt iuſtificaret.

Philip. 3. Leuit. 18. Rom. 10.

Galat. 3.

Habac. 2. Galat. 3.

Hebr. 11. Rom. 9.

Infrà 14. Epheſ. 2.

Iacob. 2. Geneſ. 22. Ioſ. 2.

Et lex quidem Moyſi ſeruata, vt ab eo lata eſt, iuſtificabat coram hominibus ſecundùm iuſtitiam, quæ in lege eſt conuerſatos ſine querela: & iuſtitiam quæ in lege eſt, qui fecerit homo, viuet in eo, non autem coram Deo, quia non prodibant talia opera ex principio fidei. Quod Paulus ipſe nos apertè docet, cùm ad Galat. 3. ait. *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit. Lex autem non ex fide: ſed qui fecerit ea, viuet in illis.* Et iterum: *Priuſquam veniret fides: ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat.* Et alio loco: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Et ad Roman. 9. *Iſraël ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare: Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus.* Rurſus: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, hoc eſt defectus in moribus. Quia ergo talia opera ſine fide, vel ante fidem, à filio iræ proficiſcebantur, tantùm ad præmia conſequenda legis, & obedientiam legi præſtandam coram hominibus iuſtificabant. Adhæc Iacobus Apoſtolus aſſerens Abraham, & Rahab iuſtificatos ex operibus fidei, capite 2. ſuæ epiſtolæ declarat, apertè Paulum reieciſſe à iuſtificatione opera quæ non prodeunt à fide. Opponit ergo Paulus gratiæ, & fidei, noſtra, & legis opera; non autem gratiæ, & fidei opera.

Qualis Iudæorum Domino, & Moyſi ſeruo eius credentiũ fides extiterit. *Exod. 14. Ioan. 12.*

Quòd ſi fortè arguas, Exod. 14. dictum: *Crediderunt filij Iſraël Domino, & Moyſi ſeruo eius*: tamen quia illa fides non erat Euangelica, de qua dictum eſt: *Creditis in Deum, & in me credite*, cum Deo non reconciliabat. Illa igitur fides erat quidem in Deum, & in Moyſen, ſed de temporalibus: hæc verò noſtra in Deum, & in Chriſtum mediatorem, & de ęternis, ac ſpiritualibus bonis. Hinc definitur; *Fides, eſt ſperandum ſubſtantia rerum.* Etſi autem Iudæi Meſſiam cognoſcerent in generé; & illum expectarent; tamen quia ſecundùm carnem illum expectabant, hoc eſt, liberatorem tantùm Iudæorum, & à captiuitate tantum temporali; ideò Meſſias ſic agnitus non iuſtificabat. Hinc Paulus ait: *Etſi cognouimus ſecundùm carnem Chriſtum: ſed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.*

Hebr. 11.

Iudæi Meſſiã tantùm carnalem expectabant.

2 Cor. 5.

Cur opera legis ſecundũ ſe non iuſtificarent.

Rom. 2.

Quòd ergo opera legis, vt talia non iuſtificent, in cauſa eſt, quia ante fidem, & ſine fide Euangelica perficiebantur. Quòd ſi eiuſmodi opera conſtituamus ab auxilio Dei ſpeciali, & fide proficiſci, diſponerent quidem ad iuſtitiam olim: ſi vero non tantùm ex fide, ſed etiam ex charitate, profectò iuſtitiam magis augerent, & ſicut ſcriptum eſt, Factores legis iuſtificabantur;

II. Ratio. Tertia. Rom. 4. Galat. 3. Deut. 21. Quarta. Rom. 3. Quinta. Infrà 5. Sexta. Hebr. 11. Septima. Rom. 4. Octaua.

bantur; & ex fide Chriſti facta, iam non amplius legis, ſed opera fidei eſſent, quia non Moyſen legiſlatorem, ſed Deum per Chriſtum: & non humana, aut temporalia præmia, ſed æterna reſpiciunt. Deinde non poterant ſeruari propter concupiſcẽtiam dominantem. Tertiò, quia lex illa iram & maledictum operabatur. Scriptum eſt enim: *Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.* Quartò, ſi via iuſtificationis lex eſſet, Dei bonitas, & miſericordia reſtringerentur, & Deus eſſet Iudæorum tantùm & non Gentium. Quintò: Homo per fidem, vt ait Scriptura, iuſtificatur, ergo non ex operibus. Sextò: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Septimò: quia Abraham per fidem iuſtificatus eſt. Denique per legem tantùm cognitio peccati, non tamen ſanitas, neque expulſio morbi.

Opus & meritum, ſicut operari & mereri eidẽ apud Paulum ſignificare. Galat. 2. 2 Tim. 3. I. argum. Ierem 31. Hebr 6 Matth 16. II. argum. Rom. 4 2. Cor. 4. Pſal. 73. Matth. 20. III. argum. Rom. 11. Tit. 3. 2. Tim. 1. IV. argum.

Quomodo verò Apoſtolus Paulus abſolutè opera excludit: vt cùm ad Roman. 4. loquitur de Abraham, & ad Epheſ. 2. nõ ex operibus: nã nec Abraham, nec Epheſij legem nouerunt: & Tito, qui Gentilis erat, ſcripſit: *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*: Dicendum eſt, opus ſimpliciter apud Paulum, & in Scripturis ſignificare actionem aliquam, quàm præſtans, facit ſibi debitam ex iuſtitia aliquam mercedem: Vnde dicitur: *Eſt merces operi tuo: Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis*: &, *Reddit vnicuique ſecundùm opera eius.* Deinde Paulus: *Et*, inquit, *qui operatur, merces non operatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum.* Vnde operari eſt mereri, iuxta illud: *Æternum gloriæ pondus operatur in nobis*: &, *Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ*: id eſt, Redemptionem promeruit. Et, *Voca operarios*, id eſt mercenarios, quibus laborantibus certa merces debetur. A coniugatis igitur, ſi Operari, apud Paulum eſt, Iuſtè mereri, & Operarius, mercenarius, id eſt, qui mercedem ſibi debitam facit; ergo opus ſignificat meritum. Tertiò, idem oſtenditur: quia ſi gratia, inquit Apoſtolus, iam non ex operibus: at gratia non ſimpliciter opponitur operibus, ſed meritis, quæ debitum conſtituunt. Et alio loco: *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos*, id eſt, ex meritis: & Timotheo: *Qui nos*, inquit, *liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecũdùm propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu.* Quartò, idem eſt dicere, iuſtificari gratis, & iuſtificari ſine operibus, & pro eodem aſſumit Apoſtolus. Nam vt gratis non excludit fidem, vel alias diſpoſitiones, ſed tantùm tollit ab eis dignitatem, & rationem debiti, ſiue meriti; ita cùm dicit, ſiue operibus iuſtificari, non tollit diſpoſitiones nos ad iuſtitiam præparantes, ſed tantùm adimit meriti rationem. Non enim eſt debitum, quin Paulus diuina voce vocatus & credidit, & timore proſtratus eſt in terram, & audita illa voce: *Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris*: cœpit fidere, & ſe Chriſto credere, deteſtatus eſt peccata ſua, & perſecutionem, & baptizatus eſt ab Anania: ſed hæc omnia non agnouit vt merita gratiæ, & iuſtitiæ Chriſtianæ, ſed vt dona præuenientis gratiæ Dei. Nam ſi Princeps, verbi gratia, pro minimo vnius horulæ miniſterio ſibi impenſo ab aliquo mille aureos ei numeraret, non diceretur niſi gratis dediſſe tantum auri pondus; ſecùs verò eſſet, ſi viginti, aut triginta annis ſeruitutem ſuam illi impendiſſet: ita ſimiliter non repugnat diuinæ gratiæ ſeruitium illud breui tempore impenſum, repugnaret autem, ſi illi ineſ[?]et meritum.

Act. 9. Ibidem. Simile.

Iacobus Apoſtolus Abraã ex operibus iuſtificatum, Paulus verò ex fide dicentes, vt inter ſe conueniant. Exod. 10. 1. Tim. 1. Prima ſolutio hæreticorum damnabilis. 2. Cor. 1. Altera eorundem audax & temeraria.

Sed iam ſurgit dubium circa Abraham, quomodò conciliandus ſit Paulus cum Iacobo: hic enim iuſtificatum ponit ex operibus, quod Paulus negat. Verumenimuerò quia hęretici luci diſtinctionum acquieſcere nolunt, in Cymmerias; ac plus quàm AEgyptias tenebras incidunt, non intelligentes, neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Nec enim credendum eſt, Apoſtolos ſibi inuicem contradixiſſe, ne Spiritum ſanctum illos agentem ſibi repugnaſſe recipiamus. Et in Apoſtolis non fuit Eſt, & Non, id eſt diuerſa, & contraria doctrina. Secundò, nec reijcienda erat propterea epiſtola Iacobi à Luthero tanquam ſtraminea, & non habens maieſtatem Apoſtolicam, nec tantùm Hebraiſmi, vt aſſerit; cùm tamen omnis antiquitas, & Patres, & Concilia vniuerſalia illam, vt Canonicam receperint.

Tertia vera, atque Catholica. Triplex genus operum. B. Hieron. tom 9. B. Aug. to. 3.

Vt igitur propoſitum dubium diluamus, explicandum eſt, triplicia eſſe operũ genera: alia quidem, quæ prodeunt in lumine Naturæ ſine vlla fide, quæ nec iuſtificant, nec ad iuſtificationem diſponunt niſi longè, & valde remotè. Qui enim operibus moralibus aſſueſceret, minùs eſſet indiſpoſitus, & minus reſiſteret diuinæ gratiæ, & vocationi: vt lignum minus humidũ citiùs incenderetur. Et talia erant opera legis, quæ ſine fide perficiebantur, vt declarat Hieronymus ad Galat. 2. & Auguſtinus cap. 19. libri de Spiritu & litera.

Nec

Fides venturi Meſſiæ profitentis teſtamenti homines iuſtificauit. *Actor.15. Suprà eo.*

Nec his obſtat, multos iuſtos olim in natura,& in veteri lege extitiſſe,quia illi ad fidem,& gratiam Noui Teſtamenti pertinebant, & vt ait Petrus, Per gratiam Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodùm & illi. Nam Cornelius Centurio etſi Gentilis eſſet, iuſtus tamen eſſet, & religioſus, ac timens Deũ cum omni domo ſua:quod non contigit ſine fide. Eius etiam orationes aſcenderunt ad Deum delatæ per Angelos; ergo in fide orabat. Et cùm Petrus dixit: *In veritate comperi,quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi:* At iniuſtus non eſt,qui operatur iuſtitiam. Auguſtinus libro de Prædeſtinatione ſanctorum : *Non tamen* (ſcilicet Cornelius) *ſine aliqua fide donabat, & orabat. Nam quomodo inuocabat : in quem non crediderat* Idem docet lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus,cap.51.& libr. 1. Quæſtionum ad Simplicianum, quæſt. 11. Et in expoſitione inchoata epiſtolæ ad Romanos,& lib. Quæſtionum in Leuiticum, quæſtio. 84. in fin. Hieronymus in caput 3. epiſtolæ ad Galat. ita habet: *Conſideremus autem diligenter quia non dixerit: Volo à vobis diſcere,verùm ex operibus Spiritum accepiſtis: ſed adiecerit, ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium Centurionem Spiritum ex operibus accepiſſe, ſed non ex operibus legis quam neſciebat. Si autem e contrario dicitur. Ergo & ſine auditione fidei accipi Spiritus poteſt. Nos reſpondebimus, accepiſſe quidem eum ſpiritum,ſed ex auditu fidei,& naturali lege,quæ loquitur in cordibus noſtris, bona quoque facienda, & vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham,Moyſen,& cæteros ſanctos iuſtificatos retulimus.* Hęc ille;qui tribuit Cornelio iuſtificationem ex fide,& iam iuſtum fuiſſe.Ita etiam B.Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt.10.articul. 4.ad 3.tradit, Cornelium prius crediſſe in Deum, ſed poſtcà explicitè in Chriſtum, vt potentius aſſequeretur ſalutem.

Ibidem.

Ibidem.

Aug.li.de prædeſt.ſanct.c 7 to.7. circ.fin

Rom 10.

Idem tom 3. ſub init.

Idem tom. 4. circa med.

Idem ibid. nõ procul à prin.

Idem to. eod. ſub init.

Hiero.tom 9.

Cornelius Centurio vnde Spiritum ſanctum habuerit.

Pſal. 33.

1. Petr. 3.

B Thom.

Non negauerim tamen, Hieronymum in epiſtola ad Heliodorum ſcripſiſſe: *Cornelius Centurio adhuc Ethnicus dono ſancti Spiritus donatur.* Et idem libro 2. in Iouinianum. Id ipſum videtur inſinuare Caſſianus collatio 13. capite 15. & Bernardus ſermone 78.ſuper Cantica: quos paullò antè produximus. Et Chryſoſtomus libro de Fide, & lege Naturæ, & ſancto Spiritu: *Vis planè videre,*inquit,*quòd opera ſine fide non viuificant: Teſtimonium bonum habuit Cornelius de eleemoſyna,& precibus,ſed Chriſtum ignorabat, Deum quidem credens, Dei autem ſermonem nondum edoctus. Et quia opera erant bona, & admirabilia. Placebat enim bonorum remuneratori, & amatori Deo. Sed quia magnus ille iuſtitiæ, & veritatis oculus, iuſtus, inquam, ille iudex, perſonarum reſpectum neſciens, vidit bona quidem opera, ſed mortua, eò quod fidem non habeant: mittit diuinum Angelum operibus ad præmia acquirenda miniſtrantem, ita vt benè certando ob fidem coronari poſſit.* Hæc ille. Sed profectò neſcio, qui poſſint dici opera mortua,quæ in cœlum aſcendarãt,& grata Deo extiterant; aut qui dici poſſit illum mortuum, qui religioſus erat, ac timens Deum cum omni domo ſua.

B Hier. epi.1. prope fin.to.1. init.

Idem tom. 2.

D.Chry. tom 2. poſt med.

Cornelij Cẽturionis opera ante baptiſmum mortua minimè fuiſſe.

Actor. 10.

Ibidem.

Quod verò promiſit Angelus: *Accerſi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua:* non dicitur quaſi opera eius fuiſſent infirma ad ſalutem, ſed quod ad ſummam & magnam vocaretur ſalutis rationem.

Infrà 11.

Cur miſſus ad Corneliũ Petrus,ſi iuſtus & fidelis erat?

Sed ad rem, opera primi generis, quia ſine fide, & iuſtificationem non faciunt; ſecundum genus operum à lumine fidei proficiſcitur,ante charitatem tamẽ, & gratiam:& talia acceptantur à Deo,vt diſpoſitiones ad iuſtificandum ſufficientes : quia lumine illo fidei, ſiue auxilij ſpecialis præueniuntur, & ad accipiendum donum iuſtitiæ ex Dei ordinatione requiruntur. In illis tamen non eſt propriè meritum iuſtitiæ,vt diximus;eſt tamen præparatio,& interpretatio gratiæ, & meritum congrui, vt dixit Auguſtinus epiſt. 105.ad Sixtum. Ita reſpexit Deus ad opera Niniuitarum, & placatus eſt, & bonus pater ad prodigi fletum, dolorem, & verecundam confeſſionem, & reditum ad ſe reſpiciens, reconciliatus eſt cum eo : ad eum modum oratio Publicani percutientis cor ſuum corã Deo, promeruit vt deſcenderet iuſtificatus præ Phariſæo:& Eunuchi peregrinatio ad templum ſanctum, & lectio Eſaiæ in curru, & auditus Philippi concionantis, perduxit eum ad baptiſmum, & iuſtitiam. Tertium genus operum, à fide per charitatem operante prodit, & à iam iuſtificato: quæ propriè prima iuſtificatione non iuſtificant, quia iam homo inuenitur iuſtus; augetur tamen,& perficitur in iuſtitia. De quo Apoſtolus: *Multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.* Hæc ſunt illa opera, quæ meriti rationem habent,& quæ augent & perficiunt iuſtitiam. De quibus hoc loco nihil aliud addimus, quia de illis latè inferiùs eſt nobis differendum.

Opera quæ nõ iuſtificẽt, quæ verò tãtùm impropriè.

Huius iuſtificationis exempla.

Aug.tom. 2.

Iona 3.

Luc.15.

Infrà 18.

Actor. 18.

Opera quæ verè & propriè iuſtificent.

Galat.5.

2.Cor.9.

DISPVTATIO XII.

In qua eſt ſermo de ſecunda iuſtificatione, qua quis, qui erat inſitus Chriſto & per peccatum relapſus fuerat, rurſus in gratiam Dei recipitur & iuſtificatur.

Duplex hominis ſtatus.

QVONIAM homines in duplici ſtatu poſſunt conſiderari, in Adam ſcilicet veteri, antequam Chriſti corpori per baptiſmum inſerantur, & in Chriſto nouo Adamo, ſed qui poſt agnitam veritatem in peccatum relapſi ſunt, à quo tamen Dei miſericordia poſſunt reſurgere, & denuò iuſti effici: idcircò duplex eſt ſtabilienda iuſtificatio, altera eius qui primò in Chriſtum ingreditur, altera verò eius qui decidit ab illa dignitate, & poſteà in eam rurſus erigitur: non quidem amplius per leuem, & facilem aquæ ablutionem, ſed per alterum laborioſum lacrymarum baptiſmum.

Iuſtificatio duplex inde conſurgens.

Homineſ iuſtificatū poſſe peccare, contra Iouinianum.

Quæ quò faciliùs percipiantur, & luculentior ſit de iuſtificatione doctrina, ſtatuendum eſt in primis, iuſtum à gratia adepta excidere poſſe, vt Scripturæ apertè tradunt, & ipſa experientia docet, & exempla quamplurima ſanctorum, vt Dauidis, Manaſſe, Petri, peccatricis, & prodigi de longinqua regione reuertentis, & Corinthij inceſtuoſi, & aliorum non obſcurè teſtantur: & oppoſitam doctrinam falsò ſtatuit Iouinianus à quibuſdam Scripturę locis prauè, peruerſeq; intellectis: ſed damnatus eſt, & ab Eccleſia profligatus.

2 Reg 11. 4 Reg. 21. Matth. 26. Luc. 7. Infrà 15. 1. Cor. 5.

Peccatorē de nouò per pœnitentiā poſſe iuſtificari, contra Nouatianos.

Deinde conſtituendum eſt, lapſos homines poſſe rurſus per fidem, & Sacramentum Pœnitentiæ reſtaurari, & in gratiam priorem, & interdum etiam in maiorē reſtitui: qua de re nulla vnquam fuit in Eccleſia cōtrouerſia, niſi cum Nouatianis, & Catharis, qui lapſis poſt baptiſmum reliquam nullam eſſe putabant pœnitentiā ad ſalutem, neq; vllos miniſtros, qui reconciliationis miniſterio fungerentur; etſi non negarēt Deum poſſe, ſi vellet, eorum pœnitentiam ad reconciliationem admittere. Sed expugnati ſunt, ac diſſipati, & ſtabilitū miniſterium reconciliationis, ac remittendi, ac retinendi peccata, ſiue ligandi & ſoluendi in Eccleſia Dei tribunal. Non enim ſatis dignitati, & nomini Mediatoris Chriſti reſpondiſſet, ſi tantùm modum & viam parandæ ſalutis per baptiſmum inſtituiſſet, & non etiam (pro his qui cooptati ſunt in corpore eius) de alio remedio ꝓſpexiſſet, pręſertim cū nō ignoraret, homines, ſicut in Adam primò neceſſariò eſſe peccatores, ita etiam in ſecundo inueniri iuſtos, qui peccare, & ab adepta iuſtitia prolabi valerēt: Non eſſet etiam aliàs meritis ſanguinis Chriſti ſatisfactum, ſi filij Dei, qui per peccatum pereunt, non poſſent recuperare, etſi Dei miſericordia tantoperè in Scripturis celebrata, ad hūc gratiæ, & clementiæ effectum non ſeſe exeruiſſet. Vnde dicebat per Prophetam: *Quare moriemini domus Iſrael?* &, *Nolo mortem peccatoris, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.* Et Petrus de Deo teſtatur: *Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.*

2. Cor. 5. Ioan 20. Matth. 16. Infrà 18.

Quid factū ſi Pœnitētiæ Sacramentū Eccleſiæ defuiſſet.

Ezech 33. Supra 18.

2. Petr. 3.

I. Ratio cur hoc Sacram. Pœnitētiæ illo baptiſmi eſſe debuerit durius & laborioſius.

Tertiò præmittendum, viam ſtrictiorem, & durius pactum eſſe illis à Deo propoſitum, qui poſt agnitam veritatem delinquunt: idq́ue cum iuſto Dei iudicio, & cum ęquitate coniunctum fuiſſe. Ne enim facilitas veniæ fomēta præberet multiplicandi peccata, maximè id iuſtitiæ conſonum fuit. Deinde quoniam ante veritatis Euangelicæ viam notam, imbecillitate quadam, & naturę lapſæ languore facilè in peccata delabebatur: idcirco per ignorantiam & fragilitatem delinquenti, de facili, & minimè aſpero medicamento proſpexit, id eſt de fide & baptiſmo. At poſtquam in Sacramento regenerationis certa Dei, & Euangelij veritas plenè donatur, & gratia Dei hominem ſtabiliens, & ad reſiſtendum peccato, ac dæmoni, atque propriæ concupiſcentiæ fortem reddens, cœleſti munere conferantur: æquum profectò nō fuit, eodem prorſus modo peccata tam diuerſa puniri. Nam qui per ignorantiam, aut per infirmitatē naturæ delinquunt, veniam inuenire facilè ſolent, iuxta illud: *Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris:* Qui verò ſcientes, & prudentes peccant, & qui nulla carnis cupiditate tracti, ſed ex habitu, & malè affectata voluntate peccatum amplectuntur, vix digni ſunt miſericordia, niſi aliquas prius dederint pro delictis ſuis pœnas, vt ita peccatum verè horreant, & quaſi à facie colubri, vt ait Sapiens, fugiant. Hinc factum eſt, vt ſecundam hanc recuperandæ iuſtitiæ viam, & duriorem, & difficiliorem in Sacramento pœnitentiæ poſitam, ſalubriter inſtituerit. Neque aliud Apoſtolus ſcribens ad Hebræos ſignificauit, cùm impoſſibile eſſe dixit, eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt bonum Dei verbum, &c. & prolapſi ſunt, iterum renouari ad pœnitentiam. Quamquam Chryſoſtomus cum ſectatoribus ſuis interpretatur, pœnitentiam non poſſe peruenire ad præſtandum baptiſmi fructū, id eſt vitę totius renouatio-

II. Ratio.

Pœnitentiæ virtus, & efficacia.

Quænam peccata potiſſimū indigeant pœnitentia.

Pſal. 24.

Eccl. 21.

Hebr. 6.

B. Chryſ. hom. 9 in epiſt. ad Hebr paulò ante med. tomo. 4.

nem.

Digitized by Google

Pœnitentia quid minus habeat baptiſmi Sacramento, ſecũdùm Chryſoſtomum.
Secunda poſt naufragium miſeris tabula cur à Patribus appelletur.

nem. Exigit ſiquidem confeſſionem, & ſatisfactionem de peccato in præſenti vita, ſiue in futura, cùm hic non licuit ſatisfacere. Et hoc ipſum eſt: quod à Patribus dici ſolet: *Pœnitentia, eſt ſecũda tabula poſt naufragium.* Sicut enim fracta naui neceſſarium eſt, ſi quis velit liber euadere, alicui hærede tabulę, & non ſine periculo natare, & ad portum peruenire: ita poſt amiſſam baptiſmi innocentiam, ſupereſt tabula pœnitentiæ, in qua durior eſt & ſtrictior ratio ſalutis comparandæ. Idem præterea veteres Patres indicarunt, dum pœnitentiam, laborioſum baptiſma vocarunt, & lachrymarum baptiſma. Ita enim tradit Gregorius Nazianzenus Oratione in Epiphaniæ lumina, & Damaſcenus lib. 4. de Fide orthodox. cap. 10. in fine, & Theodoritus lib. Diuinorum decretorum cap. de Pœnitentia. cuius hæc ſunt verba: *Qui autem baptiſmatis donum eſt aſſecutus, Patrem vocat Deum, vt qui in gratia filiorum ordinem ſit allectus. Is ergo iuſſi ſunt dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Sicut ergo medicabilia etiam quæ poſt baptiſmum fiunt vulnera: medicabilia autem, non vt olim per ſolam fidem data remiſſione, ſed per multas lacrymas & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem facti peccati quantitati commoderatum. Qui enim non ſic affecti ſunt, nec admittere quidem dicimus, nec diuina ſunt eis manu impertienda.* Hæc ille ſatis eleganter.

B. Greg. Nazian.
Damaſcen.
Theodo. libr. 5. diuin. decr. c. pœn. in ſi. to. 2.
Matth. 6.

& baitentia [illegible] baptiſmus in quibus differant.
I diſcrimen.

Quartò iam explicandum quæ ſint illa, in quibus durum huius ſecundæ iuſtificationis pactum præ illo priori conſiſtit. Primum enim, quod ad fidem attinet, nõnihil eſt ſtrictius; nã etſi in hoc perinde neceſſaria ſit fides, atque in priori fuit; difficiliùs tamen eſt creditu, vbi de noſtro exigitur fletus, & peccatorum diſplicentia, cõſcientiæ denudatio corã Sacerdote per enumerationem peccatorum: Sacerdotem hominem loco Dei abſoluere, & remittere peccatum, vt iudicem à Deo inſtitutum: obedire Sacerdoti præſcriptam aliquam pœnitentiam in ſatisfactionem imponenti: quę omnia in priori via neceſſaria non erant, ſed ſatis erat quicunque de peccatis pœnitentiæ dolor, & ſuſceptio baptiſmi. Deinde, quantum ad diſpoſitionem ſpectat, in baptiſmo ſatis erat obicem non ponere, & admiſſa peccata deteſtari: hic verò opus eſt perfectus dolor atque contritio de his delictis, quibus iuſtam Dei iram atque vindictam prouocauimus. Tertiò, cęremonia lõgè eſt diuerſa: ibi enim ſatis erat ſimplex, & facilis aquæ baptiſmatis ſuſceptio, hic verò dura criminum ſuorum cõfeſſio, & plagarum omnium denudatio corã homine Dei locum ſuſtinente: quod ſemper continet verecundiam quandam, & humiliationem, & integram ſui ipſius victoriam. Quartò, in Baptiſmo nullus eſt locus ſatiſfactioni, in quo omnia gratis donantur: at in pœnitentia nullus abſoluitur, cui nõ debeat ex Chriſti inſtituto aliqua iniungi ſatisfactio, quam dum viuit, hic luere debet, vel præuentus morte in purgatorio: in quo tamen locus eſt ex Dei miſericordia aliorum viuentium ſuffragijs, aut Miſſę ſacrificio, aut precibus aliorum, aut indulgentijs ex Eccleſiæ theſauro depromptis: ita vt ſit locus communioni Sanctorum, de qua ſcriptum eſt: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.* Dum ergo viuimus, poſſumus ſatisfacere, non quidem Deo tanquàm iudici iuſtè cõtra nos indignato, ſed vt amãtiſſimo Patri, & per gratiam abſolutionis iam nobis placato: & non pro culpa, ſiue pro pœna æterna, quæ ſola Dei miſericordia condẽnatur, & peccato reſpondebat vt erat ab infinito Deo auerſio, ſed tantùm pro pœna temporali, quæ peccatis commiſſis debebatur ea, ratione qua conuertit hominem ad amplectendam, & perfruendam creaturam, & nõ tantùm pro eiuſmodi pęna temporaria ſuſtinenda, quatenùs per illam redditur cautior à futuris pęccatis, vel vt ſatisfaciat diſciplinæ Eccleſiæ læſæ, ſed etiam intuitu pœnæ, quã diuinę iuſtitiæ in foro ſuo pro peccato ſuo debet. Eſt autem ſatisfacere pro culpa, & pęna æterna, Chriſto ſoli propriũ, qui infinita & merendi, & ſatisfaciendi virtute viget: at pro pęna temporaria poſſunt filij Dei, & Chriſti membra, cooperante in eis Chriſti virtute, ſatisfacere Deo Patri omnis pietatis & clementiæ fonti. Et vt Comicus dixit:

II diſcrimen.
III diſcrimẽ.
IV diſcrimen.
Pſal. 118.
Qualem Deo pro noſtris peccatis ſatiſfactionẽ poſſumus impẽdere.
Propria quæ tantùm ſit Chriſti ſatiſfactio.

> *Pro maximo delicto paulum ſupplicij ſatis eſt patri.*

Terentius.

Indiget ergo hęc ſecunda iuſtificationis ratio & fide vt omnium fundamento, & peccati contritione, & laborioſa confeſſione, & abſolutionis, ſiue reconciliationis Sacramento, & integra per opera laborioſa ſatisfactione. Et in fide, aliqua eſt differentia inter paruulos & adultos, qui primò per baptiſmum iuſtificantur: aliquod etiam diſcrimen inter eos, qui primùm per baptiſmum, & inter eos, qui per pœnitentiæ Sacramentum ſecundò iuſtificantur. Nam in his qui primò ingrediũtur in Chriſtum, ſi adulti ſunt, fidei motu ad Chriſtum amplectendũ, & humiliter ſuſcipiendum baptiſmum excitantur: & in illius ſuſceptione habitus fidei, ſpei, & charitatis à Deo infundũtur, quibus animus baptizãti nobilitatur, ac locupletatur, vt connatu-

Ad ſecũdam iuſtificationẽ iam dictam quænam neceſſariò requirantur.
Aliã ab adultis, & aliam à pueris fidem requiri ad baptiſmi Sacramentum.
Theologicæ virtutes tres illæ quid con

ferant baptizato.

aliter præſtare diuina opera poſſit: paruuli verò, cùm nullũ habeant propriȩ fidei motum, prius ſuſcipiunt diuinos illos chariſmatũ habitus, ac deinde vbi acceſſerit vſus rationis, & ætas liberi arbitrij, actus credendi, ſperandi, & amandi producunt. Quanquàm maiores pro minoribus ex traditione Apoſtolorum, dum paruuli intinguntur, actum fidei exhibeant, & exerant, & fidem illis ſuam mutuent quodammodò: quæ non minus à Domino acceptatur, quã olim adferentiam ad ſe paralyticum fidem Christus gratam habuit. At in Sacramento pœnitentiȩ, cuius tantùm capaces eſſe poſſunt adulti, opus eſt excitare otioſum, & ſopitum fidei habitum, vt in actum credendi prodeat. Niſi fortè quis per hæreſim, ſiue infidelitatem peccaſſet, & fidei naufragiũ feciſſet: nam ſolo illo peccato fides amitti poteſt, cùm charitas quouis peccato mortifero amitti ſoleat. Conandum eſt ergo hæretico reſipiſcenti, vt non tantùm ad charitatem, ſed etiam ad fidem recuperandam aſpiret: reliquis verò peccatoribus ſatis eſt in iuſtitiam amiſſam, ſiue charitatẽ, qua vna iuſtus eſt, quicunque iuſtus eſt, & qua ipſa etiam fides mortua vitam recipit, & per quam omnia bona merita lethali peccato extincta reuiuiſcunt, & viuificantur, recuperet.

Maiorũ pro minoribus fidem, vt dicitur, illis ad ſalutem ſufficere.

Matth. 9.

Peccator in pœnitẽtiæ Sacramẽto tantùm charitatis, hæreticus verò etiã cũ illa fidei iacturam reſarcire debent.

B. Auguſt.

Definitio ergo quæ tribuitur in Concilio Tridentino iuſtificationi ſeſſ.6. nempè quòd ſit tranſlatio hominis ab ſtatu in quo homo naſcitur filius Adȩ, in ſtatum gratiȩ, & adoptionis filiorum per ſecundũ Adam Ieſum Chriſtum, nõ quadrat niſi primȩ iuſtificationi, quȩ obtinetur per Baptiſmum, non ſecundȩ iſti, quando homo poſt baptiſmum peccauit, & reſurgit: quia non transfertur ab illo ſtatu, in quo poſuit illum Adam, ſed ab illo in quẽ ipſa ſua ſponte coniecit: & de illa priori iuſtificationis ratione agebat Apoſtolus ad Coloſſ. 1. ex quo ſancta Synodus illa verba accepit. Non conuenit ei alteri iuſtificationi, qua fit auctior iuſtitia ipſa, & gratia per bona operum merita: quia in iſta nulla fit de ſtatu vno in alterum tranſlatio. Et hæc ſatis eſſe poſſunt pro loci huius ratione ad ſecundam viam iuſtificationis ſtabiliendam. Quȩ verò hoc loco diximus de horum Sacramentorum diſtinctione, de pacto pœnitentiæ duriori, de tribus partibus pȩnitentiæ, contritione, confeſſione, abſolutione, ſatisfactione, purgatorio, & indulgentiis, & ſimilibus à Luthero in primis impudenter in ſuam, & ſuorum perniciem negata, & ab eius ſectatoribus contra apertam Patrum omnium veterum Traditionem, & Concilia Generalia, & contra ipſas diuinas Scripturas quȩ oppoſitum teſtantur, & denique in ſancta Synodo Tridẽtina, præſertim ſeſſ.6. & 14. iugulata, atq; multis anathematiſmis damnata, atque profligata; à nobis verò libro 11. Euangelicarum explanationum in permultis Tractatibus diſputata, atque expugnata: ea iterum diſſerere, nihil aliud ſit prorſus quàm actum agere. Satis eſt lectori locum indicaſſe, qui eius legendi deſiderio tenebitur.

Iuſtificationis definitio à Tridentina Synodo tradita, cui tãtùm iuſtificationi conueniat.

Triden. Syno. ſeſſ. 6. c. 4.

Vndenã illa definitio deſumpta videatur.

Coloſſ. 1.

Lutherus cũ ſuis ſalutares & Catholicas Eccleſiæ veritates de pȩnitentia, quas negauerit infelix.

DISPVTATIO XIII.

In qua eſt ſermo de tertia, & quarta ratione iuſtificandi hominem, non iam impium & peccatorem, ſed pium & iuſtum.

HOMO iam iuſtificatus, ſiue prima iuſtitia per baptiſmum, ſiue ſecunda per pœnitentiæ Sacramentum, ad duo præſertim arctatur. Primũ eſt, ad ſeruandam iuſtitiam ſemel adeptã: quod non contingit niſi per vigilantem cuſtodiam, aſſiduam precationem, Sacramentorũ frequentationem, & per augmentum ipſius iuſtitiæ partæ: quæ quò magis corroboratur, & augetur, eò minus eſt amiſſioni, & prædæ dæmonum expoſita. Alterum eſt, ad diuinæ legis obſeruationem, qua etiam incrementum accipere iuſtitia ſolet. Quare de his duobus hac diſputatione agere intendimus.

Iuſtificatus duo præſtare debet.

Vnde ſemel, vel denuò parta conſeruetur augeaturq; iuſtitia.

Primum ergo breuibus expediri poteſt. Sunt enim Scripturæ manifeſtæ, & nõ tantùm probabiles, ſed & ſolidæ rationes, quæ hoc genus iuſtificationis comprobatum relinquunt. Ait enim dilectus Domini diſcipulus: *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur adhuc.* Et videtur eſſe ſermo de quibuſdã à Deo derelictis, & reprobatis, in prima ſentẽtia, quales erant Pharao, & Antiochus: & in ſecunda, de quibuſdã inſigniter electis, qui vitã ſuam totam componũt, vt indies auctiora reddant dona Dei quȩ receperunt, & talẽta ſibi tradita multiplicent. Qui ergo iuſtus eſt per fidẽ, iuſtificetur adhuc per opera: quod indicant verba ſubiuncta: *Ecce merces mea mecũ eſt, reddere vnicuiq; ſecundùm opera ſua:* & falſus eſt atque hȩreticus ſenſus: Qui iuſtificatus eſt corã Deo, det operã vt iuſtificetur corã hominibus: quia ambiguè, & ȩquiuocè vteretur verbo Iuſtificãdi: & quia ſubdit: *Merces mea mecum eſt, reddere vnicuique*

Operũ iuſtificatio probatur dupliciter.

1. locus ex Scripturis.

Apoc. vlt.

Dicti illius: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, quidã ſenſus reiicitur.

ſecun-

ſecundùm opera ſua: nam pluribus numero operibus, & virtute excellẽtioribus maius præmij pondus Dominus reponit: & opera in gratiam hominum facta Deus non remunerat, ſed deteſtatur dicens; *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum qui in cœlis eſt: & iterum: Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda veſtra.*

Opera bona quænam indigna receptione diuina atq; mercede.
Matth. 6.

Deinde idem Dilectus: *Filioli, nemo vos ſeducat* (dicendo ſcilicet iuſtitiam totam pendere à fide, nullam ab operibus, quales ſeductores nunc ſunt Lutherani) *qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. ſicut & ille iuſtus eſt*: quibus verbis inſinuat, nomine iuſtitiæ intelligi opera iuſta, iuxta illud: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, aut Phariſæorũ: Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus*: & enumerat opera iuſtitię, id eſt miſericordiam, ſiue eleemoſynam, ieiunium & orationem. Et quod ait: *Sicut & ille iuſtus eſt*, inſinuat, in veritate, & corã Deo iuſtum eſſe qui iuſta operatur: nec enim Deus iudicio hominũ, aut coram oculis hominũ, ſed in primis in oculis ſuis.

II. Locus.
1. Ioan 3.

Lutheranos vnde poſſis ſeductores agnoſcere.
Matth. 5.
Infrà 6.

III. locus.

Tertiò, Dominus incrementũ iuſtitiæ fieri per opera bona oſtendit cũ dixit: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum, aut Phariſæorum: & Apoſtolus: Potens eſt Deus omnem gratiam abũdare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Et quid eſt aliud, abũdare in omne opus bonum, niſi augmẽtum iuſtitiæ facere? Quod & noſtris arbitrij viribus tribuitur à Domino, cùm hortatur: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra*: & Apoſtolus diuinę ac potenti gratiæ Dei tribuit, cùm ait: *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu: quoniam ex vtroq; procedit.*

2. Cor. 9.

Philip. 1.

IV. locus.
2. Cor. 7.

Quartò, Apoſtolus ait: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei: at ſanctificatio non perficitur niſi reprimendo motus concupiſcentiæ carnis, & abundando in bonis virtutum officijs, quibus Deum, ac proximũ nobis demeremur.

V. locus.
Eccli. 18.

Quintò, Eccli. 17. *Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum*: quaſi toto tẽpore quo viuimus, liceat incrementum iuſtitiæ per bona opera perficere, & orationibus incumbere. Nõ ignoro Græcè legi: *Nõ impediaris reddere tempeſtiuè, & ne expectes vſq; ad mortem iuſtificari*: nam etſi ἐυχεῖν, pro oratione acceperit interpres: tamen quia ſequitur verbum ἀποδοῦναι, oſtendit potiùs votum interpretandum. Contra quæ duo grauiter peccãt qui tardant reddere vota promiſſa, & opera ſalutis, & iuſtificationis augendæ in tempus mortis differunt. Et vt intelligeres de operibus bonis quibus augetur iuſtitia ſubdit immediatè: quoniam merces Dei manet in ęternum, id eſt, pro tẽporali redditione voti, & augmento iuſtitię ad tẽpus, habes prę- miũ æternum.

Eo in loco: Ne verearis vſq; ad mortem iuſtificari, de iuſtitiæ augmẽto per opera, vnde conſtet eſſe ſermonem.

VI. locus.
Iacob 2.
Geneſ. 22.
Suprà 15.
Ioſ. 2.

Sextò, legimus apud Iacobũ: *Abraham pater noſter nónne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare. Vides quomiã fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt: & ſuppleta eſt Scriptura dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificetur homo, & non ex fide tantùm. Similiter & Rahab meritrix nónne ex operibus iuſtificata eſt, ſuſcipiens nuntios, & alia via eijciens?* Hæc ille, explicans præter fidei iuſtificationem quam accepit Abraham à Deo, habuiſſe iuſtificationem ex operibus nõ quidem legis, ſed fidei, & charitatis, offerendo chariſſimum filium ſuum in holocauſtum pro honore, & obedientia Dei: ſicut etiam Rahab ex opere charitatis ſeruans exploratores iuſtificata eſt. Nec eſt quòd quiſquam fingat, duorum Apoſtolorum, Pauli & Iacobi, ſententias eſſe contrarias, cùm vnus dicit, Iuſtificari hominẽ per fidem ſine operibus, & alius dicit inanem eſſe fidem ſine operibus: quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedũt, iſte de his quæ fidem ſequuntur: ſicut & ipſe Paulus multis locis oſtendit: hoc enim modo, & his verbis cõciliat Auguſtinus lib. octaginta trium quęſtionum q. 76.

Iacobus hominẽ ex operibus, Paulus vero ex fide vt aſſerant iuſtificari.

B Aug. to. 4.

Dicti illius B. Iacobi: Videtis quondã ex operibus iuſtificetur homo, & non ex fide tantùm? hæreticorum interpretatio minũs idonea.

Nec valet expoſitio hęreticorum, quam tribuunt illi ſententiæ: *Videtis quoniã ex operibus iuſtificetur homo: & non ex fide tantùm.* Tenẽt enim, idem eſſe iuſtificari, quod eſt oſtendi iuſtificatum: vt iuſtificatio eſt fide ſit, fidei autẽ & iuſtificationis probatio, atque oſtenſio ex operibus. Sed hæc eſt parua, & detorta expoſitio. Erat enim manifeſta mens Apoſtoli fratris Domini, non vt indicaret quomodo iuſtificatio compararetur, ſed ne ad iuſtificationem perfectam, quæ promouet ad ſalutẽ, nullus exiſtimaret ſolam fidem ſufficere, & ſibi per illam blandiretur. Oportet ſiquidem impleri, & conſummari fidem per opera. Vnde dixit: *Et ex operibus fides conſummata eſt*, id eſt, perfecta, & placens Deo reddita: non ſterilis & infructuoſa: & ſubiunxit: *Et ſuppleta eſt Scriptura dicens: Crediderit Abraham Deo, &c.* quia ex illo opere fides impleta eſt, & ſuppleta Scriptura, quę iuſtificationem Abrahæ teſtificata eſt. Si enim iuſtificatio ex fide ſola proceſſit, non erat plena, quia ſolùm introducit ad certamen, & victoriam; ſecunda verò introducit ad triumphum, & ad palmam.

Abrahę fides perfecta, & cõſummata per opera.

Quo in loco aduerte, Paulũ vt manife-

[Margin: Rahab meretrix vnde primã & ſecundam iuſtificationem ſibi comparuerit. Exod. 7. vſq; ad 15.]

ſtum conſtituere, poſſe quidem eſſe fidem ſecundùm ſui ſubſtantiam, ac perfectam rationem abſque operibus, ſed non prodeſſe: quemadmodum illam quæ eſt abſq; fructibus arida. In exemplo Rahab producto expende, illam mulierem prius audiuiſſe admirabilia quæ Deus fecerat in gratiam illius populi Iſraelitici,& fidem cõcepiſſe, & credidiſſe promiſſionib. Dei ad Abraham factis, ac ſibi narratis, vt habes Ioſuæ 2. Porrò fide iuſtificata excepit nuntios exercitus Dei, & aſtutè emiſit eos, nihil verita periculum vitæ, & bonorum ſuorum, vt placeret Deo: & iſto opere charitatis ſeruantis illos ſecũdo iuſtificata eſt. Poſſem hoc loco multos alios diuinarum literarum locos producere, & ex eis comprobare iuſtificationem ex operibus: ſed his paucis ſum contentus.

[Margin: Ioſ. 2.]

[Margin: I. Ratio pro confirmatione iam dictæ veritatis.]

Rationes quoque ad idem confirmandum non deſunt, quarum prima ſit: Omni habitui naturale eſt ſe per opera ſua frequẽtata augere, ſiue ſit artis, ſiue intellectus, ſiue virtutis. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: qui accepit quinque talenta, dixit: *Ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Et augebit*, inquit, *incremẽta frugum iuſtitia veſtræ:* Et ad Philippen. *Charitas veſtra magis ac magis abundet.* Et Auguſtinus: *Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Idem: Intelligamus, ait, habere Spiritum ſanctum, qui diligit, & habendo mereri vt plus habeat, & plus habendo plus diligat.* Hęc ille. Deinde iuſtificatio, eſt regeneratio quædam, vel renaſcẽtia, iuxta illud: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto: &, Sicut modo geniti infantes, rationabile, & ſine dono lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem.* Naturale eſt autem nato ſe perficere, & augere: hinc dicimur iuueneſcere, renouari, & grandeſcere in Chriſto. Adhæc, ſi iuſti poſſunt perdere gratiam, ergo in ea proficere: aliàs dura eſſet principis conditio, ſi eius ſubditi poſſent per tranſgreſſionem amittere gratiam principis, & per obedientiam non poſſent conſeruare, & augere. Alioqui lex iuſto in ruinam poſita eſſet. Quartò, Paulus quoſdam parturit, quoſdam lacte alit, & quoſdam ſolido cibo: & ſapientiam loquitur inter perfectos: &, *Quicunque*, inquit, *perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* In quo videtur gradus creſcentis iuſtitiæ deſcribere. Quintò, Eccleſia orat: *Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum.* Demùm, charitatis opus facit augmentum ſuum, non quidem efficienter, ſed meritoriè, ſed, ſi augmentum charitatis intelligatur fieri per additionem gradus ad gradum: quòd ſi fiat per maiorem in ſubiecto radicationem, vt B. Thomas docet, etiam efficienter illud augmentum præſtaret. Quo modo autem contingat, non eſt præſentis loci diſceptare.

[Margin: Matth. 25. Ibidem. 2. Cor. 9. Philip. 1. D. Aug epiſt. 106. tom. 2. Idẽ tract. 74. in Ioan. circa med. tom. 9. II. Ratio. Ioan. 3. 1. Petr. 2. III. Ratio. IV. Ratio. Galat. 4. 1. Cor. 3. Ibidem. Supra 2. V. Ratio. VI. atque poſtrema.]

[Margin: Quattũ Iuſtificationis genus Scripturis frequẽtiſſimum.]

Sed iam perſpice, bone lector, quartam iuſtificationis rationem, & diſtinctam ab alij. Vna eſt enim iuſtificatio, qua quis ex non iuſto, ſiue ex iniuſto fit iuſtus: quæ in primam & ſecundam fuit diſtincta. Tertia verò illa eſt, qua quis ex iuſto fit magis iuſtus: & de hac ſuperius diſputatum eſt. Eſt & alia quarta, cùm quis ſentẽtia iudicis abſoluitur ab obiectis criminibus, & pronunciatur iuſtus. Et quia Deus hanc propoſuit aliquando fieri in Chriſto ſummo viuorũ, & mortuorum iudice, & cui Deus pater omne iudicium dedit; idcirco de hac nõnullæ extant Scripturæ interpretandæ. In hũc enim ſenſum accipiendum eſt illud Prophetæ dictum ad iudices: *Humilem, & pauperem iuſtificate: eripite pauperem, & egenum, &c. & Prouer. 17. Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. Eſai. 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo.* Quæ omnia de iniquis iudicibus dicuntur. Apoſtolus autem ad Rom. 2. habet: *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.* Vbi non eſt ſenſus: Iuſti habebuntur apud homines, ſed apud Deum, vt præceſſit in clauſula præcedenti, & aduerſatiua particula. Sed, exigere videtur: & ſignificat: Qui iuſtificati ſunt, & aſſiduè benè operantur, tandem aliquando pronunciabuntur iuſti à iudice incorrupto, & coram omnibus gentibus magna eorum gloria apparebit, quæ etiam torquebit impios, & excruciabit, qui dicent: *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Sequitur etiam: *Teſtimonium reddente illis cõſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationũ accuſantium, aut etiam defendẽtium, in die cum iudicabit Deus, &c.* Vbi apertè eſt ſermo de iuſtificatione Chriſti, qua filios, & ſeruos ſuos iuſtos eſt pronũciaturus. Ad hanc reſpexit Dominus, cũ Matth. 25. propoſuit ſe iudicem vẽturum, & iuſtis regnũ in præmium largiturum: *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi:* & paullò ante dicitur: *Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.* Tertio de hoc iuſtificationis genere agit alibi Apoſtolus, *Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque me ipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum,*

[Margin: Actor. 17. Ioan. 5. Pſal. 81. Prouer. 17. Eſai. 5. Rom. 2. Dicti Apoſtolici: Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur, hæretica refellitur intelligentia. Sapien. 5. Rom. 2. Matth. 25. Ibidem. 1. Cor. 4.]

ſcili-

ſcilicet illa poſtrema iuſtificationis ſpecie, de qua ſubdit: *Qui autem iudicat me Dominus eſt*: qui tunc iuſtificat, cùm præmium æternæ vitæ pendit. Vnde ſubiungit: *Itaq; nolite ante tēpus iudicare, quoadusq; veniat Dominus.* Loquitur denique de hac eadem iuſtificatione, 2. Timoth. 4. cùm ait: *Bonum certamē certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex.*

2. *Tim.* 4. Eo Apoſtoli in loco: Bonū certamen certaui, & reliq. quæ ſunt expendenda.

Coronam vocat iuſtitiæ, nō miſericordiæ: &, quam reddet, nō ait, donabit, quia iuſta ex meritis conſurgit: & iuſtus iudex, non miſericors pater, pronuntiādo omnes, qui eius aduentum dilexerunt, & in finem vſque perſeuerarunt in ſtudio pietatis, & legitimè certarunt in ſtadio cōtra aëreas poteſtates, iuſtos eſſe, iuſtificatos, & præmio æterno dignos in ſecula ſeculorum.

Suprà 2. 1. *Cor.* 9. *Epheſ.* 6.

Amen.

(∴)

DISPVTATIO XIV.

In qua iuſti, ſiue iuſtificati oſtenduntur ſubeſſe legi Dei, & obligari ad eã ſeruandam, & poſſe eos (ſi ipſi velint) legi Dei, quatenus obligat, ſatisfacere.

Christianos nulli penitùs legi ſubeſſe, docuit Diaboli mancipium Lutherus.

IMPIA prorſus, & pernicioſa fuit vox Martini Lutheri in libro de Libertate Chriſtiana (melius dixiſſem Diabolica) Chriſtanum credentem in Chriſtum, liberum eſſe ab omni lege, & præcepto: nihil illum damnare poſſe, niſi incredulitatem: nihil illum iuuare niſi ſolam fidem. Quod ſtultiſſimum, & falſiſſimum dogma ita mordicus retinuit, vt nulli monenti ceſſerit: nulli contra ſe ſcribenti, & errorem indicanti parere voluerit, ſed obſtinatiſſimo animo in eo permanſerit, & mortuus fuerit infelix. In ſermone etiam de Moyſe. *Ex textu*, inquit, *clarè habemus, quòd etiam decem Præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, ſed ſolos Iudæos eduxit Dominus de AEgypto.* Et in Præfatione Noui Teſtamenti: *Non eſt aliquod in Euangelio præceptum à Deo.* Et in ſermone de piſcatura Petri: *Erga Deū nullis operibus, ſed nuda indigemus fide. Debemus enim cum ſolo Iſaac venire, hoc eſt cum fide: ſeruos & aſinos (hoc eſt opera) deorſum dimittere oportet.* Ex quibus verbis, bone lector, mentem impiam huius hominis agnoſcere poteris.

Exod. 20.

Chriſtianos igitur diuinæ legi, imò & Eccleſiaſticæ, & ciuili, imò etiam & regulari ac monaſticæ ſubiectos eſſe, indicauit Dominus, qui vbi dixiſſet Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, ſubiūgit: *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis.*

Confutatur hoc dogma multis argumentis. I. argum. *Matth. vlt.*

Ecce vbi baptizatis, & baptiſmo mundis, & iuſtificatus in Chriſto legis mandata ad ſeruandum verbo Chriſti proponuntur. Deinde, Dominus Apoſtolis mundis propter ſermonem, & iuſtificatis per baptiſmū legem in monte declarauit; & ideo vocatur Rex, Legifer, & legiſlator, & in cœna legem Euangelicam credendi, ſperandi, & diligendi tulit. Dicebat enim: Hoc eſt pręceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos: &, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: Hæc mãdo vobis, vt diligatis inuicem. Et rurſus adoleſcenti petenti, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam ęternam? reſpondit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: at adoleſcens iuſtus erat, vt teſtantur Baſilius, & Chryſoſtomus: quia aliàs cum non dilexiſſet, vt Marcus teſtatur, nec addidiſſet: Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Tertiò, quia vt circumciſio olim erat oſtiū legis, adeò vt teſtetur Apoſtolus: Teſtificor omni homini circūcidenti ſe, quoniã debitor eſt vniuerſę legis faciēdę: ita baptiſmus porta eſt legis Euãgelicæ, & poſſumꝰ ſimul cum Paulo dicere: Teſtificor omni homini baptiſmū ſuſcipienti, quoniã debitor eſt vniuerſę legis Euãgelicę implendę. Quartò, quia vbi non eſt lex, nec pręuaricatio, quia peccatū eſt dictum, vel factum, vel cõcupitum contra legem Dei: Iuſti ergo ſi nō ſub ſunt vlli legi, nec peccare lethaliter poſſent: quod tamen aduerſatur ipſis Scripturis, vniuerſis Patribus, atque adeò hæreticis ipſis, & experientiæ. Scripturis quidem quia teſtantur poſt renouationem eſſe peccata: impoſſibile enim eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam. Et iterum: Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: & Dilectus: Sed etſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem. Et Dominus ſanato Paralytico dixit: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Petrus item, Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Adulteræ etiam dixit Dominus, Vade, & iam ampliùs noli peccare. Quorſum etiã inſtituiſſet Chriſtus

II. argum. *Ioan.* 15. *Ibidem.* *Suprà* 13. *Infrà* 15. *Matth* 19. *B. Baſil hom.* 6 *in diuites auaros. initio tom* 1. *Chryſ. homil.* 64 *in Matth. in princ.* *Marc.* 10. III. argum. *Galat.* 5 IV. argum. *Rom.* 4. Peccatum quid. Baptizatos adhuc tamē ſubiacere peccato probatur quadrupliciter. *Hebr.* 7. *Infrà* 10. 1. *Ioan.* 2. *Ioan.* 5. 2. *Petr.* 2. *Ioan* 8. 2. *Cor.* 5. Pœnitentiæ, & Euchari-

recon-

ſtiæ Sacramẽta ad quid inſtituta.

reconciliationis miniſterium, & tribunal remittendi peccata,& Sacramentum abſolutionis, ſi in Nouo Teſtamento nulla erant futura peccata? & quorſum Euchariſticum ſacrificium offerretur in Eccleſia,ſi nullum peccatum exiſteret? Pugnat etiam cum vniuerſis Patribus, qui adhortantur ad legis cuſtodiam, & minantur in tranſgreſſores æterna gehennæ ſupplicia. Hinc hæreſis Iouiniani teſte Hieronymo libro 3. aduerſus Pelagianos, & Auguſtino libr. ad Quod vult deum hæreſi 84. Dogmatizabat enim, neminem à charitate, ſiue gratia poſſe excidere. Repugnat tertiò ipſis hæreticis tradẽtibus iuſtos in omni ſuo etiam bono opere peccare. Denique ipſa experientia indicat quotidianas tranſgreſſiones, peccata, delictaque:& Paulus clamitat, *Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſſidebunt.*

Chriſtianos eſſe impeccabiles dicebat Iouinianus magnus ille peccator.
B Hier. to. 2.
D Aug. tom. 6. in princ.
1. Cor. 6.
Luc. 10.

Seruus quoque qui cognouit voluntatem domini ſui,& non ſe præparauit,& nõ fecit ſecundùm voluntatem eius,vapulabit multis: & Matth. 25. habentes fidem ſine charitate, & bonis operibus, in ignem æternum detruduntur. Quintò, generaliter præcepta traduntur in Euangelio & nõ magis ad hos credentes,quàm ad illos,perfectos, ſiue imperfectos: quare ergo tu reſtringis,vbi Legiſlator non reſtrinxit? Dixit enim: *Hoc eſt maximum,& primum mandatum*, nemo ergo ſine maximi, & primi mandati obſeruantia ſaluabitur. Certè iuſti magis tenẽtur ad præcepta,quia cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & quia ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens,vapulabit multis: & deniq; in omni delicti genere plus peccat Chriſtianus, quàm Gentilis. Sextò: Apoſtolus Paulus Roman. 3. dixit: *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus.* Quin de ſe iuſto ait: *Væ mihi eſt, ſi non Euangelizauero.* Et infrà, ſe ſub lege eſſe profitetur: Iis qui ſine lege erãt,tanquàm ſine lege eſſem: cũ ſine lege Dei non eſſem. Si non eſſet lex, nec eſſet obediẽtia, nec meritum, nec laus, nec corona, nec beatitudo: quia omnia hęc de medio tollerentur: & velle ſine lege eſſe,aut viuere,eſt verè Satanicum, & vſurpare id quod Dei proprium eſt, ſcilicet nulli ſubeſſe legi, vel ſuæ, vel alterius. Hinc in Scripturis dicuntur viri Belial, id eſt, exleges, & ſimiles illis qui dicebant: Dirumpamus vincula eorum,& proijciamus à nobis iugum ipſorum. Poſtremò, Chriſtus ipſe iuſtus iuſtorum, & Sanctus ſanctorũ, ſine lege non fuit: vnde Apoſtolus vocat

Matth. 25.
V. argum.
Supra 22.
Luc. 12.
Ibidem 47.
VI. argum.
Rom 3.
1. Cor 9.
Ibidem 20.
Chriſtiani ſi nulli legi ſubeſſent, quid inde.
Quinam ſint viri Belial.
Pſal. 2.
Chriſtus verus autor libertatis, an Dei Filius,

eum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret: & Dominus, *Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio: &, Qui miſit me Pater, ipſe mihi mãdatum dedit, quid dicam, & quid loquar.* Iterum, *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Adam etiam primus homo iuſtus fuit, de quo Salomon: *Fecit Deus hominem rectum*: & tamen lẽgem accepit de non guſtando ligno Paradiſi: *In quocunque*, inquit, *die comederis ex eo morte morieris.* Eccleſiaſti. 15. dicitur: *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.* Adiecit mandata & præcepta ſua. Si volueris mandata ſeruare,conſeruabunt te. Et c. 17. Creato homini dixit: *Attendite ab homine iniquo.* Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo. Tam ergo primo Adę,quam ſecundo dedit legem,& in illis omnibus iuſtis datam colligimus,ſecundum illud: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Non tantùm ergo iuſtus in Euangelio parere debet legi,ſed etiam Eccleſiæ: *Obedite*, inquit, *præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: & ciuili magiſtratui, ſiue legi Imperatoris: *Omnis anima*, inquit, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.*

mandatũ tamen Patris habuit, quod & ſeruauit.
Galat 4.
Ioan 14.
Suprà 12.
Suprà 6.
Eccl. 7.
Geneſ. 2.
Eccli 15.
Infrà 17.
Pſal. 118.
Hebr 14.
Rom. 13.

Sed ſiunt nonnulla argumenta contra ſuperiùs aſſerta, & primum eſt: quia Chriſtus non tulit legem, ſed Euangelium: per primum, id eſt legem, exigitur obedientia bonorum operum: per ſecundum, tantùm fides, qua credimus cęleſtibus promiſſis per Chriſtum promulgatis. Sed hoc eſt in limine errare, & hæc duo non tantùm diſſonãt inter ſe, vt ſimul coire non poſſint:& reuera Euangelium non eſt tantùm nuda promiſſio, ſed vallata conditione bonorum operum: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis: Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, &c. &, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Chriſtus præterea non tantùm Euangeliſta nominatur à Prophetis, ſed & Rex, & Legifer noſter; &, eius legem Inſulę expectabunt: etenim benedictionem dabit Legiſlator: & ideo ille vt legiſlator dicebat: *Ego autem dico vobis: Hæc mando vobis: hoc eſt præceptum meum: Si præcepta mea ſeruaueritis, &c. Mandatum nouum do vobis: & Apoſtolus: Præcipio non ego, ſed Dominus. Iterum: Et conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ*: Non ergo tantùm credentibus, ſed maximè obedientiam ſuis legibus, & mandatis præſtantibus. Secundò adijciunt ſententiam Apoſtoli. *Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis*: quo loco excæcatus fuit Lutherus. Sed facilè reſoluitur: Siquidem eo

Hæreticorũ in contrariũ, argumentis reſpondetur.
I. argum.
Ioan. 15.
Rom. 8.
Matth. 7.
Infrà 17.
Chriſtum & Euangeliſtã eſſe, & legiſlatorem Scripturæ teſtantes.
Eſai. 42.
Pſal 83.
Matth. 5.
Ioan. 15.
Ibidem.
Ibidem 10.
Supra 13.
1. Cor 7.
Hebr. 5.
II. argum.
1. Tim. 1.

Lex quę non ſit poſita iuſtis, ſed iniuſtis, vt ait Apoſtolus. *Rom. 8.*

loco Apoſtolus de lege Moyſis ſermonem habebat, de qua præcedit: *Scimus quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur:* at talis coërcens timore, & ad benè operandũ trahens, non eſt poſita iuſto, qui accepit Spiritum adoptionis, ſed iniuſto Iudæo, timore virgæ, & ſeruili animo operanti. Habent tamen iuſti, vt primus Adam habuit, & Angelus, imò Chriſtus, & Apoſtoli, & omnes Chriſtiani, legem dirigẽtem eos, ac docentem de Dei voluntate, prohibentem mala, præcipientem bona, minantem gehennæ ſupplicia tranſgreſſoribus: at obſeruatoribus vitæ æternæ regnum pollicentem. Vnde vel ipſe Paulus dicit ſe legem non deſtruere per fidem, ſ:d legẽ ſtatuere: & quod non erat ſine lege: & Romanos vult principibus ſuis ſubiacere, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Petrus quoq; fideles hortatur: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue Regi, quaſi præcellenti; ſiue ducibus, tanquàm ab eo miſſis.

Geneſ. 2. Legem iuſtis quam Deus dederit. *Pſalm. 134.* *1. Pet. 1.*

Rom. 3. *1 Cor. 9.* *Rom. 13.*

1. Pet. 2. Spiritu timoris potiſſimũ Iudæi legem Moyſi ſeruabant. *Rom. 8.*

Benè autem liber eſt à lege terrente, & terrore ad obſeruantiam cogente: quia lex ſpiritus vitæ, ait Apoſtolus, in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis. Quãuis autem iuſtis inſit nonnullus timor: tamen præcipuè iuſti aguntur Spiritu Dei, & amore iuſtitiæ.

Ibidem.

III. argum. *Galat. 5.* *Suprà 3.* *2. Cor. 3.*

Tertiò habetur in hac epiſtola: *Quod ſi Spiritu ducemini; non eſtis ſub lege.* Rurſus: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis.* Et rurſus: *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* Reſpondeo, duo priora teſtimonia manifeſtè agere de lege Moyſis. Et mirificè ſeipſos Hæretici decipiunt, non diſtinguentes veterem legem à lege noua, primam iuſtificationem à ſecunda iuſtificatione, timorem ſeruilem à ſancto, ſtatu peccati à ſtatu gratiæ, opera ante gratiam, ab operibus poſt gratiam, libertatem ſpiritus à libertate carnali, lethiferum peccatum à peccato veniali; informem fidem à formata; mandata vetera à mandatis nouis; perfectionem viæ à perfectione patriæ.

Mira hæreticorum inſcitia, & negligentia.

Galatæ igitur defecerant ab Euangelio ad Iudaiſmum, vt contextus ſatis apertè docet, & Hieronymus, & Patres declarant. Vnde & dixit: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Et rurſus: Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Non ait: Si dilexeris Deum ex toto corde tuo: Si amaueris proximum ſicut te ipſum: ſi legem ſeruaueris: ſi mihi, & humilis fueris. Aliàs eſt velle ſpontè ſequitire. In tertij verò teſtimonij verbis eſt ſermo de libertate à peccato. Satana, prauæ concupiſcentiæ dominatu, carne, mundo, & ignorantia, ſed non à lege Dei, vel præceptis eiuſdem: quia in Chriſto Ieſu circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei: & vbi etiam eſt Spiritus Domini, ibi libertas à lege coërciua: quia homo per donũ Spiritus ſpontè operatur, & ſeruat mandata, non motus ab extrinſeco aliquo principio. Et hactenùs de lege poſita iuſtis.

Hier. in c. 1. ad Gal. to. 9.

Galat. 5. *Suprà 4.* *Matth. 22.* Illud Apoſtoli: Vbi Spiritus Domini, ibi libertas, quomodo intelligatur.

1. Cor. 7.

Alter ſenſus.

Iam ſecundò oſtendendum, leges latas à Chriſto tales eſſe, vt iuſti illis valeant ſatisfacere. Ad quod explicandum præmittere oportet, in iuſtis duplices inueniri vires, & præſtandæ legis facultates. Nam aliæ ſunt naturales, & quæ ex virtute nudi liberi arbitrij proficiſcuntur: & tales quidem infirmæ ſunt, ac imbecillæ ad præcepta diuinæ legis obſeruanda: & ſi quod præceptum illis viribus poſſet ſeruari, Deo non placeret, nec ſeruaretur lex ad m ntem legiſlatoris. Aliæ verò ſunt naturæ vires vigore gratiæ, & diuinæ virtutis affectæ: & cum his præſidijs obſeruare poteſt, ac debet iuſtus totam diuinam legem: quod ex Scripturis firmare poſſumus. Nam primo loco de Adam Eccleſiaſtici 15. dicitur: *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata, & præcepta ſua. Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare.* Subdit: *Appoſuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors: bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Conſtat autem, hominem in natura integra gratiam, & iuſtitiam originalem habuiſſe, & potuiſſe, ſi vellet, diuinam legem præſtare. Deinde idem probamus à verbo Chriſti: *Venite,* inquit, *ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Et ſubdit: *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue:* Quomodo iugum ſuaue, & onus leue, niſi præcederet Chriſti refectio per gratiam largiens voluntatem, & vires ad ſeruandum? Quomodo idem dixiſſet Dilectus: *Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: & mãdata eius grauia non ſunt,* ſcilicet, amanti: quòd ſi non ſunt grauia, minus erunt impoſſibilia. Quomodo item Paulus producto teſtimonio ex lege: *Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.* Et Septuaginta habent; *Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: & in manibus tuis.* Ergo verbum fidei non propè, ſed longè à nobis eſſet, ſi eſſet impoſſibile. Et fuiſſet vt lex Moyſi iugum fuit, quod neque Patres noſtri, vt ait Petrus, neque nos portare potuimus. Tertiò, cùm Chriſtus legem tulerit: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem: Hoc eſt præceptum meum: Si vis ad vitam*

Diuinam legem & Euangelicam à fidelibus perfici poſſe, nec eſſe impoſſibilem.

Duplex eius implendæ poteſtas.

I. locus.

Eccleſ. 15. *Geneſ. 3.*

II. locus. *Matth. 11.*

1. Ioan. 5.

Rom. 10. *Deut. 30.*

III. locus. *Ioan. 15.* *Ibidem.*

Matth. 19. Ioan. 14.

ingredi, ſerua mādata: Et, *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit*: An ergo ſeruari poſſunt mandata Chriſti, aut legem nobis dedit non pro præſenti mundo, ſed pro futuro, vbi minimè eſt opus. Nam ibi tempus victoriæ, & triumphi, non malitiæ, pręmij, non meriti.

IV. locus. Ezech. 36.

Quartò, promiſſio Domini fuit ſe daturum Spiritum ad legem complendam. Habetur enim Ezechiel. 36. *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: & Spiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Vides certam promiſſionem Dei? Audi iam per Chriſtum impletum. Ait enim Apoſtolus: *Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem* (ſcilicet noſtram) *Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.*

Rom. 8.

V. locus. Suprà 5. Hebr 11.

Quintò, multos obſeruaſſe legimus & ante Euangelium per Dei gratiam, & poſt Euangelium per Spiritum ſanctum in corda diffuſum. De Henoch enim legimus, quod placuit Deo, & ambulauit cum eo, id eſt, legem obſeruauit ad mentem præcipientis: Noë etiam, qui vir iuſtus, atq; perfectus dicitur in generationibus ſuis: & Abrahæ dicitur, *Ambula coram me, & eſto perfectus*: & rurſus, *Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea, & cæremonias, legeſque ſeruauerit.* Iob hoc elogio ornatur: *Vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Dauid, vir ſecundùm cor Dei, mandata ſeruabat. Vnde cecinit: *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam? & cuſtodiam illam in toto corde meo: Deduc me* (per gratiam) *in ſemita mandatorū tuorum: quia ipſam volui.* Rurſus: *Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua: quia quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Iterum: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.* Ezechias Rex: *Obſecro Domine*, inquit, *memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.* De Eliſabetha, & Zacharia legimus: *Erant autem iuſti ambo ante Deū, incedetes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela.* Idem de Apoſtolis omnibus, & de Paulo peculiàriter, qui ait: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Et Martyres omnes ſupremum charitatis diuinæ gradum attigerunt, nempè illum, de quo Dominus: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis,* Hoc tamen autem omnes Martyres Dei præſtiterunt.

Geneſ. 5. Infrà 6. Infrà 17. Infrà 26. Supra 22. Iob. 1. 1. Reg. 13. Pſalm. 118. Ibidem 35. Ibidem 10. Ibidem. Eſai. 38. Luc. 1. 2. Tim. 4. Ioan. 15.

VI. locus, ab abſurdis.

Sextò, ſi lex ſeruari non poſſe ab his qui Dei gratia, & Spiritu ornantur, continuò peccaremus, & Chriſtus, vt dixit Apoſtolus, peccati eſſet miniſter, & gratis ſeu fruſtrà eſſet Chriſtus mortuus: & lex Euangelica non diceretur iugum ſuaue, & onus leue præ illo legis importabili: & iuſtus adhuc nullus eſſet, & Deus exigens impoſſibile, iniuſtus & crudelis videretur. Vnde vel lumine naturæ ſolo inſtructi Iſraëlitæ vociferabantur quòd iniuſtè opprimerentur, quòd impoſſibilia ab eis exigerentur: & iudicium Dei iuſtum nullum eſſet futurum, nec iuſta ſuppliciorum gehennæ executio.

Galat. 2. Ibidem. Matth. 11. Actor. 15. Iudæi legem Moyſi ferre vix poterant.

VII. locus, à Patribus. B. Hieron. in explicat. Symboli ad Damaſum, to. 4.

Septimò, Patres etiam repugnant. Ait enim Hieronymus ad Damaſum: *Execramur eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo præceptum eſſe, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus poſſe ſeruari. Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt hominem vitare peccatum non poſſe, quàm qui cum Iouiniano aſſerunt, hominem non peccare poſſe. Vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos autem dicimus hominem & peccare, & nō poſſe, vt nos ſemper liberi confiteamur arbitrij.* Auguſtinus libro de Natura & gratia: *Quis enim*, inquit, *eum neſcit ſanum, & inculpabilem factum, & libero arbitrio, atque ad iuſtè viuendum poteſtate liberâ conſtitutum? Sed nunc de illo agitur, quem ſemiuiuum latrones in via reliquerunt, qui grauibus ſaucius confoſſusq; vulneribus, non ita poteſt ad iuſtitiæ culmen aſcendere, ſicut potuit inde deſcendere. Qui etiam ſi iam in ſtabulo eſt, adhuc curatur. Non igitur Deus impoſſibilia iubet, ſed iubendo admonet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis.* Et cap. ſexageſimo nono. *Omnia fiunt facilia charitati, cui Chriſti ſarcina leuis eſt, aut ea vna eſt ſarcina ipſa quæ leuis eſt.*

B. Auguſt. de Natu & gra. cap. 63. to. 7. Luc. 10. Per ſe lapſus homo non poteſt erigi. Idem. Charitas leue facit iugū.

Hæreticorū diluuntur obiecta. Deut. 6. Matth. 22.

Sed in hanc ſecundam concluſionem obijciunt pauca. Primum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Sed certè non præcipitur homini ſic illum amare, vt alios nō amemus. Præcepit enim diligere proximos, parētes, filios & vxorē: nec ſic, vt ſine intermiſſione non acceſſimus à dilectione, cùm id ſit viribus noſtris imbecillibus impoſſibile: quia præcepit etiam laborare, præcepit prædicare, & alia multa, quibus intenti non poſſumus ita amori Dei incumbere perpetuò, vt verba ſonare prima facie videntur: ſed ſic nunc in præſentia ama Deum, vt poſteà merearis eum in præmium perpetuò in patria diligere: ſed ſic ama, vt nihil contra eum ames, nihil ſupra eum, nihil æquè atq; illum diligamus, iuxta illud: *Hæc eſt charitas Dei,*

Quomodo Deum ex toto corde, & ex omnibus viribus diligere debeamus.

vt man-

1.Ioan 5.

vt mandata eius cuſtodiamus. Nec Dominus ſapiẽtiſſimus exigit à nobis perfectum patriæ amorem: quia ſtultũ eſt exigere, quod præſtari non poteſt. Hinc Auguſtinus rectè dixit in lib. de Perfectione iuſtitiæ: *Alia perfectio currentis, alia peruenientis.* Vnde ridiculus eſſet, qui à puero eas actiones exigeret, quæ à ſolo viro robuſto præſtari poſſunt. Idcirco hoc præceptũ quatenus vim obligãdi habet, & ſeruari poteſt, & ab omnibus iuſtis ſeruatur, eo videlicet ſenſu, vt nihil diuino amori præferamus.

Aug in reſponſio. ad 16. ratiocinationẽ, ſed in ſenſu, to. 7. in fin.

II. obiectio.

Secundum argumẽtum de nono, & decimo Præceptis: *Non concupiſces*, quod videtur propter naturam noſtram ſauciatam, & ſemper concupiſcentem, ſeruari nõ poſſe. Sed reſpondendum, non eſſe ſenſum, Non habeas fomitem: quia hoc perinde nobis eſt impoſſibile, atque ſi præciperetur, Noli naſum habere. Rurſus non eſt ſenſus: Noli habere primos motus concupiſcentiæ, qui videlicet rationem præueniunt: quia tales dormientibus inſunt, & humani motus nõ ſunt, & ſæpè contra rationem, & conſenſum prodeunt. Non enim, ait Paulus, quod volo, bonum illud facio; ſed quod odi malum, hoc ago. Vnde ſubdit: *Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundùm carnem ambulant.* Senſus ergo verus eſt: O homo, ſiue oratio, quæ præcipua pars hominis es, nõ concupiſces, id eſt, non acquieſces motibus concupiſcentiæ, nec cedes carni pellicienti te, & ad peccatum inuitanti. Quod alijs verbis apertiùs dicitur Eccl. 18. *Poſt concupiſcentias tuas non eas:* & Apoſtolus, *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* In illa verò ad Romanos, ita expreſſit: *Non ergo regnet peccatum* (id eſt, motus concupiſcentiæ) *in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.*

Illud: Nõ cõcupiſces, quomodo accipiendum ſit.

Rom. 7.

Infrà 8.

Eccleſ. 18.
Galat. 5.

Rom. 6.

III. obiectio.

Tertium argumentum conflatur ex peccatis leuioribus, quæ indies perpetramus, quibus nõ tantùm offuſcari, ſed etiam obſcurari videtur noſtra iuſtitia, & obſeruantia diuinæ legis: vnde & peccatores nominamur, & ſumus.

Peccata leuiora, quæ vocãt venialia, cum iuſtitię perfectione poſſe conſiſtere.

Reſpondendum eſt, per hęc venialia delicta neque charitatem extingui, etſi eius feruor impediatur, neque iuſtitiam Chriſtianam tolli, neque filiorum Dei dignitatem amitti, neque denique perfectionem noſtram imminui: quãdoquidem viri perfecti, & ſancti charitate flagrantes, & conſummati, etſi ſceleribus, flagitijs, & criminibus careãt: non tamen omnibus peccatis, aut delictis, neque per illa ſimpliciter cenſemur peccatores: ſed κατά τι. Vnde inſigniter iniquitati, & flagiojs vacãtes, peccatores vocantur: *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter?* & Dominus apud Lucam: *Etſi mutuum, inquit, dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiantur æqualia.* Et Publicanus dicebat, *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Eſt enim peccator, qui artem, habitum, & exercitium profitetur peccandi: iuſti autem, aut ſancti, aut perfecti, non dicuntur peccatores, nec nomen iuſtorum, aut ſanctorum amittunt. Notauit hoc Auguſtinus pluribus in locis: iuſti enim multi extiterunt, & tamen ſine peccato non fuerunt. Et Hieronymus ad Cteſiphontem quoſdam arguit, qui per ſingulos eundo næuos & maculas in corpore pulcherrimo, illud vituperabãt. Ideò iuſti verè dicunt, *Dimitte nobis debita noſtra;* & frater Domini. *In multis offendimus omnes;* Ioannes item, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Non ait: & humilitas in nobis non eſt. Ideo Iob iuſtus reprehendit ſeipſum: & Dauid in numeratione populi grauiter eſt reprehenſus, ac punitus: Zacharias etiam de incredulitate, & Petrus à Paulo arguitur, quòd non ambularet ad veritatem Euangelij. Si quando patres aſſerãt nos legem imperfectè adimplere: rectè intelligendum eſt. Id enim aſſerunt vel reſpectu impletionis diuinæ legis quæ erit in patria, vel ratione ſtatus innocentiæ, in qua nulla fuiſſet imperfectio, aut defectus corporis, vel animæ, vel denique propter næuos peccatorum venialium, quę etiam à perfectis, & ſanctis vitari non poſſunt. Et de his hactenùs.

Peccatores qui propriè ſint, & dicantur.
Matth. 9.

Luc. 6.

Infrà 18.

B. Hier. to 2.

Matth. 6.
Iacob 3
1. Ioan. 1.

Iob. 4.

2. Reg. vlt.
Luc. 1.
Galat 2.

Quo ſenſu Patres diuinã legem imperfectè nos dicãt implere.

DISPVTATIO XV.

In qua diſſeritur de ratione meritorũ in operibus bonis quæ à iuſtis prodeunt, conſtituenda.

QVI ſemel ſunt in Chriſti corpus per fidem & Sacramentum inſiti, multis ſanè cohoneſtantur priuilegijs, & fauoribus. Nam in primis non ſolùm ad iuſtitiam ſuſcipiendam ſe poſſunt præparare, & illam pręparatione ſua impetrare, & fidem, & gratiam acceptam ſeruare, & in bono inchoato perſiſtere, ſed etiam iuſtitiam adeptam augere, eamque perficere per bonorum operum fructus valent, vt ſuperioribus diſputationibus comprobatum reliquimus. Deinde legi Dei, quatenus obligationem inducit, ſi per eos non ſteterit, ſatisfacere poſſunt, idq; innumeræ docent Scripturæ: vt riſu dignum dogma ſit Lutheranorũ principis, Iuſtum in omni bono

Iuſtificati quibus per Chriſtũ gaudeant priuilegijs.
Primum.

Secundum.

Tertium. opere peccare. Tertiò, poſſunt filij Dei pro peccatis admiſſis ſatisfacere coram diuina iuſtitia: vt alio loco à nobis eſt demonſtratum. *Lib. II. elucidarum euangelicarum.* Nam qui æterna, & ſpiritualia bona conſequi poſſunt, mirum nõ eſt ſi Deo Patri pro pœnis temporalibus, quibus obnoxij ſunt tam ipſi, quàm alij, ſatisfacere valeant. *Quartum.* Quartò, poſſunt etiam iuſti in bonis operibus meritum æternæ vitæ habere, vt paſſim, & palàm tradunt ſacrę literę. Quod quia peculiariter Hæretici tanquàm Pelagianum, & falſum inſectãtur, eo quòd homines tumidos, & elatos reddat, ideo peculiari ratione tractandum fuit.

Meritum, bona & mala opera Latinis ſignificat. Sed in primis conſiderandum eſt, nomen meriti apud bonos autores nõ ſolùm tribui bonis, ſed etiã malis operibus. Hinc Ouidius:

Ouid. epiſt. 5.

Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum eſt;
Quæ venit indignè (id eſt, ſine merito) *pœna dolenda venit.*

Et iterum:

Idem lib. 1. de Ponto eleg. 1.

Eſtq; pati pœnam, quàm meruiſſe minus.

Et Vatinius ad Ciceronem: *Neſcio quomodo obtrectatores inuenerint non meo me herclè merito*, id eſt, de merito. In Scripturis frequenter habetur; Iram Domini mereri, & deteriora mereri ſupplicia, & ſimilia dicebat ſanctus Iob; *Iob. 6.* *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui.* *Meritũ hoc loco quid.* Sed non eſt hic ſermo de tali merito ſupplicij, nec de merito improprio, cui videlicet non ex debito iuſtitiæ reſpondet præmium, ſed ex mera bonitate, & liberalitate dantis. Nam hac ratione *B. Cypr. libr. 3 epi 8. in fin.* Cyprianus ſcribit, infantes fide, & ratione carentes, in ipſo ſtatim ortu plorantes, ac flentes, diuinam miſericordiam mereri. At *Greg Naziã.* Gregorius Nazianzen. de Ioanne Baptiſta ſcribit in Monodia Baſilij: *Ille Chriſti præco fieri meruit.* *B Epiphan. Matth 16.* Et Epiphanius hæreſi 50. Petro tribuit, quòd meruerit, vel dignus factus fuerit princeps eſſe Apoſtolorum, & claues habere regni cœlorum. Ita dicitur promereri, qui precibus, & fauoribus aliquid impetrauit. Vnde & Eccleſia rogat: *Te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari*, nimirum ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis.

Ad meritum duo requirũtur. Iam verò vt his miſſis, quod ad rem facit, explicemus ad propriam meriti rationem opus eſt libertate, & vt opus ex ſua natura, vel ex lege præmium aliquod promereatur: quia lex facere poteſt paria, quæ ex ſua natura ſunt in paria. *1. Reg. 17.* Vnde Rex Saul tulit legẽ, vt qui vellet decertare cũ Goliad, fieret gener Regis, & domus eius ditaretur diuitijs magnis, & fieret abſque tributo. *Rationes meriti quinque.* Deinde conſideranda ratio, per quã opera noſtra tantã dignitatem habeant. In primis *I. ratiò.* igitur deſumitur ratio meriti à perſona operante, quæ grata eſt: nam videmus vnum & idem obſequiũ gratius & acceptabilius eſſe, ſi à perſona dilecta impendatur, quàm ab extranea. Nam vt Comicus dixit:

Terent. in Adelphis, Act. 2 ſcen. 3. in princip.

Abs quiuis homine (cùm eſt opus) *beneficiũ accipere gaudeas.*

Verumenimuerò id demùm iuuat, ſi quem ęquum eſt benefacere, is facit. *II. ratio.* Secundò, ſolet haberi intuitus ad opus ipſum, ſi eſt vtile: vt ſi quis alicui plantet vineam, aut domum ędificet, aut conferat ſanitatem. Ideo datur actio vtiliter gerenti alterius negotium: vel ſi opus nõ ſit vtile, ſit ſaltem pretioſum: vt ſi quis pulchram imaginem pingeret, vel ſculperet alteri, etiamſi nullius ſit vtilitatis. *III. ratio.* Solet tertiò principium conſiderari vnde prodit opus: vt ſi ſpontè, & volens operatus eſt, an nolens, & inuitus, an amore ſimplici; an verò intuitu mercenario. *IV. ratio.* Quartò, ſolet reſpici in factum contractum, vt ſi tanti inter contrahentes ęſtimatum ſit opus, quantum valeat, etiamſi ex ſe tanta mercede non ſit dignum. Velut qui currunt ad brauium præoccupandum, vel in certamine luctantur, maiori afficiuntur præmio, quàm ex ſe valeant, vel curſus, vel pugna.

Iuſtificatos poſſe apud Deũ promereri ratione perſonæ. Primùm igitur ſi reſpiciatur perſonæ dignitas, etſi nos ob peccatum ſimus ſerui, & multis beneficijs obligati ad præſtanda opera noſtra Deo ſine noua aliqua mercede; ac proinde ius non habeamus ad meritum cum Deo comparandum: *Ioan. 8.* quia tamen dignatus eſt nos liberare à ſeruitute: iuxta illud: *Ibidem.* *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis*, & debita beneficiorum collatorum cõdonauit tanquàm fœnerator, vel potiùs creditor (id enim ſignificat verbum [illegible], Luc. 7. vbi dicitur: *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque*, vt talentis gratiarum, & beneficiorum tanquàm noſtris vtamur) certè promereri poſſumus coram Domino ratione perſonæ, quia liberati, & donis aucti, & filij Dei effecti; ac per hoc hæredes, imò Chriſti membra eius Spiritum habentia. *Rom 8. 1 Cor. 8.* Ideo Chriſtus à dignitate perſonæ, quia infinita, infinitè merebatur: *Geneſ. 4.* quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

Quale ſit opus quod in merito ſpectari conſueuit. Secundò attendendum opus remanẽs, vt ædificium, vel vineæ cultura, vel quid ſimile: hic autem eſt cordis puritas, & munditia Deo placens, de qua: *2. Cor. 1.* *Hæc eſt gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, &, *Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt.* Et cùm Iudæi petijſſent à Domino: *Matth. 5.* *Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* (id eſt, Deo

grata)

Ioan.6.

grata) reſpondit: *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille; & per ſermonem Dei fide receptum, cor mundum illi exhibeatis.* Vnde Act. 15. Petrus dixit: *Fide purificans corda eorum*; & Frater Domini; *Purificate corda, duplices animo*; Ezechiel verò, *Facite vobis cor nouum.* Non eſt autem cor purum, aut nouum ſine fidei operibus, cùm abſque illis conſcientia tuta eſſe nequeat.

Act. 15.
Iacob 4.
Ezech. 18.

Qua ratione opera noſtra nullius ſint meriti apud Deum.
Eſai.64.

Si ergo conſiderentur opera noſtra in ſtatu peccati ante Chriſtum fide ſuſceptũ, certè ex nulla radice habent meriti rationem; neq; à dignitate perſonæ, quia arbor mala ſumus: neque ratione operis, quòd ſit vile, vel pretioſum, quia teſte Propheta, quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: neq; ratione pacti, quia nullum peccatori commercium eſt cum Deo: neque ratione finis quẽ quis intuetur, quia nemo hominum ex ſe operatur niſi propter ſeipſum.

Eadẽ vt ſint Deo grata, & accepta.

Si verò conſideremur in ſtatu inſtaurationis, omnes cauſæ prædictæ promerendi vim habent & à perſona, & ab opere, quod poſt operam, ſiue operationem remanet, nempè cor mundum, cui meritò redditur in pręmium Dei viſio.

Matth 5.

Eſt etiam vtile Deo, quia etſi Deus bonorum noſtrorum non egeat, & vt ait Iob; *Porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* & Apoſtolus. *Quis prior dedit illi: & retribuetur ei?* ac proinde nec opera noſtra illi vtilia eſſe poſſint: Fecit tamen ſe hominem, vt primò ei in perſona, deinde in membris ſuis vſque ad iudicium vtiles eſſe poſſemus, & nobis dicere poſſet, *Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et in poſteriori ad Timotheum ait Apoſtolus, *Erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus paratum.*

Pſalm. 15.
Iob.35.
Rom. 11.
Matth.25.
2.Timot.2.

Pretiũ operis ſeu laboris gloriæ cœleſtis mercedẽ non adęquare.
Rom. 8.
Matth. 5.
Luc. 5.
2.Cor.4.

Adhæc ſi conſideremus ſubſtantiam operis, & laborem, certè ea ratione dicitur à Paulo, non eſſe condignas paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, & merces propterea dicitur magna, & copioſa; & alio loco Chriſtus vocat menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem. Item Paulus; *Id quo in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ; ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Atq; hac ratione beatitudinem donum Dei eſſe dicimus, cùm in immenſum excedat operum valorem, ac pretium.

Beatitudinẽ Paulus brauio, & coronæ cur comparet.
1 Cor. 9.
2. Tim. 2.

Quia tamen nõ eſt purum donum, nec pura merces, nec pura hæreditas, nec purum præmium: quia non datur niſi laborantibus, & certantibus; ideo à Paulo brauio, & coronæ comparatur, quæ his qui currunt, & legitimè in agone contendunt, dari ſolent ſupra operis valorem.

Meritũ etiã operum colligitur ex quadruplici finis ſeu principij ratione.
I. ratio.

Quartò, æſtimatur opus à fine, vt ſi fiat amore obedientiæ, & ſimplici oculo placẽdi Deo. Hic autem etſi non adæquet præmij valorem, tamen circumſtantia eſt talis, quæ cum ipſius beneplacito ſtatuentis creat operis dignitatem, & opus dignum præmio reddit: & ita voluntas operans quia diuina eſt per gratiam, promeretur gloriam. Et vt Paulus ait: *Si voluntas prõpta eſt, ſecundùm id quod habet, accepta eſt,* ſcilicet, ad meritum.

2 Cor. 8.
II. ratio.
1.Ioan 3.

Accedit etiam gratia, quæ teſte Ioanne, ſemen eſt quoddam gloriæ, & cui naturaliſſimum eſt producere fructus. Eſt etiam fons aquæ viuæ ſaliens per operationes in vitam æternam.

Ioan.4.
III. ratio.
1. Cor. 6.

Tertiò, prouehuntur hæc opera à Spiritu ſancto iuſtos inhabitante, & mouente. Non enim impar eſt Spiritus ſanctus ad beatitudinis præmium adipiſcendum: quamobrem cum illo vniti vnus Spiritus efficiuntur ad operandum, & promerẽdum.

Duplex Spiritus ſancti motio in iuſtificatione peccatoris longè diuerſa.

Quòd ſi obijcias, peccatorem moueri à Spiritu ſancto, vt à peccato reſurgat; ac per hoc cõdignè, & iuſtè promereri peccatorum remiſſionem: Reſpondeo, permagni referre, an Spiritus ſanctus vt inhabitator moueat nos, an vt principium extrinſecum ad pœnitentiam impellens, de quo: *Ecce enim ſto ad oſtium, & pulſo,* ſic enim eſt cũ peccatoribus: nam cùm iuſtis Chriſtus non eſt in oſtio, ſed habitat in corde per fidem. Vnde Auguſtinus epiſt. 105. ad Sixtum preſbyterũ: *Omnia hæc* (ſcilicet charitatem, fidem, & orationem) *operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens propria vnicuique vt vult, quia Spiritus vbi vult ſpirat, ſed quod fatendum eſt, aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat vt ſint fideles; quod eſt ergo meritũ hominis ante gratiam? Quo merito percipiat gratiã, cùm omne bonum meritum noſtrum nõ in nobis faciat niſi gratia & Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat quàm munera ſua?* Hæc ille.

Apocal. 3.
Aug tom.2.
1.Cor.12.
Ioan.3.

Quarta & vltima ratio.

Poſtremò, eſt alia etiam ratio principij ad promerendum: quia Chriſtus comparatur capiti operanti in nobis tamquàm in membris ſuis. Nam vt caput naturale mẽbra omnia viuificat per influxum vitalem, ita Chriſtus vocatur caput à Paulo Rom. 12. Eph. 4. Coloſſ. 2. & 1. Cor. 12. illiq; proinde noſtræ actiones tribuuntur. Vnde dicebat Apoſtolus: *Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus,* & Chriſtus, *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Rurſus Paulus, *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Iterum: *Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Chriſtus.*

Bona opera noſtra Chriſti ſunt in nobis operãtis.
Galat. 2.
Ioan. 6.
2.Cor.13.
Rom. 15.

Vides igitur quomodo illi & vita, & verba, & facta noſtra tribuantur? ¶ Similiter etiam

Eidẽ quæ patimur, fiunt propria.

Act. 9.
Luc. 10.
Galat. 3.

etiam paſſiones noſtræ eius ſunt; dixit enim, *Saule, Saule, quid me perſequeris? Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vado Romam iterum crucifigi.* Et Apoſtolus Galatis, *Chriſtus*, inquit, *in vobis crucifixus eſt*, proculdubiò in corũ cruciatibus, & tormentis. Apud Ioãnem comparat ſe viti, & nos palmitibus: ſicut ergo palmes non poteſt fructicare, niſi ſuum alimentum; & virtutem ab ipſa vite deriuet, ita nec nos, niſi Chriſto capiti, & viti hæreamus, & in eo maneamus per fidẽ, & charitatem fructificare non poſſumus. Et ſicut vitis per palmites operatur, ita Chriſtus per nos, ac proinde ipſe principaliter in nobis meretur, nos ſecundariò, & vt organa viua coniuncta, & libera. Ita vt nos perinde ac Paulus dicebat: Viuo ego, iam non ego, ita dicere poſſumus, Operor ego, iam nõ ego, ſed operatur in me Chriſtus. Mereor ego, iam non ego; ſed meretur in me Chriſtus.

Ioan. 15.
Galat. 2.

Ratio quinta meritorũ, ſcilicet, ex pacto & repromiſſione.

¶ Quintò, cõſiderandum opus ratione pacti, & repromiſſionis: nam eo modo opera condigna æterna gloria inueniuntur, non ſecùs atque moneta quam Rex cudit, quæ tanti æſtimatur, quãti eam voluit ipſe æſtimari, vt parabola operariorum miſſorum in vineam oſtendit, facta prius conuentione de denario diurno. Et quod, inquit, iuſtum fuerit, dabo vobis. Licèt enim donũ, & gratia Dei ſit, quòd tale pactum inierit nobiſcum, tanti faciens opera noſtra ſupra ſuam dignitatem, tamen poſtquàm nobiſcum contraxit, pro magnificentia ſua obligatus remanet, & iuſtitiæ eſt quod pepigit reddere: & vt Apoſtolus ait, Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, &c. Debitorque conſtituitur nobis ex eo, quia ſibi eſt debitor: is enim qui promiſit, obligatur fideliter agere.

Matth. 20.
Hebr. 6.

Epilogus præ…ictorum.

Meretur ergo fidelis apud Deum, & ratione dignitatis perſonæ, quia filius, hæres, amicus, membrum: & ratione operis manentis poſt operam, id eſt, cordis mundi; & ratione vtilitatis, ſibi in ſuis exhibitæ; & ratione principij, id eſt, diuinæ cuiuſdam voluntatis, qua ſumus donati; & gratiæ, quæ ſeminarium eſt gloriæ; & propter Spiritum ſanctum in nobis operantem; & propter Chriſtum, qui vt caput in nobis viuit, & opera noſtra perficit, denique ratione pacti & promiſſionis nobiſcum factæ.

Vijs ſeu rationibus ſeptem bonorũ operũ merita demonſtrantur.

His igitur ſic poſitis, & cõſtitutis, comprobantur merita bonorum, atq; id multiplici ratione: & refellentur quæ in contrarium obijci poſſunt. Prima igitur via à lege, ſiue legiſlatore deſumitur. Conſtat enim, cuiuſuis rectę legis, & benè compoſitæ eſſe, vt tradunt ſapientes in libris Digeſtorum, præcipere, & vetare, benefacta præmio afficere, & iniqua opera iuſta multa punire: ſi hæc inſunt hominum legibus, & legi Moyſis, quantò magis id ſtatuendum eſt in Chriſti lege perfectiſſima?

I. ratio.
Matth. 5.

Hinc Chriſtus in mõte ſedens, quaſi legiſlator expoſiturus veterem, & inuecturus nouam legem, in primis Paupertatem beatificauit, Luctum, Mititatem, Eſuriem iuſtitiæ, Miſericordiam, cordis munditiem, Pacificentiam, & perſecutionem, Tolerantiam. Has omnes heroicas virtutes, & earũ actiones æternæ beatitudinis mercede honeſtauit: at hoc quid eſt aliud quã promeruiſſe, id eſt, eas dignas extitiſſe, quib. merces retribuatur? Ideo concluſit, dicens: *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt: ipſe intrabit in regnũ cælorum.* Et rurſus, *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarũ, & Pariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et, *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Et cùm interrogaſſet adoleſcens, *Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* reſpõdit Dominus: *Si vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata.* Et alteri Iuriſperito explicanti præceptũ dilectionis Dei, & Proximi, dixit, *Hoc fac & viues*, & Frater Domini, *Qui autẽ proſpexerit in lege perfecta libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.*

Infrà 7.
Supra 6.
Luc. 11.
Matth. 19.
Luc. 10.
Iacob. 1.

Euangelium non eſſe à lege diſtinguẽdum, vt hęretici faciunt.

Sed hæretici confugiunt ad inanem diſtinctionem legis ab Euangelio, quaſi Euangelium non ſit lex, aut quaſi lex nequeat obſcurari: quorum vtrumque falſum eſt, & pluries confutatum.

II. ratio.

Secũda via deſumitur nõ ſolùm à Chriſto legiſlatore per viam iuſtitiæ diſtributiuæ ſtatuentis prĕmia, ſed etiam ab eodem coadiutore operum noſtrorum, vt pacto ſuo nobis reddatur debitor per viam iuſtitiæ commutatiuæ. Dixit enim: *Eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.* Vide ergo quãta in ea parabola rationi meritorũ ſuffragẽtur. Primũ enim ait, *Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Et conuentione facta cum operarijs de denario diurno, miſit eos in vineam.* Rurſus: *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Operarios vocat eos, qui laborando mercedem promeruerunt, & mercenarij ſunt. Et, redde, inquit, non, dona: Et mercedem, id eſt, pactam pecuniam, ac debitam, nõ indebitum aliquod munus. Et murmuranti ait, *Tolle quod tuum eſt, & vade*; id eſt, quod debitũ eſt tibi ex iuſtitia, & pacto.

Luc. 6.
Matth. 20.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

In illud: Deus debitor nobis eſſe non poteſt.

¶ Quòd ſi dicas, Deum nulli obligari, aut debitorem reddi poſſe. Sed certè Apoſtolus iniuſtum vocat Deum, ſi non redderet; &, *Operanti merces,*

non

Google

Heb. 6. Rom. 4. *non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.*

Theophylactus explicans illud: *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini*, ita ſcribit: Phil. 1. *Si mortuos ſuſcitauerim, proculdubio fuerim hoc tanto beneficio maximum in modum obſtrictus: ſi vero pro Chriſto pœnas ſubierim, hoc ipſum habuerim obligatum & debitorem. O rem mirandam. Largitur ille, & debitor mihi obſtringitur.*

B. Aug. conc. 1. in Pſal. 32. to. 8. Et Auguſtinus in illud Pſalmi: *Omnia opera eius in fide: Fidelis, inquit, homo eſt credens promittenti Deo: fidelis Deus eſt exhibens quod promiſit homini. Teneamus fideliſſimum debitorē, quia tenemus miſericordiſſimum promiſſorem. Neque enim aliquid ei cōmodauimus, aut mutuum commendauimus, vt teneamus eum debitorem, cum ab illo habeamus quicquid illi offerimus, & ex illo ſit quicquid boni ſumus. Omnia bona quibus gaudemus, ab illo ſunt: Quoniam ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus, & tenemus debitorem. Vnde debitorem? Quia promiſſor eſt. Non dicimus Deo, Domine, redde quod accepiſti, ſed, Redde quod promiſiſti, quoniam rectus eſt ſermo Domini, & omnia opera eius in fide.*

Deum cur nobis teneamus debitorem, teſte Auguſt. no. — Rom. 11.

Idem to. 10. circa princ. Et ſermone 16. de verbis Apoſtoli: *In his quæ iam habemus, laudamus Deum largitorem: in his quæ non habemus, tenemus Deum debitorem. Debitor enim nobis factus eſt, nō aliquid à nobis recipiendo, ſed quod ei placuit, promittendo.* Ibidem 35. Hæc ille. Ex quibus habemus, qua ratione Deus (de quo ſcriptum eſt: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei*) poſſit pro ſua bonitate, & magnificentia nobis debitor fieri.

III. ratio. Tertia via ſit, à ratione iudicij vniuerſalis. Omne ſiquidem iudicium ſine acceptione perſonarum iudicans merita cuiuſque vel demerita reſpicit, & pro eis reddit, quod quiſque promeruit. Matth. 25. Hinc Matth. 25. expreſſa eſt forma iudicij: *Venite*, inquit, *benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Et, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Eſuriui enim, & nō dediſtis mihi manducare.*

Rom. 2. Cùm enim iudicium Dei ſit ſecundùm veritatem: ſicut reuera opera damnatorum merentur ignem æternum; ita iuſtorum opera æternam beatitudinem: vt indicat particula cauſalis, enim. Alioqui Dominus redderet cauſam pro non cauſa.

Buceri argumentis in cōtrarium reſpondetur. Sed euadere conatur Bucerus vim huius argumenti: Superſtitionum, inquit, defenſores ex hoc loco volunt ponere merita bonorum operum: & notat eſſe dictum, I. & II. arg. *Benedicti patris mei*, vt felicitas benedictionis Dei ſit, non ipſorum. Hæc ille. Sed vnde III. argum. probat, quod non ipſorum meriti? Et ſi hæc ratio valet, nec Chriſtus meruit, qui ſummè fuit benedictus ab æterno. Tertiò, ait: *Poſſidete regnū vobis paratū à cōſtitutione mundi*: ex quo colligit, illam ſub meritū nō cadere. Quod certè verum non eſſet, ſi præparet illis Deus abſq; operibus, & meritis: & ſimile eſſet, ac ſi per hoc quod Rex præparaſſet coronam ante certamen, aſſeratur quod nullus poſſit illā promereri. Et ſanè Matth. 16. regnū non aliter eſt nobis paratum, q̃ fuit Chriſto, qui per paſſionem in illud introiuit. Et certè non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.

Quartò annotat græcè legi κλῆρον μήσατι, Quartum. hoc eſt, hæreditate poſſidete: quo ſignificatur regnum dari per gratiam, non propter meritum: vt gratia ſit adoptantis, non merces operum. Sed certè malè infert. Eſt hæreditas, ergo non eſt merces: eſſet enim verum, ſi hæreditas purè in teſtamento relinqueretur; cùm tamen Paulus aſſerat: Rom 8. *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Coloſſ. 3. Et quidem Apoſtolus ad Coloſ. iungit hæreditatem cū mercede: *Quodcunque*, inquit: *facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & nō hominibus: ſcientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Et Chriſtus non meruiſſet gloriam, quia dictum eſt: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.*

V. argum. Illud Euangelicū: Eſuriui enim, & dediſtis mihi mā ducare, & reliqua, neceſſariò bonorum operū mercedē euincere.

Quintò teſtatur Bucerus illud, *Eſuriui enim, & nō dediſtis mihi māducare, &c.* non eſſe ita accipiendum, quaſi propter hæc opera Chriſtus ſit electos ad poſſeſſionem regni vocaturus: ſed quia opera illud teſtātur, eos benedictos Patris ad poſſeſſionem regni fuiſſe ante mundum conditum electos. Sed quali autoritate iſtud comprobat Bucerus? planè hæretica, cùm ſint verba clariſſima, & particula enim, cauſalis ſit, & rationem exponat. Adhæc ſi propter bona opera merces nō datur, ergo nec propter mala detruduntur impij in gehennā, ſed quia ſigna ſunt tantū cordis iniqui. Sed quis ferat has nouitates, & violentiam inferre textui Euangelico? Et iſti ex duabus Euangelij partibus & peccatorū, & iuſtorum illā reiſciūt, in qua eſt meritum, & præmium iuſtorum in ſuam ſempiternam perniciem. Audi etiam Apoſt. ad Roman. 2. teſtificantem: Rom. 2. *Deus reddet vnicuique ſecundū opera eius. Iis quidem qui ſecundū patientiā boni operis, gloriā & honorem, & incorruptionē quærunt, vitā æternā. Iis autem qui ſunt ex contentione, & non acquieſcūt veritati, credunt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnē animam hominis operātis malū.* 2. Theſſ. 1. Idē 2. ad Theſ. 1. *Nos ipſi in nobis gloriamur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutioni. veſtris & tribulationib. quas ſuſtinetis, in exemplū iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo*

Ioan 5

& patimini. Si tamen iuſtum eſt apud meum retribuere tributionem iis qui vos tribulant, &c Et Ioan. 5. *Procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerint, in reſurrectionem iudicij.* Neſcio quid his teſtimonijs clariùs, aut apertiùs dici poſſit. Sed audi inuictum, & ſolidum teſtimonium Pauli de ſe ipſo loquentis: *Ego*, inquit, *iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonū certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius.*

2 Tim 4. Ea Pauli ſententia in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet &c ponderatur.

Expende verbum, *In reliquo*: quia hoc reliquum eſt, & conſequens ad bene operantem, vt ſibi ſit repoſita corona iuſtitiæ, non puræ miſericordiæ: & quam reddet, non, donabit: &, iuſtus iudex, non miſericors pater: &, in illa die iuſtitiæ, non in die miſericordiæ. Et quamuis potuiſſet dicere, corona gratiæ, vel miſericordiæ, quemadmodum & alias Spiritus ſanctus dixerat: *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*: potiùs tamen dixit, *Corona iuſtitiæ*, vt id quod ex gratia promiſſum fuit, etiam ſecūdū iuſtitiā accipi manifeſtet. Et ſubdit: *Non ſolū autem mihi, ſed iis qui diligunt aduentum eius*; ne quis putet apud Deum locum eſſe acceptionis perſonarum. Et vt Anſelmus interpretatur, id eſt, *Etiam omnibus, qui de bona ſua operatione ſunt conſcij. Aduentum enim iudicis non diligunt, niſi qui in cauſa ſua habere ſe iuſtitiæ meritum ſciunt. Et ideò quiſquis non diligit, corrigat vitam ſuam, vt bonam habens cauſam poſſit, vt veniat, deſiderare, & coronam ab eo, non damnationem ſperare.* Hæc ille.

Pſal 102.

B. Anſel. in eū locu, to 2.

IV. ratio.

Quartò colliguntur merita à typo Abrahæ, & filiorum Iſrael egredientium de Ægypto, & maximè ab exemplo Chriſti capitis noſtri. Conſtat enim Abraham fuiſſe typum iuſtificatorum, iuxta illud: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam: at illa iuſtificatio ad regnum ſatis non fuit, ſed exegit adhuc Dominus illud; *Ambula coram me, & eſto perfectus*: quod non eſt aliud; quam eius mandatis parere. Vnde & Apoſtolus Iacobus dixit. *Abraham pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare*: & B. Paulus: *Abraham longanimiter ferens, adeptus eſt repromiſſionem*, & Dominus: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite*: vt videlicet nō tantū fide iuſti ſitis, ſed & mercede illa digni habeamini, de qua dixit: *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Adhæc q eductiſunt ex Ægypto, non ſtatim poſt mortem agni, & tranſitum Maris rubri Terram promiſſam obtinuerunt, ſed ſi viam deſerti ambularent, & præeunte Domino legitimè pugnarent. Sub hac enim conditione ſæpè illis Terra eſt promiſ. Hæc autem omnia figura noſtri fuerunt, quibus non ſatis eſt credere agnum pro nobis immolatum, & per baptiſmum nunciū mittere Ægypto niſi per viā deſerti ac pugnæ, hoc eſt meritorū obedientiæ, & patientiæ contendamus in patriam intrare: alias quod illis iureiurando affirmauit, *ſi introibunt* (id eſt non introibunt) *in requiem meā*, idem nobis eueniet.

Gen. 15. Rom. 4. Quid illud: Ambula corā me, & eſto perfectus. Gen. 17. Iacob. 2. Gen 22. Hebr 3. Gen 22. Ioan. 8.

Iudęi in Terræ promiſſę poſſeſſionem quibus eorū meritis fuerunt introducti.

Gen. 15. Exod. 14. Supra 12.

Chriſtianis per obedientiā & patientiam neceſſariò in cęleſtē patriā contēdendum eſt.

Pſal. 94. Hebr. 3. Matth. 7.

Feſtinemus igitur ingredi in illam requiem, & contendamus intrare per anguſtam portam. Adhæc Chriſtus caput eſt, & exemplar noſtrum, cui tanquam membra configurari debemus: at vt ille etſi Filius Dei eſſet, meritis tamen obedientiæ, & paſſionis promeruit exaltari, & poſſidere nomen quod eſt ſuper omne nomen: ita nos humilitate, obedientia, & carnis maceratione certare debemus, vt in regnum perueniamus. Dixit enim: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum.* Et iterum: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum*, (nempe per viam meritorum) *vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Et iterum: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecū in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius*, Et dilectus: *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare*, perſeuerando videlicet in iuſtitia, & ſanctæ vitæ meritis. Denique voces ſunt illę generales, quæ nos ad hoc ipſum adhortantur: *Si commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus* Et, *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus.* Item: *Configuratus morti eius, ſi quomodo occurram ad reſurrectionē quæ eſt ex mortuis.*

Chriſtiani quomodo ſe Chriſto debeāt cōformare vt ſalui fiāt. Philip. 2. Ibidem. Matt 19. Ioan. 13. Infrà 15. Luc. 22.

Quēadmodū diſpoſuerit Chriſto pater ſuus regnum, vt ipſe dixit. Apoc. 3. 1 Ioan. 2.

Ad vitā ęternam promerenda, hortatoriæ Pauli voces. 2 Tim 2. Ibidem 12. Rom. 6. Philip 3.

DISPVTATIO XVI.

In qua etiam diſſeritur de merito quod in bonis iuſtorum operibus à Catholicis conſtituitur.

PRÆTER quatuor vias iam dictas, etiam alię multę rationes ad bona merita ſtatuenda ſuppetunt. Quintò igitur bona operum merita ab ipſis vocibus, quibus Scriptura diuina referta eſt, comprobantur, vt dicere cogantur, aut Deum impropriè, & metaphoricè ſemper nobiſcum locutum; aut ſi propriè, vt oſtendemus, nouos iſtos magiſtros, qui tanto auſu ſe meritis opponunt, magnos eſſe nugatores, & ſycophantas, & qui perpetuò, pro more ſuo, nodum in ſcirpo quærant.

V. ratio meritorum.

Hæretici quales ſint.

Eſt

Meriti nomē vt etiā verba quæ ſequuntur Scripturas, non obhorrere.
Eccls.16.

Eſt igitur in primis vox Meriti, Eccli. 6. *Omnis*, inquit, *miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius*, vel vt quidam codices habent, & Rabanus oſtendit ſe legiſſe, *ſecundum meritum peregrinationis ipſius*. Id eſt, iuxta ea quę promeruit, dum eſſet peregrinus, & tenderet ad patriam. Etſi autem Græca litera nomen meriti non habeat; habet tamen ęquiualens, nimirum κατὰ τὰ ἔργα, quod Græco reſpondet κατ' ἀξίαν, quod eſt, pro dignitate (vt Cicero vertere ſolet) ſiue pro merito. Eſt etiam verbum promerendi apud Paulum Hebr.13. *Talibus enim hoſtijs promeretur Deus*: quod alij vertunt, demeretur, vel conciliatur, vel placetur Deo. Adhæc nomē operis ſimpliciter pro merito apud Paulum accipitur, & quod relatiuū eſt mercedis. Nā ait: *Si gratia, iam non ex operibus*. Et Ierem. 31. *Eſt merces operi tuo*; & iterum Apoſtolus: *Ei qui operatur, merces non imputatur, ſecundum gratiam, ſed ſecundum meritum, vel debitum*.

Rabanus.
M. Tull.
Promereri.
Hebr. vlt.
Opus.
Rom.11.
Ierem 31.
Rom 4.

Deinde frequentiſſimum eſt verbum reddendi, & retribuendi. Vt enim donare, eſt actus liberalitatis; ita græcis ἀποδοῦναι, ſiue reddere, actus eſt iuſtitiæ. Et quia reddere ſecūdùm opera, nihil eſt aliud quam penſatis eius meritis, vel demeritis, cōdignam ſuis operibus remunerationem retribuere; ex illo verbo (niſi extortis, & peruerſis gloſſis offuſcetur) ſemper colligimus rationem meritorum.

Reddere, & retribuere.

Quanquam vafer ille Bucerus: *Hanc*, inquit, *ſententiam, qua redditur vnicuique iuxta opera ſua, diuexant adulatores Romani Pontificis, volentes inde probare, operibus noſtris nos iuſtificari, atque damnari, non animaduertentes ſtolidi, & arborem iudicari ſecundum fructus, non tamen à fructibus eſſe, vt huiuſmodi arbor ſit, ſed ab arbore vt huiuſmodi fructus ſint*. Hæc ille, colore rhetorico concitans odiū in Romanum Pontificem, vt ita incipiat lector affectum ba intuitu veritatis auertere.

Impius Buceri⁹ circa illi⁹ verbi ſenſum reddet vnicuique ſecundū opera ſua, triplicē Catholicis calumniam ſtatuit: quę repellitur
Matth. 7.
Primum.

Quaſi verò B. Auguſtinus, & alij veteres Patres, qui hac ſententia probari manifeſtè volunt, vitam æternam reddi bonis operibus, adulatores extiterint Romani Pontificis; aut quaſi hoc pertineat ad adulandum, ſi ſit malus, vt illi furioſi clamitant: nā hoc potius ad illum deterrendum faceret. Deinde ait, diuexari hanc ſententiam à Catholicis; cum nihil potuerit dici ſimplicius, ſyncerius, & apertius. Et ipſi potius reuera diuexant, qui improprijs & violentis gloſſis voces propria ſua ſignificatione ſpoliant, & peregrinis, & alienis induunt. Tertiò, vocat nos ſtolidos, qui nō aduertimus à fructibus non eſſe arborem. Sed quid opus erat in cauſa peſſima calumniari? Cæterùm quis non videat ab arbore eſſe fructus, & non contra? Et ſecundum fructus ferre iudicium de arbore. Verum quorſum hæc? vt obſtetur fructibus bonæ arboris, quæ merita ſunt, & quæ in iudicio penſantur, & iudicantur. Cuncta enim quę fiunt, adducet Deus in iudicium: & Chriſtus qui ſcrutator eſt cordium, & renum, non eget teſtimonijs externis; qui nouit figmentum noſtrum, & quid erat in homine & ſcit arborem quam plantauit antequam fructificet. Quaſi non puniatur adulteriū vel homicidium, niſi quia teſtatur quod operans ſit malus. Quid his putidius, aut magis à Scripturis diſſonum, quę teſtantur quod vnuſquiſque referet prout geſſit in corpore?

Secundum.
Tertium.
Eccleſ.12.
Pſal. 7.
Pſalm.102.
Ioan. 2.

Illud rediculum, quod quidam author ignobilis ſcripto commendauit: *Quoties* inquit, *Scriptura dicit quod reddet vnicuique ſecūdū opera, intellige fidē, quia idē ſunt, fides, & opera* Sed iſti ſpontè & ſibi, & alijs imponūt, cùm inter fidem, & opera tantùm interſit, teſte Paulo.

Eiuſdē ſententiæ vana cuiuſdā, niſuque digniſſima interpretatio reijcitur.

Tertiò, eſt vox mercedis, ita enim frequenter vocatur vita æterna. *Merces*, inquit, *veſtra copioſa eſt in cælis: Alioquin mercedem nō habebitis apud Patrem veſtrum qui in cælis eſt*. Et Ioannes in ſecunda ſua canonica: *Videte voſmetipſos ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis*: Et rurſus: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua*: at merces, vt natura relatiuorū poſcit, meritum reſpicit, & è contrario. Et ipſa Grammatica poterat eos docere, quia merces dicitur à merendo. Tam abſurdum igitur eſſet vocare beatitudinem mercedem, quam ipſa opera merita.

Merces.
Matth. 5.
Infrà 6.
Apoc. vlt.
Mercedis denominatio Lutheranis fuit vt videtur incognita.

Melanchton videns bonis operibus reddi mercedem, affirmauit, non æternam, ſed temporalem reddi, libro de locis communibus, quem poſtremò edidit, cap. de operum præmijs. Et in diſputatione de bonis operibus, dixit: *Bona opera merentur multa præmia ſpiritualia, & corporalia, quæ dantur tum in hac vita, tum poſt hanc vitam, vt multæ triſtes pœnæ publicæ, & priuatæ mitigentur propter pœnitentiam, & bona opera aliquorum in Eccleſia*.

Operibus bonis tēporalē tantū mercedē deberi, cōtendit Melanchton.

Quod reprehendit Caluinus cum multa præfatione: *Non recipio*, inquit, *à doctis, alioqui, & pijs viris poſitam diſtinctionē: meritoria eſſe opera earum, quæ nobis hic conferuntur, gratiarū, ſolius fidei præmiū eſſe æternā ſalutem. Mercedem enim laborum, & certaminis coronā in cælo ſemper Dominus collocat*, & ſubiungit:

Hāc eius doctrinā Caluinus non recipit, & quare.

Placere quidem Deo bona opera, & ſuis auctoribus non ſinit eſſe infructuoſa: quia magis ampliſſima Dei beneficia remunerationis loco refert, non quia id mereantur, ſed quia diuina benignitas ex ſe ipſa hoc illis pretium ſtatuit. Quæ autem eſt iſta malignitas, non contentos illa Dei largitate, qua nihil tale merentia opera indebitis præmijs muneratur, ſacrilega ambitione vltra contendere, vt meritis operum debeatur rependi, quod diuinæ eſt totum beneficentiæ. Hæc ille: quæ & nos ingenuè confitemur, dicentes: illa ex benigno Dei pacto vim habere promerendi. Sed illud quod paulo ante dixerat, nullum extitiſſe pij operis meritum, quod ſi vero Dei iudicio examinaretur, non eſſet damnabile: dignū eſt reprehenſione. Abſurdum quippe eſt, quod opera ex ſe dānabilia, faciat meritoria vitæ æternæ. Hæc Caluinus in Philippum.

Melanchtonianı illius dogmatis cōfutatio.

Sed ſanè ego hanc Melanchtonis doctrinam prorſus vt falſam & hæreticam damno. Nam opera bona iuſtorum, quæ per gratiam Dei proferuntur, rationem, & proportionem habent ad vitam æternam, non ad præmia temporalia, vel ſpiritualia, niſi illa ſpiritualia contineant augmentum gratiæ, & iuſtitiæ; & iuxta Doctorum Scholaſticorum ſententiam, non ſpectant talia opera aliquod temporale præmium, directè & per ſe, ſed æternum tantùm. Nam ſæpè filij Dei inopia rerum temporalium premuntur, & ſanitate corporis indigent, etiamſi multa, & præclara vitæ æternæ merita habeant: quibus tamen neque ab infirmitate, neque à paupertate liberantur: nec euehuntur in Apoſtolatum, aut Epiſcopatum, aut ad ſimiles alias Eccleſiæ temporales dignitates.

Tria quoque Buceri dogmata confutantur.

Bucerus verò: *Nemo verò ſimpliciter cùm audiat mercedem, putet nos, cùm etiam pro Euagelio vitam fuderimus, quicquam poſſe apud Deum mereri, hoc eſt, facere, cui Deus quicquam debeat. Ante quidem toti Dei ſumus, ipſe nos, & bona omnia noſtra finxit: ipſe operatur in nobis, & vt velimus, & vt operemur.* Hæc ille.

Primum.

Philip. 2.

Sed quis negat quod Dei ſumus, & quod illi omnia debemus? Sed non propterea tollitur ratio meriti, cùm & hoc etiam contulerit, vt mereri poſſimus apud Deum. Errat etiam putando, quod cùm ille operetur in nobis, auferatur meritum, cùm potiùs ex eo, quod ipſe operantibus cooperatur, ſurgat meritum. Errat adhuc dicendo, quod nihil nos poſſumus operari ad quod non teneamur: quod tollit opera ſupererogationis. Subdit etiam, mercedem dari operibus, non quia mereātur, ſed quia opera conſequuntur, vt pater dat veſtem filio gnaviter literis vacanti, non quod mereatur, ſed quod poſt operam ſequatur. Sed hæc confuſa ſunt, & perplexa, & nihil ſucci habent, & ad obſcurandam veritatem excogitata.

Secundum.

Tertium.

Dignus.

Luc. 7.

Quartò, eſt vox illa, Dignus, de qua Lucæ 7. *Dignus eſt vt hoc illi præſtes* (id eſt, promeretur hanc gratiam abs te) *Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.* Et Apoca. 3. *Ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt.* Luc. 20. *Filij huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi verò qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis,* (id eſt, qui meruerint ſeculum illud, & reſurrectionem ex mortuis conſequi) *neq; nubent, neque ducent vxores.* Et infrà: *Vigilate vtique, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.*

Apoc. 3.

Luc. 20.

Infrà 21.

Græca habent καταξιωθῆτε, id eſt, mereamini. Paulus quoque 2. ad Theſſalon. 2. *Gloriamur*, inquit, *in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus quas ſuſtinetis, in exēplū iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei.* Et ſapien. 3. *Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.* Cùm contra de alijs dicatur: *Quibus dignus non erat mundus.* Et, *Obſecro vos vt ambuletis dignè Deo, & vocatione qua vocati eſtis.* Et cùm dixit, inuitatos ad cœnam, & non venientes, non fuiſſe dignos, tacitè innuenit, eos qui venerunt, dignos fuiſſe. Dominus quoque dixit: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non eſt me dignus:* Qui ergo à contrario ſenſu Chriſtū amant plus quam patrem aut matrem, digni ſunt Chriſto, & promerentur apud eum manere, & in eius familiaritate & conſortio.

2. Theſſ. 1.

Sapient. 3.

Hebr. 11.

Coloſſ. 1.

Epheſ. 4.

Matth. 22.

Supra 10.

Aut igitur opus eſt has omnes voces corrumpere, aut in bonis operibus iuſtorum meritum conſtituere. Eſt igitur vita æterna merces bonorum operum, & bonorum laborum glorioſus fructus, & operarum in vinea denarius diurnus, & præmium bonum per eleemoſynas theſaurizantium, & fructus ſeminantium ad iuſtitiam, & corona militantium, & corona vitæ patienter ferentium tribulationes, & brauium currentium, & corona iuſtitiæ curſum conſummantis Pauli.

Vita æterna quibus comparata.

Matth. 20.

Suprà 6.

Iacob. 3.

2 Tim 2.

Apoc. 2.

1. Cor. 9.

2. Tim. 4.

Sextò, argumentamur ab abſurdis, quæ ſublatis meritis conſequerentur. Nam in primis illis ſublatis refrigeſceret animus, & feruor operandi: otiabimur itaque, & abundabit iniquitas, & ad bona torpebimus. Deinde ſi nullum eſt meritum, quis ſe macerabit ieiunio? Quis preces fundet ad Deum? Quis laborabit in ſeruandis Dei, vel Eccleſiæ mandatis? Et aperiretur oſtium magnum Satanæ; & Deus promptior eſſet ad vindicem iuſtitiam, quam ad gratiam: quia puniret malos, & non remuneraret bonos. Tertiò, quia committitur

VI. ratio. ab incommodis.

Matth. 24.

I. ac II.

Tertia.

pecca-

Hebr. 11.
Ibidem 6.
Deus quomodo ſe inquirẽtibus remunerator ſit.

peccatum in Spritum ſanctum, expectando gloriam ſine meritis. Eſt enim Fides, ſubſtantia rerum ſperandarum, & reſpicit Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Et quid eſt Deum inquirere, niſi bonis operibus, & ſanctæ vitæ meritis promereri Dominum? Et quid eſt remunerator, niſi munerum, & mercedum redditor, qui Græcè dicitur Μισθαποδότης. Eſt enim munerare, nullius prioris officij, aut beneficij accepti compenſandi reſpectum aliquem ſibi demereri: at remunerat, qui acceptum beneficium, aut quod ſibi velut impenſum tulit, aliquo præmio compenſat. Spes præterea definitur à Theologis, præſertim à B. Thoma, quod ſit certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia, & meritis præueniens: at ſine meritis arrogãs eſſent, & temeraria. Vnde cum Fide excluduntur à regno operarij iniquitatis: quod etiam oſtendunt virgines fatuæ vanè expectantes, & dicentes *Domine, Domine, aperi nobis.*

Munerare, & remunerare, quis.

Spei definitio D. Tho. 2. 2. q. 17. art. 1. 2. & alibi, to. 11. Luc. 13.

Matt. 25.

Deniquè hæc opinio tolleret varia hominum merita, ac per hoc varias manſiones in domo Patris: nam ſi ſola conſideres Chriſti merita, & illa omnia quiſque ſua fide apprehendat, eadem profectò, & paria erunt omnium merita, etiam puerorum.

Ioan 14.
Vll tatio, ac ...ia.

Septimò: conſtant merita ex diuturno vſu Eccleſiæ, & cultu Dei. Meritis, inquit, & precibus B. Mariæ ſemper Virginis, & omnium ſanctorum: vt amborum, ſcilicet Apoſtolorum Petri & Pauli meritis æternitatis gloriam conſequamur. Et in die omnium ſanctorum: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium ſanctorum tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari.* Item in Hymno decantari ſolito:

Sanctorum merita inclyta gaudia,
Pangamus ſocij, geſtaq; fortia.

In Hymno de ...icat. eccleſ.

In alio Hymno dicitur:

Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis qui ob Chriſti nomen
Hic in mundo premitur.

& rurſus: *Deus fidelium remunerator animarum.* Et feria quarta Dominicæ 4. Quadrageſimæ: *Deus qui & iuſtis præmia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniam præbes.* Et rurſus: *Vt quibus fidei Chriſtianæ meritum contuliſti, dones & præmium.* Et ſexcenta alia huiuſmodi in diuino officio. Quis ferat autem orantem, vt dixit Innocen. I. non hominibus, ſed Deo mentiri?

...nnoc. I.
...anctorũ Pa...ũ de meritis ...onorũ ode...um teſtimo...ia.
...Dionyſ.

Idem etiam ex traditione Patrum oſtenditur. Ait enim in primis Dionyſius vltim. capit. de Eccleſiaſtica Hierarchia *Diuinus Pontifex, vt aiunt Scripturæ, eorum interpres, quæ à Deo iuſtè fiunt. Eſt enim Domini Dei præpotentis nuntius. Didicit ergo ex Scripturis quæ diuinitus prodita ſunt, eis qui ſanctè vixerint, ſplendidiſſimam, diuinamque vitam pro meritis æquiſſima trutina eſſe reddendam.* Hæc ille.

Pontifex ſeu ſacerdos qualis Dionyſio.

Vbi verbo κατ᾽ ἀξίαν vtitur, id eſt pro eo ac meritus eſt. Et iſtam varietatem meritorum tradit Dionyſius ex Scripturis eſſe acceptam. Deinde Baſilius in oratione de Quadraginta Martyribus: *Omnes inter ſe ſimiles, pares ſententia, pares certamine, ob eamque cauſam eiuſdẽ gloriæ coronis digni ſunt iudicati* (vel, eaſdẽ gloriæ coronas meriti ſunt) *Quæ tandem horum merita explicare poſſet oratio? nec quadraginta quidẽ lingua tantorũ virorum.* Hæc in ſenſu Baſilius. Idem in oratione in diuites, ad eos faciens apoſtrophen, inquit: *Quæro abs te, vtrius tandem temporis mercedem repetiturus es? ne quod in vita tibi datũ eſt, an eius quod vitam conſequitur: Atqui eo tẽpore cùm viueres, vitam ita voluptuariam egiſti, vt delicijs diffluens, ne inopes quidem intuerisuſtineres. Mortui autem, quæ tandem actio commemorari poteſt, aut quod operis præmium, ſeu operæpretium ei debetur? Exhibe opera, ac tua deinque præmia exige.*

B. Baſ. ho. 15. in prin. to. 2.

Idem ho. 8. to. eodem.

Adhæc Gregorius Nazianzenus in Monodia, vbi Baſilium confert cum Ioanne Baptiſta: *Hic etiam*, inquit, *Chriſti præco fieri meruit, etſi non præcurſor.* Auguſtinus libro de Natura, & Gratia: *Excepta itaque, ait, ſancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem: vnde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.*

Greg. Naz.

Aug. lib. de nat. & gra. c. 36 to. 7. circa med.
Eſa. 13.
1. Petr. 2.

Expende in tanto Doctore conſtitui in Diua Maria meritum, quo Mater Dei eſſe poſſet. Chryſoſtomus in poſteriorem epiſtolam ad Corinthios ita ſcribit: *A te autem quæro, ſit ne iuſtus hic Deus, & num vnicuique tribuat pro dignitate, an contra, iniuſtos homines velit vitam in voluptatibus degere, bonos autem ſupplicijs affici. Certè, non, inquies: hæc enim nec nomine quidem ei conuenire poſſunt.*

B. Chryſ.

Et ibidem enarrans illa verba: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: An tu*, inquit, *leue putas ſupplicium in choro illo annumerari: Non indignum iudicari gloria, quæ nulla oratione explicari poteſt.* Hæc ille ferè.

Idem ho. 11.
2 Cor. 5.

Accedit his Cyprianus, qui libro 4. epiſtola 6. his verbis vtitur: *O dies ille qualis & quantus adueniet, fratres dilectiſſimi, cum cœperit populum ſuum Dominus recenſere & diuinæ cognitionis exãine ſingulorũ merita cognoſcere, mittere in gehennã nocentes, &c.* Et paulò in-

B. Cyprian.

Digitized by Google

Idem.

lò infrà : *Hæc ſit armorum noſtrorum præparatio, hæc diurna, ac nocturna meditatio, ante oculos habere, & cogitatione ſemper, ac ſenſibus voluere iniquorum ſupplicia, & præmia ac merita iuſtorum.*

Idem.

Luc. 21.

Idem in ſerm. de eleemoſyna, loquens de vidua, quæ in Gazophylacium dona miſit: *Multum,* inqiut, *beata mulier, & glorioſa, quæ etiã ante diẽ iudicij meruit iudicis voce laudari.* Et infrà in fine ſermonis: *Si expeditos, ſi celeres, ſi in hoc operis agone currentes, dies nos vel reditionis, vel perſecutionis inuenerit, nuſquam Dominus meritis noſtris ac præmiũ deerit. In pace coronam vincentibus candidã pro operibus dabit, in perſecutione purpureã pro paſſione germinabit.* Er libro de vnitate Eccleſiæ: *Præceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem.* Lactantius quoque libr. 7. cap. vltim. ſub initium: *Vniuerſos oportet operam dare, vt ſe quamprimum ad rectam viam dirigant, vt ſuſceptis operatiſque virtutibus, huius vitæ laboribus patenter exactis, conſolatorẽ Deum habere mereãtur.* Tertullianus de exhortatione ad caſtitatē: *Promereri nolle, delinquere eſt.* Hilarius in ſecundum Pſalmum de Deo loquens, ait: *Amari ſe à nobis exigit, non vtique amoris in ſe noſtri fructum aliquem ſine cauſa ipſe percipiens, ſed amore ipſo potius, quo eum amabimus, profuturo. Nam amari ſe, ſibique nos obſequi idcircò à nobis expetit, vt digni beatitudinis ſuæ, ac bonitatis munere per meritum amoris ſui, & obſequij iudicemur.* Sic ille, & multa quæ inferius ſubiungit, quæ merita noſtra commendant.

Idem.

Lactant.

Tertull.

Hilar.

Amari Deus à nobis cur velit.

Idẽ can. 7 in Matt. ſub fin.

Idem ſuper illud Matt. 7. *Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus:* ita loquitur: *De noſtro igitur eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid ex proprio, vt bonũ velimus, malum omne vitemus, totoque affectu præceptis cœleſtibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Deo ſimus, agamuſque potius quod vult, quam quod poteſt, gloriemur.*

Amb ſer 39. ſub fin tom 3. circa fin.

Ambroſius ſermone de ieiunijs, & eleemoſynis: *Tributi enim,* inquit, *redditio illi præſtat beneficium qui accipit: eleemoſyna autem operatio ſibi confert meritum qui miniſtrat.* Et paulò infra: *Lætus ergo & hilaris eſt, qui pauperibus ſubminiſtrat. Recte plane eſt, quia per nummulos paucos, æternos theſauros ſibi cœleſtes acquirit.*

Idem.

Idem to. 5.

Chriſtũ qui ſequantur.

Et in caput tertium ad Philippenſes: *Qui intelligit ſui cauſa Chriſtum hominem factum, & paſſum, & victa morte reſurrexiſſe, contemptis, & ſpretis omnibus, hunc ſequitur, cuius præſidio videt ſe à morte liberatum, quærens cauſas ad promerendum eum, vt vel in aliquo illi vicem poſſit reddere, vt adhuc maiora conſequi mereatur promiſſa in reſurrectione.*

Idem. to. 2. à medio.

Et libro de viduis: *Nec inflatur Domini mater quaſi ſecura de meritis, ſed quo meritũ maius agnouit, eò votũ vberius exoluit, officium eius copioſius detulit, munus religioſius vexit, myſticum tempus impleuit.*

Item libro de vocatione Gentium: *Datur vnicuique ſine merito vnde tendat ad meritum, & datur ante vllum laborem, vnde quiſque mercedem accipiat ſecundum ſuum laborē.* Rurſus ibidem: *Deus ergo ijs quos eligit ſine meritis, dat vnde oriuntur & merita. Et fruſtrà dicitur quod ratio operandi non ſit in electis, cũ etiam ad hoc operentur vt electi ſint.* Infra: *Quamuis ergo quod ſtatuit Deus, nulla poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propoſitum liberi arbitrij deuotio relaxatur, cùm implendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem operũ, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorum: & qui bona geſſerint, non ſolùm ſecundum propoſitum Dei, ſed etiam ſecundum ſua merita coronentur.* Hæc ille, aſſerens merita non præiudicare electioni, aut prædeſtinationi Dei. Quanquam hæ duæ autoritates Ambroſij, magis tribuendæ ſunt Proſpero Aquitaniæ, qui autor creditur illorum librorum. Hieronymus quoque merita confitetur, nam lib. 2. aduerſus Iouinianum, probat in cœlo non eſſe omnium ſanctorum æqualem mercedem, totuſque ille liber pro nobis eſt. Et inter cætera ſic ait: *Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis* (ſcilicet Pauli:) *Et diſpar meritum æquali mercede compenſet.*

Idẽ lib. 2. de voca. gent. c. 2. circa med. to. 2 init.

1. Cor. 3.

Idẽ c. vlt. eiuſdem libri circa fin.

Diuina prædinatio opera noſtra nequaquam tollit.

B. Hier. to 2. ſub init.

Hebr. 6.

Et ad Salninam de viduitate ſeruanda: *Sacra narrat hiſtoria, Cornelium Centurionem cohortis Italicæ in tantũ acceptum Deo, vt Angelum ad eum mitteret, & omne myſterium, quo Petrus de circumciſionis anguſtijs transferebatur ad præputij latitudinem, ad illius merita pertineret: qui primus ab Apoſtolo baptizatus, ſalutem Gentium dedicauit.*

Idem epiſt.

Act. 10.

Cornelius Centurio primus à Petro baptizatus, ſalutẽ Gentiũ dedicauit.

Adhęc Gregorius explicans illud Iobis: *Saluabitur innocens, ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum: Quia enim* inquit, *diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia autem Dei ſum id quod ſum. Et quia eadem gratiam noſtrum liberum arbitrium ſequitur: adiungit: & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum ſe de ſe nihil eſſe conſpiceret, ait: Non autem ego. Et tamen quia ſe eſſe aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret, mecum, ſi cum præueniente gratia ſubſequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo ſe ſine gratia nihil eſſe oſtenderet, ait: Non ego. Vt verò ſe cum gratia operatum eſſe per liberum arbitrium demonſtraret, adiunxit, ſed gratia Dei mecum. Munditia itaque manuum ſuarum innocens ſaluabitur: quia qui hic præuenitur dono, vt innocens fiat, vt cùm ad iudicium ducitur, ex merito remunerabitur.*

Iob 22

Greg. lib. 16. Mor. c. 12. initio, to. 1.

1. Cor 15.

Paulinũ illud Gratia Dei ſum id, quod ſum, &c. doctè & acutè Greg. expendit.

Item Bernar. *Nolo meritũ, quod gratiã ex-*

Bern ſer. 67. in Cantica.

cludit

Greg.to.2.

cludit. Admittit ergo Bernaedus meritum quod oeitur ex gratia. Ruesus Gregorius homilia 9. in Ezech. *Praeueniente gratia, & bona voluntate ſubſequente, hoc quod omnipotentis Dei donum eſt, fit meritum noſtrum.*

Aug.to.7.circa med.

Idē epi.46. paulò à med.

Rom.3.

Auguſtinus verò, qui tantopere inſectatus eſt Pelagianos, nunquam negauit merita, ſed illa poſt Fidem, & gratiam ſtatuit. Vnde in peæfatione libri ad Valentinum de Gratia, & libeeo arbitrio: *Non negamus*, inquit, *quod ſit meritum, vel bonum piorū, vel malum impiorum: Alioquin quomodo Deus iudicabite mundum. Sed miſericordia & gratia Vbi, vt iuſtificetur impius, hoc eſt, ex impio fiat iuſtus, & incipiat habere meritum bonum, quod Deus coronabit, quando iudicabitur mundus.*

Auguſtini in Pelagianâ hæreſim triplex de iuſtificatione doctrina.

Tres igitue concluſiones Auguſtinus tuetur contra Pelagianos. Prima earum eſt quod ſine Fide & gratia nulla poſſunt eſſe bona opera, nec per conſequens merita: quæ tamen Pelagiani conſtituebant in viribus naturæ: vt promereri poſſimus, & gratiam, & gloriam. Secunda eſt, quod bona opera incipiunt ex fide, & gratia: & ſic incipiunt eſſe vitæ æternæ coram Deo meeitoria. Tertia, quod etſi bonis operibus eeddatur vita æterna, non propterea minùs gratia, & donum Dei ſunt: eò quod cū eemunerat merita noſtra, non coronat niſi dona ſua, & cap.1. aſſerit, per gratiam Dei nos liberari à noſtris malis meritis, & acquirere bona, per quæ perueniamus ad vitam. In quarto cap. ait, vitæ bonæ & piæ debeei vitam æternam. In ſexto docet, Paulum poſt merita bona habuiſſe coeonam iuſtitiæ; quia poſt merita mala conſecutus eſt gratiam, & miſericoediam. In ſeptimo ait: Si Dei dona ſunt bona meeita; tamen Deus nō tam coeonat illa vt merita noſtra, quam vt dona ſua. Idem Auguſt. in Pſal. 81. *Malis operibus quid debetur ni[illegible]nnatio: Bonis operibus quid debetur niſi [illegible]m calorum.* Et Epiſtola ad Sixtum: *Non fruſtrà Deo cantatur: Et miſericordia eius praueniet in me: & miſericorda eius ſubſequetur me. Vnde & ipſa vita aeterna, quæ vtique in fine habebitur, & ideò meritis præcedentibus redditur: tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud niſi quia gratis datur: nec ideò quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur. Vbi autem inuenimus etiam vitam æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificū defenſorem Apoſtolum Paulum: Stipendium, inquit, peccati mors eſt, gratia autem Dei, vita aeterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Vbi notat, quod cùm dixiſſet, Stipendium peccati, mors, quis non congruentiſſime, & conſequenter addere iudicaret: Stipendium iuſtitiæ, vita aeterna? Et verum eſt, quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito iuſtitiæ, tanquam ſtipendum vita aeterna. Aut ſi vellet dicere, iuſtitia, diceret fides, quoniam iuſtus ex fide viuit. Vnde etiam & merces appellatur plurimis ſanctarum Scripturarum locis: nunquam porrò dicta eſt merces iuſtitia, vel fides, quia iuſtitia, vel fides redditur merces. Quod eſt autem merces operanti, hoc militanti ſtipendium. Sed beatus Apoſtolus elationem, qua vſque adeò magis tentat irrepere, vt & ſibi propter ipſum dicat datum Angelum Satanæ à quo colaphizaretur, ne verticem præſumptionis erigeret. Aduerſus hanc ergo elationis peſtem vigilantiſſimè militans: Stipendium, inquit, peccati, mors. Rectè ſtipendium, quia debetur, quia dignè retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iuſtitia de humano ſe extolleret bono merito, ſicut humanum meritum malū non dubitatur eſſe peccatum, non à contrario retulit, dicens: Stipendium iuſtitiæ vita aeterna. Et hæc, ne præter mediatorē aliqua alia via quæreretur, adiecit: In Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Hæc ille, eleganter locum Pauli expendens.

Idem to.6.

Idē epi.105. ante med.co.2.

Pſal 58.

Pſalm. 22.

Rom 6.

Apoſtolicum dictū: Stipendium peccati mors: Gratia autem Dei, vita æterna: perpendit Auguſtinus.

Habac, 2.

Rom.1.

Fides vel iuſtitia cur merces nūquam appelletur.

2.Cor.12.

Mors cur ſtipēdiū peccati

Idē lib.14. de Trin. c.15 ini. tom 3.

Idem Auguſtinus libr. de Trinitate: *Quid animam faciet beatam niſi meritum ſuū, & præmium Domini ſui? Sed & meritum eius gratia eſt illius, cuius præmium erit beatitudo eius.*

Idē lib. de Morib Eccl. c 25. to 1. prope fin.

Deut. 6.

Matth. 22.

Idem libro de Moribus Eccleſiæ: *Diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, quicunque ad vitam æternam peruenire propoſuimus. Vita enim æterna eſt totū præmium, cuius promiſſione gaudemus: nec præmium poteſt præcedere merita, & prius homini dari quam dignus eſt. Quid enim hoc iniuſtius, & quid iuſtius Deo? Non ergo debemus poſcere præmium, antequam mereamur accipere.*

Coleſtin Pap.

His adiungam teſtimonium Celeſtini Papæ, qui epiſtol. 1. Can. 12. inquit: *Tanta erga omnes homines eſt bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit laturus.*

Conc. Arauſ. II.c.10.to.conciltor.

Conc. Tolet. IV.c 1.to 2.

Et Concilium Arauſicanum II. *Debetur*, inquit, *merces bonis operibus, ſi fiant.* Et Conceil. Toleta. IV. *Percepturi ſumus ab ipſo* (ſcilicet Chriſto) *alij pro iuſtitiæ meritis vitā æternam, alij pro peccatis ſupplicij æterni ſententiam.* Cùm igitue tot Patrum ſententijs corroboratam relinquamus bonoeum meritorum aſſertionem, supereſt, vt, niſi inertes, & ignaui eſſe velimus, gratia Dei in nobis merita multiplieaee enitamur, quo excellentiorem eoeonam apud iuſtum iudieem adipiſci valeamus, ipſo eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto peæſtante, & noſtris laboeibus benè fauente.

DISPVTATIO XVII.

In qua Hæreticorum obiectiones refelluntur, qui meriti rationem in bonis operibus iuſtorum inficiantur.

Duo veritas requirit.

QVONTAM non ſatis eſt Catholicam veritatem aſſerere, & confirmare, niſi etiam illam ab argumentis quæ in eam infringendam fiunt, propugnemus, ac vindicemus: obiectiones, quæ contra tam perſpicuum, & patens dogma conflantur, in medium ſunt producendæ, & pro virili reſoluendæ, ac reuincendæ. Poſito enim hoc fundamento, quod mereri, nihil eſt aliud, quam operari apud aliquem, quod dignum ſit aliquo pretio, & mercede, & quod merces operanti reddatur recompenſationis gratia ab eo pro quo operatus eſt, primum argumentum colligitur à perſona merente apud Deum, quod non ſit vllum meritum. Inter eos enim non poteſt conſtare ratio meriti, inter quos nulla inuenitur ratio iuſti: quandoquidem in æquo fundatur ratio meriti: at inter Deum & nos ratio iuſti nulla ſingi poteſt, cùm ſimus ad illum comparati, ſicut lutum ad figulum, (atque etiam minus, dicente Domino: *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael*) quid poterit prætendere lutum à figulo? Nunquid dicit, Quid facit aut, Quid me ſic feciſti ſic.

I. argum.

Meriti ſ æquo innititur.

Ierem. 18.

Rom. 9.

Si enim in humanis legibus non inuenitur iuſtum inter ſeruum & dominum ſuũ; quantò minus inter creaturam, & Deum Dominum? Quod ſi comparemur ad Deũ, non vt creatorem, ſed quaſi benefactorem & redemptorem; quid poſſumus illi impẽdere non debitum? Nam ſi quod ſumus, & quicquid valemus, Deo debemus: quomodo illi præſtando debita, & quod iuſſit faciẽdo, mereri poterimus, cum ſcriptũ ſit: *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.*

Luc. 17.

Solutio. Per gratiam filij Dei ſumus.

Reſpondemus, vera eſſe hæc omnia, ſi cõſideremur ſecundùm naturam noſtram, in qua conditi ſumus: ſecus eſt ſi gratiam Dei reſpiciamus: quia nobis dictum eſt: *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Et nos ſumus illi conſortes diuinæ naturæ, vt ait Petrus: quomodo ergo lutum, ſi Dei filij? Et non confunditur nos vocare fratres; dixit: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Nõ ſumus ergo lutum, qui tantum theſaurum habemus in vaſis fictilibus, domos luteas corporis huius geſtantes: quanuis & illæ reſeruandæ ſint configuratę corpori claritatis Chriſti. Etſi ergo opera talia vt creaturæ ſint debita; ob charitatem tamen à qua prodeunt, ſunt gratuita. Et ſicut ratio debiti vt creaturæ non tollit rationem gratuiti vt filij Dei, ita nec rationem meriti.

Pſal. 81.
Ioan. 10.

2. Cor. 4.
Philip. 3.

II. argum.

Secundò arguunt ex ratione operis ipſius: Nam ſi malum ſit, potiùs mortem, quam vitam promerebitur, Vnde dixit Lutherus: *Omne opus quantumuis pij & iuſti eſſe damnabile coram Deo*: quia facti ſumus vt immundi omnes nos, Eſaias inquit, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, & Iob: *Verè ſcio quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo.* Deinde etſi bonum ſit opus, non tamen ſatis eſt vt mereatur à quoquam, niſi ei ſit bonum, à quo exigitur meritum, & apud quem dicimus mercedem promereri: At ſi iuſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Præterea, vt merces operi debeatur, opus eſt æquale eſſe meritum in valore ipſi mercedi: at vita æterna longè excedit operum dignitatem, cùm ſcriptũ ſit: *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Lutheri blaſphemia.

Eſai. 64.

Iob 9.

Infrà 35.

Rom. 8.

Denique quicquid boni operis operari contingat, impurum eſt & imperfectum, & multis maculis & culpis reſperſum. Nemo enim implet totam legem, quia in multis offendimus omnes: porrò qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus: &, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnib[illegible] quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Adhæc omnia dicendum eſt; illud Lutheri dogma, opus cuiuſuis iuſti eſſe, damnabile eſſe coram Deo, reprobatum eſt, & ab omnibus ſanis mentibus tanquam inſanum exploſum. Quod verò ex Eſaia producit: *Quaſi pãnus menſtruatæ vniuerſa iuſtitia noſtra*: de operibus noſtris in ſtatu n[illegible] corruptæ intelligendum eſt, nam ill[illegible] ſunt noſtræ. At quæ in ſtatu gratiæ operamur, Dei ſunt. Vnde & opera Abel dicuntur iuſta à dilecto diſcipulo, & Moyſes ait: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*: & de Ezechia ſcriptum eſt quod in veritate, & in corde perfecto ambulauerit, & quod bonum eſt in oculis Dei benefecerit. Quod verò ex libro Iob producitur: Verè ſcio quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille: ſed meum iudicem deprecabor: profectò nemo eſt qui neſciat, hominem Deo compoſitum, non iuſtificari coram illo, & quod ſi voluerit iudicio contendere, non poterit ei reſpondere. Sed aliud eſt cum eo contendere, aliud ſperare in promiſſis bonorum

Iacob. 3.
Suprà 2.
Deut. 27.
Galat. 3.

Solutio.

Quid illud quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.

1. Ioan. 3.
Gen. 4.
Eſa. 38.

Illud Iobis: verè ſcio ꝙ non iuſtificetur homo cõpoſitus Deo, vt ſit accipiendum.

operum

1.Ioan.3.

operum. Et vt ait Dilectus: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Ipſe etiam non vult iudicio contendere nobiſcum, quia eius mandatis paruimus. Etſi in multis imperfecti ſumus; conſolatur nos verbum Ambroſij dicentis: *Bonum Dominum habemus.* Itaque confidenter poterimus Domino dicere quod Iob ipſe aiebat, qui vbi multa pro Deo contra ſe dixiſſet, ſubiunxit, quod etſi lotus eſſet quaſi aquis niuium, id eſt, à peccatis baptizatus, & fulſiſſent manus ſuæ veluti mundiſſimæ; id eſt, quod etiam ab omni opere prauo abſtinuiſſet: tamen ſordibus intingere eum poſſet Deus, eò quod inquinarent eum veſtimenta ſua, & abominarentur. Quæ ſunt iſta veſtimenta, & ſordes, niſi caro peccati, in qua non eſt bonū, ſed malum? quia reſiſtit ſpiritui, vt non quæcunque volumus bona, illa faciamus. Sed nunquid homo in Chriſto exiſtens, dignus eſt damnatione? Abſit. Certè ſi imputare vellet quæ ſunt in hac veſte noſtra, id eſt, in corpore mortis huius, quæ non ſunt imputabilia, quia nec voluntaria, nemo poſſet cum eo iudicio contendere. Et ſubdit rationem: *Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo, nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri. Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum ſuā in ambobus.* Et ſubdit: *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpondere.* Quibus verbis oſtendit ſe habere quod illi reſpondere, ſi velit amouere virgam potentiæ ſuæ, & ſtare dictis, quæ Ieſus filius eius enunciauit, qui dixit: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo.* Nihil igitur his terroribus cōmouemur, cùm reſpicimus ad Chriſtū qui ſerenauit omnia, & pacatum nobis reddidit Patrem ſuum, acceſſumque præbuit ad Deum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus: per quam nihil eſt damnationis ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundū carnem ambulant. Ad ſecundum dicitur: verum eſſe, nihil Deo cōferri poſſe per bona opera noſtra; & tamen nihil prohibet eundem ex gratia perinde noſtra opera accipere, ac ſi illi eſſent vtilia. Ipſe enim tantam per Ieſum nobiſcum cognationē contraxit, vt quodcunque nobis ipſis conferimus boni, quaſi in ſe collatum recipiat. Nā de muliere illa dixit: *Opus bonum operata eſt in me, Et, Vade, & tu fac ſimiliter.* Quod ſi ipſe non ageat, egent membra ſua, de quibus dicit: *Qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.* Et iterum: *Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

Deus cur nolit iudicio cōtendere nobiſcum.

Iob.9.

Quid ſignificet: Si lotus fuerit quaſi aquis niuiū, & fulſerint velut mūdiſſimæ manus meæ.

Veſtimenta Iobis inquinari, quid myſticè.

Rom. 7.
Galat 5.
Rom.8.
Supra 7.

Homo iuſtus iudicio cum Deo contendere quando non poſſit.

Ioan.14.
Coloſſ 1.
Rom.5.
Rom.8.

Cur Deo opera noſtra, etſi ei inutilia, ſint tamen accepta.

Dei in nos mira benignitas.

Matth.26.
Luc.10.

Matt 10.
Infrà 25.

Ad tertium reſpondeo: quod etſi meritum non æquiualeat mercedi gloriæ, maximè ſi paſſiones noſtræ, & opera ex ſe cōſiderentur; tamen ſi attendamus Dei pacta & placita, quod hoc præmio dignatus ſit illa afficere, vt de condigno mereantur, inueniemus illa præmio æterno digna. Nā ipſe dixit: *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, &c. gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.*

Merita noſtra quatenus vt mercedi reſpondeant.

Rom.8.

Et in poſteriori ad Theſſalonicenſes de paſſionibus toleratis Apoſtolus ait: *Vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini;* quod vltimò dicitur, imperfecta eſſe opera noſtra, & multis maculis aſperſa: non eſt abſolutè verum. Quod ſi quis de ſe aſſereret, aut de manentibus in communi gratia, libenter illud audiremus: at de viris ſanctiſſimis, qui pleni ſpiritu ſancto, & fortitudine animas ſuas pro Chriſto tradiderunt, hoc non eſt ferendum. Quam enim iſti poſſunt maiorem charitatem inuenire, quam ponere animas ſuas pro Chriſto? Et quid exigit Deus amplius ab eo, qui de ſe ait: *Viuo ego, iam non ego?* Et ab his, qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs? Non inficiamur tamen, non carere aliqua imperfectione ſanctorum opera, ſi ad perfectionem, quæ in patria eſt, comparentur: ſed illam patriæ perfectionem Deus à viatore non exigit. Nec etiam negamus ſi etiam ad quoddam perfectum quod fuiſſet in ſtatu innocentiæ, ipſa iuſtorum opera conferamus, imperfecta eſſe propter pugnas carnis in Spiritum, & Spiritus in carnem: tamen hæc imperfectio cùm ſit Chriſti ſanguine purgata, non imputatur nobis à Deo. Adhæc fatemur, multa iuſtorum opera, ſi ſtrictiùs exigantur, nonnihil mereri correctionis, & emendationis: ſed nōn propterea ſunt damnabilia ex eo, quod ex feruenti charitate Dei non prodeunt.

Supra 5.
2.Theſſ.1.

Quatenus admittendū opera iuſtorū multos habere defectus.

I. Solutio.

Ioan 15.
Galat.2.
Infrà 5.

II. Solutio.

Ibidem.

III. Solutio.

Quod dicitur: *In multis offendimus omnes: Et, Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus: Et, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis:* Reſpondemus, peccatum mortiferū, quod in Scriptura præuaricatio, vel tranſgreſſio, vel crimen, vel iniquitas vocatur, non poteſt ſimul eſſe cum gratia: veniale verò non ſolùm cum gratia, ſed etiam cum iuſtitiæ perfectione ſtare poteſt: vt erant in Ioanne Baptiſta, & Apoſtolis. Deinde præuaricatio legis Moſeos confeſtim recipiebat iuſtam retributionem, & maledicto ſubiectus erat qui non ſeruabat: ſed illud maledictum non erat ſuper æternis bonis, quia hæc pendebant ex ſuſceptione

Iacob.3.
Suprà 2.
Deut. 27.
Galat 3.

De illo Apoſtoli dicto: In multis offendimus oēs, qd ſentiendum. Illud Maledictus omnis qui nō permāſerit in omnibus &c. aliter legi veteri, aliter nouæ & Euāgelicæ cōuenire dupliciter.

Chriſti:ideò illud male dictum ad Iudæos tantùm pertinebat,non ad nos. Tertiò, in lege Euangelij non fertur maledictum, ſtatim ac quis eſt præuaricatus, ſed ſi in præuaricatione perſeuerat.

Ezech. 3.
Suprà 10.

Hoc enim legis gratiæ beneficium eſt. *Nolo mortẽ impij*, Dicit Dominus Deus,*ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.*

Heb. 6.

Et terra proferens ſpinas,reproba eſt, & maledicto proxima, nondum maledicta. Nam Chriſtus in finem ſeruat maledictionem, cùm dicit: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, Poſtremò,maledictio Chriſti non venit à peccato leui, & veniali, à quo non poſſumus nos in vniuerſum cuſtodire: quod oratione, & alijs bonis operibus diſpungitur. Ita etſi fortè non detur nobis viuere ſine peccato, detur tamen viuere ſine crimine; & fortaſſe etiam ſine peccato: quia peccata venialia neque gratiæ, neque perfectioni iuſtitiæ repugnant, vt Auguſtinus ſæpè docet, maximè libro 4. contra duas epiſtolas Pelagianorum, cap. 6. & de Spiritu, & litera, cap. 28. Sunt autem Pauli voces huiuſmodi: *Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti: Fidelis Deus, per quẽ vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri:: Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur: Fidelis eſt qui vocauit vos, qui etiam faciet.* Et Petrus: *Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriã in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq; &c.*

Matth. 25.
Cur peccatũ veniale maledictionẽ Chriſti nõ mereatur ęternam.
Propria huiꝰ vitę iuſtitia, & impeccantia qualis.
B. Aug. t. 7. à medio.
Idem to. 3.
2. Cor. 1.
Ibidem 9.
1. Theſſ. 5.
1. Petr. 5.

III. argum.

Tertiò argumentantur ab opere meritorio, quod cùm ex libero arbitrio procedat, illud nõ poteſt eſſe tale principium, cum omni conatu ſuo, vt valeat aſcendere ad promerendam vitam æternam: Quia liberum arbitrium, teſte Auguſtino, nil niſi ad peccandum valet, ſi lateat veritatis via. Neque etiam opus vt ex gratia procedit, meritorium eſſe valet: quia opus ex gratia, vt tale eſt, non eſt noſtrum, ſed Dei operantis in nobis. Dicendum eſt, liberum arbitrium nulla gratia informatum, vim promerendi beatitudinem non habere: vt tamen gratia ornatum eſt, ſanum redditur, & placens Deo, & quæ ab ipſo procedunt opera, tanquam fructus bonæ arboris acceptos habet. Vnde quæ inde adueniunt, etiam noſtra dicuntur, nõ quia à libero arbitrio producta, ſed quia à gratia: quæ cùm data ſit nobis, & adiecta, noſtra eſt, vt ita dictum ſit: *Vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.*

A Aug. multis in locis.
Liberũ hominis arbitrium qua tantũ ratione vitam promereatur æternam.
Matth. 5.

Neque ab illis duobus procedunt opera tanquam à duobus diſtinctis principijs, ſed tanquam ab vno: quia gratia, & liberum arbitrium vnum ſunt, ſicut corpus & anima vnum ſunt. Et ob eam cauſam dixit Auguſtinus, Deum, cùm remunerat merita noſtra, non coronare niſi dona ſua. Quare ſtultum eſt quod aſſerunt Hæretici, Deum ita operari in nobis, vt ipſe ſolus per nos operetur quaſi per inſenſibilia inſtrumenta: quod eſt hominis naturam negare. Etſi enim Deus vt prima cauſa, & omnium effectiua ſit; non tamen omnium immediata, & proxima cauſa. Nam voluit pro bonitate ſua creaturas rationales habere virtutem operandi, vt ſimul ſecum coefficiant, & cooperentur. Ideò indiſtinctè verum eſt, Deum cuncta operari quæ nos operamur: nam cuncta creata ſunt, teſte Scriptura, vt operarentur. Sed ſicut hominis finis duplex eſt, alter naturalis, in quem Adam natura ſua conditus eſt, alter verò ſupernaturalis, quo homo gratia Dei filius conſtituitur: ita duplicia ſunt opera eius, alia videlicet conſona naturæ, alia conformia gratiæ. Et licet illa quę gratiæ ſunt, homo dicere poſſit ſua eſſe: magis tamen illa quæ ſunt naturæ, quia prodeũt ex principijs homini debitis. Quæ autem gratiæ ſunt, minùs noſtra ſunt, quia ex gratis datis principijs, & non ex debito proficiſcuntur.

B. Aug. in Pſal. 70. & 102. & 39. circa med. to. 8.
Hominẽ liberè & voluntariè cum Deo ad operandum concurrere, contra Hæreticos.
Gen. 2.
Sapient. 1.
Finis hominis duplex quinam.
Gen. 1.
Opera eiuſdẽ duplicia.

IV. argum.

Quartò, tale conflant argumentum: Bona opera quæ facimus, cùm ſint actiones bonæ voluntatis tranſeuntes, nihil videtur in eis permanere, quod dignum pręmio videatur: pro actu autem tranſitorio indignum videtur dare vitam ęternã. Dicendum eſt, non deeſſe aliquod opus permanens, cui iure debeatur iſta corona: hoc eſt autem cor nouum, & mundum à Deo purificatum, per Fidem & Charitatem, quod per aſſidua opera bona amplius indies renouatur, & purificatur: Et hoc eſt opus Dei, cui redditur meritum viſionis, de quo Dominus: *Beati mundo corde: quoniã ipſi Deum videbunt.* Et hæc cordis munditia, veſtis eſt nuptialis, quæ meretur ingreſſum ad nuptias. Ideò Paulus nolebat expoliari, ſed ſuperueſtiri: Si tamen, inquit, veſtiti, & non nudi inueniamur. Manet ergo opus Dei, & noſtrum quod coronandum eſt, ita vt propterea dicatur: Opera enim illorum ſequuntur illos, qui in Domino videlicet moriuntur. Nec hoc fugit Ariſtotelem, qui in libris Ethicorum ait: *Rationi conſentaneum eſt, Dominum eo gaudere quod eſt optimũ, maximèque ſibi cognatum, hoc autem fuerit ipſa mens, & in eos qui hoc maximè amant, atque honorant, benefi-*

Quid in bono opere ſẽper maneat æterno præmio dignum.
Ezech. 36.
Matth. 5.
Act. 15.
2. Cor. 4.
Matth. 5.
Infrà 22.
2. Cor. 5.
Ibidem 5.
Apoc. 14.
Ariſt. lib. 10. Ethic. c. 8. to. 2.

cia viciſſim conferre, tanquam curam iis, quæ ſibi ſunt chara. Sic ille, lumine tantum naturæ ſuffultus.

V. argum.

Quid iuſtum ſit & dicatur.

Quintò, ex parte Dei mercedem reddentis, argumentum petitur. Si enim ratio meriti in iuſto conſiſtit, Iuſtum autem legem ſuperiorem ponat (id enim iuſtum eſt quod legem ſuperiorem ponit) quæ rogo lex erit voluntate Dei ſuperior? Non ergo poteſt in Deum cadere iuſti ratio, q̄ ſub nulla lege eſt. Reſpondemus, ita fuiſſe futurum, niſi ipſe ſua volūtate hoc iuſtum conſtituiſſet. Eleuans enim nos in conditionem ſublimiorem, vt cum eo commercium habere poſſimus, nobiſcum pactum inijt legem ſibi præſcribens: & mirifico iureiurando, cui volens ſe ſubiecit, confirmauit: iurauit antem per ſe, quia nō habuit maiorem per quem iuraret, vt notat Paulus: quod pactum ſi Deus non obſeruaret, iniuſtus eſſet; quod veritus non eſt Paulus aſſerere. Sed profectò impoſſibile fuit illud eum non ſeruare, quod æterna voluntate, & in æternum promiſit, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, & quia ſine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei: & non ſeruauit pactum quaſi coactus à lege ſuperiori, ſed tanquam ipſe condens iuſtum, cui ſe propenſiſſima voluntate ſubdidit: Et cùm hoc ſeruat, ſe ipſum ſeruat. Hinc dixit Apoſtolus. *Negare ſe ipſum non poteſt.* Cùm ergo reddit nobis promiſſa, ſibi reddit in Filio ſuo, & in nobis, vel potiùs Filio ſuo, & nobis in ſeipſo.

In eo quod opera noſtra ſupra meritū ipſorum à Deo remunerantur, ratio iuſti vel conſeruetur.

Deus cur iuret per ſeipſum, teſte Paulo. *Hebr. 6. Ibidem. Pſal. 144. Rom. 11. 2 Tim 2.*

VI. argum.

Pueri quorū virtute meritorum ſeruentur.

Sextò, ſi bona merita ad vitam exiguntur æternam, quid dicemus de pueris, qui nec operari, ac proinde promereri potuerunt? an ne iſti ſpoliandi ſunt regno cœlorum? Sufficiunt ergo nobis Chriſti merita. Reſpondemns, pueris patere regnum cœlorum; ſed vt illis abſque propria credulitate fides ſuppletur per maiores, & imputatur illis à Deo perinde ac ſi credidiſſent, ita & opera ſupplentur. quia non poſſunt per ſe operari: Chriſti enim merita illis applicantur in baptiſmo. De adultis verò aliud eſt iudicium: quia ſi noluerint operari, vt debent, cum deriſione mittentur in forum, vt emant ſibi oleum: *Ite potius*, aiunt prudentes fatuis virginibus, *ad vendentes, & emite vobis*: & interim clauduntur ianuæ, quia fatuè ſe geſſerunt. Quod ſi præuenti morte operari nequeant; recipitur à Deo bonum votum, & animi promptitudo. At pueris qui pro ſe ipſis operari nequeunt, applicantur merita Chriſti; & propterea vltimum gradum beatitudinis poſſident. Et inter hos pueros qui confirmationis Sacramentum Baptiſmo addiderunt, dubium non eſt celſiorem locum illos poſſidere.

Ab adultis cur opera exigantur & merita. *Matth. 25.*

Quando illi ſeruari ſine ſuis meritis poſſint.

VII. argum.

Septimò, ſi noſtra opera neceſſaria ſunt ad promerendum regnum, conſequi videtur, Chriſtum Dominum nobis illud nō promeruiſſe, aut ſaltem non ſatis idoneè, ſi opus fuit vt eius meritis noſtra adiungamus: quod dignitati Chriſti derogare videtur. Dicendum eſt, noſtra, & Chriſti merita pariter requiri, quia ita voluit. Nec propterea Chriſti meritis derogatur: non enim exiguntur quaſi ſua non ſuffecerint, ſed quia decens non erat, vt abſque nullo noſtro opere Chriſti merita nobis applicarentur. Nam quia aſſimilandi illi eramus in gloria, par erat vt & in gratia configuremur, & inueniretur miſericordia, & veritas in hac via Domini. Amplitudo igitur meritorum Chriſti in hoc conſiſtit, quod ea à ſe habuit, & ſolus promeruit merita noſtra: non enim fit diminutio meritorum Chriſti, ſed potiùs accretio, ſiquidem noſtra merita cum Chriſti meritis non concurrūt quaſi de pari, vt mereantur, ſed illa Chriſti præcedunt; & in hoc valent, vt & nos mereri quoque poſſimus: quod ex meritis eius accepimus grátiam, vnde veniant & bona opera, & merita noſtra. Itaque in Chriſti meritis continentur noſtra, vt cum eo ſobriè in Domino gloriemur, non in nobis, quaſi in nobis, ſed in illo exiſtentibus. Quare Bernardus ſuper Cantica rectè dixit: Sufficit ad meritum, ſcire quod non ſufficiant merita. Sed vt ad meritum ſatis eſt de meritis non præſumere; ſic carere meritis, ſatis ad iudicium eſt. Porrò infantium renatorum neminem carere meritis, ſed Chriſti habere merita. Quibus ſe tamen indignos reddunt, ſi ſua iungere non nequiuerint, ſed neglexerint: quod quidem periculum iam adultæ ætatis eſt. Merita proinde habere cures: habita, data noueris: fructum ſperaueris Dei miſericordiā. Hæc ille. Ex qua ſententia perſpicuum redditur quod tam præſumere de meritis, ſiue proprijs arròganter, ſiue Chriſti ipſius tantùm ſine proprijs, vituperabile eſt, & reprehendendum.

Præter Chriſti cur etiā neceſſaria ſint merita noſtra.

Rom 8.

Pſal. 84. Nihil merita iuſtorū quę ponuntur gloriæ meritorum Chriſti derogare, imo etiam atrogare.

2 Cor 1. 1 Cor. 1. B. Ber. ſer 68. ſuper Cantica ſub fin.

Ad meritum quid ſatis ſit, & quid ad iudicium, teſte Bernardo.

VIII. argum.

Octauò, illa opinio quæ magis ad humiliandum hominem facit, vt agnoſcat homo quod nihil eſt, venit ei præferenda quæ hominem tumidum, & elarum facit: ſed ſententia quæ docet, hominem gratis iuſtificari coram Deo, tollit opera, hoc eſt merita, vt non iuſtificetur omnis caro coram illo; &, ſi operibus, iam non ex gratia. Tollit etiam rationem meritorum à iuſtis, quorum opera dicuntur reputari ad iuſtitiam, vt teſtatur Paulus ad

Rom. 3. Infrà 11.

Suprà 4. *Pſalm. 105.* *Num. 25.*

Romanos capite 4. & Iacobus capite 2. & de Phinees ait Dauid, quod actus ille, quo fornicantes puniuit, reputatus ſit illi ad iuſtitiam: ergo iuſti opera non minùs ſunt gratioſa, quam quæ ad iuſtitiam diſponunt. Dicendum eſt, hic non eſſe ſermonem de fide, vel alijs præparationibus, quæ ad percipiendam gratiam diſponunt: conſtat enim in illis nullum eſſe iuſtitiæ meritum, quanquam tenue quoddam, & diminutum meritum, quod congrui dicitur, in illis admiſerimus: cæterùm opera iam iuſtificatorum veram meriti rationem habent.

Opera iuſtorū quæ ſola verā habeant meriti rationem.

Nec propterea minùs humilem reddit iuſtum hæc opinio: quia quicquid iuſtitiæ eſt, à gratia Dei ortum habet. Et amplius eſt quod nos docemus, quam quod illi: nō tantùm enim dicimus nobis dari coronas, ſed etiam merita, in quibus coronam cōparemus: quod certè celſius eſt & magnificentius.

Aſſerētes iuſtificationem ex operib. ſuis, magis in Deo, quā in ſeipſis gloriādi occaſionē porrigere.

¶ Nec prohibet ſimpliciter Apoſtolus gloriari; ſed in nobis, ſicut idem docet. Ait enim Propheta: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde.* Et iterum Apoſtolus: *Oramus ſemper pro vobis, vt dignetur nos vocatione ſua Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomē Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo.*

Gloriari tantū in Domino concedit Apoſtolus. *Pſalm. 31.* *2. Theſſ. 1.*

Quod verò opera iuſtorum dicantur reputari ad iuſtitiam: hoc dictum eſt, quoniam vel reputantur ad aliquem gradum gratiæ, vel gloriæ, cuius ex ſe non erant meritoria; vel ad conſequenda bona temporalia, ad quæ eiuſmodi merita non ſunt ordinata. Vel melius dicendum, illa reputari, quatenus natura nuda, & vires liberi arbitrij, vnde proficiſcuntur, conſiderantur. Nam vt Fides, & diſpoſitiones cum ea præcedentes ex gratia reputantur ad iuſtitiem ſupra naturam, & vim liberi arbitrij, ita opera ſemel iuſtificatorum ſi inſpiciantur, vt à iuſtis Dei gratia inſignitis prodeunt, merita ſunt. Si verò, vt à libero arbitrio, & ab humana natura prodeuvt, dici poſſunt imputari ex gratia ad vitam æternam: quemadmodum etiam dicuntur non eſſe condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam in nobis reuelandam.

Bona opera ſi iuſtificant, cur dicuntur ad iuſtitiam imputari.

I. Solutio.

Altera congruentia.

Rom. 8.

Nonò, ex Latrone petitur argumentum, qui admiſſus eſt ad regnum vndecima hora vocatus, non ſolùm nulla merita bona habens, ſed multa mala merita. Reſpondeo: Latronem abſque proprijs meritis nec illis quidem exiguis, quanquam modico tempore exactis, cœlum non obtinuiſſe; nam confeſſus eſt Chriſtum Dominum noſtrum, & illum quidem crucifixum; profeſſus eſt ſuam prauitatem, & iuſtum ſuum ſupplicium: profeſſus eſt Chriſti innocentiam, & regnum: correxit alterū latronem blaſphemantem, & libenter propriam crucem pro Chriſto, & cum Chriſto ſuſtinuit. Vnde Eccleſia egregium ſuorum meritorum encomium pronunciat, dum quinta feria Hebdomadæ ſanctæ precatur, dicens: *Deus, à quo & Iudas proditor reatus ſui pœnam, & confeſſionis ſuæ Latro præmium ſumpſit: concede nobis tuæ propitiationis effectum, vt ſicut in paſſione ſua Ieſus Chriſtus Dominus noſter diuerſa vtriuſque intulit ſtipendia meritorum, &c.*

IX argum. *Luc. 23.*

Matt. 20.

Bonus latro quibus meritis ſibi regnū cœleſte comparauerit.

Infrà 27.

Decimò, ex Paulo argumentantur: *Si filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Et, Gratia Dei, vita æterna:* Sed certum eſt, per gratiam nos ius habere ad gloriam; eſt enim hæres qui ius habet ad hæreditatem: ergo ad vitam æternam ante omnia merita ius habemus. Dicendum eſt, per gratiam verè nos hæredes reddi: ſed non abſolutè, quia ſubiungit: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Quia teſtamentum conditionatum exiſtit his qui ſeruat teſtamentum eius, & memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. *Hæreditate*, ait Dauid, *acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt*; Et iuſtis dicitur: *Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, & reliqua.*

X. argum. *Rom. 8.* *Suprà 6.*

Hæres quis.

Quatenus per gratiam Dei ſimus hæredes. *Pſalm. 102.*

Pſal. 118.

Matth. 25.

Quibus in locis oſtenditur, hæreditatem adiri non tantùm ratione filiationis, ſed etiam ratione obedientiæ, & meritorum. Quemadmodum etiam corporis gloria debita erat Chriſto Domino, quia Filius Dei erat, illam tamen paſſione ſua, & morte promeruit. Quia oportuit pati CHRISTVM; & ita intrare in gloriā ſuam, id eſt, ſibi debitam.

Cœleſtis hæreditas habetur dupliciter.

Præterea, aliud eſt vita æterna, aliud poſſeſſio vitæ æternæ: quemadmodum aliud erat Terra promiſſa, aliud ius ad illam: ſed vt ius, & titulum Terræ illius filijs Iſrael dono dedit DEVS, ad cuius tamen poſſeſſionem non ſunt ingreſſi, niſi fortiter debellando inimicos, & eos de Terra expellendo, ita in gratia quæ gratis data, datur quidem ius, & actio ad gloriam ſimul cum gratia, at ingreſſum in vitam æternam, & regni cœleſtis poſſeſſionem, nemo niſi bonorum operum, & patientiæ meritis conſequi poteſt. Et quod Apoſtolus dixit: Gratia Dei, vita æterna, cùm poſſet dicere, Stipendium iuſtitiæ, vita æterna: ſuperius expoſitum eſt ex

Philip. 2. *Luc. vlt.*

Qua lege Iudæis Terram Chanaan, & nobis cæleſtē hæreditatem promiſerit Deus.

Diſput. I.

doctr-

by Google

D. Auguſt.

doctrina beati Auguſtini, lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 8. tomo 7. prope finem, dicentis, ipſa bona opera, quibus æterna redditur vita, ad ipſam gratiam pertinere. Nec cùm remunerat merita noſtra, aliud remunerat quàm dona ſua. Et vt quidam ex noſtris cecinit:

Quicquid habes meriti, præueniens gratia donat.
Nil Deus in nobis, præter ſua dona coronat.

Et Eccleſia precatur: *Vt quibus fidei Chriſtianæ meritum contuliſti, dones & præmium.*

DISPVTATIO XVIII.

In qua diſſeritur, an liceat quoquo modo in bonis operum meritis fidere, & an liceat iuſtis legem Dei obſeruantibus ad æternam vitæ mercedem aſpicere.

XI. argum.

DVo adhuc ſuperſunt argumenta, quibus Sectarij validè ſe putant contra bonorum operum merita agere. Colligunt enim primùm: Si meritum eſt in bonis operibus iuſtificatorum, poſſent iuſti in bonis operibus confidere, & gloriari, quoniam per illa gloriam aſſequi poſſent: At hoc periculoſum planè videtur, & Pelagianum, atque Phariſaicum, & contra verbum Chriſti dicentis: *Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus*; & illud, *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* & ſanctus Iob, *Verebar*, inquit, *omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti. Vbi nunc ergo eſt gloriatio tua? excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non ſed per legem fidei.* Deinde, argumentantur: Si meritum admittimus liceret proculdubiò iuſtis in operibus ſuis ad æternę vitæ remunerationem ſpectare: hoc autem mercenariorum eſt proprium, & ſeruorum potiùs quàm filiorum; ac proinde ſanctis, ac iuſtis Dei ſeruis illiberale, & minimè conueniens.

Luc. 17. Pſalm. 129. Iob. 9. Rom. 3.

Duodecimũ argum. & vltimum.

Ad primum. Primum ac præcipuum ſpei, & fiduciæ noſtræ fundamentũ Deus eſt.

Sed vt hæc omnia luculentiùs diſſoluantur, ſtatuendum eſt in primis, proram, & puppim, & anchoram Spei noſtræ potiſſimùm in Deo, & in Chriſto filio Dei, & mediatore noſtro, vt in primo principio, & vltimo fine eſſe collocandum, & in eo gradu velle in alia re fidere, profectò Deo ſuum tolleremus honorem, & gloriam. At quia ipſe conſtituit nobis conſecutionem ſalutis per fidem, & gratiam, & ſacramenta, & bona opera, poſſumus, & debemus in illis, vt medijs, & adiumentis niti, & fidere: & in hoc ſenſu defendimus confidentiam in ſanctis charitatis operibus, & bonis meritis, quaſi in Dei donis, & adminiculis ad palmam promerendam conſtitutis.

Secũdariam ſpem, ac fiduciam noſtræ ſalutis in operibus bonis conſiſtere.

Primus locus ex Scripturis.

Hoc autem innumerę tradunt Scripturæ, & rationes confirmant, & Patres docent. Ait enim Paulus (vt ab eo exordiar) *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ:* Quæ ſunt certiſſimæ confidentiæ verba, ex vita ſanctè acta, & conſcientiæ teſtimonio profecta.

2 Tim. 1. Infrà 4.

II. locus. Eſai. 38. 4. Reg. 20. 2. Paral. 32.

Deinde accedit Ezechias Rex, qui in oratione ad Dominum dixit: *Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.* Quis non putaret hæc verba ab aliquo Pelagiano profecta? Sed alta non ſunt, vt ait Gregorius, quæ humili corde dicuntur. Exauditus eſt enim Ezechias, ne quis putaret aliquo verbo diſplicuiſſe Domino preces ſuas.

B. Greg. lib. Moral.

III. locus. Pſalm. 7.

Adhæc Dauid ita orabat: *Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundũ innocentiam meam ſuper me.* Et iterum: *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Et iterum: *Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi: Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli à me.*

Pſalm. 131. Pſalm. 17.

IV. locus. 1. Ioan. 2.

Adhæc Beatus Ioannes: *Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.* Et rurſus: *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo facimus.*

Infrà 3. Orandi fiducia vnde oriatur.

V. locus.

Expende, fiduciam in fundendis precibus, & impetrandis donis Dei, ab obſeruantia mandatorum proficiſci. Item in Euangelio legimus: *Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.* Vides opera bona præſtare confidentiam, vt iuſtus quoduis lumen, aut iudicium non formidet. Quod pluribus etiam Scripturæ locis indicatur. Nam Tobias capite quarto, inquit: *Fiducia magna erit coram Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.* Et Paulus Hebræorum duodecimo vocat bona opera, Confidentiam.

Ioan. 3.

Tob. 4. Hebr. 12.

1.Ioan. 6.

Nolite (ait) *amittere confidentiam veſtram, quæ
magnam habet remunerationem.* Et Dilectus,
*Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis;
ſed vt mercedem plenã accipiatis.* Beatus item

1.Pet.4.

Petrus: *Et ſi iuſtus,* inquit, *vix ſaluatur, impius
& peccator vbi parebunt?* Itaque & hi qui pa-
tiuntur ſecundùm voluntatem Dei; fideli
Creatori commendent animas ſuas in be-
nefactis, ſiue, vt Græcè dicitur, in bonis o-
peribus.

Prima ratio ad idem cõprobandum.

Idem etiam rationibus euincitur: Quia
ſine bonis operibus eſſet pręſumptio, & ar-
rogantia, imò irritatio Diuinæ miſericor-
diæ, ſperare gloriam. Et ad Romanos 5. de-

Rom. 5.
Quæ ſpes nõ confundat teſte Paulo.

clarat Paulus illam ſpem non confundere,
quæ naſcitur ex tribulationibus patienter
toleratis: & ad Titum ait: *Vt ſobriè, & iuſtè,*

Tit. 2.

*ac piè viuamus in hoc ſeculo, ſpectantes beatam
ſpem, & aduentum gloriæ magnæ Dei.* Idem ad

Hebr. 6.

Hebræos capite ſexto, illam ſpem, quaſi
anchoram firmam animæ ſtatuit, quæ ex
patiẽtia perſecutionum propter Chriſtum
deſcendit.

II. ratio.

Secundò, quia aliàs virtus Spei de me-
dio tolleretur, quæ eſt de bonis arduis, &
quæ difficilè comparantur: ideo eget ſudo-

B. Auguſt.
Speret quis ſecundũ Auguſtinum.

ribus, & laboribus. Vnde Auguſtinus tom.
8. in Pſalmum 31. *Ille ſperat, qui bonam con-
ſcientiam gerit: quem verò pungit mala conſci-
entia, retrahit ſe ab ſpe, & non ſibi ſperat niſi
damnationem.* Vt ergo ſperet regnum, ha-
beat conſcientiam, credat, & operetur.

Philip. 1.

Hinc Apoſtolus ad Philippenſes: *Scio,* in-
quit, *quia hoc mihi proueniet ad ſalutẽ, &c. ſe-
cundùm expectationem, & ſpem meam, quia in
nullo confundar.*

III. ratio.

Tertiò, talis confidentia non colloca-
tur niſi in promiſſione Dei, qui per gra-
tiam, & magnificẽtiam ſuam propoſuit
tantam operibus coronam: ideo in illis fi-
dere, eſt gratiæ confidere, quæ illa donat.

2.Cor. 6.
Mala opera deſperationẽ bona verò ſpem pariũt.

Vnde Paulus dicebat; Exhortamur vos, ne
in vacuum gratiam Dei recipiatis. Cùm er-
go ſint ſigna Diuinæ beneuolentiæ, profe-
ctò non poſſunt non gignere fiduciam:

Epheſ 4.

quemadmodum opera mala pariũt deſpe-
rationem. De quibus Apoſtolus: *Qui deſpe-
rantes, ſemetipſo tradiderunt impudicitiæ, in o-
perationem immunditiæ omnis, in auaritiam.*

2. Pet. 1.

Contra verò, vt diximus, fiduciam pariunt
bona opera, iuxta illud, *Fratres magis ſata-
gite, vt per bona opera certam veſtram vocatio-
nem & electionem faciatis.*

Patrum traditio.

Idem Patres confirmant. Nam Hiero-
nymus tomo primo à medio, in vita Ma-
gni Hilarionis teſtatur, quod cùm eſſet
proximus morti, dicebat: *Egredere, quid ti-
mes? egredere anima mea, quid dubitas? Septua-
ginta propè annis ſeruiuiſti Chriſto, & mortem*

B. Aug. to. 8.

times? Idipſum tradit Auguſtinus in Pſal-
mum trigeſimum primum iam citatus. Et

D. Chryſoſt.

Chryſoſtomus homilia 5. in Matthæum:
Vnuſquiſq; noſtrum, inquit, *non in alia re ſpem
ſuam, niſi poſt Dei miſericordiam, in morum ho-
neſtate conſtituat.* Idem in illud: *Non eſt meum*

Idẽ hom. 66. paulò à med.

*dare vobis: illos compellebat in gratia Dei pri-
mùm, deinde laboribus proprijs omnem ſalutem,
& gloriæ ſpem reponere.*

B. Gregor.

Item Beatus Gregorius libro 8. Moral.
cap. 7. initio, tom. 1. in illud Iobis: *Sicut dies
mercenarij, dies eius, ait: Sciẽdum eſt, quòd mer-
cenarius ſolicitè curat inſpicere, ne vnquàm dies
vacuus labatur ab opere: & expectatus finis
temporis, inanis veniat ad remunerationem.
In laboris namque ſtudio conſpuit, quòd perci-
pere in tempore remunerationis poſſit. Nam
cùm opus creſcit, præmij fiducia proficit: cùm
verò opus torpuerit, ſpes à remuneratione la-
ceſcit. Vnde & electus quiſque vitam ſuam qua-
ſi mercenarij dies penſans, tantò fidentius ſpe
tendit ad præmium? quantò nunc robuſtius per-*

Idem.

durat ad laboris incrementum. Et infrà: *San-
cti igitur viri quot labores nunc veritatis com-
mendantes exhibent, tot iam remunerationis
ſuæ pignora, intra ſpei cubiculum clauſa tenent.*
Hactenùs ille.

Vt ſit tantum homini expediẽs propriorum conſideratio meritorum.

Ex his perſpicuum euadit, neceſſarium
eſſe in genere in bonis operibus confide-
re. ¶ Sed aliud eſt quærere, an iuſto cui-
que, dum viuit, expediat merita ſua con-
ſiderare: hoc enim non ſemper expedit,
niſi omninò Dei dona recognoſcas, &
tuam paupertatem, & tenuitatem non ig-
nores.

In hoc ſex modis peccatur.
I. modus.
Luc. 18.

Pluries ergo contingit in eiuſmodi
conſideratione aberrare. Primò, ſi quis
bonis operibus deſtitutus, opera ſua ma-
la iactet, vt faciebat ille Phariſæus in tem-
plo, qui non ſe agnoſcens peccatorem,
gratias agebat de ieiunijs, & decimis per-
ſolutis: & non tantùm ſui commendator,

Secundus.

ſed Publicani etiam accuſator extitit. De-
inde grauiter erraret ille, qui bona face-
ret, & illa ex Deo profecta non agnoſce-
ret, ſed immemor gratiæ gloriaretur de il-

1.Cor. 4.

lis quaſi non accepiſſet. Vult enim Deus,
ne gratuita naturalia putemus: & Princeps
moleſtè ferret, ſi poculum aureum alicui
à ſe datum, reputaretur ab eo quaſi ar-

Pelagianorũ error.
Ibidem.

genteum. Ita Pelagiani quod erat gratiæ
dabant naturæ contra illud Pauli: *Si autem
accepiſti* (gratuitò ſupra naturam ſcilicet)
*quid gloriaris quaſi non acceperis? niſi perinde
atque naturam?* Hinc Phariſæus dicebat:

Luc 18.
1.Cor. 18.

Non ſum, quaſi dicat ex me, & viribus meis
ſum, cùm Paulus dicat, *Gratia Dei ſum id
quod ſum.*

III. modus.

Tertiò aberraret, qui ſubſtantiam ope-
rum ſuorum inſpiceret, & non videret ex-
ceſſum, & magnificentiam doni: hic enim

inu-

2.Cor.4.

iniurius eſſet diuinæ bonitati, & extenuaret donum quod ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus promeretur.

Quartus.

Cur ſancti & agnoſcant, & fateantur ſe peccatores.

Iudith 7. Dan.3. Infrà 9. Eccleſ.5. Matth.6.

Quartò, error eſſet, ſi homo tantùm reſpiceret ad bona opera, & non etiam ad id quod deliquit, vel perpetuo deliquit. Quare ſancti oculos apertos habebant ad priora peccata, etiam condonata, & eorum intuitu ſe peccatores confitebantur. *Peccauimus*, inquit, *cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus*, &, *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu*; &, *Dimitte nobis peccata noſtra.* Peccarent enim, niſi Deus perſeueraret gratia ſua: & ideo reputant ſe feciſſe, quod niſi Deus tenuiſſet, feciſſent. Et ideo verax humilitas, & humilis veritas non peccare merebatur.

De hac re exemplum Apoſtoli.

1.Tim.1.

Ibidem.

Quàm rectè, dictum ſit à Paulo de præſenti: Quorũ (ſcilicet peccatorũ) primus ego ſum.

1.Cor.4. 2.Cor.1.

1.Cor.15.

In hac ergo peregrinatione, pars meriti conſiſtit in non conſiderandis meritis ſuis, ſed potiùs demeritis quæ actu facit, vel quæ feciſſet, niſi Deus gratia ſua ſeruaſſet. Atque in hoc ſenſu Apoſtolus ſe maximum, & primum peccatorum vocauit; *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus*, inquit, *ego ſum.* Non dixit autem, fui, vel eram: quod ſi etiam dixiſſet, difficultate non carebat, cùm ignorans feciſſet in incredulitate, & zelator pro Deo extitiſſet, ac proinde miſericordiam fuiſſet conſecutus: ſed de præſenti dixit; *Quorum primus ego ſum*, computando ſe inter peccatores non quidem actu peccantes, qui alibi dixit: *Nihil mihi conſcius ſum*, *Et, Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, Et, Gratia Dei ſum id quod ſum; & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantiùs illis omnibus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum*: ſed quod ex ſe erat, ſi Deus illum ſibimet dimiſiſſet.

V.modus.

Philip 3. Matth.5.

Apocal.3.

2.Tim.4.

Quid illud euidem: Ego enim iam delibor.

B Gregor.

Quintò, aberrant, qui retrò aſpiciens, ſatis ſe feciſſe arbitrantur, & ipſa ſua merita in curſu, & certamine ponderent, nec ſe ad interiora cum Paulo oſtendunt: nec intelligunt quòd ſumus in via, vbi oportet eſurire, & ſitire iuſtitiam, & in qua non progredi, eſt regredi. His periculosè agentibus dicitur: *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Nulli ergo debet eſſe ſatis quod operatus eſt, niſi holocauſtum cum Paulo perficiat: *Ego enim iam delibor*, inquit, Græcè *σπένδομαι*, hoc eſt; Totum me Deo ſacrifico, vt ſim hoſtia perfecta. De hoc Beatus Gregorius tomo primo, libro 22. Moralium, cap. 6. egregiè philoſophatur, his verbis: *More itaque viatorum, nequaquàm debemus inſpicere quantum iam iter egimus, ſed quantum ſupereſt vt peragamus, vt pauliſper fiat præteritum, quod indeſinenter, & timidè adhuc attenditur futurum. Ampliùs igitur debemus inſpicere, quæ bona necdum fecimus, quàm ea quæ iam nos feciſſe gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium, vt plus ei intueri libeat, quod ſibi in ſe placet, quàm quod ſibi in ſe diſplicet.* Et infrà: *Sed ſi verè electi ſunt, ab eo in quo ſibi placent, mentis oculos diuertunt, omneus in ſe peractis bonis lætitiam deprimũt, & de his, quæ ſe minus geſſiſſe intelligunt, triſtitiam requirunt. Hinc eſt, quod Paulus dum expleta in ſe bona poſtponeret, & ſola adhuc reliqua quæ eſſent explenda, cogitaret, dixit: Ego me non arbitror apprehendiſſe. Hinc eſt, quod vt poſſet ſe de bonis quæ agebat, humiliare, ſtudebat ad animum præterita mala reducere, dicens: Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & contumelioſus.* Et infrà ſubdit: *Qui etſi aliquando dixit: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, intuendum ſummoperè eſt, quia eo illud tempore intulit, quo iam ex corpore diſceſſurum ſe eſſe cognouit. Ibi quippe præmiſit dicens: Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cùm iam præuidit ad largitatis ſpatium minimè ſubeſſe tempus operationis. Sicut enim dum viuimus, debemus bona noſtra à memoria repellere, ne extollant: ita appropinquante exitu, plerumque ea ad memoriam iuſtè reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant, & deſperatum timorem premant.* Hactenùs ille glorioſus Doctor, & eleganter, & piè.

Quid humanæ infirmitatis ſit proprium.

Philip 3.

1.Timot.1.

Cap.7. miſſo.

2.Tim.4.

Ibidem.

Sextus modus, ac vltimus, propriè hæreticorũ.

Rom.8. Galat.4. 2.Cor.1.

1.Cor.2.

Sextò: erraret homo, qui certò iactaret ſe eſſe in gratia Dei (vt faciunt noſtri ſeculi Hæretici) ac per hoc indubitatè crederet opera ſua eſſe accepta, & grata Deo: quod cùm euidenter ſcire, aut Catholica fide apprehendere non valeamus, nõ poſſumus id certò aſſeuerare, ac ob id nec certò fidere; ſed ſicut ex ſignis quibuſdam, & teſtimonio Spiritus, vel conſcientiæ, aut ex guſtu diuinarum virtutum credo me gratiam habere, ita etiam de operibus bonis cogitãdum. Nam Spiritum qui ex Deo eſt, accepimus, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, ac proinde nos pro illis gratos exhibeamus.

Iidem ſex malè in bonis operibus confidendi modi perſtinguntur breuiter.

His ergo ablatis erroribus, ne videlicet quis glorietur in malis operibus, nec in bonis quaſi ſuis, & ex ſe, nec vt in fine, ſed vt in adiumentis, & medijs fidamus; nec vt non videamus peccata multa quæ facimus; nec vt prætereà ſegneſcamus in operando; nec vt certò nos ſtatuamus per illa mereri, ſed probabiliter, & per coniecturas, & Spiritus ſancti vnctionem gratum eſt Deo opera noſtra reſpicere, & pro illis humiliari, & gratias agere, & per illa contra tentationes diffidentiæ,

&alia

& alia peccata armari vtile eſt,& Euangelicum,& Chriſti doctrinæ conſonum.

Ex Scripturis obiecta diluuntur. I. locus.

Quod ergo ait: *Dicite, Serui inutiles ſumus:* intellige, ex nobis ipſis: ſecùs ex Deo, & gratia eius. Nam vt rectè ibi Ambroſius interpretatur, Agnoſcenda eſt gratia, ſed non ignoranda natura.

B. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 5. in fin tom. 5.

II. locus.

Ad illud: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, &c.* reſpondeo: Nihil timebimus, ſi ille pacta & iuramẽta quæ nobiſcum inijt, ſeruauerit.

Tertius.

Ad id: *Verebar omnia opera mea:* Tantummodò docet attendendum eſſe ad defectus qui ſunt in operibus, & non ad bonum quod in eis eſt,ne inſoleſcamus.

Quartus.

Quod verò Eccleſia ait: *Deus qui conſpicis,quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus, vel confidimus:* intellige de noſtra,quæ ex nobis eſt,& à libero noſtro arbitrio profecta, & coram Deo docet nos humiliari, & agnoſcere quid ſimus ex nobis ipſis.

Quintus.

Ad illud de gloriatione in bonis operibus, dicendum eſt, Chriſtum, aut Paulum non abſtuliſſe gloriationem iuſto, aut iuſtificato, ſed tantùm in ſe ipſo,& quaſi non acceperit. *Non glorietur*,inquit Ieremias, *ſapiens in ſapientia ſua.* Ante verba enim illa: *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt*, præmiſerat, *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Et Dauid; *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*, ſcilicet,in Domino non tantùm Creatore, ſed iuſtificatore, & adiutore.

Ierem. 9.
2. Cor. 10.
Pſalm. 31.

Sextus.

Et in textu illo ad Romanos 3. tollit Iudæo gloriationem in lege, quæ ex proprijs viribus conſurgebat: & dicit excluſam, ſiue ablatam per legem fidei, quia qui in CHRISTO ſunt, in illo gloriari meritò poſſunt, & exultare. Hinc ad Romanos 5. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Et vana eſſet ſpes, ſi bonis operibus non eſſet coniuncta. Vnde ſubdit: *Sed & gloriamur in tribulationibus*, Et rurſus: *Gloriamur in Deo, tanquàm in bonorum omnium noſtrorum autore, à quo accepimus Chriſtum: Spiritum fidem, ſpem, & patientibus in tribulationibus.* Etſi ergo nõ poſſit gloriari omnis caro (ſcilicet, nullus homo ex ſe ipſo) coram illo; poteſt tamen creatura noua gloriari in Deo. Imò etiam Apoſtolus docet: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete*, Et in alijs quos ad fidem trahebat, gloriabatur Apoſtolus; qui etiam Corinthijs, *Multa*,inquit,*mihi gloriatio pro vobis.* Idem vult alios gloriari, dum ait: *Non iterum commendamus nos vobis,ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.* Hoc eſt, vt Oecumenius interpretatur; Ad hos ſermones venimus, non nos ipſos commendantes, hoc eſt extollentes, aut collaudantes, ſed vobis occaſionẽ præbentes gloriandi de nobis aduerſus pſeudoapoſtolos. Nam quia illi detrahunt nobis, vt vos poſſitis de nobis gloriari, ad hos, inquit, veni ſermones.

Quam tollat Iudæis gloriationem Apoſtolus.
Rom 5.
Ibidem.
Rom. 3.
Philip. 4.
2. Cor. 7.
Suprà 5.
Oecum ca. 7. in poſteriorẽ ad Corinth. initio.

Bonorũ communicationẽ fidelium inter ſe, improbat Lutherus & damnat.

Lutherus in libro de Abroganda Miſſa priuata, acriori oratione arguit eos qui dicunt: Ecce do tibi quicquid boni feci in vita mea: cõfidentes in ſuis operibus, quaſi proſint non ſolùm ſibi, ſed etiam alijs ad ſalutem: quod tamen ſolius eſt Chriſti, vt ait. Sed certè hęc communicatio bonorum operum, qua inter ſe inuicem fideles bona ſua ſuppeditant, rationem habet in articulo Symboli, qui habet: *Sãctorum communionem:* & olim Dauid dicebat. *Particeps ego ſum omniũ timentium te, & cuſtodientium mãdata tua*; & Petrus: *Vnuſquiſq; noſtrûm ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrãtes.* Ad quã communionem iudicãdam Dominus ita cõtexuit orationem Dominicam, vt dũ pro nobis oramus, pro alijs quoque preces fundamus: *Pater noſter: Panem noſtrũ quotidianũ: Dimitte nobis debita noſtra.* Rurſus, vt in corpore naturali nõ tantùm membrum communicat virtutem ſuam cæteris membris, ſed etiam membra, præſertim præcipua, vt cor, hepar, ſtomachus vim ſuam, & ſpiritus inferioribus membris communicare inueniuntur: eritne igitur perfectior membrorũ corporalium habitudo, quàm ſpiritualium? Proſunt igitur vnius membri merita alteri. Hic promiſcuè oramus pro viuis, & pro mortuis, & orationes Sanctorum qui in cœlo regnant cum Chriſto, nobis ſuffragantur: & ſacrificium Miſſæ pro omnibus indifferenter offertur. Non tantũ ergo vnus poteſt alteri promereri bona temporalia, ſed etiã bona ſpiritualia impetrare, ſed merito imminuto, ſiue merito cõgrui, quod diuinæ bonitati, ac liberalitati nititur. Decet enim diuinam bonitatem, vt filij in charitate manentes, & orãtes, ſiue pro alijs operantes exaudiantur. Poteſt etiam vnum membrum pro altero ſatisfacere, ſi hoc patitur æquitas humana, vt quis pro altero detento in carcere ciuili ſoluit: multò magis apud æquiſſimum tribunal Dei, in quo membra viua ſibi inuicem ſuffragari poſſunt, & pro eis qui in purgatorio carcere detinentur, & qui ſibi ipſis iuuamen aliquod adferre non poſſunt, vt ab alijs ſubleuari, & adiuuari valeant: tanta eſt Dei dignatio, & ſitis noſtræ ſalutis, & meritum Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Triplici ratione hæc oſtenditur cõtra Lutherũ.
Pſalm. 118.
1. Pet. 4.
Matth. 6.
II. ratio à ſimili deſumpta.
Bona temporalia mereri, & ſpiritualia fideles fidelibus quatenus poſſint.
III. ratio, itẽ à ſimili.

Ad ſecundũ argumẽtum.

Alterum argumentum erat: Per hanc doctrinam, quòd opera ſint meritoria, homines fieri mercenarios, & intuitu præmij

operan-

operantes: quod mercenariorum eſt, & nõ filiorum, quorum eſt ob dilectionem ſine vlla ſpe pręmij operari: & charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, vt Apoſtolus docet.

1. Cor 13.

Amor Dei, amoris proximi fundamentum eſt.

Sed vt hæc meliùs elucidentur, ſtatuendum eſt in primis, præceptum diligendi Deum, dilectioni qua Deus nos diligit, eſſe ſubnixum: Nam vt ait dilectus Diſcipulus: *In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.* Ideo noſtrum eſt, non tam Deum amare, quàm redamare. Deinde præmittendum, præceptum diligẽdi Deum ſuper omnia, nequaquàm dilectionẽ ſui ipſius prohibere, imò includere potiùs. Vt enim Deus diligit nos ad bona gloriæ, ita ad eadem nos debemus diligere: immò hic ſui ipſius amor cùm inſitus ſit in qualibet creatura, & naturalis, de eo præceptum non datur, ſed ponitur vt menſura, & regula amandi proximos. *Diliges*, inquit, *proximum tuum ſicut te ipſum*; *Et, Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines* (ſcilicet rationabili voluntate) *ita & vos facite illis.* Tertiò ſtatuendum, amorem ſui ipſius, cùm ſit naturalis, & à Deo profectus, malum non eſſe, nec tolli per aduenientem charitatem: ſed benè corrigi, ne immoderatus, aut inordinatus exiſtat. Pręter ordinem enim eſt, amare ſe hominem ad bona tãtùm temporalia, & ad bona ſenſus: & illi vituperantur à Philoſopho libro 9. Ethicor. & dicuntur philautiam colere, quia ad meliorem ſui partem nõ ſe amant. Deinde inordinatum eſt, vt quis ſe diligat ad bona rationis, & virtutis, ita vt figat oculos in donis, & ſiſtat in illis, & ad autorem donorum amorem ſuum non erigat: nam bona omnia noſtra, atque adeò nos ipſos propter Deum diligere debemus. Quartò præmittẽdum, quòd vt Deus per naturam eſt ſibiipſi ſummum bonum, & ſufficientiſſimum, adeò vt quando nos amat, nihil vtilitatis expectet ex noſtro amore; ita etiam è contrario, quia nos ſumus creaturæ ex nihilo conditæ, & in nihilum ex nobis reuerteremur: ideo indigentiſſimi donorũ Dei inuenimur, nec poſſumus ex ęquo cõtendere in officijs charitatis cum illo. Hinc amor noſter non eſt ſine fructu, & vtilitate, etiamſi ipſe ſit dignus quouis amore ſine præmio. Vnde Dominus dicit: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.*

1. Ioan 4.

Quod amor ſui ipſius amori Dei minimè repugnet.

Matth. 22.

Suprà 13.

Noſtri ipſorũ amor vnde bonus ſit.

Hic dupliciter inordinatus exiſtit.

Ariſt.

Noſtri ad Deũ amoris neceſſitas.

Iob. 9.

Ioan. 14.

Ex quibus deducimus concluſionem Catholicam, poſſe nos, ac debere, ſapienter tamen, operari propter mercedem, & præmij tanti intuitu ad benè operandum accendi. Et probatur ex eo, quòd Chriſtianus dicitur mercenarius, vel operarius pro mercede denarij diurni conductus in vineam: Proprium eſt autem mercenariorũ, pręmium propoſitum conſiderare, & illius memoria laborem, & operis tædium fallere, & propter illud durare: alioqui vana eſſet ſpei virtus, ſi præmium non liceret inſpicere. Nam vt charitas reſpicit Deum, vt bonum in ſe, & amore dignum: ita ſpes Deum reſpicit vt bonũ mihi ſummè vtile, & ſalutare. Tum etiam, quia eſſet contemptus Dei, & bonorum eius: imò ſumma ſuperbia, nolle indigentiam ſuam agnoſcere, & nolle quicquam ab eo expectare in præmium, vt potiùs illi videantur velle donarè, quàm recipere. Adhæc licet operari, & pati laborem, vt alij vitam æternam conſequantur, iuxta illud: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Et iterum: *Omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cæleſti.* Item: *Bonus paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis.* Et Iacobus: *Orate pro inuicem vt ſaluemini.* Igitur, ſi pro aliorum gloria adipiſcenda laborare licet, multò magis & propter propriam licebit: quia iubemur diligere proximos ſicut noſipſos. Prætereà in ſcandalum propoſuiſſet nobis Scriptura mercedem, denarium, brauium, præmiũ, vitam, coronam, niſi propter illam conſequendam laborare nobis licitum eſſet. Vnde Chriſtus dicebat: *Quærite primùm regnum Dei: Et, Ecce merces veſtra copioſa eſt in cælis: Et, Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi:* Conqueritur etiam de Iudæis, quòd gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quærerent. Dicebat: *Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerũt propter regnum cælorum.* Paulus verò: *Iis qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, promittit vitam æternam.* Idem ſobriè, & piè, & iuſtè viuentes, vult nos expectare beatam ſpem; hoc eſt ſperatam beatitudinem: hortatur etiam; *Sic currite, vt comprehendatis. Et debet in ſpe qui arat, arare*: quod non tantùm licitum, ſed debitum eſſe oſtendit: Alibi ait: *Qui parcè ſeminat, parcè & metet: Tempore ſuo metemus non deficientes: Et, Non coronabitur niſi legitimè certauerit.* Quibus teſtimonijs, & alijs penè innumeris ad aſſiduum bonorum operum ſtudium propoſito tãto præmio excitamur & accendimur. Adhæc perfecti, & ſanctiſſimi viri in ſacris litteris cõmendantur, quòd ad præmium in operando reſpexerint. Dixit enim Abraham ad Dominum: *Quid dabis mihi?* & Moyſes laudatur à Paulo quòd reſpexerit ad remunerationem. Dauid dicebat: *Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: Inclinaui cor*

Licere nobis atque adeò etiam expedire, diuinæ ob ſpem mercedis benefacere, exemplo Sanctorum.

Matth. 20.

II. ratio.

III. ratio.

Coloſſ. 1.

2. Timot. 2.

Ioan 10.

Iacob. vlt.

Matth. 22.

IV. ratio.

Suprà 6.

Suprà 5.

Infrà 6.

Ioan. 5.

Matth 19.

Rom. 2.

Tit. 2.

1. Cor 9.

2 Cor. 9.

Galat. 6.

2. Tim. 2.

V. ratio.

Geneſ. 15.

Hebr 11.

Pſalm. 26.

meum

Pſalm. 118. Matth. 19.

meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Petrus quoq; dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Et non tantùm non reprehenduntur Apoſtoli, ſed etiam ſpes illorum confirmatur: *Vos,* inquit, *qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Dixit Apoſtolus: *Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Et infrà: *Quæ quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens meipſum. Ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu.*

Ibidem 28. Philip. 3.

VI. ratio. Deinde Chriſtus ipſe, qui puritas eſt & mera Charitas, quam iſti volunt vincere, pro propoſito ſibi gaudio (ita enim Græca habent) ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Vides igitur quàm conſtanter ad præmium aſpicerent Sancti? Ita etiam nobis pugnãdum eſt, donec vincamus vt coronemur. Non enim habemus manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

Hebr. 12. Infra 13.

VII. & poſtrema. Ampliùs, ſicut ingrati animi vitium eſt, pro iã acceptis beneficijs gratias nõ agere, & gratuitis operibus nõ rependere beneficium: ita pro promiſſis, ac futuris beneficijs operibus bonis non decertare. Vnde Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij: *Quia,* inquit, *ſanctificauit Deus diem ſeptimũ, in quo requieſcit: tertio legis præcepto inſinuatur quod ſcriptũ eſt de obſeruatione Sabbati, nõ vt iam in illa vita nos quieſcere exiſtimemus, ſed vt omnia quæ benè operamur, non habeant intentionem, niſi in futuram requiem ſempiternam.* Ad hæc B. Martialis epiſt. ad Burdegalenſes, cap. vlt. *Euigilate in operibus fructuoſis: & maximè labore propter ſpem remunerationis: quæ magna promiſſio eſt vobis in cœlis.* Hæc illi.

B. Auguſt. epiſt. 119. c. 9. tom. 2. Exod. 20. Geneſ. 2. B. Martial. Epiſcop.

Soluitur illud: Intuitus mercedis homines reddit mercenarios.

Quod ergo in oppoſitum dictum eſt, intuitũ mercedis facere mercenarios: quia ille intuitus ex charitate primò fertur in Deum, quaſi filij in parentem, deinde in eũ quaſi remuneratorem: certè aut non facit mercenarium; aut ſi facit, non vituperabilem, & reprehenſibilem. Vnde Ambroſius in illud: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis: & quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Mercenarij,* inquit, *qui ſunt, niſi qui ad mercedem ſeruiunt? At verò filius, qui habet ſancti Spiritus pignus in corde, ſecularis mercedis lucella non quærit, qui ius ſeruat hæredis. Sunt etiam mercenarij qui conducuntur ad vineam. Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, quibus dicitur: Venite, faciam vos piſcatores hominum. Iſti non ſiliquis, ſed panibus abundabant. Denique & collegerunt fragmentorum cophinos duodecim. O ſi nos quoque, bone Ieſu, mercenarios digneris conducere, licèt ſerò venientes. Nam & vndecima conducis hora, & æqualem dignaris mercedem ſoluere, æqualem mercedem vitæ, non gloriæ.* Hæc ille. Sunt ergo laudabiles mercenarij, qui propter vitam æternam operantur: vituperabiles verò, & illiberales, qui ad ſordidum, & temporalem quæſtum operas ſuas locãt.

B. Ambr. lib. 7. in Lucam, c. 29 ſub initium, tom. 5. Luc. 15. Mercenarij qui ſecundũ Ambroſium. Matth. 20. Suprà 4. Ioan. 6. Matth. 20.

Ad id: Filiorum eſt ex dilectione tantùm operari, non propter mercedem.

Quod dicitur, filiorum non eſſe reſpicere ad præmium, ſed tantùm ex dilectione operari: reſpondetur, primario oculo illos intueri patris beneplacitum, & gloriam: ſecundariò verò, ne promiſſa hæreditate contingat priuari, quam ſibi ex charitate propter Deum diligere debent.

1. Cor. 13. Quomodo accipiendum ſit: Charitas non quærit quę ſua ſunt.

Ad id, Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, ſed quę aliorum: dicimus, Charitatem non eripere nobis naturales affectus, & à Deo in natura plantatos. Et vt citra omne peccatum poſſumus nobis velle bona fortunæ, & corporis, & pro illis conſequendis laborare: ita etiam pro bonis animæ, ſiue gratiæ, ſiue gloriæ, quæ nobis velle ex charitate debemus, laborare poſſumus. Non ergo charitas quærit quæ ſua ſunt, vt in ipſis ſiſtat, ſed vt per ea tendat in Deum, ac ſeipsũ, & dona, & bona opera diligat propter Deum, & vt in aliorum vtilitatem & ſalutem poſſit effundere. His pręmiſſis, iam ad Textum explicandum accedamus.

DISPVTATIO XIX.

In Apoſtoli verba, Cap. 1. ad Galat.

Miror quòd ſic tam citò trãsferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium: Quod non eſt aliud niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euãgelium Chriſti. Sed licèt nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit, &c.

Diſput. 15.

QVONIAM primo libro inter alia Prolegomena, huius epiſtolæ inſcriptionem ſiue ſalutationem cum omnibus quæ ei connectuntur, vſque ad hæc verba, explicatam reliquimus, ſupereſt vt ea quæ propoſita ſunt interpretãdo perſequamur.

I. dubit. Sunt verò quędam in his verbis dubitatione minimè indigna, & primum quare Apoſtolus morem ſuum non ſeruauerit: ſolet enim poſt ſalutationem, epiſtolam exordiri à Dei benedictione, ſeu gratiarũ actione, vel à precibus quas pro illis ad quos ſcribat, fundebat: Hic verò à vehementi

re pre-

Secunda.

reprehenſione eorum, qui à pſeudapoſtolis fuerant ſeducti, initium dicendi ſumit. Deinde dubium eſt, quid eſt illud aliud Euangelium, vel cõuertere, ſiui interuertere Euangelium Chriſti, cùm non ſit niſi vnũ tantum Euangelium.

Tertia.

Tertio loco ambigitur, qua ratione Paulus non tantum in ſe ipſum, & in alios Apoſtolos, ſed etiam in ipſos Angelos aliter docentes, excommunicationis ſententiam pronuntiauerit: cùm tamen conſtet, Apoſtolum in Angelos nullam penitus habuiſſe autoritatem, ſicut nec in ſeipsum, & multò minus in alios Apoſtolos, qui pari poteſtate cum illo præditi erant, & in Euãgelio priore anteceſſoresq́; vt ipſe in hac epiſtola eos vocat: at regula Iuris habet: *Par in parem non habet imperium.*

Galat. 2. Apoſtoli, ac eorum Princeps Petrus præcipuè, ſi aliter euangelizarent, vnde à Paulo excommunicari nequiuerint.

Immò verò ipſemet Petrus Apoſtolorum Princeps, etſi in Apoſtolico munere par eſſet Paulo: Paſtoratus tamen autoritate ſuperior erat, vt non minus Paulus vt ouis Chriſti ſubiectus eſſet Petro, quam reliqui Apoſtoli, cùm illi ſoli dictum fuiſſet: *Paſce oues meas.*

Ioan. 21. Quarta.

Quartò in dubitationẽ venit, quomodo ille ſit anathema, qui aliquid pluſquàm Paulus prædicauit, euangelizauit, cùm per Eccleſiam Dei cõſtet multas indies veritates detegi euangelicas, & multa prȩrerea de integro inſtitui ad Euangelica Sacramenta venerabiliter ſuſcipienda, vel ad ieiunia celebranda, vel ad dies feſtos inſtituendos, vel ad diſciplinam Eccleſiæ retinendam.

V. dubit.

Poſtremò ambigitur, quorſum Apoſtolus excõmunicationis ſententiam repetat, cum ſatis videri poſſet illa ſuperior? & addendum, quomodo Lutherani his Apoſtuli ſententijs abutantur.

Huius argumentum epiſtolæ.

Sed antequam his dubitationibus faciamus ſatis, perpende, Apoſtolum in primis reprehendere eorum mutationem tam citam à vero Euangelio ad falſum. Deinde eius mutationis autores anathema percutere, & ſuam ſtabilire autoritatem, etiam illam cõparando ad alios Apoſtolos. Deinde Euangelicam à ſe prædicatam doctrinam confirmat, & à ſolo Deo ſe illam accepiſſe tradit: poſtea verò tractatum de iuſtificatione ingreditur, quam fide, non lege, aut vllis legis obſeruantijs contingere docet. Denique poſt longam de Scripturis diſputationem, de damno ſibi ipſis illato proteſtatur, ſi in errore perſtiterint: *Si circumcidamini,* inquit, *Chriſtus vobis nihil proderit.*

Galat. 5.

Ad I dubiũ. Cur Paulus hanc epiſtolã ab obiurgatione Galatarum fuerit exorſus.

His poſitis, primæ dubitationi in promptu eſt ſatisfacere. Solent ſiquidem indignati, & iuſto aliquo zelo permoti, à longiori beneuolentiæ captandæ ſermone abſtinere, ſed protinùs rem ipſam vrgentes exordiuntur, vt citò aduerſarij in quos indignãtur, reſipiſcant, & ab errore quo tenebãtur ad lucem veritatis emergant. Conſultò igitur Apoſtolus hoc loco à precibus, vel à gratiarum actione non putauit ſibi inchoandum, vt in cæteris fecit epiſtolis, præterquã in illa ad Hebræos: quæ etiam ſalutatione Apoſtolica caret; qua tamẽ hæc plane non deſtituitur. Loco ergo precum, & gratiarũ actionis, vehementem ſuam proponit admirationem, dicens: Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium, Hoc eſt: Mirum eſt quòd vos à me rectè in fide, & Chriſti beneficio inſtituti, transferri vos tam citò patiamini in aliud Euangelium. Græca litera in quibuſdam exemplaribus non habet, *Sic,* nec legit illam particulam Hieronymus, nec Chryſoſtomus.

B. Hieronym. hoc loco to. 9. Chryſoſt. ibi. tom. 4.

Et quod ait, in alterum, vel aliud Euangelium, abundat, alterum, niſi ſit epitaſis. Nec eſt ſenſus: Cur nuper à me inſtituti in vera doctrina Chriſti, ſinitis vos transferri? quæ expoſitio non aggrauat, ſed alleuat Galatarum populum, magis autem aggrauaret, ſi poſt multum temporis quàm edocti eſſent, defeciſſent à fide.

Huius ſentẽtiæ: Miror quòd ſic tam citò trãsferimini in aliud Euãgelium, I ſenſus ſed ineptus.

Ideo ſenſus eſt: Cur tam citò, id eſt ad primum inſultum, ſeu ad primã pſeudoapoſtolorum irruptionem vos dediſtis? Verecundiam ergo illis ingerit, quòd poſt tantam libertatem currant ad iugum ſeruitutis: & ſimul oſtendit ſe de illis non vulgarem habuiſſe opinionem.

Alter ſenſus germanus & verus.

Quid Paulus de Galatis ſentire oſtendent verbo Mirandi.

Nam ſi eos de turba, aut plebe, cui facilè imponitur, iudicaſſet, non ita illud quod acciderat, admiraretur: quod ſatis erat ad eos reuocandos.

Cur grauis Galatarum à fide defectio.

B. Hieron

Et certè teſte Hieronymo, non eiuſdem reatus eſt transferri ab aliquo difficulter, & citò transferri; vt in martyrio non eadem pœna plectitur, qui abſque colluctatione & tormentis ſtatim proſiluit ad negandum; vt ille qui inter aculeos, fidiculas, igneſq́; diſtortus, compulſus eſt quod credebat, negare.

Fidem Martyres abnogãtes quinã grauiori digni ſupplicio, q minori.

Matth. 8
Infrà 15.
Marc. 6

Et vt Chriſtus fidem in Centurione, & Chananæa admirabatur, & incredulitatem Nazarenorum ſuorum conciuium admiratus eſt; ita Paulus Chriſti diſcipulus, in Galatis fidei defectum, & inconſtantiam admiratione proſequitur.

Idem.

Vnde Galatæ Græcis denominentur & quid ſignificent.

In voce verò Tranſlationis teſtatur Hieronymus alluſiſſe Apoſtolum ad vocem Galatiæ: Græca enim ligua Galatæ dicuntur ἀπὸ τοῦ γάλακτος, id eſt, lacte; & ita Galata, lacteus interpretatur, hoc eſt tener, & facilè recipiens alienam impreſſionem: vt faciunt illi qui faſcinantur.

Gallorum denominatio.

Lactan. Firm

Galli etiam, ex quibus Galatæ prodierunt, à lacteo colore nominantur. Vt propterea Lactantius ad Pobũ ſcribens annotauerit, Poëtam celebrem

Virgil. 8. Æn. finem verſus.

de Gallis ſcripſiſſe: *Tum lactea colla Auro innectûtur*: cũ potuiſſet dicere: *Tũ cãdida colla*: Sed vt inſinuaret ipſa voce Gallos, dixit, Lactea. Alludit etiã ad plautas ex vno loco in alterũ traſlatas: quę etſi ſint vnius ſpeciei cum alijs, tamen quia alio ſucco paſcuntur, aliam quodammodò naturam induunt.

Galatæ in aliud tranſlati Euangelium quibus ſimiles Apoſtolo.

Cur Paulus Galatas trãſferri dixerit, non eſſe trãſlatos.
B. Chryſoſt.

Tertiò ait de præſenti: *Trãſferimini*, vt ponderat Chryſoſtomus, & non dixit, Tranſlati eſtis, ad ſignificandum, rem eſſe in fieri, & circumuentionem nõdum perpetratam, vt poſſit citò remedium adhiberi. Quemadmodũ in morbis accidit: nam vt rectè quidam dixit.

Nuid lib. 1. de Remed. Amo

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuère moras.

Transferendi verbum, ad corpus, & ad animum aptè transfertur.
Geneſ. 5.
Hebr. 11.
3. Reg. 21.

Verbum autem transferendi, notum eſt, & Gręcè dicitur μεταθέσεως: quod non minus de rebus corporeis accipi cõſueuit: vt illud de Henoch: *Placuit Henoch Deo, & non inueniebatur, quia transtulit eum Deus.* Ita legunt Septuaginta, & Paulus; quàm de mutatione mentis & voluntatis, iuxtà illud: *Tranſtulit Iezabel Achab à Dei cultu ad idola*, vt etiam habent 70. & Sapientes huius ſeculi eos, qui de vno dogmate transferuntur in alterum, Tranſlatos appellant, vt teſtis eſt Hieronymus.

Quinã tranſlati Hieronymo.

Galatas Deus Pater vocauit in gratiam Chriſti.

Ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euãgelium. Non dixit, A me, vt ab homine quocunque, ſed quod horribilius eſt, & ad incutiẽdum terrorem plurimum valet, à Deo Patre, qui eos per Apoſtolicam prædicationem ab idolorum cultu traduxerat ad Chriſti gratiam participãdam, vt ita per baptiſmi Sacramentum & Patris efficerentur filij, & Chriſti membra, atq; per hanc communicatam gratiam da immenſa vnionis hypoſtaticæ gratia Chriſto donata participes redderentur. Et aptiùs refertur ad Patrem illud: *Ab eo qui vos vocauit*, vt faciũt Theodoritus, Chryſoſt. Theophyl. Oecum. & Haymo, quàm ad Chriſtum, vt fecit Eraſmus. Nam Paulus vbique vocationem Patri tribuit, vt infrà, cùm ait: *Cùm placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ & vocauit per gratiam ſuam, &c.*

Idẽ quomodo, & quando vocauerit.

Quod dicitur: Ab eo qui vos vocauit, Deo Patri, quã Chriſto rectius conuenire.
Theodo. to. 2.
Chryſoſtom.
Theophylact.
Oecumen.
Haymo.

Ad ſecũdum dubium.

Galatas Paulus in quod aliud Euangelium dicat fuiſſe tranſlatos.

Quod ſecundo loco propoſitum eſt, diſſoluitur, explicando, vocari aliud Euangelium, id eſt diuerſum, & quod cum eo, quòd à Paulo prædicatum prius fuit, non conſentiret. Et reuerà aliud non erat Euangeliũ, niſi nomine tenus, & pſeudoapoſtolis tantũ, idcircò addidit: Quod non eſt aliud. Eſtque ἐπανόρθωσις, qua corrigit dictum ſuum, ſi in voce, Euangelium, fuit Catachreſis, aut ſi pſeudoapoſtolis vocabatur Euangelium. Quod enim falſum eſt, vt ait Hieronymus, non ſubſiſtit, & quod veritati contrarium, non eſt. Omnis præterea hæreſis nouum condit Chriſtum, nouum Spiritum prodit, nouum Euangelium prędicat: vt habes 2. Corinth. 11. Verum Euangelium non eſt niſi vnum tantùm: quia vna ſpes, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Mediator Dei, & hominũ. Vt ẽnim optimũ vinum ſi aliquo liquore aceſcat, vel corrumpatur, vinum non eſt vocandum: ita nec purum Chriſti Euangelium remanet, ſi aliquid contrarium illi adiungas. Hinc præclarè à Hieronymo dictum eſt: *Grande periculum eſt in Eccleſia loqui, ne fortè interpretatione peruerſa, de Euãgelio Chriſti, hominis fiat Euangelium, aut quod peius eſt diaboli.* Hæc ille. Idcirco Euangelium ab Apoſtolo Ioanne vocatur æternũ, & Teſtamentum æternum. Lex ſiquidem promittens bona tẽporalia, Euangelij nomen non promeretur: imò Euangelica doctrina per legem vitiatur.

Hieronym. hoc loco.
Falſi natura.
Hæreſis proprium vniuſcuiuſque.
2. Cor. 11.
Epheſ. 4.
1. Tim. 2.

Impurum quod ſit Euangelium.

Idem.

Euangelium cur Apoſtol[us] æternum, & teſtamẽtũ vocet æternum eccleſiaſticus
Apoc. 14
Eccle. 45.

Contra Martioniſtas vnicum duntaxat eſſe Euangelium, Lucę nimirũ, hinc dogmatizantes.

Peſſimè autem Marcioniſtæ ratiocinati ſunt, anſam ex hoc loco arripientes dogmatiyandi, non eſſe niſi vnũ tantùm Euãgelium: vnde reliqua omnia præter Lucæ Euangeliũ proſcribebant: & illud quidem non integrũ, ſed mutilatum. Sed iſti ignorabant, quòd etſi ſint mille Euangeliſtæ eadem ſcribentes, non eſt niſi vnicum Euangelium. Sicut è contrario, ſi vel vnus ſcriptor ſit, & ſibi contraria ſcriberet, non eſſet vnum Euangelium, ſed plura. Qua ratione Euangelium Catholicæ, & Romanæ Eccleſiæ diuerſum eſt ab illo Lutheri, & Caluini ab vtroque, & Anabaptiſtarum ab illis tribus, quia vnumquodq; illorum alijs contradicit, & aduerſatur.

Hæreticorũ noſtri ſeculi Euãgelia vnde plura, atq; diuerſa.

Hæretici vt ſeſe mẽtibus auditorũ inſinuent ad perſuaſionem erroris.
B. Chryſoſt.

Præterea à Chryſoſtomo acutè fuit hoc loco annotatum, Hæreticos non repentè ſuum prodere venenum, ſed paulatim conſueuiſſe diſcipulos à rebus ipſis transferre, retentis prioribus vocibus, & nominibus. Nam diaboli fraus non eſt nudos proponere laqueos, quibus animos deprædetur & in ſuam trahat naſſam. Nec enim iſti à Chriſto, & fide ei[us] deſciſcere perſuadebãt, ſed legem tantùm tanquam neceſſariã addebant ſine qua Chriſtus non prodeſſet.

In quibus hodie Lutherani cũ Catholicis conueniunt, in quibus diſſentiant.

Ita nunc Lutherani, cùm plerumque in vocibus cum Catholicis conueniant, ſenſu tamen maximè ab illis diſiuncti ſunt. Nam ecce illi confitentur vnum Mediatorem, ſed qui Matris ſanctiſſimæ preces, aut Sanctos interpellantes non admittãt. Admittunt baptiſmum, & Sacramenta, ſed quibus vis iuſtificandi, aut gratiam conferendi non inſit. Profitentur Euchariſtiam, ſed in nudo pane & vino tantùm, veram, &

realem Chriſti ſubſtantiam excludentes. Prædicant vt nos Eccleſiam Catholicam, etiam Romanam, ſed intelligunt eos eſſe Catholicos, qui ſecum conſentiunt, & Romę ſua dogmata amplectũtur, ita vt omnia plena ſunt fucis, ac dolis. Denique ſeipſos Euangelicos, & Paulinos Theologos iactitant: qui à verò Euangelij & Pauli intellectu quam longiſſimè diſiuncti ſunt. Sequitur: *Niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti.* Hic primùm expende, quòd dixit, Sunt aliqui: pepercit illis nomina ipſorum ſupprimẽs, ne ex inuidia agere videretur: & vt Chriſtianam oſtenderet modeſtiam, & charitatem; & ne aditum occluderet pęnitentiæ, ſi fortè reſipiſcerent. Obſerua etiam, Paulum alleuiare culpam Galatarum, dum illos nõ à ſcipſis in hæreſim incidiſſe inſinuat, ſed fraude, & aliorum circumuentione. Ne enim illos leuitatis, & inconſtatiæ damnare videretur, facti culpam in pſeudoapoſtolos reijcit. Vocat autem eos conturbatos, ſumpta metaphora ab oculo turbato, qui vnum pro alio cernit, vel ab aqua clara, quæ per terræ in eam proiectionem turbatur, vt nihil in ea turbata ſpectari poſſit. Ita mens prauis cupiditatibus agitata, ac vitiata, non poteſt rectè iudicare, ſed vnum pro alio accipit. Hac eadem metaphora vſus eſt Lucas loquens de hæreticis Act. 15. *Audiuimus*, inquit, *quia quidam ex nobis exeũtes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras.* Et infrà: *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.* Particula, *niſi*, capienda eſt pro aduerſatiua, ſed, vt ſit ſenſus: Sed ſunt aliqui qui vos conturbant. Ant, quod probabiliùs videtur, non aduerſatur, ſed excipit, ſi referatur ad ea quæ ſunt à principio ipſo dicta: nimirum: *Miror quòd ſic tam citò transferimini, niſi ſint aliqui qui vos cõturbant.* Hoc eſt: Admiratione dignum eſſet, ſi ex vobis ipſis ſolis moueremini, & non potius aliorum autoritate pulſi.

Iidem quam doloſi, & fallaces, & quales ſe venditent.

Quare Paul. Galatarum ſeductores nõ expreſſerit nominatim.

Idem etiam Galatarum apoſtaſiã extenuat, ac deprimat.

Galatæ quomodo conturbati.

Quando animus conturbetur.

Actor. 15.

Illud: Niſi ſunt aliqui qui vos conturbant: dupliciter accipitur.

Conuertere verò Euangelium, verbo Græco dicitur: μετατρέψαι, quod Chryſoſtomus putat poſitum pro ἀνατρέψαι, vel καταστρέψαι, hoc eſt, ſubuertere: vt in moneta regia, ſi paululùm ſit imago amputata, totum numiſma fit adulterinum. Itaquiſquis ſanæ fidei vel minimam particulam prauè interpretetur, Euangelium ſubuertit: quia deficiens in vno articulo, factus eſt omniũ reus. Hieronymus tamen propriè accipit verbum pro eo, quod eſt tranſuertere, ſiue interuertere, ſiue præpoſterè vertere: Vt ſi quis quod in facie eſt, poſt tergum faciat; & quæ poſt tergum, in facie reponat. Eſt enim Euangelium, libertas à lege Moſaica: hi verò quantum in ipſis erat, ponebant in obſeruatione legis, & quod erat ad finem, vt finem conſtituebant. Iudaiſmus ſiquidẽ ad Euangelium tendebat, vt adueniente Euangelio ceſſaret lex, non autem è conuerſo. Nam hoc eſſet à ſolido cibo reuocari ad lac, & à ſumma Euangelij perfectione, deduci ad ſummam imperfectionem, & infirmitatem.

Quid cõuertere Euangelium Chriſti. 1. Sẽſus Chryſoſtomi.

Alter Hieronymi.

Quid ab Euãgelio ad legẽ transferri.

Iam ad tertium diſſoluendum accedamus. *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquàm quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit.* Pauli prædicationi obiiciebatur (vt teſtantur Hieronymus, & Chryſoſtomus) quòd reliqui Apoſtoli aliter docerent quàm Paulus: qui incõſtanter agere videbatur, quòd in Iudæa ſeruaret legales cęremonias, foris verò eas abnegaret. Hinc ipſe in Spiritu euectus, anathematis & extremæ deteſtationis ſententiam pronunciat in quoſcunque qui alter atq; ipſe prædicaſſent. Quaſi dicat: Nullus me autoritate, aut exemplo Apoſtolorum premat, aut vrgeat: quia in Spiritu dico, ſiue ille ſit Angelus, ſiue Apoſtolus, ſiue quiuis magnus Doctor, deteſtatione extrema dignus eſt quicunque aliter docuerit.

Ad tertium dubium. Cur Apoſtolus aliter euãgelizantes anathemate percutiat.

Hieronym. Chryſoſt.

Vocabulum hoc anathematis Græcum eſt, cui in lingua Iudęorum reſpondet vox Horma. Et propriè extremam deteſtationem, & abominationem ſignificat. Alij verò propriè ſignificari putant ſuſpenſum, & dicatum Deo, quaſi à communi, & profano vſu ſeparatum: vt ita per oppoſitum ſignificet ea, quæ communi hominum ſocietate arcentur vt impia, & abominanda, vt erant bona, quę erant in Iericho, Ioſu. 6. & Nume. 21. terræ quæ erant ſubiectæ Regi Arad Chananæo. Et ita anathematizari illi dicuntur, qui à communi hominum ſocietate vt abominabiles & peſtiferi pręſcinduntur, & excluduntur, ne cum alijs verſentur.

Anathema Græcis (horma Hebræis quid ſit.) Alter ſignificatus.

Ioſ. 6. Num. 21.

Sed dubium eſt, qua autoritate hoc Paulus ſit auſus, vt homines quoſcũque, etiam Apoſtolos, & Angelos, quod maius eſt, excommunicatione percellat. Reſpondent quidam hoc factum eſſe autoritate Euangelica, quæ diuina prorſus eſt, & ſuper Apoſtolos, & Angelos, quia & Angeli mutabiles ſunt, & de cœlo ceciderunt, vt Lucifer, de quo Dominus: *Videbam Satanã ſicut fulgur de cœlo cadentem.* Apoſtolus verò, ne reprobus efficiatur, corpus ſuum caſtigat, & in ſeruitutem redigit. Hinc Tertullianus in Apellem, & eius virginem Philumenen, quam diaboli ſpiritus Angelus impleuerat, ſcribit hunc eſſe Angelum, quem Spiritus ſanctus multò ante tempore per

Quomodo Paulus omnibus, etiã Angelis, & Apoſtolis aliter euangelizantibus, anathema dicere potuerit.

1. ſolutio.

Eſai. 14. Luc. 10. 1. Cor. 9. Tertullian.

Improbatur dopliciter.

Paulum anathematizauerat. Verùm hæc expoſitio violenta eſt, & falſa: tum quia Paulus ait, Angelus de cœlo, id eſt, bonus & electus Angelus, & in cœlo habitans: at illi ſancti Angeli, & electi, cùm ſint cũ Deo ſumma beatitudine coniuncti, excommunicationi ſubeſſe non poſſunt. Chryſoſtomus quoque annotat dictum, Angelus de cœlo, propter Sacerdotem, qui Angelus Domini exercituum vocatur: vel propter Angelos in dæmones ſua volũtate conuerſos. Apoſtoli verò in gratia Dei confirmati, cùm in fide errare haud poſſent, cùm in eorum perſona dixerit Paulus: Certus ſum quia neque mors, neque vita, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu, anathemate percuti minimè debuerunt. Vt miſſas faciã rationes quas ſuperiùs attigi, nimirum: Parem in parem nõ habere imperium, nec in ſeipſum, nec in ſuperiorem Paſtoris Petri perſonam. Quare meliùs reſoluitur hæc quæſtio, ſi cum B. Hieronymo dicamus, eſſe hyperbolicam locutionem, nõ autem eſſe verba poteſtatem exercentis, ſed certã veritatis notitiam exprimentis. Conſtat enim, non fuiſſe ei in ſeipſum datam poteſtatem, nec in Angelos: & tamẽ in ſeipſum, ſi aliter euangelicet, anathema pronũciat. Enunciatiua ergo eſt hæc oratio, & conditionalis, ac vera, quoniam poſito impoſſibili, quod ipſe, vel alius Apoſtolus, vel Angelus aliter euãgelizaſſet, abſq; dubio anathema fuiſſet. Hoc & optare ſe Paulus indicat, & comprobare, ſi ita euenire poſſet. Eſt autem conditionalis propoſitio vera, quamuis tam antecedens, quàm cõſequens ſit impoſſibile, vt tradunt Dialectici.

Cor dixit Apoſtolus, Angelus de cœlo, teſte Chryſoſtomo.

Malach. 2.

Rom. 8.

Alia ratio, cur Apoſtoli excommunicari non poſſint.

II. Solutio Hieronymi præſtantior.

Hypotheticę propoſitiõis natura.

Cæterùm hęretici ipſo iure diuino excommunicatione digni ſunt, quia aduerſarios Dei ſe conſtituunt: vſque adeo, vt Papa hæreticus, ab aliquibus nõ habeatur ampliùs Papa, ſed anathema quare nulla vrget neceſſitas vt deponatur, ſed vt iam à Deo ſic eſſe depoſitus pronũcietur, iuxta illud: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi* (nempè per Eccleſiæ ſententiam) *ſicut ethicus, & Publicanus, & anathema. Quæcunque enim alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo.* Et Paulus, *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem* (ſcilicet Eccleſiæ) *deuita*, per Eccleſiæ ſententiam latam: & Dilectus, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis.* In cuius rei figuram leproſus in lege eiicitur extra caſtra, ne conuerſãtione, id eſt contractu, vel anhelitu, id eſt ſermone, qui ſerpit vt cancer, alios corrumpat. Nam

Hęreticos omnes iure diuino excõmunicatos exiſtere.

Matth. 18.

Ibidem.

Tit. 3.

Ioan 2.

Leuit. 13.

Quid olim leproſus extra caſtra eiiciendus ſignificauerit.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

Quòd ſi ipſo facto hæreticus etiam occultus eſſet depoſitus, ſiue ſit Papa, ſiue Epiſcopus, antequàm ab Eccleſia damnatus pronuntietur, nil ratum faceret, nec obligaret, nec ſolueret, nec excommunicaret, nec beneficia conferre, aut leges condere poſſet: & ſi reſipiſceret, noua electione indigeret. Idcirco Ambroſius hoc loco tradit, Apoſtolum præcepiſſe, vt pſeudoapoſtolus anathematizetur: & Theophylactus id, *Anathema ſit*, interpretari videtur, id eſt, anathemati ſubijciatur. Sicut Auguſtinus in illis verbis: *Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus*, ſcribit præceptum eſſe, vt inobedientes, & contumaces Eccleſiæ per ſuam ſententiã à communione fidelium ſeparet. Hinc prodiit tantus in Conciliis vſus anathematum contra pertinaces, & refractarios.

2. Tim. 2.

Papa vel Epiſcopus excõmunicati nullam iuriſdictionem habent, neque poſſunt conferre.

B Ambr. to. 5

Theophylact.

B. Auguſt.

Vſus anathematũ in Conciliis vnde.

Ad illud quod quarto loco obiectum fuit, non eſſe aliam doctrinam prædicandã quàm Chriſti Euangelium, & Apoſtolorũ epiſtolas: dicendum eſt, nihil aliud eſſe docendum niſi Euangelium, & nihil quod eius ſubſtantiam lædat, aut ei aduerſetur. & id ſignificat illa præpoſitio Græca [illegible], qua vtitur Apoſtolus, id eſt pręter, vel contra. Deinde, Euangelium vt prius fuit factum, ita & viua voce prius fuit prædicatũ, quàm ſcriptum: & non omnia prædicata ſcripto ſunt conſignata, vt Ioannes dicat: *Sunt & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt libros. Et Act. 1. Præbuit ſeipſum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta apparens Apoſtolis, & loquens de regno Dei*: nec tamen vllus Apoſtolorum expreſſit quæ ſint illa quæ locutus eſt ad eos. Paulus quoque ad Theſſalonicen. *State*, inquit, *& tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Adhæc Euangelium eſt: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: &, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.* Si ergo conformia Euangelio ſeruando imperent Præpoſiti, audiendi ſunt, & ea quæ docent, tanquam pars Euangelij accipienda: Vt ſi quicquam ſtatuãt de ieiunio, oratione, confeſſione, communione, & ſimilibus. Quare Auguſtinus Tractatu 99. in Ioannem rectè eſt hunc locum interpretatus: *Admonitio*, inquit, *beatiſſimi Apoſtoli de veſtris cordibus non recedat. Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Non ait, pluſquàm accepiſtis: ſed, præterquàm quod accepiſtis. Nam ſi illud diceret, ſibi ipſi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicenſes, vt ſuppleret quæ illorum fidei defuerunt. Sed qui ſupplet, quod minus erat, addit, non quod inerat, tollit. Qui autem prætergreditur regulam fidei, non accedit in*

Ad quartum dubium.

An aliquid ſupra Euãgelium doceńtes anathemati ſubiaceant.

I. & II. argu. contrariũ.

Ioan. vlt.

Act. 1.

2. Theſſ. 2.

III. argum.

Luc 10.

Hebr. vlt.

Quę res Euãgelio minimè contrariæ, à ſuperioribus traditæ, pro Euangelio tamẽ ſunt habendæ.

B. Aug. in ſin tract. tom. 9.

Si nihil præterquã quod ipſe tradidiſſet, Paulus accipi tradire nollet, quid inde.

1. Theſſ. 3.

Quid ſit ſupplere.

Via,

Google

Quæ cauſa ſit repetiti anathematis ſicut prædiximus, & nunc iterum dico, &c.

via, ſed recedit in via. Hæc ille. Et confirmās ea quę dicta ſunt, ne putarent per hyperbolem aſſerta, aut ex ira, impetuque ſermonis effuſa (nam qui ſic loquuntur, mox eos dicti ſui pœnitere ſolet) ſubiungit: *Sicut prædiximus* (ſcilicet olim cùm prædicarem vobis, vel paulò antè in ſuperiori ſententia) *& nunc iterū dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Si quis, inquit, ſiue Apoſtolus ſit, ſiue Angel᷒: quo verbo omnem hominem dignitatem comprehendit: & quia incluſit ſeipſum, etiam familiaritatem, & germanitatem eſt cōmplexus. Quaſi dicat: Ne ergo mihi dixeris: Collegæ, & ſocij tui Apoſtoli aliter prædicant, & qui nec mihi ipſi parcunt, ſi diuerſa prædicem, nec alijs etiam parcam. Ex quo collige, non eſſe cuiuſuis prædicare, ac docere, ſed eius tantùm, qui de veritate fidei pleniſſimè eſt perſuaſus, iuxta illud: *Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: & alibi, Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Et paulò antè: *Da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Ait etiam Dauid: *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa.* Aliàs frigidè docens ſuſpectam reddit Euangelij veritatem, quam tradit.

Ad quos tantūmodo ſpectet concionandi, docendiq; munus.
Ioan. 3.
Actor. 4.

Ibidem.
Pſal. 67.
Frigidè in Eccleſia docentes quid faciant.

Vaniſſimi porrò hęretici habendi ſunt, qui hoc loco Pauli abutuntur ad ſuam pertinaciā tuendam. Audent enim in hac Pauli cōfidentia eos, qui à ſeipſis aliter vel docent, vel credunt, excommunicare. Et Pauli exemplo aiūt: Siue Cyprianus, ſiue Ambroſius, ſiue Hieronymus, ſiue Auguſtinus ſiue Chryſoſtomus, imò etiam ſi Paulus ipſe, vel Ioannes aliter quàm nos euagelizeuarint, anathema ſit. Sed profectò intolerabilis eſt tanta hominum arrogantia, quaſi par & equa conditio illis ſit cum Apoſtolo. An dicent iſti aliquando. Non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ipſum Chriſtum? An ſigna ſui Apoſtolatus, ac legationis oſtenderunt in vllis ſignis & miraculis, ac varijs Spiritus ſancti diſtributionibus? An eorum ſudaria & ſemicinctia expulerunt dæmonia? An contulerunt iſti Euangelium cum his qui videbantur eſſe columnæ, ne fortè in vacuum currerent, aut cucurriſſent, vt fecit Paulus? An vnquam Apoſtolus Paulus Petri iudicium, aut Concilij Occumenici tribunal horruit? Illud certè magis verū eſt, Lutheranos in Zuinglium, & eius ſectatores excōmunicationis pronuntiaſſe ſententias: & rurſus qui Caluinū, & Zuingliū ſectantur, excommunicaſſe Lutheranos, & vtroſq; Anabaptiſtas.

Lutherani omnium arrogantiſſimi, Pauli anathematiſmos hodiè in Catholicos quā ſacrilega imitatione conuertant.

Quam ſint illi Paulo diſſimiles, quātoque inferiores in omnibus.
Galat. 1.
1. Cor. 12.

Act. 19.
Galat. 2.

Ibidem.

Mutui Hæreticorum inter ſe anathematiſmi.

Sed aiunt: Ita loquūtur Scripturæ, quarum autoritate anathematicamus. Sed vnde ſcimus ita Scripturas dicere, cùm aliter per mille, & plures quam quingentos annos inſtructi ſimus à Patribus, & Doctoribus Eccleſiam & credere, & docere? Eſt enim circa libros Canonicos duplex in Eccleſia Dei poteſtas neceſſaria, quam qui nō agnouit, & perpetuò veneratus eſt ſeditionis, & diſcordiæ concitator ſemper extitit: altera quidem de numero librorum canonicorum, qui verū Dei verbum, & ſyncerū complectūtur: qua vtitur Eccleſia, ne quid germano Dei verbo addatur à quoquam. Quod Manichęus nō obtinuit, qui in libro ſuo, quem Epiſtolam. Fundamenti appellauit, in eius ſtatim initio ſic ſcripſit: *Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti prouidētia Dei Patris.* Qui ſe Apoſtolū nominat, totum id quod loquitur, diuina illuſtratiōe accepiſſe videri voluit, ac non ſua, ſed Dei verba annuntiare. Ne quid etiam à Dei verbis adimi poſſit: quòd crebrò, & audacter Manichæi fecerunt, in ſanctos libros à Catholicis inductos, falſatos eſſe codices, & corruptos dictitando: vt nunc hæretici noſtri faciunt, qui libros Manichæorum, & Iacobi Apoſtoli epiſtolam, & illā ad Hæbræos, & Ioānis Apocalypſim proſcribunt. Quare iſta poteſtate Eccleſiæ miniſtri vtentes, faciunt vt verbis Dei nihil addatur, nihilq; ex eis adimatur. Altera poteſtas non minus neceſſaria eſt, iudicandi de veris verbi Dei interpretationibus, & explanationibus: at niſi hæc poteſtas Eccleſiæ collata eſſet, quomodo controuerſiæ, & lites, quę de earum vt plurimum vero intellectu pendent, derimerentur? quomodo alioqui qui Scripturas docendo detorquent, & ouiuim Chriſti paſcua inficiunt à bonis magiſtris, & veris paſtoribus internoſcerentur, & vt lupi rapaces arcerētur? Hac poteſtate Chriſtus omnium primus eſt vſus, qui accuſatus de violato Sabbati cultu, reſpondit, ſuos accuſatores non fuiſſe bonos diuini verbi interpretes, qui laborantibus in Sabbato medebantur, & ouem cadentem in foueam licere docebant educere. Vſi ſunt etiam Apoſtoli hac autoritate, in Concilio Ieroſolymitano aduerſus eos, qui ex verbo Dei perſuadebant neceſſe circumcidi, & ſeruare legalia ad ſalutem parandam: quos inter Petrus id remouens improbauit, ſtatuens ne patribus quidem ex iugo legis intolerabili, ſed fide, & gratia Chriſti cōtigiſſe ſalutem. Ideo diſcāt hæretici, iudicium de Scripturis ſacris, & Canonicis, atque de earum recto, & germano intellectu ad ſe minimè pertinere, ſed ad Eccleſiā. Et hæc ſatis ſint de hac Diſputatione.

In dictum illorum: ita loquuntur Scripturæ, quarū autoritate anathematizamus.

Eccleſiæ duplex de libris ſacris iudicādi poteſtas. Prima, quæ quidem duo præſtat.

Qualem Manichæus ſe impius venditaret infelix.
B. Auguſt. c. 5 contra epiſto. Manich. inst. tom. 6. circa princ.
Manichæorū circa diuinos codices impietas ſacrilega.
Eorum ſe filios Lutherani vt prodāt.

Poteſtas altera.

Hæc contra hæreticos quantum valeat.

Matth. 7.
Eadē à Chriſto ſumpſit exordium.
Infrà 12.

Actor. 15.
Apoſtoli eandem vſurpaſunt.

Ibidem.

Quid cauendum Lutheranis.

DISPVTATIO XX.

In illa verba Apoſtoli : *Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nō eſſem. Notum enim vobis facio, fratres Euangelium quod euāgelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, &c.* vſque ad: *Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam*, & reliqua.

I. dubit. IN his verbis nō deſunt ſcrupuli, & quidem multi, qui digni ſunt, vt ab epiſtolę enarratore adimantur. Et primus quidem, quia non eſt facilè explicare, quid ſibi velit illud, *Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo?* &

Secunda. quorſum dicatur. Secundò, quid illud ſit: *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nō eſſem*, cùm ipſe alibi ſcribat: *Ego per omnia omnibus placeo.*

Tertia. Tertiò, quorſum tam feriò, & longo ſermone de Euangelio ſibi reuelato

Quarta. verba faciat. Quartò, quomodo fuerit ſegregatus ex vtero matris ſuę, & quæ fuit il-

Quinta. la eius mater. Quintò, quomodo aſſerit ſe expugnaſſe Eccleſiam, de qua Chriſtus di-

Matth. 16. xit: *Portæ inferi non præualebūt aduerſus eam?*

Sexta. Sextò, quid eſt: *Continuò non acquieui carni, & ſanguini: Neque veni Ieroſolymam ad anteſſores meos Apoſtolos.* Videtur enim Apoſtolos facere carnem, & ſanguinē, cùm eſſent ſpirituales, & omnem carnem & ſanguinem & exuiſſent, cum Chriſtum per baptiſmum

Septima. induiſſent. Videtur poſtremò Apoſtolus his verbis gloriari, & fauſtū oſtētare, quòd non didicerit ab aliis, iuxta illud Sapientis:

Prouer. 26. *Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri: magis illo ſpem habebit inſipiens.* Non ergo ſibi ipſi Apoſtolus cō ſonare videtur, quui aliter docet,

Rom. 12. (Non plus, inquit, ſaperè quàm oportet ſapere ad ſobrietatem) & aliter[illegible]ciat. Adhæc ea quæ ſubdit de profectione ſua in Arabiam, non conſonant cum his quæ haben-

Actor. 9. tur Actor. 9. vbi dicitur, poſtquam per dies multos Euangelium Damaſci docuiſſet, factas fuiſſe ei inſidias, & per murum demiſſum veniſſe in Ieruſalem, & tentaſſe ſe iungere cum Apoſtolis. Vrgent etiam Hæretici: Ecce quomodo exemplo Pauli, qui prędicauit in Damaſco & Arabia ſine Petri facultate, ita nos ſine Pontificia autoritate in Germania docemus. Hæc omnia paulatim ſunt expedienda.

Ad I. dubiū. Quid ſit illud: Modo enim hominibus ſuadeo an Deo? Et circa primū ſcrupulū expende, Gręcè legi, Αρτι γ δ' πείθω τὺς ἀνθρώπυς τὸν Θεὸν, & Eraſmus, & alij putarunt vertendum per accuſatiuum, Num homines ſuadeo, an Deum? eſtque ſenſus: Nam humana ſuadeo, an diuina? qui durus, & inſolens ſenſus videtur. Idcirco ignorandum non eſt, Græcum verbum πείθειν ſignificare & morem gerere, ſiue parere: qua ratione dandi caſum ſemper regit teſte Chryſoſto- B. Chryſoſt.

mo. Significat etiam ſuadere, & tunc tam Accuſandi, quàm Dandi caſum regere ſolet: vt ex ipſo Paulo conſtare poteſt. Nam 2. Corinthiorum 5. habetur: *Scientes ergo timorem Domini hominibus ſuademus*, Græcè

2 Cor. 5. eſt ἀνθρώπυς in Accuſatiuo. Frequens eſt etiam illa phraſis apud Herodianum hi-

Hierodian. Chryſoſt. ſtoricum, atqua Ita Chryſoſtomus Græcæ linguæ peritiſſimus, interpretatur in Dandi caſu, quamadmodum etiam noſter interpres vertit. Vt ſit ſenſus: An ego cauſam apud homines ago? Id eſt, Quod dico in expurgationem mei, & defenſionem in pſeudoapoſtolos, qui variis modis me apud vos traduxerunt, agam, & dicam non vt apud homines iudices, ſed vt apud Dei

Paulinæ prędicationis ſcopus, Dei gloria. tribunal. Reddit ergo Apoſtolus tanti ſui zeli & confidentiæ rationem, qua etiam aliter docentes anathematizauerat: eò quòd ipſe non reſpicit in ſua prædicatione homines, vt aliud agat apud Iudæos, aliud doceat in Gētibus, ſed ſpectat Deum, & eius gloriam, & in illum vnum intuens, tam grauem anathematis ſententiam profert. Et eandem rurſus interrogationem

Oratoriā Paulus inſinuationem minimè affectabat propterea. apertiùs explicans, ſubdit: *An quæro hominibus placere?* Solent enim Oratores, qui aliquid quibuſdam perſuadere volunt, iis primùm blandiri, ſeſeque illis inſinuare, & illorum auribus magnam ſui ſermonis partem dare, Et rectè ait, Modò, quaſi diceret, Nunc, ſiue modò, poſtquàm factus

Galat. 1. Actor. 9. ſum Apoſtolus, an anteà, cùm eſſem æmulator paternarum mearum traditionum, probare me hominibus ſtudeo, & in gratiam Pontificum Chriſtianos in vincula trahebam.

Hæc Apoſtoli doctrina quam Chriſto cōformis. Intendit igitur Apoſtolus probare, ex eo quod ſoli Deo placere ſtudebat, ſe tantùm vera prædicaſſe. Quod quidem dictum in ſententia Domini ſuſtentatur: *Qui quærit*, inquit, *gloriam eius qui miſit illum, hic*

Ioan 7. *verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.* At è contrario, qui quærit gratiam hominum, id eſt ſuam, vel aliorum, hic mendax eſt. Porrò

Qui ſit propriè mendax non eſt mendax, qui caſu neſciens mendacium dicit, ſed qui ſciens, & volens, & ex habitu mendacium dicit, illo delectatur, & illud cognitum tuetur, & vt Propheta

Pſal. 118. dixit. *Omnis homo* (vt talis, & natura ſua) *mendax eſt.*

Verax quis ille.

Verax etiam non eſt, qui caſu ſemel, aut bis veritatem dicit, ſed qui affectu quodam veritatem complectitur, & eam, etiamſi nouerit odium ſibi conflaturam, prædicat, & pro illa contra mundum vana, & mendacia quærentem, decertat. Et in fine epiſtolæ Apoſtolus ſubdit: *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantũ ve crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.* Conta verò Apoſtolus, cum prædicando odium hominum mulrorum in ſe concitaret, oſtendebat ſe non hominum, ſed Dei gloriam quærere.

Galat. vlt. Galatarum pſeudapoſtoli, quare mendaces, Paulus autem verax

Ad II dubiũ Quomodo accipiendum Si adhuc hominibus placerem, &c. cũ aliud verbo, & facto alibi idem oſtendat Apoſtol⁹ 1. Cor. 10. Rom. 15.

Quod verò obiectum fuit ex hac ſententia: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem: non pugnat cum eo quod 1. Corint. 10. affirmauit: *Sine offenſione eſtote Iudæis, & gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt eſt, ſed quod multis, vt salui fiant.* Et alio loco: *Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.* Reſpondemus igitur, Apoſtolum hoc loco homines in malam partem accepiſſe, quos prudentia carnis Deo inimica regit. Et alibi: *Cùm ſit inter vos vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem* (ſcilicet veterem) *ambulatis?* Hinc Deus homini opponitur, quemadmodum ibi: *Non ſapis ea quæ hominum.* Er in priori ad Theſſalonicen, *Ita loquimur: non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.* Et Dominus apud Lucam: *Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.* Item Prouerb. 30. *Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum non eſt mecum.* Vbi 70. Interpretes, & Clemens libr. 5. Strom. legunt: *Prudentia hominis non eſt in me, Deus autem dat mihi ſapientiam.* Cùm ergo Deus & homo in ſapientia & præceptis non magis inter ſe conſentiant quàm ignis, & aqua, non poteſt homo ſimul eſſe ſeruus Dei, & hominum: *Non poteſtis*, inquit, *Deo ſeruire & Mammonæ.*

Homines in Scripturis quid ſonent. Supra 0. 1. Cor. 3. Matth. 16. 1. Petr. 2. Luc. 16. Prouer. 3. Clem parum à medio. Deus & homo vt ſecum vt pugnent. *Matth. 6. Ibidem.*

Quod verò alibi ait: *Ego per omnia omnibus placeo*, non dixit hominibus. Et addidit: *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis: vt salui fiant.* qui autem quærit quod alios ſaluos faceret, id quærit quod Deo eſt curæ, & eius voluntati placet.

Ad illud reſpondetur: Ego per omnia omnibus placeo.

Cum etiam dixit: *Omnibus omnia factus ſum*, ſubiunxit: *Vt omnes facerem ſaluos.* ſicut etiam ad illud: *Vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat*, adiecit, in bonum, &, ad ædificationem.

1. Cor. 9. De eo: Omnibus omnia factus ſum.

Extremum ergo eſt placere ſolùm hominibus, & non Deo, quorũ oſſa, teſte Propheta, Deus diſſipauit. Aliud extremũ eſt, placere velle ſoli Deo, & diſplicere hominibus; cùm tamẽ illis placere debeamus, vt Paulus ſuo exemplo nos docet. Medium verò eſt, velle Deo placere propter ſe, & hominibus propter Deum. Vnde ſic habet Auguſtinus: *Homo non placet vtiliter, niſi cum propter Deum placet: id eſt, vt Deus placeat, & glorificetur, cùm dona eius attenduntur in homine, aut per miniſterium hominis accipiuntur. Cùm autem ſic homo placet, non iam homo, ſed Deus placet.* Et ita ſecundus ſcrupulus eſt ademptus.

Placendi hominibus extrema quę vitanda, quod medium tenendum. *Pſal. 52.*

B. Auguſt. in c. 1 huius epiſtol. tom. 4. circa finem Homó homini quando vtiliter placeat teſte Auguſtino.

Ex quo habes, doctrinam Lutheri, & Caluini falſam eſſe, quia placet hominib⁹, hoc eſt carni, ſenſui, & genio vacantibus. Repugnat ſpiritualibus, & omnia dura, & difficilia tollit, vt confeſſionem, ieiuniorum præcepta, ciborum delectum, monaſteria, & cœlibatum, & omne illud quod carni incommodum eſſe videtur.

Quid arguat Lutheranam doctrinam & Caluiniſtam eſſe mendacẽ & impiam.

Iam de tertio ſcrupulo euacuando ſubiungit: *Notum enim vobis facio fratres Euangelium, quod prædicatum eſt a me.* Vbi primum ab Euangelio per eum prædicato non eſſe diſcedendum probat, quia diuinum eſt, & à Deo immediatè acceptum: & quod iuſtè tulerit anathematis ſentẽtiam in aliter docentes. Quia Euangelium quod accepit prædicandum, non eſt ſecundùm hominem, id eſt, ſecundùm ſpiritum, & ſapientiam humanã, & indicat eius materia, quia continet multa contraria ſenſui: & autor Deus à quo habuit, is eſt, cuius cogitationes, ait Propheta exaltantur ſupra noſtras, ſicut exaltatur cęlum à terra. Et ita vt ſuum Apoſtolatum eſſe à Deo oſtendat, Euangelium, quod per Apoſtolatus miniſteriũ exercere debebat, à Deo profectum eſſe oſtendit. Quare declarans quid ſit ſuum Euangelium non eſſe ſecundùm hominem, ſubdit: *Neque enim ab homine ego accepi illud.* Rectè autem Os aureum ponderans hæc verba, adiecit: *Paulus vera miracula, & prodigia, aut mortis pericula omnibus veris Apoſtolis communia non allegat, quæ alio loco propter pſeudoapoſtolos producit.* Nam 2. Corin. 12. *Nihil*, inquit, *minus feci ab ijs qui ſunt ſupra modũ Apoſtolis: tametſi nihil ſum. Signa tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigijs, & virtutibus:* ſed ea tantùm quę ſibi propria erant, & q̃ cęteris Apoſtolis communia nõ erãt. Probatq; ſe ſine intermedio homine didiciſſe. Non enim ex ſuperiori cõtraria conuerſatione tã repentè mutatus fuiſſet, niſi Deus luce gratię ſuę affulſiſſet. Qui enim ab hominibus docentur, & tempore, & acri ſtudio, & ætate matura indigẽt: ſed Deus vt aliquem ſapientẽ faciat, nullo horum opus habet, vt conſtat in Salomone, & Prophetis, & Apoſtolis. Et ideò dixit: *Neque ab homine accepi*, vt magi-

Ad III dubi. De cauſa ſui Euangelij à Paulo tantopere commẽdati.

Euangelium quid eſſe ſecundum hominem

Eſai. 55.

B. Chryſoſt.

2. Cor. 12. Quomodo Paulus ſeſe à reliquis Apoſtolis diſtinguat.

Aliter Deus hominem docet, aliter homo.

3. Reg. 3.

Digitized by Google

Qui tantùm edocti diuinitus.

ſtro per ſenſum diſciplinæ, neque didici per me ipſum humana inuentione; vt excludat omnem humanum conatum ſcientiæ acquiſitæ per ſenſum auditus, aut per ſenſum viſus:non enim tale quid eſt Euangelium, vt diſciplina,vel inuentione apprehendi poſſit: *Sed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Tradit Hieronymus vocem Ἀποκαλύψεως propriam eſſe Scripturarum,& à nullo huius ſeculi ſapiente, ſed à ſolis 70. Interpretibus vſurpatam, vt vim peregrini ſermonis Hebręi exprimerent, noua verbis nouis rebus fingentes: ſonat quaſi quod tectum & opertum erat, & ablato velo, ſiue operculo detegitur, & in lucem profertur. Velum autem, quo diuina nobis teguntur, ac celantur, aliud non eſt, quàm naturalis mentis cæcitas; quàm Chriſtus Dei ſapientia per ſe tollit, & eluminat oculos, vt videamus mirabilia de lege Dei. *Audiſtis enim conuerſationem meam aliquãdo in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam.* Annectit rationes, qui bus oſtendat ſe ante conuerſionem ſuam ab aliquo non didiciſſe Euangelium, quia erat eius apertus inimicus,& perſecutor. Et non pudet errores ſuos in Chriſti gloriam confiteri. Et rectè ait, Audiſtis: quia Galatę non viderant. Sed Paulus tam inſignis Euangelij hoſtis fuit, vt ſermo eius perſecutionis ad Galatas dimanaſſet. Poterat autem hic ſermo multum prodeſſe Galatis. Nam ſi ille, qui à parua ætate Phariſæorum inſtitutus eſt diſciplinis, qui omnes coætaneos in Iudaica traditione tuenda ſuperabat, nunc defendit Eccleſiam, quàm olim validiſſimè perſequebatur: & magis Chriſti gratiam, & nouitatem vult habere cum omnium inuidia, quàm vetuſtatem legis cum laude multorum: quid nos facere oportet, qui è Gentilitate eſſe cœpimus Chriſtiani.

Apocalypſis vox propria Scripturarũ, teſte Hieronymo, quid ſignificet.

Mẽtis noſtræ velum quod, à quo tollatur.

1. Cor. 2.
Pſal. 118.

Cur ſuæ Apoſtolus in Eccleſiam perſecutionis meminerit.

Idem ad Galatas cur dicat conuerſionem ſuam in Iudaiſmo audiſſe.

Et non tantùm ait, quòd perſequebatur Eccleſiam, ſed etiam ſupra modum: nec ſatis illi fuit dicere impugnabam, ſed etiam expugnabam. ¶ Ad id qui verum eſſe poſſet, ſuperius dubitatum eſt; cùm potiùs illis perſecutionibus Eccleſiæ creſceret, quàm rueret?

Ad V. dubiũ. Quomodo expugnauerit Dei Eccleſiam Paulus per ſe inexpugnabilem.

Valla legit, Oppugnabam. Et contumeliã eſſe putabat, quòd Eccleſia Chriſti vaſtaretur. Sed certè Græca vox habet ἐπόρθουν, quæ expugnabam, ſiue deuaſtabam, ſiue animo euertebam, ſignificat. Eſtq; propriũ verbum depopulantium captas armis vrbes; vinciendo homines, & mittendo illos vinctos in Ieruſalem.

Prima ſolutio Laurentij Vallæ: quæ reijcitur.

Expugnandi metaphora vnde ducta. *Actor. 9.*

Sed præſtat dicere, morem Scripturæ ſeruaſſe Apoſtolum, vt dicatur expugnare eò quod illa agebat,& moliebatur in Eccleſiam Dei, vnde eius deuaſtatio,& expugnatio ex natura rei ſequebatur, quia potens ad id erat, niſi Deus miraculo eam ſuſtinuiſſet. Hinc illud legimus, in perſona Chriſti, ſiue Eccleſiæ dictum: *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael:* id eſt; Id egerunt, quod ad expugnationem ſatis erat. Et ſubdit: *Etenim non potuerunt mihi:* id eſt, Dei virtute euaſi, in qua Dei virtus, & potentia perſeuerans elucet. Act. 9. legitur; *Nonne hic eſt qui expugnabat in Ieruſalem eos, qui inuocabant nomen iſtud?* Et in fine capitis huius; *Nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.* Subdit: *Et proficiebã in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.* His verbis inſinuat ſe in Ieruſalem literis vacaſſe, & non mediocres profectus feciſſe ſupra multos coætancos in genere ſuo, hoc eſt inter Iudæos, non inter proſelytos. Deinde docet, quòd ſi quicquam contra Eccleſiam fecit, non humano affectu, aut errore, ſed zelo feciſſet. Vocat autem paternas traditiones, ipſas Moyſis leges traditas de Circumciſione, Sabbato, & ſacrificiis, de quibus de moliendis à Chriſto, fuit accuſatus Stephanus Act. 6. Erant autem tunc bonæ, & ſanctæ, & ex vide obſeruatæ iuſtificabãt: de quibus Petrus, *Redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis:* id eſt, de lege Moſaica. Poſt Chriſti verò aduentum inutiles erant, & omninò pernicioſæ: quia iam omninò mortua lex erat. Aliæ verò erant traditiones ſeniorum, de quibus Matth. 15. & Marc. 7. quæ & ocioſæ erant, & inutiles.

Pſal. 128.

Act. 9.

Quos vocet nunc Paulus coętaneos in genere ſuo.

Idẽ quas nominet patere nas ſuas traditiones.

Act. 6. Illæ quatenus iuſtificarent. *1. Petr. 1.*

Traditiones ſeniorum quales. *Matth. 15. Marc. 7.*

Tertiò, aliæ erant traditiones Phariſęorum, quæ pugnabant apertè cum Dei verbo, & erant proprię traditiones hominum. Similiter in Eccleſia Dei aliæ ſunt diuinæ traditiones, id eſt, verba Dei, de quibus 1. Cor. 11. & 15. & ad ſalutem neceſſariæ, ſiue ſint ſcriptæ canonicè, ſiue non. Aliæ verò traditiones ſunt Pontificum, & Patrum, quæ ab Spiritu ſancto ſunt: quarum nonnullæ poſſunt eſſe abrogatæ, vt de ſuffocato, & ſanguine, & de modo communicandi poſt cœnam, & de vigiliis per totam noctem celebrandis ad ſanctos: aliæ verò propriæ ſunt hominum etiam apud nos, Chriſto contrariæ; quales ſunt, de tuendo honore, & de referenda iniuria, & ſimiles multæ. Et qui nõ diſtinguit inter has, & illas, inuoluitur, & eſt animal non ruminans, nec diuidens vngulam.

Traditiones Phariſæorum quænã eſſent.

Traditiones diuinæ quæ. *1. Cor. 11. Infrà 15.*

Traditiones Põtificiæ, vnde ſint, quæ mutabiles. *Act. 15. 1. Cor. 11.*

Hominũ mũdive traditiones damnabiles quæ.

Et vt probauit, quòd ante conuerſionem non didicit ab homine Euangelium, ita

Altera longè ſolidior.

Vnde probat Apoſtolus ſe poſt conuer-

nem ſuam non ab homine Euangelium accepiſſe.

ita etiam quòd nec poſt conuerſionem. Nam quamprimùm ad fidem conuerſus fuit, continuò per Deum ipſum immediatè inſtructus fuit. Et notat tempus, quo Deo placuit illum illuminare: quia & ſine vllis meritis fuit, imò etiam cùm maximis demeritis, quando ipſe vt prædator, & vaſtator furebat in Eccleſiam; vt maiorem bonitatem conciperemus, & ipſe poſteà pro gratia Dei tuenda exaltanda fortius pugnaret.

Actor. 9.

Ait ergo: *Cùm placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquieui carni, & ſanguini. Neque veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.* Hic etiam alter ſcrupulus eximendus eſt, nimirùm à qua matre fuerit ſegregatus.

Ad IV. dub.

De matre, à qua ſegregauit Paulum Deus.

1. Senſus.

Aliqui ergo intelligunt à matre carnali vocata Theocrica, vt quidam volunt, quæ Paulum peperit: qui per multos annos extitit Iudæus, & Phariſæus, atque eo tempore à carne & ſanguine nō fuerat ſegregatus. Rurſus alij dicunt, ſegregatum ab Eccleſia Antiochena, in qua Spiritus ſanctus dixit: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos.* Sed hoc non eſt probabile, quia per plus quam vndecim annos Chriſtum nouerat, & in multis prouinciis prædicauerat, etſi tunc peculiariter ad Gentes vna cum Barnaba collega Apoſtolus miſſus fuerit. Non ergo tam citò, vt prima habet ſententia, neque tam tardè, vt ſecunda opinio tradit, ſed intermedio quodam tempore. Ita vt per matrem, ex cuius vtero, & conſortio fuit ſegregatus, intelligamus Synagogam, ſiue Agar ancillam. Nam Eccleſia, & Sara, mater libera, ac Domina. Quia ergo ab vtero alterius non eſt ſegregatus, etiamſi in prædeſtinatione ab vtero, & ante vterum ſegregatus fuerit; intelligimus nō tantùm ſeparatum à cætera perditionis maſſa, in qua erat Synagoga, ſed etiam à cæteris Noui Teſtamenti miniſtris, & ab his ad ouile Gētium peculiariter deſtinatum, denique à cæteris etiam ſanctis negotijs, & occupationibus ſeiunctum, vt melius Euangelio poſſet incumbere:

Alter parum probabilis.

Actor. 13.

Tertius admodum probabilis.

Galat. 4.

Triplex Pauli ſegregatio.

Vt enim infans in obſcuro, & anguſto matris ventre deliteſcens, in alios viſum intendere non poteſt, nec in ſtricto loco ſpaciari, ſed poſt egreſſum de vtero vtrumque efficere valet: ita Paulus in obſcuro ſynagogæ vtero concluſus, Euangelicæ veritatis lumen intueri non poterat, nec in veritatis Chriſti libertate ſpatiari.

Quomodo Paulus in Synagogæ matris ſuæ vtero teneretur incluſus.

Loquitur ergo de ſegregatione, & vocatione Actor. 9. ad Ananiam: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Iſraël*: nam eo tempore quaſi ſegregatus ex vtero, reuelatus eſt ipſi lumen Gentium Chriſtus, & à reliquis Iudæis ſegregatus, vt mandatum acciperet Gentibus prædicandi, & ad Gentes euangelizandi gratia ſpatiatus eſt. Subdit: *Et vocauit per gratiam ſuam.* Quia natus Paulus, poſſet aliquis dicere, poterat aliquid boni operis, aut meriti habuiſſe, per quod promereretur talem vocationem; ideò ſubiungit, quòd non ſolùm ſegregatio eſt cauſa, ſed etiam vocatio. Et vocatio non tantum fuit externa, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* ſed etiam interna per diuinum lumen, quia quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Et per gratiam ſuam ſingularum, ac ſanctam vocauit; quia non ſolùm peccator erat, vt reliqui, ſed Spiritu ſancto reſiſtens, & Chriſtum perſequens.

Actor. 9.

Quando primum ille fuerit ſegregatus.

Luc. 2.

Vocatum ſe per gratiam Dei eut aſſerat.

Duplex Pauli vocatio.

Actor. 9.

Rom. 8.

Et vocatio quidem eò tendebat, vt reuelaret Filium ſuum in illo, tollendo velamen cordis, quod habebant omnes Iudæi, teſte Paulo, ne Ieſum Meſſiam, & Filium Dei agnoſcant. Et dixit: *In me,* quia non tantùm verbis, vt ait Chryſoſtomus, ſed copioſo lumine Spiritus de Chriſto fuit edoctus. Hieronymus verò in hęc verba ſcripſit: *Cui quid reuelatur, huic illud poteſt reuelari, quod ante in eo non erat. In quo verò reuelatur, illud reuelatur quod prius fuit in eo, & poſtea reuelatum eſt. (Erat enim in omnibus Iudæis fides, & ſpes venturi Meſſiæ, ſed craſſis animi perturbationibus tacebat elanguida illa fides, & egebat ſpes illa reuelatione, vt accenderetur.) Simile eſt illud in Euangelio: Medius in vobis quem vos neſcitis. Et alibi: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ex quo (ait) perſpicuum fit, natura omnibus Dei ineſſe notitiam, nec quemquam ſine Chriſto naſci, & non habere ſemina in ſe ſapientæ, & iuſtitiæ, reliquarúmque virtutum. Vnde multi abſque fide, & Euangelio Chriſti, vel ſapienter aliqua faciunt, vel ſanctè, vt parentibus obſequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant, magiſque iudicio Dei obnoxij fiant, quod habentes in ſe principia virtutum, & Dei ſemina, non credunt in eo, ſine quo eſſe non poſſunt.* Hæc ille: quæ libenter retuli, vt interpretaret.

Quare vocatus.

2. Cor. 3.

Expenditur illud: Vt reuelaret Filium ſuum in me.

B. Chryſoſt.

Hieronym.

Reuelari qd alicui, & reuelari in eo; nō idem eſſe Hieronymo.

Cùm ergo ait: Sine fide, & Euangelio Chriſti, aliqua ſanctè, & ſapienter agere homines; intelligo, ſine fide explicita, non autem ſine implicita illorum duorum articulorum, quos lex naturæ prædicat,

Hieronymi dictū: Quod multi abſq; fide & Euangelio Chriſti vel ſanctè, vel ſapienter aliqua faciāt quomodo verum.

Hebr. 11.

Quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Vnde ſanctè aliquid agāt homines.

Quod verò ſanctè aliquid agant, non eſt ſine gratia Dei, quæ nunquam defuit vlli, qui ſuæ ſalutis deſiderio teneretur.

Explicatur illud eiuſdem: Natura Dei in omnibus ineſſe notitiam, omniūq; ſemina virtutum.

Quod ait, principia virtutum, ac Dei ſemina à natura nos habere; profectò naturæ humanæ per Adæ peccatum vitiatæ repugnat: niſi intelligas multi extrinſecè eſſe à Deo nobis inſita, vt ad fidem explicitam trahamur.

Rom. 11.

Subdit Apoſtolus: *Vt euangelizarem illū in Gentibus.* Hoc eſt, inter Gentes, quarum erat peculiaris Apoſtolus. Et reuelatus eſt filius Dei mihi non tantùm, vt ego eum agnoſcerem ac fide reciperem, ſed vt etiam Gentibus prædicatione eum manifeſtum redderem: nec tātùm verbo, ſed etiam vita, ſignis, & paſſionum tolerantia. Nam ipſe ſtigmata Domini Ieſu portabat in corpore ſuo, vt inferiùs dicetur.

Paulo cur Filius Dei fuerit reuelatus, vſq; illum euangelizauerit.

Galat. 6.

Ad VI. dub. De dicto illo: Continuò nō acquieui carni, & ſanguini.

Venio ad ſextum ſcrupulum amouendum. *Continuò*, inquit, *non acquieui carni, & ſanguini Neque veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.* Verbum, Acquieui, Græcis eſt προσανεθέμην, quod ſignificantius Hieronymus vertit, Contuli, vel communicaui; quod etiam Interpres cap. 2. bis dixit: *Contuli*, inquit, *cum illis Euangelium.* Et infrà: *Nihil mihi contulerunt*; hoc eſt communicauerunt. Significat enim vox Græca, in ſinum amicorum adferre communi conſilio probando, vel improbando. ¶ Per carnem verò, & ſanguinem putauit Chryſoſtomus occultè hic notari Apoſtolos. Sed in eum ſenſum inſurgit, & meritò quidem Hieronymus, quòd illa vox in malam capitur partem in Scripturis, & quia Apoſtoli iam de mundo ſelecti erant, vt iam facti vnus cum Deo Spiritus, non eſſet amplius caro & ſanguis. Deinde cùm mox de Apoſtolis loquatur: *Neque veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos,* quorſum repeteret, ſi iam id dixiſſet?

Hieron.
Ibidem.
Cōferre, vel communicare, quid.

Carnis & ſanguinis appellatione Apoſtolos nequaquam intelligi.
Chryſoſt.
Hieronym.

1. Cor. 6.
Altera ratio.

Quid proprie hic caro, & ſanguis ſignificent.

Per carnem ergo, & ſanguinem intelligi voluit huius mundi carnales, qui ſecundùm carnem ambulant; vel Iudæos cognatos, & propinquos ſecundùm carnem, vt Auguſtinus annotat, quod etiam in idem recidit. ¶ Et meritò ſanè cum illis non contulit, ne canibus ſanctum daret, aut margaritas ſuas in porcos proiiceret: nō ignorans quòd inimici hominis, domeſtici eius eſſe ſolent.

B. Aug. ſub finem expoſit. huius primi capitis.
Cur Paulus non acquieuerit carni, & ſanguini.
Matth. 7.
Infrà 10.
Matth. 7.

Caro ergo, & ſanguis, periphraſis hominis eſſe ſolent, aut hominis in nuda natura conſtituti: vt Hebr. 2. vbi dicitur: *Pueri communicauerunt carni, & ſanguini* (id eſt, homines erant) *& ipſe participauit eiſdem*, id eſt, eandem aſſumpſit naturam humanam: & Dominus Petro dixit: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi.* Paulus etiam, *Non eſt, ait, nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem*, id eſt, aduerſus homines. Significat etiam humanam naturā vitiatam, & corruptam, vt eam ab Adam recipimus, iuxta illud: *Caro, & ſanguis regnū Dei poſſidere non poſſunt, neq; corruptio in corruptelam.* Id eſt, caro corrupta virtute ſua ad incorruptionem non perueniunt. Cùm ergo ait: *Non contuli carni & ſanguini: neq; veni Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos:* perinde eſt ac ſi dixiſſet: Non veni ad carnales magiſtros legis, neq; ad ſpirituales Apoſtolos, vt ab eis diſcerem, aut eruditer.

Hebr. 2.
Matth. 16.

Epheſ. vlt.
Caro item & ſanguis quid denotent.
1. Cor. 15.

Poſtremo vero dubio reſpondemus, teſte Chryſoſtomo, hæc verba arrogantiam & faſtum non ſpirare; quia non opus eſt in Scripturis nuda tantùm verba expendere, ſed mentem, & animùm quo illa proferuntur, attendendum. Ecce, verbi gratia, illa verba Phariſæi: *Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo,* Hæc prima facie ſi ſpectentur, ſancta, & humilia & elatione dicta ſunt; vt ſuperba à Deo reiecta ſunt, nec ab eo exaudita. Contra verò Ezechias Rex dixit: *Obſecro Domine, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis, fecerim.* Apparebant quidem hæc magnifica, & excelſa, ſed quia bono & recto animo, plenoque humilitatis ab eo pronunciata ſunt, accepta fuere Deo, atq; ab illo exaudita. Et Grego. ponderans hæc verba Ezechiæ, dixit: *Omnipotens Deus ſingulorum verba à cogitationibus penſat, & in eius auribus ſuperba non ſunt, quæ humili corde proferuntur.*

Ad vlt. dub. An Paulus arroganter dixerit ſe carni & ſanguini non acquieuiſſe.
B. Chryſoſt.
Luc. 18.

Duo in verbis loquētiū in Scriptura ſunt conſideranda.
Eſai. 38.

B. Greg. li. 12. Moral. ca. 10. tom. 1.

Ita de his Apoſtoli verbis dicendū. Cauſa ſiquidem ita confidenter loquēdi erant pſeudoapoſtoli, qui dicebant, illis Apoſtolis eſſe adhærendum, qui iſta legalia non prohibebant. *Sed abij*, inquit, *in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.* In Arabiam conceſſit Apoſtolus, vt per Abſentiam ſuam perſecutionis in ſe factæ conceptam iracundiam extingueret, & vt doceret ſe ibi prædicaſſe, nullo Apoſtolorum conſulto. Et quia fortè Spiritus ſanctus vetuit eum ibi prædicare ob eorum demeritum, quia nondum erant maturi ad Euangelium audiendum; reuerſus eſt quamprimum Damaſcum. Vbi cognitis inſidiis quas ſibi inſtruebant, poſt multos dies, vt habetur Actor. 9. id eſt poſt triennium, venit in Ieruſalem,

Cur illa verba pronuntiat Apoſtolus.

Cur Abiit in Arabiam.

Quare Damaſcum redierit.

Pauli in Arabiam profectionis à Luca prætermiſſę duplex cauſa adſertur. *B. Hieronym. D. Chryſoſt.*

Quòd verò Lucas enarrans Pauli geſta, profectionem in Arabiam omiſerit; putat Hieronymus id factum, quia nihil Apoſtolatu dignum ediderit. Chryſoſtomus. verò arbitratur, multa & præclara eum ibi geſſiſſe, quæ modeſtiæ gratia ſilentio premuntur.

Nihil Paulũ in Arabia ſine Petro prædicantem Lutheranis abſque Papæ authoritate in Germania docentibus patrocinari.

Quòd verò hæretici abutuntur hoc loco, vt ſuas partes tueantur, mirum non eſt, aut nouum; quia omnes Scripturas ad victoriam detorquent. Aiunt enim: Pulus hauſta à Chriſto doctrina, protinus prædicauit, nec adiuit Apoſtolos, qui eam prius probarent: quid igitur mirum, ſi ipſi exemplo Pauli docent, nihil morati præceptum Pontificium? Quaſi verò iſtos Deus pari miraculo ſegregauerit, quo B. Paulum, vt ſimiliter ſint ipſi electionis vaſa, aut quaſi Paulus in ea miſſione quicquam noui attulerit, aut quicquam aduerſus Apoſtolicam doctrinam prædicauerit. Sed certè Paulus non multò pòſt tempore ad B. Petrum ſe contulit, vt cum eius benedictione Euangelicum miniſterium perſequeretur. *Actor. 9. Galat. 1.*

DISPVTATIO XXI.

In illa verba: ***Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus faciè Eccleſiis Iudææ quæ erãt in Chriſto***, vſque in finem capitis.

Primum dubium. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum.

PRIMVM in dubium venit, vnde ſint computendi hi tres anni, quos Apoſtolus attingit in prima clauſula. Deinde quid eſt quod ait, Videre Petrũ, quod Gręcè dicitur ἱςορῆσαι Πέτρον, & quis fuerit finis eius aduentus ad eum. Tertiò, cur non manſit apud eum niſi tantùm dies quindecim, cùm eo tempore cum Græcis diſputaret Ieroſolymis. Quartò quorſum ait, *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrẽ Domini.* Quintò, quis eſt Apoſtolus Iacobus frater Domini, diligentiſſimè inueſtigandum, ob multas & varias ſententias, quæ de ea circunferuntur. Sextò, qua ratione Paulus venerit in partes Syriæ, & Ciliciæ. Hæc enim omnia peculiares habent difficultates, & Delio indigent natatore.

Ad I. dubiũ. Vt conſtet illud trienniũ aduẽtus Pauli in Ieruſalẽ.

Primæ quæſtioni reſpõdemus, tres annos fluxiſſe à prædicationis ſuæ initio vſque ad aduentum ſuum in Ieruſalem, vt nouerint vniuerſi, quòd non aſcenderit, vt à Petro aliquid diſceret. Ante comparatam ſiquidem idoneam Fidei doctrinam, non eſt cuiquam temerè attentandũ prædicationis munus. Atque iſtos tres annos magna ex parte in Damaſco exegit, vbi & prędicabat, & diſputabat cum Iudæis, & Græcis Actor. 9. & de iſto triennio docet Lucas loco citato: *Cùm implerentur dies multi.* Vnde & in Arabia paruo tempore manſit: ſed ex reditu ex illa in Damaſcum vixit vſque ad triennium. Et quia nunc inſidiæ illi inſtruebantur, Damaſcum reliquit, demiſſus per murum in ſporta: & ita euaſit, & venit Ieroſolymam videre Petrum.

Quando quis in Eccleſia ad docendum ſe comparet exemplo Pauli. *Actor 9. Ibidem. Ibidem.*

Ad II dubiũ. Cur veneret Paulus Ieroſolymam videre Petrum. *B. Hieron.*

Secundæ dubitationi de animo quo venit videre Petrum, ſatisfacere poſſumus, dicendo, non veniſſe diſciplinæ percipiendæ gratia, neq; ſolatij cauſa, vt Hieronymus teſtatur, nimirùm vt oculos, genas, vultũque eius aſpiceret, vtrùm macilentus, an pinguis, adunco naſo eſſet, an recto; & vtrùm frontem veſtiret coma: an (vt Clemens in Periodis eius refert) caluitiem haberet in capite. Nec puto Apoſtolicæ fuiſſe grauitatis, vt poſt tantam triennij præparationem; aliquid humanum voluerit aſpicere. Nec etiã eò venit, vt Petrum tanquam Epiſcopum Ieroſolymitanum inniſerit: quia Petrus illud miniſterium non dè communi Apoſtolorum conſenſu in Iacobum fratrem Domini tranſtulerat; ſed venit ad Petrum tanquam ad ſummum Chriſti Apoſtolum, & omnium Chriſti Paſtorem honorandum. Vnde Ambroſius; *Dignum fuit, vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apoſtolos, cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum: non vtiq; vt ab eo aliquid diſceret, qui iam ab autore didicerat, à quo & ipſe Petrus fuerat inſtructus, ſed propter affectũ apoſtolatus, & vt ſciret Petrus hanc illi datam licentiã, quam & ipſe acceperat.* Similiter Hieron. *Nõ diſcendi ſtudio, qui & ipſe eundem prædicationis haberet autorem, ſed honoris priori Apoſtolo deferendi.* Chryſoſtomus etiam: *Aſcendit*, inquit, *velut ad maiorem, ac ſeniorem, ſolumq; Petri conſpectus commouit illum, vt eo proficiſceretur.* Et paulò pòſt: *Sicut enim nunc multi fratrum noſtrorum ad viros ſanctos proficiſcuntur, eodem affectu tunc Paulus profectus eſt.* Ponderat etiam ibidem hic Pater, quod nõ dixerit ἰδεῖν, ideſt, vt cernerẽ Petrũ, ſed ἱςορῆσαι, id eſt, vt viderem: quomodo loqui ſolent, qui magnas ac ſplendidas vrbes inuiſunt, cognoſcendi gratia. Ita hoc verbo inſinuat aliquid eminens, & inſigne habuiſſe Petrũ præ cæteris: quod Scriptura, & Patres aſſerunt, & ipſa ratio, quòd eſſet Apoſtolorum princeps confirmat. Et quamuis tan-

Clem. Rom. Ioan vlt. B. Amb to 3. Hieronymi. B. Chryſoſt. Idem.

Quid Paulus verbo videndi Petrum inſinuauerit.

tùm

Digitized by Google

Non tantum vt Petrus videret, ſed vt cum eo etiã loquentur, illum Hieroſolymã veniſſe.

tùm dicatur veniſſe ad videndum; poſtquã tamen manſiſſe apud eum per tot dies narratur, intelligimus eum allocutum, & de ſumma Euangelij inter eos frequentiſſimum fuiſſe ſermonem, & longiſſimum. Quid enim alioqui tot diebus egiſſent tãti Chriſti Apoſtoli? Nihil tamen Paulus cum Petro egit, aut contulit, quaſi dubius, & incertus de fide veniſſet.

Ad III. dubi. Cur tantum dies quindecim apud Petrum fuerit cõmoratus.

Tertiæ dubitationi de manſione Pauli apud Petrum diebus quindecim, reſpondemus, ob id allatum ab Apoſtolo fuiſſe, ne quiſquam poſſet cogitare aduentus ſui cauſam extitiſſe, vt addiſceret, vel inſtitueretur à Petro: tam breue enim dierum ſpatium illud euincit. Nullæ enim bonæ diſciplinæ humanitùs addiſcuntur tam breui tẽporis periodo, nec niſi concors, & in Euangelio vnanimis tanto tempore eius hoſpitio vſus eſſet, nec id permiſiſſet Petrus, nec alij Apoſtoli, ſi eum pſeudoapoſtolum repulaſſent, qui in more habeant Hæreticorum commertia declinare, & longè eorum familiaritatem, & colloqui fugere: vt fecit Ioannes Euangeliſta cum Cherynto, & Polycarpus Romæ cum Marcione. Potuit etiam de myſterij Ogdoadis, & hebdoadis, id eſt, Noui, & Veteris Teſtamenti diſſerere. Septima enim ſignum eſt legis præcipiens Sabbati cuſtodiam; ſicut Octaua Noui Teſtamenti eſt ſymbolum, quia in ea ſurrexit Dominus. Habuit igitur Paulus plenam, & conſummatam ſcientiam de illis.

Apoſtoli nihil cum hæreticis hababant commune.

Quindenarij ſacramentũ numeri.

Exod. 20.

Ad IV. dubi. Quare Paul. dixerit, aliũ Apoſtolorũ ſe vidiſſe neminem, niſi Iacobum fratrẽ Domini. Eo tempore reliqui Apoſtoli vbi verſarentur.

Quarta dubitatio erat, quorſum addiderit, *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem niſi Iacobum.* Cùm enim Paulus nouiſſet obiici ſibi poſſe ab aliquo; Si non à Petro didiciſti, ſaltèm ab alijs Apoſtolis; propterea prudenter adiunxit: *Alium Apoſtolorum vidi neminem.* Quòd ſi quæras; Vbi ergo tunc alij Apoſtoli erant (Reſpondeo: Erant per vicina oppida Iudææ tam diſperſi, quẽadmodum Chriſtus illis mandauerat, vt intra duodecim primos annos ex vrbe Ieroſolyma, & oppidis vicinis Iudææ non diſcederent.

Petrum & Iacobum nihil Paulo doctrinæ Ieroſolymis contuliſſe, quid arguat.

Quòd verò Paulus neque à Petro, neque à Iacobo didicerit, illud ſolidum eſt argumentum, quia continuò cœpit loqui Gentibus, & diſputare cum Græcis, id eſt, cum Iudæis qui alibi nati fuerant, & vixetant inter Gentes eiuſque gentes vbi vixerant, lingua loquebantur. Porrò hi Græci, qui non ἕλληνες, ſed ἑλληνισαὶ dicuntur, cùm non valerent eum diſputatione ſuperare, tentabant eum occidere e atque hæc cauſa fuit vt Paulus per quindecim tantum dies Ieroſolymis permanſerit, & cur etiam in partes Syriæ & Ciciliæ conſilio Apoſtolorum profectus.

Ad V. dub. Iacobus frater Domini quis ille.

Quinta fuit dubitatio, quis fuerit hic Iacobus frater Domini? de quo duo controuerterunt. Primùm, cuius matris filius extiterit; deinde quot numero fuerint Iacobi nomine inſigniti in Euangelio, & in Apoſtolica doctrina. Et quod ad primum attinet fuit ſententia Heluidij, quam in eum ſcribens confutat Hieronymus, fuiſſe filium ſanctiſſimæ Mariæ Deiparæ, & Ioſeph ſpõſi, ac proinde Chriſti fratrem. Sed hoc impium eſt omninò, & iniurium Chriſto & Virgini matri, atque adeò ipſis Ioſeph; denique vniuerſis Patribus aduerſatur, & toti Eccleſiæ prædicanti tantum articulum Fidei, Mariam Deiparam ſemper Virginem extitiſſe: & in re aperta conſultò plura verba non profundimus.

I Opinio. Heluidij planè audax, & & impia. *B. Hieron. ho. 2 in princ.* Confutatur Mariæ ſcilicet Chriſti matris filiumnõ fuiſſe.

II. Opinio quod ſcilicet fuerit filius Ioſeph. ex priori coniuge, refellitur.

Secundò Caetanus ſecutus ſententiam Ambroſij, Hilarij, Euſebij, & aliorum, aſſeruit, Iacobum hunc filium eſſe Ioſephi, ex alia tamen vxore, quam ſibi prius matrimonio coniunxerat, & ſanctus Anaſtaſius Antiochenus in libro inſcripto ὁδηγὸς aſſerit, quòd ſicut ad celandum partũ Virginis Iudæis homicidis, Ioſeph vocabatur œconomicè Pater Ieſu, ſic Maria eadem ratione & cõſilio vocaretur, vt eſt in Euangelio aliquandò mater Iacobi, & mater filiorum Ioſeph fabri: vnde aiebant Iudæi: *Nonne hic eſt filius fabri, & mater Maria dicitur, & fratres eius, Iacobus, Ioſeph, Simon, & Iudas.* Sed & hoc falſum videtur Hieronymo in libro aduerſus Heluidium, & Auguſtino in ſermone quodam, & B. Thomæ, & alijs, qui affirmant, Ioſephum quoque virginitatis, & cœlibatus fuiſſe cultorem, in gratiam virginis ſponſæ aliquando futuræ. Qui enim iam grandæuam Virginem de cruce non niſi Virgini commendauerat, quomodo ſponſam & iuniorem Virginem corrupto tradidiſſet cuſtodiendam? Sed hoc argumentum alibi latiſſimè proſecutus ſum. Secundò Matth. 10. & Marc. 3. & Act. 1, legitur: Ἰάκωβος ὁ τοῦ ἀλφαίου: quod eſt iuxta Græcam, & Hebræam phraſim, Iacobus Alphæi filius. Sicut etiam Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, Iacobum Zebedæi filium denotat. Vt & in Marcum ſcribens annotauit Caietanus. Cum ergo quis duorum parentum filius eſſe non queat; ſi eſt filius Alphæi, non eſt Ioſephi; niſi quis ex certis, & conſtantibus hiſtorijs doceat, Alphæum, & Ioſephum eundem eſſe. Tertiò quia eſt filius alterius Mariæ quæ viuebat Matthæ. 27. & Marc. 15. vocatur Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater: quę ſi vera sũt, vt ſunt,

I. ratio confutat. *D. Hiern to. 4* *B. Auguſtin.* *Thom. p q. 28 ar. vlt. to. 12.*

Ioan. 19.

Lib. 11. explic. Euangelica. II. Ratio. *Matth. 10.* *Marc. 3.* *Actor. 1.*

Caiet. in cap. Marc. 3.

III. Ratio. *Matth. 27.* *Marc. 15.*

ſeque

Ioan. 19.
Epiphan. hæreſin 70. ante medium.
B. Hier. tom. 9. initio.
B Aug. lib. 2. cõtra Creſco. c. 37. tom. 7.

ſequeretur, quòd eodem tempore ſanctus Ioſephus duas ſimul habuerit vxores, hanc ſcilicet, Mariam Iacobi minoris, & Mariam Ieſu matrem, & non ſolùm duas vxores, ſed etiam duas inuicem ſorores. Quia hæc Maria Ioan. 19. dicitur Cleophæ filia, & ſoror Mariæ matris Ieſu; vel quod dum accepit Mariam Ieſu, alteram Mariam repudiauerit, ex qua tamen, teſte Epiphanio in Antidicomarianitas, filios ſuſtulerat, quos dicebat fratres Domini in Euangelio appellari: quæ planè ſunt abſurdiſſima, & minimè Catholicis ferenda. Vnde Hieronymus ſuper caput 12. Matthæi: *Quidam*, inquit, *fratres Domini de alia vxore Ioſeph filios ſuſpicantur, ſequentes deliramenta apocryphorum, & à quadam Eſcha muliercula confingentes.* Et Auguſtinus libr. contra Creſconium Grammaticum ait, Apoſtolum Iacobum primùm Ieroſolymitanam Eccleſiam Epiſcopatu ſuo rexiſſe. Et hæc ſint ſatis de priori quæſtione.

III. opinio Eraſmiana.
Matth. 4.
Infra 10. Marc. 3. Actor. 1.

In ſecunda verò maior eſt labor in conciliandis Patrum ſententijs. Fuit igitur Eraſmi ſententia, qui in peregrinatione Petri & Pauli, & in annotationibus Noui Teſtamenti quintæ editionis ſcribens, affirmat tres fuiſſe Iacobos. Primum Zebedæi filium, & Ioannis Euangeliſtæ fratrem, alterum verò Iacobum Alphæi, de quo Matthæi 10. Marc. 13. & Act. 1. tertium hunc Iacobum minorem fratrem Domini, cognomento Iuſtum, Epiſcopum Ieroſolymæ, & fratrem Simonis & Iudæ, & Ioſeph, ſiue Ioſes, & qui epiſtolam primam Canonicam conſcripſit, & qui vnus extra numerum 12. Apoſtolorum eſt.

I. argum. eorum qui volũt tres fuiſſe Iacobos.
Clem. Rom.

Quod quidem in primis confirmatur autoritate Clementis Romani, qui libr. 1. Recognit. in conſultatione quadam introducit loquentes duos priores Iacobos, & tertium fratrem Domini, quem Archiepiſcopum Ieroſolymorum vocat.

Idem.

Idem in libr. 6. de conſtitutionibus Apoſtolicis. cap. 12. in principio, & fine capitis: *Nos*, inquit, *cum duodecim conueniſſemus Ieroſolymis,*

Idem.

vnà cum Iacobo fratre Domini deliberabamus, quid faciendum eſſet. Et rurſus cap. 14. in initio enumeratis duodecim Apoſtolis, ſubdit:

1. Timo. 2. Act. 9.

Iacobus frater Domini, Ieroſolymarum Epiſcopus, & Paulus Doctor Gẽtium, vas electionis. Et idem in alijs locis eiuſdem libri tradit. Diſtinctus eſt ergo Iacobus frater Domini à duobus alijs, qui numero duodenario continentur.

II. argum.
Hippolyt. martyr.

Deinde idem probatur autoritate Hippolyti martyris in lib. de duodecim Apoſtolis, & 72. diſcipulis, qui diſtinctum ab alijs duobus Iacobum fratrem Domini in numero diſcipulorum collocat, quemadmodùm etiam Dorotheus in Synopſi, & Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 14. ait: *Si vni teſti non credis, habes duodecim teſtes. Si illis duodecim non credunt* (ſcilicet Chriſtum ſuſcitatum) *quingentes teſtes recipiant. Poſteà viſus eſt à Iacobo fratre ſuo, primo huius parœciæ Epiſcopo.*

Doroth. Epiſc.
Cyril. Ieroſol. inter mediũ, & finem Catecheſes.
1. Cor. 15.
B. Hieron. tom. 9.
Idem tom. 5. initio.

Hieronymus quoque ſcribens in caput vnum Epiſtolæ ad Galat. & in caput 17. Eſaiæ tradit, quoſdam ex veteribus ſenſiſſe, quatuordecim eſſe Apoſtolos, & præter duodecim recenſet Iacobum extra numerum duodecim ponendum, & Paulum Apoſtolum.

III. argum.
1. Cor. 15.

Idem etiam firmari videtur autoritate Pauli, qui 1. Corinth. 15. ſcribit, Chriſtum ſuſcitatum viſum fuiſſe Cephæ, & poſt hoc vndecim. Deinde viſus eſt plus quàm quingẽtis fratribus ſimul. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus: quo in loco cum pręcedat apparitio facta vndecim Apoſtolis, & altera facta plus quàm quingentis fratribus:

IV. argum.

illa facta Iacobo ſi eſt diſtincta, fuit facta alicui extra numerum Apoſtolorum.

V. argum.
Clem. Rom.

Præterea Eccleſia Orientalis in Kalendario tres Iacobos ſolenniter colit, & celebrat. Adde, quòd apud Clementem libro 5. c. 8. in fine iubet Diataxis in honore habere martyres: *Quemadmodùm & apud nos*, inquit, *in honore habiti fuerunt, beatus Iacobus Epiſcopus, & ſanctus noſter cõdiaconus Stephanus.*

Idem cap. 39. in fine.

Et tamen lib. 8. præcipit celebrandas eſſe Apoſtolorum memorias. Si ergo Iacobus ex Apoſtolis fuiſſet, celebratio memoriæ eius non eſſet poſita in Diataxi de Martyribus, ſed ſatis fuiſſet poſitam eſſe in generali Diataxi Apoſtolorum.

VI. argum.
Nicol. 1.

Item Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum c. 92.

Probatur Iacobos duos fuiſſe tãtummodò.

His tamen non obſtantibus, probabilius multo mihi viſum eſt, duos tantum extitiſſe Iacobos, & vtrumque in numero Apoſtolorum duodenario reponendum.

I. ratio.
Galat. 1.

Primò, quia Apoſtolus ad Galat. 1. cum dixiſſet ſe Petri videndi cauſa Ieroſolymam veniſſe, ſubiunxit: *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini.*

Apoſtolos qui in carne Dominũ vidiſſe leguntur, duodecim tantùm intelligi. I. argum.

Ex quo loco elicimus, Iacobum fratrem Domini in numero duodecim contineri. Quod enim dicit, Alium, non poteſt ad aliud genus Apoſtolorum quam ad id quod præceſſit referri: præceſſit autem nemo alius præter Petrũ. Vnde de illo gradu Apoſtolorum loquitur, in quo erat Petrus, & cùm ſubiungat: *Niſi Iacobum fratrem Domini*, & exceptio ſemper à regula fieri debeat, fuit ergo Iacobus ex ſupremo gradu Apoſtolorũ de quo ſolo erat ſermo. Quod verò quidam aſſirmant (vt Hieronymus indicat ad Gal. 1. Apoſtolos dici diſcipulos, qui Dominum in carne viuentem viderunt,

debili nituntur fundamento. Nam Græcè non ſimpliciter dicitur, Apoſtolorum, ſed cum articulo τῶν Ἀποςόλων: quo verbo excellentes, & eximios Apoſtolos denotat: quemadmodùm alibi vocat eos ſupra modum Apoſtolos. Alij verò dicebantur quidem Apoſtoli Eccleſiarū, non quòd Chriſtum in carne viderint, ſed quòd ad eccleſias quaſdam Euangelico margarito locupletandas primi miſſi ſunt: vt Martialis, & Dionyſius, Galliarum Apoſtoli appellantur. Et ad Philippenſ. commendans Epaphroditum: *Fratrem*, inquit, *& cooperatorē, & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum.* Quæ vox caret articulo. Et in genere 2. Cor. 8. ait; *Siue fratres noſtri, Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti.* Qui ſic vocantur à Paulo ſine articulo, vt diſtinguātur ab his, qui ſupra modum erant Apoſtoli. At hæc ratio Apoſtolatus Iacobo fratri Domini non poteſt competere, ſi diſtinctus eſſet à numero duodecim Apoſtolorum: quia & Dominus in carne prior Ieroſolymitanam prædicando inſtruxit Eccleſiam, & Duodecim in ea verbum Dei poſt Chriſti reſurrectionem prædicârunt, & poſtremus Iacobus ad illam docendam acceſſit. Deinde, ſi Apoſtoli ſunt qui viderunt Dominum in carne, non ſolùm Iacobum, ſed etiam multos alios eius generis Apoſtolos, Paulum Ieroſolymis vidiſſe longè eſt probabiliſſimum, præſertim cùm ipſe ſcribat, Dominum ſuſcitatum viſum fuiſſe plus quàm quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſque adhuc, quidam autem dormierunt. Adhæc, quod ſubiungit Apoſtolus cap. 2. ad Galat. oppoſitum euincit. *Iacobus*, inquit, *& Cephas, & Ioannes qui videbantur columnæ eſſe, &c.* quia coniungens Iacobum cum Cepha, & cum Ioanne, non de minoris notæ Apoſtolis, ſed de ſummis, & maximis ſermonem ſe habere oſtendit. Pręterea Nicephorus Calliſtus ex Clemente Stromatico producit hæc verba; *Duo autem fuere Iacobi: alter Iuſtus, qui ex templi pinnaculo deiectus, & à fullone fuſte ad necem vſque caſus eſt, alter autem, qui capite eſt ab Herode plexus. Iuſti porrò iſtius & Paulus mentionem facit, ſcribens: Alium autem ex Apoſtolis quenquam nō vidi, præter Iacobum fratrem Domini:* quæ etiam verba Euſebius libro 2. hiſt. eccleſ. cap. 1. recitat. Ex quibus colligere potes, Iacobum Apoſtolum, verum Apoſtolum fuiſſe. Et ita Pauli verba ad Galatas, non de alio inferioris gradus Apoſtolo, ſed de maximo & ſupremo intellecta fuiſſe.

Deinde vt probemus Iacobum fratrem Domini Apoſtolum ex duodecim extitiſſe, in hunc modum argumentamur: Si Iacobus frater Domini vnus ex duodecim non extitiſſet, quomodo poſt Petrum primus auſus fuiſſet ſententiam dicere inter Apoſtolos in controuerſia illa de lege à Gentibus ſeruanda cum Euangelio, Act. 15. præſertim cùm ibi adeſſent Paulus, & Barnabas, & alij Apoſtoli & presbyteri, vt textus expreſsè habet? quomodo igitur primùm poſuiſſet Apoſtolos in Eccleſia, ſi alij eos præcederent.

Tertiò loco inde argumentamur, quòd Lucas cap. 6. vocat Iudam Iacobi, ſcilicet, fratrem: quod & ipſe Iudas in epiſtola canonica ſatis oſtēdit: *Iudas*, inquit, *Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi.* Si enim ille Iacobus frater Domini, Apoſtolus non erat, profectò Lucas Iudam verum Apoſtolum non denominaſſet ab eo qui ipſo inferior erat, & ipſemet Iudas in epiſtola canonica non ſe vocaſſet fratrem Iacobi, qui Apoſtolus non erat: nam proculdubio ab eo qui ſe minor erat & meritis, & Apoſtolica dignitate: ſe ipſum denominaſſet: quod etſi beneuolentia, & amore illius ipſemet feciſſet; non tamen Lucas hiſtoricus narraſſet illo modo, aut eum cognominaſſet. Nec enim cum ratione coniunctum eſt, vt verus Apoſtolus Chriſti à fratre ſuo qui Apoſtolus non erat, cognomentum acciperet.

Nec poteſt fingi dictus Iudas Iacobi ad differentiam Iudæ Iſcariotæ: quia poterat aliter ab eo diſtingui, vocando eum, vt Matth. 10. Iudam Thaddæum, vel, vt alij legunt, Lebbæum, & non opus fuiſſet ad Iacobum confugere fratrem Domini.

Quartò, conflatur tale argumentum: Scribitur Act. 21. *Cùm veniſſemus Ieroſolymā, libenter exceperunt nos fratres, ſequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omneſq; collecti ſunt ſeniores. Quos cùm ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in Gentibus per miniſterium ipſius.* Quia ergo ad illum vnum aggregabantur omnes, atque adeò ipſe Paulus Apoſtolus, non eſt niſi cum ratione & æquitate conſentaneum, Iacobum non ſolùm Epiſcopum, ſed & Apoſtolum extitiſſe: alioqui ipſe potius Iacobus cum ſuis ad Paulum venire debuiſſet, tanquam inferiores gradu ad magnum Gentium Apoſtolum, & Apoſtolicæ functionis dignitate, & vitæ ſanctitate cumulatiorem.

Quintò, conſtat ex Martyrologio Romano, & diuinis officijs, Eccleſiam Latinam non agnoſcere niſi duos tantùm Iacobos, Zebedæi, ſcilicet, & Alphæi filios: & hunc vocatum fratrem Domini tanquam tertium diſtinctum ignorat, quia de eo pe-

culiare

2. Cor. 12. *Supra 8.* Quinā Apoſtoli eccleſiarum. *Philip. 2.* *2. Cor. 8.* II. argum. *1. Cor. 15.* III. argum. IV. argum. *Niceph. Call. lib. 2. Eccleſ. hiſt. c. 3. init. Clem. lib. 6. diſpoſit.* *Actor. 12.* *Euſeb. Cæſar. tom. 1.* II. ratio. *Actor. 15.* *Ibidem.* *1. Cor. 12.* *Epheſ. 4.* III. ratio. *Luc. 6.* Denominatio à nobiliori tantū parte fieri debet. *Matth. 10.* IV. ratio. *Act. 21.* V. ratio.

Niſi Iacobus Alphæi frater Domini vnus eſſet ex 12. quid ſequeretur.

culiare aliquod officium non celebrat: & in Litanijs, quas ſeruat Eccleſia Romana, mentio de illo nulla eſt. Imò Kalendis Maij Philippi & Iacobi fratris Domini Apoſtolorum ſolemnitatem celebrans, illam ſententiam oſtendit ſe non agnoſcere: quare fieret, vt Eccleſia vnius Apoſtoli, nempe Iacobi Alphæi, memoriam non celebraret: quod planè per abſurdum videtur. Et vbi illud: *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus; nimis confortatus eſt principatus eorum?*

Pſalm. 138.

VI. ratio.

Marc. 15.

Sextò, ex Euangelica hiſtoria confirmatur hæc aſſertio. Ait enim Marcus adſtitiſſe Cruci de longe aſpicientes mulieres, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris: Maior autem, & minor vt rectè argumentatur Hieronymus, non inter tres, ſed inter duos ſolet præbere diſtantiam: præſertim cum ad Gal. 1. Iacobus frater Domini Apoſtolus nuncupetur.

Maior & minor, ait Hieronymus, tãtùm inter duos ſolent præbere diſtantiam.
Hieron. lib. 2. aduer. Helui. aliquãto poſt medium.

VII. ratio.
Clem. Rom.

Septimò, argumentum ſumitur ex prima ad Iacobum Clementis epiſtola, quem fratrem Domini vocat, & Epiſcoporum Epiſcopum; & regentem non tantùm ſanctam Ieroſolymorum Eccleſiam, ſed & omnes quoque Eccleſias, quæ vbique Dei prouidentia fundatæ ſunt: at hic tantus titulus, & præſertim à Clemente Petri ſucceſſore attributus, illi quadrare non poſſet niſi ratione Apoſtolatus, quæ ſumma eſt in Eccleſia dignitas ex his quæ pluribus conuenire poſſent: & eius exercitium extenditur in omnes Eccleſias, vt docet exemplum Apoſtolorum.

Quanta Apoſtolatus dignitas in Eccleſia.

VIII. ratio.

Nõ niſi Apoſtolũ ab Apoſtolis Ieroſolymitanę Eccleſiæ præfici debuiſſe, eoque munere hunc Iacobũ fuiſſe digniſſimum.

Octauò, Apoſtolos ſapientiſſimos, & Spiritu ſancto refertos non eſt veriſimile Eccleſiæ Ieroſolymitanæ regendæ in diſceſſu ſuo ad Gentes communem aliquem diſcupulum relinquere voluiſſe; ſed eum, qui dignitatem ſummam Apoſtolatus obtineret, & qui ſanguine Chriſto iunctus eſſet, vt magis placeret, & qui ab initio prædicationis Chriſti illi conuixiſſet, vt omnia ſcire præſumi poſſet, & qui denique vitæ ſanctitate apud eos, & doctrina præfulgeret: quæ omnia in Iacobo Apoſtolo Alphæi filio, & fratre Domini, & Iuſti cognomentum habente ob eximiam ſanctitatem eius toti populo compertam, ſumma extiterunt. Nam certatim fimbriam veſtimenti eius cupiebant attingere, vt teſtis eſt Hieronymus: cùm præſertim Chriſto fratri defuncto ſemen ſuſcitare deberet ex ſponſa ſua Ieroſolymitana, vt tueri poſſet & fidem, & charitatem, & Euangelicam paupertatem, & reliquas inſignes, & heroicas virtutes, quas tum Chriſtus prædicando, tum ſanguinem ſuum pro ea fundendo diſſeminauit: & rectè dictum ſit:

Quãta fuerit eius ſanctitatis apud Iudæos opinio.

Hier. hoc loco
Deut. 25.
Matth. 22.
Idẽ Chriſto fratri ſuo vt ſemen ſuſcitaret.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Ouid. 2. de Arte.

His omnibus rationibus adiungam tantùm teſtimonium Theodoriti, qui in hæc Apoſtoli verba hæc ſcripta reliquit: *Vocatur quidem frater Domini, ſed non erat natura, ſed nec Ioſephi filius, vt quidam exiſtimarunt, ex priori matrimonio natus, ſed erat quidem Cleophæ filius; Domini autem conſobrinus. Habuit enim matrem Matris Domini ſororem.* Hæc quia ſolidiora eſſe exiſtimo, & magis probabiliora, me in hanc ſententiam adduxerunt.

B. Theodorit. tom. 2.

Prioris ſentẽtię argumenta ſoluuntur.

I. argum.

Ad ea verò, quæ pro priori ſententia diximus, etſi laborioſum ſit, conabor tamen pro ingenij tenuitate reſpondere. Clementi etenim Romano, & Dorotheo opponimus alios Doctores, qui certiùs rem hanc indagati ſunt, vt Clementem Alexandrinum, Euſebium, Hieronymum, Auguſtinum, Theodoritum. Poſſet etiam ad libros Clementis peculiariter reſponderi, illos non eſſe ſatis receptos in Eccleſia vt legitimos, & germanos: & ſecundùm Canonem ſextæ Synodi hos libros Conſtitutionum Apoſtolicarum tanquam vitiatos ab Hæreticis, ac deprauatos notatos.

Clem. Alex.
Euſeb.
Hieron.
Auguſt.
Theodorit.

II. Solutio.

Fortaſſis etiam quòd frater Domini extra numerum duodecim ponitur, non ob id factum eſt, quòd alius eſſet Iacobus Alphæi, alius Iacobus frater Domini, ſed qđ vna & eadem eſſet perſona ob Apoſtolatum, & ob Eccleſiæ Ieroſolymitanæ Epiſcopatum ſibi creditum, & ideò non ſemel, ſed bis numeratur. Quemadmodum cùm Angelus mittens mulieres, dixit: *Ite, dicite diſcipulis eius, & Petro*; cùm non minus Petrus fuerit Chriſti diſcipulus, atque alij; & Poëta cùm dixit;

III. Solutio.

Petri prærogatiua non obſcurè ab Angelo inſinuata.

Relliquias Danaum, atque immitis Achilli.

Virg. 3. Æn.

non quòd Achilles Danaus non fuerit, ſed quòd inter Danaos princeps fortiſſimus haberetur. Ad Dorotheum verò reſponderi poſſet, eo poſito quòd liber ſit germanus, & non ſuppoſititius, vt quidam opinantur, quòd cùm ipſe in Catalogo Apoſtolorum tres Simones enumeret, nimirùm Simonem Petrùm, & Simonem Chananæum Zelotem, diſtinctum à Iuda Iacobi (qui & Thaddæus, & Lebbæus dicitur) & tertium Simonem, qui Iudas cognominatus eſt, qui & poſt Iacobum Epiſcopus Ieroſolymorum factus eſt, ac poſteà ſubdit: *Arbitror eum eſſe Iacobi filium Alphæi, ſub Traiano Rege cruci alligatum, & occiſum.* Hæc Dorotheus. Si hæc vera ſunt, Iacobus Alphæi ſucceſſiſſet in Epiſcopatu Iacobo fratri

II. argum. ex Dorotheo.

Matth. 10.

Duo tantùm Simones Apoſtoli in Euangelio memorantur.

tri Domini, id eſt, idem ſibi ipſi (& non ſunt niſi duo tantùm Simones, Simon Petrus, & Simon Chananæus) vel ſi diſtinctus eſt, Apoſtolus vnus ex duodecim ſucceſſiſſet in Epiſcopatu Iacobo fratri Domini non Apoſtolo: quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt qui non videat.

De Cyrillo Ieroſolymitano prodocto.

Ad Cyrillum Ieroſolymitanum dicendum, illum eius fuiſſe ſententiæ; quemadmodum & Hieronymum in Eſaiæ caput 17. qui quatuodecim conſtituens Apoſtolos, præter duodecim enumerat Iacobum fratrem Domini, & Paulum. Sed hoc ex ſententia aliorum fecit Hieronymus, & violentam vocat expoſitionem. Ait enim: *Pia quidem voluntas interpretantium, ſed non ſeruans ordinem hiſtoriæ.*

Ad Hieronymũ reſpõdetur, Iacobum fratrẽ Domini extra numerum 12. conſtituente. *Idem tom. 2. initio.*

Quid verò ſenſerit Hieronymus in libro contra Heluidium, explicat, cuius hæc ſunt verba: *Nulli dubium eſt, duos fuiſſe Apoſtolos, Iacobi vocabulo nuncupatos, Iacobum Zebedæi, & Iacobum Alphæi. Iſtum, neſcio quem minorem Iacobum, quem Mariæ filium, nec tamen Matris Domini, Scriptura commemorat, Apoſtolum vis eſſe, an non? Si Apoſtolus eſt, Alphæi filius erit: & credidit in Ieſum, & non erit de illis fratribus, de quibus ſcriptum eſt: Neque enim fratres eius credebant in eum. Si non eſt Apoſtolus, ſed tertius neſcio quis Iacobus; quomodo eſt frater Domini putandus? Et quomodo tertius ad diſtinctionem maioris appellabitur minor? cùm maior, & minor non inter tres, ſed inter duos ſoleant præbere diſtantiam, & frater Domini Apoſtolus ſit, Paulo dicente: Deinde poſt triennium veni Ieruſalem videre Petrum, & manſi apud illum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. Et in eadem Epiſtola: Et cognita gratia quæ data eſt mihi, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe. Ne autem hunc putes Iacobum filium Zebedæi, lege Actus Apoſtolorum. Iam ab Herode fuerat interemptus.* Hactenus Hieronymus. Ad quem locum idem ſcribens in hæc verba ad Galatas, Lectorem mittit, & verba Apoſtolica de Iacobo fratre Domini, & Apoſtolo interpretatur.

Rectius ille hæc de re q̃d ſenſerit.

Ioan. 7.

Galat. 2.

Actor. 12.
Idem tom. 9.

Nequaquam Hieronymum Eraſmi de tribus Iacobis probaſſe ſententiam.

Quare quod citauit Eraſmus in Annotationibus quintæ editionis in Nouum teſtamentum, & in peregrinatione Petri, & Pauli: in quibus locis tres Iacobos ex ſententia Hieronymi tuetur, vehementer hallucinatus eſt, dum Hieronymo impingit, hunc Iacobum fratrem Domini quoſdam exiſtimaſſe fuiſſe de numero duodecim; cùm reuera nihil tale Hieronymus dicat, ſed potiùs afferat vehementer erraſſe eum qui arbitratus eſt Iacobum hunc de Euangelio eſſe Apoſtolum fratrem Ioannis: quem conſtat poſt Stephanum iuxta fidem Actuum Apoſtolorum ſanguinem fudiſſe pro Chriſto. Hæc Hieronymus.

Actor. 7.
Infra 12.

Solutio IV. argumenti. Græco Romanũ Kalendarium cur præferendum.

Ad id quod allatum eſt ex Kalendario Orientalis Eccleſiæ, dicendum eſt, certiora multò eſſe, quæ Eccleſia Latina celebrat, & obſeruat, & per eam vtpote in fide & moribus ab Spiritu ſancto magis inſtructam (quia à fide defecit nunquam, & ob vniuerſalem Paſtorem ei præſidentem nunquam errauit) diſcernenda ſunt, quæ in Eccleſia Græca traduntur, & non è conuerſo.

V. argumenti Solutio. Apoſtolorũ memoria recolenda duplici nomine.

Quod verò apud Clementem Iacobi fratris Domini ſimul cum Stephano celebranda memoria Martyrum tradatur; Apoſtolatum illi non adimit, cùm Apoſtoli omnes martyres extiterint, & illis vtriuſque & martyrij, & Apoſtolatus gratia memoria debeatur.

Ad id quod obijcitur: Iacobũ fratrem Domini, qa ab Apoſtolis ordinatum, ideo Apoſtolũ non fuiſſe.

Porrò quod Iacobus frater Domini promotus ſit, & ordinatus Ieroſolymorum Epiſcopus à Petro, & Ioanne: non probat fratrem Domini non fuiſſe Apoſtolum, vt quaſi repugnet eſſe Apoſtolum, & eſſe promotum ab Apoſtolis: nam veriſimile eſt omnes Apoſtolos à Petro fuiſſe ordinatos, vt etiam quidam ex Patribus aſſeruerunt: quod intellige, ſi Chriſto viuente in carne, aut ſuſcitato præuenti non fuerunt: ſed id minimè vſquam legitur. Conſtat etiam Paulum, & Barnabam inſignes Apoſtolos ad ordinem promotos fuiſſe à non Apoſtolis, quod maius eſt, vt habes Actor. 13. in principio.

Apoſtoli à nõ Apoſtolis ordinati qui. *Actor. 13.*

Incredibile videri, Apoſtolos in die Pentecoſtes ordinatos fuiſſe, vt quidam aſſeruit. *Suprà 2*
B Dionyſ. c. 5. part. 3. libri de Eccleſ. hierarch.
Suprà 1.

Nouum porrò eſt aſſerere, Apoſtolos omnes promotionis gradum ſuſcepiſſe, quando deſcendit Spiritus ſanctus in linguis igneis ſuper eos, ita vt linguæ fuerint inſtar libri Euangeliorum aperti, qui ex more Apoſtolico ſuper caput Epiſcopi ordinandi ponitur, vt tradit Dionyſius libr. de Eccleſiaſtica hierarchia. Nam cùm eſſent ferè centum viginti, ſuper quos venit Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes, cum fratribus Ieſu, & mulieribus, omnes fuiſſent indiſcriminatim promoti ad ſacerdotium: quod mihi, vt verum fatear, incredibile videtur, etiamſi aliqui ſanctorum id ſenſerint.

Solutio VI. argumenti.

Ad illud verò, quod 1. Corint. 15. ex Apoſtolo allatum eſt de apparitione ſacta Iacobo, quam vltimo loco narrat ante ſuam: planè dici poteſt; aut Paulum ſeruaſſe rationem ordinis in tempore ſiti, & tunc hæc apparitio, cùm narretur poſt illam factam plus quàm quingentis fratribus ſimul, procuidubiò accidit poſtquam Chriſtus aſcendit ad cœlos: quemadmodùm & illa, de qua ſubiungit: *Nouiſſimè autem om-*

nium

nium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Et hoc nihil probaret, quòd alicui Iacobo nõ Apoſtolo facta ſit apparitio, cùm conſtet & Paulo, & Petro interdum apparuiſſe. Paulo ſiquidem apparuit Act. 25. & 2. Tim. 4. & Petro exeunti de vrbe occurrit Dominus, dicens: *Vado Romam iterum crucifigi.* Si autem temporis ordinem negligamus, & hæc apparitio contigit prima die reſurrectionis, vt eſt rationi conſentaneum, ſicut apparuit Cephæ; non probatur quod eſſet extra numerum Apoſtolorum, quia eo die Cephæ apparuit ſolitario, & poſtea illi cum vndecim Apoſtolis, ita & ſoli Iacobo apparere potuit, & illi ipſi cum vndecim: Maximè ſi vera ſunt quæ Hieronymus ſcribit in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum, nempè quòd Iacobus iuraſſet, ſe non comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis, quod accepiſſe teſtatur ex Euangelio ſecundùm Hebræos.

[Margin: Peculiares duæ Petro & Paulo poſt aſcenſionẽ Domini appariones factæ. Luc. 24. Ibidem. Marc. vlt. B. Hier. to. 1. poſt med.]

Ad Nicolaum verò vltimo loco propoſitum reſpondemus, tantùm Anacleti verba ex Epiſtola 2. citaſſe: in quibus non negat Iacobum fratrem Domini vocatum, Apoſtolum fuiſſe; ſed tantùm narrat à Petro, & Iacobo, & Ioanne ordinatum in formam aliorum, qui in futurum ordinandi erant.

[Margin: Ad VI. argumentum ex Nicolao.]

Fuit igitur, vt diſputationi finem imponamus, hic Apoſtolus Iacobus filius Mariæ ſororis Matris Domini, & patris Alphæi, frater Domini ob cõſanguinitatem, & ſimilitudinem. Et vt ait Photius poſt B. Chryſoſtomum, frater Domini non erat, ſed putabatur, à vitæ ſanctitate dictus Iuſtus: ab officio peculiari, Epiſcopus Ieruſalem, Mater verò eius dicitur Maria Cleopbæ à patre, à filijs vocata eſt Maria Iacobi, & Ioſes: à conſanguinitate dicta eſt ſoror Matris Ieſu: à viro dici poterat Maria Alphęi, etiamſi hãc appellationem nullibi ei tradat Euangelium.

[Margin: Breuis & compendiaria de Iacobo fratre Domini doctrina traditur. Photius apud Oecum. Chryſoſt.]

Sequitur in Textu: *Quæ autem ſcribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior.* Hoc eſt: Nihil horum quæ ſcribo, me fingere, teſtis eſt ipſe Deus. Vel, vt Ambroſius ait, iuro per Deum. Non eſt ergo iuriſiurandi religio, quaſi mala, per ſe declinanda, quam Apoſtolus, vbi rei grauitas poſcit, libenter aſſumit.

[Margin: Malum non eſſe iuſiurandum, docet Apoſtolus.]

Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ. Hoc loco venit diſſoluendum poſtremum dubium, cur videlicet poſt quindecim dies manſionis in Ieruſalem venerit in partes Syrię & Ciliciæ. Quia non minus Gręci religionis Iudaicæ cultores, quàm alij Gentiles quærebant eum interficere. Ex diſputatione enim, qua apertiſſimè demonſtrabat Ieſum eſſe verum Patribus promiſſum Meſſiam, tantum odium concipiebant. Et ideò vt olim prophetare erat periculoſum antiquis viatibus (quorum vnus dixit: *Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio*) ita etiam Apoſtolis Chriſtum euangelizare. Hinc Dominus: *Eritis*, inquit, *odio omnibus gẽtibus propter nomen meũ.* Et vt Lucas refert, primùm venit Cæſaream, inde in Tarſum patriam: ex quo rurſus quæſitus à Barnaba, venit in Antiochiam Syriæ. Et ſubdit: *Eram autem ignotus facie eccleſiis Iudææ quæ erant in Chriſto.* Quod ſecundùm Hieronymum eò tendit, vt indicet tam breue fuiſſe tempus manſionis ſuæ in Iudęa, vt etiam credentibus in Chriſtum facie eſſet ignotus; ac proinde à nullo Apoſtolo didiciſſe: vel vt diſcant Galatæ ſe Iudæis circumciſionem, aut legem minimè prædicaſſe, ſed nec de facie illis fuiſſe notum, aut commercium vllum cum illis habuiſſe. Et de his hactenus.

[Margin: Ad VI. dubitationem. Cur Paulus venerit in partes Syriæ & Ciliciæ. Actor. 9. Thren. 3. Matth. 24. Act. 9. Ibidem. Infrà 11. Apoſtolus ſe ignotũ facie eccleſijs Iudææ quorſum dixerit. Hieron.]

DISPVTATIO XXII.

In illa verba Cap. 2. *Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcẽdi Ieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem iis qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem Sed neque Titus*, & reliqua vſque ad illum locum: *Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam.*

PLVRES, & meo quidem iudicio graues circa hoc ſecundum caput inſurgunt dubitationes. Ac in propoſitis quidem verbis prima dubitatio eſt, inueſtigare quò tendat in hac narratione mens Apoſtoli. Deinde quomodo hi quatuordecim anni computandi ſint, an à conuerſione ſua, & prædicatione facta in Damaſco, an verò ab eo tempore, quo ſecedens ex Ieroſolyma, venit in partes Syriæ, & Ciliciæ. Tertiò quorſum comitatus venit cum Barnaba & Tito ad tribunal Apoſtolorum; & an miſſus ab aliquo, an ſua ſponte venerit. Quartò, quid eſt: *Aſcendi autem ſecundùm reuelationem*, cùm miſſus dicatur ab Antiochenis, vt Actuum 13. habetur. Quintò, quid eſt quod ait contuliſſe Euangelium cum illis qui videbantur aliquid

[Margin: Quæſtio I. Secunda. Tertia. Quarta. Actor. 15. Quinta.]

Sexta. *Septima.* *Octaua.* *Nona.* *Decima.* *Vndecima.*

eſſe. Sextò, quid ſignificat; *Ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem:* nũquid Paulus incertus fuit ſuæ prædicationis, vt propterea ea verba dixerit? Septimò, quo tendit ſermo de Tito Gentili, qui circumcidi coactus non fuit: videtur ergo, ſi Iudæus fuiſſet, quòd ad circumciſionem compelli, debuiſſet. Octauò, quid eſt illud; *Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, &c.* Nam eratio hæc & in verborum ſtructura, & in ſenſu videtur valdè obſcuta. Nonò dubitatur, an legendum ſit negatiuè, vt habemus: *Quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectioni.* vt habet Textus Græcus, & noſter Interpres; an verò affirmatiuè, vr Ambroſius, & alij Patres legunt. Decimò, quid eſt illud; Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Videtut enim contemptim de Apoſtolis ſentite. Poſtremò, quid eſt illud: *Sed econtra cùm vidiſſent:* quo videtur indicare non ſolùm Apoſtolos nihil ſibi contuliſſe, ſed potius Paulum aliquid illis impertijſſe. Hæc igitut ſuos ſcrupulos habent, & diſputationis eote indigere videntut.

Ad I. quæſt. De ſcopo narrationis Apoſtolicæ.

Prima dubitatio euacuatut, dicendo, multos falſos Apoſtolos apud Galatas criminari ſolitos fuiſſe in Paulo, quod videlicet de ſua legatione & Euangelio magnificentius loqueretur, ac ſe ptoinde iactaret; qui tamen neque ius legationis, neque Euangelium à Chriſto Domino vnquam accepiſſet. Qua de re hactenus egregiè ſe expurgauit, & ſe Chriſti Apoſtolum, & immediatè ab eo Euangelium accepiſſe explicuit.

De quibus etiam Apoſtolum Galatæ calumniatentur. *Actor. 16.* *Suprà 21. Ibidem.* *Obiectis ille vt criminibus reſpondeat.* *Galat. 2.*

Deinde criminabantur, quòd in quæſtione legis, & Euangelij non idem atque vnum cum primarijs Apoſtolis, de quibus intet omnes conſtabat, quod à Chriſto Domino fuiſſent inſtructi, ſentiret, quodque eius verba tebus eſſent contraria: legem verò abtogabat, & Timotheum circumcidebant; cæremonijs, detrahebat, & ipſe in Cenchteis raſit capillum, & ipſe etiam Ieroſolymis eum quatuot alijs viris, autore Iacobo, ex legis eonſuetudine expiatus fuit. Hanc calumniam iam incipit reptobare; & ſicut ſuam doctrinam diuinam eſſe coutra Pſeudoapoſtolos indicauit, ita illam hic per collationem, & contentionem cum cæteris Apoſtolis, à quibus fuerat confirmata, incipit comptobare, nihilque fuiſſe in ea ab illis correctum: quin potius ipſum Apoſtolorum principem non rectè ad Euangelij veritatem ambulantem à ſe admonitum, atque correctum fuiſſe.

Ad II. quæſt. De ratione annorũ quatuordecim. I. ſupputatio. Beda tom. 2. B. Thom. Caietanus.

Accedo ad ſecundam dubitationem. Quidam, vt Beda, & Beatus Thomas, & Caietanus atque alij, cenſent, hos quatuordecim annos computandos à die conuerſionis ſuæ, & vocationis: quia ſi, vt inquiunt, computarentur à primo Pauli aduentu in Ieruſalem, quando venit videre Petrum, fuiſſent ferè decem & ſeptem anni, & vnus alter, qui ferè præceſſit à Chriſto aſſumpto in cœlum ad conuerſionem eius: & ita ſi in ſummam redigas, fuiſſent quaſi decem & octo: quibus ſi addas viginti quinq; annos, quibus Romanam cathedram Petrus tenuit, ſequeretur, Petrum, & Paulum poſt Dominum in cœlum aſſumptum, vixiſſe quadraginta tres annos; cùm tamen à decimooctauò Tiberij, quo Chriſti mors accidit, ad decimumquartum Neronis, non ſint niſi triginta ſeptem, vel triginta octo anni.

Altera ſupputatio. B. Hieron. *Haymo Epiſc. Catharinus Epiſcopus.* *Quando Petrus Romam venerit.* *Actor. 15.* *Paulus Oroſ. lib 7. cap 6. prope fin. Ioſeph. lib. 1. Antiq. Actor. 18.*

Dicendum tamen, reuera hos quatuordecim annos ſupputandos eſſe poſt alios tres priotes: vt B. Hieronymus apertiſſimè eos in vnum colligit, & ait fuiſſe decem & ſeptem. Quam ſuppetandi rationem ſequuntur Haymo, Catharinus, & alij eruditi, & bac ratione ſtabiliri poteſt. Ab omnibus enim hiſtoricis communi ſenſu refertut, Petrum Apoſtolum Romam veniſſe anno ſecundo, vel tertio Claudij Imperatoris, hoc eſt decimo tertio anno poſt Domini Aſcenſionem. Quòd ſi ſtatim Roma reuerſus fuiſſet ad celebrandam Ieroſolymitanam Synodum, cui teſte Luca, & interfuit, & præfuit, vix pet anni ſpatium Romæ hæſiſſet; & non ita tempus habuiſſet cum Simone Mago decertandi, neque prædicandi Euangelium, neque ſtabiliendi Eccleſiam Romę inchoatam. Idcircò expedit dicere, eum aliquot annos Romæ hæſiſſe, & vt minimum quinque, vt tradit Paulus Oroſius his verbis: *Anno eiuſdem nono, expulſos per Claudium vrbe Iudæos, Ioſephus refert.* Si ergo anno nono expulſus eſt vrbe Petrus cum reliquis Iudæis, & Aquila, & Priſcilla, Actor. 18. ſequitur, Petrum Romæ manſiſſe quinque annos, aut paulò plures, & ita potuiſſe Synodo celebrandæ intereſſe, & inueniri à Paulo Ieroſolymis.

Cõfirmatur hęc poſterior ſupputandi ratio. *Euſeb. Cæſar. tom. 2.* *Dionyſ. c. 3 libri de diuin. nomin.*

Alia etiam ratio occurrit: quia ſi decimoquinto anno poſt Chriſti mortem celebratum fuit illud Concilium; & Mariæ in cœlum aſſumptio eo tempore incidiſſet, vt Euſebius in Chronico ex quorundam reuelatione refert, falſa eſſent quæ Dionyſius ſcribit de ſe, & de Hierotheo, quòd Matris Domini morti, & funeri, & aſſumptioni adfuerit. At conſtat, Dionyſiũ

nonnulli

Dionyſius Areop. quando ad Chriſtum conuerſus. *Act.17.*

nonniſi poſt quinque, aut plures annos ab illo Concilij tempore conuerſum fuiſſe ad Chriſtum, vt habes Act. 17. & paulò poſt Hierotheum. Cùm tamen concilium illud coactum fuerit, & celebratum, Act. 15.

Quomodo verũ, quinq; & viginti annis Petrũ Romę ſediſſe.

B. Epiph. in Hareſia. 27. paulo à med.

Paſtoris officium.

Quòd verò Petrus tenuerit Cathedram Romanam per vigintiquinque annos, non intelligas Petrum perpetuò Romæ hęſiſſe: Nam vt docet Epiphanius cõtra Carpocratitarum hæreſim, ſolitus erat Petrus, etſi Epiſcopus Romanus, excurſiones facere tanquam Apoſtolus, & vt ſummus Paſtor viſitare alias eccleſias.

Verba Epiphanij ſunt hæc: *Veruntamen etiam hic potuit* (id eſt Cletus) *ſuperſtitibus adhuc Apoſtolis, Petro videlicet ac Paulo. alios Epiſcopos conſtituere, proptèrea quod Apoſtoli ſæpe ad alias terras ablegebantur propter Chriſti prædicationem: non potuit autem vrbs Roma ſine Epiſcopo eſſe. Paulus enim in Hiſpaniã profectus eſt, Petrus verò ſæpè Pontum, & Bithyniam viſitauit.* Hæc ille. Prior ergò illa ratio ſupputandi deficit, quia annos nonnullos, quos Petrus Romæ exegerat; detrahit à ſumma annorum vigintiquinque: & ille pro munere ſui Apoſtolatus nunc Romæ, nunc Ieroſolymis, nunc Bithyniæ, nunc alibi fuiſſet.

Prioris ſupputationis incommodum.

Poſterior Pauli aduētus in Ieruſalē quomodo accipiendus. *Act.9.*

Quod verò ait: *Iterum aſcendi Ieroſolymã*, non debes cogitare, hunc aſcenſum præciſè fuiſſe ſecundum, quia poſt illum Actor. 9. & ante iſtum, de quo eſt ſermo, fuit alius aſcenſus, cùm eleemoſynas in Græcia, & Antiochia per Eccleſias collectas, ipſe cum Barnaba pertulit ad Sanctos, qui erant in Ieruſalem: de quo aduentu habes Actor. 11. in fine, & reditus in Antiochiam refertur Act. 12. in fine. Ita vt hi duo Apoſtoli, Paulus & Barnabas, & decollationi Apoſtoli Iacobi interfuerint, & Herodiano Petri carceri.

Infrà 12. Ibidem 4.

Ad III. dub. Quare Paulus cũ Barnaba & Tito Ieroſolymã venerit ad Apoſtolos

Ad tertium dubium dicendum, Apoſtolum comitatum fuiſſe Barnaba Hebręo, & Tito Gentili, qui erant omni exceptione maiores; vt oſtenderet ambos conueniſſe in veritatem Euangelij, & non ſecutos honorem carnis; &, vt, ſi quod de eo extitiſſet ſcandalum, eorum teſtimonio tolleretur: vt ſi Apoſtoli, vel Iudæi dicerent non rectè illum in Gentibus prædicaſſe, iſtorum teſtimonio ſe tueretur, qui teſtarentur eum vnum omninò & eundem prędicationis tenorem quem cæteri Apoſtoli, tenuiſſe.

Actor. 15.

Et ait: *Aſſumpto & Tito.* Qui Act. 15. includitur in illis alijs qui comitati ſunt Apoſtolos, etiamſi de Tito non ſit facta expreſſa mentio. Illa verò coniunctio, Et, emphaſim ſuam habet; vt dicat, Auſus ſum incircumciſum hominem ad Apoſtolos Iudæos adducere, qui tamen nõ coegerunt illum circumcidi, cùm ſine illa circumciſione conſtet ſalus.

Deut. 9. Matth. 18. Act. 15.

Adduxit ergo Paulus Titum, & Barnabam, vt in ore duorum vel triũ ſtaret omne verbum, & intelligeremus illam eandẽ fuiſſe legationem, quam Lucas recenſet Acto. 15. de qua dicitur. *Et quidam deſcendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia niſi circumcidamini ſecundum morẽ Moyſi, non poteſtis ſaluari.* Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Barnabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt aſcẽderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis, ad Apoſtolos, & preſbyteros in Ieruſalem, ſuper hac quæſtione.

Ad IV. dub. Quid quod Paulus Ieroſolymã aſcendiſſe dicitur ſecundùm reuelationem.

Et addit in hoc loco Paulus, quòd aſcenderit ſecũdùm reuelationem, id eſt, per reuelationem; vt nõ tantùm fuerit legãtium eos autoritas, ſed & ſpiritus ſancti peculiaris reuelatio ad hoc ipſum impellẽs, ne hęc facta eſſe crederentur humano tantùm ſpiritu. Ex quo elicimus, quòd nõ fuerit commotus aliqua dubitatione de Euangelio quod prædicabat, de quo erat certiſſimus; quali enim omnes motus, & actus Apoſtolorum ab Spiritu ſancto erant.

Mira circa Apoſtolos Spiritus ſancti prouidentia.

Quis ille docens fratres, quia niſi circũcidamini, &c. Petriq; & Pauli Apoſtolorũ capitalis inimicus. *Actor. 21. Act 10 Suprà 12.*

Fuit autem ille deſcendens de Iudęa, & docens fratres: *Quia niſi circumcidamini ſecundum morem Moiſi, non poteſtis ſaluari*, Cherintus Iudæus, qui paulò poſt in templo magnam excitauit Apoſtolo ſeditionẽ Actor. 21. dicendo, *Hic eſt homo qui aduerſus populum, & Legem, & locum hunc, omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templum, & violauit ſanctum locum iſtum.*

Hic idem eſt Cherintus, qui Petro ex reuelatione admonito, vt alloqueretur Cornelium, quem poſtea baptizauit, ſe ipſum oppoſuit in Ieruſalẽ, excitãs alios, ac dicẽs: *Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis.* Hæc omnia accepimus ab Epiphanio Hereſi 28. contra Cherintianos. Nam etſi Chryſoſtomus dicat, aliam eſſe hiſtoriam Actor. 15. & aliam quæ hic ſcribitur: quia prior inquit. præceſſit, hæc ſubſecuta eſt: ſed ſolidum eſſe non videtur, cùm multa præcipua conueniant, & nihil conturbet. Imò ſi, vt volũt, illa multo prior fuit, iam quæſtio de lege ſeruanda, quod ad Gentes attinet, deciſa fuiſſet, nec B. Petrus quicquam aduerſus manifeſta decreta concilij commiſiſſet: & Beda, & Hieronymus cò videntur propendere. Nec obſtat, hic non fieri mentionem niſi Petri, Ioannis, & Iacobi, ibi verò totius Eccleſię congregatę: verùm in illis capitibus intelligitur Eccleſia tota.

B. Epiphan. Quę hoc loco, & illã quæ Act 15. habetur, vnã & eandẽ eſſe narrationem. *B. Chryſ.*

Beda 10. 5. Hieron.

Si vna & eadẽ (aiũt aduerſarij) hæc hiſtoria eſt, cur tantùm.

Ad quintam dubitationem, circa ver-

hic ponam, Ioaonẽ & Iacobum commemotat Paulus.

ba illis: *Contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus*, id eſt prædicare non ceſſo, quod omninò liberum erat à circumciſione, & cæteris legis cæremonijs, ſeorſum autem ijs qui videbantur aliquid eſſe: illud, aliquid, contendunt nonnulli, adiectũ fuiſſe ad Textum, ex eo quod oratio non videretur eſſe perfecta: & volunt expungi, quia nec in Græco textu habetur, nec in veteribus Patribus. Auguſtinus enim id non legit, Hieronymus id non agnoſcit, ſed tantùm τοῖς δοκοῦσιν, id eſt probatis, & in pretio habitis veris.

Ad V. Dub. De eo quod Paulos contulit cum illis Euãgeliom, qui videbaotur eſſe aliquid.

B. Aug. to. 4. prope fin.

B. Hieron.

Interpretatur autem Hieronymus: Solicitus requirebam quidnam eſſet quod diceret, qui videbantur: ſed nunc me omni ſcrupulo liberauit adijciens. Qui videbantur columnæ eſſe. Et Auguſtinus tantùm legit, qui videbantur, id eſt, cum ijs qui eminebant in Eccleſia. Eraſmus vertit ſimpliciter, cum his qui erant in pretio. Nam abſolutè dicũtur Δοκοῦντες, qui ſunt magnæ exiſtimationis, & autoritatis. Cum præcipuis ergo, & in magno pretio habitis contulit Euangelium. Quod mox velut explicans ſe ipſum, ſubdit: Qui videbantur columnæ eſſe. Nam ille ſermo: *Qui videbantur eſſe aliquid*, illis tribui ſolet, quibus volumus parùm, aut nihil tribui. Illud verò: Qui videbantur ſibi aliquid, de illis vſurpamus, qui alioqui nullius ſunt pretij, ſed ſua duntaxat opinione.

Eraſmus.

Videri eſſe aliquid, & videri ſibi aliqoid non idem ſonant.

B. Amb. to 5.

Apoſtolos illo Pauli verbo: Qui videbãtur eſſe aliqoid, minimè notari.

Act. 8.

Ambroſius tamen illam habet lectionem, & videtur valde prauata; vel ſi ita legit interpres in Textu Græco, non eſt quaſi cũ deſpectu legendum, aut accipiendum, vt Latina verba ſonant. Nam tropo quodam aliquid, magnum quid ſonat in ſacris literis, vt Act. 8. Simon magus dicebat ſe eſſe aliquem magnum.

Contulit ergò Euangelium cum his qui magnæ autoritatis erant, vt Petro, Iacobo, & Ioanne, præſentibus Barnaba, & Tito. Exponendo etiam quædam, quæ vulgò etiam credentibus non licuiſſet proponere: nempe Iudæos liberos eſſe à circumciſione, & omnis legis Moſaicæ obſeruantia. Et verbum *Contuli*, expendit Hieronymus. Ea enim quæ nouimus, conferimus cum amico, & quaſi in ſinum eius & conſcientiam reponimus, vt pari conſilio vel probanda ſint, vel improbanda quæ nouimus. Aliud eſt autem conferre, aliud diſcere. Inter conferentes æqualitas eſt: inter docentem, & diſcentem, minor eſt ille qui diſcit. Hinc locus iſte non pugnat cum ſuperi dicto: *Continuò non acquieui carni & ſanguini.* Ab initio enim cum nemine mortalium contulit, imò nec nunc quidem eo animo vt diſceret, ſed vt ipſe collatione planum faceret ſe vera docuiſſe.

Conferre Euangelium quid.

B. Hieron.

Non idem eſſe cõferre, & diſcere B. Hieronymo.

Galat. 1.

Ad VI. quæſtionem. Circa illud: Ne fortè in vacuum currerẽ, aut cucurriſſem.

Sextum dubium fuit: *Ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Currere, Apoſtolica phraſis eſt: & nihil aliud ſignificat, quã officio ſuo quenquam fungi. Et maximè Prophetis, ſeu legatis, & Apoſtolis proprium eſt currere, quò indicent ſe ad eos feſtinare, ad quos deſtinantur: vnde expeditos & promptos eſſe oportet ad ea exequenda, quæ in mandatis habent. Tamen Poëtæ Mercurium cum alis talaribus componunt. Vnde & alibi pulchri pedes vocantur ad currendum, & euangelizandum pacem, & bona. Et ita Paulus miniſterium ſuum vocat curſum, cùm ait: *Nihil horum vereor, &c. dummodo conſummem curſum meum, & miniſteriũ verbi quod accepi à Domino Ieſu.* & alibi: *curſum conſummaui.* Et de Ioanne Baptiſta, *cum impleret curſum ſuum.* Iterum: *Sic curro, non quaſi in incertũ.* De his verò qui ſibi legationem propheticam arrogabant, ait Dominus; *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant.*

Quinã curre te in ſcripturis dicantur: curſus ille quid ſignificet.

Eſa. 52.

Rom. 10.

Act. 20.

2. Tim 4.

Act. 13.

1. Cor. 9.

Ierem. 23.

Quonã Apoſtolus id ſenſu protulerit.

Cauendum eſt autem, ne exiſtimemus hoc dictũ fuiſſe à Paulo propter ſe ipſum, quaſi ipſe dubitaret de Euangelio quod prædicabat, aut ſuper eo teſtimonium ab hominibus quæreret, aut vacillaret, quaſi minùs fidei Dei reuelationi habuiſſet. Sed id quod ait: ne fortè, ſeu, ne quouis modo (vt Græca commodiùs habent μήπως) propter alios tantum dixit: qui audiebant, ne in vacuum currerem: quia dubijs & ſuſpectis conſcientijs inutile eſt verbi miniſterium. Quia tunc fruſtra curritur, cùm inutiliter laboratur: nõ enim ſequitur ea quæ debet fidelium ædificatio. Minori enim fide ſuſcepiſſent eius prædicationem, ſi viſus fuiſſet ab alijs diſcrepare, aut cũ illis qui in tanta erant exiſtimatione, non conuenire, qui Eccleſiæ primariæ columnæ vocabantur, penes quos autoritas probandi doctrinas reſidebat. Simili propemodùm ratione vtitur Dominus Ioan. 5. vbi etſi dicat; *Ego non ab homine teſtimonium accipio.* Et infra: *Ego habeo teſtimonium maius Ioanne.* Hoc eſt: Quanquam ego propter me teſtimonium non accipio; ſed hoc dico quod ab eo accepi, vt vos eius de me teſtimonio, cui multũ defertis, ſalui ſitis.

In vacuum curtat prędicator quando

Si de ſuo Paulus Euãgelio dubitaſſet, quid inde.

Ioan 5.

Apoſtolica hæc phraſis Chriſti verbo firmatur.

Atque hoc loco aduerte, multa declarari, & probari ab Eccleſia, non quaſi ſint incerta his, qui eiuſmodi declarationẽ poſcunt, ſed vt fiant alijs certa ad ædificationem ipſorum. Quòd ſi tanto Chriſti Apoſtolo opus fuit ſuum conferre Euangelium cum Apoſtolis, & Petro; quantò erat magis neceſſarium, vt Lutherus, & Caluinus

Hæretico rum principes notantur ob ſuum non cum Romano Pontifice.

ſua

Digitized by Google

Euangelium collatum.

ſua Euangelia ad ſedem Apoſtolicam conſulendam attuliſſent?

Quod aiunt illi: Nihil ſe de ſuo Euangelio dubitare, tanquam verò atque legitimo: vanum prorſus videri.

Neque ſatis conuenienter reſpondent, cùm aiunt: Nos certi ſumus ſupra omnem certitudinem, quod purum putum Euangelium ſit illud quod enarramus. Quis enim hæreticorum non hac rima elabatur? Sed vt eos vrgeamus, cum quibus Eccleſiæ columnis illud contulerunt, vt Paulus fecit? aut quo ſignô vllo probauerũt, qui nec ad Sedem Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam omnium eccleſiarum matrem, nec ad Concilium œcumenicum ipſorum ſalutis gratia coactum, & apertum, & eos benignè inuitans, & ſub fide publica ad veniendum prouocans, nunquam ſibi perſuadere potuerunt, vt vel ad conferendum accederent? Certè in hoc, doctrinæ, & exemplo Apoſtolico aduerſantur; cùm tamen Paulini Theologi & haberi, & vocari velint. Vide iam quid magnus Auguſtinus lib. contra Fauſtum ſcripſerit. *Cum ipſe Apoſtolus Paulus poſt aſcenſionem Domini de cælo vocatus, ſi non inueniret in carne Apoſtolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euãgelium, eiuſdem ſocietatis eſſe appareret, Eccleſia illi omnino non crederet. Sed cùm cognouiſſent eum hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabãt, & in eorum communione atque vnitate viuentem, accedentibus etiam per eũ talibus ſignis, qualia & illi operabantur: ita cum Domino cõmendante, meruit autoritatem, vt verba eius hodie ſic audiantur in Eccleſia, tanquam in illo Chriſtus, ſicut ipſe veriſſime dixit, locutus audiatur.* Hactenùs ille.

Illis ſuũ cum Eccleſia Euãgeliũ conferẽdi occaſiones oblatæ, ſed fruſtra.

Iidem Paulinos Theologos quam vere ſe prodant. *B. Aug. li. 28 cõtra Fauſtũ c. 4. ſub fi. 10. 6.*

Act. 9. Quid ſuum cũ Apoſtolis cõferendo Euangeliũ Paulus, teſte Auguſtino, ſit conſecutus. *2. Cor. 13.*

Ad ſeptimum dubium: Producitur in medium Titus non compulſus circumcidi, vt probet quæ fuerit eius cõcilij definitio. Non tantùm enim verbis cæremonias legis non eſſe neceſſarias Gentili baptizato definitum eſt, ſed etiam ipſo facto, & in iudicio contentioſo Titum Gentilem ad circumciſionem non compulſum. Nam ſi neceſſaria foret circumciſio homini Chriſtiano, non eſſet vllus incircũciſus ab Apoſtolis receptus vt Chriſtianus, ſed compelleretur & ipſe circumcidi, qui non tantùm vt Chriſtianus, ſed etiam vt Epiſcopus Creteniſis eſt ab Apoſtolo acceptus. Id etiam in contentione ſtatutum eſt, cùm aliter fieri poſtularent Pſeudoapoſtoli.

De Tito non circũciſo ad Apoſtolos introducto.

¶ Et ait: *Cum eſſet Gentilis*, quaſi dicat, ſecùs eſſet, ſi Iudæus fuiſſet. Sed quis tuebitur, Iudæum circumcidendum omninò fuiſſe, cum circumciſionis obſeruantia adueniente veritate ceſſare debuiſſet?

Dixit ergo Paulus: *Cum eſſet Gentilis*: non quod, vt Iudæus, deberet compelli, ſi nollet, ſed potiùs tolerari, ſi vellet. Gentilis ergo non ſolùm vllo modo compelli poterat, ſi nollet, ſed nec prorſus tolerari, ſi vellet: & tamen etiam Iudæus aliquis propter alios infirmos, ne ſcandalum aliquod paterentur, cogi omninò potuiſſet ad illam inutilem obſeruantiam; quemadmodum Timotheus circumciſus eſt à Paulo. Et idcircò maiorum præcepta pro loco & tempore ſeruanda ſunt. Vnde & ſynodi Apoſtolicæ decreto Gentiles compulſi ſunt abſtinere ad tempus à ſanguine, & ſuffocato.

Qua ratione Iudæus etiam fidelis tũc ad circũciſionẽ cogi poterat. *Act. 16.* Superiorum leges vt obligent. *Suprà 15.*

Ex quo eluceſcit ſuauiſſima Dei cum Iudæis, & Gentibus prouidentia. In Gentibus quidem; ne introducerentur alienæ, & inutiles cæremoniæ, quibus nunquam fuerunt allegati, ne rurſus captaretur negotiũ eas recedendi. Quis enim velit quenquam vllis cæremonijs aſſueſcere, quibus cùm ſit aſſuetus, deſueſcere tamẽ poſtea oporteat? In Iudæis verò obſeruantias illas ad tempus tolerabat Deus, licet iam mortuas: quia olim his Iudæi aſſueti fuerant, nec tam facilè poterant, quaſi a lacte infantibus familiari, amoueri. Erant ſiquidem illæ cæremoniæ, non aliud quam cadauer quoddã dum effertur ad ſepulchrum, à quo qui carnem ſapiunt, ſtolidi, & infirmi, vt erant Iudæi, diuelli non poterant: Vnde & carni aliquid fuit condonandum, ſed diutiùs ferendum non fuit, vbi cadauer fœtere cœpit: tùm ſepulchro fuit concludendum, vt ſenſim poſtea eſt factum.

Quonam Dei conſilio Gẽtes Iudaicis ritibus, & cæremonijs nõ fuerint mancipandæ.

Iudæi Chriſtiani illas aliquandiu eas ſeruare permiſſi.

Quales illæ videri potuerint, & quandiu permittendæ.

Lutherus ex his Pauli verbis liberam facit circumciſionem, ſi quis ea vti velit in Euangelio Chriſti: ita vt aſſerat poſſe hominem circumcidi, quia Paulus ait, Titum non fuiſſe compulſum; ac ſi permiſerit, modò coactus non petijſſet, nec in ea re fiduciam collocaſſet. Sed certè hoc ipſe Moyſes prohibet, cùm ſub illis ſymbolis dixit: *Non ſeres vineam tuam altero ſemine, ne & ſementis quam feciſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. Non arabis in boue ſimul & aſino. Non indueris veſtimento quod ex lana, linoq; contextum eſt.*

Chriſtianos etiam nunc poſſe circumcidi, Lutherus contendit.

Prima ratio cõfutationis.

Deinde qualis eſſet admixtio illa legis, & Euangelij, quam Lutherani peculiari, & proprio dogmate abhorrent? Adhæc quomodò volunt poſſe circumcidi Chriſtianũ? an quia lex Moyſi id præcipit? quomodo ergo volunt obſeruari, quod eſt iam abolitũ? An volunt ſeruare, quia eſt ex Patribus, vt Chriſtus dixit Ioan. 7. Profectò non fuit data Gentibus, ſed ijs ſolùm, qui ſunt ex ſemine Abrahæ, ad quos Gentes non pertinent, quanquam quatenùs etiam venit ex patribus, per circumciſionis ſpiritualis aduentum abolita eſt. Falſum ergo, & horrendum

II. ratio.

Tertia.

Ioan. 7. *Gen. 17.* Iudæis circumciſio data tantummodo non Gentibus.

rendum eſt, liberam facere velle modò circumciſionem: quæ non ſolùm eſt mortua, verùmetiam mortiſera.

Cõtra Eleutherobaptiſtas Lutheranum fœtum.

Ex hac peſtiſera Lutheri doctrina nati ſunt Eleutherobaptiſtæ, qui liberum faciunt aquæ baptiſmum; quia eadem eſt cauſa Circumciſionis, & baptiſmi apud eos. Nam ſi licet homini circumcidi, licet & nõ baptizari; quia prçterfidem nihil eſt homini ad ſalutem neceſſarium, ait Lutherus. Sed hæc doctrina ſua ſe prodit improbabilitate, & ſalſitate, nec maiori indiget confutatione.

Ad octauum dubium.

Ad octauam accedimus dubitationem, vbi dicitur: *Sed propter ſubintroductos falſos fratres, &c.* quam clauſulam duram videri diximus, tũ propter verborum ſtructuram, tum ob ſenſum oſcurum. Poſſunt tamen hæc verba dupliciter copulari, aut cùm ſuperioribus, vt ſit ſenſus: Titus non eſt compulſus circumcidi propter ſubintroductos falſos fratres, id eſt: Non tantùm valuerunt efficere id petentes, vt Titus circumcideretur: & ita particula illa, Sed, quæ Græcè dicitur δὲ, abundaret, ſiue ſuperflueret, & quã ex more præcedere deberet altera illi oppoſita, quæ Græcè μὲν, Latinè dicitur Quidem.

Prima illorũ acceptio, ſeu ordinatio.

Quare non probetur.

Sed profectò, vt alibi annotaui, non ſemper poſt μὲν, ſequitur δὲ, neq; particula δὲ, vel Autẽ, ſemper requirit vt præcedat quidem, vel μὲν. Rectè enim dixeris: Rhetorica non eſt ars. Medicina autem eſt ars. Ad hæc δὲ, vel Autem amplificat orationem interdum: Vt, *Aſcendi autem ſecundum reuelationem,* pro Aſcendi quidem. Et ſubdit: *Seorſum autem ijs qui videbantur,* id eſt, atque adeò ijs qui videbantur.

Galat.2.

Ita hoc loco, Titus non eſt compulſus circumcidi; ſed, i(d eſt) quod plus eſt. Ita Theophylactus, Hieronymus verò hoc loco habet: *Sciendum quod, Autem coniunctio, quæ in præſenti loco ponitur: Propter ſubintroductos autem falſos fratres, ſuperflua ſit: & ſi legatur, non habet quod ei reſpondeat, illamque concludat: ſed eſſe ordinem lectionis & ſenſus: ſed neque Titus qui mecum erat, cùm eſſet ex Gentibus, compulſus eſt circumcidi, ſtatimque ſubiungat quæ cauſa fuerit, vt ad Circumciſionem impelleretur inuitus: Propter ſubintroductos,* inquit, *falſos fratres, &c.* Similiter Theodoritus ait, particulam illam eſſe superuacaneam, Beatus Auguſtinus tomo quarto circa finem, particulam, Autem, nõ reijcit: ſed retinet, in alio tamen ſenſu. Ait enim: *Quamuis Græcus eſſet, & nulla eum conſuetudo, aut cognatio parentum circumcidi cogeret, ſicut Timotheum, facilè tamen etiam iſtum circumcidi permiſiſſet Apoſtolus: Non enim talis Circumciſione ſalutem docebat auferri, ſed ſi in ea conſtitueretur ſpes ſalutis, hoc eſſe contra ſalutem oſtendebat. Poterat ergo vt ſuperfluam æquo animo tolerare, ſecundum ſententiam, quam alibi dixit: Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei, Propter ſubintroductos autem falſos fratres, non eſt compulſus Titus circumcidi, id eſt, non ei potuit extorqueri, vt circumcideretur.* Hæc ille.

Theophyl.
Hieron.
Theodorit. par. 2.
B. Aug.
Act.16.
1.Cor.7.

Hæc dictio: Propter ſubintroductos aũt falſos fratres, qualis Auguſtino.

Vbi Auguſtinus exponit particulam, Autem, vt habeat officium extenuandi; Vt, Percuſſiſti hunc, ſed prouocatus, & irritatus. Tito non potuit extorqueri vt circumcideretur, ſed propter falſos fratres ab eo extorqueri non potuit: quia ea occaſione docuiſſent, Circumciſionem eſſe illi ad ſalutem neceſſariam, etiã ipſius Pauli conſenſione.

Altera ſolutio.

Deinde poſſumus, litera retenta, & aliquid ſupplendo, ſenſum bonum elicere. Ita enim contigit in his, qui ſententijs magis quã verbis abundant, in hunc mundũ: noli mirari hoc veniſſe in quæſtionem, an ſcilicet Titus eſſet circumcidendus: ſed id accidit propter ſubintroductos falſos fratres. Nam cùm dixiſſet, non eſſe Titum coactũ circũcidi, manifeſtè arguit ille ſermo, fuiſſe quoſdam, qui cum ad circumciſionem cogere vellent; & hunc fuiſſe Cherintum cum ſuis, docet B. Epiphanius Hæreſi 28. qui ſuſtinebat ad literam per omnia Moyſi legem eſſe ſeruandam, & interim ſimulabat ſe eſſe Chriſtianum.

Quis Titum voluerit circumcidi.

Subintroductus quid.

Nomen, Subintroductos, quod Græcè dicitur παρεισάκτους, ſignificat, vt Heſychius teſtis eſt, ἀλλότριον, id eſt alienũ, ſubmiſſum, irreptitium, & propriè ſubintroductitium: Tertullianus libro quinto in Marcion. capit. de epiſtol. ad Galatas, vocat ſuperinductitios: eſtque nomen, non participium. *Qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram: quam habemus in Chriſto Ieſu,* (id eſt, quam habemus Chriſtiani) *vt nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neque ad horã ceſſimus ſubiectioni, vt veritas Euãgelij permaneat apud vos* Singula hæc verba ſuum pondus habent. Verbum, Subintroierunt dolum, & animum fallendi eorum denotat. Verbum Explorãdi, teſte beato Chryſoſtomo verbum eſt bellicum, ſiue militare, quo eorum inſidias declarauit. Exploratorum autem munus eſt, vt cognitis rebus aduerſariorum, ipſi ſibi facillimũ aditum parent ad expugnandum. Et poſuit Infinitiuum pro Gerundio, more Græco, Subintroierunt explorare, pro, ad explorandum.

Tertull.

Subintroeundi, & explorandi verbis quid Paulus ſignificet.
B Chryſ.
Græci infinitiuũ pro Gerundio vſurpant.

Quid per libertatem Chriſtianam hoc loco.

Libertatem Chriſtianam vocat, eam, quam à ſubiectione legis, & infinitis legis oneri-

oneribus,quibus plena erat,& quam Chriſtus ſuo ſanguine nobis comparauit, aſſecuti ſumus.

Ad nonã dubitationem. Negatiuè, an affirmatiuè legẽdum ſit. Quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectioni.

In verbis ſequentibus: *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni*, annotant beatus Hieronymus, & Ambroſius, Latinos codices legere affirmatiuè. *Quibus ad horam ceſſimus*: ſicut etiam diuus Irenæus libro quarto, capite decimotertio in fine. Eſtque ſenſus iuxta beatum Ambroſium: Quibus inquit, ad horam ceſſimus: & hoc dictum propter Timotheum circumciſum à Paulo. Vel eſt ſolutio argumenti, vbi Paulus ceſſit infirmitati Iudæorum, quaſi diceret: Narras factum Titi, quod non coactus fuerit circumcidi, interim Timotheum tu circumcidiſti, vel circumcidi permiſiſti, Græco patre natum. Verum eſt: ſed coact⁹ hoc feci, propter ſubintroductos falſos fratres, propter quos ceſſimus ad horam ſubiectioni, id eſt, ad tempus legi nos ſubijcimus. Et ita ab illo loco: *Sed propter ſubintroductos falſos fratres*, noua periodi inchoatio eſt, vſq; ad: *Vt veritas Euangelij permaneat ad vos.* Et particulam aduerſatiuam, *Sed* facit opponendo factum Timothei aduerſari facto Titi.

Poſterior lectio, ſcilicet, Quibus ad horam ceſſimus, &c. qd ſignificet. *Act. 16.*

Cur illa Hieronymo non probetur.

Hieronymus tamen lectionem illam reprehendit, quia ſic Titus eſſet circumciſus contra illud quod paulò antè dixerat. Et quæ eſſet iſta veritas Euangelij, hypocryſi Iudæorum cedere? Repugnat etiam ſenſui epiſtolæ, qua Paulus nititur Galatas à circumciſione, & alijs legis oneribus reuocare. Nam quomodo ſperaret Galatas ſe poſſe reuocare, qui ne vnum quidem Titum Gentilẽ à circũciſione retinere potuiſſet? Non erat ergo in tam grauibus, & noxis attendendum infirmorum ſcandalum: quia ſi Gentilis ad hoc adducebatur, veritas Euangelij, quæ purè erat illis tradenda, obſcurabatur.

Prior lectio probatur: quem ſenſum habeat.

Ideò ait: *Nec ad horam ceſſimus ſubiectioni*, id eſt, ſubijciendo nos legi; ſicut pro Iudæis ceſſit ad tempus in Timotheo circumciſo. Et ratio eſt: quia Apoſtolus teſtificatur omni homini circũcidenti ſe, quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Paulus verò ſeruans legalia Act. 18. & 21. non ſubiectioni Iudæorum, ſed conſuetudini cedebat. Tertiò ſequitur lectionem cum negatione Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionẽ, loquens de epiſtola ad Galatas, ſicut Syriacus codex, & Textus Græcus, quem modo habemus.

Galat. 5. Quando Paulus iudaizauit, quid fecit ſubiectioni Iudæorum ſi non ceſſit.

Ab ijs autem qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt.

Id eſt: Dixi quidem de comite mei itineris Tito homine Gentili, quid ſit actum apud Apoſtolos Ieroſolymis: nũc dicam de meo Euangelio poſt meam collationem. Ab ijs ergo qui videbantur, ſiue, qui erant in pretio, nihil collatum eſt, vel, nihil ſum adiutus: id enim adiecturus erat, quod iam propter parentheſim omiſerat: & patet ex repetitione. Mihi enim qui videbantur aliquid (id eſt, qui erant in pretio habiti) quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt; id eſt, nihil attinet commemorare, quales ante Apoſtolatum fuerint, cùm nondum primitias Spiritus recepiſſent, id eſt, illeterati, idiotæ, piſcatores, abiecti, & nullo in pretio habiti. Ita beatus Ambroſius interpretatur. Ipſe verò eruditus ad pedes Gamalielis, nobilis, & iuxta legem irreprehenſibilis.

Ad decimam quæſtionem. De illis verbis: Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt; quid ſignificent. Primus ſenſus.

Alter B. Ambroſij. *Act. 22.*

Tertius Auguſtini.

Auguſtinus verò illud, Quales aliquãdo fuerint, ad vitam refert, hoc ſenſu: Quales olim fuerint, boni ne, an mali, nil mea refert: ſuſpectum me haberi volunt, & obijciunt quod perſecutor fuerim Eccleſiæ. *Deus enim perſonam hominis non accipit.* Cauſam dicti reddit: Nihil enim refert vitæ cõditiones cõmemorare, quare Deus vocatione ſua gratuita quoſdam ad fidem vocet & magnos faciat miniſtros. Non reſpicit ad vllam conditionem, aut qualitatem, ſed omnia agit pro ſuo beneplacitò.

1. Tim. 1.

Quartus B. Chryſoſtomi atq; Hieronymi.

Chryſoſtomus, & Hieronymus in alium ſenſum hæc verba referunt, id eſt ad qualitatem doctrinæ: Quales aliquando extiterint in permittenda circumciſione, quã iam coruſcante Euangelio non permittunt, ipſi Deo reddituri ſunt rationem. Deus enim perſonam hominis non accipit: quia magnos & eminentes poteſtate viros, ſi ſecùs atque oportuit, docuerint, non continuò diſſimulabit, aut comprobabit eorum facta. Et hoc dixit propter Petrum, vel propter Iacobum fratrem Domini, qui eminentiores videbantur in legis cæremonijs tolerandis. Nec oportet arguere ab horum celſitudine ad veritatem; quia Deus perſonam non accipit, ſed cui vult, dona ſua concedit, & Deo perſonam non accipienti, rationem ſui Euangelij ita prædicati reddit. Ita olim dixit; Non eſt meum dare vobis, nempe ambitioſis, & conſanguineis, & opera negligentibus. *Sed è contra cùm vidiſſent quod creditum mihi Euangelium præputij ſicut & Petro Circumciſionis, &c.* Non tantum illi nihil mihi cõtulerunt, ſed contra ego illis contuli. Quam intelligentiam Chryſoſtomus impugnat: quia Apoſtoli alij, vtpote perfecti, nihil fuerunt à Paulo edocti. ¶Mitior ergo eſt expoſitio:

Quare Deus non accipiat perſonam hominis.

Matt. 20. Ad nouam quæſtionem. An eo verbo: Sed è contra cũ vidiſſent, &c. Apoſtol⁹ ſignificet, ſe à Petro, Ioanne, & Iacobo.

nedũ accepiſſe, verumetiã eis aliquid contuliſſe.
B. Chryſo.
Alter ſenſus Probacilior.
D. Hieron.

ſitio: Non ſolùm illi nihil contulerunt, addendo, aut detrahendo, aut corrigẽdo, ſed etiam facto comprobarnnt: quæ quidem comprobatio cõtraria eſt accuſationi. Cõtra illorum ergo opinionem, qui aſcenderunt contra me in Ieruſalem, nihil actum eſt, & Hieronymus putat eſſe hyperbaton longum in eo quod ait: Non ſolùm non contulerunt, ſed etiam dexteras ſocietatis mihi, & Barnabæ dederunt. *Cum vidiſſent quod creditum eſt mihi Euangelium preputij.*

Tres illi Apoſtoli vnde viderint Paulo creditum eſſe Euangelium præputij.

Ex collatione, & prouidentia Dei videre potuerunt, quod alius Apoſtolus datus ſit circumciſis, qui legis vmbris ad tempus acquieſceret, alius verò Gentibus; quę Euangelij gratiam non putarent eſſe ſeruitium coactum, ſed liberam fidem. Et cognouiſſent donum, ſiue chariſma mihi à Chriſto immadiatè collatum. Videre autem potuerunt ex operibus in Gentibus, ex fructu prædicationis, & ex ſignis admirandis. Per circumciſionem, & per pręputium Iudæos hac nocte diſtinctos à Gentibus intellige: eſtque figura quæ vocatur Notatio, quoties nominamus rem non ſuo nomine, ſed ex aliquo accidenti. *Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatũ, &c.* Significat operatus quoq; & in me: quia prępoſitio eſt in verbo *ἐνεργήσας*. Nec ſimpliciter eſt operat⁹, ſed vim & efficaciam ſuã oſtendit, tum in ſermonis efficacia, tum virtute ſignorum. Idẽ ergo efficax fuit in me; atque in Petro. *Et cũ cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* Coniunctio illa, Et, per exepegeſim, quæ vim habet explicandi, accipienda eſt, Et, id eſt, Etiam.

Notatio qd ſit, eius vſus hoc loco.

Quomodo Chriſtus Petro & Paulo in apoſtolatũ operatus ſit.

Et pro etiam interdum accipitur.

Quare Paul⁹ Petrum, Ioannem, & Iacobum columnas appellet.
Apoc. 3.

¶ Columnas verò eos vocat: quia ad eos ſpectabat totam Eccleſiæ fabricam ſuſtinere, & infirmitates omnium ferre, vt omnium parentes. Qua metaphora vſus eſt Dominus in Apocalypſi: *Qui vicert,* inquit, *faciam illum columnam in templo Dei mei.*

Prima ratio huius affectati ſermonis: Qui videbantur eſſe columnæ.
B. Hieron.
D. Chryſ.
Altera.

Dices; Quare dixit potiùs, videbantur, & non, erant. Reſpondet Hieronymus, & Chryſoſtomus: Quia ſuperiùs dixerat, *Qui videbantur eſſe aliquid,* vel ſimpliciter, qui videbantur, id eſt, Qui in magno erant pretio, & auctoritate. Deinde, vt ſignificaret, non tantùm fuiſſe tales, ſed ab hominibus etiam fuiſſe tales habitos. *Dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in Gentes, ipſi autem in Circumciſionem, tantũ vt pauperum memores eſſemus: quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum ſeruare.* Hoc eſt, Dextras ſociales dederunt, hoc ſigno declarantes nos cum ipſis per omnia conuenire, & conſpirare in idem Euangelicæ doctrinæ corpus, & illud ſignificatur metaphora tactus

Dare dextras ſocietatis, quid ſignificet.

extera, iuxta illud Poëtæ:

> *Pars mihi pacis erit, dexteram tetigiſſe tyranni.*

Vergil.

Et vt alios Petro iunxit, ita ſibi iungit Barnabam.

Quod verò ſequitur: Vt nos in Gentes, ipſi autem in circumciſionem, ſupplendũ eſt verbum aliquod, videlicet, Apoſtolico munere fungeremur. In prępoſitio accipitur pro, inter, vel erga, vel apud, apud Circiſos, vel apud Gentiles. In verbo quod ſequitur: Tantùm vt pauperum memores eſſemus, particula Tantùm, referenda eſt ad ſequentia, non ad præcedentia: & ſubintelligendum eſt verbum aliquod: Tantùm ſcilicet admonuerunt, vel, Tantũ mandârunt id eſt: Nihil de Circumciſione prædicanda Gentibus edixerut, ſed tantùm rogârunt, vt inter Gentes prædicantes Euangelium. pauperum memores eſſemus.

Illud: Vt nos in Gẽtes, ipſi autẽ in circũciſionẽ, quomodo ſit accipiendum.

Quid ſit: Tãtũ vt pauperum memores eſſemus.

¶ Et pauperes vocat Chryſoſtomus illos, qui in Paleſtina propter fidei profeſſionem è poſſeſſionibus ſuis erant deiecti, & facultatibus omnibus exuti: de quibus Hebr. 10. *Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.* Hieronymus verò, eos, qui Ieroſolymis allaris poſſeſſionum pretijs ante pedes Apoſtolorum, egebãt. Et quod ſubdit: *Quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum ſeruare:* ſatis indicant epiſtolæ ad Romanos, & ad Corinthios, & liber Actuum Apoſtolorũ: vbi pluries aſcendit Ieruſalem, portans eleemoſynas pro ſanctis. Et de his hactenùs.

Pauperes qui Chryſoſtomo.
Hebr. 10.
Alter ſenſus Hieronymi.

Act. 4.
Rom. 15.
1. Cor. vlt.

DISPVTATIO XXIIII.

In illa verba: *Cùm autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cùm autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat, timens eos qui ex Circumciſione erant. Et ſimulatione eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita vt Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem Sed cùm vidiſſem quod nõ rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu Iudæus cùm ſis, Gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare.*

INGREDIMVR locum difficillimum in hac epiſtola, ad quem olim explicandum, quidam, vt à difficultatibus ſe expedirent

Aduerſus illos qui dicunt Cepham, de

quo hic agitur. Petrum Apoſtolum non fuiſſe.

dirent, finxerunt, hunc Cepham, cui Paulus in faciem reſtitit, non fuiſſe Petrum Apoſtolum, ſed alium quempiam ex ſeptuaginta duobus diſcipulis ita nominatum.

B. Hieron.

Argumenta ex textu deprompta pro hac veritate.

Quum opinationem, vt frigidam, & commentitiam reijcit Hieronymus, cùm res apertè doceat, ſermonem hunc ad Petrum, & reliquos Apoſtolos Iacobum & Ioãnem eſſe referendum. Et negat apertè, vllum Cepham in Euangelio, & alijs epiſtolis extare, præter Apoſtolorum principem Petrum, qui Syrorum lingua dicitur Cephas, id eſt, Petra. Et in textu Græco Petrus dicitur veniſſe Antiochiam, non Cephas. Et infra: *Dixi Cepha coram omnibus*. Habent etiam Græca, Dixi Petro. Cùm etiam dixit, Petrum, & Iacobum, & Ioannem, qui videbantur columnæ eſſe, manifeſtè oſtendit de magno Petro, non de aliquo vulgari Cepha ſe loqui.

Illorum obiectio diluitur, de hac videlicet hiſtoria à B. Luca in Actibus prætermiſſa.

Nec obſtat, Petrum Antiochæ decertaſſe cum Paulo; nullibi Lucam in libro Actorũ teſtari: quia permulta alia quæ Paulus ſe ſuſtinuiſſe replicat, prætermiſit. Et non ſtatim eſt cõtrarius, ſi quod vnus dignum relatu putauit, alius inter cætera ſuppreſſit. Deniq; primus Epiſcopus Antiochenę Eccleſiæ fuiſſe Petrus refertur, & inde in Romanam Eccleſiam tranſlatus: quod Lucas penitùs omiſit, ſicut etiam eius è Damaſco in Arabiam receſſum, & reditum. Vnde Hieronymus ſubiungit: *Si propter Porphyrij blaſphemiam (qua aſſerebat, aut Petrum erraſſe, aut Paulum procaciter Apoſtolorum principem reprehẽdiſſe) alius nobis fingendus eſt Cephas, ne Petrus putetur erraſſe, infinita de Scripturis erũ radenda diuina, quæ ille, quia non intelligit, criminatur*. Hæc ille.

De Petro Apoſtolo quæ tacuerit idem Euangeliſta Lucas.

Contra Porphyriũ, alium Cepham cõfingentẽ, ne Petrus putaretur erraſſe.

De tẽpore huius Paulinæ narrationis.

Eo verò poſito, vt hic locus loquatur de B. Petro, dubium ſecundum eſt, quando euenerit hæc hiſtoria. Reſpondeo: Cùm Apoſtolus ſuperiori hiſtoriæ, quæ Ieroſolymis de Titio circumcidendo accidit, proximè adiungat hanc narrationem in Antiochena Eccleſia, intelligimus in reditu Pauli & Barnabæ ad Antiochiam cum Iuda, & Sila, quos Apoſtoli comites illis dederunt, conſignatis literis dicitur: *Iudas autẽ, & Silas & ipſi cùm eſſent Prophetæ, verbo plurimo cõſolati ſunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos qui miſerãt illos. Viſum eſt autẽ Silæ ibi remanere, &c.* Et infra: *Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, reuertẽtes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicatum eſt verbũ Domini, quomodo ſe habeant*. Atque eo tempore antequam ab ſe inuicem ſepararentur Paulus, & Barnabas, accidit hæc hiſtoria à Paulo ſolo literis conſignata. Quia verò aderat Petrus, qui

Act. 15.

Ibidem.

Antiochæ erat Epiſcopus, & quia prima facie non eſt admodum Paulo reprehendenti, aut Petro reprehenſo glorioſa; idcircò fortaſſis eam Lucas prætermiſit, & Paulo ipſi, qui eam optimè nouerat, deſcribenda relicta fuit.

Alia ratio cur Lucas hanc narrationem omiſerit.

His præmiſſis, circa verba Apoſtoli propoſita primum dubium ſurgit, quò tendat iſta narratio. Secundò, circa illa verba: In faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat, grauiſſimum dubium agitatur inter Hieronymum & Auguſtinum, multis vltro citroque literis datis: quòd in duas quæſtiones diuidi poteſt: altera eſt de ceſſatione legaliũ cæremoniarum, vtrum videlicet poſt Chriſti mortem licitum aliquando fuerit ſeruare legis ceremonias; altera de intellectu eius quod dixit Paulus, ſe in faciem Petro reſtitiſſe, an videlicet Petrus tanquam errori alicui, aut lapſui obnoxius, verè, & ex animo ſit à Paulo reprehenſus, vt vult Auguſtinus; an tantùm ſecundùm ſimulationẽ, aut externam quandam cõpoſitionem, vt contendit Hieronymus etiam ex iſtis verbis Apoſtoli deducere. Iam his dubitationibus ſatisfaciamus.

Prima dubitatio in textum propoſitum. Secunda.

Ad primum dubium reſpõdemus, Apoſtolum eò tendere adhuc, quòd non aliud Euangelium doceat, ſed illud ipſum quod Petrus. Quaſi diceret. Expoſui vobis quid actũ ſit in ea cõmunicatione quam habui cum Apoſtolis aſcendendo in Ieruſalem, nunc exponam quanta efficacia Euangelicæ gratiæ libertatem, quam Gentibus prædico, Antiochiæ defenderim; etiã cum nõnulla Petri obiurgatione: quæ ab ipſo patiter tolerata oſtendit, meam doctrinam nũquam fuiſſe ab Apoſtolis improbatam, & non tantùm Apoſtolos nihil mihi contuliſſe in priori hiſtoria, ſed etiam me in hac ſecunda aliquid eis contuliſſe.

Ad primã dubitationem. Quorſum hæc à Paulo inſtituta narratio.

Ad ſecundi dubij priorem partem dicimus, Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieronymũ, cum eo diſputat, & triplicem temporis cõſtitui differentiã: vt legales cæremoniæ ante Euangelium viuæ extiterint, & vim obligãdi habuerint: à morte verò Chriſti mortuę fuerint, id eſt, virtute, & fructu ſuo ſpoliatæ, & vi amplius obligãdi prorſus deſtitutæ: potuiſſe tamen à Iudæis tantùm, non à Gẽtibus eo tempore obſeruari tradit, modò ſpem in illis vllam non ponerent, ſed in vno Chriſto Saluatore. Tertia temporis differentia eſt ab Euangelio diuulgato, id eſt poſt quadraginta annos à Chriſto in cęlum aſſumpto: nam ab eo tempore nõ tantùm mortuæ, ſed etiam mortiferæ tam Iudęis, quam Gentibus fuerunt legis cęremoniæ. Hanc ſententiã confirmat Auguſtinus

Ad ſecũdam dubitationẽ. De tempore abrogatę Moſaicæ legis, & cæremoniarũ ſub Chriſto. I opinio B. Auguſtin. Aug. to 2. Triplex temporis differentia. Probatur hęc opinio

duplici ratione.

partim ex eo quòd ſacrę literę paſſim teſtātur, Petrum, & Paulum obſeruaſſe à morte Chriſti vetera Moyſi Sacramenta: partim vt aliquid eſſet diſcriminis inter ſacrificia Iudæorum, & Gentiū, & illa quę prioribus temporibus in vmbris rerū futurarū Deus fieri inſtituerat, tanquam gentilium idololatriam damnare videretur, ſi ſtatim ea relinquere cogerentur. Fuit ergo Dei prouidentia ob Iudęorū infirmitatem ita diſpoſitū, vt lex & Synagoga cum honore deduci ad ſepulchrum videretur. Quanquam hoc egregiū Auguſtini dictum riſu ſiue irriſione inſipienter exceperit cenſor mundi Eraſmus. Nam cum fletn erat deducenda ad tumulū Lex: ſicut fleuerunt Moyſen in cāpeſtribus Moab triginta diebus, & Dominus ſecretè ſepeliuit eum, ne eius memoria vnquam appareret. Ioſue autē typū Chriſti, & Euangelicæ legis, non fleuerunt: quia lex Euangelica ęterna eſt, & nunquam moritur. Nec obſtat, quòd durante illo intermedio tempore à paſſione, ad plenam Euangelij diuulgationem, prodierit Apoſtolicū edictum Act. 15. etiam Gentes arctans, vt abſtinerēt à ſanguine & ſuffocato: quia hoc non eſt ſancitum propter legem, aut cęremonias à Gentibus obſeruādas, ſed vt Gētes cum Iudæis ſimul habitantibus coaleſcerent; & ad tempus tantùm pro pacifico cōuictu ſtabilitum fuit, & paulò poſt etiam Pauli Apoſtoli literis abrogatum. Et quod in illo edicto dicitur: Quam hæc neceſſaria intellige, ad charitatem retinendam, non ad ſalutem ſimpliciter: nam alias etiam nūc ſeruarentur.

Quòd Auguſtinus legē veterē & Synagogā eadane ri cōferre poſt Chriſtū honorificè ſepeliēdo: contra Eraſmum defenditur.

Deut. vlt.

In eo quod mortuū Moſem, nō autē Ioſue planxerūt iſraelitæ, quid fuerit ſignificatum nobis.

Ioſu. vlt.

Legalia Moyſi ſi nō erant Gentibus obſeruanda, cur abſtinere iubētur à ſanguine, & ſuffocato?

Act. 15.

Apoſtolici illius obſeruantia decreti quomodo neceſſaria Gētiū

Nec ſecundò obſtat, quód ad Roman. 14. dicitur: *Qui ſapit diē, Domino ſapit. Et qui mānducat, Domino māducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat:* quia ibi eſt ſermo de his, qui arctabantur ſeruare legis cæremonias, quandiu veritas non erat idoneæ promulgata. Ideò illi habentes conſcientiam ſeruandas ſibi eſſe, illas obſeruare debebant: ſicut & nunc dictāte conſcientia ad eleuanda feſtuca, eam leuare debemus. Hæc fuit Auguſtini mens, & ſententia.

item à lege Moyſi libertas quomodo poſſit cū illa ciborū legis Rom. 14. licita manducatione vel nō manducatione cōſiſtere.

Rom. 14.

Matth 7.

Altera opinio Hieronymi, duas tantū differētias temporis agnoſcentis.

Suprà.

Porrò Hieronymus duplicem tantùm obſeruauit temporis differentiam, alteram ante mortem Chriſti, quo legis obſeruantiæ fructum ſuum, & vim ligandi habebāt: alteram poſt mortem Chriſti, per quem facta eſt legis impletio, non tantùm mortuas ſed & mortiferas extitiſſe. Idcircò non niſi per diſpenſationem, id eſt per quādam diſſimulationem, qua potiùs occultabant ſuā ſententiam, & ſeſe ad Iudæorum captum accommodabant, obſeruaſſe illas Apoſtolos: prę ſertim vbi iā edocti eſſent per Chriſti mortē extinctam, & ſublatā fuiſſe legē. Atq; hæc contendit cuineere Hieronymus Scripturis, quæ teſtantur, legis Sacrmenta vmbras fuiſſe, typos, & exemplaria gratiæ illius per Chriſti mortem pręſtitę. Nam lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Adhæc agit Scripturis, quæ tradunt, Chriſtum impleſſe legem, iuxta illud: *Non veni ſoluere legem, ſed implere: Et, Finn legis, Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.*

I eius argumentum ex Scripturis.

Ioan. 1.

Alterum.

Matth. 5.

Rom. 10.

Teſtatur ergò vterq; poſt mortem Chriſti Apoſtolos obſeruaſſe ceremonias, & Sacramenta legis: ſed Auguſtinus contendit, eos illas obſeruaſſe animo ſeruandi legem: Hieronymus verò nonniſi per diſſimulationem quandam œcumenicam: quod nō eſt ſeruare legem, ſed ob aliam cauſam facere id quod lex iubet. Sicut ſi quis ob laſſitudinem, non ob legem quieſcat in Sabbato: & propter ſanitatem auferat pelliculam, vel etiam abſtineat à non tuminantibus, vel piſcibus non habentibus ſquamas ex medici præſcripto.

Apoſtoli ſub Euangelio quomodo Iudaizauerint, verè ne, an ſecus.

Exemplum.

Leuit. 11.

Deut. 14.

Nou videntur tamen hæ ſententiæ tam diuerſæ, vt inuicem componi non poſſint. Certè illam Auguſtini vt meliorem prętulit Concilium Florentinum, puod illam producit, & quā ſequitur bona pars Theologorum ſcholæ, cum illa triplici temporis differentia. Et certè conueniens nō erat de vno extremo ad aliud deuenire ſine medio Lex ante Chriſtum ſeruabatur ſolùm cum Sabbato, & circuncíſione: poſtea ſola Chriſto lex ſine dictis ceremonijs. Inter mediū ergo tempus quod fluxit à morte Chriſti, ad completam Euangelij promulgationem lex obſeruata eſt cum Euangelio, circumciſio cum baptiſmo, & Sabbatum cū Dominica die. Poſtremò videtur purior, & ſyncerior Auguſtini ſententia: quia etiam poſt Chriſtum iu cęlum aſſumptum, Apoſtoli ceremonias ſeruabant, antequam de legis ceſſatione reuelationem acciperent: quam primus Petrus Act. 10. accepit. Nam cùm Dominus in viſione diceret ei, *Occide, & manduca*: reſpondit, *Abſit Domine, quia nūquā manducaui omne commune & immundū*, & veriſimile eſt idem contigiſſe reliquis Apoſtolis, & alijs Chriſtianis ante illam reuelationem: vbi verò hoc plenè nouerūt, ſeruabant quidem legem, non ponentes in ea vllam ſpem. Ex quo licet colligere, quod à morte Chriſti legis ceremoniæ non protinùs fuerint mortiferæ.

Auguſtini ſententia quā Hieronymi magis probatur ob tria.

Floren. Syno.

II. ratio.

Tertia.

Act. 10.

Primi trini fideles, etiam Apoſtoli, aliter ante, aliter poſt Euangelij promulgationē legem obſeruatūnt. Petrus verè, an fictè à Paulo fuerit reprehenſus.

Ad ſecundam partem dubitationis, quæ eſt de intellectu huius loci, quæ multò grauior eſt ac difficilior, omninò aſſerendum

eſt,

Hieronymi ſentẽtia quibus rationibus innixa.

eſt, ſaluo ſemper meliori iudicio, interpretationem Auguſtini præſtare illi, quã amplectitur Hieronymus. Aſſerit ſiquidem Hieronymus, ſicut Petrum, ita & Paulũ liberum ab omni peccato extitiſſe: Perum etiam negat aliquid egiſſe dignum reprehẽſione, cùm Paulus ipſe aliquoties legis ceremonias exercuerit ob Iudæorum vitãdam ſeditionem. Nam raſit caput in Cenchreis, circuncidit Timotheum, & in tẽplo more Iudæorũ ſe purificauit: & 1. Cor. 9. gloriatur ſe factũ fuiſſe tanquam Iudęum Iudęis. Ex quibus colligit, hanc Pauli reprehenſionẽ ſimulatam fuiſſe, & non ex animo, ſed ex compoſito factam.

Actor. 21. Infrà 16. Infrà 21. 1. Cor. 9.

Obiectioni reſpondetur.

Quòd ſi aſſeras Petrum peccaſſe, & reprehenſione dignũ extitiſſe, quòd ex eius diſſimulatione ſcandalũ Gẽtibus daretur quid dices de ſcandalo, quod apud infirmos Iudæos oriturum erat, ſi illis Petrus non ſe accommodaſſet, & à Gentibus ſe ſegregaſſet? Quare cùm Petrus eſſet Iudęorũ Apoſtolus, videri non potuiſſe imputari Petro ſcãdalum Gentium, quo redimit ſcandalum Iudęorum. Adhęc veriſimile nõ eſt, Petrũ a Gentibus ſe ſubduxiſſe ob aduentum Iudęorum, non ſatis prius expoſita Gentibus cauſa quare Iudęis ſe accommodaret vt ita minùs ſcandalizarentur. Præterea apertè inferiùs ait, cęteros Iudęos, & Barnabã cõſenſiſſe in Petri ſimulationem. Erat ergo Petri ſimulatio, qua vſus eſt, in ſubducẽdo ſe à Gentibus, & in accõmodãdo ſe Iudæis.

Rationes ex ipſo cõtextu.

Bonę ſimulatiõis exẽpla. *Luc 24. 1. Reg. 21. 2. Cor. 4.*

Quod autem liceat ſimulare docuit Chriſtus, qui finxit ſe longius ire: & Dauid corã rege Achis ſe finxit ſtultum, vt euaderet, & Paulus aliorum perſonam inducens: *Hæc* inquit, *fratres, trãſfiguraui in me & Apollo propter vos*: & in bello licet ſtruere inſidias, & vti ſtratagemate, & vt ille dixit,

Virgil.

Dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?

Item acerba hæc Petri reprehenſio potuit graue offendiculum parere apud auditores ſi quid omninò peccatum eſſet à Petro. Pauli tamen munus erat, Petrum Apoſtolorum Principem, priuatim, & cum modeſtia reprehendere. Poſtremò, durum videtur in Apoſtolo in gratia Dei confirmato peccatũ ponere, vel quod error fidei in ipſum Petrum Eccleſiæ caput cadere potuerit: vt olim objiciebat Porphyrius, & nunc impudenter nobis objiciunt Sectarij, vt poteſtatem ſucceſſoris Petri infirmẽt. Hæ ſunt rationes pro Hieronymo, qui ſeptem veteres Patres pro ſuę ſententię cõfirmatione allegabat. Et exponens Textum, dicebat: *In faciem ei reſtiti*, quod Gręcè dicitur κατὰ πρόσωπον, id eſt, ad literam, iuxta faciem, ſiue ex compoſito, & cõmuni conſilio placuit nobis ita agere.

Porphyrij in Petrum blaſphemia, & Lutheranorum.

Argumentũ ab autoritate Patrum. Illud: In faciẽ ei reſtiti, quid Hieronymo.

Cùm enim videremus, hãc ſimulationem, quę propter Iudæos erat neceſſaria, vrgere in Gentium periculum, vt Petrus pateretur (aduerſus ſuã ſimulationẽ quæ reprehenſibilis nõ erat; etſi videretur) me diſputare, vt per illam diſpenſatoriam reprehenſionem corrigerentur Iudæi, qui alia de cauſa ſeruabant legem, quam Petrus & Gentium ſcandalum tolleretur: vt ita hypocryſis Petri, quæ valebat ad retinendos Iudęorum animos, cùm nõ parùm obeſſet Gentibus, hypochryſi Pauli moderaretur, quæ pro Gentibus faciebat, & in Iudęorũ præiudicium inſtruebatur, vt ſic amborum ſimul collecta ſimulatio retineret tam Iudæos, quam Gẽtes in Chriſto. Quod enim liceat officioſè ſimulare, ſacris literis teſtatum ſuperius reliquimus.

Simulata vel ficta illa Petri reprehenſio quo tenderet ſecũdùm eũ.

Atq; in eũ modum Chryſoſtomus, & ſui ſequaces interpretantur κατὰ πρόσωπον, id eſt, in ſpeciem, ſiue apparenter, non reuera reſtiti, aut reprehendi, ſed ſchema tantùm eius rei exhibui. Et ita alij loci Pauli huic ſenſui fauere videntur: vt 2. Corinth. 10. Quæ ſecũdùm faciem ſunt, videte; vbi etiam habet κατὰ πρόσωπον, hoc eſt, ea quę potiùs habent oſtentationẽ, quàm rem ipſam, Et c. 5. eiuſdem epiſtolæ: *Vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & nõ in corde.* Hactenùs ſententiam Hieronymi explicuimus, quæ multum probabilitatis nõ paucis habere videtur: quia & alijs Scripturis non deſtituitur, & interpretatione Patrum nititur.

B. Chry. to 4. Senſum Hieronymi in ſpeciem quid iuuet. *2. Cor. 10.*

Supra 5.

Auguſtini ſẽtẽtia longè probabilior. I. ratio à duplici incõmodo ſanè grauiſſimo. *Rom. 3.*

In hunc tamen ſenſum Auguſtinus inſurgit validis quibuſdam rationibus armatus. Primò, quia ſi admittimus Paulũ ficto animo, & ſimulato in Petro reprehendendo vſum fuiſſe, duo ſequerentur abſurda: alterũ, peccauiſſe illum in ſimulando, quoniam ſimulatio iſta non poterat ſine culpa fieri, cùm ſub mendacio contineatur. Omne autem mendacium malum eſt, nec ſunt facienda mala, vt veniãt bona, vel ipſo Paulo teſte. Et quomodo eſt veriſimile, Apoſtolum in propriã doctrinam peccaſſe? Alterum abſurdum eſt, quia nõ ſolùm Paulus id agens conuinceretur de mendacio, verũ etiam (quod nulla ratione aſſerere licet,) Scriptura ipſa mendacij coargueretur. Ait enim quòd Petro reſtitit in faciẽ: ſi aũt nõ verè reſtitit illi, ſed ſimulatè, falſa inuenitur Scriptura, quę ait quòd Petro in faciem reſtitit. Reſiſtere namque ſimulatè, non eſt reſiſtere: & ita bis mendax inueniretur Paulus, qui à principio proteſtatus erat, Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo: quia non mentior. Deinde ſubiu[…]it Paulus: *Quia reprehenſibilis erat*: eo erg[…] […]ito, quod Textus Græcus ita habeat, […]unt

Galat 1. II. ratio.

hæc verba contra illud quod aſſeritur videlicet ſimulatè reprehenſum. Si enim verè erat reprehenſibilis, cur ſimulatè, & non verè reprehenditur? Alioqui reprehenſibilis verè indicabitur, qui onus ſuſcipit alterum reprehendendi, nõ tamen ſeriò reprehendat verè reprehẽſibilem.

III. ratio. *Infrà 2.*

Tertiò ſubdit ibidem Apoſtolus: *Cùm vidiſſem quod non rectè ambularẽt ad veritatem Euangelij*: Iã quęro an ſit verum dictũ Pauli, an falſum? Si falſum, mentitur ergo, (quod horreo dicere) vel Scriptura, vel ipſe tantus Apoſtolus iterum periurus inuenitur, qui iureiurando teſtatus eſt ſe nõ mentiri. Si autem verũ eſt nõ ambulaſſe eos ad veritatẽ Euãgelij quomodò eos, qui tali in errore verſabantur, ſimulatoriè tantùm reprehẽdebat, qui digni erãt grauiſſima & acerbiſſima reprehenſione?

IV. ratio.

Quartò, ſi talis Hieronymi interpretatio eſſet recipienda in illa verba: *In faciem ei reſtiti*, id eſt, in ſpeciẽ, & ſimulatoriè, reuera hæc expoſitio militaret contra B. Pauli conatum, qui maximè eò tendebat, vt Gentibus inutilitatem circuncisionis, & ceremoniarum legis oſtenderet. Quòd ſi de ea re Petrum fictè reprehendiſſet, nõ ſolùm eam abrogari non debere, ſed potiùs ſuo exemplo ſeruari perſuaſiſſet, & ita hic intellectus totius epiſtolæ neruum infringeret. Nam quæ eſſet tantæ epiſtolæ, & tanti viri grauitas, in quo loquebatur Chriſtus & ipſe

2. Cor. 13.

corã Deo ſe loqui teſtatur, ſi confeſſus eſſet ſimulationem ſuam, & ſimul illam B. Petri cõprobaſſet? Ac per hoc abſurdiſſimũ quidam inferremus, fidem noſtram, ſiue fidei noſtrę initia nõniſi ſimulationibus cõſtare & firmari. Nũquid ergo Deus noſtro mendacio indiget, vt pro illo loquamur dolos?

Iob. 13.

V. ratio.

Quintò, res ipſa, & ratio, & eorum quæ in epiſtola ſequũtur, complexio illi ſenſui nõ quadrantium, ſatis euincunt, maiorem ac prudentiorẽ aliquãto circũſpectionẽ fuiſſe deſideratatam, dum facto ſuo atq; exemplo cogeret gentes iudaizare: quod erat periculoſum, & minimè ferendum.

Ad I. argum. Hieronymi.

Quare argumenta Hieronymi facilè refelluntur. Nam illud in primis quo tantopere vrget, κατὰ πρόσωπον, etiamſi alijs in locis ad ſignificet quod in ſpeciem, ſiue iuxta externum ſchema; hic tamen idem eſt ac dicere, in publico, ſeu coram alijs: quod ita eſſe interpretandũ, apertè Paulus ipſe declarat. Dum enim narrat cauſam reprehenſionis, ſubdit: *Prius enim quam venirent quidã à Iacobo, cum Gentibus edebat.* Et poſtea: *Sed cum vidiſſem quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus.* Expende quid ſit dicere coram omnibus, ἔμπροσθεν πάντων, hoc eſt quod ait, reſtiti in faciem, id eſt, palam, & coram alijs.

OEcum. Expenditur illud: Dixi Cephæ corã omnibus.

Ponderat OEcumenius, ob id dixiſſe. *Coram omnibus*, non vt Petrum condemnaret, ſed vt ijs qui ex Circumciſione erant, prodeſſet. Hęc ille. Hanc etiam locutionem alibi in hoc ſenſu idem Paulus vſurpat. Nam 2. Cor. 10. habet:

2. Cor. 10.

Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per mã ſuetudinem, & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis. Vbi in facie, id eſt, præſens, opponit abſenti, & ita ſignificat præſentiam, & Act. 25. *Non eſt*, inquit, *Romanis conſuetudo donare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores.*

Act. 25.

Græca non habent, præſentes, ſed κατὰ πρόσωπον, hoc eſt, palam, & coram omnibus.

Vnde Pſeudo apoſtolos ignauos, Paulũ verò fortẽ ac magnanimũ iudicare poſſis.

Pſeudoapoſtoli reprehendebant Paulum, ac ei obtrectabant, non palam, ſed clam, & in angulis, ipſo abſente: Paulus verò non detraxit clam Petro, ſed eum videret ipſum eſſe reprehenſione dignum, apertè redarguit. Hæc eſt enim ingenua virtus. Nã ſordidi ſunt, & ignaui, qui alterum à tergo gladio aggrediuntur: fortes, qui hoſtem aperto marte petunt.

Ad II. argum.

Secundò, non iuuat cauſam Hieronymi, quod quidã non legunt; *Quia reprehenſibilis erat*: quę tamen lectio valde eſt probabilis, & probabile Interpretem legiſſe καταγνωστὸς, id eſt, dignus reprehenſione, & quidem publica, nõ priuata; vt omnes Iudęi illius obiurgatione ſanarentur. Non enim ſatis erat errorem, qui palam nocebat, priuatim corrigere.

Defenditur hæc lectio: quia reprehẽſibilis erat.

Non, inquam, iuuat, quod Ambroſius & Gręci legunt per participiũ κατεγνωσμένος, id eſt, reprehenſus: quia etiam hęc lectio in eũdẽ ſenſum cũ priori reddit.

B. Amb. to 5

Eſſet enim ſenſus ſecundũ Ambroſium: Quia reprehenſus erat à veritate Euangelij, cui factum hoc aduerſabatur.

Nequaquam Petrum à Iudæis, vt vult Caietanus, ſed ab ipſo Paulo fuiſſe reprehẽſum.

At Caietanus addit, Petrũ à Iudęis reprehẽſum de hoc quod cũ Gentilibus, hoc eſt cũ Cornelio Centurione, & ſuis mãducaſſet. Sed certè nõ video quãnam conſequentia ideò illi fuerit in faciẽ reſiſtendum, quia illum iniuria reprehenderant Iudęi.

Rom. 10.
Infrà 11.

Altera eius verbi: Quia reprehẽſibilis erat, interpretatio nõ minus inepta.

Dura etiam videtur expoſitio, ex eo fuiſſe reprehenſum, quia malè de illo iudicabant, etſi reprehenſibilis non eſſet, Et qualis eſſet verborum conſequentia; Quia ille iniuria reprehenſus fuerat; ideò ego eum ficto & ſimulato animo reprehendi.

Aptior eiuſdem intelligentia.

Verior ergo expoſitio eſt: Ideò reſtiti in faciẽ, quia iam à Gentibus prius fuerat reprehenſus. Veriſimile enim admodum videtur, nonnullos ex Gentibus, cum quibus ederat ante aduentum Iudæorum, propter quos ſe à Gentibus poſtea ſubduxit, illum admonuiſſe cur ita ageret, & cur faueret ce-

remonijs: cũ certò ſciret, & ſic aſſereret corã Gentibus, eas vtpote extinctas, amplius non prodeſſe. Quod verò hæc non iuuent ſenſum Hieronymi, ipſemet in cõmentarijs legit, Reprehenſibilis, & interpretatur ad hunc modnm: *Quod autem ait, reprehenſibilis erat, propterea medie temperauit: vt intelligamus nou tam à Paulo eum fuiſſe reprehenſibilem, quam his fratribus, cum quibus ante edens ſe ab eis poſtea ſeparabat.* Hæc ille.

B. Hieron.

Cõfirmatur illa vel ipſius Hierony.ni. teſtimonio.

Porrò hoc loco nõ prætermittam quod eruditi viri annotarũt, participium paſſiuũ pro nomine poni ſolitum iuxta Hebræam phraſim: vt reprehenſus, pro, reprehenſibilis: benedictus, pro, benedicẽdus, ſiue, vt ita dicam, benedicibilis, id eſt benedictione dignus: laudatus, pro, laudabilis. Quod vt vno, aut altero exemplo illuſtremus, ecce. 2. Regum 1. habetur: *Saul & Ionathas amabiles, & decori valde.* Hebræi habent participium Niphal, id eſt, verbi paſſiui: nam ibi habent, Amati, ſiue dilecti: quem Hebraiſmnm ſeruantes Septuaginta, verterunt, ἠγαπημένοι, id eſt, dilecti. Et Pſalm. 138. *Mirabilia opera tua*: in Hebræo eſt idem participium Niphal. Pſalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*: ad verbum Hebiæa habẽt, *Laudatus nimis*. quia ergo frequẽter participia verbi paſſiui habeant ſignificationẽ nominum deſinentium in bilis, & bile; Ideò mirum non eſt, ſi interpres noſter, & Hieronymus, qui fortè legerunt in Græcis codicibus καταγνωσμένος, legerint tamen, & interpretati ſint, reprehenſibilis. Idcircò Hebræi diſtinguunt inter participia quæ verè ſunt participia, & ſignificant actum tantùm, & inter participia quæ habent vim nominum, & ſignant actum: qua ratione eruditè, & præclarè defenditur lectio noſtra, cui etiam Syriacus codex fauet, qui habet: *In faciem ipſius illum coarguit, quoniam offendebantur in eo.* Idem eſt aũt dicere: *Reprehenſibilis erat*, Et, *offendebantur in eo.*

Hebræi participio paſſiuo frequenter loco nominis vti conſueuerunt. Exempla nonnulla. *2. Reg. 1.*

Pſal. 138.

Pſal. 47. Ea forſitan ratione ab interprete dictum: quia reprehenſibilis erat.

Syriaca lectio

Tertiò, pro Hieronymo faciebat, quod infrà nominatur Pauli ſimulatio, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem: videtur ergò quòd fuerit ſimulata, & ficta reprehenſio, non vera.

Ad III. arg.

Sed profectò ex eo non colligitur Paulum ſimulaſſe, qui illam ſimulationem, qua fingebant ſe ad legem teneri, cùm amplius non tenerentur, reprehenderit, quòd videret ex illa oriri ſcandalum. Nam etſi interdum liceat ad doctrinam, & vtilitatem auditorum aliquid fingere, vt in Comœdijs, & in Tragœdijs, & in Apologis, & in Parabolis: magis tamen docemus, & grauius, cùm ſeriò & verè agimus: & illa fictio non eſt licita. quę cum peccato mendacij eſt cõiuncta: Et certè nõ magis mentimur verbis aliud dicentes, quam in corde habeamus, quam factis: quod mendacium dicitur hypocriſis.

Veritate magis, & re ipſa, quam fictione docentur homines duplicter.

Quę fictio ſit non bona nec licita.

Quartò non valet: Petrus Apoſtolns circumciſionis ea fictione Iudæorũ infirmorum ſcandalum redemit, etiamſi per accidens ſecutũ ſit Gentiũ ſcandalũ. Dicendũ eſt hoc Gentiũ ſcandalum maius fuiſſe malum, & illi magis obuiam eũdem & ex charitate medẽdum fuiſſe: maximè cùm idem Apoſtolus dixerit, Non eſſe malum faciendum, vt inde bonum ſequatur.

Ad IV.

Rom. 3.

Quintò, quod Petrus non ſe ſubduxerit à Gentibus, niſi prius expoſita illis cauſa, & reddita ratione ſubductionis, non ſatis eſt ad tuendum Petri factum immune omninò extitiſſe à peccato: quia ex facto eius, quód plus affirmabat quam verbum, coacti ſunt Gentiles ad ſcandalum accipiendum.

AdV. argum.

Sextò quòd Paulus legem obſeruauerit aliquando, reſpondendum eſt per ſingula. Nam quod caput dicitur totondiſſe ſibi in Cenchreis, vt vouerat: ad literam lõgè melius applicatur ad Aquilam, qui id votum nuncupauerat.

Ad VI.

Act. 18.

Quòd verò in templo hortatu Iacobi Apoſtoli ſe purificauerit, Acto. 21. ad nullum pertinet Gentium ſcandalum; propter Iudæos enim id fecit, citra vllum Gentium offendiculum: & omnibus eſt omnia factus vt omnes lucrifaceret: quod bene fieri poſſe tũc temporis ignorabat. Quòd verò Timotheum circumciderit, qui erat ex parte Gentili, quod de Tito factum non eſt: Reſpondemus. non ſine cauſa dictum eſſe, illum habuiſſe matrem Hebræã, ob religionis fauorem inſinuandum. Proles ſiquidẽ religioſum ſequitur parẽtem, vt colligitur ex illo 1. Cor. 7. vbi coniux, ſiue ille ſit vir, ſiue mulier infidelis, dicitur ſanctificari per partem alteram fidelem. Tunc etiam nondum reprobata erat ſynagoga, ſed in Moyſe ſola reputabatur, & in Chriſto etiam tũc Gentilitatem præcedebat. Ideò computatus eſt Timotheus inter Iudæos. Quod videtur etiam ex eo colligi, quòd, vt Paulus ait, ab infantia ſacras didicerat, & quem Apoſtolus nunquam aſſerit Gentilem fuiſſe. Titus verò merè Gentilis erat ex vtroq; parente; idcò non eſt cõpulſus circumcidi, vt hic docet Paulus. Et addit rationem: Cũ eſſet Gentilis, quòd ſi fuiſſet Hebræus, cõpulſus fuiſſet, vt cum honore deferetur ſynagoga.

Cur Paulus ſe purificauerit more Iudæorum.

1. Cor. 9.

Timotheum quare circunciderit natũ patre Gẽtili.

Act. 16.

1. Cor. 7. Altera ratio.

2. Tim. 3. Quamobrẽ Titus non fuerit circumciſus.

Galat. 2.

Septimò, quòd acerba videatur Pauli increpatio erga ſuperiorem ſuum Petrum,

Ad VII. arg.

Petrū cur Paulus publicè redarguerit.

quem ſecretò, & cum modeſtia corripere debuit, nihil euincit, delictū enim erat publicum, & publicam correptionem exigebat: & potiùs fuit reſiſtentia, vt ipſe Paulus vocat, quam correptio. Et cum zelo, & cōfidentia agendum eſt, quando de ſumma rerum agitur, id eſt de fide, & animarū periculo.

Ad VIII. dictum ex Patribus.
De Apollinari Laodiceno Alexandro, Origine ac Didymo. quid ſentiat Auguſtinus.
Ambr. to. 5.
Cyprian.
Scripturæ nunquam mendaces.

Octauò: ſeptem præclaros veteres Eccleſiæ Patres pro ſuæ ſententiæ interpretatione producit Hieronymus. Sed excipit Auguſtinus quatuor ex illis fuiſſe de Fide ſuſpectos: nimirùm Apollinarem Laodicenum, Alexandrum, Origenem, ac Didymum: alijs verò tribus opponit tres, qui ſecum tenebant, & cum ipſo ſentiebant, videlicet Ambroſium Cyprianum, & ipſum Paulum, qui manifeſtè ait: *Quia reprehenſibilis erat*. Quòd ſi nefas eſt aſſerere aliquod mendacium in Scripturis contineri: non erit fas dicere reprehenſibilem non fuiſſe.

Eccleſiaſtici doctores quatenus teſtes adhibendi, teſte Auguſt.
B. Hier. to. 2. in prin.
Hieronymi de Tertul. iudicium.
Ad vltimum

Illud etiam diligenter attendendum, nō ſatis eſſe, ad aliquod dogma ſtabiliendum, aut ad aliquem ſenſum Scripturæ tribuendū, quòd nonnulli Doctores producantur illū ſenſum, aut dogma ſtatuere, niſi fuerint Catholici, & in Eccleſia recepti, & in pretio habiti: vt hoc loco nos docet Auguſtinus. Et Hieronym. in Heluidium agens, cū contra ſe allegaſſet Tertullianum, *De hoc* inquit, *nihil amplius dico, quam Eccleſiæ hominem non fuiſſe*.

Petri ſimulatio à Paulo reprehenſa qua le peccatum fuerit.

Poſtremò durum videtur quibuſdam, Apoſtolorum Principem Petrum in gratia Dei confirmatum, aut in Fide erraſſe, aut tam oſcitanter in re tanti momēti ſpectaſſe: nam inde Porphyrius, & Iulianus hoc nobis obijciebant. Dicendum tamen, errorem Fidei non fuiſſe, nec graue aliquod, aut mortiferum delictum, ſed leue admodum, & veniale fuiſſe: & hoc ex imprudentia quadam, qua nimis adhæſit vni parti Iudæorum, contractum; & ad vitandam potiùs eorum ſcandalum, ne infirmos, & dilectos Iudæos offenderet. Sed de hoc peccato inferiùs latius diſputabitur.

Pax quæ negligēda & minimè curanda.

Supereſt, vt finem diſputationi imponamus; ſi tamen prius quædam verba Textus expenderimus. *Prius enim quam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat.* Fratres illi vel erant miſſi à Iacobo propter bonum pacis. Sed certè erat attendenda pax, quæ contra veritatem pugnabat, & pax, quę maiorem erat diſtenſionem paritura. Et benè ait, Quidam, quaſi nomine indigni: quia erant falſi fratres. Et idem eſt, veniſſe à Iacobo, ac dicere, veniſſe à Ieroſolymis, vbi pedem fixerat Iacobus, à quo fortaſſis nō fuerant miſſi. Quare Petrus nimis ab eis metuens, cùm prius cū Gentibus more Gentili conuerſaretur, & non diſcerneret iuxta legis decreta; illis aduentantibus, cœpit à Gentibus Petrus ſe ſubtrahere: & ad morē Iudaicum reuerti: quo facto, ſcandalum, & quidem maius oriebatur, quia ſuo exēplo cogebat Gentes iudaizare, ita vt cæteri Iudæi, de veritate inſtructi, imò & Barnabas, de quo minimè putandum erat, quia ſatis ab ipſo Paulo comite ſuo & collega eruditus fuerat, & oppoſitū etiā docuerat, & ſeruauerat; conſenſerit ſimulationi Petri. Ita enim vocat fictionem illā, qua non ex animo, ſed vt Iudæos retineret, legē ſeruabat.

Quinàm illi, qui veniſſe à Iacobo dicūtur hoc loco.

Petrus cur ſe a Gētibus ſubtraheret ſegregaretq;

Catachraſis quid, eius vſus hoc loco.

Simulare & diſſimulare differunt.

Et Græcè vocat illam, hypocriſin, per Catachraſis figuram, quæ non habentibus nomen proprium, accomodat, quod in proximo eſt. Et vt dici ſolet, Diſſimulamus quod ſumus: Simulamus quod non ſumus. Vel: Diſſimulamus quod neſcimus; Simulamus quod ſcimus. Hinc Petrus ſimulabat ſe legis cultorem, & non erat. Quia ergo Petri ſimulatio in ſeruandis legis ceremonijs, offendebat Gentes: ideò in illam Paulus verè inſurrexit. Quandoquidem rectè dictum eſt à Cicerone homine ethnico: *Quod ſi Aquiliana definitio vera eſt, ex omni vita ſimulatio, diſſimulatioq; tollenda eſt.*

M Tul lib. 3. de offi c. Quæ iudicanda ſunt & alibi.
Nō ambulare ad veritatē Euangelij: quid.
B. Hieron.
Ambr. to. 5.

Sed cum viderem quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij. Verbum Græcum eſt, ὀρθοποδεῖν, quod propriè ſignificat claudicare, & non ſano greſſu, ſeu non recto pede incedere. Vnde Hieronymus tàm hic, quàm in epiſtola aduerſus Pelagium vertit. Non recto pede incederent Ambroſius verò hoc loco: *Non recta via incedunt*. Videbantur enim Petrus, & eius ſectatores in vtramque partem claudicare, cùm prius ante aduentum Iudæorum Gentiliter viuerent, poſt Gentilium verò aduentum Iudaicè. Vnde & Auguſtinus hoc vehementer vrget: *Cum viderem*, inquit, *quia non rectè ingrediuntur ad veritatē Euāgelij*: id eſt, Non ſatis in defendenda, & declaranda Euangelij veritate firmi eſſent, & conſtantes, ſed tanquam claudicantes, & vacillantes, modo Gentibus ſe iungerent, & legem negligerent, modò contrà à Gentium commercio abſtinerent, & cum Iudæis legem ſeruarent.

Aug. ep. 9. & 19 paulò ante med. to 2 initij.

Minimè Petrū, verum Iudęos qui cū eo erāt, ſimulaſſe cum Hieronymo quidā vnde probare cōtēdūt.

Abſurdū porrò videtur eorum qui Hieronymum tuentur, commentum, qui nolunt hoc dici de Petro, ſed de alijs qui cum Petro ſimulabant, vt quaſi ille diſſimularet potiùs, quam ſimularet. Iſti verò putabant aliquid admiſſum cōtra bonos mores cùm ſeſe coniungerent cum Gentibus, hoc

ſenſu

ſenſu: Cum vidiſſent Iudæi, quorum cauſa Petrus ſimulabat, cum legem ſerua, non rectè ambulare in viam veritatis, ſed in legis neceſſaria obſeruatione pertinaciter inſiſtere: ex compoſito contra Cepham diſputaui, & in eius ſimulationem, tanquam directè tendentem in offenſionem: non vt Petrum arguerem, ſed vt illi, quorum cauſa ea ſimulatione vti cogebatur, corrigerentur, & Gentium ſcandalum tolleretur.

Triplici ratiune hic ſenſus refellitur.

Sed profectò, ſi hoc verum eſt, cur diſertè non excipitur Petrus? & cur apertè præteritis cæteris, in eum ſolùm fertur reprehenſio?

Denique quorſum hiſtoria iſta commemoratur, ſi Petrus ipſe, qui aliquid eſſe videbatur: & columna erat, non eſt à Paulo, & quidem iure reprehenſus? Sequitur: *Dixi Cephæ coram omnibus, Si tu Iudæus cum ſis, Gentiliter viuis, & non Iudaice: quomodo Gentes cogis Iudaizare?* Id eſt: Si tu, qui natur Iudæus es, octauo die circumciſus, & legis præcepta ſeruans, & non ignorans illa eſſe per CHRISTI mortem abrogata, nequaquam, vt antea, ſeruas legem, ſed indifferenter quibuſuis cibis vteris, & menſa communi Gentibus ad Fidem conuerſis: quomodò eos qui ex Gentibus crediderunt, hoc tuo facto, & exemplo cogis Iudæos fieri, & legis abrogatæ effici æmulatores? Quia ſecundùm iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea. Nam plus credimus oculis quàm verbis, & efficaciora ſunt ſermonibus exempla. Et vt Seneca ait: *Longum iter eſt per præcepta, breue, & efficax per exempla.* Et vtitur argumento à minori ad maius, in hunc modum: Si tu cum ſis Iudæus, non obſeruas legem, quod longè fortiùs eſt: quia lex non Gentibus, ſed Iudæis data eſt: & hoc non potes licitè facere, niſi ſcires ſolutam eſſe legem, & in CHRISTO non eſſe Iudæum, aut Græcum, ſed nouam creaturam, inſtructus à Deo per viſionem, Actorum capit. 10. *Quod Deus*, inquit, *purificauit, tu commune ne dixeris*: Quomodo ergo cogis Gentes ad Iudaiſmum, quibus nihil eſt, vel fuit commune cum Moyſe, ita vt putent legalia ad ſalutem neceſſaria? Iniquus ergo es erga Gentes, ſi eas ad ſeruandam legem adigas, à qua ſolutus ipſe eſſe velis. Nam præterquam quòd ſeruare debet legem, quam quis alijs præſcribit: tamen Gentes ad Iudaiſmum ipſe Iudæus cogebat, qui ſibi libertatem promittebat.

Petrus erat natura Iudæus.
Geneſ. 17.
Leuit. 12.
Eccleſ. 10.
Vis exemplorum.
Seneca lib. 1. epiſt. 6. prope fin.
Galat. 3.
Actor. 10.
Legiſlatoris officium.

Et licèt in alio loco Apoſtoli, Gentiliter viuere, capiatur in malam partem, vt cum ait: Sciat vnuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificationem: non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum: hic tamen in bonam portem accipitur, vt opponat Apoſtolus Gentiliter viuere, ad, Iudaice viuere, id eſt, cum obligatione ad legis cibos conceſſos. Et cum diſcipuli eius eſſent in eodem errore, tacitè illos quoque reprehendit, quaſi diceret: Imitamini Doctorem, qui cum Iudæus ſit, more Gentium prius viueret.

Gẽtiliter viuat quis malè:
1 Theſſ. 4.
Gẽtiliter viuere hoc loco quid.

Porrò Petrus introducitur mutus, & elinguis, & non reſponſans, aut Paulo contradicens: vt alij emendarentur.

Petri taciturnitas.

Quod verò Auguſtinus ſcripſit in hæc verba: Petrus cum veniſſet Antiochiam, obiurgatus eſt à Paulo, non quia conſeruabat conſuetudinem Iudæorum, in qua natus, atque educatus erat, quanquam apud Gentes eam non ſeruaret, ſed obiurgatus eſt, quia Gentibus eam volebat imponere: rectè eſt intelligendum. Non enim animo intendebat Gentes cogere ad Iudaiſmum, ſed deceptus opinione ſua, dum vult Iudæis opem ferre, ſecutum eſt præter eius mentem ſcandalum Gentium. Homines enim vel ſanctiſſimi aliquando falluntur, ita vt non volentes, ſed inuiti labantur.

B. Aug. to. 4. prope fin.
Petrũ à Paulo reprehẽſum nun ob conſeruatam cõſuetudinem Iudæorum, ſed quia Gẽtibus eã volebat imponere, quæ ſen ſui dicat Auguſtinus.

Hic autem locus ampliſſimam porrigit anſam ad indicandum quanti momenti ſint maiorum exempla, & quam efficacia ad permouendum populum, ſiue in bonum, ſiue in malum. Nam id ſignificat verbum illud: Cogis Gentes Iudaizare. Sed de his ſatis.

Quantũ valeat in vtrãque partem exempla ſuperiorum, quo verbo Paulus oſtendat.

DISPVTATIO XXIV.

Circa eadem Apoſtoli verba, & reprehenſionem Petri à Paulo factam: ex quibus Sectarij noſtri ſeculi nonnulla hæretica, & peſtifera dogmata in ſuam, & aliorum perditionem eliciunt.

CIRCA hanc reprehenſionem magna quædam, & excellens virtus, atque adeò zelus pro gloria Dei vindicanda, atque illuſtranda reſplenduit in Apoſtolo Paulo, qui in ipſum Apoſtolorum Principem non eſt veritus publicam reprehenſionem iactare. Quo tanto exemplo nobis inſiuare

Pauli zelus Petrum publicè reprehẽdentis, quid doceat nos.

voluit, poſſe nos, ac debere, vbi in ſimile fidei periculum inciderimus, maiores noſtros liberè, & confidenter corrigere. Sed profectò non minus eminuit Petri ſanctitas, & ingenij eius leuitas, qui tam patienti, ac miti animo talem reprehenſionem ſuſtinuit, non reſponſans, nec contendens, aut Spiritui Dei per Paulum loquenti contradicens. Multos ſanè pro CHRISTI honore, & doctrina zelantes videre liceat, qui publicè in ſuperiores aliter ſentientes, ac docentes, quam deberent, inſurgere audeant: pauciſſimos verò, qui æquo animo Petri exemplo adhibitam correctionem ſuſtineant. Quàm benè ſcriptum eſt: *Si corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam.* Ecce Petrus à Paulo reprehenſus, mirificum de illo teſtimonium poſteà exhibuit, dicens: *Propter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite, immaculati, & inuiolati* (ſiue vt Græca habent, irreprehenſibiles) *ei inueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

Petri humilitas, & patientia ſingularis.

Petri exemplum quàm Pauli, pauciores imitantur.

Prouerb. 19.

Idem de epiſtolis Pauli quid ſenſerit.

2. Pet. vlt.

Perpende, Petrum reprehenſum reprehenſorem ſuum commendare, & chariſſimum fratrem vocare, vt oſtendat ſe in eius reprehenſione non modò non indignatum, aut in eum permotum fuiſſe, ſed etiam ad eum magis amandum excitatum. Deinde vocat eius ſapientiam de cœlo datam: ac proinde in reprehenſione Petri, ſiue in epiſtolis, in quibus eam deſcripſit, nullum errorem contineri: etiamſi indocti & inſtabiles homines eam reprehẽſionem in hæreticos, & falſos ſenſus detorqueant. Audi quid magnum Eccleſiæ lumen in epiſtola ad Quintum, Cyprianus dicat: *Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificauit Eccleſiam ſuam, cum ſecum Paulus de circumciſione poſtmodum diſputaret, vindicauit ſibi aliquid inſolenter, aut arroganter aſſumpſit, vt diceret ſe primatum tenere, & obtemperari à nouellis & poſteris ſibi potius oportere. Nec deſpexit Paulũ, quod Eccleſiæ prius perſecutor fuiſſet, ſed conſilium veritatis admiſtrationi legitimæ quam Paulus vindicabat, facilè conſenſit, documentum, ſcilicet, nobis & concordiæ, & patientiæ tribuens, vt non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquando à fratribus & collegis noſtris vtiliter, & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus.* Hæc Cyprianus, quæ vtinam ſuperiores ac Præpoſiti ſemper ante oculos ſuos haberent.

Quare Petrus Paulum, chariſſimum fratrem ſuum appellauerit.

Eiuſdem ſapientiam de cœlo datam cur nominet.

Matth. 16.

Mira Petri aduerſus Paulũ modeſtia, ex D. Cypriano.

Ecce, noſtri ſeculi hęretici ex hac reprehenſione nonnulla peruerſa dogmata colligunt.

Lutherani nunquã ſatis reprehenſi, ex Petri hiſt. à Paulo reprehẽſi, quot hauſerint errores.

Primum enim arguunt, Petrum inter Apoſtolos primatum non habuiſſe, & vrgent illud: *Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe:* nam ibi primo loco nominatur Iacobus ante Petrum: quod nõ fuiſſet, ſi Petrus Princeps Apoſtolorum fuiſſet: & abſurdum perinde videretur, ac ſi nunc Cardinalis aliquis ante Papam nominaretur.

Prima.

Deinde aiunt patere ex hac hiſtoria, Petrum non fuiſſe Eccleſiæ vniuerſalis Epiſcopum: quia Petro creditus eſt Apoſtolatus Circumciſionis, ſicut Paulo Apoſtolatus Præputij.

Secunda.

Tertiò, quia Petrus à Paulo reprehenſus eſt, & minoris non eſt maiorem reprehendere, præſertim cũ qui ſummus erat: colligunt, Petrum pontificatum non habuiſſe.

Tertia.

Quartò, alij cæteris minimè nequiores, Petrum in fide apertè errauiſſe contendunt, vt ſimili, vel maiori ratione deducant, multo magis Papam errare poſſe: cuius tamen contrarium in vniuerſum à Catholicis definitur.

Quarta.

Quintò, ex his omnibus inferunt, Concilium eſſe ſupra Papam: quare & in primo Apoſtolorum, & presbyterorum Concilio Iacobum confirmaſſe Petri ſententiam: & ipſe affirmat ſe iudicare, & ipſa pronunciatio non nomine Petri ſolum, ſed totius Concilij authoritáte fit.

Quinta.

Actor. 15.

Sed non erit difficile paucas has obiectiones, quæ in ſpeciem præclaræ videntur, & quibus ſibi hæretici blandiuntur diſſoluere.

Ad primam enim dicimus: Si idcircò Petrus non habuit primatum, quia illi beatus Iacobus præponitur, colligeremus, Chriſtum non fuiſſe ſuperiorem reſpectu Pauli, Apollo, & Cephæ, quia ſimiliter illis tribus poſtponitur. 1. Corinth. 1. vbi dicitur: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Chriſti.* Et in Actis Apoſtolicis B. Virgo poſt omnes Apoſtolos commemoratur.

Ex eo quod Iacobus ante Cepham nominatur Petri primatum minime tolli.

1. Cor. 1.

Actor. 1.

Sed impugnant hanc ſolutionem Eraſmus, Lutherus, & eorum diſcipuli, dicentes: Cur ergo vos ſimili argumento ſtatuitis Petri primatum? Nam quia in Catalogo Apoſtolorum Matth. 10. primus ponitur Petrus, inde tribuitis illi primatum. Sed iſti veritatem diſſimulant, aut videre non volunt quod nos videmus. Non enim ex eo tantùm quòd enumeratur primus, conſtituimus eius primatum, ſed potius ex eo, quòd cum primo loco enumeretur, etiam dicitur primus. Ait enim Euangeliſta:

Quod Matt. 10. Petrus Apoſtolorum ponitur primus, hoc cõtra eundem Petri primatum ineptè retorqueri.

Matth. 10.

Digitized by Google

geliſta: *Primus, Simo qui dicitur Petrus.* Aliud enim eſt primo loco poni in oarratione, aliud aſſeri primum in dignitate, & in iuriſdictione. Nam ſi primus poneretur numeraliter; ſeqoeretur ſecũdus, tertius, & quartus, &c. quod tamen Euangeliſta non fecit. Primus igitur, deſignat primatũ, & dignitatem maximam inter Apoſtolos.

Quare Paul⁹ Iacobũ prio-ri loco quã Petrum nominauit.

Porrò hoc loco Petrus Iacobo præfertur, nõ abſolutè, ſed vt Petrus erat Cephas; id eſt, noo vt erat Petrus & Papa, ſed vt erat Apoſtolus circumciſionis: quoniam Iacobus, Epiſcopus erat Ieroſolymitaous, & in hoc Petro maior non conſiderato eius primatu. Noo enim ſine cauſa Paulus nomen mutauit, vt ounc Gentiliter Petrum, modò Syriacè Cepham appellauerit: quòd errori occaſionem præbuit. Nam inde quidam honc Cepham putauerunt fuiſſe quẽdam diſcipulum, non Petrum Apoſtolum, vt ſic à blaſphemijs potius, quàm argumentis Porphyrij euadere poſſent. Obijciebat enim ille contra Paulum, quod in ſuperiorem Petrum inſurrexiſſet. Sed profectò minimè opus fuit ad illud commentum confugere, quod ex nullo Scripturæ loco fulciri poteſt.

Vndequibuſdam viſum fuerit, Cephã Petrum Apoſtolum non fuiſſe.

Sed mirum non eſt, ſi in principio in fauorem Iudæorum nõdum reprobatorum, & necdum Petri cathedra ſtabilita, Iacobus olim Epiſcopus ea prærogatiua donatus fuerit: propter quam etiam cauſam inter ſeptem Catholicas Iacobi epiſtola primum locum ſibi vendicauit: vt iure Hieronymus in eos ſuccenſuerit, qui inuertentes dictum ordinem epiſtolas B. Petri præpoſuerunt epiſtolæ Iacobi, propter eminentem Petri autoritatem; non intelligentes myſterium. Dicebat enim, Iudæos prius doceri ab Epiſcopo ſuo, quoniam ipſi priores in donis eſſe debebant: ſicut & in Euangelica doctrina primum fuit Matthæi Euangelium Hebraicis literis, ſiue Syriacis conſcriptum. Paulus verò Doctor Gentium poſtpoſuit Hebræos Gentibus, vt agnoſceremus myſterium ab ipſo Paulo iudicatum. *Poſtquam,* inquit, *plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.*

Iacobi epiſtola reliquis epiſtolis canonicis quare præponatur. *B. Hieron. in præfatione ſuper epiſtolas canonicas.*

Rom. 11.

Ad ſecundam dubitationem reſpondemus: B. Paulum nequaquam ſe cum Petro contuliſſe in autoritate, & iuriſdictione, ſed in Apoſtolatus officio, & prædicationis cura per Dei prouidentiam illis diſtributa. Nam Act. 13. Paulus deſtinatur Gentibus, vt magna inter eas operaretur: ſicut Petrus inter Iudæos manſit, vt excelſos ioter eos efficeret. Nec enim fieri poterat, vt Petrus vbique prædicaret, quare neceſſarium fuit, vt curam Apoſtolatus alijs Petrus impertiretur: per quam diſtributionem, primariam iuriſdictionem ſui Apoſtolatus à ſe non auocabat. Paulus igitur Cepham, id eſt, illum vt peculiarẽ Iudæorum Apoſtolum, & nimis pro illis zelantem reprehendit, non vt Petrum, id eſt, vt Papam omnibus ſuperiorem datum.

Ex eo quod Petrus Circumciſionis Apoſtolus fuit, vt Paul⁹ Præputij Petrũ Eccleſiæ vniuerſalem non fuiſſe paſtorẽ, inepte deduci. *Actor. 13.*

Paulus vt Cepham obiurgauerit.

Ad tertium, nibil prohibet minorem autoritate, maiorem ſapientia & prudentia interdum ſuperare. Nam hac circumſpectione dantur multi doctores, & aduocati ſcientia multis iudicibus, & iuri dicundo præfectis ſuperiores; nec tamen illis ſunt poteſtate, aut iuriſdictione inferiores. Ita Paulus Petrum reprehcodit, noo quòd præcelleret ſcientia, ſed vt circumſpectior, & ad legitimum ſcientiæ vſum rectius ambulans.

Quã abſurdum ſit, quia Petrus à Paulo ſe minori reprehenſus fuit, dicere eũ Pontificem fuiſſe.

Quòd ſi Porphyrius argueret Paulum de arrogantia, quod non videretur eius eſſe munus, cum qui eſt maiori autoritate fultus, reprehendere, præſertim cum tanta acerbitate, & reſiſteodo illi in faciem.

Paulũ ſe maiorem Petrũ obiurgando, arrogantem non fuiſſe. contra Porphyrium.

Reſpondemus: Imò verò & poteſt, & debet fieri à perſona idonea, cũ res in maoifeſtum fidei præiudiciũ vergit, eo namq; tempore omnes reddimur pares. Quamobrem Deus Summo Pontifici voluit graues viros aſſiſtere, qui ſcientia, & conſilijs ornati eſſent, vt eorum vti opera, conſilio, & ſcientia poſſet: & qui dum rem grauioris periculi cerouot, duriùs illi obſiſtant, & zelo Spiritus S. accenſi in faciem reſiſtant. Cuius rei inſigne exemplum volens nobis relinquere, hoc pro ſua ſapientia in magnis Apoſtolis Petro & Paulo euenire permiſit, vt Paulus zeli ſui, & fidei etiam ad corrigẽdum ſuperiorem documentum præberet; Petrus verò humilitatis, & reſipiſcentiæ ad recipiendam ab inferiore correctionem, & ad mutandam ſcientiam.

Rom. Pontificis conſiliarij quid præſtare debeãt.

Dices; Non omnes ſunt Petrus, qui mãſuetè audiant bona conſilia. Verùm eſto, intelligant tamen omnes illud; *Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina; Et, Væ mihi, quia tacui.* Quæ quidem excuſatio nõ rarò eſt declinans in peccatum: pauciſſimi ſunt qui audiant veritatem: plures verò ſunt, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent: aſſentatorum verò infinitus eſt numerus.

Soluitur illud: Non omnes Romani Põtifices Petri iuſtat, bonis conſilijs acquieſcunt. *2. Tim 4. Eſai. 6.*

Illud etiam expende contra Hæreticos, Porphyrium in ſua diſputatione contra Paulum, illud notum, & receptum præmiſiſſe, Petrum Apoſtolorum principem extitiſſe: quod Hæretici impudenter nunc negant: & audent aſſerere, hunc primatum fuiſſe ab Imperatoribus Rom. cõſtitutum;

Quanto melius ethnicus homo Porphyrius de Petri primatu ſenſerit, quam perfidi Lutherani.

cum

cum ante Porphyrium Imperator Chriſtianus extitiſſet nullus.

Petri factum cogentis Iudaizare, errorem Fidei nō fuiſſe.

Ad quartam dubitationem, qua traditur Petrum in fide errauiſſe, ac proinde Papam errare poſſe: diſtinguēdum putamus, quò hęc melius capi poſſint. Et primo quidem loco de perſona Petri dicendum, ab eo tempore quo factus eſt Eccleſię vniuerſalis Papa, deinde de quocunque alio ſummo Pontifice. Petrus ergo ex quo fuit, fidem amittere non potuit; quia Dominus dixit, *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Et ne exiſtimares rogaſſe pro ſede illa tantùm, & non pro Petri perſona; vocauit illū nomine ſuo antiquo, & vt Græcè habetur, geminato, *Simon, Simon, ecce Satan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum.* Pro te, inquit, Simone peculiariter, vt non deficiat fides tua. Et certè cum æquitate, & ratione coniunctum erat, vt qui primus eligebatur Chriſti vicarius, ſuper quem fundanda erat eccleſia, nequaquam à fide poſſet deficere, imò etiam nec errare in fide, aliquam ſalſam aſſertionem, quæ ſpectaret ad fidem, tenendo. Aliud enim eſt in fide errare, aliud deficere à fide, vel in fide. Deficit ſane homo à fide, vel in fide, cum infidelis efficitur, & fidem ipſam abiurat: errare autem in fide etiam fidelis poteſt, dum tamen non ſit in errore pertinax. Et licèt ita res habeat; non tamen veriſimile eſt, Petrum errare in fide potuiſſe, cū eſſet à Domino fidei magiſter conſtitutus, & initio oportuerit perfectū magiſtrum, ac paſtorem ſtatui, quæ fidei ſunt, optimè tenētem; quia ex eius ore omnes oportebat illa accipere. Imò de omnibus Apoſtolis hoc piè, ac magna cum ratione putandum eſt, vt nō ſolùm deficere non potuerint, ſed nec errare in fide: quandoquidem prouiſus erat illis Spiritus ſanctus affuturus, omnem eos veritatem docens.

Expenditur illud de Petro dictum: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. *Luc. 22.*

Ibidem.

Quam conueniens atq; adeo neceſſarium fuerit, Petrum deficere à fide non poſſe.

Errare in fide, & deficere à fide, vt differant.

Petrus fidei magiſter à Chriſto conſtitutus.

Admodum credibile videri, omnes etiam Apoſtolos nec à fide deficiendi, nec in fide errandi priuilegium accepiſſe. *Ioan 16.*

Adhæc errare, eſt ſalſa pro veris approbare, vt teſtis eſt Auguſtinus: at Petrus omnia quæ ad legem ſpectabant, optimè nouerat, & peculiariter ſubditur, quòd non ambularent ad vetitatem Euangelij: non dixit, Non intelligebant veritatem; *Sed operibus non ambulabant iuxta notam veritatem.* Et hoc eſt adeò certū, vt vel ipſe Beza, homo inſigniter hæreticus, hoc agnoſcens, dixerit in ſcholijs ſuis 2. cap. ad Gal. *Petrus hoc loco non peccat in doctrina, ſed in certo facto: quod videlicet dum Iudæorum infirmitati cupit conſultum, Euangelicam libertatem adducit in diſcrimen.* Hæc ille. Peccatum eſt ergo non in doctrina, nec in ipſo facto ſimpliciter, ſed in facti circumſtantijs non ſatis ab eo prudentèr conſideratis.

Quid ſit errare. *B. Aug. c. 17. enchridij initio & circa principium.*

Petrus Iudaizās quomodo errauerit, ſecundum Bezam.

Tertio loco adiungo, in geſtis & actis B. Petri eſſe aliquid, ſicut verè fuit, quod non eſſet ſecundum ſciētiam ſuæ fidei, vnde poſſet aliquid ſcandali cōtrahi, & erroris in alijs circa ea, quæ ſunt fidei: vt in propoſito euentu accidit. Sciebat enim Petrus, legem vniuerſaliter eſſe per Chriſtum impletam, & conſequenter abrogatas ceremonias; nam de hac re in viſione lintei inſtructus fuerat à Domino: ſed cum hac ſcientia illud quoque nouerat, ad tempus eſſe Iudæos tolerandos, & non velut pueros repentè ablactandos, vt ſynagoga cum honore, & cum fletu ad tumulū deferri poſſet. Cum ergo Petrus hæc optimè noſſet; quò vitaret tamen ſcandalum, ferebat Iudæos in carnali legis obſeruantia manentes, ne ob inueteratam in illis cæremonijs cōſuetudinem, repentina mutatio infirmæ illorū fidei noceret: vnde ſe cum illis quodammodo legis obſeruatorem oſtendebat.

Petrum eo facto Iudaizandi verè ſimulaſſe, vnde perſpicuū fiat.

Actor. 10.

Petrus cum Iudæis Iudaizans quare ſimulauerit.

Sed in hoc verſatus fuit errore, dum hāc pietatem, & indulgentiam, pluſquam ratio exigeret, eis præſtaret, non conſiderauit ex altera parte manifeſtum ſcandalum Gentibus à ſe porrigi, à quibus ſe ſubtrahebat, quantumuis ficte ac ſimulatę, cum ipſe talis eſſet, ad quem omnes reſpicere, & exemplum capere debebant. Oſtendebat ergo ipſo facto atque exemplo, legis integritatem, & vigorem ipſis Gentibus obſeruandum, cum viderent Principem fidei ſibi nō communicare, ob id quod legem non obſeruarent: ob quam in circumſpectionem natus eſt in alijs error fidei, etſi non ipſo B. Petro. Cumq; nō eſſet hoc tolerabile, mox à Domino proſpectū fuit per B. Paulum: qui huic malo publicè reſiſtendo occurrit. In Petro ergo non fuit error vllus fidei, ſed cuiuſdam in circumſpectionis, ex quo tamen magnus in Gentibus error oriebatur: quem tamen eo tempore Petrus, & Iacob. minimè aduerterunt, quia toti erāt intenti in curandis peculiariter Iudæis.

Petri error ille ſimulantis in quo conſiſteret.

Eiuſmodi erroris per Paulum corrigendi neceſſitas.

Hunc errorē cur Petrus inciderit.

Neque potuit tale delictum graue eſſe in Petro: quia in circūſpectio humana fuit, & in cogitantia ex radice charitatis profecta. Et ſi quis piè illa Petri geſta interpretari voluerit, non mirabitur Petrum eò progreſſum, ſi quidem frequenter euenire ſolet, vt dum quis perfectius & diligentius vnum aliquod malum euitare laborat, vt in aliud nōnunquam improuidus incidat, & prolabatur: & talis ex rei anguſtia excuſatur. Eò enim res erat deducta, vt alterum neceſſariò euenire oporteret ob quorundā Iudæorum curioſitatem, & audaciam, qui iam explorabant, & ſcrutabantur Chriſtianam Apoſtolorum libertatem.

Eundem quæ res imminuant, & excuſent.

Hac in re quid Petro videatur accidiſſe.

Iudæorum importunitas Petri extitit erroris occaſio.

Petri factum illud Iudaizantis in quo etiam videri potuerit laudabile, & gratum Deo.

Excuſabilius ergo B. Petro fuit in eam partem propendere, ne illi quorum peculiarem curam gerabat, ſcandalum paterentur: quare vel nullum fuit Petri peccatum, vel admodum leue, & venia digniſſimum. Imò cũ ex mera charitate, & ſalutis Iudæorum deſiderio omnia Petrus ageret, non dubium quin ea parte quoque meruerit apud Deum; ne dicamus Deum fuiſſe munificẽtiorem erga obſtetrices Ægypti, quæ ex officioſo mendacio laudem & præmia retulerunt; non quidem de mendacio, ſed de officio, cui tamen coniunctum erat mendacium; quàm fuerit cum B. Petro, qui totus charitate flagrabat, & ex mera inconſideratione defecit. Sed quia illud eius factũ magnum adferebat præiudicium veritari Fidei in Gentibus; oportuit illum per Paulum fuiſſe reprehẽſum. Et hæc de B. Petro.

Exod. 1. Niſi hoc verùm eſſet, de diuina bonitate quid male ſentire quis poſſet.

Sũmus Pontifex Petri Vicarius in fide errare, atque deficere poteſt, vt priuata perſona.

Alb. Pighius.

De quocunq; autem alio Papa eius ſucceſſore, aſſerẽdum, nihil prohibere, ipſum quoque vt priuatum errare poſſe, & in fide, deficere: etſi noui quidam ſcriptores aliud defendere tẽtauerint præter communẽ Doctorum ſenſum. Verùm noſtra ſapientia non ſunt fingenda priuilegia, vbi non ſunt neceſſaria. Hi verò periclitari fidem putarunt, ſi cõtingeret in Fide Papam errare poſſe: quod proculdubio à vero alienũ eſt. Non enim quiſq; tenetur credere quæ ipſe Papa credit, ſed quod profitetur, docet, ac mandat omnibus legitimè credẽdum. Imò cùm hoc eueniret, Papa in hæreſim lapſus nõ tantũ Fidem, ſed etiã cum ea Papatũ proculdubio amitteret, vt ſapiẽtes probant: quia infidelitas repugnat ſubſtantiæ tanti ſacerdotij. Poteſt aũt ſe gerere pro Papa, etiam coràm hominibus, donec manifeſtetur hęreſis vt deponatur. Et hic euẽtus eſt, ob quẽ Papa deponi valet: qua quidem ſententia non à Papatu excluditur (à quo ob perfidiam exciderat, ſed ab adminiſtratione, etiamſi ſi Okam in Dialog. & Caietan. lib. de autor. Papæ & Concilij aliter definierint. Verùm poſtea Caietan. ſentẽtiam ſuã retractauit, & rectiùs ſcripſit in Opuſculo de Primatu Petri ad Leonem X.

Papa infidelis & hæreticus quandiu ſe vt talem exhibere valeat.

Papa vt talis eſt, errare in fide non poteſt, & quare.

Deinde aſſerimus, quòd Papa vt Papa, id eſt, ſedens in Cathedra, & legitimè claue ſcientiæ ſibi ſingulariter credita vtens, & rem fidei determinans, errare non poteſt, ita vt definiat quicquam contra fidem: atque hoc priuilegium habet ob ſingularem Dei prouidentiam, cauentem ne verus Papa aliquid determinet credendum de fide, quod error eſſet. Eſtq; hæc pręrogatiua Sedis illius, non perſonæ, & data ei non propter eum, ſed propter Eccleſiam, quæ eius vt paſtoris vocem lege ſequi tenetur. Sicut quilibet ſacerdos ſacrificãs, ſi ſeruet ritum ab Eccleſia præſtitum, intendens id facere quod facit eccleſiæ, etiamſi fuerit hæreticus, vel infidelis, conficiet, & ſacrificabit.

Hoc ei priuilegium quatenus collatum.

Exempla.

Determinatio duobus modis fit.

Tertiò perpende, dupliciter fieri poſſe determinationem; vel verbo, vel ſcripto, vt lege; vel facto, vt exemplo; quale illud eſt quod conſuetudine firmatur. Et quia nulla lex robur habet, aut vim præcepti, niſi iã firmata ſit; aſſerimus, errorem eſſe nõ poſſe in re determinata circa fidem, quando ita ſit determinata expreſſis verbis in modum ſententiæ, vel conſuetudine munitum, vt clarè, vel tacitè appareat hoc præceptum quod omnes credere, & ſentire debeant, ſicut eſt determinatum. ¶ Quamobrem in propoſito, quia illud Petri factũ, ſi diutius fuiſſet toleratum, & ſic verſum in conſuetudinem, tanquam vim legis obtinuiſſet, quia id ab eo paſtore fiebat, cuius erat declarare credenda; idcircò nõ permiſit Deus tranſire incorrectũ, ne inde ſumeretur exemplum, & efficax argumentũ, pro re falſa in fide, etiamſi reuera illud non fecerit Petrus vt vniuerſalis paſtor, intendens fideles obligare, & ipſo facto determinare id eſſe verum, quod eſſe falſum ſciebat: ſed quia ex illo exẽplo aliquo modo colligi potuiſſet ille error ad fidem ſpectãs, ideò Dominus ille occurrit per Apoſtolum Paulum. Qua in re ſatis declaratur magna Dei prouidentia, ne vllus poſſit in eccleſiam error obrepere circa fidem tanquam à Papa definitus. Quamobrem hic locus aduerſarijs non fauet, ſed contra potius in noſtrum fauorem conuertitur, qui falſam à Pontifice dari determinationem inficiamur.

Papa aliquid de fide ſine errore determinat.

Magno Dei conſilio Petro Iudaizanti occurrendum fuiſſe.

Diuina circa Eccleſiam prouidentia.

Ad poſtremum verò dubiũ de antiquo illo Concilio producto reſpondemus, nihil concludere cõtra Petri cathedram. Neque obſtat dictum B. Petri à Iacobo confirmatum: quia illa confirmatio inter diſputandum fuit, non autem poſt ſententiam, & definitionem datam.

Contra illud Iacobus Petri ſententiam confirmauit, ergo Concilium eſt ſupra Papam.

Nec obſtat Iacobum dixiſſe, *Ego iudico*, quia duplex iudicium eſt alterum poteſtatis, & autoritatis; alterum verò certæ ſcientiæ: atq; hoc poſterius in multis potuit eſſe qui non ſunt Petrus, id eſt, Papa. Imò non infrequenter vſu venire ſolet, vt dari poſſint Epiſcopo Romano longe doctiores, qui ſcientiam maiorem & clariorem habeãt, vt poſſint cognoſcere, iudicare quod verum eſt.

Duplex iudicium.

Papa etſi eſt autoritate antecellat non tamen ſcientia.

Nec propterea habet clauẽ ſcientię, quę ſecũ fert decernẽdi poteſtatẽ: alioqui, ſi cũ dixit. Ego iudico, ſignificaret iudiciũ iuriſdictionis, profectò id iã Iacobo deferrent, ac tribuerẽt quod derogãt Petro. Nã quærerem

Iacobi iudicium illud ſi fuiſſet poteſtatis, quid inde.

rerem quando, & vbi accepit hanc poteſtatem Iacobus, vt iudicaret ſuper alios? Ad hæc patet, ſententiam vniuerſæ ſynodi nomine latam, nec id præiudicat B. Petri autoritati: & in omni legitima ſynodo eſt omnis autoritas, quia in ea Petrus eſt ſemper, & à Petro tanquam à capite proficiſcitur. Quemadmodum illud, quòd Petrus miſſus eſt ab Apoſtolis Samariam, debile eſt ad probandum, Apoſtolorum collegium maioris fuiſſe autoritatis, quàm Petrum ab illo miſſum. Mittere enim, maioritatem, & autoritatem quandam in mittente ponit, & inferioritatem in miſſo.

II. ratio.

Actor 18. Petri primatus quomodo cum ſui & Ioannis in Samariam miſſione cõſiſtere poſſit.

Nam reſponſio ſolida eſt, ſi dicamus, Petrum multipliciter conſiderari poſſe, videlicèt vt homo eſt, vt ouis Chriſti, & vt quoddam membrum ſpectans ad Eccleſiam: qua ratione ſubijcitur ſynodo Petrus, & Paulus, quia ſibi ipſi: & ſic miſſus fuit Petrus à ſemetipſo aliter atque aliter conſiderato. Et Papa, dum peccata ſua confitetur ſacerdoti, autoritatem audiendi peccata, & abſoluendi illi confert ſuper ſe ipſum, minor eſt in ea re ipſo ſacerdote audiente, & abſoluente, ac ſeipſo, vt Papa eſt.

Idonea, & probabilis ſolutio.

Denique quæ loquntus eſt in ea ſynodo Petrus, apertè eius primatum probant, & magiſterium, cùm dixerit: *Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere.* Quid hoc alius poterat dicere? Nam ſi alius id potuiſſet aſſerere, cur ille hoc ſibi ſingulariter vendicauit, de ſe affirmans, Per os meum, & non dixit, per os noſtrum? Cur beatus Paulus hoc audiens, tacuit, & miniſterium ſuum honorare neglexit? cum tamen eſſet Doctor, & Apoſtolus Gentium? Et cur non reſtitit illi in faciem, qui falſo ſibi vni autoritatem decernendi abſolutam arrogabat? An veriſimile ſit in ea ſynodo talem vel ignorantiã, vel metum, vel aſſentationem erga Petrum fuiſſe, vt nullus prorſus Petri errorem corrigere auderet?

III. ratio.

Actor. 15.

Illud Petri in Ieroſolymitano Concilio dictum: Viri fratres, Deus in nobis elegit per os meũ, &c. acutè & doctè perpenduntur.

Rom 11. *1. Tim 2.*

Idcircò dicendũ, ea, quæ B. Petrus proferebat ad iuriſdictionem ſui Papatus, & Paſtoratus pertinentia, recenti memoria Apoſtolos recoluiſſe, & totam Eccleſiam optimè nouiſſe. Ideò aſſenſere omnes penitus, & Petri determinationem amplexi, epiſtolam ad Gentes miſerunt. Et hactenus de his dubitationibus.

Ieroſolymitana ſynodus illa quãtum Petro detulerit.

DISPVTATIO XXV.

In illa verba: *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus, peccatores. Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Christi, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores; nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico præuaricatorem me conſtituo*, & cætera in finem vſque ſecundi capitis.

Circa hæc perobſcura ac difficillima verba multi occurrunt ſcrupuli, quos de mente Lectorum adimere, nõ poteſt nõ eſſe magnum operæpretium: Tentabo igitur ope diuina fretus id efficere. Quæſtio prima.

Primus eſt, ad quos hæc verba dirigat Apoſtolus, an ad Galatas, ad quos ſcribebat epiſtolam, an ad huc Paulus cum Petro agat, & ſermonem continuet. Secundus ſcrupulus eſt, quomodo aſſerit Paulus, *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus, peccatores,* inſinuans Iudæos peccatores non eſſe; cùm tamen alibi Apoſtolus apertè teſtetur: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*; & iterum, *Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* Omnes enim natiuitate ſua peccatores in lucem eduntur. Tertius eſt, quomodò dicitur: *Sciẽtes autem quòd non iuſtificatur homo*; quia dura videtur illa coniunctionis, Autem, interpoſitio, & ſine illa melius flueret oratio, & ſenſus facilius caperetur. Quartus, quid eſt, non iuſtificari ex operibus; Quid eſt ex operibus legis; & an intelligat de operibus legis præſtitis, an non præſtitis: quia dicitur Deus reddere vnicuiq; ſecundùm opera ſua, ex æquo enim eſt meritum & præmium, corona & iuſtitia. Quintus, quid ſignificat illa particula, *Niſi per fidem Ieſu Chriſti.* Inuitur enim per illam particulam exceptiuam; Niſi, quòd opera vim iuſtificandi haberent, ſi accederet fides Ieſu Chriſti. Sextus, cur repetitur præcedens ſententia: *Propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro*; & quid eſt illud, *Propter quòd*, Grçce διότι, & quid ſignificet. Septimus, quò tendit, & quid probat cùm ait: *Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores; nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt?* Nam etiam iuſti, & iuſti-

Secunda.

Rom. 3. *Epheſ 2.* *Pſalm. 50.*

Tertia.

Quarta.

Rom. 2.

Quinta.

Sexta.

Septima.

ficati

Matth. 6.

ficati per Chriſtum ſe debeant peccatores agnoſcere, & ex lege Domini dicere habent, *Dimitte nobis debita noſtra,* & non tantum de leuibus,ſed etiã de magnis peccatis.

2. Cor. 5.

Nam alioqui ad quid inſtituit alterum Reconciliationis Sacramẽtũ, niſi propter peccata quæ nouerat in Nouo Teſtamento perficienda.

Octaua.

Octauus, qumodò ædificans quæ deſtruxit, præuaricatorem ſe conſtituit, cùm Paulus fidem, quam impugnando deſtruxerat, iterum prædicando reædificaret? erat ergò præuaricator Paulus? Deinde interdum benè reædificamus quæ deſtruximus: vt faciunt omnes verè pœnitentes, qui virtutes,& bona operum merita, quæ per peccatum mortificauerant, & deſtruxerant, denuò ædificare, & per gratiam Dei viuificare, omni induſtria, & conatu contendunt.

Nona.

Nonus ſcrupulus; Dicit ſe deſtruxiſſe ceremonias legis; at hoc quomodò dicere poterat, qui alibi ait: *Legem ergo deſtruimus per fidem. Abſit: ſed legem ſtatuimus.*

Rom. 3.

Decima.

Dicimus: Quomodò ait, *Viuo ego: iam non ego: viuit verò in me Chriſtus,* nam ſi in eo Chriſtus viuebat, quomodò ſubdit: *Quod autem viuo in carne, in fide viuo filij Dei:* quæ quidem inter ſe pugnare videntur, nempè, *Viuit in me Chriſtus,* & viuo ego in carne, & viuo in fide.

Vndecima.

Poſtremus ſcrupulus eſt circa id: *Si enim per legem iuſtitia: gratis Chriſtus mortuus eſt:* & infrà cap.3. *Si data eſſet lex, quæ poſſet viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia.*

Galat. 3.

Quomodo enim in lege non erat iuſtitia, in qua viuentes multi, iuſti appellantur, & Deus odorem ſacrificiorum quæ offerebant, odorari dicitur in ſignum quod ſibi placerent, & obedientia, quam diuinæ legi perficiendæ præſtabant, non poterat Deo non eſſe grata, & accepta: quemadmodum tranſgreſſio, & inobedientia legis ingrata & exoſa.

Geneſ. 8.

Pſal. 118.

In lege item erant iuſtificationes Dei, de quibus: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.* Et in illis erat vita gratiæ. Ait etiam Dauid, *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in iſtis viuificaſti me.*

Ibidem.

Erat etiam promiſſum illis vitæ æternæ, iuxta illud; *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem,* id eſt, propter æternam retributionem.

Ibidem.

Denique in illis ſeruatis erat cor immaculatũ, ac proinde iuſtum, & viuum, gratiæ Dei, vnde dicitur: *Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.*

Ibidem.

Ad primam quæſt. Verba illa: Nos natura Iudæi, & reliqua. ad Petrũ, ad ad Galatas, ab Apoſtolo dicitur.

Ad hæc iam diſtinctè, & ſuo ordine eſt reſpondendum. Ad primum dubium, aſſerimus, aliquos putaſſe ab hoc loco Paulũ conuertere ſermonem ad Galatas, cùm prius Petrum, quem corripiebat, allocutus ſit, vt OEcumenius, & alij tradunt.

Oecum. cap 3

Alter ſenſus congruẽtior.

Sed ſi perſpicaciter attẽdamus, Petrum adhuc alloquitur Paulus, & ſuæ reprehenſionis rationem reddit, vt ait Caietanus; & ideò in plurali loquitur, ſe cum Petro coniungens: *Nos,* inquit, *natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores, & ſcientes, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur.* Et ſuauius in Petro quem corripiebat, Galatas quoque reprehendit. Denique vſque in finem capitis ſermo eſt Apoſtoli cum Petro; à capite verò tertio incipit Galatas alloqui: *O,* inquit, *inſenſati Galatæ, qui vos faſcinauit.* Denique apertè B.Hieronymus hoc loco, & Chryſoſtomus teſtificantur, in illis verbis, *Nos natura Iudæi,* & ſequentibus, *Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus peccatores,* adhuc Paulum verba facere ad Petrum. Et hæc de primo.

Hier. tom. 9.
Chryſ. tom. 4

Ad ſecũdam quæſtioné. Quomodo verum illud ſit: Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.

Ad ſecundum dicendum, Apoſtolum natura Iudæos appellaſſe, ad differentiam proſelytorum, vt ait Chryſoſtomus. Neque dixit, Nos natura iuſti, & non ex Gentibus, peccatores, quia falſum dixiſſet, cum probatum ſit illos quoque fuiſſe peccato obnoxios: ſed Iudæi hoc priuilegio gaudebant, quod legis erant obſeruatores à circumciſione, quæ poſt octauum diem à natiuitate ſuſcipiebatur.

Geneſ 17.
Leuit. 12.

Et ita, natura, interpretandum puto, ortu, ſiue natiuitate: quemadmodum ad Epheſ. 2. dixit: *Eramus natura filij iræ.* Nec enim Deus à principio nos filios iræ condidit: ſed homine præceptum Dei tranſgrediente, & omnes concipimur, & natiuitate peccatores efficimur: Nos ergo iuxta propagationem carnalem Iudæi, ad quos maximè ſpectabat obſeruatio legis, niſi eſſet abolita, non ex impiis & profanis Gentibus progeniti, quia ſine Dei cognitione, & lege viuentes, nihil niſi peccatores erant.

Epheſ. 2.

Geneſ. 3.

Infideles quare peccatores vocentur.

Et quia peccatum ſæpè ſumitur pro infidelitate per Antonomaſiam, iuxta illud, Arguet mũdum de peccato, quia non crediderunt in me; meritò dicuntur peccatores. Vnde & Chriſtus cum eſſet Gentibus tradendus, Matth. 26. *Tradetur,* inquit, *in manus peccatorum,* Idem & Luc. 6. *Nam peccatores peccatoribus fœnerantur.* ¶ Auguſtinus tamen in hæc verba, *Peccatorum,* inquit, *nomen Gentibus impoſuerant Iudæi iam vetuſta quadam ſuperbia, tanquam ipſi iuſti eſſent, videndo ſtipulam in oculo alieno, & non trabem in ſuo.* Erant enim peccatores, infideles, quia arte, & habitu, & conſuetudine peccarunt: præ quibus Iudæi, qui veritatem nouerant, non tam peccatores, quàm peccantes appellari

Ioan. 16.

Matth. 26.
Luc. 6.

Iudæorum aduerſus Gẽtes arrogantia.

Matth. 2.

Aliter Gentes, aliter Iudæi erant peccatores.

Sapien. 12. Chananæorum, vt ait Salamon, militia quomodo naturalis.

poterant. Quare Sap. 12. habetur: *Nequam eſt natio eorum* (loquitur de Chananæis) *& naturalis malitia ipſorum.* Porrò dicitur naturalis malitia, propter conſuetudinem, quæ eſt altera natura: quia quod naturale eſt, difficilè tollitur, ſecundum illud:

Horat. lib. 10. epiſt. 10. circa med.

Naturam expellas furca, tamen vſque recurret.

Ierem. 13.

Ideò ſubiungit: *Et quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.* hoc eſt valde arduum & difficile erat eos in bonum mutari. Quod aliis pulchris verbis expreſſit Dominus Ierem. 13. *Si mutare poteſt AEthiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.*

Ad tertiam quæſt.
De illa particula, Autem: ſcientes autẽ, &c. an ſuperfluat, nec ne.
Prima ſolutio.

Ad tertium aſſerendum, coniunctionem illam, Autem, non eſſe in codicibus Græcis, nec eſſe neceſſariam, niſi in ſuperiori parte ſubaudias, ſumus; vt cõſuetum verbum ſubſtantiuum vbique, & ſuppleri ſolet apud Hebræos. Vt ita legamus: *Nos ſumus natura Iudæi, & non ex Gentibus, peccatores: ſcientes autem, &c.* pro quo verbo Græcè habemus, εἰδότες, id eſt cùm nouerimus prætereà.

Altera magis accommoda

Et hæc poſterior ſolutio videtur priori præſtare: quanquam familiare ſit Scripturæ, præſertim Paulo, præpoſitionibus & coniunctionibus abuti, & vnam pro altera vſurpare, & interdum ſuperfluè addere. Et vim ſuam habet quod ait, nouerimus, de præterito, id eſt, Hoc agimus ex certa ſcientia, & notitia, quòd lex inanis eſt, & inefficax ad iuſtificationem, & quod fides hoc ipſum præſtat.

Ad quartam quæſt.
Quid ex operibus legis iuſtificant.

Ad quartum, Apoſtolus opera abſolutè, vel opera legis à iuſtificando excludit. Vocat autem opera legis ea quæ à principio legis terrentis minis temporalibus, vel allicientib. præmijs præmiſſis à lege, fiebãt: hæc ſunt propriè opera legis: quæ ſimpliciter non iuſtificant ante fidem, quia ex fide non prodeunt.

Opera legis quęnam illa, & cur ſine fide iuſtificarent.
Galat. 3.
Habac. 2.
Leuit. 18.
Explicatur id: Qui fecerit ea, viuet in illis.

Quod ipſum comprobat ipſe Apoſtolus capite ſequenti, his verbis, *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, quoniam iuſtus ex fide viuit. Lex autem non ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis*, id eſt. Poterit iuſtificari ad aſſequenda præmia legis, quæ vitam temporalem ſuſtentant, non autem ad iuſtificationem ſimpliciter, & ad præmia vitæ æternæ comparanda, ad quæ fides perducit.

Per legem Galatæ iuſtificantem quid intelligerent, quid verò Patres.

Iſti autem Galatæ, in quos agit Apoſtolus; maximè vrgebãt legem pro ea parte, quę in ceremonijs, & ſacrificiis, circumciſione, & Sabbato ſita erat: quare veteres Patres Pauli verba de ceremoniis legalibus ſcienter interpretati ſunt, cùm non ignorarent gratis iuſtificari hominem, & nihil intereſſe ad rationem Iuſtificationis inter opera moralia, & legalia. Cùm verò ſimpliciter opera excludit (quod hoc in loco non facit Apoſtolus, quia ſemper addit verbum Legis) ea intelligit, quibus iure debetur merces, vt explicauit ad Rom, 4. & 9. Si gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. At iuſtificatio non eſt merces operis, ſed merè gratuitum donum à Deo gratis impenſum.

Rom. 4.
Infrà 11.

Peccatoris ad iuſtitiam diſpoſitiones minimè iuſtificant.

Quamobrem etſi in iuſtificatione multi boni motus, & actiones concurrant ad iuſtitiam diſponentes; merita tamen propria non ſunt, ſiue opera, quibus iure debeatur merces. Et hic eſt rectus, & ſyncerus ſenſus Apoſtoli excludentis opera legis, ſiue opera ſimpliciter à iuſtificationis negotio.

Tam nõ implere legem, quam illa implere, verum perinde apud Paulum à iuſtificando excluduntur.
Ioan. 7.

Neque refert, ſi dicas, Ex operibus legis non iuſtificatur homo, quia nemo eſt, qui ea præſtare valeat, ſecundùm illud; *Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* an dicas, Ex operibus legis non iuſtificatur homo, etiamſi maximè Iudæus illa completè præſtaret, & multi erant, qui ſibi certò perſuadebant, ad vnguem ſe legi ſatisfacere. Imò quo plenior & firmior ſit doctrina Pauli, ponit, hominem ex operibus legis non iuſtificari, cùm maximè legem perficiat.

Quomodo reddet vnicuique Deus iuxta opera ſua ſi operibus homo non iuſtificetur.

Nec obſtat, quòd Deus reddet ſecundùm opera ſua: quia apoſtolus in præſenti epiſtola, & in illa ad Romanos, de prima iuſtificatione, qua ex impiis, & peccatoribus pij, & iuſti efficimur, diſputationem inſtituit, non autem de ſecunda illa, qua iuſtiores efficimur ad præmia vitæ æternæ conſequenda; quia ex operibus, & bonorũ operum meritis colligitur, vt ait Iacobus Apoſtolus.

Iacob. 2.
Secunda iuſtificatio ex operibus, ſcilicet quomodo etiam gratuita dici valeat.

Quanquam hæc omnia bona merita nõ ſunt natura, ſed ex fide, & gratia, vt etiam poſſit aliquo in ſenſu dici gratis fieri illam ſecundam iuſtificationem, & conſecutionẽ vitę æternę, quia ex laborib^9 prodeũt, quos quis cũ diuina ſapientia cooperans præſtitit, illam vim habent. Hinc Sapient. 9. pulcherrimè dicitur; *Mitte illam* (ſcilicet ſapientiam) *de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud te, ſcit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia, & erunt accepta opera mea.*

Sapient. 9.

Diuinæ effectus ſapientiæ.

Vide igitur in hoc tanto teſtimonio labores fidelium vnde oriantur, & vnde vim habeãt vt accepti ſint, & æterno digni præmio habeantur.

Ad quintam quæſt.
De ſenſu illi^9 particulæ.
Niſi per fidẽ Ieſu Chriſti.

Accedo ad quintum dubium explican-

dum,

Prima ſolutio: minimè probabilis propter duo.

dum, Quid ſcilicet ſit: Niſi per fidem Ieſu Chriſti. Et in primis ſi vim vocum quis vrgere, iuxta rationem Grammatices ſenſus eſſet: Non iuſtificetur homo ex operibus legis, niſi adiuncta fide: ex qua expoſitione licet inferre, hominem partim iuſtificari ex fide, & partim ex operibus: & opera legis ex fide facta virtutem iuſtificandi etiam nunc ſortiri. Quæ expoſitio falſa eſt, quia conſtat Apoſtolum de impij agere iuſtificatione, quæ prorſus gratuita eſt, & non de ea, qua iuſtus in ſemel adepta gratia fit auctior in iuſtitia. Adhæc Iudaizantium error, quem impugnare Apoſtolus intendit, non in hoc ſitus erat, quod reijcerent fidem, ſed quòd illa non contenti, adiungebant legis opera, timentes quòd fides non ſufficeret.

Iudæorum hoc loco: Apoſtolus quidem confutet errorem.

Altera longe probabilior.

Idcircò dicendum, Apoſtolum abuſum fuiſſe illa particula, Niſi, & iuxta phraſim Hebræam poſuiſſe pro aduerſatiua, Sed, in hunc modum: Non iuſtificabitur homo ex operibus legis, ſed per fidem Ieſu Chriſti. Ita explicauit Hieronymus, etſi rationem iſtius particulæ, an ſit ex Hebræa, vel Græca lingua, non expreſſerit. Exempla tamen non deſunt; *Nemo nouit Filium niſi Pater, neque Patrem niſi Filius: & Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis, &, De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.*

Hier. tom. 9. Matth. 11. Ioan. 3. Matth. 24.

Certum in bis tribus ſententijs, quod nullus homo (vnde etiam vox Nemo cõponitur, quaſi ne homo) exceptio Patris, vel Filij, vt Deus eſt ſuaptè natura, & non bomo niſi filius ex gratia, explicanda eſt ad proprietatem linguæ ſeruandam per aduerſatiuam particulam. Sed Matth. quoque 12. narratur, Dauidem ediſſe panes Propoſitionis, quos non licebat edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus; pro eo quod eſt, Sed ſacerdotibus ſolis. Et ita ſuperius capit. 1. dixit: *Niſi ſunt quidam qui vos conturbant:* pro eo quod eſt, ſed ſunt quidam, vt annotatum reliquimus. Et Apocal. 21. habemus apertum teſtimonium: *Non intrabit in eam* (ſupple ciuitatem cęleſtem) *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.* Vbi εἰ μὴ pro ἀλλὰ id eſt. Sed, ponitur. Alioqui ſcripti in Libro vitæ continerentur inter abominationem facientes & mendacium; nam ab illis apertè fit exceptio. Accipit & illam particulam in eum ſenſum Terentius in Andira:

Matth 12. 1. Reg. 21. Galat. 1. Apoc. 21. Terentius.

> *Neſcio, niſi mihi deos ſcio fuiſſe iratos qui auſcultauerim.*

Tertia ſolutio non incommoda.

Adde etiam Syriacum interpretem, qui per verbis illis Græcis, ἐὰν μὴ vertit אלא pro aduerſatiua Græca ἀλλὰ: quam Græcam vocem, & vt ſuam vſurpat. ¶ Adamus tamen inſigniter eruditus, non pœnitendam aliam proponit ſolutionem.

Adamus in hac Pauli verba.

Eſt enim Hebræis familiare, negationes quæ præceſſerunt in ſuperioribus, in conſequentibus non negligere, & pro repetitis habere per figuram à communi ſenſu. Illuminabo exemplis, tam profanis, quàm ſacris. Nam in illa ſententia Virgiliana:

Virg lib. 10. AEn.

> *Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futura,*
> *Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.*

Illius figuræ à communi ſenſu dictæ, exempla ſcripturarum.

In poſteriori verſu repetenda eſt ex ſuperiori nomen, neſcia: quia etiam neſcia ſeruare modum in rebus ſecundis. Ex ſacris verò multa patent exempla. Nam Pſalm. 1. *Non reſurgunt impij in iudicio, & peccatores in conſilio iuſtorum.* Ita habent Hebræa ad literam, & ſupplenda eſt negotia ex ſuperiori per figuram ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Pſalm. 19. *Non in finem obliuio erit pauperis. Patientia pauperis peribit in finem,* Vbi Hieronymus & 70: *Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum:* pro eo quod eſt: Non ero ſimilis illis qui pereunt. Pſalm. 43. *Non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras à via tua,* & ſupplendum ex ſuperioribus, Non declinaſti, &c. Ad eum modum accedens Apoſtolus ad Hebream phraſim, dixit: Non iuſtificatur homo ex operibus legis, & ſupplendo negationem dicẽdum, Non niſi per fidem Ieſu Chriſti: & ita, niſi, accipitur propriè, & perinde valet atque aduerſatiua, ſed.

Pſal. 1. Pſal. 19. B. Hiero. 10. 0. Pſal. 142. Pſal. 43.

An verum ſit hoc dictum: Homo iuſtificatur nonniſi per fidem iuſtificatur.

Si eutem petas, an ex iſta propoſitione: Homo iuſtificatur nonniſi per ficdm, rectè inferatur: erdò ſola fide iuſtificatur: admittendum eſt: ſola enim fides hoc loco nec excludit bonos mores liberi arbitij ad iuſtitiam diſponentes, vt timorem, pœnitentiam, fiduciam, votum ſacramenti, nec ſecundò excludit opera fidei, & ſpiritus, quę illa in iam iuſtificatio profert: ſed tantùm excluderet opera legis, & merita: & in eo ſenſu vera eſt, & catholica propoſitio. Si verò diſpoſitiones illas dictas, quas ſecum adfert fides, excluderet, eſſet hæretica propoſitio, & meritò in Concilio Tridentino damnata, vbi Canon nonus ſextæ ſeſſionis ita babet: *Si quis dixerit, ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam cõſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe eum ſuæ voluntatis motu preparari, atque diſponi, anathema ſit.*

Duo fides includit apud Paulum.

Quomodo ſit falſum.

Ad rem igitur: *Scientes quòd non iuſtificetur homo ex operibus legis; niſi per fidem*

Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

Ad ſextam quęſt.

De cauſa repetitionis huius ſentētiæ: Propter quod ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro.

Ad ſextam dubitationem circa illud: *propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro*, cur ſcilicet hæc ſententia reputatur. dicendum eſt: Paulum, ad aliquid certò affirmandum, ſolitum eſſe more Hebræorum affirmatione, & negatione vti, ſecundùm illud: *Vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Infrà: *Qui credit in eum, non iudicatur, qui autem nō credit, iam iudicatus eſt* Et cap. 3. ad Rom. vbi idem iuſtificationis ſaxum voluebat, vtramque propoſitionem ſtabiliuit, & negatiuam; *Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo*: & affirmatiuam paulò pòſt: *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*, Et vt ibi negatio præcedit affirmationem, ita etiā hoc loco.

Ioan. 3. Ibidem. Rom. 3.

Quid ſignificet.

Iam quærendum quis eſt ſenſus huius ſententiæ. Et breuiter poſſumus & expeditè reſpondere, ſenſum eſſe, Ex operibus legis nulla caro, ſeu nullus peccator iuſtificatur: ita vt ſit Hebraiſmus, ſicut illud, *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum*, id eſt nullum verbum, &, *Nunquam manducaui omne commune, & immundum*, id eſt, nullum immudum, &, *Vt omnis qui credit in eum, non pereat*, id eſt, nullus pereat. Et Geneſ. 4. *Poſuit Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis qui inueniſſet eum*, id eſt, nemo. Quare admiratione dignum eſt, doctiſſimum Hieronymum, non agnita dialecto Hebræa, quæ notiſſima, & frequentiſſima eſt, dixiſſe: *Iuſtificabatur quondam ex lege non omnis caro, ſed tantum hi homines qui in Paleſtina erant, hoc eſt Iudæi.* Vide etiam, doctiſſimis & eminentiſſimis interdum viris quædam memoriæ defectu excidere. Ex operibus, inquit, legis, id eſt, ex his quæ vel ſine fide fiunt, vel ex his tanquam ex operum legis meritis, etiam ſi cōplectatur Decalogum. Verùm hic ad Moſaycę legis opera, ceremonias & iudicia magis Paulus ſpectabat.

Luc. 1. Actor. 10. Ioan. 3. Geneſ. 4.

Alter ſenſus B. Hieronymi, tamen incongruus.

Memoriæ lapſus in Hieronymo.

Iam quærimus quid ſit illa particula, *Propter quod*, ſiue διότι, quam vocem ad Roma. 5. vertit Interpretes, quaſi eſſet cauſalis. Quoniam: hoc verò loco ponitur vt illatiua. Cæterùm ſi præcedentia rectè inſpicias, non videtur eſſe locus vlli illationi. Nam illud quod præcedit, *Non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti*, & illud, *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro*, idem omninò ſunt, & idem pollēt: idem autem ex eodem inferri nequit.

Rom. 5.

Non eſſe illationem vnde conſtet.

Qui ſecus opinantur, quid pro ſe adferant.

Sed reſpondent ad hoc qui dicunt eſſe illatiuam, præcedentem clauſulam indefinitam eſſe, & dici propriè de Iudæis: in poſteriori generaliter inferri, Propterea non iuſtificabitur. Id eſt: Cùm nos Iudæi per opera legis non poſſimus iuſtificari, ſed tantum per fidem; conſequitur, nullum prorſus poſſe iuſtificari, etiam nondum Iudæum, ex operibus legis. Sed contra hoc facit, quod propoſitiones infinitæ in ſcripturis pro vniuerſalibus capiuntur. ¶ Eraſmus vertit, Cauſaliter, & dixit: *Propterea quod.* Sed & hoc minus eſt probabile; niſi fortè ſit cauſalis nō ſententiæ prioris, quia tunc idē probaretur per ſe ipſum; ſed proximæ ſententiæ quæ præceſſit, nimirum: *Et nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Quandoquidem* (ita vertitur in Syriaco codice) *ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.* Ideò alij aſſerunt non eſſe cauſalem, vel illatiuam, ſed epiphonematicam, quæ id quod pręceſſit, augere ſolet, & confirmare, vt Pſal. 86. *Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.* Vbi Hebręa ad verbum habēt: *Memor ero, quia memor ero mirabilium tuorum*, id eſt, Memor ero, atque adeò memor ero. Ita hic idem repetit puod dixerat per acclamationem, ſiue epiphonema, quaſi dicat, Proſus, vel vſq; adeò ex operibus legis non iuſtificabitur vlla caro.

Refellitur illorum ſentētia.

Non eſſe cauſalem particulam, vt ſenſit Eraſmus.

Tertia ſolutio probabilis admodū.

Pſal. 76.

Ad ſeptimam difficultatem circa id; *Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto: inuenti ſumus & ipſi peccatores, &c.* In quibus verbis dubitatum erat, quoniam iuſti, & iuſtificati per Chriſtū ſe debēt agnoſcere peccatores, & dicere, *Dimitte nobis debita noſtra.* Et in Nouo Teſtamento non viuunt homines abſque mortifero peccato, poſtquā ad illud abolendum inſtituit Sacramētum Reconciliationis. Verum prius interpretabimur textum propoſitum, deinde ſatisfaciemus obiectis. Format igitur Apoſtolus argumentum aduerſus ſimulationem Petri: Quòd ſi quærentes, inquit, iuſtificari in Chriſto, ſiue per Chriſtum, nos Iudæi, qui ab vtero ferè ſanctificati in Chriſtum tranſiuimus, quò iuſtitia, qua peccata extinguuntur, & Dei præcepta implentur, & charitatis mandatum perficitur, rei tamen cēſemur & polluti, & velut ipſi etiam Gentiles peccatores (id enim ſignificat illud & ipſi) quia reliquimus legem; Dicemúſne Chriſtū autorē peccati noſtri eſſe, vt lex olim erat, & cogemus iterū ad legem relictā cōfugere? Hoc eſt argumentū. Et cū debuiſſet inferre: Ergò Chriſtus peccati miniſter eſt; reuerētius locutus per interrogationē dixit: *Nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt.*

Ad ſeptimā quæſtionē.

De veritate huius dicti: Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores.

Tria præſtat Chriſti iuſtitia.

Quare Paul' gerendo potius, quam inferendo dixerit, Nunquid Chriſt' peccati miniſter eſt.

Hoc autem vt abſurdum, & contra Scripturas reliquit, dicens: *Abſit:* Quia ſcriptum erat per Eſaiam: *Veniet ex Sion qui eripiat: & auertat impietatem à Iacob: & hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtulero peccata eorum*: & per Ieremiam: *Sed hoc erit actum quod feriam cum domo Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus, Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam*: & per Ezechielem: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor carneum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.*

Eſai. 59. Rom. 11. Ierem. 31. Heb. 8. Ezech. 36.

Chriſtus cur non ſit peccati miniſter.

Quia ergò Chriſtus iuſtificat, & peccatum aufert, & gratiam, & facultatem bene operandi confert, peccati miniſter eſſe nō poteſt. Et ita hoc loco iugulantur Lutherani, qui volunt in baptiſmo peccatum nō tolli, ſed ſolùm non imputari.

Nec obſtant quæ obiectà ſunt à principio, quia peccata venialia iuſtitiā vel perfectionem non adimunt: imò agnoſcere illa, & profiteri debemus, vt eorum remiſſionem aſſequamur, iuxta illud; *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

1. Ioan. 1.

Ad quid reconciliationis in eccleſia ſacramentum Chriſtus inſtituit.

Quod verò inſtituit Pœnitentiæ Sacramentum, non pro iis peccatis redimendis, quæ per baptiſmū deleta ſunt, ſed pro nouis eſt inſtitutum, quæ qui in Chriſto ſunt, ſi relabantur, admittunt. Id etiam arguit, Chriſtum nō eſſe peccati miniſtrum: quia de remedio peccati noſtri proſpexit, vt ita peccati miniſter dici non poſſit. Peccatum enim noſtrum eſt, illius verò remedium Chriſti eſt.

Alia ratio cur Chriſtus non ſit peccati miniſter.

Ad octauam quæſt. De eo: Si enim quæ deſtruxi, iterū hæc ædifico, præuaricatorem me conſtituo.

Ad octauum dubium: *Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem me conſtituo.* Argumentatur enim ad oſtendendum, non opus eſſe reuerti ad legem ſemel relictam, & poſſet hæc ratio cum præcedēti iungi, vel noua eſt per ſe ratio. Eſt autem planus & perſpicuus ſenſus: ſi ergo ad legem, & circumciſionē, & alias ceremonias, quas Chriſti magiſterio imbutus ſemel deſerui, rurſus rediero, apertè re ipſa declaro, quod fui præuaricator aliquot annis, quibus legem poſthabui: declaro etiam, me nō credere amplius in Chriſtum, & gratiam eius obiicere. Hoc autem pro magno abſurdo relinquit Paulus, vt Apoſtoli modo aſſerant, modo negent; nunc ædificent, nunc deſtruant.

Apoſtolorum doctrinā ſemper conſtās fuit atq; perpetua.

Alter ſenſus.

Poteſt & hic ſenſus profundior produci: ſi ergo quæ per fidem deſtruxi in ſacramento, ſcilicet præcedētia peccata, quæ deſtructa ſunt in Baptiſmo, & conſequenter legis onera, quę illi ſtatui conueniebant, & iterū hæc ædifico, quid neceſſe mihi eſt, ſi non iuſtificor ex fide, & mente non reuocor, vt poſſim peccata cauere, & peccato domināti reſiſtere; ac propterea in opera praua iterum atque iterum relabi? certè præuaricatorem me conſtituo, qui in legē mihi præſcriptam cōmitto: & præuaricationem ſequitur mors & damnatio. Et ita Chriſtus qui venit vitam daturus, inuenietur peccati miniſter.

Præuaricationis fructus quis.

Neque obſtant quæ in contrarium obiecimus. Primum erat, ꝙ Paulus fidē, quam impugnando deſtruebat, iterum prædicādo reædificabat: præuaricator ergò fuit. Verū profectò qui rem falſam quæ deſtrui poteſt, & debet, ſemel euerterit, ſi eā iterū ædificat, præuaricator eſſet. Fides autē non poteſt deſtrui, licèt poſſit impugnari. Etſi ergò Paulus prius fidem deſtrueret, & poſteà eam ædificare conaretur; non tamen præuaricator erat. Similiter qui per pœnitentiam ædificat virtutes & gratiam, quæ prius per peccatum labefactauerat, ille inter præuaricatores non eſt habendus, quia ædificat, quæ malè deſtruxerat.

Quomodo Paulus eandē quam impugnando deſtruebat, prædicatione reędificando nō fuerit præuaricator.

Ad illud verò quod Apoſtolus ait: *Legē ergo deſtruimus per fidem? Abſit: Sed legem ſtatuimus:* reſpōdemus, id nequaquam ab his quæ modo tradit, diſſentire. Nam dupliciter dicitur quis legē deſtruere: primo modo, qui eam in ſtatu ſuo ante Chriſti incarnationem dicit inutilem, nec à Deo datam eſſe, nec habere vim obligandi: qua ratione Paulus legem nō deſtruebat, imò ſtabiliebat, dum per Chriſti fidem & gratiam docebat impleri. Sicut etiam Chriſtus dixit: *Nō veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Alio modo dicitur deſtruere, qui eam probat, & oſtendit per Chriſtum deſtructam, & abolitam quantū attinet ad ceremonias, & iudicia, quemadmodum ipſa lex futurum fore aliquando prædixerat. Et ita Paulus dicebat; *Si circumdamini, Chriſtus vobis nihil proderit,* & ad Roma. 7. oſtendit, legem Chriſtianis mortuam eſſe. Et confirmans hanc ſuperiorem rationem, ſubdit, *Ego enim per legem, legi mortuus ſum.* Oſtendit, quòd ſecundum veritatem non inueniūtur Iudæi peccatores, propterea quòd legis ceremonias deſeruerint, & ad Chriſtum ſint conuerſi. Ego ſiquidem ſecutus autoritatem legis ipſius Moſaicæ, eā dimiſi, ac illi mortuus ſum. Dixit enim Moyſes; *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies,* & Ier. 31.

Ad nonum dubium, Si legem Paulus, vt ipſe dixit, non deſtruit per fidē cur illam hoc loco ſe deſtruere affirmat.

Matth. 5.

Galat. 5. Rom. 7. Galat. 2.

Quid illud Apoſtoli: Ego per legem legi mortuus ſum.

Deut. 18. Ierem. 31.

Hebr. 8.

Conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper regnum Iuda teſtamentum nouum.

Quatenus etiam Decalogo, ne dũ ceremoniis, & iudicijs, mortuus eſſet.

Mortuus ſum autem legi, non tantum vt habet iudicia, & ceremonias, ſed etiam quatenus comprehendit Decalogum, & vt Decalogus à Moyſe promulgatus eſt: & preſertim ſi reſpicias certos effectus, vt sũt, Detinere ſub ſe ſeruiliter homines, facere, abundare peccatum, atque damnare.

Senſus ille quorundam: Ego per legẽ euangelicam mortu' ſum Moyſis legi, quare non probetur. *Infrà 8. Galat. 6.*

Nou ignoro aliquos exponere: Ego per legem gratiæ Euangelicæ, mortuus ſuum Moſis legi, ſecundum illud: *Lex Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis.* Sed quia Paulus per legem abſolutè accipere ſolet legem Moyſis, & non Euangelicam niſi cum aliquo adito, vt, *Lex Spiritus, & lex vitæ,* & alio loco, *Lex Chriſti,* non ita quadrare videtur. Sed prior ſenſus illuſtrior, & præſtantior mihi videtur. Sequitur: *Vt Deo viuã Chriſto cõfixus ſum cum cruci.* Id eſt: Vt in futurum non viuam legi, aut Moyſi, aut proprijs concupiſcentijs, & deſiderijs quæ per legem efficacia erant: ſed vt Deo viuam, nõ tanquam vindici, & exactori, ſed vt benemerito, & amantiſſimo Patri.

Quid ſit: Vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci.

Paulus vt legi mortuus fuerit ſecundum Lutherum.

At Lutherus hæreticè exponit hunc locum; aſſerens quòd per legem gratiæ, & fidei mortuus erat ſimpliciter omni legi: q a Nouum Teſtamentum propter pactũ gratiæ nô vult eſſe legem, ſed nudam promiſſionem, & eius per fidem apprehenſionẽ. Quod tamen per Prophetas iugulatur, qui promittunt legiſlatorem, & legem nouam, ſiue teſtamẽtum nouum. Et apertè Paulus vocat legè nouam, legẽ Spiritus vitæ, quæ præcipit Dei, & Proximi charitatem: ſed ita imperat, vt Spiritus veritatis id efficiat in corde noſtro. Mortuus ſum ergo legi, ac proinde peccato, & morti quæ conſequitur, vt ita poſſim Deo viuere: quoniam cõformatus ſum Chriſto in cruce, qui mortuus eſt vt Deo viueret, id eſt in gloriam eius, per ingenuum & liberale charitatis obſequiũ bona opera præſtando. *Chriſto confixus ſum cruci.* Et crucis myſterio quaſi ex quadam figura rem totam hanc explicat Paulus. Talis enim eſt homo ante acceptá iuſtitiam, quod ad peccati, & mortis conditionem attinet, qualis Chriſtus antequá cruci ſuffigeretur, reſpectu vitæ corruptibilis, & mortalis. Nam Chriſtus geſſit typũ peccatoris, qui dum vixit, expoſitus fuit paſſionib' carnis, & corruptioni vitę mortalis: & poſt mortem, & crucem fuit immortalis, & incorruptibilis. Ita quiſque homo in ſtatu naturæ lapſæ viuit peccato, & morti fructificat ad damnationem: at poſtquam per fidem & Sacramentum Chriſto crucifigitur, ac peccato moritur, ſed regnat in eius gloriam. Et ſimile ex illud ad Roman. 7. quod dicitur, *Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem:* & infra: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur.* Et vt ibi à morte ad ſepulturam, ita hic à mörte ad crucem tranſit.

Senſus ille refellitur. *Ierem. 31. Ezech 26.*

Rom 8.

Qualis homo ſit ante iuſtificationem.

Qualis poſt illam.

Rom. 7. Supra 6.

Ibidem.

Ad decimã queſt. De illorum ſenſu verborum. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.

Decima dubitatio erat circa illa verba: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Ad quod explicandum illud aſſumo: In quolibet homine eſſe duplicem Adamum conſiderandum, veterem priorem, & carnalem, & poſteriorem nouum ac ſpiritualem.

Quid eſſe in veteri Adamo, quid in nouo.

Quamdiu ergò homo eſt in veteri Adam, operatur ea quæ ſunt concupiſcentiæ, peccati, & mortis, & viuit vitam veteris hominis; at vbi ſemel Chriſtum crucifixum induit, mortuus inuenitur vetus homo, & ipſe nouus homo inuenitur, & noua creatura, & viuit in eo per gratiæ, ſiue charitatis principium, quam miſit in eum Chriſtus ſecundus Adam, ſicut vitis in palmitem. Et ita explicatur quomodo eſt ipſe, & non ipſe, id eſt non talis, in quo operetur homo vetus prior, ſed homo nouus in Chriſto, & in quo CHRISTVS ipſe viuit. Qui enim in CHRISTO eſt aliquo modo, nimirum per fidem, & delectionem, & CHRISTVS in eo eſt per donum Spiritus viuificantis, de quo dixit Dominus; *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis:* id eſt, per me vitam, & per Spiritum vitæ vobis à me donatum viuetis.

2. Cor. 5. Galat. 6.

1. Cor. 15.

Vt ſimus in Chriſto, & Chriſtus in nobis.

Ioan. 14.

Iuſtorum opera cuius potiſſimum ſint.

Atque hoc loco potes apertè colligere, opera iuſtorum non tam ipſorũ eſſe, quam Chriſti, ſiue Spiritus inhabitantis ipſorum mentes.

Et addit: *Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo Filij Dei.* Rectè boc eſt præcedentibus ſubiunctum. Videbatur enim, hominem, dum in his corporis anguſtiis incluſus eſt, vitam gratiæ babere non poſſe: quia caro cum carnalia concupiſcat, non eſt huius vitæ ſpiritualis ſuſceptibilis. Ad homo qui adhæret Domino; vnus Spiritus eſt. Et in carne iſta adhuc concupiſcente ſit potius; qui tamen per Spiritum mortificatus eſt; non viuit in eius concupiſcẽtia, ſed in fide Filij Dei. Ex fide enim, ſuper quam ædificatur charitas, Deo iungitur ſpiritus noſter, vt vnus ſit cum illo: & ita non eſt in carne, ſed in ſpiritu. Eſſentia namque noſtra ex ea parte iudicatur, quæ vincit. Si in homine caro vincit, dicitur eſſe in carne, & dicitur caro: ſi

Homo cur partim caro, partim Spiritus nominetur.

Rom. 8.

Spiritus, dicitur eſſe in Spiritu, & Spiritus. Ita enim ad Roman. 8. loquitur Paulus: *Qui in carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis.*

Eſſe in carne vbi malum ſignificet. *Lib. 3. in epiſt. ad Rom.* *Rom. 7.*

Vbi etiam illud (quod alias annotauimus) omittendum non eſt, eſſe in carne, ęquiuocum eſſe, & nunc in malam, nunc in bonam partem accipi. Nam in loco Rom. 8. & ibi: *Cùm eſſemus in carne, paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in mẽbris noſtris, vt fructificarent morti*, malè ſonat. Benè autem ſonat hoc loco cùm ait: *Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei.*

Eſſe in carne vel viuere, vel manere, quid hic ſignificet. *Philip. 1.* *2. Cor. 10.*

Eſſe enim in carne, vel viuere in carne, vel manere in carne, eſt more viatorũ manere in carne mortali. Vnde Paulus ad Philippẽ. dixit: *Permanere autem in carne: neceſſarium propter vos*, & alio loco, *In carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus.*

Habac. 2.

Et hic locus apertè idem porrigit, & videtur alludere ad verba Prophetæ: *Iuſtus in fide ſua viuet*, & hic declarat, in qua fide nimirum de morte Filij Dei; qui pro nobis mortuus fuit, vt nos viueremus, & de quo ſubiungit: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Vbi declarat eximiam, & internam charitatẽ Chriſti, & externã ſui ipſius in ara Crucis oblationem, quemadmodum Ioannes in Apocalypſi dixit: *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.*

Duplex Chriſti erga homines dilectio.

Apoc. 1.

Chryſoſtomus negat hæc verba cuius poſſe cõpetere, ſed propria eſſe Pauli, quod aliquo modo verũ eſt, nõ autem in vniuerſum. Nam ſi de eo ſolo ageret, hæc ad præſentem diſputationem non adferret. In ſe ergò alios iuſtos repræſentat. Et Chriſtus Dominus etſi pro omnibus hominibus ſe ipſum tradiderit immolandum, & propriũ effuderit ſanguinem: tanta tamẽ charitate hoc pro omnibus præſtitit, ac ſi pro ſingulo quoq; noſtrum id effeciſſet. Nihil enim mihi detractum eſt per hoc quòd non tantum pro me ſolo, ſed etiam pro alijs hoc beneficium contulerit. Imò ob eam gratiã magis me obſtrictum reliquit, qui fratrũ meorum, & proximorum, quos ego non ſecus ac me ipſum diligere habeo, curam egit.

Pauli verba: Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, ſoli Paulo qua tantum ratione conueniat. Quãta Chriſtus charitate pro omnibus mortuus ſit.

Oecum. cap. 3 in fin. *B. Aug lib 3. Confeſſ ca. 9. to 1. circ. prin.* *Chryſ li 2. de Compunctio cord. circ. fin.*

Hinc Oecumenius: *Quod commune eſt*, inquit, *proprium facit: oſtendens tantum gratiarum actionis quemq; debere Chriſto, ac ſi propter ipſum ſolum homo factus fuiſſet.* Et Auguſtinus lib. Confeſſ. *O tu bone Omnipotens, qui ſi curas vnumquemq; noſtrum, tanquam ſolum cures, & ſic omnes tanquam ſingulos.* Chryſoſtomus item lib. de Compunctio. cordis. *Hic eſt affectus ſerui fidelis, vt beneficia Domini ſui, quæ communiter data ſunt omnibus, quaſi ſibi ſoli præſtare reputet, & quaſi ipſe ſit omnium debitor, & pro omnibus ipſe ſolus habeatur obnoxius.* Et ſtatim producit hæc Apoſtoli verba.

Huius loci: Non obijcio gratiam Dei, variæ lectiones. *B. Amb to 3.* Quid abijcere gratiã Dei.

Sequitur: *Nõ obijcio gratiam Dei* (ſiue nõ reiicio.) Ambroſius legit: *Non ſum ingratus gratiæ Dei.* Auguſtinus verò, *Nõ irritam facio gratiam Dei.* Eſtq; pulcher ſenſus: Gratiam Dei vitam mihi conferentem ſine meis meritis non reiicio; ſiue, Non confido in lege, vel Moyſe, vt aſſequar iuſtitiam: quia eſſet abiicere gratiam Dei, quæ quidẽ gratis nobis per Chriſtũ obuenit. Nã lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Si lex vetus minimè iuſtificabat, vnde tũc habuit iuſtos illos quos memorat.

Ad poſtremã dubitationem reſpondendum eſt circa illa verba: *Si per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.* Id eſt: Si lex operib. ſuis poſſet iuſtificationem tribuere, Chriſtus fruſtra, & ſine iuſta, vel idonea cauſa fuiſſet mortuus. Sed hoc nemo ſani capitis de infinita Dei ſapientia fatebitur: ex legis ergò factis nemo iuſtitiam adipiſcitur,

Ad illud verò quod in contrarium adiectũ eſt, multos iuſtos olim fuiſſe, qui & legi Dei fecerunt ſatis, & in ſacrificiis litarunt, & per obedientiam Deo placuerunt: dicendum, aliud eſſe in lege fuiſſe iuſtitiam, aliud verò ex lege, id eſt ex vi & efficacia, ſeu merito legis. Hoc ſecundum frequẽter negat Paulus, primum verò ſępè admittit, nempe fuiſſe iuſtos, ſed ex fide Chriſti mediatoris.

Eſſe ex legẽ iuſtitiam, quid ſit.

Explicatur id: Regnum meum nõ eſt de hoc mundo. *Ioan. 18.*

¶ Simili ratione ſoluitur illud; *Regnum meũ non eſt de hoc mundo.* Erat quidem Chriſti regnum in hoc mundo per fidem, ſpem, ac charitatem: ſed non ex hoc mundo regnũ illud, quoniam fides ſupra mundum erat; ſicut ſpes & charitas, quæ ſunt dona Dei gratuita, ſicut & ipſe Meſſias ſupra naturam omnem eſt, & ſupra legem.

Si etiam non erat per legẽ iuſtitia, quid tam aſſidua iuſtificationũ Domini in lege memoria. *Exod. 31.* *2. Cor. 3.* *Galat. 3.*

Ad alterũ verò obiectũ, quòd in Pſalmo 118. frequens mentio fiat iuſtificationum Dei, quibus ſanctus Dauid immaculatus reddebatur, & in ipſis ait ſe viuificatũ: dicẽdum eſt, legem in lapidib. latam, qualis illa Moſis extitit, legem, & miniſtrationẽ mortis fuiſſe, & literam quę occidebat, ideò neminem viuificare potuiſſe: Cæterum quia illa erat pædagogus ad Chriſtum; viri ſancti & ſpirituales ex fidei, & charitatis donis illã obſeruãtes, vitã, & ampliorẽ iuſtitia quę à Chriſto erat, accipiebant. Nã etſi opera veteris legis ex fide in Nouo Teſtamento amplius nõ liceat obſeruare, quia per Chriſtũ reddita ſunt mortifera; poterãt tamẽ olim cum fidei operibus computari, quia tunc viuebant in ratione obligandi, etſi non iu ratione iuſtificandi. Hinc Hilarius in illud; *In æternũ nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me: Scit*, inquit, *Propheta*

Antiquæ legis opera, ſi dei opera quomodo dici poſſent. *B. Hilar in Pſal 118. in lit. lamo.*

Pſal. 118. Rom. 10. Habac. 2. Rom. 7. Leuit. 18. Galat. 3.

ſecundum Apoſtolum, finem legis eſſe Chriſtum, in qua iuſtificationum obſeruatio conſtituta eſt: ſcit & in Euangelia crediturus legem eſſe pædagogum: ſcit & iuſtum ex fide viuere, ſcit & legem ſpiritualem eſſe, ſcit quod qui ea quæ in lege ſunt fecerit, viuet: & idcirco ait, In ſeculum non obliuiſcar iuſtificationum tuarum, quia in ipſis viuificaſti me. Hæc ille.

Altera ſolutio propoſitæ obiectionis, de iuſtificationibus legis.

Poſſumus & aliter reſpōdere, Dauidem & alios ſanctos precari ſolitos Deum, vt à lege veteri, quæ peccati, & mortis erat, eos reuocaret ad legem Euangelicam, quā non ignorabant aliquando ab eo inſtituendam; quæ quidem viam cuiuſque iuſtificationis coram Deo continebat, & ſacramenta, quę gratiam Dei, & iuſtitiam conferunt, comprehēdebat: & hæc ſunt, quæ hic Hebraicè dicūtur חקות hu quoth, Grçcè δικαιώματα, quæ vox propriè denotat ſtatutū, ſiue præceptum ceremoniale; quod ſolum ex legiſlatoris volūtate vim habet ſatisfaciendi. At ſtatuta, ſiue iuſtificationes legis carnales erant, & ab immunditiis tantùm carnis liberabant: vnde Hebr. 9. Paulus vocat iuſtitias ad tempus correctionis impoſitas: ſecus eſt de Euangelicis Sacramentis. Vnde & precabatur ſanctus Propheta; *Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum: & exquiram eam ſemper.* In quæ verba idem Hilarius in hunc modum ſcriptum reliquit: *Lex erat iuſtificationem per Moyſem ſcripta, & hanc Propheta operibus exercebat. Non ergo hāc ſtatui ſibi orat, quæ iam ſtatuta erat, & ab eo religioſe agebatur: ſed eam, quam optat inquirere. Quid ergò optat inquirere. Finem ſcilicet legis. Et quis erit finis legis? Apoſtolum audiamus. Finis enim legis Chriſtus eſt. Sed per has iuſtificationū vias, quibus ſtatuta lex fuerit: finem legis optat exquirere. neq; ſolum exquirere, ſed ſemper exquirere.* Auguſtinus quoque in eundem locum docet, legem iuſto non eſſe poſitam, ſed nō iuſtis, & non ſubditis: de quorum numero ipſe non erat, qui dixerat: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.*

Hebr. 9.
Pſal. 118.
Hilar. in eundem Pſal. lit. Hebr.
Quam legē Dauid ſibi à Deo vellet imponi.
Rom. 10.
B. Au. concio. 11. in. Pſal. 118. prope initiū tom. 8.
1. Tim. 1.

Pſal. 118.
2. Cor. 3.

Petit ergo legem ſibi iuſto poni, non quomodò poſita populo contumaci in tabulis lapideis, ſed ſicut ſanctis filijs liberè in tabulis cordis carnalibus, Spiritu ſancto tanquam digito Dei ſcriptis. Quia ergò litera occidit, Spiritus autem viuificat, orat vt per Spiritum ſanctum faciat, quod per literam ſciebat; ne per ſententiam mandati non obſeruati etiam prçuaricationis ei crimen accedat. Et hęc ſint ſatis dicta ad ſcrupulos ſecundi capitis, qui multi ſunt & in ſenſibus, & in verbis, vt diximus.

(·:·)

DISPVTATIO XXVI.

In illa verba Capit. 3. *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Hoc ſolùm à vobis volo diſcere, ex operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cum Spiritu cœperitis, nunc carne conſummamini, &c.* vſque ad, *Fratres, ſecundum hominem dico.*

PRÆCLARE ſanè difficultates in hoc tertio Capite reſoluendæ ſe obiiciunt. Prima eſt, quò tendat Apoſtolus hac acriori reprehenſione, ac argumentorum mole quam ſubtexit: nam eo ignorato, quò rationes iaculetur, non caperemus. Secunda, quomodò Apoſtolus contra Domini verbum, Inſenſatos Galatas vocat: *Qui dixerit,* inquit, *fratri ſuo, Fatue reus erit gehennæ ignis.* Tertia, qua ratione Apoſtolus vulgarem faſcini vocem vſurpat? nam id inane, & vanum, ac prorſus inutile à multis eſt exiſtimatum. Quartum, quomodò Chriſtus dicitur in Galatis prçſcriptus, ſiue proſcriptus: nam id multos ſenſus recipit. Quinta, an priores quatuor rationes, quibus in Galatas agit Apoſtolus, ſolidæ ſint, & ad id probandum, ad quod producuntur, firmæ. Sexta eſt circa illud quod ait Apoſtolus: *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt: quia iuſtus ex fide viuit:* Poſſet enim obiici, multos in lege iuſtos fuiſſe, & ſanctitate conſpicuos. Addit deinde Apoſtolus, *Lex autem non eſt ex fide:* contra quam ſententiam multa occurrunt, & illud primo loco, quod præceptum primū in lege, fidei erat. *Ego,* inquit, *ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.* Deinde quomodò lex non eſt ex fide, cum ſcriptum ſit: *Crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius?* Tertiò, quomodo lex non eſt ex fide, cum præceſſerit fides in Abel, Noe, & Abraham, cuius Circumciſio ſignaculum iuſtitiæ fidei fuit teſte Apoſtolo. Septima difficultas, quorsū adfertur illud; *Sed qui fecerit ea, viuet in illis:* nam & in bonis temporalibus expectandis nonnulla erat fides. Poſtrema difficultas eſt, quomodò ſubiungat, Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum? & quid probet illo teſtimonio: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* & an bene proferatur à Paulo hoc teſtimonium.

1. Dubium.
Secundum.
Matth. 5.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Habac. 2.
Exod. 20.
Suprà 14.
Hebr. 11.
Ibidem.
Rom. 4.
Septimum.
Octauum.

Reſpon-

Reſpondemus,priores quatuor dubitationes expeditam poſſe ſuſcipere reſolutionẽ: poſteriores verò quatuor obſcuriores, & impeditiones eſſe videntur: ſed ingenij nerui intendẽdi ſunt,quò pro tenuitate noſtra illis ſatisfaciamus.

Ad I. dubit. Quis Pauli ſcopus in hoc capite.

Ad primam igitur difficultatem dicim' hactenus Apoſtolum contra pſeudapoſtolos calumniãtes ſuam autoritatem, & prædicati à ſe Euangelij veritatem ſtrenue tutatum fuiſſe,& per occaſionẽ controuerſię quam habuit cum Petro,oſtendiſſe, legem non eſſe iuſtitiam: nũc verò omiſſo Petro, & ad Galatas conuerſo ſermone, omnibus viribus oſtendere contendit, fidẽ in Chriſtum ſemel profeſſis nihil opus eſſe lege, aut Circumciſione: ad quod melius euincendum tot congerit argumẽta. Et hęc de primò.

Ad ſecũdam. De illa appellatione: O inſenſati Galatæ,an Domini verbo repugnet,Fratrem ſuum fatuum nõ appellandi.
Luc. vlt.
Matth. 15.
Mag. Greg. li. 12. Moral. ca. 10. tom. 1.

Ad ſecundum reſpõdemus, ea verba: *O inſenſati Galatæ*,conuitium non eſſe,ſed iuſtæ reprehẽſionis verbum, & correctionis, quaſi magiſtri ſuos tardiores diſcipulos inſtruentis:nõ abſimile ab eo verbo,quo Dominus per gẽtes diſcipulos in Emmaus correctionis gratia vocauit, *O ſtulti,& tardi corde ad credendum?*&alibi ad Apoſtolos, *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?*Sicut enim teſte Magno Grego. ſuperba non ſunt,quæ humili corde proferuntur: ita conuitia non ſunt, quæ ex charitate ſanandi,& corrigendi gratia proficiſcuntur,etiamſi aliquam contumeliæ ſpeciem præſeferre videantur.

Quid ſignificet: O inſenſati Galatæ.

Stultos porrò, ſiue inſenſatos, ſiue dementes,ad quod Gręca vox magis accedit, ἀνόητοι, Galatas vocat, id eſt leues, inconſtãtes, & inconſideratos:quia & natura rudiores erant,nempe ex ferocioribus Galliarum partibus oriundi:& quia à melioribus exorſi,ad peiora ſine certa ratione prolapſi fuerant Hieronymus vult eſſe alluſionem ad vocem & etymon Galatarum, quaſi eſſent arte tranſmutati:

Alter ſenſus. *B. Hiero hoc loco tom. 9.*

Ob id,inquit,*inſenſatos Galatas appellat, quod vnaquaq; prouincia ſuas habeat proprietates Cretenſes ſemper mendaces, malas beſtias, ventres pigros, vere ab Epimenide poeta dictos, Apoſtolus comprobat. Vanos Mauros,& feroces: Dalmatas, Latinus pulſat hiſtoricus. Timodos Phrygas,omnes poetæ lacerant. Græcos leues, apud C. Cæſarem ſuggillat Tullius, dicens: Aut leuium Græcorum, aut immanium Barbarorum: & pro Flacco: Ingenita,inquit,leuitas,& erudita vanitas. Ipſum Iſrael,graui corde,& dura ceruice,omnes Scripturæ arguunt. In hunc ergo modum arbitror & Apoſtolum Galatas regionis ſua proprietate pulſaſſe.* Hæc Hieronymus.

Tit. 1.

Variorum nationum proprietates,ex Hieronymo.
Tullius.
Idem.
Pſal. 4.
Actor. 7.

Ad tertiam dubitationẽ. De vſu verbi Faſcinandi

Ad tertiam propoſitam quæſtionẽ dicimus in primis, Faſcini vocem, & verbum Faſcinandi, à Gręca voce deſcendere. Dicitur enim βασκανία & βασκαίνειν:vnde elemẽto, β,commutato in literam f, vt interdum ſolet,dicitur faſcinum & faſcinatio. Quod ad rem attinet, propriè faſcinare, eſt oculo malefico, vel aſpectu maligno alteri nocere:quod facere ſolebant fęminæ quædã, quæ peſtiferis, & liuidis oculis infantes, quos conſpicabantur,inficiebant, & paulatim ad tabem,& mortem deducebãt: & ita faſcinum,ſpecies erat maleficij. Hinc illud Paſtoris apud Poetam dictum:

parum recepto Latinis ſcriptoribus. Vnde ductũ fuerit, quid ſignificet.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Virg. eclo 3. prope fin.

Scripturæ verò ſacræ non ſemper certis, & indubitatis argumentis agũt,ſed etiam vulgaribus,& protritis,quæ apud plebem verſantur. Spiritualiter verò,quaſi oculo inuido & maligno alios faſcinant, qui peſtifera doctrina alijs nocent,& à veritate ſuſcepta in errores inducũt. Et quia hęc faſcini paſſio propria eſt puerorũ.quę ab his qui malignos habẽt oculos, infertur,ita ij,qui pueri ſunt ſenſibus,ab oculis hęreticorum,qui malitia ſunt fortiores,facilè inficiũtur: idcircò diligenter ſibi quiſque ab oculis hæreticorũ,ſiue ab eorũ libris, in quibus faſcinum ſuum reponunt,ſi ſapit;cauere debet. Nam vt homo faſcinatus,& præſtigiũ oculorum recipiens, aliter iudicat de rebus atque prius iudicabat: ad cũ modũ hæreſeos faſcinationẽ percipiens,aliã de fide ſententiam formare ſolet. Vt verum ſit illud Sap. 4. *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.* Sunt enim hæretici nugaces, & multiloquij cultores. Chryſoſtomus annotat, verbũ Græcum præter ſuum ſignificatum, ſonare idẽ quod inuidere. Ita vt ſit ſenſus: Quis vobis inuidit, vt à libertate ad legis ſeruitutem reuocaret? Vel: Quis vos incãtauit, & pręſtigijs quibuſdam quaſi magica cantione impoſuit? Vnde & ſequitur: Ante quorum oculos Chriſtus proſcriptus eſt, vt de oculis præſtigio deluſis loqui videatur.

Faſcinare qd myſticè.

Qui propriè faſcinentur. *1. Cor. 14.*

Hæretici duplicites faſcinant.

Sapien. 4. Hæreticorũ proprium. *B. Chryſoſt.*

Faſcinare etiam Chryſoſtomo.

Ad quartum dicendum, verbum Græcum προεγράφη dupliciter verti poſſe. Nam à Chryſoſtomo, & eius ſectatorib' legitur: Ante quorum oculos Ieſus eſt pręſcriptus; ideſt, Quibus per meam prędicationem ſic eſt deſcriptus,& quaſi fictus Chriſtus,& omnium ab oculos expoſitus, tãquam ſi inter vos eſſet crucifixus(Hęc eſt enim vis fidei,vt procul diſtantia, quaſi præſentia cernat:)quãdo ſãcto baptiſmi myſterio initiati fuiſtis. In eo.n. Sacramento cum Chriſto in crucem agimur,&cum eo crucifigimur. Sic enim alibi ait: *Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus.*

Ad IV. dubi: Quid illud: ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt. I. Senſus. Fidei efficacia.

Rom. 6.

Hieronymus aliter hanc literam interpretatur: Præſcriptus, id eſt, ante ſcriptus, nẽpe à Prophetis:quia non ſolum ex Euan

Alter ſenſus. B. Hierony.

gelio,

Rom. 15.

gelio, ſed etiam ex Prophetis Chriſtum nouerant. Ita enim ad Rom. 15. habetur iuxta Græcam literã: Quæcunq; præſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt.

Quid incommodi habeat

III. ſenſus. Quinam proſcriberentur

Sed huic ſenſui obſtat, quod cum Galatæ eſſent Gentiles, & rudes, non eſt veriſimile illos in lectione veterum Prophetarũ fuiſſe exercitatos. Alia verò lectio habet Proſcriptus: proſcribebantur autem illi, quorum nomina publicè proponebantur ſcripta quo impunè liceret eos de medio tollere: & hic ſenſus tam à Græca, quàm à Latina voce admittitur. Nam qui faſcinabant Galatas, ac dementabant, Ieſum proſcribebant, & eiiciebant de ſua poſſeſſione, hoc eſt ex Galatis ipſis, quam poſſeſſionem ipſe ſibi Ieſus cruce, & ſanguine comparauerat. Et ita interpretantur Ambroſius & Auguſtinus. Ieſum enim ceu purum hominem, & ad iuſtificandum inefficacem, & ex meritis criminum damnationi datum reiiciebat, & damnabant. *Et in vobis crucifixus:* id eſt, non ſolum præſcriptus, ſed etiam in vobis crucifixus, vt non viuat, neque reſurgat. Et ita alludit ad id, Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis ſcandalum, Gentibus ſtultitiam.

B. Amb. to 5. *D. Aug to 4. prope finem.*

1. Cor. 1.

Ad V. dubit. An idoneę contra Galatas argumentetur Apoſtolus.

Quale hoc ſit primum argumentũ. Ex operibus legis Spiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei.

Ad quintum dicendum, valida, eſſe argumenta quę aſſumit, ac ſolidè inferre quę volũt. Primùm: *Hoc ſolùm à vobis volo diſcere:* hoc eſt, Vt nunc alia ſolidiore prætermittã illud mihi ſatis erit ad veſtram leuitatem, & ſtupiditatem demonſtrandam. *Ex operib. legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu fidei?* Videtur ad hunc modum Paulus ſyllogizare: Amentis eſt putare, aliquid eſſe neceſſariũ conſequendæ alicuius gratiæ, quod tamen apparet ſine illa iam eſſe obtentum: at Galatæ ponuntur quærere ſalutem, & vitã quę eſt ab ſpiritu qui viuificat & ſalutis compotem hominem facit, quæ & in veritate linguarum, & in prophetia, & in ſignis edẽdis ſeſe exercebat.

Quærit igitur, an Spiritum adoptionis, quo vno omnia illa conſecuti fuerant, accepiſſent ex operib. legis, an ex auditu fidei? Et ſubaudiendum eſt, non ex priori, ſed ex poſteriori.

Galatarum inſigne argumentum ſtultitiæ.

Concludendum ergo, inſignẽ fuiſſe illorum ſtultitiam, quam honoris gratia ſuppreſſit. Nam conſtabat, ab eo tempore quo Chriſtus cœpit prędicare, hunc Spiritũ apparere cępiſſe, aut Galatis communicatum fuiſſe: ante quem Moyſis legem ignorabãt. Et addit, perfectam ſtultitiam illorum ab ordinis peruerſitate ortam: *Sic, inquit, ſtulti eſtis vt cum Spiritu cœperitis, carne cõſummamini?* Hic eſt enim ordo rectus, vt à carne in Spiritum tranſeatur, non è contrario.

Galatæ ordinis perturbantes.

1. Cor. 15.

Lex carni cur data, non ſpiritui.

Vt 1. Cor. 15. dixit: *Non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale;* & lex eo pacto data eſt carni, vt proficeret in Spiritum, non autem lex data Spiritui, quia lex iuſto non eſt poſita, hoc eſt iuſto dominans, & minitãs; ſed, vt ipſe ſubiunxit, iniuſtis. Quorſum ergo nunc ab ſpiritu adoptionis ad ſpiritum ſeruitutis redire vultis; & ex amore Euangelij ad timorem legis? & corroborat rationem, nam cũ Galatę grauiſſime ab Euangelij oppugnatoribus fuiſſent afflicti, vt etiam ex Philippenſibus cap. 1. conſtat; propterea ſequenti interrogatione omnem patientiæ ſuperioris fructum aſſerit illos cum magno ſuo dedecore perdidiſſe. *Tanta, inquit, paſſi eſtis* (ſcilicet ab Euãgelij aduerſarijs) *ſine cauſa:* id eſt, inutiliter & fruſtra. *Si tamen ſine cauſa.* Vbi mitigat acerbitatem dictæ amiſſionis fructus patientiæ, quàm comminatus erat: hoc eſt; Poteſt eſſe ſine cauſa, ſi vos ab errore veſtro reſipiſcatis, ac poſthac in veritate Euàgelij ſtabiles permanſeritis.

1. Tim. 1.

Quomodo Galatæ, cum ſpiritu cępiſſent, nũc carne conſummarentur.

Phil. 1.

Galatę à quibus tanta paſſi eſſent, & cur ſine cauſa, vt ait Apoſtolus.

II. argum. Apoſtoli.

Secundum conflat argumentum ſimile priori: & interrogatione vtitur, quò grauius eos vulneret: *Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Prius ab ijs qui Spiritũ acceperant, argumẽtum contexuerat, iam ab ipſo datore Spiritus ratiocinantur. Etſi enim Spiritus ſit dator munerũ, per homines tamen illa dat velut per miniſtros, & organa, ſua. Ille, qui vobis tribuit Spiritum, & virtutes (verecundè ſemetipſum inſinuans ſuppreſſa ſua perſona) qui operabatur magnas virtutes inter Gentes, nõ à legis obſeruantia, ſed ab prædicatione fidei: quia ipſe audiuit, & credidit, propter quod & locutus eſt. Et probat teſtimonio Scripturę, quę habet: *Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Etſi poſſit hic locus referri ad Deum, qui ad Spiritum contulit in Apoſtolus, & in Gentes, vt talia ederent chariſmata in Eccleſiæ vtilitatem. Ac ſubdit: *Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ.* Suſtẽtatur hæc ratio in eo, quòd Spiritus & hæreditas Abrahæ filiis ſint repromiſſa. Et ne ſeducerentur, putãtes illam filiorum dignitatem eſſe ſecundùm carnem intelligendam, ſubdit: *Cognoſcite ergo, &c.* Id eſt Apprehendite, & fidei oculis intuemini, Abraham ex fide factum eſſe patrem eorum, qui per fidem illum imitarentur: & ij ſoli ſunt filij Abrahæ, qui ex fide ſunt, & non tantùm Iudæi.

Spiritus quą ſenus donetur.

Quomodo tribuerit Paulus Spiritum Galatis, & aliis.

2. Cor. 4. *Pſal. 115.* *Geneſ. 15.*

De quo etiã dicatur: Qui vobis tribuit Spiritum.

Actor. 2.

Eſſe ex fide, quid.

Ioan. 10. *Rom. 2.*

Eſſe ex fide, phraſis eſt Hebræa, ſicut eſſe ex veritate, eſſe ex Deo, eſſe ex lege, eſſe ex cõtentione. Eſſe ergo ex fide, eſt dignitatem ſuã ex fide obtinuiſſe, vt ſit quodam modo noua creatura: ſicut etiam Abraham

ex fide

Geneſ 22.

ex fide iuſtitiam eſt adeptus: *Prouidēs autem Scriptura quia ex fide iuſtificet Gētes Deus prænunciauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes.*

III. argum.

Tertium cōficit argumentum, in hunc modum: Ij ſunt filij Abrahæ, ad quos pertinet illa Abrahæ data benedictio: illa autem pertinet ad omnes omniū nationū gentes, quę conſideratę ſunt in ipſo: ſed nō erāt omnes gentes prodituræ ex Abraham ſecundùm carnem, ſed vna gens tantùm, nimirum Iudæorum; ergo conſiderandi ſunt eius filij ſecūdùm ſpiritum, qui datus eſt Abrahę, vt eſſet pater multarum gentiū.

Gen 17. Rom. 4.

Datus eſt autem illi non ex operibus legis, quæ nondum erāt in rerum natura: ergo ex fide tantū iuſtificātur. Hic eſt Pauli diſcurſus: verba facilè accommodātur.

Prouidens Scriptura quid.

Prouidens Scriptura: id eſt Spiritus ſanctus autor Scripturæ, quod per figuram Metonymiæ dictum eſt, *Quia ex fide* (Euāgelij ſcilicet) *iuſtificat* (vel iuſtificaturus eſſet) *gētes Deus* (nam quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi Spiritus Dei) *prænunciauit Abrahæ.*

1. Cor. 2.

vel vt Grecū verbum ſonat, προευηγγελίσατο, id eſt pręeuāgelizauit, hoc eſt, ſelix, fauſtumq; nuntiū longè prius quàm perficeretur, Abrahæ præſignificauit, quæ illis paucis continentur: Benedicētur in te omnes gentes. In te, hoc eſt in ſemine tuo Chriſto, vt paulò pòſt eadem epiſtola explicat.

Galat. 2.

Alia interpretatio huius ſententiæ Prouidens Scriptura quia ex fide iuſtificat gentes Deus, &c Gen 12.

Poſſumus & alio modo explicare præſentem locum, licet in idem recidere videatur: Autor Scripturæ Deus prouidēs quomodò, c. 15. Geneſis iuſtitiam cōſequerētur omnes per fidem, voluit c. 12. prȩmittere aliquid eo pertinens, & ante euangelizans: *Quia*, inquit, *benedicentur in te omnes gētes*, id eſt Omnes homines.

D. Cyrillus apud Occumenium c. 3. in [illegible]

Verū, vt Cyrill. in lib. 2. cōmentationes de Cultu, qui eſt in Spiritu, & veritate, interpretatur (vt producit eū hoc loco Occumen.) *In te*, ſignificat, ad imitationē tui, ac ſimilitudinem, vt ſit ſenſus. Quicūq; crediderint, vt tu credis, illi benedicētur. Eſt enim Abraham tanquā typus, & exemplar omniſ iuſtificandorū & Ambroſius expreſſe babet: *Hoc dicit, quia forma eſt Abrahā omniū credentiū*, &c.

B. Ambr. to. 5

Et ita perſpice Spiritus ſancti œconomiam ab Apoſtolo animaduerſam, vt quiſq; illorū locorum explicet alterum.

Spiritus ſancti circa Scripturam prouidentia.

In te credente benedicētur omnes: & id, Abraham credidit Deo, ad omnes eo modo credentes extenditur.

Deut. 27. IV. argum.

Subdit Apoſtolus: *Quicūq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſūt: ſcriptū eſt enim, Maledictus omnis qui non permāſerit, &c.* His verbis quartam cōflat ratiocinationē ab oppoſito eius quod concluſerat. Dixerat enim *Qui fide nitūtur, benedicētur cum Abrahā*: quicūq; ergo ex operib. legis ſunt, & illi nitūtur maledictioni ęternę erūt obnoxij: quia nullus eſt benedictus, niſi qui totā legē impleuerit, & vniuerſa perfecerit mandata: at nullus implet legem, niſi qui Spiritū Chriſti adipiſcitur. Quod Apoſtolus cōprobatū reliquit ex his quæ ad Romanos cap. 3. diſputauit, vbi dixit, Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, & ex his quæ dixi Dominus Ioan. cap. 7. *Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem*, ſcilicet proprio marte, & viribus ſuis.

Rom 3. Pſal 13. Ioan 5.

Hunc locum Deuteronomij: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, &c cum aliter in Hebræa habentur, à Iudæis fuiſſe corruptum, Hieronymus oſtendit.

Etſi verò in lectione Hebrȩa vnde ſumptum eſt hoc teſtimonium, non habeatur illud, Omnis, &, in omnib. ſicut nec in trāſlatione Aquilæ, aut Symmachi, aut Theodotionis habēt tamē 70. Interpretes, quos ſecutus eſt Paulus Suſpicatur tamē Hieronymus ex Hebræis codicibus verba illa eraſa fuiſſe: & reddēs rationem huius dicti, ait; *In hanc me ſuſpicionē illa res ſtimulat, quod verbum, Omnis, &, omnibus, quaſi ſenſui ſuo neceſſarium ad probādum illud, quod quicunq; ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſint, Apoſtolus vir Hebrææ peritiæ, & in lege doctiſſimus, nunquam protuliſſet, niſi in Hebræis voluminibus haberetur*, Hæc ille.

Duo in Hieronymū obijciuntur à quibuſdam. ſed facilè refelluntur.

Nec valet ſi quis dicat, debile eſſe Hieronymi argumentū: quia ſæpè Apoſtolus citat nō verba, ſed ſenſum, & in Scripturis indefinitæ propoſitiones accipiuntur pro vniuerſalib. Verùm hȩ duȩ obiectiones cōtra Hieronymum nihil euincunt: Tū quia hoc loco non videtur citaſſe ſenſum, ſed ipſa verba, quæ & ſunt in 70. & fuiſſe credūtur in Hebræo, antequā dolo Iudȩorū eradentur. Deinde etſi indefinitæ propoſitiones vniuerſalibus æquipollęant interdum: conſueuit tamen Scriptura ipſis vniuerſalibus ad maiorem vti exaggerationem. Et quāquam nō diceret Textus, in omnibus; facile tamen erat illud ſubintelligere: quia qui vnum trāſgreditur præceptum, factus eſt omnium reus.

Iacob 2.

Ad hominis reparationē neceſſaria fuerunt quatuor.

Iam verò perſpice in hominis reparatione pulcherrimum diuinæ prouidentiæ ordinem. Primò enim debuit homo prȩparari, vt agnoſceret ſeipſum peccatorem, & ad omne bonum infirmū. Deinde præparauit nobis redemptorem, & medicum, qui vnctione ſua ab ea infirmitate ſanaret, modò medicum agnoſceret, & inuocaret,

Secundum.

Tertium.

Tertiò perſpice hominem natura ſuperbum, & ſibi ipſi mirabiliter ignotū: vnde fit, vt de ſe, & ſuis viribus grandia, & magnifica præſumat, vt putet ſe ſanum, ac medico non indigere. Idcircò cum data illi eſſet lex ſeruanda, clamarunt cuncti vna voce: *Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes.* Et poſtquam expoſita fuerūt eis male-

Exod. 24.

Iudæorū ſu-

dicta

Digitized by Google

prÿbia, & inobedientia.

dicta legis, qui legem non ſeruarent, ſimiliter clamauerunt omnes, *Amen.* Nouerat enim Deus eos legem nō ſeruaturos, & ſub maledicto legis conſtituendos. Concluſit ergo eos ſub maledicto legis, vt ita miſericorditer ad Chriſtum traheret. Quartò, ſub malecto legis conſtitutos, atque ſub peccato incluſos inuitauit ad pęnitentiam, per quam ex illo maledicto Chriſti gratia ab eo redimerentur. Qui ſi rurſus auerſi eſſent à nouo mandato, & à Chriſto, tunc Moyſes inuocat teſtes cœlum & terram, & comminatur obnoxios fore maledicto, nō amplius tēporali legis, ſed æterno Chriſti, qui dicet: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Quamobrem Moyſes dixit: *Prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad quam Iordane tranſmiſſo ingredieris poſſidēdam.* Qui enim ſemel in terram benedictam, id eſt Chriſtum, receptus eſt Iordane tranſmiſſo, id eſt poſt baptiſmum, ſi Chriſtum reſpuat per infidelitatem, vel mala opera: non deerit ei certa damnatio æterna. Et ita abſoluimus quartam dubitationem: & quintam, quatuor videlicet illas rationes Apoſtoli, quibus legem ſpoliat virtute iuſtificandi coram Deo, firmas eſſe ac validas.

Quartum.

Deut. 30.

Matth. 25.
Deut. 30.

Spiritualibus Iudæis Chriſtum myſticè terrā per Iordanis baptiſmum ingreſſus eū poſtea negligētibus quid eueniat.

Ad ſextam dubitationem explicandam accingimur. Et primò obiectū fuit, falſum videri quod ait, quòd nemo in lege apud Deum iuſtificetur: quia multi iuſti in illa fuerunt. Sed hoc fuit ſæpius à nobis expeditum: fuiſſe quidem multos iuſtos, ſed non ex vi legis, ſed ex fide Chriſti. Et quod Apoſtolus ait: *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur:* accipienda eſt illa præpoſitio, in, pro altera, ex: vt idem ſit, in lege, quod ex lege, hoc eſt ex vi, & merito, ſiue potentia legis interminantis pœnas ad tempus, vel pollicentis temporalia præmia, quæ lex illa tantum nouerat. Hæc etiam propoſitio: In omni lege homines ſaluantur vera eſt, ſi, in, tempus ſignificet, etiā legis naturæ. Falſa verò eſſet ſi in, ſignificaret, ex omni lege prodire ſalutem: hoc enim prorſus eſſet hęreticum, cum omnis iuſtus nonniſi ex fide Chriſti explicita, vel implicita, quocunque vixerit tempore, iuſtitiam & ſalutem, conſequi poterit.

Ad VI. dub. Quo modo in lege nemo iuſtificatur, cum pleriq; in ea extiterint iuſti.

Vt verū ſit: In omni lege homines ſaluari, vt vero falſum.

Probat autem, ſalutem ex fide pendere, teſtimonio Habacuc: Iuſtus ex fide viuit. Intellige: Ex fide æternorum bonorum. Et lex pręcedit fidem in homine: nam poſt legem venit fides. Lex enim non dicit: Qui fecerit legem, habebit vitam æternam: ſed hoc dicit fides, quæ eſt ſubſtātia rerum ſperandarum. Nam ſi lex propoſuiſſet æterna bona, quid opus fuiſſet Chriſto, & fide in illum? Moyſes enim omnia præſtitiſſet. Subſecuta ergo legem eſt fides, vt quod lex non potuit, perficiat Euangelij gratia, quæ fide accipitur.

Qua fide iuſtus viuat, teſte Propheta.
Galat. 3.

Hebr. 11.

Secunda obiectio fuit: Quorſum Apoſtolus dicat: Lex autem non eſt ex fide, cum primum præceptum in lege fidei fuerit, & dictum ſit: *Crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius?* Nonne etiam ab initio mūdi fuit fides in Adam, Abel, Noe, Abraham & aliis? Reſpondemus, fuiſſe quidem fidem poſt Adæ peccatum de Chriſto venturo, etiam ante legem Moyſi: ſed Apoſtolus rei naturam, & ordinem à ſe ſeruatum per mediatorem Moyſen docet: quia cum eſſent in AEgypto ſeruati, & vociferati eſſent ad Dominum: reſpondit ſe velle educere eos per Moyſen de AEgypto, etſi renitentem, ac dicentem: *Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es,* In qua eductione de Ægypto ſolū temporaria promittuntur, & terra illa Chanaam: & in hoc conſtituitur Moyſes Deus Pharaonis: quem decem plagis afflixit, & tandem in mari demerſit. Denique poſt multas murmurationes, & tētationes tulit illis legem in monte Sina, nihil mādans de fide adhuc, quæ propriè reſpicit æterna bona: tantùm temporales promiſſiones, & carnales fęlicitates promiſit legem obſeruantibus, & contrà legis tranſgreſſoribus ſupplicia temporalia, & pęnas vitæ huius Non eſt ergo lex ex fide, & ideò inutilis eſt ad conſequenda bona æterna, ad quæ reſpicit fides. Omne enim quod non eſt ex fide, aut vanum eſt, aut etiam peccatum. Ideò apertè conſtat legem præceſſiſſe, fidem ſubſecutam fuiſſe: nā poſt hæc omnia Moyſes non amplius vt legiſlator, ſed vt Propheta annūtiat de Chriſto vēturo, & eum audiendum eſſe monſtrat, quia lex gratiæ à Chriſto eſt, nō à Moyſe: & eſt poſtrema lex, quia illam nulla alia conſequitur, & ita carnalia priora ſunt ſpiritualibus, & figuræ præcedunt veritatem; & pædagogus anterior eſt perfecto magiſtro. Quamobrē lex, quæ Chriſti pædagogus fuit, & vmbra futurorū, nec valuit quenquam ad perfectum adducere: quin potius operata eſt peccatum, & maledictum, præcedere debuit fidem Chriſti, qui ab illis redemit.

Si lex non eſt ex fide, cur primum Iudæis Deo præceptum vt crederent.
Exod. 14.

Exod. 3.

Infrà 4.

Infrà 7.
Ibidem.

Infrà 19.

Qualia legis præmia, qualiave eſſent ſupplicia obedientibus, vel inobedientibus propoſita.

Rom. 14.
Deut. 18.
Ibidem.

Galat. 3.
Hebr. 10.
Suprà 7.

Quod igitur obiectum fuit, præceptum primum legis fidei fuiſſe: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti: &, Crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius:* pondera, illam fidem fuiſſe Iudaicam, non de ęternis bonis conſequendis, aut malis ſempiternis vitādis. Et ideo dixit, Eduxi te de terra Ægypti, non, de peccato, & poteſtate dæmonis. Neque dixit, Crediderūt Patri, & Filio eius

Illud Exodi: Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxit te de terra Ægypti, perpenditur.

Id etiam: Crediderunt.

Digitized by Google

Domino, & Moyſi ſeruo eius, expenditur. *Geneſ 17. Rom. 4. Ioan. 7. B Amb. to. 5.*

eius mediatori, ſed Deo, & Moyſi ſeruo eius. Et præceſſit fides quidem in patribus, ſed non ex alia lege quàm à Chriſto. Præceſſit etiam Circumciſio Abrahæ, quia ſignaculum iuſtitiæ fidei, vt ait Apoſtolus: ſed non vt ex Moyſe, ſed vt ex patribus data. Ambroſius tractans illa verba: *Lex non eſt ex fide*, exponit: *Quia nihil mandat credendum. Omnia enim eius manifeſta ſunt, vt ſeruans legem, viuat.*

Ad ſeptimã dubitationẽ. Quare additum à Paulo: ſed qui fecerit homo, viuet in illis.

Ad ſeptimam dubitationem de ſubiunctis verbis: *Sed qui fecerit ea, viuet in illis*: dicendum, ſolutionem eſſe tacitæ obiectionis. Poſſet enim quis obijcere: Si lex non iuſtificat, nullum ergo præmium ſtatuebat ſeruanti legem. Et reſpondet, quòd etſi iuſtificationem coram Deo non operaretur, & vitam gratiæ, promittebat tamen vitam præſentem: quia qui fecerit ea, viuet in illis. Et talis eſt vita, qualis debetur mundanæ iuſtitiæ, vt quis, ſcilicet, ſit longæuus ſuper terram, & ipſius terræ diuitijs fruatur. *Si audieritis*, inquit, *me, bona terræ comedetis*: at Fidei præmium æterna vita eſt, de qua per futurum dixit Propheta: Iuſtus in fide ſua viuet.

Lex Moyſi qualẽ tantũ vitã conferret cultoribus ſuis. *Eſai. 1. Habac. 2.*

Ad octauum dubium. Quorſum illud: Chriſtus nos redemit de maledicto legis, &c. *Rom. 4.* Propriè redimat quis, teſte Hieronymo. *Infrà 5. Epheſ. 2.*

Ad poſtremum: cur ſubiungat Apoſtolus; *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*: dicendum, quòd quia lex iram operabatur, non poterat non maledicto Legis ſubiacere eius præuaricator. Qui verò redimit, teſte Hieronymo, id emit propriè quid ſuum fuit, & ſuum eſſe deſiuit. Eramus enim Chriſti ante omne peccatum: ſed poſtmodum traditi ſumus Satanæ ſub maledicto. Maledictum enim commune fuit cum Adam, in quo nos omnes homines peccauimus, & eramus natura filij iræ. Sed & illis qui ſub Lege erant, adiungebatur aliud maledictum Legis non ſeruantibus eam; & de vtroque maledicto Chriſtus liberat. Sed præcipuè hic mentionem facit maledicti legis: dixerat enim: *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt*; vt intelligamus, Iudæos eſſe à ſuo peculiari maledicto liberatos, licèt in eis abundaret peccatum. Et quod ait: Redemit nos: intellige præſertim Iudæos. Et quia ad Gentiles lex moralis pertinebat, & illis quoque maledictionem intulit: quia omnis lex ſine fide; & ſpiritu abundare facit peccatum; ad eos etiam conſequenter, & ſecundariò extenditur.

De quo maximè maledicto ſit ſermo. *Rom. 5. Infrà 7.*

Cur etiã maledictio Gentes obnoxiæ.

Deut. 21.

Quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno; vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. Quia nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata, & vis verbi redemendi propriè ſignificat captiui ſoluto pretio liberationem: ſubdit modum, quo Chriſtus nos à peccato, diabolo, & lege, pretio numerato liberauit, dicendo, *Factus pro nobis maledictum*, hoc eſt, maledictio, ſiue hoſtia execrationis eorum qui non permanſerant in omnibus verbis legis. Ita Ambroſius interpretatur, vt ſit idẽ tropus, qui in poſteriori ad Corinthios. Eum qui non nouerat, peccatum, pro nobis peccatum fuit.

Ouid. li. 3. Amorũ eleg. 4.

Quomodo Chriſtus redemerit nos de maledicto legis. *B. Ambroſ. 2. Cor. 5.*

Loci Deuteronomij: Maledictus omnis qui pendet in ligno, proponuntur variæ lectiones. *Galat. 2.*

Circa hunc locum attende primò, Septuaginta vertiſſe: *Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno*: Aquila verò & Theodotion, *Maledictio Dei eſt qui ſuſpenſus eſt*, & ſic habet nunc Hebraicus textus. Et vt Gentes dicũtur præputium, & Iudæi circumciſio, quia Gentes præputium geſtabant, & Iudæi circumciſi erant; ita Chriſtus, in quem cecidit omnis noſtra maledictio, maledictio à Deo vocatus eſt, dum cauſam noſtram, qui maledictioni eramus obnoxij, in ſe tranſtulit, & ſcelera noſtra in ſe ſuſcepit caſtiganda.

Quomodo ſit Chriſtus à Deo maledictam, ſeu maledictio. *Eſai. 53. 1. Pet. 2.*

Symmachus verò hunc locum vertit: Propter blaſphemiã Dei ſuſpenſus eſt. Alij verò, vt Hebion hæreſiarches, & ſemichriſtianus: Iniuria, ſiue contumelia Dei eſt ſuſpenſus. Alij; Conuicium Dei eſt ſuſpẽſus. Cum Symmacho verò conueniunt inter Hebręos Rabbi Dauid Kimhi, & apud Latinos, Santes Pagninus: iuxta quorum ſententiam, Suſpenſus eſt, pręđicatum. *Sepeliatur*, inquit, *iſte hac eadem die: quia propter blaſphemiam Dei, ſiue maledictionem Dei eſt ſuſpẽſus.* Sed certè apud Paulum, ſuſpenſus, ſubiectum eſt, non prædicatum. Omnis enim ſuſpenſus in ligno eſt maledictum.

Quænã ex illis interpretationes inter ſe conueniunt.

Impugnãtur.

Deinde perpende, quòd quoties quis peccaret plectendus morte, & adiudicatus patibulo, non permittebatur manere cadauer eius in ligno, ſed eadem die ſepeliri debebat, quia maledictus à Deo erat, qui pẽdebat in ligno; & ne cõtaminaretur Terra quæ data erat illi populo poſſidenda. Hoc præceptum ad literam intellectum, nihil præclarum continet: quid enim mali habet permittere vt remaneat ſuſpenſus in ligno, aut quæ propterea cõtaminatio Terræ inde accidebat, nam & hodiè multi permittuntur per multos dies ſuſpenſi; nec à patibulo mouentur. Sed quia hoc erat in figuram futurorum ſcriptum; ideo locum illum iuxta ſpiritum de Chriſto intelligendum docet Apoſtolus: quia non permiſſus eſt Chriſtus manere in ligno, ſed eadẽ die ſublatus & ſepultus eſt, vt eius corpus ſepulturæ datum tangeret oſſa mortuorum ſepulchris reconditorum, & viuificaret ea, vt corpus Heliſæi fecerat: quemadmodum

Deut. 21.

Hanc hiſtoriam pendentis in ligno eadem die ſepeliendi, propriè & ad literam de Chriſto ac literam de Chriſto accipi debere.

Ioan. 19.

4. Reg 13.
Zachar. 9.

etiam Heliſæi noſtri anima ſanctorum animas de limbo eduxit. Allegoricè enim corpus Chriſti factum peccatum, & maledictum pro nobis eſt, quia eorum typus erat, & cum eo crucifixum: & extinctum, ac mortuum peccatum noſtrum, non debet vlteriùs manere ſuper terram, ſed per ſepulturam à conſpectu hominum auferri. Atq; ita ſignificatur, noſtrum peccatum, ac noſtrã maledictionem debere cũ Chriſto mori ſuſpendio, & ſepeliri, ne videatur cadauer, aut fętor eius coram Deo ſentiatur.

Suſpẽſi cadaueris deponẽdi, ac ſepeliẽdi myſteriũ.

Alter ſenſus B. Hieronymi minus probabilis.

Etſi non ignorem, Hieronymum dixiſſe hoc loco, ſenſum verborũ Moyſi (id eſt, maledictus omnis qui pendet in ligno) ad Chriſtum nõ pertinere ſecundùm literam, quia innocens ſuſpenſus eſt, ſed mihi prior intelligentia magis arridet.

An rectè hũc locũ Deuteronomij Paulus protulerit.

I. Opinio B. Hieronymi.

Miratur tertiò Hieronymus hoc loco, cur Apoſtolus reliquerit particulã, à Deo, & adiecerit, omnis, cùm non ita ſit in Hebræo, nec in Septuaginta. Suſpicatur autẽ, Hebræos in inuidiam, & in iniuriam Chriſtianorum addidiſſe particulam, à Deo, vt putaretur prophetia de Chriſto, quòd eſſet maledictus à Deo, cùm in Scripturis nõ legatur quiſquam à Deo maledictus.

Altera opinio probabilior.

Sed certè, ſi verum amamus, non eſt verendum, hoc peculiariter de Chriſto dici, cùm ipſe ſumpſerit omnium peccatorum perſonam, & noſtrorum delictorum reatum, vt rectè dici poſſit maledictus à Deo: quod tamẽ ad maximam eius gloriam ſpectat. Vnde in eius reuerentiam mandat, vt cadauer eius eadẽ die detur ſepulturæ: hoc eſt, poſtquàm cruce ſua glorificauit Deum, & ſatisfecit pro peccato noſtro, tunc ſepultura, & quidem honorifica cẽſuit illuſtrandum, ne ampliùs putaretur maledictum. Ob hoc enim maximè eſt benedictus, & benedicendus in perpetuum, quia ex charitate maledictum noſtrum in ſe tranſtulit, & ſupplicio illo affectus extinxit.

Eſai. 11.

Vbi ſcriptura rarò legamus à Deo quempiam maledictum.
Eccleſ. 3.
Malach. 2.

Nec deſunt in Scripturis loci, in quibus dicitur quis maledictus à Deo. Nam Eccl. 3. habetur; *Maledictus à Deo qui exaſperat matrem*, & Malach. 2. *Maledicam benedictionibus veſtris.*

Quòd verò addiderit, *Omnis*, ſenſum non vitiat: nam hæc omnia ſubintelliguntur. Et qui ſimpliciter dicitur maledictus, intelligitur maledictus à Deo, qui vera eſt & perfecta maledictio.

Pro quibus maledictum, pro quibus verò peccatũ factus ſit Chriſtus.
2. Cor. 5.

Expende etiam, quòd Chriſtus à Paulo dicitur factus maledictio pro Iudæis, pro Gentibus, 2. Corinth. 5. dicitur factus peccatum; vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Benedictio verò Abrahæ fuit ſecundùm ſpiritum in omnes gentes: non autem fuit reſtricta in Iudæos ſolos, ſed ſine perſonarũ acceptione in omnes, etiam Gentiles, modò ſeſe illi accipiendæ adaptarent, eamque ſibi per fidem applicarent, ſicut ipſe Abraham eam ſibi per fidem deriuauit.

Quid illud ad literam: vt in Gentibus benedictio fieret, &c.

2 Theſſ. 2.

Quidam pro eo quod habemus, in Gẽtibus, legunt, *in Gentes*, quia Græcè ponitur præpoſitio εἰς, quæ ſeruit accuſandi caſui. Sed frequens eſt henallage præpoſitionis (εἰς) pro præpoſitione (ἐν) Nam 2. Theſſal. 2. dicitur de Antichriſto; *Ita vt in templum Dei ſedeat*, iuxta Græcam literam, pro ita vt templo Dei ſedeat: de quo alibi latiùs diſputauimus. Et concludit: *Vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.* Hoc eſt: vt promiſſionem de Spiritu ſancto factam Iudæi & Gentes per fidem accipiamus, & non per legem, ſicut quod paullò antè dixit: *Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu*: intelligendum eſt per Chriſtum Ieſum, & non per Moyſen.

Lib. 1. enarrationum euangelica.

Explicatur hoc: Vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

DISPVTATIO XXVII.

In illa verba Pauli: *Frater (ſecundùm hominem dico) tamen hominis confirmatum teſtamẽtum nemo ſpernit, aut ſuperordinat Abrahæ dicta ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum confirmatũ à Deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, nõ irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.*

IMPEDITA, & perplexa videntur hæc Pauli verba, vtpotè in diſputatione aduerſus Galatas iactata; idcirco diligentiori diſcuſſione, & indagatione indigent, ad lucem illis quoquo modo ingerendam.

I. Dubitatio.

Primò ergo dubium exoritur, quorſum hæc ratio producatur, & an ſit à priori diſtincta, nec ne. Deinde quid ſit ſecundùm hominem loqui de teſtamento. Tertiò, quomodo dicitur hominis teſtamentũ neminem ſpernere, vel ſuperordinare, cùm ſæpè reijciatur hominis teſtamentum ſua ſolennitate carens: interdum ſi iniuſtè abdicentur filij à parente, vel ſine cauſſa, lex

Secunda.
Tertia.

per-

permittat iudici corrigere teſtamentum & ſi dubia ſit voluntas teſtatoris, interpretari: & Pontifex Romanus in legatis ad pias cauſſas hoc eſt vel pauperum, vel religionis Christianæ, poſſit commutare, & in alia pia opera transferre.

Quarta.

Quartò, quæ ſunt iſtæ promiſſiones Abrahæ factæ, & ſemini eius.

Quinta.

Quinrò, videtur Paulus confundere promiſſionem, ſiue pactum Dei cum teſtamento: cùm tameo conſtet inter ſe eſſe diſtincta, & varia illas voces ſignificata habere.

Sexta.

Sextò, quomodo Apoſtolus diſtinguit inter Deum autorem promiſſionis, & Moyſen autorem Legis, cùm perindeDeus ſit autor legis Moſaicæ, atque promiſſionis.

Septima.

Septimò, an illa Pauli conſideratio veritati nitatur, cùm ponderat dictum eſſe, ſemini, in ſingulari, & non ſeminibus, in plurali. Videtur eñim minus circumſpectè facta, cùm in ſacris literis nunquàm inueniatur illa, niſi tantùm in ſingulari: etiamſi Hieronymus hoc excuſare contendat, dicens quod ad craſſos Galatas vſus ſit leuioribus ac vilioribus argumentis; quæ tamen poſſent (niſi præmiſiſſet, ſecundùm hominem dico) prudentibus diſplicere.

B. Hieron.

Octaua.

Octauò, quomodo computādi ſiot illi quadringenti triginta anoi, qui fluxêre à promiſſione Dei ad legem Moyſis.

Nona.

Poſtremò, qui valeat illa conſequentia: Si ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, cùm nos & ex lege Euangelica obſeruata, & pacto Dei, Diuinam cōſequamur hæreditatem, vt patet Matth. 25. vbi iuſtis, & opera charitatis babentibus, quibus promiſſio facta eſt, regnum cœleſte largitur.

Matth. 25.

Ad I. dubitationem. De ratione Apoſtoli producta de teſtamento in mortuis confirmato, quo tendat.

Ad primum igitur dicēdum, quòd quia Galatæ authoritate legis Moſaicæ ſeducebantur, conſultò Paulus argumenta, & rationes à lege profectas multiplicat, ad legis autoritatem eleuandam, & fidei excellentiam oſtendendam: atque id ex contentis tantùm in Pentateucho facit. Et quoniam promiſſionem Abrahæ factam attulerat; ab excellentia illius nititur demōſtrare, legem Moyſis in aduentu Chriſti eſſe finitā, nec ad illam ampliùs ſeruandam Iudæos, quibus ſolis erat data, obſtringi.

Illa vnde pēdeat.

Eſt itaque noua ratio ex his, quæ prius diſſeruit, deſumpta: nam promiſſionem in Chriſto impleri (in quo impleta eſt lex) apertè demōſtrat, & ad omnes tam Iudæos, quàm Gentiles extendi; cùm tamen lex ſolos Iudæos obligaret. Et hæc de primo.

Ad II. dubiū.

De eo: Secūdum hominē dico, quid ſignificet.

Ad ſecundum: Quod ait, Secundùm hominem dico, non aliud ſignificat, quàm ſecundùm humanam traditionem, ſiue, ſecundùm vſum & conſuetudinem humanam, quæ rationabiliter facta creditur, & ab omnibus approbatur. Nam ſi quis audiens terrena, non credat, quomodo, vt dixit Dominus Nicodemo, cœleſtia fide complectetur?

Ioan. 3.

Galatas Paulus cur vocet fratres.

Et vocat eos, fratres, quos prius ſtultos, ſeu inſenſatos appellauerat. Oportet quidem nunc aſperè perſtringere, nunc verò mitem, & dulcem ſe præſtare. Præmittit ergo futuræ rationi, quòd hominis teſtamētum nemo ſpernit, aut ſuperordinat.

Quid ſit, teſtamentū in mortuis confirmatū neminē ſpernere, aut ſuperordinare.

Et eſt ſenſus: Teſtamētum humanum etſi ab hōmine infirmæ voluntatis conditum ſit, nemo tamen aliquid reijcit ex eo, aut aliquid adijcit; nemo illi demit, nemo addit; nemo illi derogat, nemo arrogat (modò morte confirmatum ſit) quantò magis ergo id oportet in teſtamentis, & promiſſionibus Dei ſeruari, vt prorſus ſint incommutabiles, & ſtabiles? Et ſubdit: *Hoc autem dico, teſtamentum*, ac ſi dicat, Hoc volo intelligi, citando iſtam craſſam ſimilitudinem, &c.

Applicatio ſimilitudinis.

Ad III dub. Si hominis teſtamentū nemo ſpernit, aut ſuperordinat, cur illud ſæpè mutari contingit.

Ad tertium dicendum eſt, firmum eſſe & immutabile hominis teſtamentum; vt ait Apoſtolus. Quòd verò in contrarium obiecimus contra illud, quòd hominis teſtamentū ſæpè mutetur ab homine, & magiſtratu; dicendum eſt: Teſtamentum hominis ſua conſtans ſolemnitate, vt debet, & in quo nihil iniuſtè diſponatur à teſtatore, & vbi nulla ſubeſt de teſtatoris mente dubitatio; ſtabile eſt & firmū, & nulla hominum, etiam ſuperiorum voluntate inmutabile: at verò ſi deſioat debita ineſſe ſolemnitas, nullum reputatur à iure, & perinde eſt ac ſi non fuiſſet conditum.

Illud mutatur tripliciter.

Vbi verò aliquid iniuſtitiæ contineret, ſi pater filios ſine cauſa ab adeunda hæreditate reijciat, corrigitur à magiſtratu per legis facultatem. Similiter ſi dubia exiſtat mens, ac voluntas teſtantis, poſſunt etiam iudices illam ioterpretari, noo tamen variare, aut mutare.

Summus Pōtifex circa hoc quātam habeat poteſtatem.

Porrò Chriſti Vicarius cùm pater ſit, & tutor pauperum, & præſit operibus pijs, poteſt omnia legata ad pias cauſas non ſolùm interpretari, ſed etiam in meliora, & magis pia opera commutare pro ſua poteſtate, quàm à Chriſto habet: nec ſolùm id efficere rogantibus hæredibus, vt legatum in vnum, in alterum commutetur, ſed etiam nullo rogante, aut poſtulante, ſed pro ſua prudentia, & arbitrio, ſi id magis expedire cognouerit.

Ea vtendum quatenus.

Quanquàm in his debeat dare operam, vt id ita fiat, vt ex ea ædificatio communis ſequatur, & non aperiatur oſtium ad recondendum omnia in ſuos loculos. Ita enim Paulus reſtrinxit Apoſtolicām poteſtatem, Quam dedit nobis Dominus, inquit, in ædificationem, & non in deſtructionem.

Ad IV. dub. De promiſſionibus Abrahæ factis, & ſemini ei⁹, quæná illæ. Cur dictæ promiſſiones, non autē promiſſio.

Ad quartum: Dictæ ſunt Abrahæ promiſſiones, & ſemini eius. Dictas dixit promiſſiones pro, factas, more Hebræo: & eſt ſenſus; Diſpoſuit Deus teſtamentum Abrahæ, & ſemini eius, quia illi promiſit & ſemini diſpoſitione teſtamentaria. Vocauit autem in plurali promiſſiones: quia multæ fuerunt; & quia carnalibus promiſſis admixta eſt bonorum ſpiritualium pollicitatio. Nam Geneſ. 12. implicitè factæ ſunt promiſſiones Abrahæ & ſemini eius: at Geneſ. 15. 17. & 22. etiam expreſſo ſemine, in quo implendæ erant promiſſiones. In ipſo ergo Abraham omnis fidei doctrinæ typo promiſſiones elucent: nam in illo cœperunt carnalium, & ſpiritualium promiſſa donorum, quia illi ſunt facta, & ſemini eius, hoc eſt, de multiplicatione ſeminis ſecundùm carnem, & ſecundùm ſpiritum: quia verum Iudam Chriſtum, & populum Iudæorum ex ſe erat propagaturus, & adhuc veros per fidem ſpirituales filios; & de poſſeſſione terræ ſecūdùm carnem, & ſpiritum: quia illa terra Chanaan, vera promiſſionis terra, quæ eſt Chriſtus, noſtraque cœleſtis hæreditas promiſſa eſt.

Abrahæ primò cur factæ ſint promiſſiones.

Quare ſemini eius, & q̄ ſemen illud.

Semini autem ſecundùm carnalem intellectum, promiſſa eſt carnis multiplicatio. In Iſaac enim ſeminis fundamentum conſtituitur, ex quo ortus eſt ille populus, & ſpiritualis Chriſti propagatio: & huic promiſſa eſt terra Gentium, & filius eius, quorū poſſeſſio eſt ipſemet Chriſtus. Huic ergo ſemini promiſſa eſt, quoniam omnes in Chriſto vnum ſumus: ne quis diuerſos, & diuerſarum legum populos velit effingere. Nam ipſe eſt qui vnius moris facit habitare omnes in eadem domo. Et hoc fuit teſtamentum, patrem, ſcilicet, illum futurum non vnius populi tantùm, ſed multarum gentium, vt omnes gentes comprehēderentur in ſemine vno qui eſt Chriſtus. In Chriſto autem omnes poſteros benedicendos eſſe, hoc erat teſtamentum Abrahæ, ſicut vnum omnes ſemen efficimur, eodemque ſpiritu in vnum conflati. Porrò hoc teſtamentum adhibito iureiurando confirmatum eſt propter inſignem Abrahæ obedientiam.

Pſalm. 57.

Geneſ. 17.
Rom. 4.

Galat. 3.
Quod ſit teſtamentum Abrahæ ſidē cur Dei iuramento firmatum.
Geneſ. 22.

Ad V.
An rectè Paulus pactum, ſeu promiſſionem ſignificauerit voce teſtamēti.
B. Hieron. hoc loco.

Ad quintum: Paulus pro eodem vſurpat pactum, ſiue promiſſionem, & teſtamentum: cùm tamen, vt dixi, inter ſe res longè diuerſæ eſſe videantur. At quod attendens Hieronymus, hoc loco ſcripſit: *Si quis*, inquit, *diligenter Hebræa volumina, & cæteras editiones cum Septuaginta interpretum tranſlatione contulerit, inueniet, vbi teſtamentum ſcriptum eſt, non teſtamentum ſonare, ſed pactum: quod Hebræo ſermone dicitur* ברית *berith. Vnde manifeſtum eſt id feciſſe Apoſtolum quod promiſit: nec reconditus ad Galatas vſum eſſe ſenſibus; ſed quotidianis, & vilibus, & quæ poſſent (niſi præmiſiſſet, Secundùm hominem dico) prudentibus diſplicere.* Hæc ille. Profectò ſi reliquas editiones conſulamus, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, omnes vocem Hebræam berith, verterunt nomine Græco *συνθήκης*, ſoli Septuaginta interpretati ſunt per vocem *διαθήκης*, id eſt, teſtamenti, & qua in præſenti loco vſus eſt Paulus. Et vt vult Hieronymus, *διαθήκη* non vnius eſt ſignificationis, ſed præter teſtamentum, pactum etiam ſignificare tradit, & conuentum, & pollicitationem: quod etiam Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ, idoneis exemplis productis ex Demoſthene, & Ariſtophane declarat, & confirmat. Imò dum illa vox ſignificat morituri hominis teſtamentum, verè ſemper in plurali numero vſurpari tradit. Adhæc textus ipſe Scripturæ oſtendit non ſemper ſignificare teſtamentum, ſed etiam pactum: vt Pſalm. 72. Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt: id eſt, vniuerſæ vicinæ nationes aduerſum te inierunt fœdus, & vno animo contra te conſpirarunt. Et Geneſ. 26. *Videntes vidimus quia Dominus eſt tecum, & diſponemus tecum teſtamentum.* Ita hunc locum producit Auguſtinus, & annotauit libro Locutionum de Geneſi, hic non ſignificare teſtamentum. Vnde ait: Amant Scripturæ pro pacto ponere teſtamentum. Nec tātum Septuaginta, ſed Lucas linguę Græcæ peritiſſimus in hac ſignificatione videtur vſurpare *διαθήκην*. Actor. 3. *Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros:* id eſt, promiſſionis, ſiue fœderis, & Lucæ 1. *Et memorari teſtamenti ſui ſancti.*

Pactum Hebræis, vel Græcis quomodo dicatur.

Hieronym.
Teſtamentū duo ſignificat.
Budæus.

Vbi Scripturarum teſtamentum pro pacto ſumatur.
Pſalm. 82.

Geneſ. 26.

B. Aug. c. 93 tom. 3. prope initium.

Actor. 3.

Luc. 1.

Sed quicquid ſit de his omnibus, nemo profectò negauerit accipi pro teſtamento proximè morituri, quod vbi confirmatum eſt aut iuramento, aut morte, nemo reijcit, aut ſuperordinat: ſecùs verò, ſi pactum eſſet, aut promiſſum, quę multis modis reſcindi poſſunt. Ideo mirandum eſt, B. Hieronymum tantū auſum fuiſſe non tantùm contra 70. interpretes, quorum interpretatio & ſacroſancta eſt, & ipſa antiquitate veneranda, ſed etiam contra ipſum B. Paulum, in quo loquebatur Chriſtus.

Rectiſſimè Apoſtolū teſtamenti nomē vſurpaſſe.

Notatur Hieronymus.

2. Cor. 13.
Eius ratio diluitur: Paulū ſcilicet craſſis apud craſſos Galatas vſum fuiſſe ſermonibus.

Nec valet illa leuis excuſatio, ád craſſos Galatas fuiſſe locutum: nec tanti Apoſtoli ſcripta craſſa dicenda ſunt propter aliorum craſſitiem, ad quos mittebantur. Nec ſunt vlli per inania argumenta ad

fidem

ideoq́; abuſum voce teſtamenti.

fidem ducẽdi, maximè ab Apoſtolis: quod ſi daretur, ſuſpecta redderetur fides apud credentes potiùs quàm confirmaretur, quod quidem permagnum eſſet inconueniens.

Vnde cõſtet, nomen Hebręum berith denotare nõ tantum pactum, ſed etiã teſtamẽtum: & vtrumque hic locum habere.

Doctiſſimi ergo Rabbini teſtantur, vocem Hebræam berith vtrumque ſignificare, & pactum, & teſtamentum. Et cùm verè concurrat, hæreditatem per pactum, promitti; hoc erit ſimul & pactum, & teſtamentum: quod certè ſic fuit. Ipſe enim Deus teſtatus eſt, ipſe promiſit Abrahæ, & ſemini eius, id eſt, Chriſto, & ſibi ipſi. (Nã qui in eo ſunt, vnum ſunt) ipſam hæreditatem, paternam ſubſtantiam, vitam æternam. Et vt in alijs accidit, ad ſtabiliendum verè teſtamentum, oportere vt effectum ſortiatur poſt mortem teſtatoris: ſic quoque in Chriſto fuit, quia mortuus eſt Chriſtus, & morte eius firmatum teſtamentum: at cùm viueret, pacto promiſit hęreditatem, & ea ratione rectè dicitur pactum.

Quando ſtabile ſit teſtamentum.

Confirmatio teſtamenti duplex.

Et quia Apoſtolus teſtatur, teſtamentum confirmatum ante legem latam, quo tempore nondum mors eius interceſſerat; dicendum eſt, duplicem eſſe confirmationem, vt quid reddatur immobile, & irreuocabile: altera eſt iuriſiurandi, de qua Geneſ. 22. & de qua Zacharias apud Lucam: *iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum*: ſecunda, eſt mors, vt adiri poſſit hæreditas. De prima confirmatione loquitur Apoſtolus hoc loco, de ſecunda verò ad Hebr. 9. vt ibi annotatum reliquimus. Olim etiam hęreditates pacto acquirebantur, emptione per æs & libram: & ritus antiquus viguit, vt nulla reconciliationum fœdera ſine medio ſanguine inirentur, & Poëta dixit:

Geneſ 22.
Luc 1.
De qua hoc loco confirmatione ſit ſermo.
Hebr. 9.
Hæreditates accipiendi, atq; paciſcendi vetus mos.

Stabant, & caſa iungebant fœdera porca.

Virg. lib. Æneid.
Geneſ. 15.

& Geneſ. 15. percuſſit Deus fędus cũ Abraham per vaccam, & capram trimam mortuas. Et ſatis nobis eſt præſens locus, & ille ad Hebræos 9. ad euincendum cootra omnes Nouatores, & Rabbinos, apertiſſimè Paulum, & in Paulo Spiritum ſanctum, accepiſſe berith pro teſtamento. Neque erat quòd illa epiſtola ad Hebræos de albo librorum canonicorum reijceretur ob eam cauſam. Nam ſi illa vera eſſent, debebat quoque & epiſtola ad Romanos, & hæc ad Galatas, & liber Actuum Apoſtolorum à oumero canons abijci. Imò miratus ſum, quòd iſti non conſiderârunt, Dominnm Ieſum in verbis conſecrationis calicis ſub noui Teſtamẽti nomine pactum hoc explicuiſſe: *Hic eſt calix*, inquit, *nouum Teſtamentum in ſanguine meo*; ſiue vt

Eadẽ ratione (acceptæ ſcilicet vocis berith pro teſtamẽto) epiſtolã ad Heb. minimè reijciendam fuiſſe.
Negãtes nomine berith teſtamentum ſignificari, Chriſtum ipſum, nedum Paulũ notare

Syriaca lectio habet: *Hic eſt calix noui teſtamenti*: vbi planè vocem διαθήκης Gręcam in lingua Syriaca vſurpauit. Vbi qui aliter ſentiunt, intelligant non tantùm ſibi negotium eſſe cum Paulo, ſed etiam cum ipſo Chriſto.

videntur inſcitiæ.
Luc. 22.

Sextæ dubitationi reſpondemus, hos duos autores Legis, & Noui teſtamenti, ſiue promiſſionum factarum Abrahæ, diuerſos eſſe. Nam autor legis, eſt Moyſes, noui verò Teſtamenti eſt Chriſtus, qui dixit ad Abraham, *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Et quia hæres deſignatus eſt; ne turberis quòd lex videatur data à Deo, & ſic eundemmet autorem cum illo promiſſionis habere Deum. Etſi omnia ſint à Deo, tanquàm primaria cauſa, & origine: differunt tamen inter ſe. Sunt enim quædam quæ veniunt à Deo nullo intermedio, alia verò per alium intermedium, & ſequeſtrem. Ecce eſt baptiſmus Ioannis, & eſt baptiſmus Chriſti: ſed ille eſt à Ioanne immediatè, alter verò à Chriſto. Et tamen dicitur veniſſe etiam à Deo ille Ioannis, ſed alia ratione, ac fine. Ita etiam lex, & gratia tanquàm diuerſorum autorum proponuntur: Lex quidem à Moyſe miniſtrata eſt, Gratia verò à Chriſto, vt Ioan. 1. dicitur: *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Vbi pondera, legem dici datam, non factam: non enim erat Moſros facere legem, ſed ſolùm enunciare: Gratia verò facta dicitur, quia CHRISTVS eam creat, & infundit illam in cordibus noſtris: & vt dixit Apoſtolus, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quanquàm hæc ponderatio, quòd gratia facta dicatnr, & lex data, inſtantia huius loci perimi videatur: quia dicitur; Poſt quadringentos & triginta aonos facta eſt lex, &c. Licèt dici poſſit, legem factam à Deo fuiſſe, quia illam condidit, & digito ſuo ſcripſit: poſteà verò per Moyſen data eſt, & adminiſtrata ad populum.

Ad VI. dub.
De eo quod autorẽ promiſſionis Deum ab autore legis, id eſt Moyſe, diſtinguit Apoſtolus, cùm Deus etiam autor legis extiterit.
Geneſ. 15.
Deus omnium rerum eſt cauſa dupliciter.
Exemplum.
Matth. 21.
Luc. 7.
Ioan. 1.
Expeditur illud: Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.
2 Cor. 3.
Si lex data, & gratia dicitur facta, vt inquit Ioannes: quomodo hic Paul⁹ legẽ factam affirmat.
Exod. 19.
Infrà 31.
Infrà 34.

Ad ſeptimum, quòd illa Pauli conſideratio, qua ponderat dictum eſſe, ſemini, in ſingulari, non ſeminibus, videtur minus circumſpectè facta, cùm hæc vox in ſingulari numero tantùm, in plurali nunquàm inueniatur: imò nomen Hebræum zerah numero plurali careat. Adde, quòd ſemen io ſingulari numero frequenter ad multos pertinet: vt Geneſ. 12. *Semini tuo dabo terram hanc*, id eſt, toti tuæ poſteritati. Et Geneſ. 15. *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes. Sic erit ſemen tuum*; id eſt, poſteritas tua erit innumerabilis. Non ſolidum videtur, quòd hic Hieronymus re-

Ad VII. dub.
Circa illud Apoſtoli: Nõ dixit, & ſeminibus, quaſi in multis, &c. quàm ſit idoneum, & efficax.
Geneſ 12.
Infrà 15.
I. Solutio. Hieronymi ſcilicet.

ſpondet, excuſando Apoſtolum, quòd ad ſimpliciores Galatas vſus ſit vilioribus argumentis, vt de teſtamento hominis, & de teſtatoris morte, & præſertim quia ſubiungit: Non dicit, & feminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Sed ſalna pace tanti Doctoris, & tantoperè de eccleſia Catholica benemeriti, graue ſcandalum iudicandum eſſet, ſi admitteremus, Paulum fidei veritatem infirmis argumentis probare voluiſſe, eo præſertim tempore, quo infeſtos habebat acres illos falſos fratres Pſeudoapoſtolos, quorum pernicioſas opiniones frequentiſſimis, & ſordidiſſimis rationibus de mentibus Galatarum euelli oportebat, & de quibus infrà ait: *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.* Adhæc num Chriſtus, vel Spiritus ſanctus per eum loquens, ea exprimebat quæ prudentibus diſplicebant? Quaſi verò apud Galatas deeſſent legis doctores, & viri prudentes, qui hæc improbare neſcirent, aut quaſi hæc etiam poſteris non ſcriberentur, ipſo Spiritu ſancto proſpiciente, ne quid inepti, aut inſulſi, aut indocti in eius ſcriptis inueniretur.

Primum eius incōmodū.

Galat. 5. Alterum incommodū.

Quod verò illud: *Secundùm hominem dico*, interpretatur à ſe præmiſſum, quaſi inualidis argumentis vtatur, quis æquo animo ferat? Abſurdum eſt enim quòd Paulus hoc profiteatur ſe velle ſecundùm hominem loqui, id eſt, minus idoneè ad ea perſuadenda quæ velit. Egregium probandi genus, ac perſuadendi eſt admonere, ſe velle leuibus, & puerilibus rationibus vti. Sed illud ſeruandum eſt, quę interdum magnis viris accidunt, ne propter vnum aut alterum leuius dictum, ſanctos omnes propterea deſerendos eſſe putemus: vel ne propter multa bona quæ dicunt, eorum apertos lapſus tueamur.

Ad Hieronymi rationem pro ſe inde deductā: Secundū hominem dico: reſpondetur.

Duo in teſtimonijs Patrū probādis, vel improbādis, extrema vitanda.

Sed certè argumentum de ſemine contra Pauli ponderationem inane eſt, niſi & hoc quoque probetur, ſimul appellatione ſeminis in Scripturis plura ſemina alicubi venire, quod probabitur nunquàm: & hoc autoritate Pauli fretus affirmo. Nec enim valet, ſi nullo loco Scripturæ inueniatur in plurali, ideo non potuiſſe & in plurali dici, ſi illud vſu valuiſſet: at valuiſſet, ſi plura poſuiſſet ſemina, quibus eſſet promiſſum. Vnde & 1. Cor. 15. *Dedit vnicuique ſeminum proprium corpus.* Nam ſi Philoſopho fingere licet nomina, quando ea omninò deſunt, quibus animorum exprimantur conceptus; cur non Spiritui ſancto licuiſſet numero vti multitudinis in hac voce? Et nonne ipſe Paulus plurali vtitur, dicendo; Non dicit; & ſeminibus? & nonne ipſe Apoſtolus ad Roman. 4. plura eſſe ſemina indicare videtur, dum ait, *Vt ſecundùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini* id eſt, toti & integro ſemini, ne plura ſemina contra Apoſtolum intelligamus? Vnum enim eſt ſemen Chriſtus, in quo omnes concluduntur qui ſunt ex fide, ſiue ſint Iudæi, ſiue Gentiles.

Quā illud leuiter Apoſtolū de ſemine argumentatum fuiſſe, quòd ea voce in numero multitudinis Scripturæ nunq̄ vtantur. Quibus fingere voces permiſſum, & quatenus.

Plura eſſe ſemina vnde conſtet apud Paulum. *Rom. 4.*

Altera ſolutio nō inepta.

Dicere etiam poſſumus, Apoſtolum nō ad numeros Grammaticos reſpicere, ſed ad res ipſas: nam ſemen in Scriptura complectitur nunc multos, nunc vnum tātùm: idque non ex numero, ſed ex circumſtantijs locorum indicari videtur. Quando illæ cogunt, vt pro multitudine intelligatur, tunc ſemen accipitur pro multis: quando verò cogunt, vt vnus quiſpiam ſingulariter intelligatur, tunc pro vno accipitur.

Semen in Scripturis quādo plura, quando vnū tantùm ſignificet.

Cùm igitur de terra Palæſtina poſſidenda promiſſio fiat, tunc ſemen pro poſteritate capitur. Quando verò hoc loco dicitur: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*, quia eſt ſermo de benedictione oppoſita maledictioni quæ venit per vnum hominem, pro vno aliquo, id eſt, Chriſto, accipienda erat: quod arguit id quod ſequitur: Benedicentur omnes gentes. De vno ergo tantū accipitur, qui Chriſtus eſt, nō Moyſes, id eſt, fides, non lex: per Metonymiam ergo, per ſemen tuum, intelligimus fidem ſeminis tui. Fides autem nec tollit promiſſionis donū, ſicut nec extenſio manus pauperis ad eleemoſynam quæ porrigitur, capiendam, eleemoſynam ipſam promeretur. Quamobrē Chaldæa paraphraſis iuſtè venit reprehendenda, quæ pro illis verbis, *& ſemini tuo, dabo terram hanc*, vertit, *& filijs tuis dabo terram hanc*, & euertit totam hanc Pauli pōderationem, niſi intelligat primò & præcipuè vni Chriſto, qui eſt ſemen Abrahæ, promiſſam, & in eo ſecūdariò quoque filijs ſuis. Illud leuiculum, dixiſſe, *Semini tuo qui eſt Chriſtus*, relatiuum aſſignans Chriſto, & non ſemini, vt aliàs facit.

Geneſ. 22.

Quid ſemen Abrahæ.

Ad octauum deſcendendum eſt, & explicanda vis illius argumentationis, quam facit de lege, ad probandum non potuiſſe poſt quadragintos & triginta annos irritam facere promiſſionem. Eſt enim concluſio propoſitæ ratiocinationis, promiſſionem quæ tanto tempore præceſſit, non poſſe per legem Moyſis infirmari, aut caſſam, & nullam reddi. Res enim per promiſſionem primò donatur, quia omne promiſſum dubitum. Nam poſtquàm tam multo tempore robur habuit promiſſio, nempè per annos 430. non eſt veriſimile reuocaſſe ſuam promiſſionem: & inter

Ad VIII. dubium. Deum poſt 430. annos factæ legis non irritam feciſſe promiſſionem, quàm ſolidè probetur.

In pactis ferè tẽporis mora negligi conſueuit.

inter pacta,& pactorum conditiones, non ſolent cõmuniter paciſcentes tempus expectare.

Illa ratio annorũ 400.& 30. quomodo conſtet.
Act. 7.
Gen. 15.
Exod. 19.

Iam dicendum quomodo ſpacium quadringentorum & triginta annorum computandum ſit ab ipſa promiſſione facta Abrahæ. Sed certè Actor. 7. teſtatur Stephanus quadringentos annos ſeruituros Abrahæ filios in Ægypto, ſicut etiam Geneſ. 15. ac poſtea à ſeruitute alienarum Gentium eripiendos. Hîc verò dicitur, poſt 430. annos legem datam: quòd quibuſdam inexplicabile videtur, & ignorant qua ratione hi loci diſſentientes concilientur.

Altera ſolutio lõge probabilior.

Verùm his non obſtantibus, non eſt cenſenda controuerſia inexplicabilis. Nam cùm dicitur per annos 400. peregrinum fore ſemen eius, quòd cœpit in Iſaac promiſſio Geneſ. 15. tunc fluxerunt anni quadringenti, & paulò plures, at enumeratio iſta annorum in Paulo, incipienda eſt in prima promiſſione facta ante natum Iſaac, & terminanda in monte Sina, vbi data eſt lex ſecundo anno egreſſionis filiorum de Ægypto, & ita inuenies alios ferè triginta annos. Et confirmantur hæc non ſolùm autoritate Pauli, ſed etiam Auguſtini, qui libro 16. de Ciuitate Dei, capite 24. à medio, in hunc modum ſcribit:

Quando data lex Moyſi.
B. Aug to. 5.
Gen 15.
Suprà 11.
Infrà 12.
Supra 12.
Exod. 14.

Quod dictum eſt ad Abraham: Sciendo ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria, & in ſeruitutem redigent eos, & affligent eos quadringentis annis: de populo Iſrael, qui fuerat in Aegypto ſeruiturus, apertiſſime prophetatum eſt: Non quod in eadem ſeruitute ſub Aegyptijs affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus, ſed in ipſis quadringentis annis prænuntiatum eſt hoc futurum. Quemadmodum enim ſcriptum eſt de Thara patre Abrahæ: Et fuerunt dies Thara in Charra quinque & ducenti anni: non quia ibi omnes acti ſunt, ſed quia ibi completi ſunt: ita & hic propterea interpoſitum eſt: Et in ſeruitutem redigẽt eos, & affligent eos quadringentis annis: quoniã iſte numerus in eadem afflictione completus eſt, non quia ibi vniuerſus peractus eſt. Quadringẽti ſane dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quamuis aliquanto amplius ſint: ſiue ex hoc tempore computentur, quo iſta promittebantur Abrahæ, ſiue ex quo natus eſt Iſaac propter ſemen Abrahæ, de quo iſta prædicuntur. Computantur enim ſicut ſuperius iam diximus, ab anno ſeptuageſimo & quinto Abrahæ (quando ſcilicet profectus ex Charran veniebat in Chanaan) *quando ad eum facta eſt prima promiſſio, vſque ad exitum Iſrael de Aegypto quadringenti & triginta anni: quorum Apoſtolus ita meminit. Hoc autem dico, inquit, teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non infirmat ad euacuandam promiſſionem. Iam ergo iſti quadringenti & triginta anni, quadringenti poterant nuncupari: quia non ſunt multo amplius, quanto magis cum aliquot iam ex iſto numero præteriiſſent, quãdo illa in viſu demonſtrata, & dicta ſunt Abrahæ, vel quãdo Iſaac natus eſt centenario patri ſuo à prima promiſſione poſt vigintiquinque annos, cum iam ex iſtis quadringentis & & triginta, quadringenti, & quinque remanerẽt, quos Deus voluit nominare, & cætera quæ ſequuntur in verbis prænuntiãtis Dei, nullus dubitauerit ad Iſraeliticum populum pertinere.* Hæc ille, egregiè omnem euacuans dubitationem.

Hęc de annorũ numero vnde Paulus deſumpſerit.
Exod. 12.

Accepit autem Apoſtolus hunc annorum numerum ex libro Exodi, c. 12. vbi dicitur: *Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Aegypti.*

Moyſi in teſtimonio ab Apoſtolo productio quid obſeruandũ.
Exod. 20.

Vbi duo annotanda ſunt: Primum, opus eſſe aſſerere, Moyſen ſynecdoche vſum, ponendo totum pro parte, maximè quia Apoſtolus hoc loco 430. annos enumerat à prima promiſſione Abrahæ facta, ad legem vſque in monte Sina datam: alias enim plures non inuenies, quam 215. annorum, quibus manſerunt in Ægypto: reliqui anni, id eſt, 215. enumerãdi ſunt in manſione qua Abraham cum ſuis poſteris manſit in terra Chanaan ante ingreſſum Ægypti.

In eo 70 interpretes quid addiderint & quare.

Secundò perpende 70. interpretes in illis verbis Exodi citatis, nempe: *Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerunt in Aegypto,* doctiſſimè de ſuo addidiſſe, καὶ ἐν γῇ Χαναάν, explicandi gratia, & veluti ſcholium apponentes, quo illa verba claram haberent intelligentiam. Nam habitârunt in Ægypto, & prius in terra Chanaan per quadringentos annos: & ita omnia diſſoluuntur.

Hęc quadringẽtorũ & triginta annorũ ſupputatio quomodo partienda.
Gen. 12.
Infrà 21.
Infrà 25.
Infrà 30.
Exod. 2.
Philo.
Infra 14.
Infra 20.

Si autem velis hanc computationem per partes efficere, attende, à ſeptuageſimo quinto anno Abrahæ, quo peruenit in terram Chanaan, vbi primam accepit promiſſionem, ad natum vſque Iſaac, fluxiſſe vigintiquinque annos: deinde ab Iſaac ad natum vſque Iacob fluxiſſe ſexaginta; tertiò à Iacob vſque ad Ioſeph fluxiſſe nonaginta: quartò Ioſeph vixit centum decem annos, Geneſ. 50. quintò poſt mortem Ioſeph vſq; ad natum Moſen effluxiſſe ſexagintaquinque. Moyſes verò ſecùndùm Philonem, & veritatem, octoginta annos natus eduxit populum de Ægypto, & poſt alterum annum dedit legem. Porrò ſi hos numeros ſimul coniungas, inuenies dictam ſummam quadringentorum triginta annorum.

Ad IX.dub. De huius efficacia rationis: Si ex lege hęreditas, iā nō ex promiſſione. Abrahę autē.&c.

Ad poſtremum dubium circa illa verba: *Si ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, Abraha autem per repromiſſionem donauit Deus:* dubitabatur quomodo eſſet ſolida iſta cōſequentia: id eſt, ſi hæreditas vitæ æternæ ex merito ſeruatę legis contingit; iam non ex promiſſione, id eſt propter ſemen quod eſt Chriſtus, gratuitò, & ſine meritis promiſit Abrahæ hæreditatem: at verò cōſtat ex Geneſis teſtimonio, quòd Deus dono dedit hæreditatem Abrahæ, igitur non ex lege. Vrget ergo Apoſtolus, quòd promiſſiones ſint abſolutę: deinde quòd ſint promiſſæ ſemini. Vetus, inquit, Scriptura benedictionem iſtam, quæ continet prophetiam de articulo iuſtificationis, deſcribit tanquā deſcribendæ viæ, & titulo promiſſionis. Vnde ſubdit: *Abrahæ autem per repromiſſionē donauit Deus*, ne putares quòd lex poſterior limitaſſet promiſſionem priorem, addendo ſcilicet, ita vt eſſet ex lege ſeruata adeunda hæreditas: excludere hoc volens, addidit, quod dono dedit Abrahæ per repromiſſionem irreuocabili dono abſque eiuſmodi conditione.

Promiſſio nō hæreditatis poſſe cum bonorum operum meritis (quod negāt Lutherani) conſiſtere. *Pſal. 2.*

Neq; tamen, vt argumentati ſumus, repugnat promiſſioni hæreditatis, quòd homo adiungat merita bonorū operum: quia ex ipſa gratia ſunt, & pars hæreditatis promiſſę. Etſi enim dono detur hęreditas, via tñ ad eam perueniendi explicatur: cùm dicitur: *Poſtula à me, & dabo tibi Gētes hæreditatē tuam.* Ecce hic promittitur, & promiſſionem ſequitur poſtulatio. Et ita non repugnat per legis Euangelicæ obedientiam ex fide progredi ad hæreditatem.

Quo fiat id exemplo manifeſtum.

Nam ecce, vt exemplo accommodato rem hanc illuſtrem, filijs Iſrael donauit Deus Terram promiſſam, & illi ius habebant gratuitum ad eam, etſi actu non poſſiderent: poſteà tamen ad poſſeſſionem capiendam vſi ſunt gladio, & fortitudine bellica. Ita etiam hæres dicitur paruulus, qui actu ius habet ad hęreditatem, etſi actu eam non poſſideat. Si tamen quis litem intenderet, deberet ſe viriliter opponere aduerſarijs, qui illi obſtrepunt, ne adeat hæreditatem. Ad eum modum nobis gratis in Baptiſmo donatur gratia reconciliationis, & adoptio, & amicitia cum Deo, datur etiam corona vitæ æternæ, quod attinet ad titulum, & ius: quia ſi filij, & hæredes, & alio loco dicitur: *Secundum ſpem vitæ æternæ*: at in captanda poſſeſſione vitæ æternæ, pro virili contendendum tum obedientia mandatorum Dei, & charitate, tum patientia in aduerſitatibus, & perſeuerantia in bonis operibus vſque in finem. Ita enim tandem pertingimus ad coronam ſalutis, quia nemo coronabitur, niſi legitimè certauerit, &, *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Atque ita Apoſtolus alijs Scripturæ locis, ac ſibi ipſi non contradicit, quibus meritis bonorum operum reddi vitam æternam, affirmat.

Quando primā cœleſtis promiſſionē capiamus hęreditatis. *Rom. 8.*

Illa nobis quomodo comparanda.

2. Tim. 2.
Matth. 24.

DISPVTATIO XXVIII.

In illa verba: *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per Angelos in manu Mediatoris. Mediator autem, vnius non eſt: Deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato: vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius autem quā veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex, pædagogus noſter fuit in Chriſto, &c. &c.* vſque in finem cap.

NON paucæ, neq; vulgares dubitationes ex verbis propoſitis, & ſequentibus vſq; in finem capitis diſputandę, & diſcutiendæ occurrunt. Et in primis quò tendat Apoſtolus iſta interrogatione: Quid igitur lex? Deinde quid eſt, legem eſſe poſitam ob tranſgreſſionem, donec veniret ſemen. Rurſus quid, ordinatam eſſe per Angelos in manu mediatoris. Adhæc quid eſt: *Mediator autem, vnius non eſt, Deus autē vnus eſt*; quæ verba obſcurum ſenſum continere videntur. Præterea quòd interrogat: *Lex ergo aduerſus promiſſa Dei?* ſuam habet difficultatem. Illud item, quo legem vocat pædagogum noſtrum in Chriſto, peculiarem meretur conſiderationem. Denique quod ait: *Vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo*, dubium eſt, cur videlicet dicitur veniſſe fides, quæ omni tempore fuit, & omnibus ſeculis reſplenduit, vt oſtendit Apoſtolus in 11, c. ad Hebr.

I. Difficultas.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Septima.

Ad I. diffic. Ad quid illud: Quid igitur lex?

Ad primum, non eſt difficilis ratio huius contextus, & connexionis cum ſuperioribus. Hac enim interrogatione vult arguere, fidem videri ſuperfluam. Nam ſi non viuificabat, & benedictio, ſiue hæreditas promiſſa contingebat titulo promiſſionis, & non meritò legis ſeruatę, quid igitur officij, & vtilitatis adferebat lex; &

in quem finem lata? Nõ enim affirmare licet, temerè,& ſine fructu vllo eſſe latam Iudæis. Et hæc de primo.

Quo iore hæreditas cœleſtis Iudæis obueniret.

Ad II. diffic. Quo modo lex poſita dicatur propter trãſgreſſionẽ: donec veniret ſemen. I ſenſus. *Chryſ. to 4. Hier. to. 9.*

Ad ſecundum reſpondet Apoſtolus: Propter tranſgreſſionem poſita eſt, ſiue adiecta, vel appoſita, vt græca litera habet, id eſt, obiter adiecta poſt promiſſionem Abrahæ factam. Quod verò adiungitur: Propter tranſgreſſionem: duplicem ſenſum efficere poteſt, alterum Chryſoſtomi,& Hieronymi: propter tranſgreſſionem puniendam atque coercendam, etſi per accidens ſecutum ſit auctius peccatum. Ad vindicanda ergo peccata culpa prius digeſta quaſi malo humore, quæ per Chriſti gratiam vt efficacem medicinam euacuata erat; & vt in lege occupati Iudæi non idololatrarent: quamobrem occaſione idololatriæ commiſſæ, & non primaria intentione Iudæis quaſi pueris inquietis, mandata ſunt ſacrificia, & ceremoniæ. Hinc Hierem. 7. *Non ſum locutus cum Patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum*: Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: *Audite vocẽ meã, & ero vobis Deus*: quia per ſe, & immediatè non præcepit, ſed per Moyſen adminiſtrum & poſt peccatum idololatriæ: quæ mandata ſacrificandi, Ezech. 20. dicuntur præcepta non bona, id eſt, ad auferendã culpam inutilia: quia impoſſibile erat, vt ait Apoſtolus, ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.

Iudęi ad idololatriã valde propenſi. *Ierem. 7.* Vt verũ ſit, Deũ nõ præcepiſſe Iudęis de verbo holocauſtomatum,& victimatum. *Ezech. 20.* Quęnam & quare dicantur præcepta non bona apud Ezechielem. *Hebr. 10.*

Alter ſenſus eſt Auguſtini optimus, interpretantis legem latam ad tranſgreſſiones agnaſcendas. Nã vt Apoſtolus dixit ad Roman. Per legem cognitio peccati, &, Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces; vt homo peccator agnoſceret, ſe non poſſe non concupiſcere, & peccare, & cogeretur ad Deum confugere pro medela obtinenda.

II ſenſus. *Aug to. 4. prope fin. Rom. 3. Infrà, 7. Exod. 20.*

Addit: *Donec veniret ſemen.* Hoc eſt Chriſtus, in quo erant benedicendæ omnes gẽtes,& non tantùm Iudæi; & qui medicamentum futurus erat contra omnia peccata, ſecundùm illud Eſaiæ: *Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatẽ à Iacob. Et hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtulero peccata eorũ.* Promiſerat autem non ipſi Chriſto in ſe, ſed in patre Abraham exiſtenti, in quo erat, quod ad matris lineam attinet. Data ergo fuit Lex non in ſempiternum, ſed interim dũ veniret Chriſtus, cui promiſſum erat benedicere Gentibus. Proinde ſi ad aduentum vſque Chriſti data eſt lex, cur ergo eam vos Galatæ vltra tempus ſuum prorogatis? Sed cur opus fuit expectare ſemen? Quia Iudæi tunc eius aduentus capaces non erant, quia fomes adhuc viridis, & potens erat; & ſatis erat eo tempore Moyſes pædagogus, ne eſſent adeò neophyti.

Eſa. 59. Rom. 11. Vt fuerit ſemini, id eſt, Chriſto: promiſſa gẽtium benedictio. *Gen. 12.* Semen cur erat expectandum.

Ad tertium dubium, ſubdit. *Ordinata per Angelos in manu Mediatoris.* Non dixit, Dicta per Angelos, ſed, Ordinata: quia non loquitur de decem præceptis, quæ digito Dei ſcripta in duabus tabulis à Deo donata fuerunt, quę tamen Angeli voce ſua pronuntiârunt, non autem Moyſes, qui tantùm recepit illas tabulas à Deo. Aliam autem legem in ceremonijs,& in iudicijs poſitam, ipſe ab Angelis accepit ac tulit. Et quia Græcè dicitur διαταγεὶς: declarantur Angeli miniſtri, nõ autores legis: nam præpoſitio διὰ, inſtrumentum ſignificat, non primariam cauſam efficientem. Et verbum, Ordinata, idem eſt, quod certo tempore,& certo loco, ac certo modo per Angelos diſpoſita,& exhibita. Ordinę etiam optimo inter legem Naturæ, & Euangelij, diſpenſata eſt Moſaica lex per Angelos, vt etiam Stephanus dixit Actor. 7. *Accepiſtis,* inquit, *legem in diſpoſitione Angelorum,* vt, homines per eam conuincerentur de infirmitate naturæ; qua cognita compellerentur ad gratiam Dei confugere. Vbi quod dicitur, in diſpoſitione, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, pro eo dixit, quod eſt, εἰς διακονίας, hoc eſt, in miniſterio Angelorum. Illi ſiquidẽ propriè non fuerunt autores, ſed miniſtri, teſtes,& internuntij. Aptiſſimo etiam loco exhibita fuit lex, nempe in monte Sinã, qui extra Terram promiſſam exiſtit, hoc eſt in Arabia, terra barbara. Terribili etiam modo data, ad incutiendum populo carnali terrorem, Angeli etiam medij ſunt inter Moſen, & Filium Dei. Et ita inſinuatur hæc lex omnibus humanis legibus prę̃ſtantior: quia per Angelos, & Moyſee illuminatum,& dilectum à Deo diſpenſata fuit: aliæ verò leges per puros homines legiſlatores. Longè tamen inferior promiſſione facta à Deo Abrahæ,& ſemini eius, quantò ſunt Angeli Deo, qui promiſſionem fecit, inferiores.

Ad III. diffic. Circa illud: Ordinata per Angelos in manu mediatoris. *Exod. 31. Infrà 34.* Quid illud: Ordinata, lex ſcilicet. *Act. 7.* Cur datã lex. Vbi data. *Exod. 19. Galat. 4. Exod. 19. Infra 20.* Lex Moyſi quãtũ alijs legibus humanis antecellat omnibus. Quantũ illa; Abrahę & ſemini eius promiſſione diuina minor ſit.

Semen aũt promiſſum aliam altiorem legem populo capaciorem ferre debebat, quia ille erat legiſlator, de quo Dauid: *Etenim benedictionem dabit legiſlator* (hoc eſt fidem & gratiam) *Ibunt de virtute in virtutẽ videbitur Deus deorum in Sion*: hoc eſt, progrediendo à virtute inchoata in candẽ perfectiorem,& ſolidiorem, donec lumine gloriæ illuſtrati Deum videant.

Legis Euãgelicę per Chriſtum ferendę conditio. *Pſalm. 83.* Explicatur id, Ibũt de virtute in virtutem.

Et ſubiungit: *in manu mediatoris*: Caietanus auſus eſt interpretari, in manu, hoc eſt in opere mediatoris, hoc eſt dimidiatoris.

Ille ſenſus Caietani: In manu mediato-

ris, id eſt In opere dimidiatoris, quare non probetur.

Lex ſiquidem dimidiauit humannm genus ſegregando à reliquis vniuerſis hominibus ſolos Iſraëlitas. Sed reuera vox dimidiatoris noua eſt, & auribus Latinis ignota, deinde etiam, vt puto, falſa. Non enim Græcè ἡμιμεσίτης, id eſt, dimidiator, à verbo ἡμισεύειν, inuenitur, de quo Dauid: *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos*: & deriuatur à nomine ἥμισυ, quod eſt dimidium, ſiue dimidia pars. Veruntamen græcè habemus μεσίτης, quæ vox mediatorem, & cōciliatorem, & omnem, qui inter duas partes ſe medium interponit, ſigoificat. Eraſmus vertit, interceſſorem & conciliatorem: quę vox non ſatis conuenit Chriſto, quia Latinè dicitur propriè intercedere, qui ſe alteri opponit, & ei aduerſatur: quemadmodum Tribuni plebis aut Senatui, aut Conſulibus intercedere ſoliti erant. Cùm igitur textus non habeat dimidiatorem, nec aliquis ex Patribus Græcis illum ſenſum excogitauerit: deſerendus eſt. Nam neq; mēs Dei dantis leges, aut Moyſis fuit mundum dimidiare, ſed proponere, & diſponere gētem Iudaicam ad recipiendum Meſſiam, ita vt alij Gentiles eos ſequerentur: vt ita etſi aliquo modo ſegregauerit, id factum ſit, vt magis coniungeret. Et hactenùs de voce.

Pſalm. 54.

Eraſmiana lectio illa: In manu interceſſoris reijcitur.

Quid Moyſes legē ferendo pectauerit.

Porrò nomen mediatoris dupliciter hic hic accipitur. A quibuſdā enim aſſeritur, ſemen Chriſti fuiſſe manū, ſiue organū, ad illam legem proponendā. In eius ergo poteſtate data eſt lex, qui eſt Dominus etiā Sabbati, & verus legiſlator: idcircò abrogare & complere eam poterit: quemadmodum iuuentus abrogat infantiā addēdo perfectionem. In hunc modum expoouot Chryſoſ. Theophylactus, & Oecum.

Mediator quis ille, ſecundum aliquos.

Matth. 12.

Chryſoſt. Theophylact. OEcum. c. 7. in hæc verba.

Alter verò ſenſus, ac melior eſſe videtur: vt quia ſuperiùs dixerat de ſemine, cui promiſſum fuerat, id eſt, Chriſto, hæc manus mediatoris non ſit ipſe Chriſtus, ſed Moſes inter Deum & populum, imò qui inter Deū promittentem, & Chriſtum cui promiſit, mediator extitit. Bene, inquis, omnia ſunt locuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorū. Atq; hic ſenſus confirmatur ex verbis Moyſi Deut. 5. dicentis: *Ego ſequeſter & medius fui inter Dominū & vos in tempore illo vt annūtiarem vobis verba eius.* Hebræa habent, Steti עמד. Eſt autem ſtare, proprium apparitorum munus, qui Principibus aſſiſtunt, vt eis pro miniſtris, & in tormentis inſeruiant. Moyſes enim illius Teſtamenti, quod inueterauit, mediator extitit, ſicut Chriſtus noui Teſtamenti. Nam qualis differentia eſt inter teſtamentum, & teſtamentum, talis & inter mediatorem, & mediatorem. Quod Apoſtolus ad Heb. 8. rectè explicauit, cùm de Chriſto dixit: *Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.*

Alij quē mediatorē intelligant probabilius.

Deut. 18.

Deut. 5.

Qui ſtent propriè.

Heb. 8.

Deinde hunc ſenſum ſequitur Epiphanius, qui agens in Manichæos: *Lex*, inquit, *data in manu mediatoris per fidelē ſeruū Moſen.* Gennadius item apud Oecumenium, paulò poſt producendus, hanc expoſitionem amplectitur.

B. Epiph. in Hæreſin 66.

Gennad.

Ad quartum dubium circa illa verba: *Mediator autem, vnius non eſt: Deus autem vnus eſt*: dicendum eſt locum eſſe valde obſcurum in tanta conciſione verborum, etſi nonnulli eum prætermittant vt clarum: & qui eum tractant, varios intellectus illi aſſignant.

Ad III. diffic. Quo ſenſu dicatur: Mediator aūt vnius nō eſt, Deus aūt vnus eſt.

Etſi ergo Mediatoris vox varios ſenſus recipere poſſit, probabile tamen eſt quòd hic ſit Moyſes: vt intelligamus Deum tuliſſe legem, Angelos adminiſtraſſe, atq; ipſos vſos fuiſſe adminiſtro Moyſē, qui fuit medius, tāquam interpres & internuntius, etiamſi poſtea alterius rationis mediatione vſus fuerit, vt ita dicam, nimirum quando orauit: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*: Qua etiam ratione dicitur Chriſtus Noui Teſtamenti mediator, id eſt, coociliator, Hebr. 8. & 9. capitibus, ac 12. dum ait: *Melioris teſtamenti mediator eſt.* Ita vt Chriſtus non ſit veteris Teſtamenti mediator, neque Moyſes ooui: Nam lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ita Moyſi quadrat quod dicit: In manu mediatoris, id eſt, per manum, ſiue operam, quemadmodum Agg. 1. *Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ, &c.* Et Act. 7. dicitur de Moyſe. *Exiſtimabat autem intelligere fratres, quoniā Deus per manum ipſius daret ſalutem illis.* Et infra: *Hunc Moyſen, quem negauerunt, dicentes: Quis te conſtituit principem, & iudicem?* hunc Deus principem, & redemptorem miſit, cū manu Angeli qui apparuit illi in rubo. Sigoificans prodigia quæ Moyſes in egreſſu de Ægypto fecit: idcircò dicitur manus, id eſt organum, & inſtrumentum. Nam cùm leuaret virgam ſuper mare Rubrum, habebat Angelum paratum, qui diuideret aquas. Et idem de alijs ſignis eſt intelligendum. Et licet hoc oppoſitum videatur, quòd Moyſes vſus ſit manu Angeli: vtrunque tamen verum videtur. Nam & Angeli Moyſis organo in quibus poterant, vtebantur, & viciſſim Moyſes Angeli manu in his ad quæ illius poteſtas non ſe poterat extendere.

Moſes dupliciter mediator extitit.

Exod. 32.

Chriſtus noui teſtamenti vt fuerit mediator.

Hebr. 8.

Infrà 9.

Infrà 12.

Ioan. 1.

Quid ſignificet: In manu ſcilicet mediatoris.

Aggæi. 1.

Act. 7.

Ibidem.

Exod. 3.

Suprà 3.

Rectè Moſes manus vocatur.

Infra 14.

An rectè dicatur, Angeli manu Moſen vſum fuiſſe.

Poſſu-

QuodMoſes ideo mediator à Paulo ſit appellatus, quod verè ille ac perfectè mediator non fuerit.
I. ratio.
Epheſ. 2.

Poſſumus fortaſſe ſenſum magis acutũ & illuſtrem producere: : Nam cùm Apoſtolus mediatorem Moſen vocauerit, oſtendere voluit, illum perfectum & verum mediatorem non extitiſſe. Omnis enim mediator vnius eſſe non poteſt, ſed neceſſe eſt duos dari, inter quos mediare poſſit. Et ita tacitè ponit hanc mediationem inter Deum & omnes gentes, quia omnes ſub ira Dei erant, & ſatis non erat Moſen fungi officio mediatoris inter Deum, & illum Iudæorum populum: quia non vnus populus ceciderat, & indigebat gratia Dei, ſed vniuerſum genus humanum, quod omnibus Gentibus conſtat, indigebat.

Rom. 3.
Ibidem.
Cõfirmatur hęc ratio Pauli altero teſtimonio.
1. Tim. 2.

Quod ſic probat: quia Deus vnus eſt, & conſequenter omnium Deus eſt, non ſolius populi Iudæorum: quo fit, vt & verus mediator pro omnibus intercedere dicatur, & nõ pro vno populo tantùm. Hunc autem intellectum porrigit ipſe Paulus, qui alio loco ex eo quod omnium hominum Deus vnus eſt, probat, illum velle omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & ex eodem principio deducit, quod vnus ſit mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.

II. ratio.

Rectè etiam Moyſes mediatoris officio fungi nequit: nam oportet mediatorem vtriq; extremo adhærere, & conglutinari: vt & valeat apud illum, apud quẽ intercedit, & miſereatur, ac amore ingenti proſequatur eum, pro quo intercedit: ad quod præſtandum, multum ipſa natura iuuat. Idcircò Chriſtus geminam habuit naturam, vt id efficeret: Moyſes autem purus extitit homo, & ideò à plena ratione mediatoris deficit. Hæc tamen ratio hoc loco non tangitur, rectè autem prior exprimitur.

Genna. apud Oecum. c. 7. in hanc epiſt.

Gaudio autem non mediocri perfuſus ſum, quòd apud Oecumenium inuenerim Gennadium antiquum ſcriptorem, & Catholicum, ita hunc locùm interpretantem, cuius hæc ſunt verba: *Dicit ergo quod Moſes quidem mediator fuerit ad dationẽ legis, ſed vni ſoli genti mediator fuit: oportet autem eum qui vere mediator futurus eſt erga vnum Deum omnium gentium, creari non ſuper mediationem vnius gentis, ſed omnium gentium, quãdoquidem etiam omnium gentium vnus eſt Deus. Hunc autem eſſe oportet non nudum hominẽ, qualis erat Moſes, ſed Chriſtum filium Dei, qui idem ſimul verè Deus eſt, & verè homo: & cognatione quam ad vtrumque habet, vtrumque in ſeipſo coniungit.*

Rom. 3.

Si Deus in Chriſto mundum ſibi reconciliauit, qua ratione mediator dicitur Chriſtus.
2. Cor. 5.

Nec conciliationi aut mediationi Chriſti Filij Dei repugnat illud: Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi: quia Pater dicitur reconciliare per Chriſtum, quatenùs ipſe nobis dedit mediatorem, & conciliatorem, & ipſum interpellãtem pro nobis exaudit.

I. ratio ad probandũ Chriſtũ hic mediatorem accipi non poſſe.
II. ratio.

Quòd igitur hic locus, de Chriſto mediatore non intelligatur, vt Theophylactus, & Oecumenius, & Chryſoſtomus dixerunt, ſuadet in primis autoritas Epiphanij in Manichęos, & Gennadij apud Oecumenium. Deinde, quòd etſi Deus nonniſi ſe patefecerit, hæc tamen locutio, in manu Mediatoris, non ſummam, neque primariam aliquam denotat poteſtatem, ſed operam potiùs ac miniſterium: ideò non videtur poſſe Filio Dei tribui, niſi quatenùs homo eſt factus: at in lege ferenda, nihil niſi terrifica, & ſumma illa Dei maieſtas eminebat, & qualis erit ſecundus Chriſti aduentus.

Exod. 19.
Infrà 20.
III. ratio.
2. Cor. 3.
Ibidem 7.

Tertiò, quia hic agitur de lege, & non ſimpliciter, ſed vt opponitur promiſſioni: quæ lex non modò non viuificat, ſed etiam occidit; & eius miniſtratio dicitur mortis à Paulo. Ita vt primariã ſanctionem Chriſto commodè tribuere non poſſimus, quem vt promiſſionis Dei vnicum mediatorem videtur Apoſtolus ex diametro pacto legis opponere.

IV. ratio.

Quartò, ſi de Chriſto hęc interpreteris, quæ manifeſtè ad legem pertinent, qua ratione ſequentia connectes? & quomodo à veteri pacto tam citò ad nouum tranſit Apoſtolus, ſequentem clauſulam: (Mediator autem, vnius non eſt) ſi de officio Chriſti interpreteris, id eſt de munere Deum cũ hominibus conciliandi?

V. ratio.
Exod. 20.

Quintò, cùm ait: *Mediator autem vnius non eſt*, ex ipſo ferendæ legis modò Apoſtolus indicat, legem non modò non eſſe vinculum noſtræ cum Deo coniunctionis, ſed etiam certiſſimum abalienationis ab illo ſignum. Nam cùm in ferenda lege quæſierunt, vel petierunt internuntium. (dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur (quia Deum vt terribilem, & formidabilem legiſlatorem ferre nequibant. Ideò lex non eſt medium, quo Iſrael iungitur Deo, ſed quo deterritus internuntium requirit.

Hęc etiã ſententia: Mediator aũt vnius nõ eſt, quem ſenſum admittat idoneum.
Amoris propriũ quid ſit.
Ioan. 17.
1. Cor. 6.

Et poſſumus aliter interpretari hoc, quod dicitur mediator non eſſe vnius, id eſt, non indigere mediatore eum, cui prorſus cum eo conuenit, cum quo agit: ſiquidem intermedijs apud eos egemus, quibus cum apud ipſos conuenire non poſſumus, vel ſi nos inuitant, non audemus, ſed vt minimum duorum eſt, vt quidem inter ſe diſſidentium. Nam omnibus linguis notũ eſt, vt qui ſe inuicem amant, vnum eſſe dicantur: vt Ioan. 17. *Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus:* Et Paulus: *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Et ita ſubiungit: *Deus autem*

vnus

Digitized by Google

Rom. 3. Epheſ. 4. 1. Tim. 2.

vnus eſt. Ex quo concludit alibi, quòd ſit Deus non tantùm Iudęorũ, ſed etiam aliarum gentium: & vnam eſſe fidem, & vnum mediatorem. Sed quibuſdam videtur melius hic dici vnum, per Antanaclaſis figurã, quæ eſt eiuſdem verbi contraria ſignificatio, de qua Quintil. lib. 9. c. 3. Cùm enim vocem vnius in vno ſenſu accepiſſet, ſubdit poſtea in alio: *Deus autem vnus eſt*, id eſt, qui ſui ſit ſemper ſimilis, & idem, & qui nihil eorum quæ promiſit, mutauerit. *Ego*, inquit, *Dominus, & non mutor.* Per eandem figuram alibi dixit: *Et de peccato damnaret peccatum:* & iterum: *Eũ qui nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit.* Ita hoc loco aliter atque aliter eâdem voce vtitur. Quare huic conſonus, opponit: Num Deus legẽ ferendo à ſeipſo diſſenſerat, poſtquã cõtraria lex eſt promiſſioni? Idcircò ſubiungit: *Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia.* Arguit igitur Apoſtolus in prędicta, in hũc modũ: Si enim lex non ſolùm nõ viuificat, ſed etiam exundare facit peccata, cùm dicas poſitam propter tranſgreſſionem: eſſet igitur contra promiſſa Dei: nam præuaricationum abundantia videtur contra ſalutẽ quę promittitur, operari. Sed cùm hoc dici de lege non poſſe videatur, vt videlicet ſit contra Dei promiſſa: dicetur potiùs legi ineſſe vim viuificandi.

Quintil. inter medium cap. & finem.

Malach. 3.

Rom. 8. 2. Cor. 5.

Ad V. diffic. Circa id: Lex ergo aduerſus promiſſa Dei, &c. quid ſibi velit hæc ratiocinatio.

Rom. 5. Infrà 7.

Si lex Moyſi viuificaret, quid inde cõſequeretur.

Sed hoc conſequens reprobat Apoſtolus, quod lex viuificat. Nam ſi hoc lex præſtare poſſet, verè ex lege orietur iuſtitia, & fruſtra Chriſtus mortuus eſſet, Prophetarũ quoq; oracula conciderent, & falſa inuenirentur, quę per Chriſtum promittuntur de remiſſione peccatorum, & de iuſtiria ſempiterna adducenda, Dan. 9. Adhæc nullam vim argumento reliquit negans exũdantiã peccatorũ, & infidelitatis promiſſionibus Dei obſtitiſſe: imò bonitatẽ Dei eò magis ad miſericordiam exercendam prouocari, quò atrociùs inualuit peccatum: Nam vbi abundauit delictũ, ſuperabundauit & gratia. Nam prima iuſtificationis gratia nõ ſolùm peccato non impeditur, imò potiùs prouocatur: quia priora peccata admiſſa ſub veteri Teſtamento excuſabilia ſunt, vtpotè ante gratiam Dei, & lumen diuinum admiſſa, ac proinde faciliorem aditum prębent ad gratiã adipiſcendã. Ideò ſubiungit: *Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credẽtibus.* Ac ſi diceret, neceſſarium fuiſſe permittere peccatum in omnibus Iudæis & Gentibus, ad agnoſcendum morbum, & ad deſideriũ medici morbum ſanantis excitandum. Et hoc eſt quod hic ait, Scripturam, ſiue Deũ, ſcilicet per Scripturam loquentem, cõcluſiſſe omnia ſub peccato, vt etiam dicitur ad Rom. 11.

Dan. 9.

Rom. 5. Vnde probatur, primã iuſtificationem peccato impediri minimè potuiſſe.

Explicatur hoc: Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

Rom. 11.

Sed eos non ſic permiſit, vt ibi ſiſterent, ſed vt promiſſio Ieſu Chriſti redimentis à peccatis, & iuſtos efficientis, & gratiam, & gloriã donantis credentibus cõcederetur, quò homines peccatis deterriti, ad vnã promiſſionem Abrahæ factam confugerent, & crederent ad eum modum quo ipſe Abraham crediderat.

Omnia verò, dixit, id eſt, omnes homines: & maior eſt emphaſis, quàm ſi dixiſſet omnes. Eſt autem vrgens Pauli δεινότης, ſiue vis tot enthymematum. Nam meritis operum legis, opponit promiſſionem, fidẽ, Ieſum Chriſtum, & verbum dandi, & credendi. Eſt autem promiſſiò per Metonymiam res promiſſa.

Prius autem quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex, pædagogus noſter fuit in Chriſto. Quoniam dicturi erant pſeudapoſtoli: Etſi iuſtitia ex lege non promanaret, ſed ex gratuita in Chriſto promiſſione: cũ tamẽ Deus qui ſemper eſt ſui ſimilis, œconomiam illã Moſaicam inſtituerit, q̃ ad Chriſtum adduceret, quò iure vis illam nunc abolere? Et quid iniquitatis habet, ſi cum Chriſto legem iungamus?

Pſeudapoſtolorum legem Moyſi cũ Euangelio miſcere volẽtiũ obiectionis ſolutio.

Reſpõdet Apoſtolus, temporariam fuiſſe illam œconomiam, & ideò illam comparat pædagogo, qui ad tempus deſtinatur. Vocat autem hoc loco fidem, nõ quamuis, ſed illam explicitam, & apertam de Ieſu Chriſto, cuius comparatione prior fides fidei rationem vix habebat, cùm nõ cõtineret certam præmiorum æternorũ mercedem, & Ieſum detectum atq; explicitum. Dicitur autem venire fides per Proſopopœiam: fingit enim Apoſtolus fidem, & legem, quaſi duas perſonas. Sine figura autem dixiſſet: Prius quam prædicaretur Chriſtus incarnatus, & crucifixus. Et ſimiliter quod ait: *Sub lege cuſtodiebamur*, per eandem figuram fingit legem quaſi perſonam quæ cuſtodię Iudæorum eſſet deputata.

Ad VI. difficultatem. Quẽadmodũ veniſſe dicitur fides, quæ antea ſemper in omni lege fuit.

Proſopopœię vſus hoc loco.

Cuſtodiebamur autem vt pueri, & in hoc erat cuſtodia, quòd vt pueri, ab alijs nationibus ſeparati erant, ne fluerent in idololatriam, & veluti muro quodam continebat nos, ac veluti cancellis certis arcebat, ne præcipites ferremur in vitia. Et ſubdit: *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto* (legendum, *ad Chriſtum*, vel exponendum, *in Chriſto, hoc eſt, ad Chriſtum*, vt Gręca litera habet) *vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.* Rectè lex cõparata eſt pædagogo: Primò, quia ille non

Quonã modo Iudæi, & quare ſub lege cuſtodirẽtur concluſi vſq; ad fidei aduentum.

Ad VII. diffi. 1. ratio cur lex pędagogo comparetur à Paulo.

conſti-

conſtituitur in totam vitã, ſed in pueritiam tantũ deſtinatur: vt patet ex etymologia vocis. Etenim pędagogus, qui ducit, vel agit pueros.

II. ratio.

Deinde pædagogus puerum inſtituendo, eò ſpectat, vt rudimentis puerilib. ad maiora pręparetur.

III. ratio.

Tertiò, paruulis aſſignatur, vt ætatem laſciuientem, & ad vitia pronam timore refrænet. Et vt Grammaticus puerum ſua cura formatum tradit in eius manum, qui altioribus diſciplinis expolire queat: ita lex tanquam elementaris quædam Grammatica Iudæum ducebat ad Chriſtum, Theologiæ principẽ, à quo perfecta ſcientia fidei imbuendus erat. Et ideò ait, ad Chriſtum.

Quid eſſe ſub pędagogo.

Vbi ergò fides, & Ieſus perfectus Doctor perfecti mandati venit, non ſumus iam amplius ſub pædagogo, id eſt, etiam ſub Decalogo quatenus à Moſe tradito, & timore ad ſui obſeruantiam cogit:

Galatæ quomodo pertinebant ad Chriſtũ, qui tamen ſub legis pædagogia fuerant nunquam.

Quòd ſi argumẽtarentur Galatę: Lex, pędagogus fuit ducens ad Chriſtum: nos nõ fuimus ſub pędago: ergo ad Chriſtum nõ pertinemus: Reſpõdet Apoſtolus: *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu*, Quaſi diceret: Nihil mouere vos debet, ꝙ non fueritis ſub pædagogia legis: quia ſine magiſterio, & inſtructione conſecuti eſtis fidem, & per eam perinde eſtis filij Dei, atque Iudæus credens.

Quid nos faciat Dei filios.

Fide enim efficimur filij Dei, iuxta illud: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Ioan. 1.

Et hoc probat: *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, Non eſt Iudæus, neq; Græcus, &c.*

Matth. 3.

Baptizati vt Chriſtum induant.

Quemadmodum enim Chriſtus cum baptizatus fuit, omnes induit, vt totum illum veterem hominem aquis immergeret, ita & nos in baptiſmo illum induimus, vt cum illo veterem hominem exuamus, & vitam nouam cum ipſo adipiſcamur.

B. Baſil. to. 1.

Baptiſmatis huius indumẽti neceſſitas & vtilitas.

Annotauit Baſilius hom. 2. de baptiſmo natos indigere indumento vt amiciantur: noſter autem amictus eſt Chriſtus, cum illũ lingua, mores noſtri, & opera in nobis viuere teſtantur. Hoc veſtimentum traditur in baptiſmo, cum dicitur baptizato, *Accipe veſtem candidam, & immaculatã, &c.* Vno enim Chriſto à nuditatis noſtræ verecundia protegimur, à frigore, calore, & alijs iniurijs defendimur, & veſte nuptiali ornamur.

Non eſſe in Chriſto neq; Iudęũ, neque græcum, &c. quid.

Et in hoc perſonarum acceptio nõ eſt in Chriſto, ſiue quis ſit Iudęus, ſiue Gręcus, ſiue liber, ſiue ſeruus, &c. Vigebãt olim perſonarum, & populorũ diſcrimina: quę in Chriſto penitùs ſunt ſublata.

Quẽadmodũ Chriſti fideles vnum ſint.

Et ideò ſubiungit: *Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.* Id eſt, vnum corpus eſtis. Gręcè dicitur εἷς, id eſt, vnus, hoc eſt vnius hominis inſtar, vt ſumma coniunctio denotetur: quia omnes homines vnius ſpeciei participatione vnus homo ſunt, vt docet Porphyrius: nõ autem vnus, quaſi vnum tantùm ſit indiuiduum.

Porphyr. in prædicabilib.

Et tandem ſubiungit: *Si aũt vos Chriſti, ergo ſemẽ Abrahæ eſtis, ſecũdùm promiſſionẽ hæredes.*

Quomodo credẽtes ſint ſemẽ Abrahę.

Non dignitate vlla corporum, ſed excellentia fidei. Si enim ſemẽ Abrahę eſt Chriſtus: quicunque in illo ſunt, in ſemine illo, cui hæreditas repromiſſa eſt, inueniuntur. Illius ergo nos ipſi hæreditas ſumus, iuxta illud: Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: & ille rurſus nobis eſt noſtra hęreditas feliciſſima in cœlo repoſita, niſi nos hæreditatis extorres noſtris peccatis conſtituamus.

Pſal. 2.

DISPVTATIO XXIX.

In illa verba Cap. 4. *Dico autem, quãto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit Dominus omnium: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporũ, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, Pater*, & reliqua vſque ad: *Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe.*

Quæſtio I.

CIRCA verba propoſita primùm venari oportet mentem Apoſtoli in hac prima ſententia, quæ de paruulo hærede, qui nihil differt à ſeruo, loquitur.

Secunda.

Deinde quænam ſit hæc ſimilitudo ſumpta à re ciuili, & qui ſunt iſti tutores, & actores.

Tertia.

Tertium dubium eſt, quomodò ſit hæc ſimilitudo applicanda, & quæ ſunt illa elementa, ſub quibus ſeruiebamus, & quomodò erant mundi huius elementa illa, quæ à Deo ſunt tradita.

Quarta.

Quartum eſt, quia etiam opponi poſſet Apoſtolo, quòd nos Chriſti cultores paruuli, & inſtar ſeruorum ſub tutoribus & curatoribus fuimus: quia lac nobis potus datus eſt, non eſca: & dicitur ad Ephesios: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.*

1. Cor. 3.

Epheſ. 4.

Quinta.

Quintum, quæ ſit illa plenitudo temporis in Scripturis decantata, & vnde, & quò, & quomodò miſſus Dei fi-

Sexta. Ioan. 3. Rom. 8. Septima. Octaua. Nona. Decima.

lius: nam ait, *Factum ex muliere, factum ſub lege.* Sextum dubium inde conſurgit: *Miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba Pater*: quia potius videbatur dicendum, ex Spiritu veniſſe adopotionem, cùm omnis renaſcentia ab illo veniat, iuxta illud: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto*: & ſic filiationem Dei; quam ècontrario ex filiatione veniſſe Spiritum. Non enim poſſunt filij Dei cenſeri, abſque Spiritu: & quomodo dicitur Spiritus clamare, cùm alibi dicat, quod in Spiritu clamamus, *Abba Pater*? Quomodò etiam hęredes per Deum? Septimum eſt dubium, quomodo cogniti ſcimus à Deo, quaſi De⁹ incipiat nos agnoſcere, quando incipimus in ipſum credere. Octauum, quid ſit conuerti ad infirma, & egena elementa: nunquid ea quę olim talia fuerunt, an quę modò talia ſunt? Nonò circa illud: *Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos*, cùm verba ſunt conciſa, & Laconica, & neceſſariò ſupplendum ſit aliquid ad integritatem ſenſus, dubium eſt quid ſit ſupplendum. Poſtremò dubium eſt, quid ſignificet: Per infirmitatem carnis euangelizare, & ſingula verba ob multitudinem rationum quibus vrget Galatas, & affectuum, quibus illos ad Chriſtum inuitat, ſuis difficultatibus non carent. Nos verò operam dabimus, Chriſto bene fauente, quo hæc omnia plana & illuminata reddantur.

Ad I. quæſt. De Pauli propoſito in præſenti diſputatione.

Ad primum igitur, probauerat Paulus, Abraham, & ſemini eius promiſſam hæreditatem, & ſemen illud fuerat interpretatus Chriſtum: videri ergo potuiſſet populus ille derelictus à Deo, & ſine eius prouidentia, ac fide, quod ad ſalutem attinet eorum, qui pręceſſerunt Chriſti Domini aduentum, præſertim cùm legem eſſe ex fide inficiatus fuerit, atque illam veniente fide ceſſare docuerit. Poſſemus igitur in hunc modum argumentari: Aut ille populus fide deſtruebatur, aut illam habebat: Si ſine fide erat, damnatus eſt, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Si autem fidem habuit, debuit ergò habentibus fidem lex ceſſaſſe. quibus iam Chriſtus aduenerat. Reſpondet autem Apoſtolus appoſito exemplo, qualis eſſet tunc mundus, nimirùm vt puer, qui licet ea ætate inſtitutus ſit hæres bonorum à patre, hæreditate tamen nõ potitur, ſed eſt ſub tutoribus & actoribus, donec impleat præfinitum tempus à patre. Etſi verò ſimilitudines rem per ſe dubiam, & in controuerſia poſitam non probent, nec confirmant: ſolent tamen rem an teiam probatam clariſſimè explicare, & illuſtrare. Et qui prius vſus eſt exemplo teſtamenti, & pædagogi; nunc à paruulis agentibus ſub tutoribus, & œconomis comparationem accipit. Et cùm proponat: Dico autem, quanto tempore hęres paruulus eſt, ea loquendi formula & charactare declarat Apoſtolus ſe interpretari, & dilucidius explicare, quæ ſuperiùs dixerat. Vnde accipimus, nõ eſſe nouam rationem, ſed ampliorem, & dilucidiorem à ſe ante dictorum explicationem, quaſi diceret; Illud autem quod aſſerui, nunc dico, id eſt explico, & magis aperio, ſicut ſuperius: *Hoc autem dico*, teſtamentnm confirmatum à Deo. Et pluries hanc rationẽ dicendi vſurpat, quãdo aliquid magis declarare intendit. Ita dixit: *Sacramentum hoc magnum eſt, Ego autem dico, in Chriſto, & in Eccleſia*, id eſt explico, de Chriſto, & Eccleſia eſſe intelligenda. Et hęc de primo.

Apoſtolica ratiocinatio. Hebr. 11. Eius diſſolutio. Similitudines ad quid valeant.

Galat. 3. Hoc loquẽdi genere Paul⁹: Hoc aũt dico quando ſoleat vti. Epheſ. 5.

Ad II. quæſt. De qualitate ſimilitudinis ab Apoſtolo inductæ, de paruulis, atq; tutoribus.

Ad ſecundum: Similitudo hæc eſt de pueris infantibus, qui pupilli & orphani ante ætatem legitimam à parentibus relinquuntur, quibus prudentes eorum progenitores ſolent de tutoribus & actoribus, ſiue vt Græca litera habet, œconomis, ſiue diſpenſatoribus, qui ſunt domeſticarum expenſarum curatores, proſpicere, donec pueri adoleſcant in maturam ætatem. Et primò quidem tutela ad decimumquartũ annum protenditur, quo tempore qui tutor eſt, curam & perſonæ, & rerum gerit omnium: deinde exactis alijs vndecim annis more Romano, tutor habebat curationem rerum, & facultatum, nõ amplius perſonę, quæ libera remanet, vt poſſit de ſe diſponere: ſed accedente vigeſimo quinto anno hæres & ſui, & bonorũ ſuorum recipit adminiſtrationem. Illo ergo tempore quo paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, quantum ad vitæ rationem: quia videlicet alieno regitur arbitrio, quomodo ſeruus, diciturque ei, *Fac hoc, vade illuc*; quòd ſi reſiſtat, poteſt compelli, aut flagellis cædi, etiam ſi ad eum pertineat hæreditas, & bonorum omnium dominium. Producit ergo Apoſtolus iuris Ciuilis deciſiones, quæ habentur in l. filiusfamilias, & l. ſeruus, ff. de teſtam. & l. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrah. quibus decretum eſt, paruulo, quanquam bonorum domino, illorum diſpenſationem non fore demandandam, donec adoleuerit. Quas ſanè ſanctiones Paulus non citaſſet, ſi impiò, & conſcientiarum carnificinæ forent, vt hæretici blaterant; & ſimili ratione alibi Apoſtolus producit teſtimonia ex Arato, Menandro, & Epimenide. Atq; hoc quidem vſq; ad pręfinitum tempus à patre. Græcè legitur προθεσμίας, quod eſt, diem præſcriptam, ad quam vſque dies

Tẽpus tutelę paruuli hæredis. Tempus curationis bonorũ eiuſdẽ tãtummodo. Hæres quandiu paruulus eſt, aut nihil differat à ſeruo. Matth. 8.

Tutelę tẽpus cur pręfiniatur etiã à lege

alicuius durat, deinde verò ſpirat, & euaneſcit. Et nihil refert, ſiue præfinitio fiat à patre, ſiue à lege, quæ pupillis perinde ac ſi pater adeſſet, voluit eſſe cõſultum. Et quãquam plures modi ſint, quibus tutela finitur, vt tradunt Iuriſconſulti: hic tamen ſolus modus quem tradit Apoſtolus, per patris ordinationem, congruebat ſimilitudini Pauli, & ideò illum ſolum profert:

Ad III. quęſt. Quam rectè Pauli inſtituto deſeruiat ſimilitudo propoſita.

Ad tertium, explicanda eſt explicatio, & propoſito accommodanda, de quo ait Apoſtolus: *Ita & nos cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes.* His paucis verbis videtur explicari ſimilitudo propoſita. Et in primis redit ad primam perſonã, de qua ſuperius dixit: *: At vbi Fides, iam non ſumus ſub pædagogo:* ita & nos, cùm eſſemus paruuli, Tales erant Iudæi (ante Chriſtum videlicet) vt hęres paruulus inſtitutus ad adeundam hæreditatem Abrahæ: & ſub lege, & Prophetis, tanquam ſub tutoribus, & actoribus ſeruabantur ad tempus à Deo præſtitutum.

Paruulus ille ſub tutorib⁹ & actorib⁹ agẽs, quis ille.

Tutores, & actores quinã Hieronymo.

Hieronymus per tutores intelligit Angelos Dei, per quos etiam regebantur antiqui Patres, & docebantur per elementa mundi, vt nonnullam veritatem aſſequi poſſent: ſicque multi ſalui facti ſunt ex ipſis Gentibus per Angelorum miniſterium, teſte Dionyſio. Verba Hieronymi hęc ſunt: *Tutores, & actores, poſſunt & Prophetæ accipi, quorum verbis quotidie in aduentum Saluatoris erudiebamur: ſicut pædagoga Moyſi lex ſupra diſſerta eſt, & Angeli paruulorum, qui quotidie vident faciem Patris, & interpellant pro eis. De quibus dictum eſt: Immittet Angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eruet eos, Rectè hi ſub tutoribus & actoribus eſſe dicũtur, qui habentes Spiritum timoris, necdum meruêre ſpiritũ libertatis & adoptionis accipere. Aetas enim infantia ad peccata formidat: pædagogũ metuit, nõ cõfidit eſſe ſe liberã, licet per naturam domina ſit.* Hęc ille. Et quantum ad hoc ſpectat, nihil diſtabant à ſeruis, quoniam perinde erant ac illi, qui in ſeruitutem ſunt redacti. Tales enim erant omnes homines, qui in peccato naſcuntur, nimirùm vt pueri: deficiebantq́; cognitione, & affectu, Patrẽ non agnoſcentes, nec amantes.

B. Dion. lib. cœleſt hierar. c. 9.
Alter ſenſus eiuſdem,
Galat. 3.
Matth. 18.
Pſalm. 33.
Rom. 8.
Infantilis proprium ætatis quid.
Paruuli etiã qui myſticè.

Quę ſint mũdi elementa, ſub quibus eramus ſeruientes:

Subdit: *Sub elementis mundi eramus ſeruientes.* Quidam hoc loco per elementa intelligunt quatuor illa phyſica, & ſatis nota elementa, ignis, aquę, aëris & terræ, ſolem, lunam, & ſtellas, & ita hoc referunt ad Gentes, quæ illa colebant; à quibus, cùm Chriſti venit plenitudo, libertati ſumus. Quod genus expoſitionis minimè eſt probandum, quia hic locus Iudæos non attingeret, de quibus ſolis erat ſermo, ſed tantùm Gentiles.

Primus ſenſus minimè aptus & congruus.

Alter congruentior.

Ideò melius intelligimus per Elementa, Moyſis legem, & eloquia Prophetarum: ꝙ per hæc quaſi per initia, & exordia literarũ, Dei timorem, qui ſapientiæ eſt principium ſuſcipiamus. Vt enim per Elementa ſyllabæ iunguntur, & per ſyllabas dictiones integræ, & per dictiones oratio connectitur, & non tam ſui, quam alterius rei vtilitate diſcuntur, nimirùm, vt poſſimus orationem legere contextam, in qua ſenſus magis quam Elementorum, aut verborum ordo conſiderantur: ita etiam illa ænigmata, figuræ, & vmbræ, atq; elementa legis, ac Prophetarum propter ſe non erant, ſed propter Chriſtum, & Euangelium, ad quod ducebant: traditaq́; non ab homine, ſed à Deo per Moſen, vt vel ex effectis ex parte Deum agnoſcamus.

Pſal. 110.
Eccli 1.
Ratio cõparationis Apoſtolicæ.

Cũ lex & eloquia Prophetarũ Chriſtũ prefigurarẽt, cur dicuntur elementa.

Si dicas, Cur mundi elementa vocat, cùm ſpiritualem haberent ſignificationẽ? Reſpondeo, perinde eſſe ac ſi dixiſſet, Non habemus nudam veritatem, ſed corporeis, ac terrenis huius mundi rudimentis implicitam: nam peritura erant, & per ſe cõſcientiam iuſtificare non poterat. Quia ergo corporea, & externa erant, ex mundo dicuntur fuiſſe, etiamſi in illis ſubeſſet cœleſte myſterium. Talia erant Circumciſio, Sabbatum, Neomenia, Sacrificia, Paſcha. De his elementis ſcribit ad Heb. 5. *Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei.*

Hebr. 5.

De quib⁹ elemẽtis Apoſtolus in epiſtola ad Coloſſ. loquatur.

Quòd ſi obijcias, Apoſtolum ad Coloſ. 2. aliter vſurpare elementa mundi, cùm ait: *Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum Elementa mundi.* Dicendum eſt, Apoſtolum adiunxiſſe ibidem, vt id declararet: Per philoſophiam, & inanem fallaciam, &c. & non ſecundũ Chriſtum. Vbi planè oſtendit nõ eſſe elementa apud Galatas, & apud Coloſſenſes: nam illa huius epiſtolæ referuntur ad ſymbola: & figuras legis, à quibus aperta veritate redimũtur; illa verò ad Coloſ. ad homines mendaces, & fallaces referenda ſunt, vt illa principia, quibus Ariſtoteles ęternitatem mũdi probare ſibi videtur, & ex illo principio: *Ex nihilo nihil fit*: colligebat mundum nõ eſſe creatum, atq; ex illo: *A priuatione ad habitum non eſt egreſſus*, poſſet negari corporum reſurrectio. Iſta ſunt elementa hominum, & perniciosa, & in errores ducentia: Et cùm vera ſapientia deſurſum deſcendat; hæc, vtpote falſa, per elementa mundi aſcendit ad ea quæ Dei ſunt, & ſola fide apprehendi poſſunt, temerè iudicando.

Ariſtoteles falſa ſecundũ fidem principia quæ.

Diuinę ſapiẽtię ab humana diſcrimẽ.

Ad IV. quęſt.

Poſtremò, ſi quis obijciebat id. de quo

Quam verè Paulus ac ſibi conſcienter à voce paruuli excipiat Chriſtianos.

quarto loco dubitatum fuit, quòd etiam in ſtatu Euangelico ſint paruuli, inſtar eorum qui degunt ſub tutoribus, & curatoribus, quibus conuenire illud poſſit: Lac vobis potum dedi, non eſcam, & capite præſenti Apoſtolus Galatas cõparat infantibus, cùm ait: *Filioli mei quos iterum parturio*, ita vt inter Chriſtianos & Iudęos nullũ in hoc appareat diſcrimen: Reſpondendum eſt, in iſtia nunc productis teſtimonijs agi de ſingulis quibuſq; hominibus, & priuata cuiuſq; fide. Sunt enim inter Chriſtianos & paruuli, & adoleſcentes, & patres, ideſt incipientes, proficientes, & perfecti: hic verò tractatur de ſtatu Veteris, & Noui Teſtamenti. Nam illud ex vi legis puerorum erat; at hic ſtatua noſter, virorum eſt, qui iam maturi & perfecti ſunt. Vt etiam alibi hanc differentiam indicans, dixerit: *Cùm eſſem paruulus, loquebar, ſapiebam ve paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli.*

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Si paruuli Iudęi pręç Chriſtianis fuerunt, quid de inſigni Abrahę & Prophetarum ſanctitate ſentiendum.

Soluitur etiam alia obiectio: quia incõparabilis fuit Abrahæ fides, & obedientia, Prophetę magna intelligentiæ luce pręfulſerunt: quis ergo audeat nos illis conferre, nedum præferre? quibus ſi componamur, inueniemur nani cum gigantibus, & infirmi pueri cum fortiſſimia hæroibus collati: Reſpondemus enim, illos ad Nouum Teſtamentum ſpectaſſe. Et vt non negemus illos in Veteri Teſtamento floruiſſe; non tamen deeſt ſolida argumenti ſolutio. Nam vt ſtatus virginũ vincit dignitate eos, qui in coniugio degunt, ſed tamen inueniuntur coniugatæ, quæ ſanctitate vitæ multas virgines ſuperant: ita etſi Vetus teſtamentum, quod ad ſtatum attinet eiua, inferius eſſet ſtatu Noui teſtamenti, nihil tamen vetat quoſdam illiua inferioris ſtatus anteuertiſſe multos, qui in Nouo degunt Teſtamento.

Veteris teſtamenti fideles cum illius noui, in quibus conueniant.

Reſpiciendum igitur, qualis fuerit Dei œconomia in illis, & noſtris gubernandis & quid inter nos conueniat, & quid differat. Nam primò eandem hæreditatis ſpem Patres ſub veteri habuerunt, quam nos hodie habemus: quia eiuſdem adoptionis participes extiterunt, etſi illud fuerit tempus pueritiæ, hoc autem adultæ & perectę ętatis. Et hæc de quarto.

Ad V. quæſt. Hęc Pauli verba: At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuum, &c. quo tendere videantur.

Ad quintum de illis verbis: *At vbi venit plenitudo temporũ, miſit Deus Filium ſuum, &c.* dicendum in primis, Apoſtolum progredi in producta ſimilitudine: & tempus definitum à Patre explicat, dicens: Tempore pueritiæ, & ante Chriſti cognitionem, & prædicationem, & miſſionem Spiritus ſancti, lex tutor noſter erat præſcribens facienda, agens, & impellens ad ea, quæ ſeruanda, & vitanda erant, erudiens, & caſtigans, & ſpe ſola mancipationis ducens. Vbi verò nobis propoſita eſt Abrahæ hæreditas promiſſa, & prædicatio Euangelij ſplenduit, & Chriſtus venit, & Spiritus ſanctus adeſt, reddimur à lege omninò liberi, & re ipſa hæreditatem poſſidere incipimus.

Quæ ſit illa temporis plenitudo.

Quare plenitudo temporia, vel tempus plenum, ætatem qua venit Meſſias, denotat; in qua Deus impleuit promiſſa Abrahæ, & prædicta à Moyſe, & Prophetis, Impleuit mũdum ſua pręſentia, quia plena eſt omnis terra gloria eius. Impleuit etiã homines gratia, & veritate, quibus ipſe plenus erat: quia de eius qui apparuit plenitudine, omnes accepimus, & gratiam pro gratia; id eſt, gloriam quæ gratia eſt cõſummata, pro benefactis ex Dei gratia.

Eſai. 6.

Ioan. 1.

Accipere gratiam pro gratia, quid ſit.

Et quod ait, *Miſit*, Gręcè eſt ἐξαπέςειλεν, id eſt emiſit, hoc eſt extra ſe, & ſinum ſuum in mundum legauit. Vnde Dominus dixit: *Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo proceſſi & veni: neque enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit.* Miſit autem, non vbi prius non eſſet, qui omnia implet, ſed vt nouo quodam modo, ac noua ratione homo etiam eſſet quia antea Deus erat tantùm.

Infrà 8.

Quomodo qui cœlum & terram implebat, miſſus dicitur Filius Dei.

Subdit quomodo miſerit: *Factum ex muliere.* Vt enim ex muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur, ita per mulierem venire debuit initum ſalutis, & vitæ. Et in primis Paulus alluſit ad illud: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* Et eſt ſenſua: Naturam noſtram induit humanam, & hoc eſt nouo modo veniſſe: atque id multò euidentiùs dixit, quam ſi dixiſſet factũ hominem. Voluit enim indicare: Chriſtũ aſſumpſiſſe carnem ſuam de ſubſtantia ſanctiſſimæ virginis. Et non dixit, factum per mulierem: quod Marcion, Valentinus, & Apelles volebant, qui putatiuam, vel phanſticam, vel cœleſtem Chriſti carnem aſſerebant; ſed, factum ex muliere. Non rurſua natum, vt quidam legunt, ſed factum: quia eadem vox γενόμενον ponitur in hoc verbo, & in ſequenti, factum ſub lege. Et per verbum, factum, diſcernitur Chriſtus à reliquis hominibus; quia ipſe ex ſemine ſolo fœminæ creatus eſt Spiritus ſancti virtute, non ex viri & mulieris ſemine, vt nos omnes.

Ierem. 31. idẽ cur fact[9] ex muliere.

Eccleſ. 25.

Gen. 3.

Factum ex muliere, non, Factum hominem, & ex muliere, non per mulierẽ, cur dixerit Paulus.

Chriſti priuilegium à Paulo inſinuatum hoc loco.

Nequaquã Apoſtolum, vt impudẽter ei Lutherus impoſuit & cõtumelioſè virginẽ matrẽ in eius cõtumeliã mulierẽ appellaſſe.

Tertiò aduerte, Lùtherum hoc loco Virgini matri iniuriam extitiſſe. Scripſit enim: Hoc loco Paulus, vt apparet, quaſi per contumeliam, Virginem matrem filij Dei, mulierem tantùm appellat, quòd ſi verum

eſſet Chriſtus quoq; matri ſuę iniurius extitiſſet, cui in nuptijs Cana Galilęæ dixit aliquid aſperius; *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Et in Cruce, vbi afflictiſſimæ parenti dixit: *Mulier ecce filius tuus.*

Matth. 1.
Ioan. 2.
B. Aug. to. 4. prope fin.
Gen. 1.

Sed certè verius multò dici poſſet, Lutherum per contumeliam hoc Paulo tribuiſſe. Certè Hieronym. aliter ſcripſit: *Quod Apoſtolus ſanctam, & beatam matrē Domini, mulierem, non virginem nominauit: hoc idem & in Euangelio κατὰ ματτάιον ſcriptum eſt: quando vxor appellatur Ioſeph, & ab ipſo Domino quaſi mulier increpatur. Non enim neceſſe erat ſemper quaſi caute, & timide virginem dicere, cùm mulier ſexum magis ſignificet, qam copulam viri, & ſecundum intelligentiam Græcitatis γυνὴ tam vxor, quam mulier valeat interpretari.* Auguſtinus verò hęc verba interpretans dixit, *Mulierē pro fœmina poſuit more locutionis Hebræorum*: Et producit illud de Eua dictum, *Formauit eam Deus in mulierem*: Vbi ſermo eſt de Eua Virgine & intacta viro. Tertullianus verò lib. de velandis virginib. docet, mulieris nomen in Scripturis his etiam cõpetere fœminis, quę viros paſſę non ſunt, & ad ſexum ipſum, nõ ad gradum ſexus pertinere: quo nomine etiam virgines cenſeantur. Vnde cũ Gabriel Angelus mulierem ſciret dici pro virgine, Mariam quãuis virginem inter mulieres benedictã ſalutauit. Ita Prophetæ etiam Mariam nominare ſolent iuxta illud: *Mulierem fortem quis inueniet?* & Ierem. *Creauit Dominus nouum ſuper terram: mulier (γυνὴ) circundabit virum.* Deniq; Orig. hõ. 8. in Leuit. *Si rectè*, inquit, *dicitur vir ille pro ſola temporis ætate, etiam is qui nullius admixtionem fœminæ nouerit, quomodo non eadem conſequentia etiam virgo quæ intemerata permanſit, pro ſola ætatis maturitate mulier nominetur.*

Vbi ſcripturarum mulier ſignificet incorruptam.
Luc. 1.
Prouer. vlt.
Ierem 31.
Orig. circa prin. homiliæ, tom. 1.

Subdit deinde, *Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt, redimeret.* Deſcribitur Chriſti officium. Chriſtus enim Filius Dei qui ab omni ſubiectione, & legis dominio fuit immunis, legi tamen voluit eſſe ſubiectus, cũ circumciſus eſt, cùm oblatus, cùm in templum ventitabat, & Paſcha cum diſcipulis celebrabat: cuius obedientiæ, & ſubiectionis fructus, emancipatio fuit à lege, & adoptatio in filios, & particularis quædam pro Iudæis, qui erant ſub legis maledicto, requirebatur redemptio. Eſt enim, eſſe ſub lege, ſentire vim & dominium, tyrannidem, & accuſationem legis. Finem ſubiungit: *Vt adoptionem filiorum reciperemus.* Coniungit iam Gentes Iudæis, & priores facit Iudæos Gentibus in redemptione, ſicut ad Roma. 2. dixit: *Iudæo primum & Græco.* Et hanc rationem liberandi Iudæos à lege, expreſſit ad Roman. 8. *Nam quod*, inquit, *impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus miſit filium ſuum, &c. & de peccato damnauit peccatum in carne.* Et de adoptione etiam ibidem ſubiũgit: *Non enim accepiſtis Spiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Et ſicut ibidem ait: *Si autem filij, & hæredes*: Ita infrà: *Quod ſi filius & hæres, per Deum.* Erat quidem nonnulla adoptionis ſpecies in lege, ſed vmbratilis, ac typica, de qua Rom. 9. dixit: *Quorum adoptio eſt filiorum*: ſed illa præ iſta Euangelica vera non erat, & vix eo nomine digna. Cùm igitur in Adam eſſemus natura filij iræ, & in Môſe filij maledictionis promeritę per legis trãſgreſſionem: ita miſſo filio ſuo prędicante, & moriente pro nobis, dedit omnibus credentibus poteſtatem filios Dej fieri.

Luc 2.
Ibidem.
Ibidem.
Infra 22.
Quid eſſe ſub lege.
Cur filius Dei miſſus in mundum.
Rom. 2.
Quomodo à lege liberati Iudæi.
Infra 8.
Ibidem.
Ibidem.
Rom. 9.
Ephes 2.

Et declarans qua ratione accipiamus filiorum adoptionem, ſubiungit: *Quoniã autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater.* Qui Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei, vt alibi dixit, & Spiritus tum Dei, tum Filij dicitur, qui ab vtroque procedit, & vtrique eſt ὁμώσιος. Et non tantùm dicitur loquens, ſed clamans magna fiducia. Abba Iudæus clamabat, Pater Gentilis. Et clamans ait, id eſt clamare faciens; ſicut poſtulat pro nobis, id eſt, poſtulantes facit. Idem eſt ergò clamare Spiritum, & nos per Spiritum clamare: quemadmodùm rectè dicitur, Homo videt, & oculus videt. Videt enim propriè ipſe homo, ſed per oculum. Quod attentè expendendum eſt propter eos, qui volunt, in nobis Deum facere, & operari omnia ſine nobis. Hieronymus in hæc verba ait: *Notandũ quia clamor in Scripturis, non magnæ vocis emiſſio, ſed ſciẽtiæ entelligatur, & dogmatũ magnitudo. Nam & in Exodo reſpõdet Dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me? cũ penitus Moyſi vox nulla præceſſerit, Verùm cõpunctum cor, & populo lacrymabiliter ingemiſcẽs, Scriptura clamorem vocauit.* Hæc ille.

Ioan 6.
Rom. 8.
Spiritus ſanctus cur Patris, & filij Spiritus nominetur.
Ibidem.
Aduerſus Lutheranos, cũ Deo vim cooperandi humano tollentes arbitrio.
B. Hier. to. 6.
Exod 14.
Moſis clamor taciturnus quis ille.

Porrò vocabulum peregrinum, Abba, Hebræis, Syriſque commune, interpretatur verbo Gręco Pater: quia mos eſt in Scripturis, teſte Hieronymo, Hebræis vocibus adiungere interpretationem Græcam. Ita dicitur Bar-timæus, id eſt filius Timæi, & Tabitha quæ interpretatur Dorcas. Et Pater ponitur in Nominandi caſu. Quibuſdam tamen in annotat. ſuper caput 8. ad Romanos magis probatur eſſe figuram Anadiploſis, id eſt, geminationem, ad emphaſis affectum in oratione ſignificandum qui loquendi color Hebręis eſt familiaris, qui eandem vocem ſæpè iterant, vel aliam

De voce Abba, vnde ſit, & quid ſignificet.
Marc. 10.
Act. 9.
In his verbis Abba, pater Eraſmus quales agnoſcat Hebraiſmos.

Matth.7. Ierem.24. Supra 2. Pſal.8. Pſal.62. Pſalm.21. Matth.27.

æquipollentem Epitaſis gratia reddunt, iuxta illud: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine,* Et, *Quid tu vides Ieremia? Ficus, ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde,* Et, *Foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas: Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra: Et, Deus Deus meus ad te de luce vigilo,* iterum, *Deus Deus meus, reſpice in me.* ὁ Πατήρ, Nominatiuus pro vocatiuo atticè ponitur: & Auguſtini Epiſtola 188. eſt deprauata, vbi Abba, dicit vocem eſſe Græcam, Pater verò Latinam, cùm alibi aliter doceat.

Hac Pauli ſententia de ſpiritu S. in cordibus fidelium clamãte Abba Pater, abutũtur Lutherani aduerſus patrocinia ſanctorum

Spiritus S. vt doceat nos orare:

Vana eſt etiam Hæreticorum annotatio, Spiritum ſanctum nõ clamare in cordibus fidelium: S. Petre, ora pro nobis, &, S. Maria, ora pro nobis. Quaſi verò Spiritus ſanctus odiũ gerat erga Matrẽ Dei, aut in ſanctos, aut quaſi hic ſpiritus verus Matrem Dei, & ſanctos non diligat, & honorificet. Et eodem orare docente Eccleſiam, qua ſcilicet humilitate debeamus ad Patrẽ æternum preces fundere poſt ſanctiſſimæ Trinitatis inuocationem, & diuinæ miſericordiæ poſtulationem, impellit, vt per B. virginis Matris interpellationem, & Angelorum, & ſanctorum Apoſtolorum, & Martyrum, ac virginum preces, diuinam implo remus opem, & ſubſidium, & Spiritus ſubmiſſionem noſtram, & humilitatem, qua nos indignos reputamus; qui ad Deum per nos ipſos accedamus, vehementer commendat, ac probat.

Ad VI. quæſt. De ratione adoptionis filiorum Dei quæ Iudæis in lege, & illa quę cõpetit Chriſtianis in Euãgelio.

Sextæ dubitationi reſpondemus, non vno tantummodò dici filios Dei. Erãt enim Iudæi filij, ſed paruuli qui non differebant à ſeruis, & qui nondum Spiritum perfectionis habebant, quo clamatur Abba Pater. Eſt enim quodammodò filius, & non eſt, qui neſcit adhuc inuocare Patrem. Sunt etiam alij filij ſecundũ potentiam, quia erant iam quaſi candidati oẽs ad recipiendã adoptionẽ. Alio modo ſecundũ actũ, in quo eſt perfectio. Itaq; iam, inquit, nõ eſt ſeruus (vt prius ęrat ſub tutoribus, & curatoribus) ſed filius; quòd ſi filius, & hęres per Deũ, id eſt, Chriſtum, ex quo omnis eſt gratia. Codices Græci habent, per Chriſtum Ieſum, nõ, per Deum, vt interpres vertit. Sed nondũ adhuc perfectè filij, quoniam ambulamus in ſpe, quandiu peregrinamur à Domino. Et expende duas Domini de Chriſto promiſſiones, q̃ nomine veniunt hæreditatis: alteram, quæ pertinet ad ſubſtantiã gratię præſentis, quam in donis fidei, ſpei, & charitatis obtinuimus, de qua dicitur; Hęredes ſimus ſecũdùm ſpem vitæ æternæ: altera verò pertinet ad ſubſtantiam futuræ gloriæ,

Quomodo hęres per Deũ

Rom.8.

Duplex hæreditas fidelib⁹ promiſſa.

Tit.3.

& hãc expectamus, nobiſq; eam operamur per patientiam in tribulationibus. Ideò nobis dicitur; Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.

Philip.2.

Ad ſeptimum, cùm dicitur: *Sed tunc quidem ignoãtes Deum, ijs qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis. Nunc autẽ cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo, quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?* Quibus in verbis duo dubiola euacuanda ſunt, Sed primò magnum Dei beneficium fuiſſe oſtendit Apoſtolus ab infeliciſſimo ſtatu in optimum redegi: & ea ratione inſignem eſſe ſtultiam eorum, qui reuerti ad ſtatum priſtinum contendebant, quod erat retrocedere. Vt rectè Petrus dixerit: *Melius erat illis non cognoſcere viã iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti.* Tunc ergo ignorantes Deum, antequam ad fidem accederetis, necdum in cognitione veri Dei, ſed in cultu falſorũ deorum verſabamini, qui natura non ſunt Dij, Verus enim Deus natura eſt ex ſe, & non ex placito hominum: qui verò participant deitatem, vt & ipſi dij aliquo modo dici poſſint, ab ipſo Deo habent, non ex hominibus. *Nunc autem cum cognoueritis Deũ, imò cogniti ſitis à Deo.* Corrigit quod dixerat, vt magis Dei gratiam agnoſcant. Non enim vos veſtro labore Deum inueniſtis, ſed ille vos, cùm in erroris tenebris verſaremini, cognouit, ſiue dilexit: ex quo factum eſt, vt & vos agnoueritis, & dilexeritis Deum. Et reuera confitendum eſt, nos ab eo tempore quo credimus, peculiari ratione cognoſci, id eſt, diligi à Deo, niſi ad illud confugiamus, quod ſicut dicitur poſtulare pro nobis, quando facit nos poſtulantes, ita cognoſcit nos, quando præſtat nobis ſui cognitionem, & ita eſt euacuatum primum dubium.

Galatę quã ſtulti, quãq; Deo ingrati.

2. Petr.2.

Veri Dei nota.

Ad vij. quęſt. Vt verum ſit, nos cognitos eſſe à Deo, poſtquam Deũ ipſi cognouimus.

Rom.8.

Alterum eſt circa illud: *Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?* Nam cùm Galatæ Gentiles eſſent, & legem Moyſi nunquam ſeruaſſent; quomodo dici poſſunt ad eam reuerti, quam nunquam profeſſi fuerant? Dicendum eſt, non curaſſe Paulum vti verbo Reuertendi in omni ſua proprietate, quia nunquam Galatæ ſub illis ceremonijs fuerant, & tamen ſignificat tam abſurdum eſſe ab Euangelio ad legem reuerti, ac ſi Galatæ prius ſponte ſe lege abdicaſſent, vt profiterentur Euangelium, & ab illo poſtea relapſi eſſent ad legem, quod eſt libertatem cum ſeruitute permutare, & lac cum ſolido cibo, & vmbras confundere cum veritate.

Ad 8. quęſt. Quid ſit ad infirma, & egena elemẽta conuerti.

Galatę denuò legi Moſaicæ ſeruire volẽtes, quid agere videntur.

Et perpende, quod vt ſuperius dicens:

Sub

Sub elementis mundi eramus ſeruientes, vmbras & figuras denotans; ita hic eaſdem vocat elementa: Quæ ſanè erant infirma & egena, vtpote omnis gratiæ fructus prorſus expertia, & iam per Euangelij lucem exploſa fuerant, & ſuperſtitioſa reddita, tanquàm mendacia. Et explicans iſtas obſeruantias Iudaicas, ſubdit: *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.* Dierum obſeruatio erat in Sabbatis & neomenijs, id eſt, primo quoque die menſis: menſium obſeruatio erat in primo menſe Niſſan ob Paſcha, & in ſecũdo ob Pẽtecoſten, & in ſeptimo ob Scenopegiam, & in vndecimo ob Encœnia. Temporum obſeruatio erat: quia omnis maſculus ter in anno Ieroſolymam venire cogebatur ad oblationem faciendam. Annorum verò obſeruatio ſita erat circa ſeptimum remiſſionis, & quinquageſimum iubilæi annum.

Quomodo dies & mẽſes & tẽpora, & annos Iudæi obſeruarent.

Exod 34. 2. Paral.8.

Quæ verò hæretici ex his Apoſtoli verbis deducunt contra obſeruationem dierũ feſtorum ab Eccleſia inſtitutam, & exemplũ Victoris Papæ, qui Orientales propter diem Paſchę celebrandum excommunicauit: atque eam excommunicationem Irenæus reprehendit, quòd ob rem leuiculam ſit illa excommunicationis ſententia iacta: nonniſi pertinaciter, & malitioſè ab hæreticis obijciuntur; cùm hoc loco Apoſtolus non reprehendat niſi eos, qui obſeruãtias Iudaicas iam extinctas, tanquàm iudaizantes obſeruare volebant.

His verbis quẽadmodũ Lutherani abutantur.

B Irena. apud Euſebi Cæſarien lib 5. hiſtor Eccle. c. 24. circa med. tom 1.

Poſtremò reſpondebimus ad ea quæ ſuperſunt, quę in cũ locum congeſſimus: quę breui explicatione patebunt. *Timeo*, inquit, *vos ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis.* Hoc eſt: De vobis timeo, ne fruſtrà laboraſſe in vobis videar, tanquàm in vinea, & ædificio Domini. Et ſine cauſa, dixit interpres pro eo quod eſt, fruſtrà, id eſt, ne tantos labores meos reddatis inanes. Et circa verbum, ne fortè, quidam omittunt fortè, quia Græcè eſt μήπως: & ſæpè πῶς eſt parelcon, & ornatus gratia additur. Et tamen Chryſoſtom. hoc verbum põderat, dicens: *Cùm autem dicit, Metuo, & addit, ne fortè; ſimul & deſperationem illis iniecit, & in bonam ſpem erexit. Non enim dixit, Fruſtrà laboraui, ſed, ne fortè. Nondum, inquit, accidit naufragiũ, ſed adhuc tempeſtatem hanc hoc parturientem cerno; propterea metuo, non deſpero. Vobis enim in manu eſt totum hoc corrigere, & ad priſtinam redire tranquillitatem.*

Quid ſine cauſa Apoſtolum in Galatis laboraſſe.

In his verbis Metuo ne fortè, &c. quid obſeruet Chryſoſtomus.

Hieronymus quoq; hoc loco idem verbum expendit, ne fortè; vt ita nemo admiretur interpretem, quem nonnulli ex nouatoribus hac de cauſa flocci faciunt. Sequitur: *Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos.* Inuitantur ab Apoſtolo Galatæ, vt ad ſui imitationem ſe gerant in libertate; quia & ipſe aliquando fuerat in ſeruitute conſtitutus. Alij verò putant, hortari eos ad negligenda legalia: ipſe enim etſi Iudæus eſſet, erat tamen velut ex illis Gentibus vnus: liber ab illis elementis. Vel: Eſtote liberi à iugo legis ſicut ego, quia ego ero ſicut vos; id eſt, ſimilis vobis in non ſeruanda lege, ad differentiam eorum qui ſimulant ſe ſeruare legem. Et ſubdit: *Fratres, obſecro vos.* Id eſt. Hæc dico magis obſecrando, quàm imperando. Vt diſcant Prælati leniter cum ſubditis agere, & non cum ſupercilio & auſteritate, & exerto excommunicationis mucrone increpare. *Nihil me læſiſtis.* Emollitio eſt acerbioris ſermonis, quò vſus eſt ſuprà vocando eos inſenſatos. Nemo ergo me à vobis læſum vel offenſum exiſtimet; atque ob eam cauſam me animo vindictæ, atque exulcerato vos obiurgaſſe. *Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem, & tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis.* Amplificat, & exaggerat quod dixerat: Nihil me læſiſtis; hoc eſt, Non ſolùm non me offendiſtis, ſed etiam multam exhibuiſtis beneuolentiam, vt fieri nequeat erga tam benemeritos me maleuolo animo agere. Illud; *per infirmitatem carnis*, explicans Hieronymus ait: *Tradunt Apoſtolum grauiſſimum capitis dolorem ſæpè perpeſſum, & hunc eſſe Angelum Satanæ, qui appoſitus ei ſit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Hæc infirmitas, & languor hic corporis, apud eos quibus annuntiabatur Euangelium; tentatio fuit: an contemnerent eum ſublimia promittentem, quem languoribus corporis ſubiectum videbant.* Alio modo, per infirmitatem carnis euangelizare, interpretatur eſſe, inefficaciter docere propter carnalitatem non ſuam, ſed audientium. Cui interpretationi non congruunt, quæ ſequuntur: *Et tentationem meam in carne mea non ſpreuiſtis.* Quare teſtibus Chryſoſtomo, & eodem Hieronymo, dicendum; euangelizare per infirmitatem carnis, aliud non eſſe, quàm per contumelias, & plagas, ac perſecutiones, quæ alienare vos poterant ab Euangelio. Eijciebar enim, flagellabar, mortes mille ſuſtinebam, prædicans vobis: & ſic contemptus, & flagellationibus agitatus; non fui à vobis deſpectus, nec me concionantem ſpreuiſtis, etſi ex me afflicto tentaremini.

Hieron.

Ad nonam quæſtionem.

Huic locutioni quid deſit, Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos.

Pauli lenitas Præpoſitis imitanda.

Ad decimam quæſtionem. Quid euãgelizare per infirmitatem carnis.

2. Cor. 12.

Alter ſenſus eiuſdẽ Hieronymi incongruus.

Pſeudoapoſtoli in ſpeciem maiorem habebãt autoritatẽ apud Galatas, quàm Paulus: ex qua permoti Galatæ, eos præferebãt Apoſtolo. *Sed ſicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtũ Ieſum.* Iuxta illud; *Qui vos audit, me audit.* Hanc ergo veſtram, quam vobis

Galatæ maiorem Pſeudoapoſtolis quã Paulo cur fidem haberẽt.

Luc. 10.

porrigebat earo mea afflicta, tentationem tuliſtis. Exeepiſti etiam me vt Angelum (id eſt, vt nuncium) Dei, per quem Deus vobis loquitur.

Ijdem quomodo Paulũ exceperint ſicut Angelum Dei.

Et vt per Angelos gratias diſtribuit, ita per Doctores, & paſtores æternæ ſalutis doctrinam. *Vbi eſt ergo beatitudo veſtra?* (vel Græcè; *Quæ tunc erat beatitudo veſtra.*) Hoe eſt, In quo tum veſtrum bonum poſitum erat, quando me tanto affectu, & honore tanquàm Angelum Dei aceepiſtis? vtrùm in me infirme, & abiecto, an in verbo veritatis? Certè non in me, qui nſhil eram, & nihil me eſſe oſtendebam. Ergo in verbo veritatis.

Galatarũ caritas in Paulũ ſingularis.

Teſtimonium enim perhibeo vobis quaſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Oculis nihil poſſumus habere carius, aut pretioſius. Cùm ergo hęc omnia quę prędicarem, cauſa eſſent tanti veſtri erga me affectus. *Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis?* Debent bæe interroganter pronũtiari.

Eam cur cõmendet Apoſtolus.

Laudat eos, vt excitet ad ſui amorem; & vt ſibi perſuadeant, quæ ſuperiùs dixit, non ex odio, ſed eharitatis affectu ſcripſiſſe. Denique concludit: *Aemulantur vos non benè, ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.* His verbis omnem culpam huius rei, & cauſam in Pſendoapoſtolos reijcit.

Æmulari quid ſit.

Et æmulatio, tam in bono, quam in malo poni ſolet. Et ſignificat æmulari, ſtudio magno aliquid conari: vt perficias. Iudaizantes ergo boc agunt, vt veſtros animos ſibi concilient, & vos ſibi deditos efficiant.

Pſeudoapoſtoli cur Galatas æmularentur, & nõ benè.

Sed non benè: quia captant vos, non vt ad meliora proficiatis, ſed vt vos à libertate Euangelica exeludant, & inuoluant ſeruituti Moſaicæ, quia per illam exeluſionem etiam ab Eccleſia, & Apoſtolorum conſortio vos ſegregant. Modeſtè autem de ſe ipſo loquens dicit in tertia perſona:

Bonũ ęmulari in bono ſemper quid.

Bonum autem æmulamini in bono ſemper. Bonum ait, æmulamini, ſcilicet, miniſtrum, ac doctorem; non in re qualibet, ſed, in bono, id eſt, in re tantùm bona: nec ad tempus, ſed ſemper. Nec enim ſatis eſt ſectari bonum doctorem, ſed imitari ipſum in bono tantùm. Subdit; *Et non tantùm cùm præſens ſum apud vos.* Ac ſi dicat: Sectati eſtis bonum doctorem in bono, ſed non ſemper, ſed cùm præſens fui apud vos duntaxat.

Qualis hęreticorũ æmulatio.

Atq; hoc eſt ſtudium hæreticorum, excludere populos ab Ecelesia, vt magiſtros ſuos cogantur æmulari, id eſt, per æmulationem illis hærere; & eorum partes, & factiones tueri. Et de his bactenùs.

DISPVTATIO XXX

In illa verba: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autẽ eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniã confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem nõ legiſtis? Scriptum eſt enim quoniã Abraham duos filios habuit,* & reliq in finem capitis 4.

HIs verbis Apoſtoli mira vis, & affectus efficacia ineſſe videtur, & no[illegible] rationi, qua vtitur ad eos ab errore reuocandos, nonnihil adfert obſcuritatis.

I. dubitatio.

Nam in primis dubium eſt, quo per hanc rationem tendat Apoſtolus, & cur tam blanda, & charitate plena vtatur præfatione.

Secunda.

Secũdò dubitatur, cur Apoſtolus argumentum petat ex allegoria, quod ſolet leue, & inefficax iudicari, cùm ſola argumenta ex litera collecta virtutem habeant demonſtrandi.

Tertia.

Tertiò, dubium magnum eſt, quomodo mons Sinai ſit coniunctus cum Ieruſalem, vel eum monte Sion, cùm tanto inter ſe ſpatio diſtent illi montes, vt Geographi tradunt.

Quarta.

Quartò ambigitur, an rectè, & ad literam producatur locus Eſaiæ ex 54. cap. quia in illis verbis, *Lætare ſterilis quæ non paris*, videtur de Gentibns eſſe ſermo.

Quinta.

Quintò dubitatur, cum nullibi in Scripturis cõtineatur, quòd Iſmael perſecutus ſit Iſaac, quomodo Paulus aſſerat eum fratrem minorem Iſaac perſecutum fuiſſe.

Sexta.

Sextò, an rectè loquantur hæretici, qui ex illo verbo: *Ita & nunc*, colligũt, ſibi ipſis hoc idẽ nunc vſuuenire: Nos, inquiunt, hoc tempore tãquàm Iſaac perſeeutionem patimur, qui ſalutarem Euangelij doctrinam amplectimur. Quibus conuitijs, inquiunt, non iactamur? quibus plagis non vexamur? quibus locis non extrudimur? qua morte non afficimur? (*Ioan. 7.*) Vocamur cum Chriſto ſeditioſi, cũ Paulo, & Sila turbulenti eõcitatores, & perturbatores orbis. (*Actor. 16.*) Ita illi cauſam ſuam perorant, & ſibi teſtimonium reddunt.

Septima.

Poſtremò ad illud teſtimonium: *Ejce ancillam, & filium eius, &c.* videndum eſt. an rectè, & ad literam ſit productum, an myſticè, & ſecundùm ſpiritum. (*2. Cor. 3.*) His omnibus propoſitis difficultatibus ſacere ſatis conabimur, ſi modò nobis benefaueat Chriſtus, à quò eſt omnis lux, & ſufficientia noſtra.

Ad primam dubitationẽ.

Ad primum igitur reſpondemus, Apoſtolum in omnem ſe transformare affectũ,

& in

Je his verbis am dolcibus ; amicis: Fi oli mei quos etum partu io,&c.qui. ous vtitur 'aulus.

& in omnem ſe perſonam conuertere, quo Galatas ab errore reuocare queat. Nunc enim aſſumit perſonam magiſtri docentis, & nunc Cenſoris obiurgantis, & conuicia ex charitate iactantis; nunc perſonam parẽtis per Euangelium gignentis; interdum verò in nutricis perſonam ſe transfundit. Ita enim in priori ad Theſſalonicenſes ait: *Facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquàm ſi nutrix foueat filios ſuos:* nunc verò blandiſſimum, & maternum induit affectum, cùm ait: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Tanta eſt enim Diuinę charitatis potentia, vt in omnem perſonam permutet hominem. Nam ſi cęcus amor carnis & ſenſus Iouem potuit mutare, vt fabulantur Poëtæ, nunc in taurum, nunc in aquilam, ad ſcelera perpetrãda: certè puriſſimus Dei amor, quem charitatem vocamus, non debebat eſſe ſterilis, aut parcus, ſed vt Dei Filium in verum hominem tranſmutauit, ita miniſtros eius, & præſertim Apoſtolos, debuit in veros parentes orbis transformare, quò patris, & matris dulciſſima munera nobis exhiberent. Dixerat Dominus in Euangelio: *Quicunq; fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt.* In eo frater, vt poſſit etiam pater eſſe: in eo ſoror, vt valeat etiam mater effici. Chriſtus omnium pater fuit, & futuri ſeculi pater apud Prophetam appellatus eſt. Nam vt ſacerdos, & doctor genuit nos verbo veritatis. Sed vt pro nobis patiens fuit in corpore ſuo, matris vicem nobis rependit, qui doloribus ſuis non parturiuit. Ad eum modũ Paulus Galatis ſe matrem exhibet, qui eos iterum per lachrymas, ſuſpiria, per preces, & anxiam de eis ſolicitudinem, deniq; per hanc epiſtolam rogando, & increpando parturiebat. Subdit: *Donec formetur Chriſtus in vobis.* Hoc eſt: Donec per fidem & charitatem ſuam formam in vobis habeat Chriſtus: quæ non eſt aliud, quàm vt ſolus ſine lege Moyſis ſufficiat ad ſalutem. Hunc matris affectũ ſentiebat ille, qui dolens dicebat; Nunquid ego cõcepi omnem hãc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum? &c. Ob eandem cauſam Eccleſia dicitur mater noſtra, quia lacrymis & gemitibus aſſiduè nos parturit, vt tandem aliquando pariat, & fętum perfectum in lucem edat. *Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam cõfundor in vobis.* Mirabilẽ affectus vim indicat Apoſtolus. Cuperem, inquit, apud vos nunc eſſe, vt in omnem habitũ vocem meã formare poſſem, & nunc blandiri, nũc obteſtari, nunc obiurgare, modò humiliare,

Quoties ille ... omus no- ... et Proteus ... transfor- ... maoerit.

Theſſ. 2.

Quanta diui- ... æ charitatis ... is.

mpudicij Io ... is fabuloſæ ... mutationes.

Apoſtoli qua ... s eſſe de- ... uerint.

Matth. 12.

atris & ma- ... is Chriſtus ... uãdo mune ... præſtiterit.

Iſai. 9.

Iacob. 1.

Quomodo ... auius Gala- ... is matris in- ... tat iterum ... parturiset.

Explicatur ... d: Donec for ... netur Chri ... ſtus in vobis.

Num. 11.

ccleſia cur ... s, & dicatur ... ater noſtra.

Quare Paul⁹ ... ipſe ait, a- ... ad Galatas ... ſe vellet, & ... utare vocẽ ... am.

modò verò exaltare vocem meam: quod per epiſtolam, quæ vnius tenoris eſt, facere nequeo. Habet enim neſcio quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de autoris ore transfuſa fortiùs ſonat, vt magnus ait Hieronymus. Scriptura ergo ad vim vocis attingere nõ poteſt. Subdit: *Quoniam cõfundor in vobis.* Id eſt, de veſtra retroceſſione erubeſco, Græcè dicitur, ἀπορῦμαι, quod eſt hæreo, inops ſum animi, & indigeo conſilio, perplexus ſum. Diſcant Prælati ex his verbis Apoſtoli, quomodo ſe gerant ad ſubditos ſuos. Hieron. hunc locum diſſerens, ait: *Vellem apud vos nunc adeſſe, & literarum vocem præſens ipſe proferre: quia indigeo vobis. Non quippe habeo fructus, quos ſolent de diſcipulis habere doctores, & ſine cauſa ſemen iactum eſt doctrinarum, cùm penitùs in vobis patiar egeſtatem, ita vt Ieremiæ poſſim voce prorumpere: Non profui, neq; profuit mihi quiſquam.* Et hæc de primo.

B. Hier epiſt. 103. ad Paulinũ propè init. to 3. in princ. Præpoſitorũ munus quod.

Ibid. tom. 10.

Ierem. 15.

Ad ſecundum: Poſtquàm Apoſtolus blanditijs, & precibus eorum cor emolliuit; denuò redit ad contentionem, & incipit vrgere interrogando, & nouum argumentum proponendo, ad quod nequeat ſibi reſponderi. Erant autem tunc temporis argumenta, quæ ex allegoria deſumebantur, grauia & firma, & tamen nunc ab hæreticis noſtris parui fiunt: à quibus vel hoc ſigno intelligitur abeſſe Spiritus, quo medullas ipſas Scripturarũ penetrare poſſint, & intelligere.

Ad ſecundã dubitationẽ. De argumento Apoſtoli ab allegoria deſumpto, an ſit firmũ, & efficax.

Nec tamen ignarus fuit Apoſtolus huius tam friuolæ ſententiæ? Hoc loco tamẽ, & alibi Hebręos, allegorijs potenter decertat, tum vt nos doceat illarum effici ſtudioſos, & illis quaſi telis firmis contra Iudæos, vel hæreticos dimicare: tum vt Patres, qui frequenter eas etiã in pugna contra aduerſarios vſurpant, commendatas reddat: tum vt Galatas literam, & hiſtoriæ corticem legentes, inducat ad ſenſus, qui ſub hiſtorijs, & vmbris deliteſcunt inquirendos.

Tribus de cauſis potiſſimum Paulus allegorijs eſt vſus.

Dixi autem, eo tempore pręſertim: quia Apoſtoli ſignis, & vitæ ſanctitate, & ſingulari ſapientia præditi, commendabiles reddebant omnes ſuas interpretationes, tanquàm veras, & ab Spiritu ſancto profectas. Adhæc illorum munus proprium erat, oſtendere quòd tota erat in medio rotæ, & propheticas Scripturas ad Euãgelicas veritates accommodare, & toti mũdo aperire. Deniq; ſi illud ſemel conſtituamus, quod lex erat vmbra quædã, & delineatio Euangelij, & quòd omnia in figura contingebãt illis, hos ſpirituales ſenſus recipere cogimur: quia nec ſapientes ſemper demõſtrationibus agunt, & topicæ rationes interdũ

1. Ratio cur tẽpore Apoſtolum præſertim vigueſit hęc per allegorias argumentandi ratio. Secunda.

Tertia. *Hebr. 10. 1. Cor. 10.*

ad populo perſuadendum magis valeant. Vt illud prætermittam, quòd ſymbola, & ſimilitudines, parabolæ, & ænigmata, ſuam quandam præbent lectoribus delectationem. Soluimus ſecundam dubitationem.

Quid eſſe ſub lege.

Geneſ. 16. Infrà 21.

Ad tertiam melius explicandum, percurrenda eſt prius hiſtoriã quæ proponitur, vt nodus magis appareat, & eius ſolutio deguſtetur ampliùs. Ait ergo: *Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe.* Id eſt, Sub onere, & ſeruitute legis quaſi ad ſalutem neceſſariæ. ¶ Legem non legiſtis? ſeu vt Græca habent, non audiſtis? Nam etſi ex Gentibus ſitis ad Chriſtum conuerſi, non dubito tamen, libros Moſaicos vel auditu vobis eſſe cõpertos. *Scriptũ eſt enim* (ſcilicet in Pẽtateucho) *quod Abraham duos filios habuit.* Id eſt, Quod attinet ad huius loci ſcopum, & rei quam tractamus ſignificationem, duos filios habuit.

Infrà 25. Abrahæ filij ex Cetura geniti quos denotent, quos Iſmael, quos verò Iſaac præfigurauerint.

Iſmael quare ſecundũ carnem natus.

Nam reliqui quos poſt mortẽ Saræ ex Cetura habuit, ad hanc rem non ſpectant: gerũt enim hæreticorum typum, & Iſmael figura fuit eorũ, qui ſub lege ſunt: at Iſaac eos denotat, qui ſunt in Euãgelio. *Vnum de ancilla, & vnum de libera.* Hoc eſt Iſmaelem quem ſuſcepit ex muliere nõ libera, ſed ancilla: quæ dicitur ſecundùm carnem natus, id eſt, iuxta naturæ ordinẽ, & carnis vires. Id enim habet natura, vt ex puella fęcunda in ætate virẽti, ſenex liberos generare poſſit: & lex in illo ſignificata nihil ſupernaturale habuit; ſecùs Chriſtianus qui ex Deo naſcitur.

Iſaac cur per repromiſſionem.

De Iſaac verò additur, natum eſſe per repromiſſionem, id eſt, iteratã promiſſionem, quia ſæpè promiſſus eſt. Et hoc ſignificat, quia præter vires naturæ ex dono, & in virtute promittentis ſit genitus. Repugnat enim naturæ, vt ſenex ex anu, & illa quidem ſterili, filios procreet.

Qualia Dei opera per ſe ipſum facta.

Vbi expende, opera immediata Dei perfectiora eſſe his quæ ſunt naturæ: & Deum perfectiora in nobis voluiſſe operari, ne quouis modo illa nobis tribuamus. Hinc magni viri dono Dei plerunque de ſterilibus fœminis nati ſunt.

Iſaac vt Chriſtum adumbrauerit.

Reſpice etiam, Iſaac typum Chriſti nati ex Virgine, & natura per ſe ſterili, verum extitiſſ. *Quæ ſunt per Allegoriam dicta.* Græcè; Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Non ait, facta, ſed dicta: nam etſi aliqua facta ſint, & cùm fierent, ad ſignificandum ordinata; non tamen omnia. Cùm autem ſcripta ſunt, ea intentione fortaſſis primaria conſcripta, vt ſigna eſſent rerum præſtantiorum.

Duplex allegoria, verborũm, & rerũ: quid ſit vtraque.

Porrò duplex eſt Allegoria, alia verborum, quæ communis eſt Scripturis cũ Poëtis, & Oratoribus, alia rerum, quæ propria eſt Scripturarum. Eſt autem allegoria, cùm aliud verbis dicitur, & aliud intelligitur: quæ ſolet dici metaphora continuata, ſiue perpetua, de qua Cicero in Bruto ſuo. *Iam cùm fluxerant continuæ plures tranſlationes, alia planè fit oratio, itaque genus hoc græci appellant* ἀλληγορίαν *nomine recto genere, melius iſte, qui iſta omnia tranſlationes vocat.* Hæc ille. Secunda verò eſt, cùm aliud rebus ipſis & agi, & dici videtur, aliud per illas res geſtas, ſiue dictas intelligitur.

Illud: Hæc enim ſunt duo teſtamẽta. Vnũ quidem in monte Sina, &c. quomodo accipiendũ ſit ad literam.

B. Chryſoſt. Exod. 19.

Hæc enim ſunt duo teſtamẽta, Græcè αὗται, & refertur ad ancillam Agar, & ad liberam Saram, vt ait Chryſoſtomus tomo quarto, qui notat, Sunt, poſitum pro, ſignificat, vt verbum Allegoriæ præcedẽs requirit. Sunt ergo duo teſtamenta, quorum alterum traditum eſt in monte Sina, vel, vt Græca habent, à monte Sina, ſcilicet, inchoatum, vel profectum, generans populum ſeruituti obnoxium per legem datam ſeruis, & acceptam in Spiritu ſeruitutis, & timoris, *Quæ eſt Agar.*

Rom. 8. Altera interpretatio.

August. to. 4. prope fin. Ambroſ. to. 5.

Græcè habetur, ἥτις, & refertur ad verbum Græcum διαθήκη, id eſt, teſtamentum, quod Græcè eſt fœminini generis. At verò Auguſtinus & Ambroſius, quia teſtamentum Latinis eſt neutrum, rectè dixerunt; Quod eſt Agar. Et ſequitur in Græca litera quod in noſtra non habetur: Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Agar enim Sina, mons eſt in Arabia, ſcilicet, Petræa.

Mons Sina in qua Arabia ſitus ſit.

Et teſte Chryſoſtomo, mons Sina dicebatur, qui coniunctus eſt, ſiue conterminus, aut coordinatus ei quæ nunc eſt Ieruſalem: atque hic ſupplendum eſſet alterum membrum oppoſitum, ſcilicet, alterum teſtamentum in monte Sion, in libertatem generans. Vnde ſequitur: *Ieruſalem quæ eſt mater noſtra,* in Nouo teſtamento generans in libertatem.

Quid vetus ſit, quid nouum teſtamentum.

2. Cor. 3.

Rom. 10.

Vetus ergo teſtamentum, pactum eſt de Terræ hæreditate ſeruantibus cæremonias legis, & mala temporalia interminans tranſgreſſoribus: & ſcriptum foris, & dictum in tabulis lapideis, non intus in cordibus digito Dei ſcriptum: Nouum verò de cœleſti hæreditate credentibus, & ore, & opere confitẽtibus Chriſtum, & in cordibus per gratiam Dei conſcriptum.

Iudæi qui ad nouũ & Chriſtiani ad vetus pertinent teſtamẽtum.

Ideo pauci vitio noſtro hodiè ad Nouum teſtamentum pertinemus: multi verò ad vetus etiam Iudæis inferiores ſpectare dignoſcuntur, qui temporalibus bonis, & huius ſeculi honoribus aucupandis inhiant, & ſenſus eſt facilis.

Geneſ. 17. Rom. 4.

Sed in litera eſt aliquid expendendum. In Abraham enim primò habemus, eum patrem multarum gẽtium: huic duæ copulantur ad generandum vxores, nimirum Agar Ægyptia, ancilla, & Sara liber. Agar

ancilla

ancilla vi, & potẽtia carnis Iſmaelem concipit, & parit; Sara verò, cùm eſſet anus, & natura ſterilis, ex promiſſione vim concipiendi, & pariendi Iſaac concepit. In his duabus mulieribus duo teſtamenta deſignantur, Vetus in Agar, Nouum io Sara. Et quia Vetus natum eſt ex Sina mõte, qui dictus eſt Agar; appoſitè in Agar ancilla deſignatum eſt, quia & ipſa ſeruit cum filijs ſuis. At mons Sion, & Ieruſalem, vnde exiuit lex, & verbum Domini, teſte Eſaia, dominabatur. Et ſic iſta ad literam ordioantur in textu Latino: *Hæc enim ſunt duo teſtamenta, vnum quidem iu monte Sina in ſeruitem generans: quæ eſt Agar. (Sina enim, mons eſt iu Arabia; qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cum filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra.* Græca paulò aliter habent: Αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι, Μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Quibus in verbis tres videntur eſſe inter Græcam lectionem & Latinam differentiæ. Prima eſt circa id: *Vnum quidem iu monte Sina generans.* Græca habent, *à monte Sina*, Scilicet, profectum & inchoatum, vt ſuperiùs annotatum eſt. Vt etiam de Euangelica dixerit Eſaias: De Sion exibit lex (ſcilicet Euangelica) & verbum Domini de Ieruſalem. Et hanc lectionem probant vetuſti codices Latini, & textus Syriacus. Deinde Latinum habet: *Quod eſt Agar*; id eſt, Teſtamẽtum traditum in monte Sina, adumbratur typicè, & ſignificatur in Agar, & per Agar. Aliter verò habent Græca: quia poſt illud, Quod eſt Agar, ſubditur: Nam Agar Sina mons eſt in Arabia: vbi ſecundò repetitur Agar, & ſemper Agar eſt ſubiectum, Sina verò prędicatum. Et ita habent exemplaria Græca omnia, & Chryſoſtomus cũ Theophylacto, & Oecumenio ita interpretantur, & ex Latinis Ambroſ. quanquàm non repetat verbũ Agar, ſed tantùm habeat; Sina enim, mons eſt in Arabia: etſi apertè indicet ſe legiſſe, *Agar enim, mons eſt iu Arabia.* Hæc enim ſunt eius verba: *Cauſam Agar ſignificare dicit Ieruſalem terrenam.* Ex quo videtur Ambroſius ſubaudire oomen Agar: quod Græci conſtanter exprimunt.

Agar cur Vetus, Sara Nouum teſtamẽtum ſignificent.

Eſai 2.

Græca lectio & Latina in tribus diſcrepant.

I. diſcrimen.

Eſai. 2.

II. diſcrimen.

B. Chryſ. to. 4. Oecum. c. 9. Ambr. to. 5.

Codex verò Syriacus ita habet: *Nam Agar, mons eſt Sinai, qui eſt in Arabia, confinis autem ipſi Ieruſalem, & ſeruit ſeruitutem ipſa, & filij eius:* aſſeruntque interpretes, Sina montem Arabię, Arabicè dictum Agat. Ita vt Agar referat Vetus Teſtamentum non tantùm in hoc, quod ancilla eſt, verùm etiam per ſuam nomenclaturam, quia nomine ſuo exprimit montem Sina, vbi data eſt lex. At Latinus Interpres habet, Sina pro ſubiecto, quia non repetitur Agar in Latino textu; & prædicatum eſt, mons eſt in Arabia. Et quidam vrgent etymologiam Arabiæ, quæ ſignificat humilitatem, depreſſionem, ſiue occaſum, quo per allegoriam denotaret, quòd generaret populum humilem, afflictum, ac depreſſum, ſiue ſeruũ. Alij verò noo vrgent etymologiam Arabiæ: ſed rem ipſam, & regionis ſitum. Sina enim, mons eſt in Arabia: quæ regio eſt, extra ſitum Terræ promiſſæ; & ideo Vetus teſtamentum propriè non eſt. Alij verò pondus argumenti collocãt in illis verbis: *Et ſeruit cum filijs ſuis*: quaſi dicat, Sina, eſt mons Arabię, ſeruiens cum populo ſuo, vt ex qualitate montis colligat cõditionem Iudæorum ſeruientium. Quam tamen lectionem noſtri veteris interpretis Theodor. Beza, etſi hæreticus homo, magis probat. Nam quia mentionem fecerat montis Sina, declarandum erat hoc nomen, non quòd eius ſitum Galatæ neſcirẽt, aut quòd legem ibi datam ignorarent, ſed quòd in ipſo ſitu eius aliquod myſterium lateret. Erat enim extra limites terræ illius, quæ ſymbolum erat æternæ hæreditatis.

Agar Vetus teſtamẽtum deſignat dupliciter.

Exod. 19.

Vbi potiſſimũ ratio huius Allegoriæ conſiſtat, triplex opinio.

Arabia quid ſonet.

Theod. Beza Latinam lectionem cur ſequatur.

In lectionem verò Græcam, & expoſitionem eius, nonnullis rationibus inſurgit. Primò, quia nullius idooei Scriptoris autoritate oſtenditur montem Sina dici ſolitum Agar. Sed fortè ſatis eſt autoritas Chryſoſtomi, & aliorum Græcorum, qui eo tempore id noſſe poterant. Deinde etiam Raphaël Volaterranus ex Dione libr. 23. Antropologiæ io Traiano ſcribit, *Addit verò Dion, Traianum contra Agarenos, qui vnà cum cæteris defecerant, profectum in Arabiam: quos cùm diu obſediſſet, eorumq; oppidum Agaram mœnibus nudaſſet, nunquàm tamen ſuperare potuiſſe, tempeſtate cœli quaſi diuinitùs diremptos. Itaque re infecta rediſſe.*

Eius contra Gręcã lectionem: (ſcilicet illam: Nam Agar Sina mons eſt in Arabia) rationes proponuntur, ac diluuntur.

I. ratio.

Raph. Volater. initio fere libri.

Deinde arguit: Quorſum, inquit, montem Agar cũ ancilla eiuſdem nominis confunderet? Reſponderi poſſet: Vt magis allegoria confirmetur, qua per Agar montẽ, in quo data eſt vetus lex, & ancillam ſic dictam, vnum & idem ſignificetur.

II. ratio.

Tertiò obijcit: Si hic eſſet ſenſus, inter Agar & Sina inferendum eſſet relatiuum ὅ, hoc modo: Nam Agar, ſiue Sina, mons eſt, quæ ratio indicat Agar redundare, & ex margine in textum irrepſiſſe. Dico opus non fuiſſe illa particula: & ſatis erat quòd Agar ſit ſubiectum, de quo prædicatur Sina mons Arabię. Et eſt ſenſus, vt textus Syriacus habet: *Nam Agar, mons eſt in Sina, qui eſt in Arabia.* Et intellige eſſe montem Sina

III. ratio.

per

per Metonymiam, hoc eſt exhibita in mõte Sina.

III. diſcrimẽ.

Sequitur tertia differentia inter codices Græcos & Latinos, quæ maiorem videtur habere difficultatem. Latinus enim textus habet: *Qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem.* Intelligunt quidam: Per radices,& ramenta ipſam ſpectat Ieruſalem,ſiue cõiungitur per Arabiam:quę Arabia,in qua ſitus eſt mons Sina, contingit Iudæã verſus Meridiem, & per Iudæam confinis eſt ipſi Ieruſalem. Vel, vt etiam exponit Thomas, coniunctus eſt non loci vicinia,ſed itineris continuatione,quòd filij Iſraël inde proficiſcentes, in Ieruſalem venerunt. Caietanus verò interpretatur: Qui contendit in eam quæ nunc eſt Ieruſalem: & dicit, illud verbũ ſignificare,ordinatè procedere, non progreſſu itineris, ſed progreſſu ſimilitudinis.Indicat ergo qualitates ſimilitudinũ, & cõiunctionem montis Sina cũ Ieruſalẽ, quia ei comparatur, & proportione quadã ſimilis eſt: quia vt in illa lex virtutis tradita eſt, ita in Ieruſalẽ,& in monte Sion lex Euangelica promulgata, iuxta illud Eſai. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalẽ:* alioqui quod ad locorum interuallum ſpectat, Sina mons multis millibus paſſuũ diſſitus eſt, nempè itinere octo dierũ, vt quidã tradunt. Alij verò vocem σύστοιχα, id eſt, cognata,vel confinis ſimilitudine allegorię interpretantur. Nam ſicut mons Sina, vel lex in eo data, generauit populũ carnalem in ſeruitutem, in terrena Ieruſalẽ generat populum ſeruituti obnoxium, & ſeruit figuris, & vmbris legis, imò etiam populo Romano,tanquàm ſeruus Domino,paret.

I. ſenſus horũ verboiũ: Qui coniunctus eſt ei qui nunc eſt Ieruſalem.

B. Thom. lect. 8. circa medium, to. 16.

III. Caietani.

Quartus ac poſtremus.

Σύστοιχοι verò dicuntur, qui in eadem acie ſiue ſerie collocantur in longum, ita vt ſecundus primo immineat à tergo, ſecundo tertius, & ita ſeries porrigitur in longum: ſicut ζυγά, ordine à leuo cornu inſtructo ad dextrum per latus.

I. modus applicandi allegoriam parũ aptus.

Si ergo Sina, & Ieruſalem pro duabus matribus accipias,quæ ſint paris conditionis,& filios ſeruos ſimiliter gignant: nõ ſatis reſpõdebit allegoriæ, cùm vna ſit Agar, quæ vetus pactum adumbrat, vt Sara nouum. Quòd ſi dicas, Sinam, & præſentem Ieruſalem (ne vnis & eiſdem filijs diuerſas matres tribuamus) nomine tantùm non iam re ipſa differre, iam uon erunt ampliùs σύστοιχα, ſed συνώνυμα: filios autem & matres eorum potiùs συστόχους appellaueris. Eſt & aliud genus diuerſum συστοίχων, quæ ita diffinit Alexander Aphrodiſæus in libr. 1. Topicorum: *Quæ eandem habent ad aliqua retionem, quæ etiam deriuata eſſe poſſunt: cuiuſmodi ſunt ſcientia, & ſenſus. Vtrumque enim ſimilem ad ea rationem habent, quæ ſunt ipſi ſubiecta. Huiuſmodi ſunt etiam, quod ſenſibus percipi, & quod ſcientia cõprehendi poteſt. Vtrumq; enim eandem rationem habet ad ea, quorũ ſunt σύστοιχα.* Hactenùs ille:quę hunc locum illuſtrare valent. Inde tranſlatum pro quauis ſerie, ſiue ordine rerum, & cognatione naturæ. Σύστοιχα, id eſt, conuenientia, & affinia dicuntur ignis & aër, aqua & terra, quæ in vna qualitate conueniunt. Simili ratione σύστοιχα fuerint Sina, & Ieruſalem, quia quam habet rationẽ Sina ad ſeruos filios, eandem habet Ieruſalem ad filios ſuos ingenuos. Idemq; de filijs eſt iudicium communi matrum ad filios, & filiorum ad matres rationis conſideratione.

Alter etiam ineptus.

Exemplũ in elementis.

Sin verò propriè ſingulorum laterum rationes per ſe conſideraueris, deinde verò inuicem comparueris, vt poſteà facit Paulus, nõ erunt ampliùs σύστοιχα, ſed ἀντίστοιχα, ita enim comparabitur ſeruitus cum libertate, atq; ita duplex naſcitur argumentum, quod ſeorſim tractat Paulus: alterum, ſi Agar à Sina, id eſt, pacto veteri gignit filios ſui ſimiles, Sara ex Ieruſalem, id eſt, nouo pacto gignet ſibi ſimiles filios: nã ſunt σύστοιχα, Sina & Ieruſalem. Alterum eſt: Si ancillæ filij ſunt ſerui, ergo liberæ filij ſnnt ingenui, quia ſunt ἀντίστοιχα: ergo vtrobique eadem Ieruſalem intelligenda eſt Sinæ monti vtrinque collata, deinde verò oppoſita.

Neque Ieruſalem ſignificare poteſt Iudęos, ſed alterũ pactum nouum priori collatum. Ideo σύστοιχα, verti poſſunt, ea quæ pari ſerie ſibi reſpondent. Συστοιχεῖν verò, vt Budæus docet in Græcis commentarijs, ſignificat per metaphoram, conſentire in natura, vel in proprietate ingenij, vel in alia quapiam qualitate: atque ea ratione dicimus vitia eſſe cognata. ¶ Dixit porrò: *Et quæ nunc eſt Ieruſalem:* vt ei, quæ olim fuit, opponat, cùm legis vmbris, obſcurata non appareret. Quare frigidum videri poſſet Eraſmi dictum, quod loquitur de Ieruſalem, quæ olim alijs vocibus nuncupata eſt, vt Salem, & Iebus. Nec enim dicitur, quæ nunc vocatur Ieruſalem, ſed, quæ nunc eſt.

Budæus.

Cur dictũ ſit: Et quæ nunc eſt Ieruſalẽ, contra Eraſmum.

Quod verò ſubdit: *Et ſeruit cum filijs ſuis,* nulla indiget parentheſi, quia optimè cohæret, vt dicamus: Sina coordinatur cum Ieruſalem, & ſeruit Sina cum filijs ſuis, vt explicet Agar à monte Sina, id eſt, à pacto legis, gignere ſeruos filios: partus enim ſequitur ventrẽ. Et hic ſubiungendũ erat alterum membrũ oppoſitum, nimirum alterum teſtamentũ in, vel à monte Sion in libertatẽ generãs: quod propter Pauli eclipſin & breuitatem cõſuetam ſupplendũ eſt.

Quid in illis verbis ſupplendum.

Et

Quænam illa Ieruſalem libera, mater noſtra.

Et ſubiungit declarans quæ ſit illa Ieruſalem: *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Poſtulat ſanè locus oppoſitionis, vt ſicut Sina vetus pactũ, ita Ieruſalem nouum repræſentet, ex qua gignuntur filij liberæ, id eſt Eccleſiæ verè Chriſtianę. Nam Iſaac natus eſt ex Sara, cui reſpondet Iſmael natus ex ancilla Agar: & ita Paulus duas matres, Agar, & Sarã, totidẽ pacta adumbrare dixit: quarum vnam ſine nomine, alteram verò nomine Ieruſalem deſignatam reliquit ab ijs locis, in quibus publicè inita, & ſancita fuerunt pacta.

Apoſtol⁹ quare non Saræ meminerit.

Sed dubium eſt, cur Saram perinde vt Agar non nominauerit? Reſpondeo: quia res erat ſatis nota, & oppoſitionum mẽbra contraria per ſe ſatis intelliguntur, etiam ſi non exprimantur. Alioqui, vt ſuperius dixerat, μία μὲν, hoc eſt, Vnum quidem teſtamentum, addendũ erat, vt diſtributio conſtaret: Μία δὲ ἥτις ἐστὶν Σάῤῥα ἀπὸ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ. Vocat verò Ieruſalem quæ ſurſum eſt, vt exponunt aliqui, è cœlo velut delapſa veniens, vt Ioannes Apoc. 21. explicauit.

Primus ſenſus huius dicti: Quæ ſurſum eſt, ſcilicet Ieruſalẽ, ſed ineptus, propter duo. *Apoc. 21.*

Hæc etſi vera ſit expoſitio, non tamen ſatis verbis Apoſtoli conueniens. Primò, quia Ieruſalem non deſignat Eccleſiam, ſed nouum pactum, ex quo veluti nata eſt Eccleſia, & oppoſitio montis Sina illi reſpõdeat. Deinde Apoſtolus non dixit, ἡ ἄνωθεν, id eſt quæ de ſurſum eſt, ſed ἡ ἄνω, id eſt quæ ſurſum eſt, & ſurſum per fidem habitat. Sed hoc non tam aptè dicitur, quia Ieruſalem non tam Eccleſiam, quàm nouum denotat pactum, ſeu Euangelium, quod eſt veluti mater Eccleſiæ. Ergo ἡ ἄνω ſignificat ſublime, & altum pactum quod dicitur, vt mõs monti opponatur, ſicut paſſim in Scripturis celebratur, & opponitur Sinæ monti, vt Heb. 12. vbi dicitur Ieruſalem ciuitas cœleſtis, quaſi in cœlis ipſis condita. Deinde ſub Ieruſalem, eminentiam eius adumbrauit, ſicut ſitus mons Sinai in Arabia extra terram promiſſam, legis ſeruitutem, & alienã ab hæreditate conſequenda conditionem deſignat. Poſtremò videtur Paulus alludere ad ea, quæ Eſai. 2. dicuntur: Erit, inquit in nouiſſimis diebus, præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et cùm Paulus dicat: *Et quæ nunc eſt Ieruſalem,* nouiſſimos illos dies veniſſe iudicauit. Et cũ ait: *Illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem:* perinde eſt ac ſi diceret Ieruſalem illam, quam nunc celſo, & eminenti loco poſitam aſpicimus, vt Propheta prædixit. *Libera eſt.* Quia filios ingenuos, & adoptionis parit: & mater eſt omnium noſtrum: quoniam hæc generatio tota eſt cęleſtis, de qua dixit Abrahæ Deus: *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes: Sic erit ſemen tuum.* Et in Euangelio frequenter dicitur regnum cœlorum. Et hactenus in loco difficillimo illuminãdo ſatis laboratum ſit.

Ieruſalẽ hoc loco quid propriè ſignificet.

Alter ſenſus verior, & accõmodatior.

Hebr. 12.

II. Ratio.

III. Ratio.

Eſai. 2.

Iis verbis Apoſtolus, Et quæ nunc eſt Ieruſalem, quid ſignificauerit.

Ieruſalẽ illa cur dicatur libera.

Geneſ. 15.

Ad quartam dubitationẽ circa illa verba: *Lætare ſterilis quæ non paris, &c.* reſpondemus, rectè productũ in ſenſu allegorico, ſi ad literam de Sara ſterili, & deſerta eo tempore à viro, quod ad torum attinet, poſtquã Agar accepit in vxorem, eſſet ſermo: reuera tamen verba Eſaiæ, vt ex cõtextu patet, ad literam referuntur ad innumerabilẽ generationem filiorum ſpiritualium ex ſterili Ieruſalem, id eſt Eccleſia noua: fuerat enim tanto tempore ante Chriſtum ſterilis. Melior tamẽ ſenſus eſt: Eccleſia primitiua, quę ea parte qua ex Gentibus conſtat hactenus ſterilis fuiſti, & nullos Deo peperiſti filios, ſed dæmoni pariebãs: lætare iam, & erumpe in vocem gaudij præ lætitia. Vbi illud aduerte, imperatiuum more Hebræo ſępè poni pro futuro, & è contrario, vt alibi latius diximus. Et eſt ſenſus; Letaberis poſtquam pepereris. Erumpe, & clama, id eſt, quandoque ſanctè cruciaberis, vt parias: quod nunc non facis. In eum ſenſum dicitur: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua,* quæ per futurum tempus interpretatur Apoſtolus Act. vlt. *Aure,* inquit, *audietis, & nõ intelligetis, & videntes videbitis, & non perſpicietis.* Secundò perſpice, nomen poſitiuum ſępè poni pro comparatiuo, more Hebręo: maximè ſi addatur magis, vel pluſquam, vel aliquid ſimile. Vnde Ag. 2. dicitur: *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ,* id eſt, maior erit. Ita hoc loco: *Multi filij deſertæ magis,* id eſt plures filij deſertæ, & ſterilis: quibus opponuntur filij ſecundum carnem, quia non ſunt hæredes, ſed ſeruiunt. Atque ex hoc loco Eſaiæ fortaſſis totam hanc allegoriam deprõpſit Apoſtolus. Et deſerta dicitur, quæ non habet virũ, aut filium; ſicut deſerta ciuitas vocatur, in qua nemo habitat, & quæ ſuo Principe quaſi marito deſtituta eſt. Primitiua etiam Eccleſia per ſterilem virginitatem exaltata eſt vt antea matrimonio nobilitata erat, & habebat virum Moyſen. At Eccleſia modò quæ caret viro, per Chriſtum eſt fœcundata. Et ſubdit: *Nos autem fratres ſecundùm Iſaac, promiſſionis filij ſumus.* Id eſt, exemplo Iſaac, qui liberæ, & hæredis Eccleſiæ eſt veluti primogenitus (ſicut Iſmael, ſeruus primogenitus fuit Synagogæ) filij promiſſionis ſumus. Promiſſio verò Dei fuit: *Ero Deus tuus, & ſeminis tui.* Super quo verbo Hieronym. hoc loco ſcripſit: *Quia Origenes hũc locum ediſſerens, ita Apoſtolũ poſuit exemplum.*

Ad IV. dubi. De loco Eſaiæ: Lætare ſterilis quæ non paris, ad rem faciat. I. Solutio.

Altera magis probabilis.

Hębręi imperatiuo pro futuro, & contra, vtuntur ſæpiſſimè.

Li. 1. enarrat. euangelica. Eſai. 6.

Actor. 28.

Ijdem præfer unt poſitiuũ pro comparatiuo quando accipiant.

Agga. 2.

Eccleſia ex Gentibus cur deſerta.

Quando primum illa ſterilis eſſe deſierit, atque pepererit lætabunda.

Chriſtiani, ſecũdum Iſaac promiſſionis vt ſint filij: quæ fuerit item illa promiſſio.

Hieronym. Orig. tom. 2.

Galatæ ſi ſtulti, quomodo ſecūdū Iſaac. *Galat. 3.*

Vos autem fratres, ſecundùm Iſaac promiſſionis filij eſtis, quæritur quomodo Galatas, quos ſtultos appellarat, & incœpiſſe dixerat Spiritu, carne finiri: nunc ſecundùm Iſaac filios repromiſſionis vocet. Dicimus itaque, Apoſtolum ideò eos appellare ſecundùm Iſaac filios repromiſſionis: quia non penitus eorum deſperet ſalutem, & rurſum eos ad Spiritum quo cœperant, æſtimet reuerſuros: fiantq; filij liberæ. Qui ſi carne fuerint conſummati, filij ſunt ancillæ.

Ad V. dubit. De eo quod Iſmael perſequebatur Iſaac: quod nullibi Scripturarum exprimitur. *Hieronym. Geneſ. 21.* Vnde hoc Paulus cognouerit, ſecū dum Hieronymum. *Actor. 22.*

Quintum dubium fuit circa illud: *Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc.* Affirmat enim Hieronymus nullibi legi, quòd Iſmael perſecutus fuerit Iſaac, ſed tantum illud, quod cum filius Ægyptiæ, qui maior natu erat, luderet cum Iſaac, indignata ſit Sara, & dixerit ad Abraham: *Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Et ſubdit Hieronymus: *Vtique ſimplex luſus inter infantes, expulſione, & abdicatione indignus eſt. Verum Apoſtolus quaſi Hebræus ex Hebræis, & ad pedes magiſtri Gamalielis edoctus: qui quondam furentes aduerſus Deū Phariſæos conſilio refrænarat, ex verbis Saræ dicentis: Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Iſaac, intellexit, luſum illum ſimplicem non fuiſſe.* Idem Hieronymus quæſtionibus Hebraicis illud ediſſerens: *Et vidit Sara filium Agar Ægyptiæ, quem peperit Abrahæ, ludentem,* ſcribit: *Dupliciter hoc ab Hebræis exponitur: ſiue quod idola ludo fecerit, iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: Sedit populus mādu care, & bibere, & ſurrexerunt ludere, ſiue quod aduerſum Iſaac, quaſi maioris ætatis, ioco ſibi & ludo primogenita vindicaret.* Haymo verò in hunc locum: *De ludo puerorum Iſmael & Iſaac, Iudæi varia differunt. Quidam enim dicunt, quia volebat quodam genere ludi prouocare ad ſaltum, tenens perticam in manu, vbi optabat eum ita debilitari, vt indignus fieret honore primogeniti, & hæreditate paterna. Quidam etiam dicunt, quia volebat ei ſuadere quibuſdam turpitudinibus miſceri pro quo notabilis, & deſpectus haberetur patri & matri, & (vt diximus) indignus fieret honore primogeniti* Hæc ille.

Idem tom. 3. Geneſ. 21.

Exod. 32.

II. Solutio. *Haymo Alberſtatten. Epiſcopus.* Hoc de Iſmaelis luſu cum Iſaac, duplex Iudæorū opinio.

III. Solutio. Certior ac probabilior, à duplici ſignificatu verbi ludendi apud Hebræos. *Eſai. 57.*

Sed quoniam hæc omnia incerta ſunt, dicendum eſt aliquid ſolidius. Ludere enim inter alia ſignificat illudere, ſiue ſubſannare: & eſt proprium carnalium, qui illudere ſolent his qui proficiunt in ſpiritu, & in hoc ſenſu dicitur Eſai. 57. *Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eiecıſtis linguam?* Id eſt: Super quem irriſiones, & illuſiones perpetraſtis? Et ita Iſmael fratrem ſuum minorē Iſaac ſannis, & irriſione proſecutus eſt. Deinde ludere, per Hebraiſmū idem eſt quod dimicare: & hoc ſenſu in Scripturis accipitur. Nam 2. Reg. 2. dicitur: *Surgant pueri, & ludant coram nobis:* & tamē gladijs luſus peractus eſt, & viginti duo interfecti. Eccl. etiam 47. de Dauide dicitur: *Cum leonibus luſit quaſi cum agnis:* at luſus ille fuit, quod Leonem, & vrſum interfecerit. Ita accepit Paulus hoc loco. Et luſus ille Iſaac ſignificat illuſiones Iudæorum cōtra Chriſtum, & perſecutiones eorum in Eccleſiam: Nam certant de primogenitura, ſicut & hæretici de Scripturis. Fuit etiam ille luſus ſymbolum dimicationis carnis in ſpiritum: quæ porrigens dulcia, ac ſenſui, & genio accommoda, ſpiritum captiuare ſolet in lege peccati.

2. Reg. 2.

Eccl. 47. 1. Reg. 17.

Luſus Iſmaelis cum Iſaac quid myſticè.

Rom. 7.

Ad VI. dubi. An his verbis, ita & nūnc: Lutherani iniuſtam Eccleſię perſecutionē quam patiuntur, rectè tueantur.

Sextum erat dubium ſuper illud: *Ita & nunc:* vbi hęretici conqueruntur, quòd nos illos perſequamur, & in carceres detrudamus & viuos exuramus. Cui reſpondemus nō eſſe Eccleſiæ propriū, perſecutionē vllā mouere in filios ſuos, ſed nunc eius eſt dulciter attrahere, rationibus ſuadere, & autoritate, quam à Deo habet, etiam premere. Quòd ſi contumaces perſtiterint, caſtigat ad correctionem, & diſciplinam tuendam. Quòd ſi hoc quoq; nō profuerit, etiam foras à cōſortio filiorum ſuorū eos expellit, ne ſuo contagio reliquos inficiant. Quod vel ex hoc loco deducitur: nā Iſmaelem perſequentē Iſaac, dum eſſet minor, iuſſit Sara eijci foras tanquam indignum ſpe filiorum & huc uſque Eccleſia excandeſcit in hæreticos. Et ita eiectus eſt ille populus extra Eccleſiam, ſeruiens donec iterum humiliatus reuertatur ad eam. Et certè nō ſine dolore magno Abraham, Iſmael eiectus fuit, & ita Chriſtus fleuit ſuper ciuitatem Ieruſalem: & Paulus optabat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis.

Quomodo corripiat Eccleſia delinquentes, & quare.

Geneſ. 21. Luc. 19.

Rom. 9.

Quòd ſi quis obijciat, hæreticos capite plecti, & exuri: Reſpondemus, hoc nō eſſe ex Euangelio, vel ex Eccleſia, quæ curię ſeculari, & poteſtati magiſtratus tantùm hæreticos tradit, vt ille pro ratione politię præſtet munus ſuū. Illorum enim eſt, homines noxios de medio tollere, vt infrà etiā Apoſtolus ait: *Vtinam & abſcindantur qui vos cōturbant.* Euangelium ſiquidem poteſtatem regiā non tollit, ſed confirmat, & iubet dari Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Et alio loco: *Nō ſine cauſa gladium portat.* Hinc Auguſtinus epiſt. ad Bonifacium Comitem: *Si boni, & ſancti nemini faciunt perſecutionem, ſed tantūmodo patiuntur: cuius putant eſſe in Pſalmo vocem, vbi legitur: Perſequar inimicos meos, & cōprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant? Si verum dicere, vel agnoſcere volumus, eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt impij Eccleſiæ Chriſti. Iſta itaq; beata eſt, perſecutionem patitur propter iuſtitiam: illi verò miſeri, qui perſecutionem patiuntur propter iniuſtitiam, Proinde iſta perſequitur diligendo, illa ſæuiendo. Iſta vt corrigat: illi, vt euertant. Iſta, vt reuocet ab errore*

Si non perſequitur Eccleſia Lutheranos, cur eos de medio tollit. *Galat. 5.*

Matth. 22. Rom. 13. B. Aug. ep. 50. paulo remotius à princ. tom. 2. Pſal. 17.

Aliter hæretici in Catholicos, aliter Catholici ab hæreticis perſecutionem patiuntur. *Matth. 5.*

errore, illi vt præcipitent in errorem. Denique iſta perſequitur inimicos, & comprehendit, donec deficiant in vanitate, vt veritate proficiant. illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis conſulimus ad æternam ſalutem, etiam temporalem nobis conantur auferre. Hæc ille magnus in Eccleſia Dei Pater. Qui etiam ad hunc Pauli locum aſpiciens in Epiſtola ad Vincentium ait; *Duæ mulieres, Sara & Agar, & duo filij earum, Iſaac & Iſmael, pro ſpiritalibus, & carnalibus figurentur. Et cum legamus, ancillam, & filium eius à Sara paſſos graues moleſtias: Paulus tamen Apoſtolus dicit, quod ab Iſmaele perſecutionem ſit paſſus Iſaac. Sed ſicut tunc, inquit, ille qui erat ſecundùm carnem, perſequebatur eum qui erat ſecundum ſpiritum: ita & nunc: vt poſſunt, intelligant, magis Eccleſiam Catholicam perſecutionem pati ſuperbia, & impietate carnalium, quos temporalibus moleſtijs atque terroribus emendare conantur. Quicquid ergo facit vera & legitima mater, etiamſi aſperum, amarumque ſentiatur, non malum pro malo reddit, ſed bonum diſciplinæ expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, ſed dilectione ſanandi.* Hactenus Auguſtinus. Cuius plane aurea ſunt verba, & diligenter contra hæreticos annotanda.

Pſal. 14. Pſal. 17.

Idem epi. 48. circa princ.

Eccleſiæ in contumacib. filiis corripiẽdis ſeueritas quanta cum benignitate coniuncta.

Ad poſtremum dubium circa illa verba: *Eijce ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ:* reſpondemus, hoc ab Apoſtolo citatũ fuiſſe in ſenſu myſtico, ſiue allegorico. Conſtat enim ad literam, Agar cum filio ſuo de domo Abrahæ eiectam fuiſſe: Sed in Spiritu ſignificatum eſt vetus Teſtamentum aliquando eijciendum, vt non ſit eius vſus in populo Dei. Eiectus eſt etiam eius filius, in ſignũ quòd omnes qui legem Moyſi, & ceremonias ſectantur; hæreditatem Abrahæ promiſſam non ſint participaturi. Et proinde hortatur, vt quoniam id in nobis ſitum eſt, contempta lege, & cæcis Iudæis, per fidẽ Chriſti in corpus eius cooptemur: vt ita ex ancillę filijs, Saræ liberæ filij reddamur. Et de his hactenus.

Ad VII. dub. illud: Eijce ancillam, & filium eius, quo Paulus ſenſu protulerit. *Geneſ. 21.*

Eiectio illa ancillæ cum filio Iſmaele de domo Abrahæ, quid ſignificauit.

DISPVTATIO XXXI.

In illa verba Cap. 5. *State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circũcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidẽti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim Spiritu, ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu neque Circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.* Et reliqua in finem vſque capitis.

PAVCA Sunt, quæ in hoc Capite magnam adferunt dubitationem: nonnullas tamen excitabimus quæſtiunculas, quo lucidior reddatur Apoſtolicus contextus. Primò igitur quæritur, quomodo exhortetur ad libertatem Apoſtolus eos, quos nouerat iugo Euãgelij eſſe ſubiectos aut quomodo deprecatur ſeruitutem, qui vult nos eſſe ſeruos iuſtitiæ? Deinde quæritur, quomodo Circumciſio nihil prodeſſet in Chriſto, de qua alio loco dixerat: *Circumciſio quidem prodeſt ſi legẽ obſerues.* Tertiò qua ratione Circumciſio cogebat ad totam legem ſeruandam, cum Indi & AEtiopes modo ſe circumcidant; nec ad legem tamen ſe obligant ſeruandam. Quartò, quomodo Circumciſio, & Præputiũ nihil ſint, ſed fides quę per charitatem operatur; cùm potius charitas per fidem operari dicenda ſit, cùm principalior & nobilior habitus cæteris imperet, & ad actiones moueat. Quintò quid eſt: *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit, vel fermentat.* Sextò quęritur, quid eſt illud: *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant?* an forte membra genitalia ſunt abſcindenda? an ſpiritualiter per excommunicationem erant ſecandi, ac ſegregandi? an per Reges, & Principes, hæreticos debitis pœnis plectentes? Videtur etiam verbum maledicentiæ hominibus malum imprecantis, contra ſuum præceptum: Benedicite, & nolite maledicere. Septimò in quæſtionem venit illud: *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c.* nam multi ambulantes ſpiritu, in carnis deſideria incidunt, & qui fieri poteſt, vt caro concupiſcat ſine anima, aut ſpiritu? Octauò quid eſt illud: Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege: nũquid qui Chriſti ſunt, legem non habent, aut lege Euangelica non arctantur? Poſtremò, quid eſt quod ait: Manifeſta ſunt autem opera carnis? & tamen multa, quæ nõ ſunt carnis, enumerat, vt iras, rixas, ſectas. Quorſum etiam nõ dixit: Opera Spiritus; ſed fructus Spiritus; aut, ſi dicendum erat, fructus Spiritus, cur non dixit; fructus carnis. Hæc & his ſimilia, quæ obſcuriora ſunt in hoc Capite, breuiter ſunt illuminanda, & expedienda.

I. Difficultas. *Rom. 6.*

Secunda.

Suprà 2. Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Rom. 12. Septima.

Octaua.

Nona.

Ad primam quæſtionẽ reſpondeo, Terminauerat Apoſtolus præcedẽtẽ quęſtionẽ illo,

Ad I. diffic. Cum Galatæ ſerui eſſe deberent iuſtitiæ, cur eos Paulus hortatur ad libertatem.

Galat. 4.

illo dicto: Itaq; , frates, non ſumus ancillæ filij , ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit, aut donauit; iam ad eam retinendam per duo integra capita ſequentia Galatas cohortatue, dicens: *State, & nolite iterũ iugo ſeruitutis cõtineri:* vel vt Græca habent, quæ à ſuperiori clauſula incipiũt caput : In libertate ergo qua Chriſtus vos liberauit, ſtate: quanquam etiam Latinam lectionem ſequatur editio Cõplutenſis, & Patres, Ambroſius, Hieronymus, & Auguſtinus. Et rectè leuibus Galatis ait, State, permanentes in adepta libertate, ne quouis modo contingat vos excidere, iuxta illud; *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.*

Duplex lectio huius loci.

Compluten. editio. Amb. Hiero. Augu.

1. Cor. 10.

Et nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri. Nõ ſolùm à ſeruitute quam peccatum inducit, ſed etiam à ſeruitute legis & ceremoniarũ, quæ ſic premebant, vt iuſtis nocerent, ex eo quòd ſpiritum ſuffocabant. Nam ceremoniæ ſunt velut folia in arbore, quæ ſi nimis denſa ſunt, calorem fructibus adimũt vt nequeant fructus maturare: & ſi nulla folia ſint, fructus à Solis, & pluuiæ iniuriæ non ſeruant. Et quod ait iterum, indicat, Gentiles ſuas habuiſſe ineptas, & ſeruiles ceremonias. Et vt ait Hieronymus, idololatriæ iugum graue fuit. Ad eundem etiam modum ſuperius dixit: *Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuò ſeruire vultis:* & Romanis, qui magna ex parte erant Gentiles: *Non accepiſtis,* inquit, *ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.* Conſidera etiam, quòd pro iugo importabili legis , poſitum eſt iugum ſuaue; & pro graui onere, onus leue. Ita enim hoc loco Chryſoſtomus phyloſophatur. Etenim cũ iugum legis detraxiſſet; ne ſubſilirẽt, aliud illis imponit iugum, nimirum charitatis, illo validius, ſed multo leuius ac iocundius. Et ſicut duplex eſt iugum, ita duplex eſt ſeruitus, quarum altera cum lege , altera cum iuſtitia connectit: de qua ſecunda loquitur Paulus ad Rom. cum ait; *An neſcitis, quoniã cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.* Et ſubiungit. *Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* Et inferius in hoc ipſo capite; *Vos in libertatem vocati eſtis fratres : tantùm ne libertatem in eo occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Hinc Auguſtinus in Ioannem pulchre ait : *Sicut duo ſunt timores, qui faciunt duo genera timentium : ſic duæ ſunt ſeruitutes, quæ faciunt duo genera ſeruientium. Eſt timor , quem perfecta charitas foras mittit, & eſt alius timor caſtus permanens in ſeculum ſeculi. Illum timorem qui non eſt in charitate, attendebat Apoſtolus, cum dicebat : Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.*

Ceremoniæ legis quales.

Eo verbo: Et nolite iterũ, &c. quid Paulus inſinuet.

B. Hiero: hoc loco.

Galat. 3.

Rom. 8.

Iugum legis ab illo Euangelij quam diuerſum.

Act. 15.

Matth. 11.

B. Chryſoſt. tom. 4.

Seruitus duplex.

Rom. 6.

Ibidem.

Galat. 5.

B. Aug. tract. 85. in Ioã circa med. to. 9.

Legalis ſeruitutis cum ſeruitute euangelica elegãſane comparatio Auguſtini.

Illum autem timorem caſtum attendebat , cum dicebat, Noli altum ſapere, ſed time. In illo timore quem foras charitas mittit, eſt etiam ſeruitus ſimul foras cum ipſo timore mittenda : vtrũque enim iunxit Apoſtolus, hoc eſt ſeruitutem, & timorem, dicendo : Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Ad hanc ſeruitutem ſeruum pertinentem intuebatur & Dominus, dicens, Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quod faciat dominus eius : non vtique ille ſeruus pertinens ad timorem caſtum , cui dicitur: Euge ſerue bone, intra in gaudium Domini tui: ſed ille ſeruus pertinens ad timorem, foras à charitate mittendus. Hæc ille. Ergo homo per iuſtificationem liberatur à mala ſeruitute, & à ſeruili timore, & comparat ſibi libertatem à peccato , & metu illo : imò potius commutat ignobilem ſeruitutem , & vanũ timorẽ in veram iuſtitiæ ſeruitutẽ, & in timorem caſtum, & ſanctum. Vt qui à catena, & ſeruitute Turcica liber euaderet, & fieret Regis familiaris, & geſtaret torquẽ auream, & veſtimentum purpureum , ille ſeruitutem non amitteret, ſed turpem & foedidam in ingenuam, & honeſtam ſeruitutem permutaret. Denique ille dicitur liber, qui illi ſeruitutem impendit, cui ſeruire, & quem reuereri, rationi, & honeſtati eſt cõſonum. Ideò Princeps quidam ethnicus ſapienter dixit: Ideo legum ſerui ſumus, vt liberi eſſe valeamus.

1. Ioan. 4.

Pſal. 18.

Rom. 8.

Infrà 15.

Ioan. 15.

Matth. 25.

Quid homini afferat iustificatio? libertatem.

Exemplum Chriſtianæ ſeruitutis per elegans. Liber verè quis vt quidam ſapiens pronũciauit.

Ad secundam quæſtionem: *Si circumcidamini Chriſtus vobis nihil proderit.* Id eſt apertè explico, & Apoſtolica autoritate edico, quòd etiamſi olim circumciſio vt erat ſignaculum iuſtitiæ fidei, Iudæis profuerit, ſi bona opera illi adijcerentur : tamen poſt Chriſtum mortuum, & ſuſcitatum, vana facta eſt, & inutilis. Gentibus autem ſemper fuit noxia , quanquam Iudæis ob fidei eorum infirmitatẽ, ad tempus tolerata ſit, dum ſynagoga cum honore ſepeliretur , & ea ratione , ne ſpem ſalutis in ea ponerent, putando eſſe neceſſariam ad ſalutem : qua ratione etiam Paulus Timotheum circumcidit. Ac ſubdit: *Chriſtus vobis nihil proderit.* Id eſt, fides in Chriſtum , vel gratia Chriſti nihil proderit : & ab hoc opere detrahere poterat negotij difficultas. Nam circumciſio periculoſa eſt vitæ humanæ: importabile quoque, & difficile iugum ſeruitutis ſecum adferebat , quia ſignum erat vniuerſæ legis à circumciſis præſtandæ.

Ad II. difficultatem.

Quam verũ ſit Chriſtum ſe circumcidentibus nihil prodeſſe, cum alibi legẽ obſeruantibus dicatur prodeſſe circumciſio.

Rom. 4.

Actor. 16.

Circumciſionis incommodum.

Actor. 15.

Ad tertiũ de Æthiopibus & Indis, qui ſe circumcidunt, nec putant ſe ad legis onera obligari: Dicẽdum eſt, aut factum illorum præpoſterum eſſe, & omnino damnandum aut ſi ille error, ne ſit noxius, condonandus eſt dici poſſet, illos non ea ſe gratia circũcidere, quaſi ex lege ad eã teneãtur, aut vt ea

Ad III. difficultatem.

De eo quod Indi, & Æthiopes vllo ſine legis onere ſe circumcidunt.

vtantur

Cur id faciãt & quidẽ male, tametſi bono animo.

vtãtur quaſi quodam ſacramento, vt velint prænunciare Chriſtum venturum, ſed tantùm ad ſolam Chriſti imitationem ex deuotione eam ſuſcipere. In duo tamen non leuiter erratur: quia non omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Ipſe enim ſe circumcidit, vt ſua circumciſione circumciſioni illius populi, cuius eo vſque vſus fuerat vigorem conferret, atque illi finem imponeret: ſicut & agnum phaſe mãducauit, vt vetus teſtamentum impleret, nõ vt talia faciendi exemplum nobis præberet. Subiungit; *Euacuati eſtis à Chriſto*, id eſt fructu Chriſti. *Qui lex lege iuſtificamini*: id eſt, quæritis iuſtificationem. *A gratia excidiſtis.* Quia diffiditis gratiæ, & aliunde quã ab ea quæritis iuſtificationem, & gratiæ ipſi vos ingratos præbetis. *Nos enim ſpiritu*, ſiue ſpirituali circumciſione, *qua per charitatem eſt: ſpem iuſtitiæ*, id eſt ſeparatã iuſtitiam, ac deſideratã, *ſiue coronam gloriæ expectamus.*

Circumciſionis Chriſti cauſa. Luc. 2.

Infrà 22. Euacuati à Chriſto, ex lege iuſtificari, & à gratia excidere, quid.

Ad quartum, ait: *Neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputiũ, &c.* Id eſt: In Chriſti Euangelio neq; circũciſio, in qua Iudæi olim gloriabantur, & quæ aduentu Baptiſmi iam euanuit: neque præputium, in quo Gentiles nonnulli ſe iactabant, aliquid iã valet. Prius quidem quã veniret Chriſtus, ac fides eius explicata, aliquid valebat circumciſio, quæ erat ſignaculum iuſtitiæ fidei Chriſti venturi: ſed iam Chriſto exhibito, cognito, & per baptiſmum induto, tantum fides ad ſalutem valet, & expletionem ſpei noſtræ, nõ quidẽ quæcunq; aut ſola, & nuda & informis, & otioſa, vt Hæretici volunt, ſed illa, quæ per charitatem operatur, id eſt quæ viua eſt & efficax, & dilectionis opera producit. Ita vt quoties fides commẽdatur ab Apoſtolis, non de mortua, aut informi ſit accipiendũ, ſed de illa quæ viuentes nos gratiæ Dei reddit, & ad bonorum operum merita proferenda nos impellit. Hæc autem fides communis eſt circumciſis, & incircũciſis: & non eſt in corpore, vt circumciſio, & præputium, ſed in anima.

Circa illud: Neq; circumciſio aliquid valet neque præputium. &c.

Quando profuerit circumciſio. Rom. 4.

Quæ fides in Chriſto Ieſu tãtum valeat

Hæreticorũ fides qualis.

Apoſtolicæ fidei proprietates.

Iam illud in controuerſiam venit, quomodo fides per dilectionem operetur: non enim affirmandum eſt operari per charitatem tanquam per inſtrumentum, vt volũt Hæretici: quia charitas etſi Dei ſit inſtrumentum, non tamen fidei, quia fidei habitus minor eſt charitate, vt 1. Cor. 13. docet Apoſtolus. Deinde dici non poteſt, quòd fides operatur per charitatem tãquam per fructum, ſiue effectum à ſe prolatum: quia arbor nihil operatur per fructum.

Huius ſentẽtiæ: ſed fides quæ per charitatem operatur, I. ſenſus ſed falſus.

1. Cor. 13. Alter, & ipſe ineptus.

Dicendũ ergo, quòd fides operetur per dilectionem tãquam per formam ſuam & perfectionem, ex qua etiam ipſa fidem viui ſuam totam habet, & in iuſtificando, & in impetrando, & in promerẽdo. Ita enim dicimus: Homo per animam ſuam intelligit, aut ratiocinatur, cum anima ſit forma ſubſtantialis homini. Ita viua fides ſalutẽ operatur per dilectionem. Certe Bernardus ſerm. 2. de Reſurrectione initio ita habet: *Sicut corporis huius vitam ex motu ſuo dignoſcimus: ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis eſt anima, per quam mouetur, & ſentit: vita vero fidei charitas eſt, quia per illam operatur: ſicut in Apoſtolo legis, Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigeſcente charitate fides moritur, ſicut corpus anima recedente.* Conſule reliqua. Græca tamen habent: Πίϛις δι᾽ ἀγάπης ἐνεργουμένη: & participium illud cum ſit mediæ coniugationis, poteſt & actiue, & paſſiue interpretari: & quæ effecta, ſiue, vt ita dicam, operata eſt, à verbo Opero operas, ſi extaret: quemadmodum verbum Conſolandi vſurpat Scriptura paſſiue: ita quidam volunt hoc loco accipi participium ἐνεργουμένη, vt illa fides in Chriſto valeat, quæ per dilectionem operanda eſt exercẽda. Et ita ſenſus eſſet, quòd fides facta, ſiue imperata à dilectione, quæ facit fidem operari: non autem fides per dilectionem operatur quia ſemper præſtantiſſima forma per alias inferiores operatur; & adhunc modum charitas omnibus virtutibus, actionibus, & paſſionibus vim & vitã confert. Obſeruarunt enim quidam, cum participium, ſiue verbum medium abſolutè, & intranſitiuè dicitur, hoc eſt ſine caſu actiuæ conſtructionis, ſemper in ſignificatione paſſiua accipiẽdum. Vnde ἐνεργούμενοι ſimpliciter dicuntur, qui à dæmonibus vexantur, ſiue patiuntur. Puto tamen, etiam lectionem noſtram retinendam eſſe, quia etiam ἐνεργουμένη abſolute actiue accipitur. Vnde illud Iacobi vltimo; Multũ valet deprecatio iuſti aſſidua. Græca habent, δέησις δικαίου ἐνεργουμένη, id eſt precatio iuſti efficax. Quod interpretans Oecumenius, habet: *Efficax eſt iuſti oratio, quãdo is pro quo precatur, ſpirituali afflictione iuuerit eum qui precatur.* Sic ille. Eſtque ſermo hoc loco, non quomodo ex impio fiat quis iuſtus; quia hoc ſatis ſuperius eſt declaratum, cap. 2. & 3. & quia ad illam primò adipiſcendam inducit fides: quæ etſi à charitate non excitetur (nam ita ante fidem eſſet iuſtus) terminatur tamen in charitatis apprehenſionẽ, quæ iuſtitia eſt Chriſtiana. Sed loquitur de fide hominis iam iuſtificati. Ita enim præceſſit: *In Chriſto Ieſu* (ſcilicet exiſtentibus) *neq; circumciſio, &c.* Et ſuperius dixit: *Qua libertate Chriſtus nos liberauit.* Eſt ergo fides ad ingreſſum in Chriſtum neceſſaria, quæ non excitatur à charitate, licet in eam terminetur:

III. germanus & verus.

B. Bernard. Charitas fidei vita eſt teſte Bernardo.

Fides quando moriatur.

Verbum operandi, ſicut & conſolandi, in Scriptura interdum paſſiue eſt ſignificationis. Eſai. 49.

Quo ſenſu paſſiuè dicatur: Fides quæ per charitatẽ operatur.

Verbum, ſeu Participium medium quãdo vim tantum patiendi ſignificet.

Eandẽ ſententiam non incommode actiuam, admittere ſignificationem. Iacob. 5. Oecum. ca. 5. in epiſt. B Iacobi, in fine. Quando ſit efficax iuſti oratio, teſte Oecumenio.

Galat. 4.

minetur: alia verò eſt fides ad progreſſus in Chriſto faciẽdos, & hæc à charitatis habitu excitatur. Fides autem peccatorum, ac dæmonum, qui credunt & contremiſcunt: nec à charitate inchoatur, nec in eam terminatur; & eſt fides mortua, ſiue informis, quæ nullius eſt fructus, niſi denuò accendatur charitate: Hinc Ambroſius ait: *Neq; præputium valet quicquam, neque circumciſio, ſed ſola fides opus eſt in charitate ad iuſtificationem. Fides enim charitate fraterna debet muniri, vt perfectio ſit credentis.* Et Oecumenius; *Neque ſatis eſt Chriſto credidiſſe, ſed oportet hanc (ſcilicet fidem) operari, & cuſtodiri, & veluti excitari per dilectionem erga Chriſtum. Hic autem indicatur, quod qui crediderunt, ſed non diligunt Chriſtum, ad legem transfugiunt.* Hæc illi Patres.

Peccatorum ac dęmonũ fides qualis ſit.
Iacob. 2.
B. Amb 10. 5.
Oecum. c. 10. in ep. ad Gal. initio.
Fidẽ habẽtes ſine charitate, quid faciãt

Subdit Apoſtolus: *Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire?* Laudat curſum, ſed ceſſationem, vel retroceſſionem vituperat: quaſi diceret; Nemini ad ceſſationem perſuadenti aſſenſum præſtetis. Etiamſi in Græcis & Latinis emendatis exemplaribus non habeamus illa verba: Nemini conſenſeritis. Nam perſuaſio talis nõ eſt à Deo qui vos vocauit, ſed à dæmone qui ſeiũgit à vocante: ſed tacitè innuit eſſe à dæmone homine inimico, ſuper ſeminãte zizania.

Galatis quis perſuaſerit veritati non obedire.
Matth 13.

Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. In his verbis quintam quæſtiunculam diſſoluemus. Et breuiter dicendum eſt, eſſe vocum allegoriam, & perinde eſſe ac ſi dixiſſet; Paruum errorem inficere totam ſubſtantiam religionis, illamque euertere, etiamſi ſolam cum Euangelio miſceatis circumciſionem: quia qui ſe circumcidit, debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: quemadmodum olim obſeruantia Paſchę more Iudæorum, contra morem Eccleſię Romanę magnas tragœdias in Eccleſia excitauit: & ante ætatem noſtram vſus calicis Bohemos ab Eccleſia præcidit. Nam hæc quidem etſi modica ſint in ſe ipſis, paulatim tamen omnia euertunt, vt rectè dictum ſit: *Qui ſpernit modica, paulatim decidet*, vt oſtendit vſus vtriuſque ſpeciei, quem vrgentes Hæretici in principio, in omnium hæreſeon colluuiem illos pertraxit. Verum enim eſt quod qui in vno fidei articulo inuertendo pertinax eſt, nihil verè credit in reliquis: nam etſi ſibi maximè credere videatur, fidem tamen non habet, ſed opinionem. Et ratio eſt in promptu: quia diſcrepans ab Eccleſia, ſpernit eam; quæ eſt columna, & firmamentum veritatis, & cui ſoli innitendum erat, & non prudentiæ ſuæ. Fermentum verò, ſignificat malam doctrinam, iuxta illud; *Intuemini, & cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.* Et poteſt etiam extendi ad magiſtros reprobatæ doctrinæ, quia hi non ſecus atque quoddam fermentum Catholicos corrumpunt. Nõ negauerim tamen, fermentum pro peccato accipi ab Apoſtolo in alio loco, cum ait: Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ; quamquam & hic locus de fermento Iudaico accipi poſſit, quia ſequitur: *Sed in azymis ſynceritatis, & veritatis.* *Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudiciũ, quicunq; eſt ille.* In, pro, de, poni ſolet interdum. Confido ergo in Domino de vobis. Neque loquitur Apoſtolus propheticè, ſed cohortatur eos nunc vt timorem concipiant, nunc verò vt confidentiam habeãt, vt metu, & ſpe à verbo mendacij auertãtur. Qui autem, inquit vos cõturbat: qui ſanè aliquis inſignis pſeudapoſtolus erat, & fortaſſis Cherintus, de quo ſupra diximus. Non eſt autem Petrus Apoſtolus (quod horrendum eſt vel cogitare) hic, inquam, portabit iudicium, id eſt, dabit pœnas ſuæ temeritatis: quia etſi actus culpæ tranſeat, manet tamen eius reatus. *Ego autem fratres, ſi circũciſionem adhuc prædico: quid perſecutionem patior.* Calũniabantur Apoſtolum hoc nomine, quòd diuerſis in locis aliud & aliud doceret; quod apud Iudæos pro Moſe, apud Gẽtes contra Moſen ſtaret. Et calumniã amolitur, cùm inquit: Adhuc Iudæi obſtinatis odijs inſectari me pergunt. Et inſinuat Iudæos ſe non perſecuturos, ſi voluiſſet permittere legẽ Moyſi, etiamſi Chriſtum prædicaret, & ceſſabat ſcandalum crucis: nam Iudæi ad prædicationem crucis Chriſti, offendiculum pati ſolebant: per quem tamen prædico legem abolitam eſſe.

Ad V. diffic. De ſenſu huius dicti: Modicũ fermentum totam maſſam corrumpit.
1. Cor 5.
Quomodo olim Iudæi, & nuper Bohemi ſinceræ fidei maſſam quaſi fermentauerint.
Eccl. 19.
Eum qui vel vnum fidei articulum nõ plene recipit, neque reliquos recepturum omnino
1. Tim 3.
Fermentum hoc loco quid.
Matth 16.
Vbi fermentum peccatum ſignificet apud Paulum.
1. Cor. 5.
Confidere in Domino quid.
Galatas conturbans quis ille: quomodo portabit iudicium.
Vnum Chriſtum ſe vbiq; prædicare, nunquam Moſen, aut circumciſionem, vnde probet Apoſtolus.
1. Cor. 1.

Ad ſexto loco quæſitum in illo verbo: *Vtinam & abſcindantur qui vos cõturbant*, vel vt Gręca habent, *qui vos labefactant*, vel, *vos loco ſummouent*: dicẽdum eſt, oſtendiſſe Auguſtinum, & Hieronymum hanc imprecationem Apoſtoli; cuius tamen exemplum Dauid pluries dederat, & ipſe Paulus, qui in fine poſterioris ad Timotheum dixit, *Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit: reddat illi Dominus ſecundum opera eius.* & ad Elymam magum dixit; *O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas, &c.* Quare ad hunc ſcopulum Auguſtinus effugiat, interpretatur abſcindi, id eſt ſpadones fieri iuxta illud; *Qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum*: Quaſi Paulus iſtis non male, ſed bene precetur. Sed ſi zelum iuſtitię quo ſancti vtuntur, & interdum loquuntur, cõ-

Ad VI. diffic. Quid his verbis: Vtinã & abſcindantur qui vos cõturbant precetur Apoſtolus.
B. Augu. 10. 2 prope fin.
B Hiero. 10. 5.
2 Tim. 4.
Act. 13.
1. Senſus.
Matth. 19.
Minime probatur.

ſideraſ-

ſideraſſent, nihil io his verbis reprehenſione dignum inueniſſent. Neque dixit Apoſtolus, Vtinam abſcindantur illorum mēbra pudēda, quorum occaſione delinquebant in circumciſo gloriabundi præputio: ſed certe dignitatem, & autoritatem Apoſtolicam hic ſenſus minimè decebat. Sed optat vt abſcindantur à corpore, & contubernio Eeclcſiæ, idq; gladio anathematis: qnod deſiderium ſanctum erat ex charitate profectum, quò totum corpus ſaluum fieri poſſet. Sicut in circumciſiooe Chriſti illa pelliculæ abſciſſio, præcidēdos Iudæos carnem ſuam à benedicto corpore ſuo ſignificauit.

Alter longe probabilior.

Luc. 2.

An verò gladio Magiſtratuum & Regum Hæreticos puniri optauerit, non eſt vſquequaque certum, cum eo tempore necdum Reges ad Chriſtum veniſſent: dubium tamen mihi non eſt, quin id exoptaſſet Apoſtolus, ſi extitiſſet vlli Principes ad ſidem conuerſi.

Quid earo Chriſti in circumciſione abſciſſa præſignauerit.

Et ſubdit Apoſtolus: *Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis.* Hæc verba noſtri ſeculi Hæretici frequenter in ore habent, & illa pro ſe contra nos producūt: ſed certè malè intelligunt, ſeque ipſos, & ſuos diſcipulos in præcipitium æternæ gehennæ deturbant. Nam ſumus quidem à peccato, Sathana gehenna, & à lege timoris, cui olim ſeruiebamus, liberati, ſed ſerui facti ſumus iuſtitiæ. Contrà iſti facti liberi à peccato, & ab illa lege quæ congruebat peccatori iuſtitiæ ſerui fieri per charitatem nolunt, ſed caro aliam libertatem non nouit quàm illam, quæ liberum hominem facit à Iuſtitia. Et cū illis dieimus, Serua vota tua, quæ deſtrinxerunt labia tua; reſpondent; Nos in libertatem vocati ſumus. Similiter cum illis obijcimus; Serua indicta ab Eccleſia ieiunia, pronuncia peccata tua, & cōfitere coram ſacerdote; eādem cantionem nobis occidunt.

Hæc verba Lutherani: vos in libertatem vocati eſtis fratres, qoomodo detorqueant infœlices.

Rom 6.

Quam illi agnoſcant, & colunt tantū modo libertatem.

Pſal. 65.

Iiſdem Apoſtoli verbis iiſdem nebulones à quib' Catholicorū obiectis ſeſe faciIe expediant, & abſoluant.

Origines per Hieronymum productus interpretatur, ita eos debere libertatem profiteri Chriſtianam, vt propterea non darent ſcandalum carni, id eſt infirmis in fide. Verus quidem ſenſus, & Catholicus, ſed ad rem minimè faciens, vel ad ſcopum Apoſtoli. *Sed per charitatem ſpiritus ſerui inuicem.* Seruitutis eatenus mala eſt, quatenus opera mala edit; eatenus autem bona, quatenus bona edit. Sed charitas nonniſi booa opera, & non coacta, ſed prompta, & alacris proferre ſolet. Et probat: quia *Omnis lex,* vel melius, vniuerſa lex (eſt enim tantùm vna lex CHRISTI, non plures) *in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Ex quo apertè inferre potes, libertatem Euangelicam non eſſe, liberari à lege naturæ. Seruire enim inuicem per charitatem, munus eſt Euangelicæ libertatis: & diligere proximum ſicut ſeipſum, non eſt aliud quàm amore amicitiæ diligere proximum propter ſeipſum: ſicut & nos ipſos diligimus propter nos ipſos.

Originis ſenſus illorum verborum incongruus.

Seruit' quatenus mala, & bona ſit: proprium charitatis.

Leuit. 19.
Matth. 22.

Nequaquam euangelicam libertatē in liberatione à lege naturæ conſiſtere.

Quid diligere proximū ſicut ſeipsū.

Quòd ſi inuicem mordetis, & comeditis, videte ne inuicem conſumamini. In dilectione proximi omnia charitatis, & miſericordiæ erga proximum officia continentur, & præcepta etiam negatiua non offendēdi eum: quorum minora detrimenta morſu; maiora, deuoratione, ſiue comeſtione ſignificantur. Mordetis, per mutuas obtrectationes; comeditis, vos ipſos, deuorando, & odio mutuo perſequendo. Eſt autem viſitata metaphora, comedere pro, detrahere, iuxta illud; *Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis*: & Michææ 3. *Qui comederunt carnem populi mei.* Et detractio peculiariter contraria eſt charitati, & per eam bonum à fratre interciditur, quod eſt inter externa, & humana maximum, hoc eſt fama, & bona opinio. Et comparatur detractor cani mordaci, & ſerpenti in ſilentio mordenti. Et incurritur hoc crimen, etiam ſi vera depromantur vitia, ſed occulta: quia etſi nihil de virtute eius derogetur; detrahitur tamen de exiſtimatione, & bono nomine.

Galatæ quo modo morderent ſe inuicem, atque comederent.

Vbi ſcripturarū comedere, ſit trahere.

Pſal. 13.
Michææ 3.

Detractio quantū malum ſit

Detractor qualis.

Eccleſ. 10.

Detractio dupliciter contingit.

Septimæ quæſtioni reſpondemus circa illud: *Dico autem in Chriſto, ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c.* Ne putarent ſemel ſuſceptum Chriſtum ſemper in eis permanſurum, & ipſos non peccaturos; quomodo id obtinere queant, nempe ambnlando in ſpiritu.

Ad VII. difficultatem. An ſpiritu ambulare, & deſideria carnis non perficere, ſibi cōtradicant.

Ambroſius & Hieronymus explicant quod Paulò antè dixerat: *Tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis*, manifeſtando modum, quo libertas Euangelica ſit ſeruanda. *Spiritu*, inquit, *ambulate*, hoc eſt io Spiritu ſancto, de quo inferius eſt mentio, eum ait: *Si ſpiritu ducimini, &. Fructus autem ſpiritus.* Et eſt ſenſus; libertas Euangelica, eſt libertas Spiritus, de qua, *Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulāt: & infra: Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecūdum Spiritum:* ambulare autem Spiritu, eſt exigere vitam quotidianam iuxta doctrinam ſpiritus, vel iuxta inſtinctum Spiritus ſancti: in quo qui ambulat, nō abutitur libertate Euangelica ad vitæ licentiam.

Ambr. to 3.
Hier. tom. 9.

Rom. 8.

Ibidem

Ambulare ſpiritu quid.

Deſideria carnis non perficere quid ſit.

Subdit: *Et deſideria carnis non perficietis.* Quo verbo non pollicetur, extinctas iri omnes concupiſcentias carnis: non enim ait, deſideria carnis non habebitis: quoniam carere carnis concupiſcentia, non eſt hominis mortalis, ſed non perficere conſenſu, aut executioni mandare. Nam hoc opus eſt iuſti, & habentis Spiritum ſanctum, nam qui ſunt CHRISTI, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs Conſentire verò concupiſcentijs, & in eis moroſe delectari, aut opere perficere, hominis eſt gratia, & Spiritu Dei deſtituti, ſiue cum ſenſu pugnet, vt Iudæus incontinens, ſiue ſine ſenſu, vt Gentilis intemperatus. At ſecundùm communem charitatem, impoſſibile eſt crucifixam eſſe omnino omnem concupiſcentiam, ſed ſatis eſt non obtinere dominatum, aut regnum: vt Apoſtolus docet, cum ait: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcẽtijs eius.

Quonam illud ſit tantùmmodo. *Galat. 5.*

Deſideria carnis qui perficiant.

Propria tantum huius vitæ perfectio qualis, ſecundum Apoſtolum. *Rom. 6.*

Caro enim concupiſcit aduerſus Spiritum: Spiritus autem aduerſus carnem. Probat quare ſit ambulandum in Spiritu, ne deſideria carnis perficiamus, oſtendendo efficaciam contrarietatis inter carnem, & ſpiritum, quæ contraria inter ſe deſideria habent. Et eſt ſermo non de carne in primęua creatione, in qua Adam, & Eua nudi exiſtentes non erubeſcebant, ſed de carne peccato originali infecta: nec tantùm de ea, ſed etiam de illa, quæ per Baptiſmum liberata eſt à peccato, quod ad animum attinet: ſed non omnino quantum ad corpus, quod ad omnes eius ſpectat effectus. Vnde ineſt illi erubeſcentia à nuditate, & concupiſcẽtiæ turpitudo.

Quæ caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, cõtra Manichæos. *Geneſ. 2.*

Hominis caro baptizati qualem duntaxat à concupiſcentia libertatem aſſequatur.

Hoc autem prouenit ex relicta poſt peccatum propenſione ad ea, quæ cuique parti ſunt commoda, & amica. Hinc caro quę ſua ſunt, deſiderat, & ad illa vehementer accenditur: contra verò Spiritus quæ ſpiritualia ſunt, & virtuti, & honeſtati conſentanea, expetit. Sed in hac pugna caro, quæ ciuis mundi eſt, hoſpitem ſpiritum vincit. Nam ille dixit;

Vnde illa carnis oriatur contra Spiritum concupiſcentia. Carnis & ſpiritus pugnæ, Cui victrix caro.

Mens aliud ſuadet: video meliora, proboq́;
Deteriora ſequor.

Ouid lib. 7. Metamorph. *Ariſt.*

Et in Ethnicis Ariſtoteles dixit: *Ratio dictat, caro verò agit.* Et Auguſtinus contra Iulianum ait, extitiſſe Hæreticos quoſdam Paternianos & Venuſtianos nominatos, Manichæi ſimiles, qui dicebant, à lumbis vſque ad pedes diabolum corpus hominis condidiſſe, ſuperiores verò partes Deum velut ſupra baſim aliquam collocaſſe. Adduntq́ue nihil ab hominis ſtudio requiri, quam vt anima, quam ſtomacho, & capite contineri dicebant, munda ſeruetur. Pubẽ verò, ſi omnibus flagitiorũ oblinatur ſordibus, ad ſuam non pertinere curam, ita vt ſemper ipſi libidini turpiter ſeruiat, titulũ ei proprię poteſtatis affingunt. Hæc illi impuritatis protectores; cùm tamen non minus partes corporis ſuperiores libidini multipliciter ſeruiant.

Aug. lib. 5. cõtra Iulian. c. 5. tom. 7.

Paterniani atque Venuſtiani hominem quia tãtum parte diceſt ſeruire cõcupiſcentijs. Eorum confutatio.

Licèt ergo caro nequaquam dominetur; concupiſcit tamen, vt non raro contingat ea omnia facere quæ nolletis, hoc enim eſt quod ait: Vt non quæcunque vultis (ſcilicet bona) illa faciatis, nempè aſſiduè Deo hærere, orare, & vnum illud neceſſarium bonum meditari. Et hoc eſt, quod ad Roman. 7. dicebat Apoſtolus; *Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, &c.* Quomodo ergo carni tribuitur actus concupiſcendi, qui eſt proprius animæ? Reſpondeo: Caro dicitur concupiſcere, Auguſtino teſte, quatenus anima ſecundùm carnem affecta concupiſcit; ſicut oculus dicitur videre, cum potius ipſe homo videat per oculos: per ſe verò concupiſcit anima in ſapientia, & meditatione diuinorum.

Quæ bona volumus, nec tamẽ obmutuam Spiritus cum carne repugnantiam, omnia faciamus. *Rom. 7.*

Si propriè concupiſcit anima, cur dicitur Spiritus concupiſcere.

Quòd ſi caro concupiſcit per ſpiritum, quomodo concupiſcit aduerſus Spiritum? Dicendum: In eo quod concupiſcentia carnis impedit illam ſpiritus. Quamdiu enim in ſenſibilibus bonis intenta moratur, reuocatur à ſuperioribus quæ ſunt ſpiritus.

Caro vi contra ſpiritum concupiſcat, cum nonniſi per Spiritum concupiſcat.

Adhæc ſi ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, ſi hic ſit Spiritus ſanctus, & concupiſcentia Spiritus ſancti ſit cõtra omnia mala: conſequitur, carnem, contra quam pugnat Spiritus, malam eſſe, & ita ſtabit error Manichæi, quòd caro ſuaptè natura mala ſit. Reſpondemus, Spiritum non cõcupiſcere aduerſus naturam carnis, ſed aduerſus ſuperflua carnis deſideria ex peccato orta, de quibus ſuperiùs dixit: Deſideria carnis non perficietis. At in neceſſarijs carni ſuperius non contradicit carni, quia nemo carnẽ ſuam odio habuit. Nec propterea tollitur liberum arbitrium: nam libertas arbitrij in illis eſt, quæ ſubſunt electioni; non autem omnia quæ in nobis ſunt, ſubſunt electioni noſtræ ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Nam in ſpeciem poſſunt vitare hunc, vel illum concupiſcentiæ, vel iracundię motum; at generatim omnes iræ, vel concupiſcentiæ motus euadere nõ poſſumus propter concupiſcentiam fomitis ex peccato relictam.

Si caro bona eſt, contra illam quare ſpiritus concupiſcit.

In quibus minime contra carnem Spiritus concupiſcat. *Epheſ. 5.*

Cum hac carnis cum ſpiritu, vel ſpiritus cũ carne repugnantia liberum hominis arbitrium poſſe conſiſtere.

Ad octa-

Digitized by Google

Ad VIII. difficultatem.
Quam verū ſit, eos qui Spiritu ducuntur, non eſſe ſub lege.
Contra Lutherum ſuæ Chriſtianæ libertatis, id eſt diabolicæ propugnatorem.
Rom. 6.

Ad octauum: *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Ex his verbis Lutherus colligebat, hominem renatum nulli legi eſſe obnoxium: quod prorſus falſum eſt, & cum ſcripturis ipſis pugnans. Si quis ergo attendat, quid ſit eſſe ſub lege, facilè intelliget, iuſtum, qui ſub Spiritu ducitur, ſub legis Moſaicæ dominio non eſſe: nam illa mortua eſt, & Chriſtianus illi legi, etiam ipſe Decalogus quatenus à Moyſe latus eſt. Ad Apoſtolus, qui Spiritu ducebatur, affirmat ſe in lege CHRISTI eſſe, & peccatum ſibi non dominari, & CHRISTVM iuſtum factum eſſe ſub lege. Quare qui ſentiunt ſe à peccato abſtinere non poſſe, non conſiderant illam infirmitatem ſua culpa contractam, & ad cumulum damnationis addunt cordis duritiam, & fructus pœnitentiæ non edunt, quibus reparentur. Hinc colligitur, pauciſſimos eſſe vere Chriſtianos. *Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, &c.*

Galat. 4.
In eos, qui ſe vitare peccatum affirmāt non poſſe.
Rom. 2.

Ad IX. difficultatem.
De eo quod iras, rixas, & cōtentiones, &c. Paulus inter opera carnis enumerat.

In his verbis poſtremum continebatur dubium. Cuius ſolutionem vt melius percipias, aduerte, Apoſtolum duo contraria propoſuiſſe, nempe carnem, & Spiritum, inuicem pugnantia: & ne eſſet hæſitatio inter illa, diſcernit cuiuſque opera. Et in primis opera carnis vocat, quæ anima quatenus carni fauet, & illam diligit, operatur. Porrò anima carnalis intelligenda, non tantùm quæ operatur aliquid per carnem, ſiue per carnis ſenſus, ſed quatenus operatur ex corruptione quadam per Adam deriuata. Et ita debere accipi carnem, illud declarat, quòd inter opera carnis connumerat ſectas, inuidias, quæ potius ſunt animæ, quam carnis vitia. Ideo per carnem, intelligit hominem carnalem. Quod annotatum reliquit Auguſtinus libro decimo quarto, de Ciuitate Dei, capit. 2. & 3. oſtendens carnem dici hominem carnalem, qui ex corruptione naturæ ſecundùm amorem ſui ipſius viuit.

Quæ ſint opera carnis Apoſtolo.
Caro quid hoc loco, ſecundum Patres.
B Augu. 10. 3.

Dicuntur ergo opera carnis, quæ auferunt ſpiritum, & gratiam, ſiue quæ mortē pariunt, & Cyprianus libro 3. ad Quirinum docet.

B. Cypr. t 64.

Enumerat autem quindecim, vel decem & ſeptem opera carnis; de quibus non cenſui eſſe diſputandum, quia facilè quiſque per ſe intelligere illa poteſt.

Illud in fine ſubdit dubitatione dignum: quòd qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Nam objicies, quædam illorum quæ proponuntur, non eſſe peccata mortifera, & à regno conſequendo non excludere niſi peccata lethalia. Reſpondeo: Hæc omnia vitia intelligenda ſunt cum duabus conditionibus, quæ in materia morali ſemper ſubintelliguntur. Altera ex parte formæ, vt ex intentione, & deliberatione illa opera fiant: altera verò eſt ex parte materiæ, quæ tam parua eſſe poteſt, vt parū noceat, & excuſet à mortifero peccato: ſed de his tantum quæ in tali materia notabiliter noceant vel mihi, vel proximo: & æmulationes ex ſe ad impediendum proximum valent, ne ad id quod deſiderat, perueniat. Nam etſi æmulatio interdum ſit virtutis; vt Cicero ait: quandoque tamen eſt animi ægritudo, qua quis ne alius eo quod deſiderat, potiatur. ipſe ſe opponit. Ponderat Chryſoſtomus, Apoſtolum dicere. *Qui talia agunt:* non ait, qui patiuntur: quia non ad ea quæ ſunt naturæ malæ, ſed ad ea quæ ſunt voluntatis prauæ, pertinent. *Quæ prædico vobis ſicut prædixi.* Oſtendit ſe conſtantem ſua doctrina. Et præteritum prædixi, oſtendit, præſens Prædico, eſſe tertiæ coniugationis.

Opera carnis perficientes, cum illorum quædam ſint leuiſſima, quomodo verū, regnū Dei non conſecutos.
In vitijs & peccatis duo ſunt conſideranda.
Æmulatiónes quod noceant proximo.
M T 4. Tuſc.
B. Chryſ. to. 4.
Quare potius dictum: qui talia agunt, quam qui talia patiuntur &c.

Fructus autem ſpiritus, eſt charitas gaudium, pax, &c. Fructus ſpiritus vocat opera renati, ſiue iuſtificati, ſiue eius qui per fidem, & charitatem factus eſt vnus cum Deo Spiritus. Et fructus Spiritus opponit operibus in ſenſu prædicto, vt oſtendit Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum.

Fructus ſpiritus qui dicantur.
1. Cor. 6.
Clem. Alex. inter Princ. & Med.
Cur eos Paulus ſic nominet.

Vocat autem Spiritus fructus (ait hoc loco Chryſoſtomus) *quoniam mala ex nobis ſolis oriuntur: vnde & opera vocat. Bona verò non tantùm egent noſtra cura, verum etiam opus habent diuina benignitate.* Hæc ille. Item opera dixit in plurali, in ſingulari verò fructus καρπὸς, quia malum contingit ex ſingularibus defectibus, bonum autem nonniſi ex integra cauſa.

B Chryſoſt.
Pluraliter opera, & ſpiritus ſingulariter cur dixerit.

Differunt etiā fructus, & opera: quia opera nō expectantur, vt fructus expectari ſolent; ad ſignificandum, illa præter intentionem autoris naturæ tanquam ex neceſſitate materiæ prouenire, fructus autē tanquam ex intētione diuina proficiſci ab homine, ceu ex arbore quadam generoſa, de qua ſcriptum eſt quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

Quomodo fructus, & opera diſtinguantur.
Pſal. 1.

Quòd autem ponit primo loco tanquam anteſignanam charitatem, ſuperfluum videri poſſet: quia ipſa charitas eſt Spiritus. Niſi dicas charitatem accipi pro actu. Et per Spiritum poſſumus intelligere etiam ipſum largitorem, qui per charitatem ſuam, cùm ſit in nobis, quodam ineffabili modo parit noſtram charitatem.

Quid charitas hoc loco, & ſpiritus ſignificet.

Fides fructus ſpiritus quænam illa. *Cic. li. 1. de offic. prope init.*

Fidem hic accepit pro virtute humana, qua promiſſa ſeruantur, & citra vllam fraudem depoſita redduntur: eſtque iuſtitiæ, teſte Cicerone fundamentum.

Tres autem illæ voces Latinæ, Modeſtia, Continentia, Caſtitas, vni Græcæ voci reſpondent ἐγκράτεια, hoc eſt, temperantia, quæ communis eſt virtus, & omnibus modum, & ordinem præſtituit.

Quare aduerſus edentes opera Spiritus nõ ſit lex.

Subdit: *Aduerſus huiuſmodi non eſt lex*, Frigidum eſſet dicere, Aduerſus huiuſmodi neutro genere, hoc eſt in præclaras illas virtutes legem non eſſe. Ideò ſenſus eſt: Aduerſus eos qui tales ſunt, & qui hæc & huiuſmodi bona operantur, non eſt lex accuſans, aut damnans, quæ contra inique facta tantùm datur. Quòd ſi ij qui Spiritu Dei aguntur, omnia inique facta oderunt, illis profectò lexācioſa eſt. Hinc Chryſoſtomus eleganter ait: *Quid enim aliquis præcipiat illi, qui omnia in ſe habeat, etiam perfectam philoſophiæ magiſtrā charitatem. Quemadmodum enim equi freno morigeri, omniaque ex ſeſe facientes, non opus habent ſcutica: ſic & anima, quæ impulſu ſpiritus recta facit, non eget admo nitrice lege.* Ita ille.

Rom. 8. *B. Chryſoſt. hoc loco.* *Qualis illi Chryſoſtomo videantur.*

Aduerſus quos ſit lex teſte Apoſt. 1. Tim. 2.

Quòd ſi lex non eſt contra edentes opera Spiritus; erit ergo aduerſus eos qui à charitate exciderunt, & præuaricatores ſunt conſtituti Apoſtolus non negat legem eſſe poſitam iuſtis qui Spiritu dicuntur; ſed docet, cum ſit illis lex poſita, non eſſe illis aduerſantem qui eam cuſtodiunt, & ſeruare contendunt.

Illud: Quid autem ſunt Chriſti, &c. quomodo accipiendũ ad literam.

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs ſiue affectibus & concupiſcentijs. Græca habent, οἱ δὲ, quod nonnulli accipiunt, οἱ γὰρ, hoc eſt, qui enim CHRISTI ſunt, &c. Alij verò vertunt, hi autem. Et particulam δὲ volunt eſſe redundãtem, ſiue parelcon, vt ſit ſenſus: hi ſunt qui carnẽ ſuam crucifixerunt. Cùm enim dixiſſet, *Aduerſus huiuſmodi non eſt lex*, declarat. *Hi ſunt qui carnem ſuam crucifixerunt.* Et ita interpretatur Clemens libro quinto Informationum.

Poteſt etiam retineri particula δὲ, vt ſignificet. Hi autem aduerſus quod lex non eſt, ſunt qui carnem ſuam crucifixerunt, &c. Et ſubdit, quòd vt ſolo ſpiritu viuimus coram Deo, illo & incedamus. gratia, & non lege Moyſi ſaluari quærentes, & hactenus de toto capite.

(∴)

DISPVTATIO XXXII.
Et poſtrema.

In illa Apoſtoli verba: *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Et reliqua in finem vſque Capitis.

PAuca atque illa quidem leuia dubia in hoc capite inueniuntur: ne tamen nihil in illis dubitemus, conſideranda eſt in primis connexio cum præcedentibus, & quorſum loquitur de correptione, & qua ratione ſit accipienda. *Quæſt. I.* Deinde cur tranſitum facit à plurali verbo, Huiuſmodi inſtruite, ad ſingulare Conſiderans teipſum, *Secunda.*

Tertiò dubitatur, quid ſit ferre alterum alterius onera, & quomodo in ea re impletur lex Chriſti; & quomodo ad illa verba conſequatur: *Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit.* *Tertia.* Quartò, quomodo dicitur vnuſquiſque onus ſuum portare, ſi poteſt quiſque per ſuffragia in Purgatorio exiſtẽti exhibita illi opitulari, & ſi poteſt Eccleſia iuuare defunctos ad portanda ſua onera per apertionem theſauri indulgentiarum. *Quarta.* Deinde quomodo hoc cõueniat cum præcedentibus: *Alter alterius onera portate:* Adhæc quomodo verum ſit: *Vnuſquiſque onus ſuum portabit:* cum dicat Propheta: *Sanguinem eius de manu tua requiram?* non ergo proprium tantùm onus, ſed etiam aliorum aliqui portabunt. *Ezech. 33.* Quintò, quid eſt: communicet is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis: quid enim ſi catechizans non egeat, vel non egeat, niſi parte aliqua bonorum? *Quinta.* Sextò, cur adhortẽtur ad benefaciendum omnibus, ſed præcipuè ad domeſticos fidei: quid enim ſi alij infideles magis indigeant opera noſtra. *Sexta.* Septimò de illo verbo dubitatur; *Videte qualibus literis ſcripſi vobis:* & quid plus præ cæteris habuit hæc Apoſtoli epiſtola, quam reliquæ ad alias Eccleſias deſtinatæ. *Septima.* Octauò, quid eſt quod ait; *Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri:* & quomodo Paulus mundus erat crucifixus, qui tamen omnibus modis vt viuus perſequebatur Paulũ? *Octaua.* Poſtremò quid eſt quod ait: *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* *Nona.*

Ad I. quæſt. De ordine, ſeu continuatione contextus.

Ad primum dicendum, Apoſtolum cœpiſſe ad ea, quæ ad mores componẽdos faciunt, adhortari, tradendo illis charitatis

præceptum, & ab illis magnis peſtibus, nimirum, detractionis, prouocationis, & inuidiæ vitijs, dehortari. Videturque hoc caput eſſe epitome quædam decimiquarti, & decimiquinti capitum ad Romanos.

Hieronymi ſenſus præſtantior.

Præſtat autem cum Hieronymo hæc verba connectere cum ſuperioribus, de his videlicet, qui per Pſeudoapoſtolos fuerant ſeducti: nam ſæpè contingit, vt ſcrupulis Satanæ, vel eorum, qui eius organa ſunt, aliquos à fide deficere. Iam eorũ curam agens, docet alios ſanos, & ſpirituales (quales vt plurimum debent eſſe paſtores, & præpoſiti) quomodo ſe in fraterna correctione exhibenda præſtare debeant. Fratres, inquit, ſi quis ſeductus fuerit à falſis magiſtratibus, & retroceſſerit ad Iudaiſmũ corripite eum, ſed leniter. Alij verò hanc correptionem volunt à Paulo tribui patribus ſpiritualibus, qui venientes ad ſe, & peccata cõfitẽtes, debebant blandè, & leniter admoneri: & adhibito miniſterio recõciliationis, & impoſitione ſatisfactionis, peccatores conſolandi erant, & à peccatis reuocandi. Vterq; ſenſus Catholicus eſt, & charitatem ædificat. Præoccupatus autem dicitur, qui aliquo impetu, aut infirmitate, aut ignorantia præuenitur, antequam in obſtinatam; malitiam incidat. Et dicitur homo, propter humanam infirmitatem, *Homo ſum*, aiebat Terentianus ille, *humani nihil à me alienum puto*.

Eccleſię paſtorũ officiũ.

Quib⁹ fraterna adhibẽda correptio ſecundũ Apoſtolum, ſubditis an prælatis.

Pręoccupat⁹ quis, cur homo dictus.

Terent.

Subdit: *In aliquo delicto*, ſiue vt Græcum verbum ſonat, παραπτώματι, hoc eſt lapſu, quando aliquis impingit non volens. *Vos qui ſpirituales eſtis*. Id eſt ſacerdotes, & patres aliorum ſpirituales, quorum regimini creditæ ſunt animæ fidelium. Roman. verò 15. dicitur; *Debemus nos firmiores, &c.* Et qui hic dicitur homo, Roman. 14. vocatur infirmus in fide. *Huiuſmodi inſtruite*. Hoc eſt, inſtaurate, ſiue reficite, vel perficite, addentes quod deeſt in fide, ſiue in moribus. *In ſpiritu lenitatis*. Non aſperè, ac rigidè, ſed ſeruata manſuetudine Chriſtiana. Et ita hodie agendum eſſet cum his qui ſeducti ſunt ab Hæreticis, & nec ſunt plenè obſtinati. *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*. Soluitur ſecundum dubium de conuerſione à plurali ad ſingularem numerum: quod Hieronymus tribnit in Apoſtolo imperitiæ ſermonis: quod non tam modeſtiæ cauſa factum eſt; quam ex veritate. Sed probabilius eſt, aſſerere non eſſe ſolœciſmum, ſed à Paulo arte quadam factum: quòd ſingularis numerus magis eſt aptus ad alloquendam, & compuugendam cuiuſque conſcientiam, quia vnuſquiſque id

Spirituales qui debeãt in ſpiritu lenitatis inſtruere.
Rom. 15.
Supra 14.

Quid inſtruere hoc loco & quid in ſpiritu lenitatis.
In ſpiritu lenitatis quis nam potiſſimum inſtruendi.
Ad II. quęſt.
Quid illa pluralis numeri ad ſingularẽ tranſlatio:
Huiuſmodi inſtruite, &c. conſiderans teipſum, &c.

ſibi vt ſingulariter dictum accipit, quod in ſingulari ponitur. Adde etiam exempla Scripturæ. Nam Dominus cùm dixit; *Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*, ſtatim ſaltat ad ſingulare: *Tu autem cum ieiunas*: inſinuans paucos benè ieiunare. Ita Apoſtolus inſinuauit paucos benè corripere fratrem nouiſſe. Dauid quoq; à plurali ad ſingulare ſaltat, cum ait; *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem*, & alibi: *Iuſtus vt palma florebit, &c.*

Exempla huius tranſlationis.
Matth. 16.
Pſal. 124.

Et ſubdit: *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt*. Aliquando verò ècontrario à ſingulari ad pluralem numerum oratio contexitur. Nam vbi Dauid dixiſſet: *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus*, ſtatim per plurium numerum ſubiungit: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt*. Sed de hac re alibi latius diximus.

Pſalm. 91.
Vbi contra ſingularis numeri ad pluralẽ tráſit⁹ fiat.
Pſal. 13.
Lib. 1. Explanatio euangelica.

Vult autem Apoſtolus, vt qui alium corripit ex charitate, prius ſeipſum conſideret, qualis in illo vitio olim extiterit, & qualis nunc inueniatur. Nam ſi ſe inuenerit illo vitio aliquando inuolutum, debet cum charitate, & miſericordia corripere. Si verò actu exiſtat in eo delicto, quod in alio corripit; ne ficta, & ſimulata correptio videatur, debet ſeipſum excitare ſimul cum alio; & admonere ad meliorem, & communem frugem. Si verò nunquam illi peccato ſubditus fuit; agnoſcat ſe ſaltem talem eſſe, cui aliquando ſubeſſe potuerit: agnoſcat ſaltem gratiam Dei qua ſtetit: & humilis in ſeipſo ad fratrem corripiendum accedat, vt ſolum Chriſto lucrifaciendum corrigat, ne in tẽtationem elatus incidat inanis gloriæ, aut præferendi ſe alteri.

Corripiẽs alterũ ex charitate, duo ſeruare debet.

Qualis homo ſuapte natura ſit.

Et videntur nonnulli notari, qui prę zelo indignabantur, & irritabant peccantes: quod erat de alieni vulneris curatione grauius vulnus ſuſcipere. Et rediens ad plurale ait: *Alter alterius onera portate*. In quibus verbis tertium dubium propoſitum ſoluendum eſt. Quia blandè ac leniter ſunt aliorum vulnera contrectanda; & aliqui fortè rigidos, & auſteros ſe præbebant, modeſtè eos tangens, ait; *Alter alterius onera portate*. Eſt autem onus, peccatum, animam deprimens vſque ad profundum inferni, & grauans conſcientiam per remorſum, & ſudare faciens ipſum portantem, & noſtris demum humeris importabile, & ſolis CHRISTI viribus geſtabile. Vt propterea dictum ſit: *Dominus tranſtulit peccatum tuum*: quia à noſtris debiliſſimis humeris in illos Chriſti luendum transfertur

In hoc fratrẽ corripiẽdi ex charitate præceptum olim qui peccarẽt.
Ad III. quęſt.
De modo quo alter alterius onera ferre debem⁹.
Peccatũ cur onus dicatur.

2 Reg 12.
Quid illud: Dominus trãſtulit peccatum tuum.

Google

Oneris pro peccato acceptio in ſcripturis frequens.
1. Petr. 2.
Eſai 53.
Pſal. 37.
Hebr. 12.
Onus quid etiam in ſcripturis.

fertur. Vnde dictum eſt per Nathan prophetam; *Dominus tranſtulit peccatum tuum:* & Petrus inquit; *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Denique oneris voce peccatum deſignatur, iuxta illud: *Quoniā iniquitates meæ ſupergreſſa ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*: & Apoſtolus; *Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum.* Significantur etiam oneris nomine miſeriæ, pœnæ, infirmitates humanæ, & caſus aduerſi qui accidunt, & conſcientiæ ſcrupuli, & labores, quibus premimur, ſudamus, & aliorum auxilio ſubleuari indigemus: de quo Dominus; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* Tertiò, onus ſignificat legem, ſecundùm illud; *Onus meum leue eſt*; & alibi, *Alligant onera grauia, & importabilia.* Et fortaſſis Apoſtolus in plurali dixit onera, propter hæc tam varia illius vocis ſignificata.

Matth. 11.
III. Significatus.
Ibidem.
Infrà 23.

Alter alterius onera ferre debeamus.
Suprà 16.

Subiungit: *Alter alterius*: quia non ſatis eſt iuſto vnus proprium ferre, de quo: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Vel quod inferius dicet Apoſtolus. *Vnuſquiſque onus ſuum portabit*: quod quomodo ſit intelligẽdum explicabitur ſuo loco.

Portare quid propriè: quæ tantū onera portentur.
Baſil. interroga. & reſpon. 60. tom 2.
Ioan. 19.

Tertiò, expende verbum, *portare*, quod Baſilius in regulis breuioribus ait Græcè haberi βαςάζετι, quod verbum vulgare eſt, & vſurpatum ab agreſtibus hominibus: & illi reſpondet verbum Latinum Baiulare: qood de magnis tantum dicitur oneribus. Hinc illud, *Ieſus baiulans ſibi crucem exiuit.* Iam igitur onera delictorum, quibus proximi grauantur, à nobis ferenda ſunt propter Chriſtum, fundendo pro eis preces, corrigendo vt reſipiſcant, exhortando ad bonum, & exemplo ſuo prouocando, & ad Chriſtum eum portando: vt illi qui cæcos, aut paralyticos ad eum adducebant, vt ſanarentur. Sacerdos verò fert pœnitentis onera, quando verbis efficacibus eum ad reſipiſcentiam exhortatur, & charitate blanditur, & abſolutione conſolatur, & pœnitenti collachrymatur, vt Ambroſium facere ſolitum in audiendis confeſſionibus, teſtatur Paulinus: qui promittebat ſe pro illis rationem redditurum. Pœnas verò, & miſerias, quibus tanquam oneribus grauantur proximi, tunc portamus, quando eas commiſeramur, viſitamus, eleemoſynis adiuuamus, & quoad poſſumus, aut verbis, aut factis ſubleuamus.

Proximorū quomodo nobis ferenda ſint onera delictorum.
Matth. 12.
Suprà 9.
Sacerdotes quando portent onera pœnitentiū, vt magnus Ambroſius faciebat.
Eorundem pœnas proximorum quando portemus.

Ad onus verò legis portandum adiuuamus, quando exemplo ſeruatæ legis eos ad idem prouocamus, atq; pro eis precamur, vt Dominus conferat illis ſpiritum, quo perfici queat, vt ita onus graue leue reddatur. Atque ita portamus onera aliorum, ſi oculos conijciamus in Chriſtum, qui inſtar Samaritani impoſuit in iumentum ſuum eum qui incidit in latrones, à quibus plagas graues acceperat: qui etiam inſtar paſtoris ouem perditam humeris ſuis impoſuit: & qui tanquam aduocatus noſter cauſas noſtras apud Patrem agendas ſuſcepit. Et ad hanc nos mutuam ferendi onera aliena charitatem hortatur Apoſtolus, cùm ait: Supportantes inuicem, non ſecus atque lapis lapidem in ædificio ſuſtentare ſolet. Clemens etiam libro 2. de Apoſtolicis conſtitutionibus. *Si, inquit, fieri poteſt, transferat in ſe Epiſcopus peccatum, & dicat ei qui peccauit, Tu modo conuertere, & ego mortem debitam tibi, in me ſuſcipio, vt Dominus mortem nobis, & omnibus debitam, in ſe ſuſcepit.*

Illos rurſus ad onus legis portandū quando nos iuuemus.
Luc. 10.
Infrà 15.
Vt nos ſupportare inuicem debeamus, teſte Paulo.
Epheſ. 5.
Clem. Rom. cap. 24.

Quod autem ſequitur: *& ſic adimplebitis legem Chriſti:* aduerte, legem mundi eſſe proiicere onera in alios, vt fecit Adam, qui culpam reiecit in Euam, Eua in ſerpentem, & quiſque ſe excuſando, in ſocios, filios conſuetudinem, vel dæmonem peccata ſua reijcit. Vt rectè dictum ſit: *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Ita ſeniores illi presbyteri cum à Suſanna impetrare non poſſent quod volebant; inſurrexerunt in eam velut impudicam, vt ſe inuaſores alienæ impudicitiæ regerent, & vt ſeipſos quaſi oſores tanti peccati iuſtificarent. At verò lex Chriſti contraria eſt illi quam mundus profitetur: hæc eſt charitas, qua Chriſtus onera peccatorum noſtrorum in ſe ſuſcepit, & reatum illorum, ac pœnas pro nobis ſuſtulit, & legem è nobis ferendam prior ipſe adimpleuit: & ita peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.

Lux mundi qualis.
Geneſ. 3.
Pſal. 140.
Dan. 13.
Lex Chriſti quænam ſit.

Beatus Auguſtinus libro octogintatrium queſtionum hāc legem ita explicat: *Hanc Chriſti legem dicere intelligitur, quia ipſe Dominus præcepit, vt nos inuicem diligamus, tantùm in ea ſententia præcepti pondus conſtituens, vt diceret: in hoc cognoſcitur quoniam diſcipuli mei eſtis, ſi vos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officium eſt inuicem onera noſtra portare. Sed hoc officium quod ſempiternum non eſt, perducet ſanè ad beatitudinem æternam, in qua nulla erūt noſtra onera, quæ inuicem portare iubeamur. Nunc verò cum in hac vita, id eſt in hac via ſumus, onera inuicem noſtra portemus, vt ad eam vitam, quæ caret omni onere, peruenire poſſimus. Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum, ſtudioſi ſcripſerunt, cum fretum ad inſulam tranſeunt paſcuarum gratia, ſic ſe ordinent, vt onera capitum*

1. Petr 2.
Eſai. 53.
B. Aug. q 71. inititio, tom. 7.
Ioan. 13.
Proximi dilectionis Chriſti præceptum quādo impleamus.
Pli. li. 8. c. 32.
Cerui alter alterius onera vt portent teſte Auguſt.

ſuarum,

ſuorum, quæ geſtant in cornibus, ſuper inuicem portent, ita vt poſterior ſuper anteriorem ceruice protecta caput collocet. Et quia neceſſe eſt vnum eſſe, qui cæteros præcedens non ante ſe habeat cui caput ſuſtinet; vicibus id agere dicuntur, vt laſſatus ſui capitis onere, ille qui præcedit, poſt omnes redeat, & ei ſuccedat, cuius ferebat, caput, cum ipſe præiret: ita inuicem onera ſua portantes, fretum tranſeunt, donec veniant ad terra ſtabilitatem. Hæc ille.

Explicatur hoc: Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Sequitur in Paulo: *Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit; ipſe ſe ſeducit.* Hoc eſt: Qui alterius comparitione, quem videt non poſſe perfectè à Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum pertranſire, putat ſe perfectum Chriſtianũ; iſte ſeipſum, ſiue vt Græca habent, mentem ſuam decipit; quia hoc ipſo quod ſibi placet, nihil eſt. Et in genere omnes qui comparant ſe ad alios, ac ſe ſanctiores, ſiue humiliores, & caſtiores exiſtimant, atque inde ſibi placent, inhumanius agunt cum fratre, & ſic mentitur iniquitas ſibi, & fallit animum ſuum. Hinc Ieſus filius Sirac; *Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem.* Eſt ergo homo durus, immitis, & immiſericors erga proximum, qui ignorat ſe ipſum, & in ſeipſo ſibi complacet, quaſi non ſit peccator, nec vlla habeat onera, à quibus per alios debeat ſubleuari.

Aliorum præ ſe contemptores quid agant. *Pſalm. 26.*

Eccleſ. 32.

Quid propriè exiſtimare ſe aliquid eſſe. *Actor 17.*

Qui ergo exiſtimat ſe aliquid eſſe, quaſi ex ſe ſit quod eſt (hoc enim propriè ſignificat eſſe, nimirum per ſe eſſe, quod eſt proprium Dei; cum tamen nihil habeat quod non acceperit, & in illo viuamus, moueamur, ac ſimus) ipſe ſe ſeducit. Quare hortatur, vt opus ſuum probet vnuſquiſque, vt ſic tantùm habeat gloriam in ſemetipſo, & non in altero. Annotat OEcumenius, hoc non eſſe ſtatuentis, ſed dimittentis. *Etenim non oportet*, inquit, *gloriari: ſin minus: ſaltem nõ vt Phariſæus, ait, aduerſus proximum glorieris, ſed aduerſus temetipſum. Alio modo. Quod ſi omnino gloriari velis, inquit, tuam ipſius vitam circumſpice: & ſi irreprehenſibilem inueneris, apud teipſum illam iactita, ſi hoc ſane te facere oporteat.* Sic OEcumenius. Vel docet Apoſtolus, quomodo quis poſſit eſſe vere glorioſus in opere ſuo, ſiue doctrinæ, ſiue vitæ ſanctæ, & in officijs virtutum exercitæ. Probet, inquit, opus ſuum, & non de malo aliorum opere tãquam comparatione quadam exultet, quòd ea non admittat flagitia, quæ alij, vel opera ſua bona aliorum operibus pluris faciat. Quòd ſi tanta gratia præditus eſt, vt nihil mali operetur: tunc non minus clemens, & miſericors debet eſſe in alios, quibus non eſt tanta gratia collata. Nam homo gratus, ait Auguſtinus quodam loco, deputare debet quod nõ fuerit Dei gratia admiſſum. Qui verò alijs ſeipſum confert, eſt illi Phariſæo ſimilis, qui in eo gloriam ſuam ſtatuebat, quòd non eſſet velut ille Publicanus, & cęteri homines; probet ſeipſum, exploret, & expendat, an quid egerit ob inanem gloriam, vel fictionem, vel odium; & tunc poterit in ſemetipſo gloriari. Quòd ſi obijcias Apoſtolum alibi dicere: *Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius: Et, Non qui ſeipſum cõmendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat:* Dicendum: Gloriari in ſeipſo, opponit Apoſtolus ei quod eſt gloriari in alterum, vel per comparationem ad alterũ, vel, vt Græca habent, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον, id eſt, non contra alterum, vt Phariſæus faciebat: Non autem vt excludat gratiam Dei, à quo omne bonum quod habet, accepit. Vel, in ſeipſo, id eſt, in conſcientia ſua gloriari poteſt, iuxta illud: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quæ non eſt niſi in Spiritu ſancto.*

Obſcuri huius dicti: Op⁹ ſuum probet vnuſquiſque & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & nõ in altero. I. ſenſus. *Oecum. ca. 9. Luc. 16.*

Secunda.

Tertia.

Hominis Deo grati ob eius accepta beneficia ſignum quod.

B. Auguſt.

Qui gloriantur in altero, quales illi.

Si eſt tantum in Domino gloriandum, quomodo licet in ſeipſo gloriari. *1. Cor. 1. 2. Cor. 10.*

Luc. 18.

Gloriari in ſeipſo quid.

2. Cor. 1.

Poteſt etiam hic locus intelligi de his, qui opera ſua probant, non vt in ſeipſis ſunt, ſed qualia alijs videntur, vt ſic ſe aliorum iudicio probent: quæ ſanè nõ eſt probatio legitima: nõ enim qui ſeipſum commẽdat, ille probatur, ſed quem Deus commendat.

Quartus ſenſus.

Caietanus verò putat ironieè dictum: *Et ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit*, ſicut inſinuauit OEcumenius. Quamobrem ſubdit: *Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit.* Rationem reddere videtur, cur nullus gloriationem ſit habiturus in ſemetipſo: quia vnuſquiſq; proprij peccati onus portabit iudicandus à Chriſto in poſtremo die. Neque per alterius opus, ſi alius benefecerit, aut per alterius iudicium, ſi alius de eo bene ſentiat, quiſquam exonerabitur, ſed ipſius tantum Dei ſententia.

Caietanus de hoc loco quid ſenſerit.

Ad quartam quæſt. De eo quod vnuſquiſque onus ſuum portabit, quomodo id ſtare poſſit cum ſuffragijs defunctorum.

Nec pugnant hæc verba cum ſuperioribus: *Alter alterius onera portate:* nam in illis verbis eſt ſermo de onere ſuſtinendæ alienæ infirmitatis: hic verò de onere reddendæ rationis, quod quilibet per ſe portabit, ſiue ſit onus præmij, ſiue pœnæ. Nam etiam æternę vitæ gloria, onus dicitur, iuxta illud: *Aeternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Si alter alterius debet onera portare, vt verum illud, vnuſquiſq; onus ſuũ portabit. *2. Cor. 4.*

Si verò dicantur alij reddere rationem pro alijs, vt Paſtores pro ſubditis ouibus, quarum ſanguinem Chriſtus de manu ſpeculatorum requirit, & Apoſtolus, *Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri:* Apoſtoli verbo non contradicit. Quia prælati pro aliorum peccatis ipſi non puniuntur, ſed pro proprijs, quæ in cuſto-

Paſtores animarum quatenus Deo reddituri ſint rationem. *Ezech. 33.*

Hebr. 13.

dia ouium ſibi creditarum admiſcrunt.

Bullingeri tationem ex Hieronymo aduers* mortuorum ſuffragia, nullam eſſe. *Ezech. 14.*

Quod verò ex B. Hieronymo producit Bullingerus homo hæreticus: *Obſcurè licèt, docemur per hanc ſententiolam nouum dogma quod latitat: dum in præſenti ſeculo ſumus, ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquenque onus ſuum portare.* Hæc ille. Et addit Bullingerus: *Quaſi ibi loquatur Apoſtolus de ſuffragijs, & Miſſæ ſacrificijs pro mortuis.* Sed certe hoc dogma tempore Hieronymi minimè latitabat, ſed Eccleſiæ traditione conſpicuum erat, & manifeſtum. Et Hieronymus ſatis indicat, dogma latitans, aduerſus quos illa diceret, Originis fuiſſe hæreſim tunc ſerpentem, qui volebat, omnes aliquando & homines, & Angelos malos ſalutem adepturos: quę hęreſis eo tempore latitabat. Nam erant eo tempore aliquot Originis defenſores, qui clam ea ſecum muſſitarent: quos Sanctus ille zelo fidei vellicabat.

Quoduam hoc loco Origenis dogma La[illegible]ans Hieronymus appellet.

Ad V. quæſt. Quo ſenſu dicatur: Communicet is qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis.

Communicet autem is qui catechizatur verbo, et qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Hoc præceptum magnam habet connexionem cum antecedente ſententia. Præcipitur enim, vt qui in Euangelio inſtruitur, & ipſe viciſſim participem faciat illum bonorum ſuorum, vt ita quiſque & magiſter, & diſcipulus ſuum munus exerceat, & onus ſuum portet: in quo tamen alter alterius onus portare dignoſcitur. Et cathecumeni dicuntur, qui voce, ſiue verbo inſtruuntur: non enim audebant myſteria ſcriptis committere. Et intellige participem facere omnium bonorum ſuorum, id eſt, eorum quibus indiget, quæcunque illa ſint. Nec propterea alij magis indigenti ſubtrahēda eſt miſericordia: ſed vt ait Dominus, omni petenti te tribue. Sed cæteris paribus ſemper pręferendus eſt Doctor Euangelicus, ſi eget, qui diſpenſat ſpiritualia: qui cùm diues ſit verbo, pauper autem bonis illis, quæ ad vitæ commoda, & ſuſtentationem ſpectant, naſcebatur quædam æqualitas, & per charitatem mutuam, qui minus, & qui plus collegiſſent, æquabantur. Et quia nonnulli duriores erant, nec putabant ſe obligari ad communicandum de ſuis bonis ſuo Doctori, addit: *Nolite errare, Deus non irridetur.* Id eſt; Intelligant Chriſti eſſe præceptum, qui dixit, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et caueāt, ne, dum prætextus quærunt vt nihil dent, alios quidem homines irridere poſſint, minimè autem Deum. Irridetur enim vel ignarus, qui decipitur, vel impotens, qui non valet irriſionem vlciſci. Et ita euacuatum eſt quintum dubium.

Qui ſint catechumeni.

Quomodo in omnibus bonis communicandū, & cur Doctori magis quā alteri.

Huiuſmodi communicationē bonorū vnde conſtat diuinum eſſe præceptum. *Luc. 10.*

Qui ſoleant irrideri.

Subiungit: *Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.* Vt ſeminaueris, ita metes: & reddet Deus vnicuique iuxta opera ſua. Vt ſeminare, ſit labor operum, meſſis, ſit fructus, ſiue merces laborum. Et in carne ſeminat, qui opera carnis præſtat, de quibus ſuperiùs dixit: *Manifeſta ſunt opera carnis, &c.* In Spiritu verò, qui enumeratos ſuperiùs fructus Spiritus ediderit, ex quibus colliget vitam æternam. Etiamſi Tacianus antiquus hæreticus ex his Pauli verbis hæreſim prohibitarum nuptiarum elicuerit, aſſeuerans nuptiarum opera eſſe in carne ſeminare. Verùm ille toto cœlo aberrabat. Nihil enim eſt ſecundùm carnem dicendum, quod volente, & iubente Deo fit, qui per ſeipſum Adæ & Euæ matrimonium conciliauit, & qui nuptias ſua pręſentia honorauit, & qui illas peculiari Sacramento ſanctificauit. Præterea Paulus non dixit: *Qui ſeminat in carne,* ſed, in carne ſua: nemo autem ſecum concumbit, vt generet.

Rom. 2.

Qui ſeminēt in carne, & qui in Spiritu. *Galat. 5.*

Male Tacianum ex his Apoſtoli verbis in carne ſua ſeminandi, nuptias cōdemnaſſe.

Geneſ. 2. Matth. 19. Ioan. 2. Epheſ. 5.

Vides hoc loco apertiſſima merita æternæ vitæ? Mirificum eſt hæreticorum ſilentium de hac re. Et ſicut nullibi tanta de fide loquitur Apoſtolus, atque in hac epiſtola, ita nullibi tanta de operum dignitate, ac merito.

Iooictum de bonorū operum meritis Pauli teſtimoniū contra Lotheranos.

Et cohortans ad ſtudium perſeuerātiæ, quæ ſola obtinet coronam, ſubiungit: *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.* Tempus habere dicimur, quando eſt ad vſum noſtrum: nam tempus veniet, de quo: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Et vt tempus ſementis, eſt hyems moleſta, frigida, & horrida: ita nunc tempus eſt benefaciendi, & cum labore etiam bene patiendi, & in proferendo bono opere perſeuerandi. Tempus verò meſſis eſt æſtas gloriæ, & vitæ æternæ, in quo exultandum eſt, ſecundùm illud: *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent.* Et vt in ſeminibus vis adeſt productiua fructus; ita in bonis operibus virtus adeſt ad vitam æternam promerendam. Denique vt ſemen quò coaleſcet, terra contegi oportet, ita bona opera abſcondenda ſunt, & ſolum Deum ſpectare debent. Hortatur igitur, vt ad omnes, quoad eius fieri poſſit, benefici ſimus, maximè verò ad fidei domeſticos, qui per periphraſim ſunt Chriſtiani, de quibus alio loco loquitur Apoſtolus: *Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum, & domeſtici Dei.* Et alibi: *Hæc tibi ſcribo fili Timothee, vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, &c.* Idem quoque: *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet: fidem negauit, & eſt infidelis deterior.*

Ad VI quæſt. De hac hortatoria Pauli voce: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, &c.

Pſalm. 74.

Tempus habeat quis.

Pſalm. 125.

Bona opera quomodo abſcondēda.

Fidei domeſtici qui ſint.

Epheſ. 2.

1. Timot. 3.

Infrà 5.

deterior. Et ita remanet euacuatum ſextum dubium.

Ad VII. qu. Circa illud: Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu, quid ſignificet. *Lib. 1. in Paulum diſput.* Galatas quare faceret Paulus.

Ad ſeptimum ait Apoſtolus: *Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.* Dicendum eſt, Apoſtolum volentem eos allicere, & ad Chriſtum trahere, cùm cæteras epiſtolas tantùm ſubſcriberet, hanc etiam propria manu totam & integram ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe: quę alio in loco explicata reliquimus, ad quem locum lectorem mittimus, ne actum agamus. Et hoc pręcipuè factum eſt, vt erga eos peculiarem oſtenderet amorem, & ne quiſquam inter illos cauſari poſſet epiſtolam ſuppoſititiam. Addit & rationem validam, quam conſulto vltimò loco proponendam ſeruauit. *Quicunq; enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.*

Eoidē Pſeudapoſtoli Iudaizantes cur cogerent circumcidi.

Qui, inquit, prædicant neceſſariam circumciſionem ad ſalutem, non hoc agunt zelo legis ſeruandæ, quia ipſi eam non obſeruant, ſed vt apud alios poſſint gloriari de tot proſelytis à ſe factis, & commendari à Iudæis. Iſti autem videntur fuiſſe Gentiles, qui Iudęorum voluntati ſeruire ſtudebant. Id etiam faciebant, ne Crucis Chriſti perſecutionem paterentur. Nam Crucis Chriſti perſecutiò, & à Iudæis, & à Gentibus erat.

Gentes quib. Iudæis minime eſſent infenſæ.

Gentes porrò non ſæuiebant in Iudæos, quia patrijs ritibus, & legibus à C. Cæſare, Tiberio, & Auguſto editis permiſſi erant viuere. Qui verò in præputio manebant, non poterant eo iure vti; hinc vndique crucis perſecutionem habebant.

Illorum hypocriſis Iudaizantium manifeſtiſſima.

Quod autem ea cauſa circumcidantur, quia volunt placere in carne, & pati perſecutiones nolunt, vel ex eò liquidum reddi teſtatur Apoſtolus, quoniam etiam circumciſi legem cuſtodire non curant. Solum ergo Circumciſionis prætextu velut quodam clypeo protegi à perſecutionibus volunt. Et ſubdit: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Ad VIII. qu. Hæc verba: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, & reliq. quē ſenſum habeant.

Hic octauum dubium diſſoluendum eſt, & propoſita verba interpretanda. Eſt autem hæc oratio aduerſatiua. Hoc eſt: Illi gloriantur, quod habeant vos diſcipulos Circumciſionis, at à me procul abſit hæc gloriatio, vt alia in re gloriari mihi nunquam contingat, quàm in Cruce Domini, quæ incredulis videtur eſſe opprobrium.

Paulus gloriabatur nūquam ſine cruce. *1. Cor. 15.* *2. Cor. 12.*

Certè Apoſtolus aliquando in ſucceſſu diſcipulorum gloriabatur: ſed ita, vt ab illa gloriatione crux non abeſſet. Nam ad illum pertinebat dicere: *Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro: Et, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti:* ac rurſus; *Bonum eſt mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet: Et, Gloria noſtra* (ſeu gloriatio) *hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Sed omnis illa gloriatio ad crucem refertur. Crucis enim eſt quicquid fit, quod ob paſſionem, & Crucem Domini quiſque perpetitur. Et ſubiungit: *Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mūdo.* *1. Cor. 9.* *2. Cor. 1.*

Pauli Apoſt. gloriatio in cruce quam perfecta.

Facilè enim eſt gloriari in Chriſti Cruce: ſed non ita eſt facilè cum eo affectu, vt mundus mihi ſit mortuus, & ego illi. Mundum vocat, omnes res temporarias, gloriam, laudem ex hominibus, famulitium, opes, & legales obſeruationes: quia ſubdit: *In Chriſto enim Ieſu neque Circumciſio aliquid valet, neque præputium.* Et ita mundum ſumit pro vniuerſis rebus corporeis, vt diſtinguuntur à ſpiritualibus.

Quid eſſe illi mundum crucifixum, & ipſum mundo.

Crucis Chriſti efficacia.

Facit ergo Chriſti Crux, vt mundus ſit mihi miſeria, mors, vituperium, maledictum, non ſecus atque Crucifixus homo omnibus eſt abominabilis: & è conuerſo, vt ego ſim mundo crucifixus, hoc eſt mortuus deſpicabilis, abominandus, ac deteſtandus. Nec illa me capere poſſunt, ait Chryſoſtomus, neq; manibus iniectis captiuum ducere, quippe ſemel mihi mortua, neque ego illorum cupidine teneri, quippe mortuus illis. Eſt enim Chriſtus crucifixus Iudæis ſcādalum, Gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis, Iudæis atq; Græcis, Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapiētia Relatiuum, per quem, referendum eſt aut ad Chriſtum, aut potius ad Crucē, quæ Græcè eſt maſculini generis, nempè σταυρὸς. Et ſequitur: *In Chriſto enim Ieſu neque Circumciſio aliquid valet, neq; præputiū, ſed noua creatura.* *B. Chryſ. hoc loco tom. 4.* *1. Cor. 1.*

Quid noua creatura in Chriſto Ieſu tantùm valens.

Non eſt ſermo de iuſtificandis, ſed de vita iam iuſtificatorum. Qui enim eſt in Chriſto, non eſt quòd petat circumciſionem, aut quòd timeat præputium: hæc enim nihil valēt in Chriſto, ſed noua Creatura per reſurrectionem, vt Chriſtus, id eſt, noua quam præſtamus fides per dilectionem effectā, & efficax. *Et quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſraël Dei.*

Super Chriſtianæ fidei regulam ſequentes quæ ſit pax & miſericordia.

Id eſt, expoſui hactenus veram de iuſtificatione, & vita Chriſtiana doctrinam: quicunque ergo fuerint Chriſto contenti, & Moyſen nō acceerſunt, pax cōſcientiæ ſuper illos continget, & miſericordia illa quotidiana qua opus eſt vt maneat quiſq; in fide; & quæ neceſſaria eſt ad quotidiana delicta condonanda. *Et* (pro id eſt, per epexeſin) *ſuper Iſraël Dei.* Id eſt: Alio nomine vocari poſſunt Iſraël Dei, ſiue ſecundùm Spiritum: quæ periphraſis eſt Chriſtianorum: Nam iſti præ cæteris fide Deum vident, & fortes facti ſunt cū Deo,

Chriſtianos Paulus cur vocet Iſraël Dei. *Geneſ. 32.*

ſicut vox ipſa deſignat, vt habes Geneſ.32. *De cætero*, inquit, *nemo mihi moleſtus ſit.* Vult dicere: Poſthac nemo negotium mihi faceſſat, aſſerens me eſſe magnum Circumciſionis obſeruatorem: verbis non eſt opus.

Ad IX. & vltimam qu.

De huius verbi intelligentia ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.

Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Senſus eſt: En reuera ſtigmatibus in toto corpore impreſſis apertè doceo quem ſequar, Moyſen, an Chriſtum: liuores, plagæ, vulnera, quæ propter Crucis Chriſti prædicationem paſſus ſum, & indies perpetior, apertè me produnt Chriſti cultorem. Et non dixit, Stigmata habeo, ſed porto, tanquam de trophæis & ſignis regijs gloriaretur, Et alludit ad corpora ſeruilia, quæ notari ſolent per inuſtionem ferri candentis aut in facie, aut in corpore, ne fortè fuga ſe à dominis ſerui ſubducant.

Stigmata quorum propria.

2. Cor 11. Ibidem 25. Ibidem & Actor. 14.

Receperat enim Paulus quinquies quadragenas, vna minus, à Iudæis, ter virgis cæſus fuerat more Romanorum, ſemel lapidatus, & pro mortuo derelictus. Nam qui acerba propter CHRISTVM patiuntur, eo magis pro eo deſiderant perpeti.

Impius Beza Theodorus, notis cõpunctus dæmoniacis, grauẽ B. Franciſci ſtigmatibus cõtumeliam inurit.

Addit hoc loco impius Beza; horrendum eſſe illud ſtigmaticum idolum, & idoli, ſiue vera, ſiue fictitia ſint vulnera, nihil intereſſe, quanquam ficta magis eſſe conſtet. Hæc ille, moleſtè ferens quòd ad beati Franciſci ſtigmata applicent hæc Apoſtoli verba Fratres Minores. Sed profectò nouum non eſt, Deum mirabilem eſſe in ſanctis ſuis, & ſuam Crucem ſanctis communicare. Nam Petro, Andreæ, Philippo & Bartholomæo illam dilargitus eſt, & olim illam mentibus Prophetarum impreſſit: *Foderunt*, inquit Dauid, *manus meas, & pedes meos.* Et Zacharias, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Communicauit illam Simoni Cyrinenſi, vt ſecum Crucem ferret: faciei ſuæ cruentatam imaginem in linteo à religioſa fœmina Veronica exhibito impreſſit. Et cum iam defunctus, in Sindone Nicodemi eſſet inuolutus, vtrãque totius ſui corporis effigiem, anteriorem, ſcilicet, & poſteriorem ita expreſſit, vt vix quiſquam illuſtrium pictorum pennicillo & coloribus tam elegantem formam exprimere, aut delineare poſſet. Hæc Sindon Turini non ſine miraculo aſſeruatur, & cum veneratione ſpectanda proponitur, & ab ſpectatoribus veræ deuotionis ſenſum & lachrymas exculpere ſolet. Præterea Paulus gloriatur in ſtigmatibus, id eſt, notis corpori impreſſis. Quid igitur mirum, ſi in beato Franciſco inſigni & Apoſtolico viro, aut in alijs ſibi deuotis eam reſtaurauit? Certè Alexander IIII. Roman. Pont. proprijs oculis ſe ſpectaſſe hæc ſtigmata in B. Franciſci mortuo corpore teſtatus eſt cum concionaretur: ex cuius verbis B. Bonauentura proprijs auribus hoc audiuit. Deinde ſi Chriſtus ſeruauit ad gloriam, & triumphum ſtigmata ſua pro nobis ſuſcepta, & illa dedit contrectanda Apoſtolis: quid aliud ſignificauit, quàm ſeruos eius in ſtigmatibus, & alijs notis propter Chriſtum maximè gloriari debere? vt Paulus nunc gloriatur, & Apoſtoli qui ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati? Valeant ergo hæretici inimici Crucis Chriſti; & ſi quidem reſipiſcere nolunt, & hæc Crucis Chriſti ſtigmata venerari detractant, quæ Eccleſia ſemper & credidit, & venerata eſt, abeant in malam crucem.

Quinam olim ſtigmata Domini Ieſu veluti portauerint, crucisque eius effecti participes.

Pſalm. 21. Zachar. 13. Luc. 22.

Graue ſummi eiuſdem Pontificis ac fide digniſſimum de ſtigmatis D. Franciſci teſtimonium.

Luc. vlt. Ioan. 20.

Actor. 15.

Demum concludit: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Spiritu veſtro fratres, Amen.* Quod apud Paulum perinde eſt ac dicere, Valete. Ita enim reliquas omnes epiſtolas terminare ſolet. Et hactenus in hanc epiſtolam ſit dictum.

Philip. 3. Hæretici quales Apoſtolo teſte.

(⁖)

Finis Epiſtolæ Pauli ad Galatas.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS DISPVTATIONES.

PRIMA DISPVTATIO.

De præſtantia Epiſtolæ ad Epheſios, deq́; eius argumento.

Qualis ciuitas Epheſus.

Plin. lib. 5. c. 29. in fin.

Eam vrbem Amazones condidere: vnde oriundæ: cur ſic dictæ.

Iuſtin. lib 2. & Plin. loco citato.

Euſeb. tom. 2.

Epheſus quãdo condita eius templũ cuinam Dianæ dedicatũ, quã celebre.

EPHESVS, Celeberrima fuit totius Aſiæ minoris metropolis, emporiũ præclarum, & portus inclytus, quã Plinius alterum Aſiæ lumẽ vocat. Opus fuit Amazonum teſte Iuſtino, quæ ex Scythis genus duxerunt: ſic vocatæ à præciſa dextera mamilla, abiecto à ſe virorum conſortio, & nonniſi certo anni tẽpore admiſſo: quæ tempore Pentheſileæ opem, & auxilium Troianis tulerunt. Et vt Euſebius in Chronico tradit, condita eſt Epheſus anno 28. Dauidis Regis. Erat in hac vrbe templum toto orbe decantatiſſimum, & inter ſeptem orbis miracula relatum, Dianæ Epheſiæ dicatum, non quidem venatrici, quę arcum tenet atque pharetram, & ſuccincta ſemper incedit, & cothurno induta, quæ ob virginitatis amorem fertur hominum fugiſſe conſortia, & paucarum virginum comitatu contenta, ſyluas & nemora venando incolebat: vnde & ſyluarum, & nemorum dea putabatur: ſed Dianæ Multimãmiæ, quam Græci vocant Πολυμασθὸν: à tota Aſia annis 220. ædificatum, cum 227. columnis à ſingulis Regibus ſtructis: atq; vt Plinius autor eſt, in ſolo id paluſtri facere, ne terræmotus, aut hiatus timeret: rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, ante calcatis ea ſubſtrauêre carbonibus, deinde velleribus lanæ. Huic vni templo Xerxes, cum omnia Aſiatica templa igni dediſſet, pepercit, quæ Xerxis clementia, ſacram ædem non diu à malo vindicauit. Namq; Heroſtratus, vt nomẽ memoriæ celebris extenderet, incendium nobilis fabricę manu ſua ſtruxit, ſicut ipſe faſſus eſt, voto famæ amplioris. Et annotandum eſt, ea die conflagrauiſſe templum Epheſi, qua Alexander Magnus Pellæ natus eſt. Et vt Strabo refert, aliud præſtantius extructum eſt mulierũ ornamẽtis, & multis opibus ad id collatis, refectisq́; priorib. columnis: ac decretum, vt autoris tanti facinoris nomen perpetuò ſilẽtio ſupprimeretur, ac obliuiõis tumulo ſepeliretur. Huius templi fit mentio Actõr. 19. in fin. ob quod Paulus ferè de vita periclitatus eſt, ob controuerſiã ortam cum Demetrio argẽtario, & Iudæis. Habuit hæc ciuitas temporum progreſſu varia nomina: nam Alopes dicta eſt cum pugnatum eſt apud Troiam: mox Ortygia, & Morges vocata eſt, & Smyrna cognomine Trachea, & Samornion Ptelis, ſiue Ptelea. Ex hac vrbe multi inclyti Philoſophi orti ſunt, vt Heraclitus Scotin. & Thermodorus: pictores illuſtres Parraſius, & Apelles, Alexand. Orator, & Iudæus Theodotion, qui ſcripturas ſacras ex Hebræis fontibus in Græcum conuertit, ſeu potius peruertit eloquium. Et vt teſtis eſt Chryſoſt. in argumento epiſtolæ huius, ex Epheſo prodijt Pythagoras, & tota Ionica ſchola ibi ſedem habuit cum Parmenide, Zenone, & Democrito. Imò etiam vt Cic. in lib. de Nat. deor. aſſerit, multi illam ſedem Epheſi habuerunt.

Eiuſdem tẽpli ſitus: qualis: quot anni exædificatũ: à quo incenſum: & quæ eiuſdem pœna.

Plin. lib 36. c. 14.

Strabo li. 14. ſub initium.

Quot olim appellata nominibus Epheſus: eadẽ quibus ingenijs illuſtris, & clara.

Plin lib 5. c. 29 ante mediũ & Strabo lib. 14. prope initium.

Chryſ. tom 4.

M. T. lib 3. de Nat deor.

In hac ergo Vrbe cultui dæmonum, & ſuperſtitioſis artibus dedita, & varijs Philoſophorũ opinionibus imbuta prędicauit Apoſtolus (etſi nõ primus) per tres mẽſes, & bienniũ in ſchola Tyranni cuiuſdã Act. 19. quo tempore oẽs ferè qui ex Aſia erant, tàm Iudæi, quàm Gẽtiles, verbum Dei audierũt. Fuit enim magno diuinę prouidentiæ cõſilio diſpoſitum, vt Apoſtoli ad prædicationem Euangelij per totũ orbẽ deſtinati, in primarijs Prouinciarũ ciuitatibus, quas metropoles vocamus, Euangelicam prędictionem inchoarẽt: quemadmodũ in Prouincia Idææ prælecta eſt Ieroſolyma, vt in ea exordirẽtur munus Euangelicum: in Syria, vrbs Antiochia, in Græcia Corinthus, in Ægypto Alexandria, in Italia, Roma, in Aſia minori Epheſus, vt deſtructa arce idololatriæ, quæ ibi potiſſimum vigebat facilè minorum vrbium tẽpla, in Chriſti, & Eccleſiæ domicilia conuerterentur, & hominum multitudines ad ſalutem ſuã aſpirantes caperentur. In ea etiam ciuitate præclara edidit miracula Apoſt. Paulus, ita vt eius ſudaria, & ſemicinctia circumferrẽtur, & ſanarent multos infirmos: & multi credentium, qui curioſas, & ſuperſtitioſas artes ſectati fuerant, veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos: & contulerunt libros (ſcilicet ſuperſtitioſos) & com-

Epheſi Paul. quãdiu prædicauerit.

Actor 19.

Qua Dei ſapientia factũ ſit in primarijs orbis vrbibus vt primùm Apoſtoli Euangelium prædicarent.

Actor. 19.

Ibidem.

Quæ Paulus fecerit Epheſi memorabilia.

buſſerunt eos coram omnibus: & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium; hoc eſt, ſi ad monetam noſtram reducamus, quinque millia aureorum. Vbi primum legimus, cęptum fuiſſe morem, vt fideles baptizati qui deliquerant, venirent non quidem ad iterandum baptiſma, ſed ad reconciliationis, & confeſſionis Sacramentum: quemadmodum Antiochię primum diſcipuli dici cœperunt Chriſtiani. Voluit autem Apoſtolus libros magicarum artium exuri: vt omnes agnoſcerent, Chriſtianam religionem alienam eſſe ab omni magia, & vana aſtrologiæ ſuperſtitione.

Actor. 11. Libros ille magicæ artis cur iuſſerit cõburendos.

Eò iterum reuerſus fuit Apoſtolus ex Macedonia, cum in Spiritu vinctus duceretur in Ieruſalem, & ad eos Mileti congregatos orationem habuit: *Vos*, inquit, *ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tẽtationibus quæ mihi acciderũt ex inſidijs Iudæorum, Quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtiliũ, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos, teſtificans Iudæis, atque Gentibus in Deum pœnitẽtiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* & reliqua.

Infrà 20.

Ibidem. Eiuſdem ad Epheſeos fideles à ſe dimittendos oratio pietatis, amoriſque pleniſſima.

Quę vbi audiſſent, fletu, & oſculo proſecuti procubuerunt ſuper collum eius, & deoſculabantur eum, & deduxerunt eum ad nauem. Poſteà miſit ad eos loco ſui Timotheum, vt priori ad eum epiſtola indicat: *Sicut rogaui te*, inquit, *vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, vt denũtiares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide.* Fuit igitur eius ciuitatis paſtor, & Epiſcopus Timotheus, Pauli chariſſimus filius. In ea etiam bonam vitæ ſuæ partem exegit Ioannes Euangeliſta, vbi, vt fertur ab hiſtoricis Eccleſiaſticis, rogatus ab Epiſcopis Aſiæ, poſtremo loco conſcripſit Euangelium. Adfuit etiam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, potens in ſcripturis: qui prius ab Aquila & Priſcilla diligenter edoctus viam Domini, poſteà, vt eſt probabile, ciuitatem doctrina ſua, & prædicatione illuſtrauit. Vt mirum eſſe non debeat, ciuitatem à tam magnis, & præclaris Apoſtolis eruditam, tam magnos progreſſus in Euangelio feciſſe, vt & perfecti euaſerint; & digni habiti ſint, ad quos tanta, & tam ſublimis Apoſtoli Pauli epiſtola daretur.

Ibidem. Timotheus Epheſinæ vrbis Epiſcop. ab eodem Apoſtolo conſtitutus. *1. Tim. 1.*

Quantũ Ioannes Euangeliſta eam vrbem honeſtauerit.

Actor. 18.

Epheſi vnde tam perfecti euaſerint Chriſtiani.

Accedit & illud, quòd cum Domino patiente, terræmotus magnus extiterit, inter duodecim Aſiæ vrbes vna nocte proſtratas, primo loco enumeratur Epheſus. Vnde Plinius lib. 2. c. 84. *Maximus terræ*, inquit, *memoria mortalium extitit motus, Tiberij Cæſaris principatu duodecim vrbibus Aſiæ cum nocte proſtratis; quarum nomina ſunt Epheſus, Magneſia, Sardis, &c.* Vt igitur Athenienſibus ara ignoto Deo collocata propter eclipſim, & Solis deliquium apparens, dum Dominus penderet in patibulo crucis, introductio quædam fuit, & iſagoge ad accipiendam fidem Chriſti ſuo tempore per Paulum prædicandam; ita terræmotus ille in Chriſti morte, quo concidit vrbs Epheſina, ſymbolum fuit aliquando ſubuertendæ idololatriæ, & cultus ſuperſtitioſæ illius ciuitatis: quod Paulo prædicante ampliſſimè completum fuit.

Epheſinæ vrbis quæ tempore Dominicæ paſſionis corruit, quod terræmotus præſignauerit. *Matth. 27.*

Actor. 17. Ara ignoto Deo Athenis dedicatę myſterium.

Etſi verò libr. 2. Meteolorogico. ſcribat Ariſtoteles, fortiſſimos fieri terræmotus, vbi mare flexibile ſit, aut vbi eſt regio ſpongioſa, ſubantroſaque: propter quod circa Helleſpontum, Achaiam, Siciliam, & circa etiam Eubœæ loca terræmotus fiunt maximi propter anguſtiam loci; quæ vera eſſe non diffitebor: hic tamen terræmotus, qui tempore Paſſionis accidit, & non tantùm Iudæam, ſed & lõgè poſitas ciuitates comprehendit, cauſſam naturalem habuit nullam; ſed à Deo immediatè fuit ille terræmotus. Adde, quòd in epiſtola priori ad Corinth. cap. 15. ipſe teſtatur ſe Epheſi ad beſtias pugnaſſe: quod etſi quidam referant ad negotium Demetrij argentarij, & Iudæorum: probabilius tamen eſt, quod Nicephorus libr. 2. cap. 25. ſcribit in hunc ſenſum: Paulum Epheſi prædicantem liberiùs, eo tẽpore quo Hieronymus principalem locũ obtinebat plebem per inſolentiam Paulo compedibus iniectis in carcerem incluſiſſe, vt leonibus deuorandum obijceret. Ibi tum Eubula, & Artemilla clarorum Epheſi virorum coniuges, fidem edoctæ à Paulo (nocte enim ad eum veniebant) diuini lauacri gratiam ab eo petunt, & Paulus ferreis compedibus liberatus, illas diuino baptiſmo ad littus maris initiat: & nemine eorum qui cuſtodiebant ſentiẽte, ad vincula ſua redijſſe. Cumque immaniſſimus leo illi obiectus fuiſſet in arena, ſtatim ad pedes eius conſedit. Cumque aliæ immanes feræ immitterentur, ne tangere quidem ſacrum illud Pauli corpus ad orationem erectum, & compoſitum ſuſtinuerunt. Quibus peractis, repentè fragore multo grando vehemens multorum ſimul & virorum, & ferorum animalium comminuit capita; ipſius etiã Hieronymi principis aurẽ amputauit: qui deinde per Paulum Deo reconciliatus, ſalutiferum ſuſcepit lauacrum. Et addit, mirandum non eſſe:

Ariſt. tom. 2. Quibus locis Philoſopho teſte terræmotus maximi fiant. Eum qui cõtigit Domino patiente, diuinitus extitiſſe.

1. Cor 15. Loci illius Apoſtoli: Si ad beſtias pugnaui Epheſi, certior atque commodior explicatio Niceph.

Epheſi Paulus in carcerẽ coniectus duas ibi primarias fœminas non ſine miraculo baptizat, & Epheſium quendã Hieronymum conuertit.

Cur Lucas hanc Pauli cũ belluis Epheſi pugnã inter eius acta non retulerit.

eſſe, Lucam hãc Pauli cum belluis pugnam reliquis eius actis nõ inſeruiſſe: nã ex Euageliſtis ſolus Ioannes Lazari reſuſcitationem, & reſtitutionem viſus cœco nato commemorat; & hanc hiſtoriam ipſe Paulus apertis verbis enarrat: non proptea tamen de fide, veritateq́; harum rerum eſt ambigendũ. Scimus enim, non omnes omnia ſcribere, credere; & noſſe. Sed de Apoſtoli loco ſuperiùs diſputatum eſt.

Ioan. 11.
Supra 9.

Epiſtolę ad Epheſios, ninimiũ pręſtãtiſſimę, prima conditio ab ei⁹ autore.

Eſt igitur hæc epiſtola multis priuilegijs inſignis. Nam vt omittã, quòd ab autore tãto prodierit, qui vas electionis à Domino eſt commemoratus, & de quo ſcriptum eſt: *Beniamin lupus rapax, Ibi* (id eſt, inter Apoſtolos, de quibus; *Principes Zabulon, & principes Nephtali*) *Ben-iamin adoleſcentulus in mentis exceſſu*: quia raptus vſq; ad tertiũ cœlum, audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui; & qui vltimus inter fratres natus fuit mortua matre Rachel, à qua nõ Beniamin, ſed Benoni, id eſt filius doloris; à patre verò Ben-iamin, id eſt, filius dexteræ, nuncupatus eſt. Qui mane comedit prædam, & veſpere diuidit ſpolia: quia iuuenis, & vltimus Apoſtolorum vocatus eſt: vnde & ſe ſanctorum minimum vocauit, & vix dignũ vocari Apoſtolum; & natus eſt ad Apoſtolatũ moriente Synagoga, cuius exequias, & ſepulchrum ipſe præparauit, fuitque ob id matri ſuę, hoc eſt Synagogę, nihil aliud quã filius doloris; ſed à Patre Deo nihil aliud quam dexteræ nominatus eſt, ob ſpiritus robur, & fortitudinem; quandoquidem in diſputatione cõfundebat Iudęos, & cõualeſcebat in prędicatione verbi Dei a Gentibus putabatur Mercurius: in ſcribẽdo, plura præ cæteris Apoſtolis monimentis ſuis cõſignauit: in patientia, & martyrio inclytus fuit, quia Romę decollatus eſt, & caput trũcatũ trinum edidit ſaltũ, & tres ſalutaris aquę fontes effudit: in amando etiam vehementer eminebat, & optabat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis: in gubernando magnum ſe prodidit paſtorem, quia in eius humero reciderat cura, & ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Meritò ergò filius dexteræ Paulus vocari potuit. Hic vt lupus rapax mane comedit prædam, perſequens, & deuorans Chriſtianos: veſpere verò diuiſit ſpolia, quando 101 prouincias obiuit, eaſq́; Euangelico margarito locupletauit, & ad Chriſtum traduxit. ¶ Sed quia hoc priuilegium hic epiſtolæ cũ cæteris eſt commune: ſecundùm ſit: quia hanc epiſtolam dictauit in vinculis, & iam morti vicinior: nam ſolent eſſe excellentiora, & maturiora, quæ à ſenibus proficiſcuntur, quam quę à ſeipſis iunioribus ſunt edita, vt cãdela mox extinguenda lucem proferre ſolet ampliorẽ. Talia ſunt quæ Chriſtus agnus morti proximus in cœna pronuntiauit: nam certa ratione alijs à ſe traditis eminere videntur.

Act. 9.
Gen. 49.
Pſal. 67.
2. Cor. 12.

Paul⁹ quomodo Benoni, id eſt filius doloris dici potuerit. Vt etiã lup⁹ rapax, quãdo comederit mane prædã, et veſpere diuiſerit ſpolia.

1. Cor. 15.
Epheſ. 3.

Idẽ cur Beniamin, id eſt filius dexteræ nuncupetur.

Act. 9.
Infrà 14.
Rom. 9.

2. Cor. 11.

Idẽ rurſus tãquam lupus rapax, quando mane comederit prædam, & veſpere diuiſerit ſpolia.

II. conditio.

Tertium priuilegium eſt, quod ab vrbe Romana; & mundi domina iam in fide edocta, ad Epheſios homines in fide firmos, ſpe cõſtantes, & charitate perfectos hęc epiſtola conſcripta fuit: ita vt ſi vnquam Apoſtolus pręſtitit opere quod promiſerat, ſapientiam loquimur inter perfectos, id in hac vna impleuiſſe videatur. Eſt ſiquidem perfectorũ ſolidus cibus, eorũ qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, ac mali. Tertullianus refert li. 5. in Marcio. Marcionem epiſtolã hanc ab Apoſtolo conſcriptam ad Laodicenos ſenſiſſe, ſed cõtra Eccleſię traditionẽ. Et ſubdit: *Nihil autem de titulis intereſt, cum ad omnes Apoſtolus ſcripſerit, dum ad quoſdam.* Proinde tanquam perfectos Epheſios inſtituit, vt de acceptis à Deo beneficijs gratias agant: ad perſeuerantiam in ſtudio curſus ad finem vſque vitæ exhortatur, & ad pacem, & mutuam concordiam inter ſe ſeruandam: de iuſtitiæ & charitatis incremento loquitur, πανοπλίαν, ſuppeditat, qua eos contra hoſtes ſpirituales armare intendit. Vnde & Epheſij Græcè deſiderabiles ſolent interpretari. Eſt enim ἵμερος, deſiderium. Tales enim nos deſiderat Deus, vt perfectionem amplectamur: tales & nos deberemus omnes alios, & nos ipſos perfectos, & integros pręſtare. Vnde Ignatius epiſt. ad Epheſ. alludens ad hanc ſignificationẽ: *Suſcepi*, inquit, *veſtrum in Domino multum deſiderabile nomen, quod poſſidetis natura iuſta ſecundum fidem, & dilectionem in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro, cùm ſitis imitatores humanitatis Dei, vt viuificati in ſanguine Chriſti regenerationis, charitatis geminum opus cõſummate, audientes me de Syria vinctum pro Chriſto, ſpe cõmuni confidentem orationibus veſtris, vt merear Romæ cũ beſtijs dimicare, vt per martyrium poſſim diſcipulus eius eſſe, qui per mortem ſeſe obtulit Deo hoſtiam & oblationem in odorem bonæ ſuauitatis.* Hæc Ignatius.

III. conditio.
1. Cor. 2.
Heb. 5.

Ad quos ſcripta epiſtola ad Epheſios, iuxta Marcionẽ, ſed falſo.

B. Ignatij epi. 14. initio.

Quantum B. dicendis tribuat B. Ignati⁹.

Hebr. 9.

Epheſus Hebræis quid ſignificet teſte Hieronymo:

Iuxta Hebræum verò Epheſus (teſte Hieronymo in Procemio Commentariorum tertij libri in hanc epiſtolam) Latinam in linguã interpretatur, voluntas, ſiue conſilium meum in ea, vel certè, anima mea in ea. Voluntas, & conſilium, & anima Dei in eo eſt, qui poteſt dicere: Ipſe enim dedit mihi notitiam omnium: & cum incerta, & occulta ſapientiæ illi fuerint reuelata, teſtimonium conſequetur loquentis: Inueni Dauid de Bethleem, Filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Hæc ille inſinuans,

Sap. 7.
Pſalm. 30.
Actor. 13.
1. Reg. 13.

Quibus verbis Hebręum

Illud etymon Epheſi inſinuauerit Eſaias. *Eſai. 62.*

Epheſios ſic vocatos, quòd digni fuerint, qui tot myſteria Apoſtolus reuelauerit. Et videtur Eſaias propheta hanc dictam etymologiam capite. 62. expreſſiſſe. Alloquens enim Eccleſiam Gentilium, ait: *Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius Deſolata, ſed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Addit præterea Hieronymus in Procemio primi libri in fine, quòd ſicut Ioannes myſterium Natiuitatis, atque Domini relaturus, in pectus eius recubuit, & de puriſſimo fonte hauſit riuulum doctrinarum: ita & Epheſij in abeuntis Pauli collum ruentes, oſculis atque complexibus ſuis indicauerunt vnum ſe cum eo ſcientiæ habere theſaurum, & magiſtri deſiderium lacrymis conteſtati ſunt.

In eo quod Ioánes ſupra pect⁹ Domini recubuit in cœna, & Epheſij in abeuntis Pauli collũ proruerũt, quid fuerit indicatũ. *Ioan. 13. Actor. 20.*

IV. & vlt. cõditio ab eius argumẽto & diuiſione.

Quartum prærogatiuum conſiſtit in explicando argumento epiſtolæ, & eius partitione. Epheſij igitur cùm eſſent à Paulo edocti, atque inſtituti de Chriſti Euangelio, eos ad cõſtantiam pia hac epiſtola adhortatur. Verebatur etiã, ne diſcipuli ſui ob afflictionẽ & vincula ſua, quę pro Euangelij prędicatione patiebantur, à ſemel ſuſcepta fide deficerent, nec ad finem vſq; perſiſterent. Quare primis tribus capitibus verſatur in commendanda Dei gratia, oſtendens non eſſe nouum aliquod myſterium quod erga nos actum eſt, ſed ab initio ante mundi cõſtitutionem hoc fuiſſe decretum, vt pro nobis Chriſtus veniret. Idcircò à principio de gratuita Dei electione, & prædeſtinatione ediſſerit, vt ſe propterea vocatos in regnum Dei agnoſcant: quia gratuita Dei beneficẽtia deſtinati erant ad vitam, & quia tardiores ſunt hominum mentes ad tam ſublime arcanum capiendũ; precatur vt Deus oculos Epheſiorum ad plenam beneficiorum agnitionem illuminet Secundo capite, ne de Dei electione, & vocatione inſoleſcant, quales, & quam miſeri ante eam extiterint. Tertio capite ſuum Apoſtolatum peculiariter ad Gentes deſtinatum declarat, vt qui extranei diuturno tempore fuiſſent, nunc demũ in Dei populũ inſerantur: vbi de vocatione, & iuſtificatione verba facit. Reliquis trib. capitulis inſtituit mores, & de vitæ ſanctimonia ediſſerit, quantaq; cũ conſtantia, & concordia debeant inter ſe cõnecti, & incrementum in iuſtitia, & charitate facere. Nec tantùm in genere quæ debeat eſſe Chriſtianorum vita, agit, ſed etiã peculiares præceptiones pro ratione vniuſcuiuſque ſtatus, & vocatione admiſcet, capitibus quarto, & quinto: poſtremò verò Epheſios armat panoplia ſpirituali, oſtenditque multos, & fortes, & omni militia, & verſutia refertos hoſtes, quibus cum nobis decertandum ſit.

Paulus Deũ illuminatos cordis oculos Epheſijs vt daret, cur rogauerit.

Epiſtola hæc ad Epheſios quã perfecta, ſuisq; numeris abſoluta.

Eſt ergo hęc epiſtola multis rationib. perfecta tũ propter iuſtitiam, & charitatẽ perfectam quã exigit: tum propter incrementum in ſanctitate, ſiquidẽ nullus eſt ita perfectus dũ viuit, vt nõ poſſit ampliores progreſſus in ea facere: tum quia à Paulo iam ſene, & maturo, & in Chriſto perfecto profecta eſt hæc epiſtola, & ad Epheſios iã perfectos, ſiue ad perfectionem adſpirantes cõſcripta, & in numero capitum perfectò, hoc eſt ſenario per Eccleſiam diſtincta, & nonniſi à perfecto doctore enarranda, nec niſi à perfectionis auidis diſcipulis audienda. Quæ miſſa fuit per Tychycum, quem vocat chariſſimum fratrem, & fidelem miniſtrum in Domino: quod etiam Hieronymo teſte, myſterio non caret. Interpretatur enim Tychycus, ſilens: non enim proijcit margaritas ante porcos, nec dat ſanctũ canibus, ſed ait: *In corde meo abſcõdi eloquia tua, vt non peccẽ tibi.* Denique vt finiam, perdifficilis eſt præſens epiſtola ob myſteriorũ altitudinem, & multitudinem, ob Hebraiſmos frequentes, ob negligentiam ſermonis, id eſt ob hyperbata, eclipſes, & diuerſos tropos quos rebus difficillimis explicandis adhibere ſolet, & vt Haymo tradit, penè omnibus epiſtolis difficilior eſt, quia ſicut cor in medio ventris, ita iſta in medio epiſtolarum conſiſtit.

Epheſ. vlt. Quid quod illa fuit miſſa per Tychycum, vt Hieronymus obſeruauit. *Matth. 7. Pſalm. 118.*

Eiuſdẽ cauſæ difficultatis & obſcuritatis expoouuntur.

DISPVTATIO II.

In illa verba: ***Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.***

Lib. 1. Diſput.

QVONIAM Alio loco explicatam reliquimus huius epiſtolæ ſalutationem, non eſt cur in ea excutienda aliquid diſputemus, nec actum agere videamur. Primum igitur in dubium vocamus Grammaticam huius primæ periodi: non enim ſatis detegitur verbum eius principale: adde etiam voces obſcuras, & ambiguas: & qualiter inculcat, *Nos*, cùm ait: *Benedixit nos, elegit nos, prædeſtinauit nos, gratificauit nos:* & poſtea ſubdit: *in quo & vos:* quæ certè obſcuritate ſua non carent. Deinde quæritur, cur à benedictione Dei exordium deſumat hæc epiſtola, & cur ſubdat Apoſtolus: *Qui benedixit nos, & omni benedictione, & ſpirituali, & in cœleſtibus, & in Chriſto.* Tertiò quid

I. Dubitatio.

II. Dubitatio

III.

eſt

eſt dicere, *Sicut elegit nos in Chriſto* : & quid pr opriè eſt Deum eligere nos,& eligere ante mundi cõſtitutionem,cùm ipſi electi re ipſa nondum eſſent;& quia ante mundum conſtitutum non ſit ante,nec poſt,quę ſunt temporis differentiæ : maximè cum Dominus dixerit: *Ego elegi vos de mundo.* Et cùm apud Matthæum pronuntians extremam ſententiam dicat: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ à cõſtitutione mũdi:* ſi ante mundi conſtitutionem,non ergò à mundi conſtitutione.

Ioan. 15.
Matth. 25.

IIII.

Quartò dubitatur in eo quod ait,Deum elegiſſe, cùm electio nõ ſit niſi quando vnum præ alijs ſeligimus, &cęteris pręferimus: cùm tamen ſcriptum ſit: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Quintò in diſputationem venit,an hæc electio ſit ex meritis vllis. Adhæc omnia ordine propoſito ſeruato,quo ad eius fieri per nos poterit, reſpõdendum erit.

1. Tim. 2.

Quale exordiũ hui⁹ epiſtolę ad Epheſios, vt ferè à Apoſtoli cæterarum.

Eſt enim in primis magnificentiſſimum, & ampliſſimum procemium,& fortaſſis illo ad Romanos,aut illo ad Hebræos(ſi quis magnitudinem myſteriorum de quibus ediſſerit, perpendat) nõ inferiùs. Certè Apoſtolus magnificis vt plurimum procemijs, & rebus, de quibus eſt differendum,conſonis,& paulò longiorib. vti ſolet:quem in hac parte imitatus eſt B. Ignatius.

Primę ſolutio dubitationis.
De conſtructione primæ periodi.

Quantum igitur ad Grammaticam ſpectat,perpende,vnam tantùm eſſe periodũ, à principio epiſtolæ vſq; ad illa verba, quæ longè poſita ſunt,nempè:Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu,&c. Tantis ſiquidem myſteriorũ molibus erat Apoſtolicũ pectus refertũ, vt cõmuni loquendi ratione hęc explicare non valeret,vt interdum eius verba obſcurũ ſenſum efficiant.

Qualia ferè, ſecũdũ eruditos,orationũ Ciceronis exordia, ſiue periodi.

Nec mirũ eſſe debet:nam vel in Cicerone periti annotarunt,primas orationum ſuarum periodos productiores cõtexi ſolitas;& ob id ampliores,& obſcuriores eſſe. Facit etiam obſcuram hanc periodũ,quod quater dixerit, *Nos: Benedixit nos, elegit nos,prædeſtinauit nos:in quo & nos ſorte prædeſtinati:*ſemel tantùm ait : *In qua & vos.*

Illud: Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cęleſtibus, &c. vnde cõſtet maximè Apoſtolis conuenire.

Et cùm ait:*Nos*,ſeipſum, & alios Apoſtolos intelligi voluit,quibus demandata per vniuerſum orbem fuit Euangelij prædicatio, quos ad eam functionem nõ cũ paucis, ſed cum quamplurimis;nec tantùm communibus,ſed etiam potiorib.& excellentioribus donis ornari oportuit. Et id denotat,cùm ait : Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali;& rurſus:Secundùm diuitias gratiæ, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudẽtia,vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuę. Hoc enim proprium eſt Apoſtolorum,qui tanta ſapientia locupletati ſunt.

Hæc phraſis elegit nos in ipſo, dupliciter explicatur.

Quod verò ſequitur:*Elegit nos in ipſo*, ad maiorẽ claritatẽ expreſſum fuit pronomen Nos,ſicut & illud:*Qui prædeſtinauit nos*: vel ſaltem per figuram dictam πλεονασμὸς explicantur:quæ figura perinde in ſacris, atq; profanis autoribus frequens eſt. Ait enim Dauid:Mons,in quo beneplacitũ Deo habitare in eo. Ad quartum verò illud : *In quo & nos ſorte vocati ſumus.* Græcè non habetur pronomen Nos,& purior videtur lectio, niſi velimus dictũ tueri per ſuperiorẽ figuram. Et idcircò his omnibus opponit : In quo & vos, cùm audiſſetis verbũ veritatis.

Pſal. 67.

Eadẽ illa cur alteri phraſi reſpondeat.

Ad enim propè modũ frequenter repetitur in hac priori clauſula:*in Chriſto*,ſiue,*in ipſo*, in dilecto,& in quo:quod etiam orationẽ perturbat,*elegit nos*, inquit, *in ipſo*, ſcilicet, Chriſto:nam ipſe electus in gloriam Patris nos quoq; elegit in gratiam, & in gloriam Chriſti,& gratificauit in dilecto. Et poſſumus explicare,*in quo*, pro eo quod eſt dicere in eôdem,habemus redemptionem,& eôdẽ inſtaurare voluit omnia,&c. *in quo & nos ſorte vocati ſumus*:in quo vos,cũ audiſſetis verbum Euangelij:in quo & credentes. Nam his omnibus in locis poterat exprimi illo verbo,in eôdem.

Hæc etiã Pauli repetitione nimirum in quo(ſcilicet Chriſto) elegit nos in ipſo,quæ duo impia dogmata cõfutẽtur.
Act. 8.

Hæc autem repetitio non fruſtra facta eſt. Duas enim hæreſes iugulare videtur,alteram Phariſæorum, & Iudæorum, qui in obſeruantia, & operibus legis puppim, & prorã ſalutis ſuę collocabant, Chriſto,eiuſque fide neglecta: alterã verò Simonis Magi,& Cherintianorum,atq; Gnoſticorum, qui Simonis ſectatores,& diſcipuli fuerunt. Nam cùm ſe virtutem magnã eſſe profiteretur,in ſe,& in ſuo baptiſmo collocatam aſſerebat, & Angelos ſalutis mediatores dogmatizabat, nõ Chriſtum,nam vt Apoſtolus dixit : Eadem vobis ſcribere,mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium. Idcircò toties inculcat in Chriſto,in ipſo,&c. Et hactenùs de Grammatica.

Solutio ſecũdę quæſtiõis. A benedictione cur Paulus hãc epiſtolã inchoauerit.
Eccl. 1.
Ioan. 11.

Ad ſecundum. A Dei benedictione exorditur,quod perpetuum eſt Paulo in omnibus ferè epiſtolis:cùm enim enarrare ſoleat maxima Dei in ſe,& in totũ genus humanũ beneficia collata,prius gratias agit,vt cum grati animi ſignificatione gratias quas à Deo accepimus,depromamus, vt ita ad locum,vnde exeunt flumina, reuertantur, vt iterum fluant. Hoc autem primus ipſe Chriſtus docuit,qui excitaturus Lazarum; gratias prius egit;ſicut & de proſpero in prædicatione Apoſtolorum ſucceſſu, cùm ait: *Confiteor tibi Pater Domine cæli, & terræ,quia*

Matth. 11.

abſcondiſti

Digitized by Google

Quorũ ſit maximè proprium Deo benedicere. *Pſal. 88.*

abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Eſt autem hoc munus agendi gratias beatorum proprium, qui miſericordias Domini in ęternum cantabũt, atq; adeò iuſtorũ Noui Teſtamenti, in quo innumeris miſericordiæ opibus, & ſapiẽtię theſauris obruimur: & ſapientes effecti beneficia naturæ, & gratię propter nos effundi agnoſcimus, & nobis incumbere, pro alijs qui ceſſant, inceſſantes gratias & mente habere, & lingua agere: Non aũt opere poſſumus referre, quia ille bonorũ noſtrorum non eget. Eſt enim, vt Eccleſia canit, verè dignum & iuſtum, ęquum & ſalutare hoc agendi gratias debitum, quod ſolnendo in dies magis creſcit: quia etiam de ipſa gratiarum actione Deo rectè impenſè ad nouas gratias agendas arctamur.

Pſalm. 15.

Huius dicti: Benedict' ſit Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſenſus duplex.

Et Gręca vox eſt εὐλογητὸς, quod nomẽ eſt ſubſtantiuum, nõ participium paſſiuũ, quod minus ſignificat. ¶ Eſt ergò Deus vniuerſorum conditor benedictione laudũ, præconijs, & gratiarum actione dignus. Eſt & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenùs homo eſt, & Pater Chriſti in quantum Deus, iuxta illud quod ipſe ſuſcitatus dixit: *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.* Et ſubdit: *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto.* Et aliter quidem benedicit creatura Creatori, cùm ei de ſua potentia, & ſapientia, & beatitudine congratulatur: vel cum laudibus celebrat eius magnificentiam, & præclara opera, vel cùm gratias de acceptis beneficijs agit. At Creator benedicit creaturæ, illi benefaciendo, & dona maiora largiendo, & ea ratione minor eſt qui à meliore benedicitur, hoc eſt beneficium recipit, quia Beatius eſt magis dare, quam accipere. Nec poteſt ille quicquam velle vt fiat, quin continuò factum ſit.

Ioan 20.

Deo quẽadmodũ homo, homini vero Deus benedicat.

Hebr. 7.

Actor. 20.

In ſpirituali, nõ aũt tẽporali benedictione, cur dicamur nos à Deo benedicti.

Et ſi verò beneficium à Deo adnos deſcendat, tam corporeum, quam ſpirituale, & tam naturale, quam ſupernaturale: hic tamen non de quolibet, ſed de ſpirituali loquitur, & ſupernaturali, quod homini ſoli proprium eſt: nam corporale cõmune homini eſt cum belluis, & quo plerunq; impij magis quam pij in hoc ſeculo abundare ſolent. Dixi autem, proprium eſſe homini ſpirituale bonum: quia Deus ſpiritus eſt, & homo etiam ſpiritus; idcircò ſpiritualia, & æterna magis animo immortali, & ſpirituali conueniunt, ac Deum ſpiritualem, & æternum magis ſempiterna, & ſpiritualia bona cõmunicare decet, & inſtar Alexandri magni, imò multò magis ſe habere. Nam pauperi roganti eleemoſynam, amplam ciuitatem largitus eſt, non tam ad petentem, quam ad ſe, & ſuam munificentiam reſpiciens. Deinde rectè dictum eſt, ſpirituali: quia in Nouo Teſtamento ſpiritualia principaliter dantur, aut promittuntur, temporalia verò adijciũtur pijs Dei ſeruis, & quòd ait: *In omni:* non tam refertur ad ſpiritualia, & temporalia beneficia, quam ad multitudinem donorum ſpiritualium, & ad integritatem, & perfectionem eorum. Deniq; dixit, In omni benedictione ſpirituali: quia quod ſpirituale eſt, facilè cõmunicatur, cũ ſine diminutione pluribus communicari poſſit. Vt exẽpli gratia, lux, & vox, quę pluribus ex æquo diffunduntur: corporea verò anguſta & ſua natura ſunt, & vni cõmunicata, in alios non ſine detrimento diſpenſantur. Et hinc patet eorum infœlicitas, qui ſpiritualia bona, & epiſcopatum, animarũ regimen, diuini verbi prædicationẽ, & beneficia eccleſiaſtica, ſuo vitio temporaria, & corporea faciunt, qum quęſtum faciũt pietatem, gloriam, & ventrem, vt alibi dixit Apoſtolus.

I. ratio. *Ioan 4.*

II. ratio. *Matth. 6.*

Quomodo in omni benedictione ſpirituali nos benedixerit Deus.

Quanto meliora ſpiritus quã corporis & fortunę bona, illa etiam ſpiritualia in hęc tẽporalia qui cõuertãt. *1. Tim. 6. Philip. 3.*

Addit: *In cæleſtibus*, hoc eſt, nõ in perituris, & temporalibus bonis, quę olim Deus veteri populo per Moyſi legem promittebat: quia cęleſtium, & ſpiritualium bonorũ pollicitationem nõ caperent, aut ſaltem nõ omnes intelligerent: nunc verò in cœleſtib. & ſempiternis bonis, quæ in cœlo ſeruãtur benedicimur. Et nihil refert, quòd, in cœleſtibus, referatur ad loca, ſicut infra dicitur: *Conſedere fecit in cæleſtibus*; & rurſus, *Contra ſpiritualia nequitia in cæleſtibus.* Vt ſenſus ſit: Benedixit nos, vt tandem cœlum, & cœleſtia dona poſſideamus.

Illud: in cœleſtib' (ſcilicet benedixit eos) quid ſignificet.

Ephes. 4. Infra 6.

Ac de præterito ait, *Benedixit*: ob certum & immobile decretum ex parte Dei, & ex parte Chriſti, qui dicturus eſt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum; ſiue quòd iam actu hæc cœperant impleri, cùm hæc ſcriberet. Poteſt etiam referri ad cœleſtes, & æternas benedictiones, per quas fit vt homo Dei nõ ſit de hoc mundo, quia cõuerſatio noſtra in cœlis eſt, & quę ſurſum ſunt quęrimus, & ſapimus; & quia depoſita Adæ terreni imagine, portamus imaginem cęleſtis; & iam, iuxta Chriſti pręceptum, theſaurizamus nobis theſauros in cœlo, & non in terra, & inuocamus eum, qui in cœlis eſt Patrem; & matrẽ, eam quæ ſurſum eſt Ieruſalem: & quia more peregrinorum præſens ſeculum pro exilio agnoſcimus, & patriam inquirimus, ciuitatem nempe illam, cuius artifex, & conditor eſt Deus.

Cur dictum de præterito benedixit. *Matth. 25.*

Quo etiam modo benedixerit nos Deus in cœleſtibus. *Phil. 3. Coloſſ. 3. 1 Cor. 15. Matth. 6. Ibidem. Galat 4. Hebr. 13.*

Subdit: *In Chriſto.* Vbi aduerte, Græcè non haberi prępoſitionem, *In*, ſed tantũ in

Hęc gręca lectio: Benedixit nos Deus omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, Chriſto, quẽ ſenſum habeat.

Dandi

Dandi caſu, Chriſto; id eſt in gloriam & honorem Ieſu Chriſti Filij ſui, ob quem corde & lingua, & vita, & morte illuſtrandam, eiuſmodi nobis omnia dona confirmantur. Lectio tamen cum præpoſitione, *In*, veterum Patrum eſt, & eam ſequuntur Chryſoſtomus, & Theophylactus, Ambroſiua, & Hieronymus; nec facile ſemper per Græcos codices corrigendi ſunt Latini, vt quidam volunt.

Chryſ. ſer. 2. in hanc ep. tns. to. 4. Theoph. ibidem. Amb. to. 5. Hier. li. 1. ſub init. to. 9.

Latinę lectionis: Benedixit nos, &c. in cœleſtbus, in Chriſto, quorundam intelligentia. *Ephes. 2.* Altera aliorũ non contemnenda. *Gen. 12.*

Senſus ergò erit iuxta quorundam ſententiã: Benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, & cœleſti, non quidem in nobis ipſis adhuc, ſed in ipſo capite noſtro Chriſto, cuius dona vt capitis, in nos, hoc eſt in corporis ſui membra cenſet iam perueniſſe; quemadmodum quod capite ſecundo huius epiſtolæ ſcribit: *Et cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus*, (nõ quidẽ in nobis ipſis adhuc, ſed, vt ſubdit) *in Chriſto*. Quanquam ille ſenſus non ſit negligendus, quo, in Chriſto, dicimus, id eſt per Chriſtum, de quo Abrahę pronũtiatũ fuit: *In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ*: quæ verba Petrus Actor. 3. producẽs de Meſſia explicat, *Vobis*, inquit, *Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis, vt cõuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.* Et hactenus de ſecundo.

Ad III. dub. De ſenſu huius dicti, elegit nos in Chriſto ante mũdi cõſtitutionem. Chriſtus quomodo, & cur elect⁹ à Deo.

Ad tertium dubium propoſitum in illa verba: *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ*. reſpondendum eſt in primis, ſenſum literæ eſſe hunc: Quemadmodum per Chriſtum Deus gratis contulit nobis hæc ſpiritualia dona, ita gratis per eũdem Chriſtum ante ſecula elegit nos. Ex quibus primùm elicimus, Chriſtum ante, & ſuper omnes electum in Deo patre, hoc eſt, in gratiam, & gloriam Patris ſui, & cum eo cęteros Apoſtolos, & quotquot ei in hoc munere ſimiles extiterunt, electi fuerunt in Chriſto, id eſt, in gratiam, & gloriam Chriſti. Caput enim viri Chriſtus eſt, vt Deus, teſte Apoſtolo, Chriſti eſt caput: ita per eius merita electi, & prædeſtinati ſunt. Et hæc phraſis ſimilis eſſe videtur alteri, de qua ad Coloſſen. *In quo condita ſunt vniuerſa ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.* Sicut enim Dominus meritis ſuis à Deo præuiſis nobis fidem, gratiam, & gloriã promeruit, ita & illam primam prædeſtinationis gratiam, quæ ſine Chriſto nequit intelligi. Scripſit enim ad Romanos: *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui.* Et paulò poſt in hac epiſtola ait: *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorũ Dei.* Quare multò magis per eius merita creationem Angelorum, & hominum, & totius mundi conſtitutionem promeruit, ſi vera eſt topica regula: *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis.* Nam ſi nos propter illum electi, & prædeſtinati ſumus; & ipſe magis, qui ob eam cauſam electus prę millibus vocatur. Rurſus: *Ab initio, & ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam, Et Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarũ, antequam quicquam faceret à principio.* Eſt ergò præ omnibus, & ante omnes electus; etiam nullo exiſtente peccato, vt mihi cum multis pium eſt credere: nam alioqui Chriſtus plus nobis deberet, ſi ſine peccato noſtro nunquam futurus eſſet, quam nos ipſi illi debeamus. Et tantùm illi deberemus ibicis remotionem, id eſt peccati remiſſionem, non autem gratiam, aut gloriam; cùm tamen dicat Apoſtolus de ſapientia, quam principes huius ſeculi non cognouerunt: *Quam prædeſtinauit* inquit, *Deus ante ſecula, in gloriam noſtram.* Homo etiam integer in ſtatu primæuo capite ſuo, & exemplari, quod ad benè operandum excitaret, indigebat, & obiecto etiam gloriæ corporis: quoniam reformaturus erat Deus corpus humilitatis noſtrę, configuratum corpori claritatis ſuæ.

1. Cor. 11. Coloſſ. 1. Rom. 8. Epheſ. 1. Cant. 5.

Eccleſ. 24. Prouerb. 8.

Niſi Chriſtus vel ante peccatum Adæ præuiſum à Deo fuiſſet electus, quid cõſequeretur.

1. Cor. 2. Philip. 3. Aug. li. de præd. ſan. ſanctor. c. 1. 5. 10 7. circa fin.

Non ignoro tamen quoſdam aſſerere, prædeſtinationem, & electionem eorum qui ſalutem conſequentur, non eſſe ex vllo Chriſti merito, ſicut nec eius incarnatio fuit. Tamen prior ſententia congruentior eſt Apoſtoli verbis, quę apertè noſtram illi tribuunt prædeſtinationem, & electionem, imò etiam noſtrã vocationem, iuſtificationẽ, & glorificationem. Quod & B. Ignatius in epiſtola ſua ad Epheſios inſinuare videtur. Ait enim, *Ignatius qui & Theophorus Benedictæ in magnitudine Dei Patris, & prædeſtinatæ ante ſecula, vt ſit ſemper in ſingulari gloria inconuertibilis, & adunatæ, & electæ in paſſione vera in voluntate Dei Patris, & Domini noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris, Eccleſiæ beatitudine dignæ, quæ eſt Epheſi in Aſia plurimum in Chriſto Ieſu, & immaculato gaudio ſalutem.* Hæc ille, vocans Eccleſiam Epheſiorum electam in paſſione vera, & in voluntate Dei patris, & Domini Ieſu Chriſti.

Prędeſtinationẽ electorũ, tã Angelorũ, quã hominũ Chriſti meritis tribuẽtes, quare probabilius opinentur.

D. Ignatius epi. 14. init.

Eccleſię Epheſiorũ quã honorifica cognomẽta ab Ignatio tradita.

Iam notandum eſt eligere, nil aliud eſſe quam, quibuſdam dimiſſis, & refutatis, aliud aſſumere, ſiue pręferre. Eſtq; opus liberrimũ ipſius voluntatis, ita vt electio noſtra nõ ſolum ſit poſt maturũ, & prouidum cõſilium, & poſt iudicium cautũ, & circũſpectum, ſed etiam poſt clarum, & certũ intellectus mandatũ. Electio igitur alia res eſt à conſilio, & iudicio, & à mandato. Vnde & Ariſtoteles libr. 3. Ethicorum, trea habitus ſtatuit, qui præcedũt electionem, nimirum

Quid ſit propriè eligere.

Ariſt. to 4. Triplex habitus ad ele-

ἐϐυλείαν

ctiooẽ requiſitus ſecundũ Ariſtotelem, quomodo ſit in Deo.

ἀβυλείαν, id eſt, bonum conſiliũ, σύνεσιν, id eſt prudens conſilium, & γνώμην, id eſt præceptũ, ſiue imperiũ. Hęc tamen tria in Deo vnus ſunt ſimplex actus, qui præmiſſis illis tribus æquiualet, & modo quodam atq; ordine, & ratione illos continet, & exercet, nõ ſecus ac ſi diſtinguerentur in eo.

Electio quæ-nã ex meritis & iuſtitia pendeat.

Quòd verò in electione ſeruãda ſit iuſtitia, & cuiuſq; merita penſanda, vt id quod præſtat, ſeligatur, & alijs præferatur: id fortaſſis ad hominem eligẽtem referendũ eſt, qui diuina lege ad meliores præferẽdos arctatur, ſecũdũ illud: *Omnia probate, quod bonum eſt* (id eſt melius, poſitiuũ pro comparatiuo more Hebræo) *eſt tenete, & Maria optimam partem elegit*, Gręcè quoq; ibi καλὴν id eſt, bonũ ponitur pro, meliorem. Sec⁹ verò eſt, ſi electio referatur ad Deum, qui pro liberrima ſua voluntate in his quos eligit præ alijs, & exaltat, ſiue etiã ad vitã ęternam prędeſtinat, ad vlla noſtra merita, aut opera noſtra nõ reſpicit, ſed ad gratiã, & bonitatem ſuã. Vnde alibi ait. *Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, hoc eſt, vocatio veſtra meę munificentiæ eſt, nõ veſtrę volũtatis, aut meriti & Deu. 7. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram.* Nõ quia cũctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus, & elegit vos, cũ omnibus ſitis populis pauciores; ſed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramentũ quod iurauit patribus veſtris. Vides, electionẽ Iudęorũ tribui electioni, & dilectioni Dei, non libero arbitrio, aut noſtrę iuſtitię? Sed hoc ille facit, quia nulla ſuperioris lege conſtringitur, vt illo modo, vel illo eligat. Rurſus quos eligit, ſua ipſa electione dignos facit, & idoneos ad id muneris ad quod eligit, vt Apoſtolus dixit: Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti: non litera, ſed ſpiritu. Vnde rectè quidam eruditus Poeta dixit.

1. Theſſ. 5.

Ioan. 15.

Deut. 7.

Cur electi Iudæi.

Electio Dei quam libera, abſolutaq; ſit

2. Cor. 3.

Quanquam ſat digni, ſi quos dignatur amare,
Qui quos non dignos inuenit, ipſe facit.

Hominis electio quid requirat.

At homo & lege ſuperioris cõſtringitur ad meliores eligendos: & vbi illos minus idoneos elegit, idoneos facere nõ poteſt. Ideò non ſemper Deus meliores inter alios eligit. Dixi autem, nõ ſemper: quia ipſe interdum huic regulæ nobis à ſe præfixæ ſępè ſe accommodat. Nam Petrum non ſine cauſa in paſtorem Eccleſiæ præ omnib. alijs elegit: quod nimirum cæteris Apoſtolis plus diligeret Dominum. Et cùm per Eccleſiam meliorem pręcipit eligere, ipſe magis in eccleſia eliganter eligit omnis bonæ electionis autor: & ſæpè ex duobus iuſtis, ſiue beatis, qui melior eſt, & maiora opera iuſtitiæ edidit, maiori iuſtitiæ ſiue beatitudinis cumulo ornari ſolet. Sequitur aliud verbum quod in eadem dubitatione propoſitum fuit, quod ait: *Ante mundi conſtitutionem*; ſiue vt Græca litera habet, πρὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου, id eſt ante iacta mundi fundamenta. Et vt diligenter perpendunt Hieronym. Chryſoſtom. metaphora ſumpta eſt ab his, qui ex alto, & edito loco, aperto iam fundamento lapides, & ſaxa deijciunt. In quo verbo primum Plato, qui ex ſchola Ionica prodijt, confutatur, qui inter alia Deum res omnes condidiſſe ex materia ſibi coæterna edocuit: in quod tamen facit quod Apoſtolus hic ait. Et per fundamenta intelligo illud: *In principio creauit Deus cælum, & terram*, quam terram periphraſi explicãs addit: *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi, &c.* Vbi apertè oſtendit, ipſam materiam, quam Plato ingenitam ponebat, conditam ex nihilo fuiſſe, de qua Sap. 9. dicitur: Non enim impoſſibilis erat manus tua, quæ creauit orbem terræ ex materia inuiſa, & ita non fauet hic locus Platoni.

Quomodo elegerit nos Deus ante mũdi cõſtitutionẽ, qui nõ dũ eramus.

B. Chryſ. loco ſupra dicto.

Gen. 1.

Cõtra Platonẽ, materiam primã ponẽtẽ ingenitam.

Sapient. 11.

Qualem ſiue bonorũ electionis, ſiue malorũ reprobationis ante mũdi cõſtitutionẽ Ori geniſtę rationẽ confinxerint.

I. ratio. in cõtrarium ex Paulo deſumpta.

Deinde dicendum, quoſdam ſenſiſſe, hanc electionem iuſtam fuiſſe, & ex præcedentibus meritis, ponentes, ante hũc viſibilem mundum fuiſſe Angelos, & ſpirituales creaturas, quas inter animæ quoque conditæ erant, quarum quædam extra corpus peccantes reprobatæ ſunt, aliæ verò electæ. Rurſus miſſæ ſunt in hunc mundum bonæ, & malæ, vt corpora acciperent: & quæ malæ erant, per aliam prędicationem, vt Pauli, & aliorum Apoſtolorum erudirentur ad pœnitentiam, quò iterum ad priora loca redirent. Sed hoc merum fuit Origenis commentum, & abſque vllis ſcripturis, & Patrum autoritatibus antiquorũ excogitatum, & inuentum. Et ad abſurdũ ſacrarum literarum, quæ in ſpeciem porrigere videntur electionem, & reprobationem ex merito Dei beneplacito, ſaluãdum conſtitutũ, cõtra quod tamẽ Apoſtolus tela ſuppeditauit, dicens: *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Adde quod illa opinio ponit omnes animas ſimul conditas; cùm tamen ſcriptum ſit: *Qui finxit ſigillatim corda eorum*; & animę nonniſi cùm corporibus infunduntur, creãtur. Et ſi verum extitiſſet, haud dubiè quam animæ reminiſcerentur eorum, quæ ante ingreſſum in corpora egerunt. Corpora etiam non odio habent animæ tanquam carcerem, ſed vt ait Apoſtolus: *Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.* Quare cũ hæc omnia abſurda ſint, & veritati minimè

Rom. 9.

Gen. 25.

Malach. 1.

II. ratio. item ex Dauide.

Pſal. 32.

Epheſ. 5.

conſen-

conſentanea, multò magis & illud principium, ex quo ſuſtinentur: quare euaneſcit hæc opinio.

III. mod⁹ explicandi illud elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionem.

Tertio loco ſunt alij, qui dixerunt, electionem hanc in Deo fieri, & ſic in mente ſua æterna, quæ dici poteſt electio ante omne tempus, quò intelligamus tempore etiam non exiſtente, nec vlla mundi creatura conſtituta, Deum ipſum fuiſſe, ex his qui ante erant creandi, quos volebat, eligẽtem, & alios ſuæ volũtati dimittentem; & ob id dictum eſſe, ante mundi conſtitutionem. Quæ enim Deus agit, in ſua æternitate operatur.

Impugnãtur Deus ſcilicet aliquos ex æternitate, vt piędeſtinare, ita alios reprobare conſtituiſſe.

¶ Verùm magnopere videtur abſurdum Deum aliquem odio habuiſſe, illumq; ante mundi conſtitutionem damnaſſe: & ſimili ratione ęterno Dei odio perire, quotquot pereunt, cùm ſcriptum ſit: *Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti.* Deinde Dominus in die iudicij dicturus eſt iuſtis: *Accipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*: cur non dixit: ante conſtitutionem mũdi? Et in parabola ſagenę legimus: *Quam, cũ impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos aũt foras miſerunt.* Ecce, in fine mundi bonos eligi, & malos reprobari, & non ante mundi cõſtitutionem. Tertiò contra hoc facit, quòd in die iudicij Dominus alloquens reprobos, nequaquam dicet: *Ite in ignem æternum paratum vobis ante conſtitutionem mundi, ſed paratum diabolo, & Angelis eius.* Adhæc moleſtiſſimum eſt audire, Deum tam multos abſque vllis demeritis præcedentibus reprobaſſe, & æternis gehennę ſupplicijs cruciandos addixiſſe.

Sapient. 11.
II argum.
Sap 19.
III. argum.
Infra 25.
IV atq; poſtremum.

Quartus ſensus prædeſtinationis nẽ mitũ, & reprobationis cauſam eſſe aſſerentium præſcientiam meritorum.

Quartò, ſecuti ſunt alij, qui alia ratione hoc dogma tuerentur. Aiunt enim, Deum ab æterno præſciuiſſe futura Pauli merita, ac proinde illum elegiſſe: & è conuerſo Iudæ demerita præuidiſſe, & per illa ante mũdi conſtitutionem eum reprobaſſe. Hanc tamen ſententiam multis Scripturarum teſtimonijs, & rationum monumentis quidã improbant, etiamſi fuerit multorum ſanctorum Patrum, qui ætatem Auguſtini pręceſſêre, vt Irenæi, Origenis, Tertulliani, Ambroſij, Hieronymi, Chryſoſtomi, idem etiam duo Epiſcopi, Proſper, & Hilarius Arelatenſis, proprijs epiſtolis ad beatum Auguſtinum ſcriptis apertè teſtati ſunt. Nihilominùs Auguſtinus vt dogma Pelagianum inſectatur. Et ex hoc loco: *Elegit nos in ipſo, vt eſſemus ſancti, & immaculati*, falſum comprobat libr. 1. de Prædeſtinatione ſanctorum, cap. 18. & 19. *Non*, inquit, *quia futuros tales nos eſſe præſciuit, ſed vt eſſemus tales per ipſam electionem gratiæ ſuæ, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: cum ergo nos prædeſtinauit, opus ſuum præſciuit, quo nos ſanctos, & immaculatos facit.*

Id qui ſenſerint Antiquorum.
Tom. 7. prope ad med.
Hoc dogma refellit Auguſtin. ex Paulo.

Rom. 9.

Ita etiam ex capite octauo ad Romanos deducit, & ex capite nono, cùm dixit Apoſtolus: *Cum nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali*: non igitur propter prę-uiſa opera quiſquam eligitur, vel reprobatur, ſed ipſa electio omnem ſanctificationem, & bonorum operum electionem prę-cedit. Si ergò primaria electio non poteſt ex vllis meritis à Deo præuiſis oriri in doctrina B. Thomæ, & B. Auguſtini, qua æquitate quoſdam ex multis eligit ad vitam, quoſdam autem dimittit, ac deſerit, ſtante illa ſententia Apoſtolica: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnationem veritatis venire.* Equidem circa electos minus eſſet ſcrupuli, vbi neceſſarium non eſt, electionem, quæ in ſola Dei gratia innititur, ex meritis prouenire. Poſſet ſiquidem Deus de bono alterius conquerenti reſpondere: *Non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* At alios eſſe reprobatos ad æternas gehennæ flammas, nullo eorum præcedente peccato, præſertim in tanta hominũ multitudine, durum videtur, & diuinæ æquitati minimè conſonum.

Gen. 25.
D. Tho. q. 6. de verit. art. 6 & ſæpe alibi to 2.
1. Tim. 2.
Æternam reprobationẽ impiorũ ante eorum demerita pręuiſa, diuinę maximę bonitati repugnare.
Matth. 20.

Quinta ſententia eorum ſcilicet qui, maſſam perditionis inducunt.
Prima ratio cõtra illam.

Quinto loco, ad hanc duritiam mitigandam, quidam excogitârunt, ſatis eſſe, ſi huius iudicij cauſa in antiquam peccati primorum parentum vltionem reijciatur, Deumq́ue velle prò illo inobedientiæ delicto multos puniri ob id quod in maſſa perditionis dimittuntur, vt hac ratione de iniuſtitia vindicetur Deus, qui ſupplicium non punit niſi pro meritis. Verùmtamen ſi rectè diuinas Scripturas conſulamus, illis aduerſari videntur. Nam Patris profuſam miſericordiam, & pretioſum Chriſti ſanguinem pro toto mundo ſanctificando impenſum, decantatamq; Spiritus ſancti bonitatem, & in omnem carnem effuſam perpetuò celebrant. Eſt etiam in naturam peccati illius primi, quod non eſt gehennæ ſupplicijs dignum, quemadmodum perſonale peccatum: ſed tantùm carentia viſionis Dei caſtigatur: nam damnationis ſententia niſi pro actuali, & perſonali peccato non infligitur. Vnde illud: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare*, & reliq. & Paulus *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum*, Rurſus *Vnuſquiſque onus ſuum portabit.* Etſi Deus facile peccatum ex ignorantia, & infirmitate carnis perpetratum condonat, cur non illud, quod peccatum erat potius naturæ, quam ipſorum?

II. ratio.
Matt. 25.
2. Cor. 5.
Galat. 6.

III ratio. *Rom. 11.*

Adhæc,ſi radici,hoc eſt Adæ proprio,& perſonali delicto peccanti Deus pepercit, cur nõ etiam rami,qui aliena volũtate peccârunt,liberabuntur?

Quarta.

Repugnat præterea ſapientiæ prudentis patisfamilias, quòd velit habere plures latrones in carcere,quã nobiles,aut filios in ſuo palatio,præſertim, cùm ſcriptum ſit:*In multitudine populi dignitas Regis*;& alibi:*Non enim neceſſarij ſunt ij homines impij*,& infra; *Nõ enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium,& inutiliũ*.

Prouerb. 14. Eccl 15. Ibidem.

Quinta.

Rurſus cur permitteret Deus, vt qui ſunt in maſſa perditionis,vocarẽtur,aut quorſum vocati venirent ad Chriſtum,niſi ad maiorem damnationem,cùm ſcriptum ſit: *Nemini mãdauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi?*

Ibidem. Sexta.

Nec propriè tales viatores eſſent,quia non poſſent in patriam cõtendere:neque Deum ex charitate,quę nititur in communicatione æternæ gloriæ omnibus promiſſæ,diligere obligarentur. Et vocando illos ad nuptias,vel illuderet, cùm ad illas peruenire non poſſent,vel ad maius ſupplicium vocare. Et miſeri eſſent,ſi vocationi non acquieſcerent, & miſeriores ſi acquieſcerent,cùm eam retinere non valeãt. Et vt Petrus docet;*Melius erat illis non cognoſcere viã iuſtitiæ,quã poſt agnitionem retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditũ erat ſancto mandato.*

2.Petr.2.

Septima atq; poſtrema. *Rom. 5.*

Denique gratia Chriſti Adæ peccatum non vinceret,contra Apoſtolũ;quamobrem probabile non eſt, damnationis æternæ rationem in reprobis,à peccati originis macula prodire.

IV. ſolutio quæſtionis. Si omnium ſalutẽ vult De⁹, cur non omnes elegit.

Poſtremò,vt ad quartum dubiũ reſpondeamus,alij hanc electionis, & prędeſtinationis ad vitam æternam rationem alio modo interpretantur,ita vt aliorum ſaluti nõ præiudicet,& ratione, qua poſſint ad veritatis agnitionem venire,& ſalui fieri, non repugnet. Permittunt enim in primis,varias eſſe,& diuerſas electiones,& hic tãtùm ſermo inſtituitur de electione, quæ eſt ad vitam æternam. Liquidum enim eſt,nullos in cœleſte regnum intraturos, niſi illi fuerint electi:& in hoc ipſum diuerſum eſt, & varium eligendi genus.

Duplex electio,quęnam illa.

Eſt enim electio, quæ omnia merita præcedit: eſt & electio, qud merita ſubſequitur;nõ enim omnium eſt æqualis electio. Prima enim, ac ſumma, & in qua cæteræ omnes cõſiſtunt,eſt Chriſti merè gratuita electio, quatenus homo eſt:nam in quãtum Deus,eligens, ſiue prædeſtinans eſt,de quo Eſaias; *Ecce puer meus electus*,& Matthæus addit,*Quem elegi*,& Cãtic.5. Electus ex millibus vocatur. Petrus etiam Chriſtum præcognitum vocat,id eſt, prædilectum, & præelectum ante mundi conſtitutionem. Similiter beata Virgo poſt Filium, & per Filium. Electa vocatur:*Vna eſt*, inquit, *columba mea,perfecta mea, electa genitrici ſuæ.* Hanc electionem, conſequitur illa Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum, quos hic dicitur elegiſſe ante mundi conſtitutionem. Et de Paulo in Apoſtolorum perſona dicitur:*Vas electionis eſt*(pro erit)*mihi iſte.*

Eſai. 42. Matth. 12. 1. Petr. 1

Primę electionis grad⁹ tres. *Cant. 6.*

Act. 9.

Eſt autem mundus, vniuerſum hominum genus, quos Deus in ſua prouidentia creare inſtituit,de quo. *Sic Deus dilexit mũdum*,qui ſolus dilectionis eſt capax,& alibi, *Ego elegi vos de mundo*,id eſt,à reliquis hominibus ſelegi;&,*Deus erat in Chriſto, mũdum reconcilians ſibi.* Ex quibus teſtimonijs habes,ſalutem mundo promitti, & non ſolis de mundo electis. Et rurſus, *Pater alium Paracletum dabit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum,Spiritum veritatis,quem mundus non poteſt accipere.* Alium dixit, id eſt,diuerſum ab eo, qui mundo datus eſt, ſed peculiarem, & perfectum, qui electorum eſt amor, quem mundus,id eſt,qui in communi ſorte relinquuntur, & veluti in ſecunda claſſe, non poteſt accipere. Non enim erat quæſtio,an cœlum, terra, & elementa, quæ nomine mundi veniunt; vel an impij, & infideles poſſent tantùm Spiritum accipere,ſed an communiter alij omnes præter electos,qui tanti Spiritus in plenitudine donorum promiſſi non erant capaces, etiamſi alioqui ſint pij, & fideles. Hi igitur ſunt electi ante mundi conſtitutionem.

Mundus pro mũdanis,more Scripturæ. *Ioan. 3.*

Infrà 15. 2.Cor. 5.

Ioan. 14. Explicatur illud:Pater aliũ Paracletũ dabit vobis, quẽ mundus non poteſt accipere.

Nec eſt ſenſus,ante mundum creatum; quia falſum redderetur, ipſos de mundo fuiſſe electos, vt Dominus apud Ioannem dixit;ſed ſenſus eſt,antequam eſſet in oculo ſuo mundus. Et iterum; *Non pro eis autem rogo tantum*;id eſt, pro Apoſtolis quos dediſti mihi,vt omninò & certò ſalutem aſſequamur;*Sed & pro ijs qui credituri ſunt per verbum eorum in me:Vt omnes vnum ſint, &c. Vt credat mundus*(id eſt illi, qui ſunt de ſecunda claſſe, ſiue de mundo)*quia tu me miſiſti.*

Hęc gloſſa:elegit nos De⁹ ante mundi cõſtitutionẽ, id eſt, ante mũdũ creatũ cur inepta. *Ioan. 15. Infrà 17.*

Hinc rectè Hieronymus expendit vocem, *ante conſtitutionem*, ſiue πρὸ καταβολῆς, id eſt, ante iacta fundamenta mundi: quod rectè ac commodè interpretari poſſumus de his qui in ſecunda claſſe relinquuntur,& mundi voce veniunt, & in mente Dei, ſiue in prouidentia certa ſuæ ſalutis exordia adhuc non habebant.

Longè aptior Hieronymi ſenſus.

Nam præter illa, ante electionis gratiam eſt communis alia cæterorum electio ad gloriam, quæ non eſt ante, ſed poſt mundi conſtitutionem, id eſt, poſt iam iacta ſalutis ſuæ fundamenta, imò poſt curſum cõſummatum,de quo dixit Dominus,*In conſummatione ſeculi exibunt*

Vtraq; electio iam dicta multis illuſtratur teſtimonijs ſcripturarum. *2 Tim. 4. 1. Cor. 9.*

Ange-

Matth. 13.

Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & paulò ante: *Elegerunt bonos in vaſa, malos aūt foras miſerunt*, & iterum: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cōſtitutione mundi.* Non ait, ante mundum, vt prior electio, quę merè gratuita eſt, nec poſſunt à fine excidere ob Dei illos protegentis aſſiſtentiam. Aliorum verò electio iuſta eſt, ac debita eorum, qui in fine vitę eliguntur: nam tales excidere potuerunt, & non exciderunt, quia non certò, & immobiliter à Deo determinati ad gloriam.

II. locus.

2. Petr. 1.

¶ Quod confirmat princeps Apoſtolorum Petrus, dicens: *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionē faciatis.* Quod ſi iſti per bona opera certam faciunt electionem; ante opera ergò certa non erat. Quòd etiam ex eo rurſus confirmatur: quia Deus olim elegit Iudæos. Deuteron. 7. & tamen non propterea odio habebat Gentes, quarum ſalutem per Angelorum miniſterium, & lumen rationis procurabat. Matth. quoque 20. multi dicūtur vocati, pauci verò electi. Ex quo teſtimonio elicimus, electos non opponi ſemper reprobatis, ſed alijs qui vocati dicuntur & in illa parabola denarium ſalutis conſequuntur.

Gētiū ſalutē Deus promouit dupliciter
Deut. 7.
Matth. 20.

III. locus.
2. Tim. 2.
Ibidem.

¶ Ponit etiā Apoſtolus duos gradus eorum, qui ad ſalutem perueniunt, in epiſtola ad Timotheum, dicens: *Sed firmum fundamentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus qui ſunt eius.* Infra: *Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum Domino.* Vbi oſtendit, alios ſanctificari, etiāſi non ſint ex illis, qui habeant ſignaculum illud. Adde, quòd Eccleſia de B. Matre, & de alijs virginibus canere ſolet: Elegit eam Deus, & præelegit: indicās, quoſdam ex electis præ alijs ſeligi ad maiorem gratiam; quemadmodum & illud Ieſu filij Sirach; *Inter benedictos benedicetur.*

IV. locus, ab Eccleſia.

Eccleſ. 24.
V. locus.

¶ Idem docet verbū Amandi: quia Ioannem prę cæteris dilexit; nec tamen ſequitur alios Apoſtolos propterea odiſſe. Imò vt odio habere, eſt interdum minus amare, iuxta illud; *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuū, & matrem, & vxorem*, & reliqua: ad eum modum amare aliquem, eſt præ alijs illum diligere. Vt ea ratione illud verbum, quod aſperum, & terribile apparet: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui; ſuauem recipiat ſenſum. Eſt enim ſenſus: Eſau odio habui, id eſt minori dilectione proſecutus ſum Eſau, quam Iacob: & ſenſus humanus cenſet ac vocat odium, cùm quis in pari cauſa alterum ſibi præponi videt, & Scriptura ſe nobis in loquendo accommodat.

Luc. 4.
Malach. 1.
Rom. 9.
Illud: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, quid propriè ſignificet.]

VI. Locus.

¶ Adde etiam verbum Prædeſtinandi, quod eſt prę alijs deſtinare: nam ſi tantùm temporis ante egreſſionem ſignare vellet, quid opus erat dicere, prędeſtinare ante mūdi conſtitutionē, vt hic dicitur; vel pręcognoſci ante mundi cōſtitutionem?, vt 1. Petr. 1. Id eſt enim, præ, quod ante. Vnde probabilius eſt, poni pro gradu maiori, & altiori. Hinc Auguſtinus libro 7. de Ciuitate Dei cap. 1. Tertulliani ſententiam irridet, qui diſputans contra Varronē in Deos Gentilium electos, colligebat inde, alios eſſe reiectos, & reprobatos, alios verò electos, quam conſequentiam inſectatur Auguſtinus tanquam minùs bonam, ac minùs ſolidam; cùm tamen ex Canonicis Eccleſiæ electis vnus inter eos eligatur in Epiſcopum; & inter ſaxa multa neceſſaria ad domus conſtitutionem quædam nobiliora ſeliguntur, quæ in nobilioribus domus partibus, & quæ frequenter ſub oculos incurrunt, collocantur.

1. Petr. 1.

B. Aug. to. 5.
Dictū Tertulliani: Si dij eliguntur vt bulbi, vtiq; cęteri reprobātur falſum colligit Auguſtin.

Obijciet quis; Quare non omnes eodē modo diligit, ac eligit, atq; prædeſtinat? reſpondebo: Cur vni commiſit quinque talenta, alteri duo, alteri verò vnum? & cur in domo ſuæ Eccleſiæ voluit eſſe vaſa aurea & argentea, alia lignea, & fictilia, & alia quidem in honorem, alia verò in contumeliā; niſi vt intelligamus, inter vaſa honoris gradus varios. Aurea enim, dici poſſunt electi ante mundi conſtitutionem: argentea verò & lignea, & fictilia ſunt electi à conſtitutione mundi, qui bonis operibus certam vocationem, & electionem reddiderunt. Vaſa verò in contumeliam, ſunt ij, qui in ſecunda claſſe relinquuntur: qui cùm poſſint ſalutem aſſequi, ſicut alij eiuſdem claſſis fecerunt, ſuis peccatis, & obſtinatione vaſa dedecoris, & contumeliæ ſe reddiderunt. Vnde ſubiungit Apoſtolus: *Qui ergo emundauerit ſe ab iſtis, &c.* oſtendens in hominis voluntate ſitum, vt poſſit ſe per Dei gratiam, & pœnitentiam à peccato emundare.

Reſpondetur huic obiectioni: Cur omnium nō eſt par, & ęqualis electio, & prędeſtinatio diuina.
Matt. 25.
2. Tim. 2.

VII. Locus.

Prędixit etiā Paulus, in omni benedictione ſpirituali, vt intelligeremus, omnē gradum ſalutem conſequendi nobis à Chriſto relictū. Nam ad Rom. dixit: *Quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit?* id eſt omne doni genus, quod decebat, & oportebat eſſe in Eccleſia. Vt ſicut Eccleſiæ malè eſſet, ſi deeſſet ille gradus electorum ante mundi cōſtitutionem, ita male eſſet illi conſultum ſi pręter illos alter electorum à mundi conſtitutione gradus non eſſet.

Rom. 8.

Quòd verò Apoſtoli eſſent ex prima claſſe inſigniter electi, exigebat Apoſtolatus officium, & doctrinæ communicandæ, & ſapientis architecti munus, quod eſt po-

Electionis Apoſtolorū firmiſſimè cauſa, & reprobationis Iudæ quęnam illa.

Digitized by Google

Ioan. 6. *Act. 6.*

nere in fundamento fortiſſimos lapides, ne ruat ædificium illis cadentibus. Quòd verò aliquem ex Apoſtolorum numero cadere permiſerit, ſicut & Iudam inter coapoſtolos, & vnum ex Diaconis Nicolaum; id diuino conſilio factum eſt, ne quis de dignitate, aut dono ſuperbiat, quaſi labi nō poſſit. Vnde & Paulus timebat ne reprobus efficeretur.

Etiā ex illis, qui nō ſunt prędeſtinati, & electi, aliquos reipſa ſeruati. *Matth. 20.*

Quòd verò quidam ex his, qui in ſecunda claſſe relinquuntur, ſalutem æternā attingat, nemo prudens negauerit: cùm tam vocati, quàm electi Matth. 20. denarium mercedis accipiant: nullum reipſa ad palmam peruenire, nullo certo argumento colligi poteſt; & abſurdum eſt, Deū vnum aliquem ordinem aſſequendæ ſalutis conſtituiſſe, in quo ſint innumerabiles myriades myriadum animarum, & vnicuiq; idoneè ad ſalutem ſit proſpectum; & tamen aſſerere, nullum perueniſſe: quia hoc non tam eſt fruſtrari hominē fine ſuo ſibi præſtituto, quam ipſum quodammodò Deum ſuo fine defraudare, quem illo ordine ſpectabat. Quòd ſi Angeli abſque vlla prædeſtinatione, vel electione, quæ nulla fuit, vt magnus docuit Auguſtinus (quanquā Thomas eum non ſequatur) plures ſalui facti ſunt, quam damnati, cur id non multò magis ſaltem propter Chriſtum, aſſeramus in hominibus contigiſſe? Denique vt paterfamilias filio primogenito largitur primogenituram, & partem duplicem, quæ illi olim contingebat, reliquorum autem filiorum curam non deſerit, ſed eos aut Sacerdotes, aut Doctores, aut aulicos efficit, & Abrahā filio Iſaac ius primogenituræ reliquit, cæteris autem concubinarum filijs dedit munera: ita Deus Chriſtum, & quoſdam prædeſtinatos, quaſi primogenitos prædeſtinat & ad ſummum electionis gradum prouehit, reliquos tamen omnes non deſerit, ſed diligit pro ſua bonitate, atq; illis de neceſſarijs ad vitam æternam adipiſcendam proſpicit. Non enim vnam tantùm benedictionem habet magnus ille Parens noſter, & noſtri amantiſſimus Deus.

Angelos non prędeſtinauit Deus ſecūdū Auguſtinum.

B Aug. lib. de correp. & gra. c. 10 & 11. to. 4.

D Tho 1. par. q. 23. art. 1. ad 3. & alibi to. 10.

VIII. locus, & vltimus, ab exemplo. *Gen. 25.*

Refellitur prędicta ſententia.

At hæc tam longa diuerſarum electionum diſtinctio noua eſt, & multa inuoluit diſcuſſione digna. Vnde enim factum eſt, vt ante mundi conſtitutionem quidam electi ſint ad gratiam & gloriam, alijs dimiſſis, & hi liberi maneant, vt poſſint, & reipſa obtenturi ſint gratiam & gloriam, ad quā non fuerunt electi ante mundi conſtitutionem? Aut nunquid Deus non potuit hos, qui ſaluandi ſunt, cum illis eligere? quòd ſi potuit, cur non elegit? vna ergo eſt electio eorum, qui conſecuti ſunt gloriam, de qua hoc loco Paulus: & qua non electi nequaquam obtinebunt gloriam: vt ſuper epiſtolam ad Rom. latiùs diximus.

Apoſtoli interdum Chriſtianos cur vocēt electos & dilectos à Deo.

Non eſt tamen negandum, interdum in Scriptura Chriſtianos omnes ſimpliciter vocari electos: quia vel primario, vel ſecundario modo electi ſunt ad vitam: & quia omnes Chriſtiani ſelecti ſunt à Paganis, & Iudæis, & Gentibus per fidei externam confeſſionem, & ſenſibilia Sacramentorum ſymbola: quemadmodum & olim omnes Iudæi qui legem profitebantur, & circumciſionem, vocabantur electi. Hinc Apoſtolus: *Induite vos ſicut ſancti, & electi Dei viſcera miſericordiæ.* Et ad Theſſalonicenſ. *Scientes fratres dilecti à Deo vocationē veſtram.* Et Apoſtolorum princeps: *Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium:* & alio loco: *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Et hactenùs de his dubitationibus probabiliter diſputatum ſit.

Coloſſ. 3. *1. Theſſ. 1.* *1. Petr. 2. Exod 19. 2. Petr. 1.*

DISPVTATIO III.

In illa verba: *Vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propoſitū voluntatis ſuæ in laudē gloriæ gratiæ ſuæ in qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo,* &c. vſque in finem.

GRAVIORES huius capitis dubitationes priori diſputatione abſoluimus: iam de nonnullis alijs non erit inutile dubitare. Primò igitur quæritur, an electio Dei ſit ex meritis vllis præuiſis. Id enim multi Patres tradiderunt; cùm tamen in Paulo obſtare videatur quod ait: *Vt eſſemus ſancti & immaculati.* Secundò dubitatur, verbum illud ambiguum, in charitate, ad quid ſit referendum, an ad verbum præcedens, elegit, an ad illud: *Vt eſſemus ſancti, per charitatem.* Tertiò, quorſum verbo eligendi addidit aliud verbum: *Qui prædeſtinauit nos:* & quid ſit prædeſtinare in adoptionem: & quomodo ſe habeant illa tria Apoſtoli verba: *Dilexit, elegit, prædeſtinauit.* Quartò, quid eſt gratificare in dilecto. Quintò, quomodo in Chriſto habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum. Sextò, quid eſt quod ait: *Vt notum facere nobis Sacramentū voluntatis ſuæ ſecundū beneplacitum eius quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis tēporū inſtaurare omnia in Chriſto quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in ipſo:* nūquid Chri-

I. Dubium. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum.

Septimum.
Octauum.

Chriſtus ſicut homines,ita etiam dęmooes qui ceciderunt,inſtaurauit? Septimò, cur repetit:*Sorte vocati ſumus, & prædeſtinati ſecundum propoſitum eius,&c.* Octauò, quid eſt quod ait:*Nos qui ante ſperauimus in Chriſto*: & quid refert illud,*nos*.

Ad I. dub. An electio in electis ponat menta necne

Primam dubitatiooem ſuperiori diſputatione excuſſam reliquimus: apertè enim tradit Scriptura, diuinæ prædeſtinationis electionem ex meritis noſtris etiam præuiſis oon pendere, ſed ipſam eſſe meritorum cauſam. Quare non dixit:Elegit nos, qnia eramus ſancti, & immaculati, ſed vt eſſemus ſancti,reſpiciens ad finem electionis,vt aſſequamur munditiam à peccatis,& ſaoctitatem virtutum,& ſimus immaculati,ſiue irreprehenſibiles,ſiue,vt Græca litera habet,ἀμώμοι, id eſt illi, quos nec ipſe Deus Momus,id eſt diabolus,de aliquo graui vitio, aut crimioe queat reprehendere. Nam & alibi cùm miniſtros ordinandos,eligit oon ait:Si quis ſine peccato eſt, quod inueniri non poſſet:ſed, *Si ſine quis crimine eſt*,quòd vtique poſſet,vt Auguſtinus & alij expendunt. Vt etiam ſimus ſancti non tantùm coram hominibus, quorum oculis facile eſt imponere,& auribus verba dare, ſed,vt ſubdit,in conſpectu eius,ſiue coram ipſo Deo,cuius oculis,ſi placebimus,nō eſt quòd hominum linguas,& liuidos oculos, aut manus contra nos excitemus. Hęc eſt enim noui Teſtamenti perfectio,vt cū benè,ac rectè feceris in Chriſto,malum referas.Idem dogma videtur confirmare Apoſtolus ſequentibus verbis: Qui prędeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum,in ipſum ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ,in laudem gloriæ gratiæ. Vbi omnium operum præuiſionem videtur excludere:& rurſus ſubdit:*In quo etiam nos ſorte vocati ſumus,prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*:& niſi in epiſtola ad Romanos de hac re latiùs diſputaſſem, multa tum ex teſtimonijs Scripturarum, tum ex Patribus,tum ex rationib. ſuppeterent argumenta ad dictam ſententiam corroborandam.

Tit.1.

Propriū noui Teſtamenti quid.

rædeſtineos nō ſaluari ine meritis, robatur exemplis.

Illud tantùm admonendum putaui, quòd etſi Deus prędeſtinat ſine meritis vllis; non tamen glorificat, aut coronat ſine illis. Quemadmodum homini,qui in puteum profundum incidit,gratis dimittitur funis,quo poſſit liberari, oon tamen ſine conatu,& cooperatione ſua inde educitur. Dux etiam couſcribit milites quos vult, etiamſi oullum opus præcedens illorum videat: oon tamen ſoluit ſtipendinm quia adſcripti ſunt,ſed quia legitimè certârunt, atque ſtrenuè ſe geſſerunt.

. Tim. 2.

Qui ſancti, qui verò, ſint irreprehenſibiles.

Diffeerunt autem ſancti,& irreprehenſibiles:quòd ſanctus is quoq; immaculatus ſit,vt ait Hieronymus,non autem è contrario:nam pueri irreprehenſibiles ſunt, quia oullum committunt peccatum;non ſancti qnia ſanctitas ſtudio, & virtute comparatur. Et immaculatus, eſt is qui declinat à malo ſanctus,qui facit bonum.Græca ſcholia habent:*Vt eſſemus ſancti fide,& irreprehenſibiles vita.*

Pſal.33.
1.Petr 3.

Sol.II. quęſt. Illud:In charitate,ſuperiora ne,an inferiora verba reſpiciat.

Ad alterum dubium de voce,*In charitate*, dicendum eſt eſſe ambiguam, teſte Hieronymo,& accommodari ſuauiter poſſe verbis proximis,nempè:*Vt eſſemus ſancti & immaculati in cōſpectu Dei*.& indicat,per charitatem tales oos effici poſſe qua induti omne virtutis officium præſtamus:quia charitas patiens eſt,benigna eſt,nō ęmulatur,nō agit perperam,nō inflatur,ooo eſt ambitioſa,non quærit quæ ſua ſunt.Omnia ſuffert, omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet & ſola poſt hanc vitam exuta fide, & ſpe, nos comitatur:quia charitas nunquam excidit.Eadem etiam charitas à Satana accuſatore,& à mundo, & ab ipſa conſcientia irreprehenſibiles reddit:quia vniuerſa delicta operit charitas:&, *Dilectio proximi malum non operatur*: & iuſtis dilectionis opera erga proximum exercentibus,dicetur in die iudicij:Venite benedicti Patris mei. Et ita Apoſtolus vanam eſſe fiduciam indicat eorum,qui in electione ſua gloriantur,niſi ſanctitas,& vita irreprehenſa, & dilectio, quæ eſt legis plenitudo,adſit.

Hier. to.9.
Charitatis inſignia.
1.Cor.13.
Ibidem.
Prouer. 10.
1.Petr.4.
Rom.13
Matth 25.
Cootra fiduciarios hæreticos.
Rom.13.

II.Solutio.

Alter ſenſus eſt:vt verbum,*In charitate*, coniungatur cum verbo,*elegit*:& intelligitur de diuina,& increata dilectione,nō autem de dono charitatis nobis à Deo infuſo,vt in priori intelligentia. Itaque ſenſus erit in dilectione,vel,per charitatem ſuam perpetuam qua dilexit nos; vt ita dilectio diuina cauſa ſit electionis:vt etiam Moyſes Deut.7.facit. Vocat enim filios Iſraël electos à Deo,qnia dilexit eos,& patres eorū. Et ad Roman. 8. vbi Paulus dixiſſet: *Quos præſciuit*,ſiue prædilexit,continuò ſubiungit:*& prædeſtinauit*. Electio autem,& prædeſtinatio,aut idem ſunt omninò,aut certè,à ſeipſis inuicem inſeparabiles: & Petrus in priori epiſtola electos vocat aduenas ſecundùm præſcientiam;quæ nihil eſt aliud quam prędilectio,vt alibi ad perſuaſionem oſtendi. Omnium enim operum,quæ extra ſe Deus operatur,ſiue mundum cōdendo,ſiue conſeruando,& gubernando, ſiue homines ſanctificando, & prædeſtinando, principiū,& foos eſt ipſa Dei charitas,& dilectio,de qua Propheta dixit: *Zelus Domini*

Deut. 7.
Rom 8.
Electio& prędeſtinatio neceſſariò ſunt ſimul.
1 Petr.1.
Diuinę charitatis & dilectionis effectus.

Eſa.9.

exercituum faciet hoc. Eſt autem zelus, ardens & conſortij impatiens amor.

Poſterior ſolutio quid incõmodi habeat.

Ne quid tamen diſſimulare videar, etſi hic ſenſus elegans ſit, & verus, & Scripturis conſonus; paulò durius tamen cõiungi videtur primum verbum clauſulæ, elegit, cũ vltimo, in charitate. Poſſet tamen non incommodè hæc particula, in charitate, iungi cum verbo ſequenti: *Qui prædeſtinauit nos*, & Græca litera id facilius indicat; *ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν*, hoc eſt: Qui dilectione prædeſtinauit nos in adoptionem & hæc electio mihi mirificè placet, etiam pluſquam prior: & in idem recidit, dicere: Elegit in charitate, &, Qui prędeſtinauit in charitate.

III. Solutio cõgruentior.

Tertia ſoluitur dub. Cur Paulus nos non ſolũ electos, ſed etiam dicãt prædeſtinatos fuiſſe.

Ad tertiam dubitationem: Verbo eligendi, adiunxit Paulus alterum prædeſtinandi; vt hac ratione magis explicaret beneficia electorũ. Non enim ſolùm elegit nos Deus, & diſcreuit ab alijs per eximia ſua dona, ſed etiam firma, & immobili voluntate deſtinauit nos ad gloriam cõſequendam; quòd plus eſſe videtur quam eligere. Quoniam verò prædeſtinatio pars eſt diuinæ prouidentiæ, & omnes creaturæ à Deo ad ſuos fines deſtinantur, & prouidentia ſua ordinantur: propriè tamen illud verbũ reſtringitur ad creaturas ratione præditas, & non ad alios fines vel humanos, & temporales, vel etiam ſupernaturales & æternos, ſed prę ſertim ad ſummum illarum finem, id eſt æternam, & beatam vitam. Et vt dixit Apoſtolus: *Nunquid de bobus eſt cura Deo?* nõ quidem negare volens diuinam prouidentiam ad boues extendi, ſed quod ob diuinã procurationem erga hominem nullam videatur curam boum gerere: Ad hunc modum prædeſtinatio electorum, qui mundi huius fructus Deo accepti ſunt, talis eſt, vt nullã aliorum curam gerere videatur. Et ita prædeſtinare, eſt præ alijs, & ante alios ad ſalutẽ perducere, à qua nequeant excidere: quæ vocis notio non excludit alios à ſalutis notione, ſed etiam includit alios ſaluari poſſe etiamſi ſub conditione ſit illis gloria pro po ſita, & ab ea poſſint excidere.

1. Cor. 9. Quo modo à Paulo negetur Deus de bobus curam habere.

Illud verò quod ait: *In adoptionem filiorum* Græcè eſt *υἱοθεσίαν*, quæ ad literam eſt poſitio filiorum, ſiue factitia filiorum poſitio, ad differentiam naturalis generationis. Et quia ſolus eſt Chriſtus naturalis Dei filius, cui ex aſſe debetur hæreditas; propterea citra eius voluntatem, & cõſenſum nemo in filium adoptatur. Ideò meritò ſubiungit: Prædeſtinauit in adoptionem per Ieſum Chriſtũ. Ille enim eſt, per quem, & in cuius gratiam, & ad cuius conformitatem prædeſtinamur, vt ad Rom. 8. explicauit Apoſtolus: *conformes fieri imaginis filij ſui*: quia adoptio naturam imitatur. Et decuit eũ, qui ſe nobis aſſimilauit per carnẽ, vt & nos ſibi pariter per ſpiritũ redderet ſimiles, & vt pro carne, quã de noſtro accepit, de ſuo nobis ſpiritũ redderet. Etſi verò dũ ſumus in corpore, quod corrũpitur, & aggrauat animã, hæc Dei adoptio non videatur, ſicut nec in Chriſto dum eſſet in corpore mortali, & paſſibili apparuit: debemus tamen, quantũ ad ſpiritum attinet, poſt baptiſmum gerere nos pro adoptatis, & agnoſcere quod ex filijs iræ, & gehennæ tranſlati ſumus in filios Dei ſperantes hæreditatem, & Patrem inuocantes, & mandatis eius, & conſilijs acquieſcẽtes, & præcipuè fratris noſtri primogeniti veſtigia ſectantes, vt digni reddamur, qui aliquando in æternæ hæreditatis poſſeſſionem ingredi valeamus.

Rom. 8.

Sap. 9.

Epheſ. 2. Matth. 6. Rom. 8. Galat. 4.

Sequitur illud: *in ipſum*, ſiue vt alij vertunt ad ipſum. Græcè *εἰς αὐτόν*. Et interpretatur Oecumenius: *Ad quam*, inquit, *adoptionem?* ad eam, quæ ducit ad ipſum Deum. Poteſt & paſſiuè legi, in ſeſe, vel in ſemetipſum, quia eſt pronomen reciprocum, & non videtur referendum ad verbum prædeſtinare, ſed melius ad Chriſtum, in cuius gloriã electi ſumus: nam gloria Filij non eſt aliud quam Patris gloria.

Quid ſignificet: Prędeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ, per Ieſum Chriſtũ, in ipſum.

Subdit: *Secundum propoſitum volũtatis ſuæ*. Hoc eſt: Quia ſic immobiliter, & certò diſpoſuit diuina voluntas, quæ quia eſt omnis lex, rectiſſima, & obliquitatis totius neſcia, malè quicquam diſponere non poteſt: quẽ admodum plerumq; facit creata voluntas. Græca tamen litera verbum ſignificantius, & elegantius habet, *κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ*, id eſt ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ, ſiue vt Ambroſius, & Hieronymus legunt, ſecundùm placitum volũtatis. Eſt enim *εὐδοκία*, noua vox in Græco idiomate efficta à 72. Interpretibus ad exprimendam vocem Hebræam רצה & ſignificat, teſte Chryſoſtomo; primariam illã volũtatem bonam, & propenſam erga nos cũ flagranti deſiderio ſalutis coniunctam. qua nos omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire: & ad hoc adipiſcendũ donat nobis gratiam, & reliqua ad ſalutem neceſſaria. Hæc aũt vox in Scripturis tribuitur non tantùm Deo, ſed etiam hominibus vt alibi oſtendi contra Eraſmum: nam & Apoſtolus ad Rom. 10. ſibi illam adſcribit.

Explicatur etiã illud: Secundũ propoſitum voluntatis ſuæ.

B. Amb. 10. 5. circa finem. Hier. 10 9.

Chryſ. ſer. 1. ſub initium.

1. Tim. 2.

Lib. 3. diſput.

Si quæratur ergò ratio, cur Deus elegerit, vel prædeſtinauerit; reſpõdendum eſt, quia illi placuit de ſuo ita facere: & non ſolùm placuit, ſed etiam beneplacuit. Et hoc cõfirmat quod ſubdit. Vt ſimus in laudem gloriæ eius, id eſt vt prædicaretur, &

Huic quęſtioni reſpõdetur: quare elegit nos De ac prædeſtinauit.

lauda-

laudaretur per nos gratia ſua, & glorioſa inter homines efficeretur, quam merè gratis Deus impertiuit. Etſi enim Deus omni felicitate, & gloria plenus ſit, & in ſe ipſo plenè contentus, & in ea gloria nullum incrementum capere valeat; vult tamen non tam propter ſe, quàm propter nos glorificari à nobis, quò rurſus maiores gratiæ ſuæ opes in nos valeat effundere, & perfectos nos per eas efficere, & vt ſimus ipſius Dei imitatores ſeipſum perfectè glorificantis, & ipſius Chriſti filij ſui, cuius vita fuit Patrem ſuum glorificare: *Ego*, inquit, *honorifico Patrem meũ*: & rurſus, *Ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper*: & vt imitemur Angelos, & beatos, quorum voces ſunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Quanquam verò multa ſint in Deo, quæ noſtram promerentur gratiarum actionem & aſſiduam glorificationẽ, vt ſunt potentia, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, prouidẽtia, pulchritudo, infinitas, ſimplicitas, æternitas, & alia, potiſſimùm tamen de gratuita ſua beneuolentia erga nos celebrari, & commendari voluit, Nam ex gratia ſua nos eligit, prædeſtinat, creat, redimit, vocat, iuſtificat, adoptat, ſaluat & coronat. Nã ſicut nullus promereri valuit vt crearetur, cùm non eſſet; ita nullus inſtaurari, & recreari promereri potuit.

Omnia Chriſtus referebat in Patrem.

Ioan. 8.
Ibidem.
Eſai. 6.

Quid in Deo ſuper omnia noſtra gratiarum actione digniſſimũ.

Dices fortaſſe: Quomodo igitur cõparandæ vitæ æternæ merita habebimus? Sed certè merita non niſi ex dono gratiæ adipiſcimur, ſi bona operamur, & diuinæ legi obtemperamus, munificẽtia Dei eſt: ſi perſeueramus, dono Dei ſtamus: ſi iniurias, & contumelias rectè patimur, idipſum donũ Dei eſt. Vobis donatũ eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini. Præuidentia igitur meritorum cõſequitur prædeſtinationẽ Dei: quia vocatio, & iuſtificatio, ex qua bona opera promanãt, effectus ſunt prædeſtinationis: gratiæ autem ratio eſt beneplacitum Dei: beneplaciti autem Dei ratio eſt laus gloriæ ſuæ. Si dixeris; Cur Deus vult de bonitate ſua in electos gloriam? Reſpondetur: quia bonus eſt, & iuſtus, & ſibi hoc debet, nec tu, ſi Deus eſſes, aliter faceres. Si rurſus importunè agas, & dicas, Quare Deus eſt bonus, & iuſtus erga nos? Reſpondeo, hoc nõ niſi ſtultè quæritur, & quærenti imponendum eſt ſilẽtium. Nam primum ens, & primum bonũ cauſam non habet, ſed eſt omnis cauſa per ſeipſum, & efficiens, & finis.

Si nil fuit vnquam in nobis, ante eſt diuina gratia dignũ: vnde nos vitam æternam potenimus promereri.
Philip. 1.

Quinam ſint effectus prædeſtinatiõis.

Hiſce duab⁹ quæſtionib. reſpondetur: Cur Deus de bonitate in electos gloriam quærit? dem cur bonus erga nos & iuſtus eſt.

Ad quartam dubitationem, cùm ait: *Gratificauit nos in dilecto filio ſuo*, dicendum, B. Paulum his verbis explicare omnis gratiæ, & prærogatiuæ fundamenta: & Græcè non habetur, Filio ſuo, ſed ſimpliciter in dilecto, vt Hieronymus annotauit, & Chriſtus dicitur hoc loco ἠγαπημένος, etſi alibi vtatur nomine ſubſtantiuo, ἀγαπητὸς, vt Matth. 3. & 17. *Hic eſt*, inquit, *Filius meus*, ἀγαπητὸς: & idem Hieronymus in epiſtolam ad Philomonẽ teſtatur, inter has duas voces, priorem ἠγαπημένον, id eſt, dilectum, & alteram ἀγαπητὸν, hoc eſt diligibilẽ, hoc intereſſe: quod dilectus appellari poteſt ille, qui dilectionem non meretur: diligibilis verò is tantùm eſt qui dilectionem promeretur. Deinde produeit titulum Pſalm. 44. qui inſcribitur, *Pro dilecto*. Et Eſai. 5. *Vinea facta eſt Dilecto meo*, & in vtroque haberi ἀγαπητὸν.

Soluitur IV. dubium. De ſenſu horũ verborũ: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

Hier. tom. 9.
Matth. 3.
Infrà 17.
Eſai. 5.

Hic ergo intellige dilectum Patris præ omnibus, & propter quem cæteri & diliguntur, & eliguntur, gratificantur, & adoptãtur, deniq; de cuius plenitudine omnes accepimus, q. a Mediator eſt omniũ. Quod ait: *Gratificauit*, Græcum verbum eſt ἐχαρίτωσεν, id eſt, charos, & gratos ſibi reddidit: nã Latinè propriè gratificari, eſt aliquid in gratiã alterius facere. Quanto verò in pretio habẽda ſit hæc tanta Dei gratia, id oſtẽdit, ſi tantoperè gratiam Principũ & ambimus, & quærimus. Certè Deus eos quos ſic charos habet, obliuiſci vnquam nõ poteſt, quos inſtar filiorum habet, & vt ille dixit:

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Atque ex hoc loco acceperunt Theologi, gratiam diſtingui in gratis datam, quæ etiam cum peccato ſtare poteſt; & in gratum facientem, quæ omne expellit peccatum, & ſecum adfert iuſtitiam, & Dei adoptionem.

Chriſtus quam dilect⁹ filius Patris.

Ioan. 1.

Gratificari propriè quid. Gratia Dei à nobis quanti facienda.

Virg. in Æn.

Gratiæ gratis datæ, & gratiæ gratum faciẽtis Theologicũ diſcrimen à Paulo ſumptum.

Quia ergo tanta nobis adfert bona hæc gratificatio; ſubdit, & quintum dubium reſoluit in illis verbis: *In quo habemus redẽptionem per ſanguinem eius.* Non tãtùm enim Filium pro ſuis inimicis donauit, ſed etiam ad mortem, quod ſtupendum eſt, & maximum inter dona, quæ pro amico præſtare quis poteſt. Purus enim homo non poterat ſatisfacere ad condignum, quia omnis homo peccator erat. Adhæc Angelus etiam creatura erat, & eius eſt ſoluere qui debitum contraxit: Angelus verò nihil debebat: & ſi Angelus id operis præſtitiſſet, homo ſuper dignitatẽ angelorum in Chriſto euectus non fuiſſet. Poterat enim Deus ſi voluiſſet, citra Chriſtum, & eius mortẽ, peccata hominibus remittere. Oportuit igitur, vt is qui poſſet, & deberet, Deus eſſet, & homo, & vt, qui per vnum omnes collapſi eramus, in vno Chriſto inſtauraremur. Ac Deũ quidẽ eſſe oportuit, vt iuſtè redimeremur; hominẽ verò, vt poſſet no-

Ad V. dubit. De eo quod in Chriſto habere dicimur redemptionem peccatorum per ſanguinem eius.

Chriſtus ſeruator noſter cur debuerit vtraq; natura, diuina ſimul & humana conſtare.

Digitized by Google

bis affici, & lapſum noſtrum commiſerari. Deum item, vt eius opera infinitam vim promerendi, & pro nobis ſatisfaciendi ſortirentur: homioem, vt poſſet pro nobis mortem corporis ſuſtinere. Nec tantùm effudit pro nobis dilectis ſanguinem, ſed etiam, vt ait Dilectus, pro mundo: ipſe eſt enim propitiatio pro peccatis noſtris: oon pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Et redemptio quantum ad animum, affert liberatiooem à ſeruitute peccati, & iugo Pharaonis, & in illa habemus ſpem, & ius, & titulum ad perfectam & animæ, & corporis redemptionem: habemus etiam pretium redemptionis, id enim ſignificat ἀπολυτρώσεως, etiam nunc de præſenti io Sacramentis ſalutaribus repoſitam, quæ omnibus vt fluuius inundans aquas ſalutares ſuppeditant: ex quibus haurimus quantum volumus. Et alludit hoc verbo Apoſtolus ad expiationem legis oaturæ, vt Abel, Noë, Abraham, quæ ſanguine animalium conſtabat. Commemorat etiam legis Moſaicæ ſacrificia, in qua penè omnia in ſanguine mundantur, vt teſtis eſt Paulus. Alludit & ad noſtrum nouæ legis ſacrificium, quod in carne Chriſti manducanda, & ſanguine Chriſti oblato à nobis potando conſiſtit. Et ob id ſubiungit: *Remiſſionem peccatorum ſecundùm diuitias gratiæ eius.* Deus in omnibns ſuis attributis, ſiue perfectionibus diues eſt, quia infinitus & immenſus, de quo alibi ait: Diues in omnes qui inuocant illum: præ quo omnis creatura pauperrima eſt, quia finita, & limitibus circumſcripta, ideò diuinæ gratiæ, quæ non tantùm abundat, ſed ſuperabundat in nobis, diuitiæ ſuot, quod omne peccatnm, etſi maximum, & grauiſſimum, expellunt: omne donum ſalutare conferunt, & omnem captus noſtri modum, & deſideria excedunt: denique omnem amorem & diuinæ legis obedientiam exſculpere à nobis deberent. Eſtque Deus diues in gratia, & miſericordia, quam omnibus ex ſe offert: & quia dando oon exhauritur, abũdauit, & exuberauit in nobis: quia etſi Dei gratia omnibus apparuerit, in ſolis tamen fidelibus eam acceptantibus aucta eſt. In Apoſtolis verò ſupremo modo declaratur, vt eos qui fonti, & fundamento ſunt proximi, & eorum miniſterio alij audiãt Chriſtum, cognoſcant Patrem, & per nos iam in gratia confirmatos, & paſtores Eccleſiæ conſtitutos, alij corroborentur, & ſalutifero doctrioæ pabulo paſcantur.

Pro quibus fuderit ſanguinẽ Chriſtus.
1. Ioan. 2.
In Chriſto qualem redẽptionem habeamus per ſanguinem eius.
His in verbis quò Paulus videtur ſpectaſſe.
Geneſ 4.
Infrà 8.
Infrà 15.
Hebr. 9.
Diues cur Deus in omnibus donis ſuis.
Rom. 10.
Quænã ſint diuitiæ gratiæ Dei.
Tit. 2.
De gratiæ diuinę fonte qui ſuper omnes hauſerint.

Addit: *In omni ſapiẽtia & prudẽtia:* Phraſis eſt Hebræa pro eo quod eſt, cùm omni ſapientia, & prudentia; quæ quidem virtutes noo omnium ſunt qui ſalutem adipiſcuntur, ſed electorum propriæ, vt ſimiles Chriſto, quo ad eius fieri poſſit, fiant; qui primò prædeſtinatus fuit in gloriam ipſorum, & ipſi prædeſtioati ſint in aliorũ gloriam tanquam adiutores, & cooperatores Dei, & Euangelij pacis pro nobis adminiſtri: quoniam ea ratione ſuperabundant gratia, & ſcientia, & prudentia, vt poſſint alijs impertiri, & dicere: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti ſum.

Diuitias gratiæ diuinæ in omni ſapientia, & prudẽtia qui propriè accipiãt, & quare.
1. Cor. 11.

Et ſapientia quidem verſatur circa veritatem æternarum rerum, vt diſtinctionis perſonarum, vnitatis Diuinæ ſubſtantiæ, Incarnationis, & mortis Filij Dei, Sacramentorum hominem ſanctificantium, Reſurrectionis, & aliorum, quæ captum hominum excedunt. Nam per ſapientiam Deus agnoſcitur, qua nota, omnia per eum tanquam per veram, & adęquatam vniuerſaliſſimam, & particulariſſimam cauſſam cognoſcuntur. Prudentia verò eſt recta ratio rerum agibilium: & in actibus omnium virtutum verſatur, vt in illis ſeruetur finis, rectus ordo, tempus, modus, & aliæ circumſtantiæ: & ſapientia ſimplices efficimur vt columbæ, prudentia cauti, & circumſpecti, vt ſerpentes, velut ſerpens in cruce exaltatus. Hinc Bernard. ſerm. 84. ſuper Cantica: *Vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor: & fortè ſapientia à ſapore denominatur. Nec dixerim reprehendendum, ſi quis ſapientiam, ſaporem boni definiat: & ſi quis ſapientiam amorem veritatis definierit, non mihi videtur à vero deuiare. Et nunc aſſiduè ſapientia vincit malitiam in mentibus ad quas intrauerat; quia ſaporem quem illa innexit, ſapore exterminat meliore.*

Quid ſapientia.
Quid prudẽtia: vtriuſque virtutis effectus.
Matth. 10.
Ioan. 3.
Num. 21.
Sapientiam quomodo definiat Bernardus.

Et ait: *In omni ſapientia:* oon quòd plures ſunt ſapientiæ diuinæ, cùm vna ſit tantùm, malæ verò plures ſunt ſapientiæ, nimirùm terrena, ſeu animalis, carnalis, & diabolica. Nam cùm vna ſit veritas, ab ea tamen contingit pluribus modis deuiare, ſicut ab vna ſanitate innumeris modis accidit deficere, ſed in omni ſapientia, id eſt, perfecta, & plena, & etiam ad illam quam habuerunt Prophetæ, ſuperiori.

Si vna eſt tãtùm ſapientia, cur dicitur: In omni ſapientia.
Iacob 3.
Rom. 8.

Sed objicies: Quomodo perfecta ſapientia, cùm ſcriptum ſit: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus? Reſpondeo, omnem ſapientiam, quæ hic habetur, comparatam ad eam quæ in gloria poſſidebitur, habere ſe tanquam ſcintillam ad magnum ignem, vel aquę guttam ad ipſum mare, aut candelam ad Solem, aut partem ad totum. Eſt ergo ſapientia plena, quam capere poſſunt viatores, vt veſtis parua, quæ puero accõmodata, dicitur

Si in omni ſapientia diuites facti ſumus, cur alibi imperfectã dicimus habere ſapientiam.
1. Cor. 13.

eſſe

Digitized by Google

eſſe perfecta: quòd ſi longior, aut amplior, aut breuior quàm par eſt, iam perfecta non eſſet. Præcedit verò ſapientia prudentiam: quia guſtus Dei, per quem capimus diuina, eſt cauſa benè ſe gerendi in actione. Et quia prius ad Deum ordinamur per ſapiẽtiam, quàm per prudẽtiam ad proximum; & quia ſapientia perfectorum eſt de bonis perſequendis, prudentia verò imperfectorum de malo cauendo.

Cur prius in omni ſapientia, quã prudentia dicamur diuites facti.

Ad ſextum explicandum, expende, noſtrum interpretem vertiſſe: *Vt notum faceret Sacramentum*; Alios verò: *Qui notum fecit nobis*, vel patefacto nobis Sacramento; at Hieronymus vertit: *Notum faciens Sacramentum voluntatis ſuæ*, quod propoſuit in eo, vel in ipſo, vel in ſe ipſo: vt quando ipſi videretur tempus, mundo per electos eius notitiam proderet: vel in eo, ſubaudi Chriſtus compleret myſterium, id eſt, arcanum, & ſecretum: nam ſic ſæpè aliàs verti ſolet; etiam ſi quibuſdam magis placuiſſet Græcam vocem relinqui, ad vitandam homonymiam vocis Sacramenti. Hæc eſt autem ſumma ſapientia, ſcire quid de nobis Deus ab æterno decreuerit. Etenim cùm Apoſtoli futuri eſſent Euangelij buccinatores vſque ad vltimum terræ, operæpretium fuit eos plenos eſſe ſapientia, & prudentia, quibus notum redderetur hoc diuinæ voluntatis myſterium. Et rurſus excludens merita, addit: *Secundùm beneplacitum eius*: Grecè κατ' ἐυδοκίαν, hoc eſt bonam, & propenſam erga nos Dei voluntatem. Vnde Incarnationis beneficium nõ niſi promiſſum eſt Adæ peccatori, Geneſ. 3. & Achab impio & infideli Regi Iuda, & Deum tentanti, Eſai. 7. Quòd ſi quid meriti in patribus ex charitate orantibus, ac dicentibus: Emitte agnum Domine, dominatorem terræ; &, Vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes: ſi quid etiam dignitatis fuit in Abraham, ob cuius obedientiam promiſſa fuit etiam cum iureiurãdo incarnatio: denique ſi fides Deiparæ Virginis quicquam meruit, vt de ea præcinat Eccleſia; *Quia quẽ meruiſti portare, &c.* Hæc omnia merita Chriſti Incarnationi futuræ nitebantur; cùm tamen nec Ipſe Chriſtus Incarnationem ſuam promeruerit, ſicut nec nos electionem noſtram ante primam gratiam. Quòd ſi obijceres verbum Scripturæ dictum ad Abraham: *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me; Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, &c. Poſſidebit ſemẽ tuum portas inimicorũ ſuorum: Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terra, quia obediſti voci meæ*: Quæ verba manifeſtam meriti condigni rationem includere videntur, & Meſſiam mundo datum propter obediẽtiam Abrahæ: Reſpondendum eſt, opera, quæ rationem meriti habent apud Deum, ex ſe non ordinari, niſi ad meritum amplioris gratiæ, & vitæ æternæ. Quòd verò interdum Deus illa acceptet ad bona temporaria, vel ad Meſſiæ dandi promiſſionem, id gratuito Dei munere factum eſt, ex acceptatione, & imputatione Diuina magis, quàm ex vllo operum merito, aut dignitate.

VI dubij diſſolutio.
Circa illud: Vt notum faceret nobis Sacramẽtum voluntatis ſuæ, & reliq.
Quænam illa, quã à Deo accepimus, ſumma ſapientia.
Quodnã fuerit beneplacitum Dei.
Geneſ. 3.
Eſai 7.
Patriarchæ, & Prophetæ, & alij iuſti, quidenam filij Dei incarnationem meruerint.
Infra 16.
Geneſ. 22.
Si Abraham quod nõ promeruit, cur ei dictus dictum fuit: Quia feciſti hanc rẽ, &c. benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes?
Ibidem.

Ad rem igitur redeundo, Diuinæ volũtatis myſterium in incarnatione notum factum eſt Apoſtolis, ita vt pro illo prędicando, ac tuendo, mortem quantumuis atrocem ſubire non detrectauerint, & confidenter affirmauerint: Non poſſumus quæ vidimus, & audiuimus, non loqui: quibus etiam dixerat Dominus: *Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri*; & iterum, *Vos dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Dicitur autem incarnatio Filij Dei, & aduentus, & ſalutaris mors, myſterium voluntatis: nunquam enim homines tale arcanum concipere, aut conceptum & cogitatum deſiderare, & petere ſine peculiari Dei dare volentis reuelatione auderet, nec Apoſtoli illud mundo prædicare; quod eſt corrigiam calceamenti ſoluere. Cauſa ergo tanti doni fuit Dei erga nos, & gratia, & dilectio, de qua Filius dixit; *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium vnigenitum daret.* Hinc opus eſſe dicitur Spiritus ſancti: quod in lege non niſi tenuiter, & occultè, & paucis tantùm inſinuatum fuit, vnde de Moyſe dixit Dominus; *De me enim ille ſcripſit.* Et tunc maioris cognitionis mundus capax nõ erat, ſi modò poſt exhibitum beneficium, & poſt lumen tantùm patefactum, ſolum factum eſſe cognoſcitur. Quantum autẽ, & quale, & quando factum ſit, etiam Angelis, & Beatis naturaliter eſt incomprehenſum. Satanas verò ſuis dolis, & machinis obſcurare tãtum myſterium conatur, & ne illud fide ſuſcipiatur ab hominibus, impedire: & fingit zelare ſe pro Dei gloria, quo magis mentes noſtras corrumpat: dicens, non decere Diuinam Filij Dei puritatem, & maieſtatem, tuam vilem, putridam hominis carnem, & peccati ſimilitudinem habentem ſibi copulare. Sed hoc ſanè mihi ridiculum videtur; quaſi verò tabernaculum Moyſi, aut nubes, aut ardens rubus, puriora eſſent, ac digniora creatura ratione prædita, aut quaſi Deus nõ olim frequenter loqueretur per Prophetas ſuos, quaſi in eis habitaret, quò per humanitatẽ aſſumptam

Incarnationis filij Dei Sacramentũ quo modo Apoſtolis innotuerit.
Actor. 4.
Luc. 21.
Ioan. 15.
Cur illa vocetur myſteriũ voluntatis Dei.
Ioan. 1.
Quid ſoluere Chriſti corrigiam calceamenti.
Infrà 3.
Infrà 5.
Hanc tãtam incarnatiõis verbi veritatem, quomodo Satan obſcurare, & mundo occultare tẽtauerit.
Rom. 8.
Quid opponendum veteratori.
Exod. 40.
Suprà 16.
Suprà 3.

indi-

indicaret ſe nos aliquando allocuturum: *Propter hoc ſciet populus meus* (ait ille per Eſaiam) *nomen meum in die illo: quia ego ipſe qui loquebar*; ſcilicet per Prophetas, *ecce adſum.*

Eſai. 52.

Hæc verba: In diſpenſatione plenitudinis temporũ habent duplicem ſenſum.

Sequitur: *In diſpẽſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in ipſo.* Hoc eſt, illis euolutis temporibus, quæ ab æterno ad hoc ipſum exhibendum præſtituit; Vel in plenitudine temporis diſpenſati, & ordinati à Deo, vt in eo non amplius teneamus ſecretum, & occultum tantum myſterium, ſed vt per prædicationem toti mundo diſpenſemus, & nõ dicamus, vt olim quidam Propheta: *Secretum meũ mihi, ſecretum meum mihi.* Quemadmodùm enim ſecundùm Salomonem omni negotio tempus eſt & opportunitas, ita Deus pro ſua ſapientia congruum & perfectum tempus cuique rei faciendæ diſpenſauit. Eſt autem cuiuſque rei plenum, & congruum tempus in beneplacito Diuinæ voluntatis poſitum. Aliam enim temporis plenitudinem diſpẽſauit pro circuncisione Abrahæ danda, aliam pro lege Moyſis, aliam pro Meſſiæ promiſſione per Prophetas, aliam denique pro eius aduentu, & præſentia. Porrò Incarnationis & aduentus Filij Dei tempus, vocatur plenitudo temporis: quia in ea æternitas, quæ omnia tempora continet, in tempus venit, & Spiritus in tẽpus, & Deus in hominem: & quia in eo pretium ſalutis omnium hominũ in eundem Chriſtum concurrerunt, idq; tempus ab Angelis & hominibus diu deſideratum & expectatum fuit. Vnde de Abraham teſtatur Dominus: *Abraham exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauiſus eſt.* In eo quoque impleta ſunt omnia in lege adumbrata, & in Prophetis promiſſa, & prænuntiata. Adde, quòd in eo Chriſtum impleuit gratia & veritate; & per Chriſtum repleuit B. Deiparam, & Apoſtolos, & omnes qui ante ſe fuerunt Prophetas: quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Denique in hoc tempore ad ęternitatem eleuamur, primùm quidem Spiritu, deinde verò corpore ſuſcitato: eſtque ſexta mundi ætas, & dies nouiſſimi, & hora nouiſſima.

Eſai. 24. Eccleſ. 8.

Quatuor de cauſis Apoſtolus Chriſti incarnationem, plenitudinem temporis appellauit.

Ioan. 8. Suprà 1. Ibidem 16. 1. Tim. 3. 1. Ioan. 2.

Huius loci: Inſtaurare omnia in Chriſto, &c. lectio prima.

Pro verbo Inſtaurandi, Græca litera habet, *ἀνακεφαλαιώσασθαι*, quod propriè eſt ea, quæ ſparſim, & fuſius dicta ſunt, ſummatim repetere, ac breuiter recolligere, & partes diſiunctas, & diuulſas in vnum veluti corpus coniungere: vt faciunt oratores in fine, nam illi in epilogis, vel ante epilogos propter memoriam iudicum, & eorũ quæ audiere negotia recordationẽ, anacephalæoſin ſolent facere, & vnuſquiſque recordari eorum incipit, quæ fuſius dixerat. Eſtque metaphora ſumpta ab his, qui calculos ſubducũt, & ſingula in vnam ſummam reuocant. Et ad eum modum Quintilianus *ἀνακεφαλαίωσις* figuram vocat enumerationem. Hieronymus verò contendit legendum eſſe recapitulare: quam lectionem etiam veteres Patres non ignorarunt, vt Irenæus lib. 1. cap. 1. & lib. 3. c. 20. in principio: Oſtendimus enim quia tunc non cępit Filius Dei exiſtens, à Patre deſcendens, & incarnatus, & homo factus, longam hominum expoſitionem in ſe ipſo recapitulauit, in compendio nobis ſalutem præſtans, vt quod perdideramus in Adam, id eſt, ſecundùm imaginem, & ſimilitudinem eſſe Dei, hoc in Chriſto Ieſu reciperemus: & Tertullian. in Marcionem aſſerit, verbum hoc in Græco ſonare, recapitulare, ad initium redigere, vel ab initio recẽſere. B. Auguſtinus tamen & Ambroſius non abhorrent à lectione noſtra, licèt hic proximo illi verbo vtatur reſtaurandi, tam in verſione, quàm in interpretatione.

Quintil. li. 9. c. 1. in princ. Altera lectio. B. Hier. hoc loco, tom. 9. B. Irenæus.

Tertul. lib. 5. aduer. Marc. Aug. in Ench. c. 62. tom. 3. ſub init. Ambr. tom. 5. circa fin.

Nos igitur ſecundùm varias huius verbi ſignificationes ſenſum producemus, vt prudens lector pro ſuo arbitrio quem velit, magis ſequatur. Si ergo legamus: Recapitulare, ſenſus duplex eſſe poteſt: alter Hieronymi dicentis: Quæcunque erant in ſacris literis, & Chriſtum figurabant, in ipſum tanquam ad certum caput ſunt redacta, & recapitulata, id eſt, homines, & Angeli. Ita vt ipſe ſit vtrumque caput conſtitutus, ſicut infrà apertè declarat, cùm ait: Ipſum dedit caput ſupra omnẽ Eccleſiam. In eius namque obedientia, charitate, omnia naturæ præcepta, quæ moralia vocantur, recapitulata ſunt, in eius cruce, & oblato ſui ipſius ſacrificio omnes victimæ & hoſtiæ: in eius Crucis ſupplicio quo omne genus tormẽti, & opprobrij patienter pertulit, omnia legis iudicia completa ſunt: in eius precibus & oblatione omnes pſalmi, cantica, & orationes: in eius exhibitione omnia ſanctorum geſta, omnes benedictiones, & promiſſa facta Prophetis, exitũ ſuũ habuerunt, ita vt ipſe ſit verbum abbreuiatum, quod fecit Dominus ſuper terram.

Poſterioris lectionis nimirùm: Recapitulare omnia in Chriſto, &c. prior intellectus Hieronymi.

Epheſ. 1. Eſai. 10. Rom. 9.

Alter ſenſus eſſe poteſt, quòd vt Adæ peccato omnia non ſolùm terreſtria, ſed etiam cœleſtia mutata ſunt: ita mutato Chriſto ob Angelis minorato, omnia inuerſa ſunt; per paſſionem tamẽ nouum ius acquiſiuit, vt fieret caput omniũ, ſicut fuerat à principio in Dei diſpoſitione deſtinatum. Et ſic ſunt inſtaurata, & reparata omnia, vt ſub eodem capite inueniantur, & deſtruatur omnis poteſtas, & principatus

Poſterior aliorum. Pſalm. 8. Hebr. 2.

tus etiam in cęlis. Terreſtria quoque in caput ſuum redegit, reducendo homines ad ſtatum primæuum innocentiæ, & ſic omnes inueniuntur ſub vno Chriſto capite, & per eum, & cũ eo ſub vno capite Deo. Huc ſenſum confirmat Tertullianus libro de Monogamia, his verbis: *Dicit & Apoſtolus in Epiſtola ad Epheſios: Deum propoſuiſſe in ſemetipſo ad diſpenſationem adimpletionis temporum, ad caput, id eſt, ad initium reciprocare vniuerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper cælos, & ſuper terras in ipſo. Sic & duas Græcia literas, ſummam, & vltimam, ſibi induit Dominus, initij, & finis concurrentium in ſe figuras: vti quemadmodum α ad ω vſque voluitur, & rurſus ω ad α replicatur, ita vt oſtenderet in ſe eſſe & initij decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium, vt omnis diſpoſitio in eum deſinens per quem cœpta eſt, per ſermonem, ſcilicet, Dei qui caro factus eſt, proinde deſinat, quemadmodùm & cœpit. Et adeò in Chriſto omnia reuocantur ad initium, vt & fides reuerſa ſit à circumciſione ad integritatem carnis illius, ſicut ab initio fuit, & libertas ciborum, & ſanguinis ſolius abſtinentia, ſicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab initio fuit, & repudij cohibitio, quod ab initio non fuit: & poſtremò totus homo in Paradiſum reuocatur, vbi ab initio fuit.* Hactenus ille. Et ad hunc ſenſum reducitur verbum reſtaurandi. Eſt enim reſtaurare, ad ſimilitudinem prioris ſtatus aliquam rem, quæ lapſa fuerat, reuocare.

Tertull.

Alpha, & omega, quomodo Chriſtus Tertul. *Apocal. 1. Eſai. 44. Ioan. 1.*

III. Senſus Auguſtini in id: Inſtaurare omnia in Chriſto, & reliq.

Auguſtinus verò in lib. Enchirid. ca. 62. hoc modo interpretatur: *Nouerunt ſancti Angeli docti à Deo cuius veritatis æterna contemplatione beati ſunt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Propter quod ait Apoſtolus, inſtaurari omnia in Chriſto, quæ in cælis ſunt, & quæ in terris. In ipſo quippe inſtaurantur quæ in cælis ſunt, cùm id quod inde in angelis lapſum, ex hominibus redditur. Inſtaurantur autem quæ in terris ſunt, cùm ipſi homines, qui prædeſtinati ſunt ad æternam vitam, à corruptionis vetuſtate renouantur.* Hæc ille.

V. Origenis minimè recipiendus. *Lib. 1 peri. archon c. 6. circa med. & c. 1. Matth. 25.*

Fugiendus tamen Origenis ſenſus, qui ex hoc loco colligebat, Angelos qui ceciderant, aliquando reſtaurandos, contra illud Chriſti verbum: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Adhæc dæmones inde deturbati non dicuntur eſſe amplius in cœlo: ſatis autem omnia cœleſtia reſtaurantur, reparato genere humano, in quo Angelorum gaudium inſtauratũ eſt: quia multi homines ad honores, & ſedes Angelorum euehuntur.

Quid cœli per Chriſtum inſtaurandi, ſecundùm alios, ſed incongruè.

Sunt qui cœlos animas interpretentur; terram verò corpora: Alij cœlos, Iudæos, qui cœleſtia præcepta habuerunt, & terram Gentiles affirmant. Sed myſticè potiùs hæc videntur, quàm ad literam dicta, & quia ait: Quæ in cœlis, & quę in terra, videntur habitatores cœli, & terræ deſignari, cùm alibi cœlorum, & terræ nomine per Metonymiam Angeli, & homines exprimantur, vt Deut. 32. & Eſai. 1. *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei:* & ad Coloſſ. 1. Vniuerſa quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, declarans ait, *Viſibilia, & inuiſibilia,* id eſt, homines, & Angeli. Et rurſus ſubdit: *Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.*

Deut. 32. Eſai. 1. Coloſſ. 1.

IV. Senſus.

Aliqui verò referunt ad animas hominum, qui iam ſunt in cœlo, & regnant cum Chriſto, quæ ſuo tempore aſſumptis corporibus per Chriſtum reſtaurabuntur.

V. & vlt.

Bern ſer. 22. nō longe à pr. Aliter Angeli, aliter homines per Chriſtum redempti, teſte Bernardo.

Certè de Angelis non incongruè, nec incommodè dicere poſſumus inſtauratos, & ſeruatos in Chriſto, teſte Bernardo ſuper Cantica: quia ſeruati ſunt ne caderent: ſicut etiam ſaluatam aſſerimus ſanctiſſimam Deiparam per gratiam præſeruantem, non autem à peccato contracto ſubleuantem. Vt hac ratione Angeli quoque Chriſto incarnato ſuam referre debeãt ſalutem, etſi ſanguine Chriſti non eguerint, quia non peccarunt: ſicut & nos ſi peccãtum non admiſiſſemus, eius ſanguine non egeremus. Ita inuenitur Chriſtus totius mediator creaturæ, ſed quorundam per incarnationem tantum, vt Angelorum. Et quod ait: *In ipſo*, ſcilicet, Chriſto, vel eſt Pleonaſmos, vel inculcatio, propter Simonem Magum, & Menandrum, qui inducebant alios mediatores.

VII. Solutio quæſtionis. De cauſa huius repetitionis: In quo & nos ſorte vocati ſumus.

Ad ſeptimum, cur ſcilicet, repetat: *In quo & nos ſortè vocati ſumus, prædeſtinati ſecũdùm propoſitum eius qui operatur omnia, &c.* Vbi primum pronomẽ, *Nos*, Hieronymus non legit, nec habetur in Græcis codicibus, & neceſſarium non videtur: ne ſit nugatio, aut battologia, & ſenſum potius obſcurat, quàm elucidet.

Verbum: *Sorte vocati ſumus*, Græcè dicitur ἐκληρώθημεν, quod verbum ancipitis eſt ſignificationis: quia κλῆρος ſortem, & hæreditatem denotat, & hanc ſignificationem ſequitur OEcumenius: in quo, vel per quem, inquit, in hæreditatem aſciti ſumus. Sed quoniam hæreditas ſortis eſt magis, quàm virtutis: corrigit illud, ſubdens: *Prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius, &c.*

Oecum. c. 1.

Ad quod potius ſignificatum alluſiſſe Apoſtolus videatur. *Rom. 11.*

Sed meo iudicio præſtat hoc loco, vt à ſorte deſcendat verbum, vt ſi paſſiuè dicamus: ſortiti ſumus, id eſt, ſorte vocati, aut ſorte electi ſumus: quia ex nullo iuſtitiæ debito, quæ poſſet in homine inueniri, deſcendit. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? ſed ex mero Dei beneplacito,

Pauli, aliorũ-que Apoſtolorũ vocationem fuiſſe gratuitam. *Actor. 9.*

cito & voluntate veuit, quòd hic eligatur, & alius non eligatur. Certè conſtat in Paulo, nulla merita inuenta fuiſſe in eo ad tantam dignitatem promerendam: quia dum plus quàm Vatiniano odio Eccleſiã Chriſti perſequeretur, ſpirans minas & cædes in diſcipulos Domini, aſſumptus eſt in Apoſtolum. Sic etiam ſorte fuerunt Apoſtoli reliqui vocati, quia elegit quos voluit ipſe, & fecit vt cum eo eſſent duodecim: non quòd eſſent meliores, aut ſanctiores reliquis vniuerſi orbis hominibus: vnde & Iudas Iſcariotes dicitur ſortitus ſortem miniſterij, & excidiſſe à ſorte ſua: quod enim ſorte fit, ex Dei beneplacito pendere videtur. Nec alia fuit ſors Matthiam nominantium per ſuffragia in Apoſtolum, quàm diſpoſitio, & electio patrisfamilias de cœlo veniens. Quamobrem ipſa hæreditas, quæ diſpoſitione & placito patrisfamilias venit, eadem voce Græca κληρονομίας exprimitur. Et confirmatur hic ſenſus Auguſtini teſtimonio ſumpto ex tractatu in Pſalmum 30. Quare ſortis nomine appellat gratiam Dei? Quia in ſorte non eſt electio, ſed voluntas Dei. Nam vbi dicitur: Iſte fecit, iſte non fecit, merita conſiderantur: & vbi merita cõſiderantur, electio eſt, non ſors. Quando autem Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte voluntatis ſuæ nos ſaluos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc eſt ſors.

Marc 3. Luc. 6. Actor. 1.

Ibidem.

Cur Paulus ſortẽ, gratiã Dei appellauerit, ſecundum Auguſt. *B. Aug. cõc. 2. ſub fin. tom 8*

Quid ſignificet: Prædeſtinati ſecundùm propoſitum Dei.

Subdit: *Prædeſtinati ſecundùm propoſitum eius.* Id eſt, deſtinati ad conſortium Chriſti in gloria cœleſti, & ad cõformitatem Chriſti in via patiendo, & ſuſtinendo pro alijs deducendis ad gloriam, vt Chriſtus pro omnibus mortem perpeſſus eſt. Ne quis ergo exiſtimaret, ſorte, aut caſu factam eſſe Apoſtolorum vocationem, quia dixerat: *Sorte vocati ſumus*, corrigit, ait Theophylactus, dicens, illam ex Dei firma, deliberataque ſententia, & à nulla creatura impedibili proceſſiſſe. Ideò additum eſt: Eius qui cuncta operatur, & moderatur pro ſuo arbitrio, vel conſilio, quia nihil Deus ſtultè, aut minus ſapienter agere cõſueuit. Et cõſilio per metaphoram dicitur agere: quia nihil ignorat, nihil illum fugit, nulla dubitatione tenetur, vt homines qui propterea cum conſilio operantur, ſi rectè quicquam volunt conſtituere, ac propterea ad conſilium amplectendum obligantur, Dei autem voluntatem nullum conſilium arctare poteſt, ita vt ſi illud non præſtaret, peccet. Sicut accidit in omni creatura rationali, quæ legem habet ſuperiorem inditam, & quam ſine culpa neqnit trãſgredi: ſed Deo omnis voluntas ſua conſilium eſt, & ab alio quoquam conſilium non mendicat, ſed à ſe ſolo. Vnde Eſaias dixit: *Quis enim adiuuit Spiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi?* & Chriſtus dicitur magni conſilij Angelus. Omniaque ſumma cum ſapientia, & conſilio operatur. Et ſubdit: *Vt ſimus in laudem gloriæ eius nos, qui ante ſperauimus in Chriſto.* Id eſt: Vt contendamus fide, lingua, actionibus, & paſſionibus noſtris Chriſtum glorificare, & alij videntes, Deum Patrem laudibus celebrent: *Videant*, inquit, *opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.* Hinc eſt, vt diſcipuli auditis, quæ per Paulum, & Barnabam Deus operatus erat in Gentibus, glorificauerint Deum.

Theophylact.

Deus quomodo operetur omnia ſecũdùm conſilium voluntatis ſuæ.

Eſai. 40. Sapien. 9. Rom. 11. Eſai. 9.

Matth. 5.

Solut. VIII. quæſtionis. De ſenſu horũ verborũ: Nos qui antè ſperauimus in Chriſto.

Ad poſtremum dubium: *Nos qui ante ſperauimus in Chriſto*, dicendum eſt, quoſdam eſſe, qui hæc verba periphraſim eſſe credẽtium interpretantur: & in verbo, *Sperauimus*, dicunt eſſe henallagen temporis, pro eo quod eſt, ſperamus, non ignotam Hebræis. Sed obſtat præpoſitio præ, quę vertitur, ante, in qua explicanda, nonnulli laborant. Sed melius faciunt, quæ hæc referunt ad Iudæos, qui priores vocati ſunt ad fidẽ, & priores in Chriſtum crediderunt, deinde ſecutæ ſunt Gentes, inter quos erant Epheſij. Cui ſententiæ fauet, quod ſubdit: In quo & vos, quod videtur opponi priori clauſulæ, in quo & nos. Adde, quòd hic ſenſus probatur ab Ambroſio, & Tertulliano, & à veritate ipſa: quia Iudæi ſperabãt in Meſſiam venturum. Et hæc ſint ſatis.

Altera ſolutio probabilior.

Tertul. li. 5 in Marcionem.

DISPVTATIO IIII.

In illa verba: *In quo & vos, cùm audiſſetis verbum veritatis (Euangelium ſalutis veſtræ) in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, Qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos*, & cætera in finem vſque capitis.

IN his primis verbis dubitamus, quò tendat Paulus, & de prima clauſula, quæ nullum habet verbum complens orationem. Deinde à quibus acceperant Ephesij auditum Euangelicæ doctrinæ, & quorſum appelletur verbum veritatis, & Euangelium ſalutis. Tertiò, quid eſt obſignari Spiritu promiſſionis ſancto. Quartò, in

I. Dubitatio.

Secunda.

Tertia. & Quarta.

tò, an pignus.an arrhabo hæreditatis ſit legendum, & quomodo duæ illæ voces diſtinguuntur; & quid eſt dicere, In redemptionem acquiſitionis; videtur enim obſcurius dictum.

Quinta.

Quintò in illis verbis: *Et ego audiens fidem veſtram quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos,* quare dicit ſe audiſſe quod ipſemet viderat, & eorum doctor, & concionator multò tempore extiterat, & quare diſtinguit fidem, & dilectionem, vt prior ſit in Chriſtum, poſterior in omnes ſanctos, cùm & dilectio ſit in Chriſtum, & fides in ſanctos: & cur dixit de charitate in omnes ſanctos, cùm charitas tendat in omnes Chriſtianos, & in omnem proximum, etiam inimicum, imò etiam in omnes paganos, & Iudæos: & cur dicit ſe non ceſſare à gratiarum actione pro eis.

Math. 5.

Sexta.

Sextò in illis verbis: *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius,* dubitatur, quomodo ſint illa verba connectenda, & intelligenda, & quomodo diſtinguatur ſpiritus ſapientiæ ab ſpiritu reuelationis; & quomodo petit intellectum rerum, quę in patria cognoſcenda ſeruantur in præmium, cùm illa modo capi nequeant? & addit, *In agnitionem,* & non dixit, in cognitionem: cur item auferendi caſu dixit, in agnitione, & in accuſandi caſu, illuminatos oculos.

Septima.

Septimò dubitatur, cur deſideret illos cognoſcere, & quæ ſit ſpes vocationis eorum, & quæ diuitiæ hæreditatis, & quæ ſupereminens magnitudo virtutis, cùm vitæ æternæ corona ſit ſpes vocationis, & infinitus gloriæ theſaurus eſſe non ignoretur.

Octaua.

Octauò, quomodo dicatur Chriſtus ſedere ad dexterã, cum Deus & ſiniſtra, & dextera careat, vtpote incorporeus.

Nona.

Nonò quærit Hieronymus; vnde Paulus nouerit hæc tot Angelorum nomina, & quid eſt quod ait: *Omne nomen quod nominatur:* cùm conſtet, nominibus ſuis omnia nominari?

Decima.

Decimò in dubium venit, quomodo dicatur Deus Chriſto omnia ſubieciſſe ſub pedibus eius, nũquid hoſtes Chriſti ſunt in cœlo, de quibus dicitur: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? & rurſus grauius dubium oritur, quomodo hic dicat Apoſtolus omnia ſubiecta eſſe ſub pedibus eius, cùm ad Hebr. 2. ſcribat: *Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei:* & 1. Cor. 15. *Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.*

Pſal. 109.

Hebr. 2.
1. Cor. 15.

Vndecima.

Vndecimò dubitatur de eo quod ait, ipſum poſitum eſſe ſupra omnem Eccleſiam, ſunt ne multæ Eccleſiæ an vna tantùm? nam vna eſt columba tantùm, & vnũ ouile, & vnus Paſtor. Poſtremò, quomodo Eccleſia corpus eius dicitur, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur, vel, vt alij legunt, adimplet. Etſi verò quædam facilè ex iſtis reſolui poſſent; ponderanda tamen ſunt, & dulciùs ſapiant.

Cant. 6.
Ioan. 10.
XII. & vlt.

Propoſitum Apoſtoli explicatur in verbis propoſitis.

Scopus igitur in primis obſcurus non eſt. Dixerat Apoſtolos, ſiue Iudæos vocatos ad Chriſtum, & prædeſtinatos, vt Epheſij ſe excluſos putarent: addit etiam, Gentiles mero Dei beneplacito, & gratia aſcitos eſſe credito Euangelio, & ſignatos eſſe Spiritu ſancto, per quem etiam habent æternæ hæreditatis arrham. Et ita confirmat eos præſenti oratione in fide Chriſti, conſtantiáq; eius dilectione, oſtenditáq; ſolicitudinem, & paternum affectum erga eos, dum pro donorum ſuorum augmento precatur, & gratias agit.

I. Dubitationis ſolutio. Hæc clauſula: In quo & vos cùm audiſſetis verbum veritatis, &c. vnde regatur.

Ad primum igitur dubium ſubaudiendum eſt verbum aliquod, quo primæ clauſulæ eclipſis ſuppleatur. Et more Hebræo ſolet verbum ſubſtantiuum, fuiſtis, vel eſtis, vel ex proximè præcedenti periodo, nempe: *nos qui ante ſperauimus in Chriſtum,* ſubintelligendum eſt: in quo & vos ſperatis in Chriſto, nam Græcè habetur: *ἐν ὁ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον;* id eſt, in quo & vos poſtquam audiſtis Euangelium, aptati eſtis, & vniti capiti veſtro Chriſto per fidẽ, & dilectionem: & hoc quaſi ſecundo loco per nos, & poſt nos, id eſt per noſtrũ prædicationis miniſterium, quo factum eſt vt verbum Dei audieritis: quia fides ex auditu eſt, non ex viſu. Eſt enim fides, teſte Auguſtino, credere quod non vides. Et quia pauci habebant aures ad audiendum, perpauci ex Iudæis credebant, quibus præciſæ ſunt aures, vt in Malcho deſignatum fuit. Aggrauauerant etiam aures ſuas, & ob id de eis dictum: *Domine quis credidit auditui noſtro?* Nam vt olim vocem Dei in Sina per Angelum intermedium loquentis audire recuſarunt, ita nec Chriſti vocẽ per triennium ipſis prædicantis audire voluerunt; cùm tamen audierint Patris pręceptum dicentis; *Ipſum audite.* Ita etiam nec vocẽ Spiritus ſancti per Apoſtolos pręedicãtis, quos ad mortem Iudæi perſequebantur, præceperuntque ne amplius prædicarent in nomine Ieſu Chriſti, Acto. 4. at illi reſponderunt: *Non poſſumus quæ vidimus, & audiuimus, non loqui.*

Rom. 10.
Aug ſerm. de fide, ſpe, charitate, initio, tom. 10.
Cur incredu li Iudæi.
Luc. 22.
Eſai. 6.
Infrà 53.
Exod. 20.
Matth. 17.
Act. 4.
Ibidem 20.

Ad II Dubit. A quo Epheſij audierunt verbum veritatis.

Ad ſecundum: Epheſij Euangelicã doctrinam audierunt, non quidem à Chriſto immediatè, ſed à pręclaris magiſtris, id eſt à Paulo, qui per biennium in ea ciuitate docuit: & Timotheo Pauli diſcipulo, & eius vrbis

Actor. 19.

1. Tim. 1.

vrbis Epiſcopo, & à Ioanne dilecto Ieſu diſcipulo, qui eam Eccleſiam & illi proximas ciuitates commendauerat, & longo tempore rexerat; habuerant etiam aliquos Apoſtolicos viros, & inter eos Apollo virum Alexandrinum in Scripturis potentẽ & eloquentiſſimum.

Actor. 18.

Doctrinam Chriſti Apoſtolus cur vocet Euangeliũ veritatis.

Porrò doctrinam Chriſti, verbum vocat veritatis, in quo eius detegitur excellẽtia. Dicitur enim verbum veritatis, non falſitatis, aut mendacij, quod prius erat in cultu deorum, & ſuperſtitionibus, & in fallacibus dæmonum oraculis. Verbum item veritatis, non imaginis, aut adumbratæ figuræ, vt audierunt olim in Sina Iudæi: quia omnia in figuris contingebant illis. Verbum etiam non participatæ veritatis, quale erat verbum Philoſophorum, & ſapientum huius ſeculi, ſed ipſius increatæ veritatis, hoc eſt Verbi æterni Ieſu Chriſti, qui eſt ipſa veritatis, qui falli, aut fallere nequit, quique de ſuo verbo dixit: *Cœlum, & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt*, Et non cuiuſcunq; veritatis, ſed vtiliſſimę, & ſaluberrimæ, quia non tantùm eſt verbũ veritatis, ſed etiam Euangelium ſalutis veſtræ, & promittitur à Deo, per quem ab ira Dei, & ſeruitute peccati, & tyrannide dæmonis, & carnis fomite in primis liberamur. Deinde etiam poſt animũ liberatum, redemptio quoque ac liberatio à morte, ac omnibus huius vitæ incommodis promittitur. Eſtque non ſolùm ſimpliciter propoſitum Euangelium ſalutis, ſed etiam Propheticis ſcripturis declaratum, admirandis ſignia, ac prodigijs, Apoſtolica vita, & Martyrum ſanguine, aduentu Spiritus ſancti in credentibus conſummatum.

Exod. 20. *1. Cor. 10.* *Ioan. 14.* *Matth. 24.*

Chriſti doctrina cuiuſnã ſit verbũ veritatis: eiuſdẽ virtus, & efficacia.

III. Soluitur quæſtio. De eo quod credentes ſignati dicuntur Spiritu promiſſionis ſancto.

Hiero. tom. 9.

Ad tertium dubium, quomodo credẽtes Spiritu promiſſionis ſancto ſint ſignati, dicendum eſt in primis, particulam, in quo, ſecundùm Hieronymum ſuperfluere, vt ſit planus ſenſus: in quo & vos audito verbo veritatis, Euangelio ſalutis veſtræ credentis ſignati eſtis. Et ita conſtaret integra illius clauſulæ grammatica, & non opus eſſet quicquã ſubaudire. Si tamen quis contendat ſupplendum eſſe verbum: Speratis, aut aliquid huiuſmodi, neceſſaria eſſet particula, *In quo*: hoc enim ex nimio charitatis affectu Paulus patiebatur, vt eum quem diligeret, ſemper nominaret, & exprimeret, etiam violata grammaticæ ratione. Et credentes, Gręcè πιστεύσαντες, hoc eſt qui credidiſtis, de præterito. Et addit: *Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto.* Vbi ſpiritus dicitur promiſſionis: quia primum per Prophetas mundo promiſſus fuit: Effundam, inquit, de Spiritu meo ſuper omnem

Spiritus ſanctus, cur Spiritus promiſſionis.

Ioel. 2.

carnem. Deinde per Chriſtum frequens eſt facta ſponſio: vt expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum. Et ita promiſſus, vt ad eius fruſuoſam ſuſceptionem digni homines redderentur, & præpararentur.

Act. 2. *Supra 1.*

Obſignare quid.

Verbum autem, ſignati, vel obſignati, vt aliqui vertunt, Grçcè eſt ἐσφραγίσθητε, & duplicem ſenſum habere poteſt. Eſt enim obſignare, ſignaculi impreſſione literas occludere, & munire, vt annulo Regis, aut aliquo alio proprio ſignaculo, vel inſtrumento; metaphora ſumpta à tabulis, vel literis quas obſignamus, partim vt cognoſcantur eſſe noſtræ, partim, vt quod illis committimus, tectum, & abſconditum veniat, neq; quibuſuis pateat: Ad eum modũ nos ſignati ſumus Spiritu: quia ipſe Spiritꝰ teſtimonium reddit Spiritui noſtro quòd ſumus filij Dei: quia accepiſſe nos Spiritũ, innoteſcit nobis per victorias, quas in nobis operatur aduerſus carnem, & ſanguinẽ hic Spiritus. Niſi enim eſſemus in Chriſto, nunquam mũdum vincere poſſemus. Obſignat etiam, & ſigillat in nobis dona Spiritus, cùm dicat Dilectus: *Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt: & Paulus, Vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Et ita obſignat, manifeſtando nos, vt ſimus de Chriſti ſorte, & hæreditate, & ex alia parte abſcondendo dona ſua alijs, quę in nobis poſuit. Deus ergo eſt obſignans: homo, maximè quod ad partem ſpiritus attinet, obſignatus: & Spiritus ſanctus eſt ipſum ſigillum, & ſignaculum, quo diſtinguimur à gẽtibus infidelibus, & à filijs Satanæ, deinde à Iudęis, qui inſtar pecorum, & belluarum in carne ſignati ſunt per circumciſionem: Tertiò imprimitur character, ſiue ſimilitudo Filij Dei Ieſu Chriſti, quæ olim Adæ peccato amiſſa fuit, & nunc reſtaurata per eundem: vt ſicut portauimus imaginem terreni, ita portemus & imaginem cœleſtis. Hæc autem fit per Spiritum ſanctum, quo plenus fuit Chriſtus, & quẽ nos debemus participare: vt ſicut ille homo Chriſtus conceptus dicitur de Spiritu ſancto, ita & nos in vtero Eccleſiæ concepti geramus eius imaginem. Et vt ille clamabat, *Abba Pater*; & exultauit in Spiritu ſancto, & per eum ſe obtulit ad mortẽ, & per eum ſuſcitatus eſt; ita & nos in eodem clamemus, & exultemus, & offeramus Deo corpora noſtra hoſtiam viuẽtem, ſanctam, Deo placentem, & reſurrectionis gratiam promereamur. Et ſicut Chriſtus dicitur à Patre ſignatus, vt agnus Dei, ita & nos vt

Quemadmodum ſancto ſignemur Spiritu. *Rom. 8.*

Quo etiã modo nos ſignemur. *1. Ioan. 3.* *Coloſſ. 3.*

A quo ſignetur homo, & quatenus. Etia præſtat Spiritus ſancti ſigillum.

Geneſ. 1. *Infrà 3.* *1. Cor. 15.*

Chriſtus cur plenus fuerit Spiritu ſan. *Ioan. 1.* *Marc. 14.* *Luc. 10.* *Hebr. 9.* *Rom. 12.* *Ioan. 6.*

Suprà 1.

Chriſtũ cur Pater ſignarit Deus. *Coloſſ. 1. Epheſ. 4. 2. Cor. 4.*

oues paſcuæ eius, & agni ſimplices agnoſcamus eum cuius ſumus, & ſciamus ad cuius paſtoris regimen ſpectamus, & à quo nobis omnia bona ſperanda ſunt. Et ſicut Chriſtus ſignatus eſt à Patre, Ioan. 6. quia eſt character hypoſtaſis paternæ, & imago Dei inuiſibilis; ita & nos obſignemur in Chriſto, & nouum hominem per ſpiritum induamus, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis; denique vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris, vt notum fiat quòd verè pertineamus ad populum Dei, adeoque ad promiſſiones illi factas, cum viſibili ſpecie effuderit ſuper nos Spiritum ſanctum.

Actor. 2.

Soluitur III. dubitatio. Legendũ ne: Spiritus eſt pignus, an arrhabo hæreditatis noſtræ. *2. Cor. 1.*

Ad quartum dubium, quomodo eſſet legendum, pignus, an arrha hæreditatis, dicimus: Auguſtinum ſermone de viſione Dei annotaſſe, melius habere codices qui habent arrham, quàm qui pignus, & Græcè legi arrhabonem, non pignus, & interpretem poſuiſſe pignus pro arrhabone, vt etiam fecit 2. Cor. 1. *Qui & ſignauit nos*, inquit, *& dedit pignus Spiritus*. Et rurſus 2. Corint. 5. *Deus qui dedit nobis Spiritus*: & Irenęus ita legit lib. 5. c. 8. Quia vtrumque poni ſolet pro certitudine, & ſecuritate contractus. Differunt tamen inter ſe: nam pignus datur pro mutuata pecunia: arrhabo futuræ emptioni quaſi quoddam teſtimonium, & obligamentum datur. Primum Græcè dicitur ἐνέχυρον, ſecundum verò ἀρραβών. Deinde reddita pecunia mutuo accepta reſtituitur pignus, arrha autem ſoluto integro pretio non redditur: quia eſt pars pretij ipſius. Vnde Græcæ literæ, & interpretibus Græcis magis conuenit hoc loco nomen arrhabonis, & rei etiam ipſi, quia Spiritus ſanctus cœleſtis hæreditatis arrha non redditur, quemadmodum arrha reddi non ſolet. Ideò Dominus dixit: *Dabo vobis Spiritum ſanctum paracletũ, vt maneat vobiſcum in æternum.*

Infrà 5. B. Irenæus.

Pignus, & arrha in duob⁹ differunt.

Ioan. 14.

Qua ratione Spiritus ſanctus ſit pign⁹ hæreditatis, & arrha. *1. Cor. 13.*

Poteſt tamẽ aliquo modo Spiritus ſanctus dici pignus hæreditatis, quantum ad fidem, & ſpem: quæ virtutes in gloria euacuantur: quantum ad charitatem verò quę nunquam excidit, rectius dicitur arrha. Et C. de iure gentium, l. fina. *Pignus debet ſemper plus valere, quàm pecunia ſub pignore tradita.* Et oſtendit Deus quantum nos diligat, cùm Spiritum ſanctum ſub pignore tradat ad certitudinem futuræ hęreditattis in nobis ingenerandã. Et vt eleganter ait Chryſoſtomus: *Cùm Gentes bello inter ſe confligunt, obſides exhibent: ita & Deus filium ſuum, atque qui ex ipſo eſt, Spiritum ſanctum pacis, ac fœderum pignus dedit.*

In eo q; Deus dedit nobis pignus Spiritus, quid innuerit. *Chryſ. hom. a n procul à inc. tom. 4.*

Illud: Qui eſt pignus, &c. ad Spiritum ſanctum, nõ ad Chriſtum eſſe referendum.

Expende etiam, quòd relatiuum, *Qui*, Græcè eſt maſculini generis, ὅς, & refertur non ad Chriſtum, ſed ad Spiritum ſanctũ. non quantum attinet ad grammaticam, quia nomen Spiritus, Græcè eſt nutrius generis πνεῦμα, ſed quantum ad rem, quia Spiritus ſanctus eſt Deus: & relatiuã ſæpè, quod ad genus attinet, concordant cum conſequenti nomine, nõ autem cum præcedenti: arrhabo autem Græcè eſt maſculini generis; ideò poteſt de Spiritu ſancto intelligi, non obſtante generis differentia. Et confirmatur Pauli teſtimonio, qui 2. Corint. 1. & 5. vocat pignus Spiritus, vbi apertè Spiritus ſanctus dicitur arrha, ſiue pignus. Nomẽ etiam Spiritus vicinius eſt, & propinquius relatiuo, quàm Chriſtus. Si ergo Spiritus ſanctus eſt arrha, quæ eſt prima pars ſolutionis, quam in anima modò percipimus; per eam inſinuatur ſubſequens cooperatio noſtra ad hæreditatem conſequendam, & poſſeſſionem hæreditatis accipiendam: ſi verò referatur ad Chriſtum deſignatum in particula, In quo, vt quidam volunt, ipſe verè eſt arrha initium redemptionis acquiſitę hæreditatis noſtrę. Nam etſi ſit integrum, & ſufficientiſſimum pretium: nobis tamen poſt baptiſmum in hac via cõmunicatur vt arrhabo, quia exigit cooperationes noſtras, & labores ad æternam hęreditatem conſequendam. Prior tamen ſenſus videtur magis accedere ad mentem Apoſtoli.

2. Cor. 1.

Quo ſenſu idem valeat ad Chriſtum referri.

Pignus Spiritus nobis datum, quale, & quantum donũ Dei ſit. *Matth. 13*

Datus ergo Spiritus, qui bonitas, & charitas, & communicatio eſt, in arrham, cùm nos pro ea comparanda vniuerſa quæ habemus, vendere deberemus, atque adeò nos ipſos in perpetuos ſeruos tradere, vt tantum theſaurum, & tale margaritum acquirere poſſemus. Et ſicut arrha eſt certitudo rei emptæ, & omninò poſſidendæ; ita Spiritus certos efficit, quòd dabit amicis, & filijs, qui in vinea laborauerunt, integrum denarium. Et ſi per Spiritum ſanctum liberauit animam à tyrannide peccati, & à Satanæ ſeruitute, cur non etiam corpus reſtituat? Et ſi per Spiritum dedit inchoatum eſſe diuinum, & vitam Filio in flatu illo diuino inſufflauit in Apoſtolos; cur nõ complebit opus quod in nobis cœpit operari, ne de eo dicatur: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare*? Si dedit illum in ſpecie linguæ, vt ſapiamus, & degustemus diuina; cur non dabit edere ſuper menſam ſuam in regno ſuo, & torrente voluptatis inebriabit? Et ſi modò non obſtante ænigmate fidei dedit Spiritum, vt agnoſcamus omnem veritatem, cur non ablato fidei ænigmate dabit in patria,

Infrà 20. Quanta per Spiritum ſanctum in hac vita nobis bona collata, & in alia conferenda. *Ioan. 20.*

Luc 14.

Act. 2.

Infrà 22. Pſalm. 35.

1. Ioan. 3.

vt videamus eum ſicuti eſt? Et ſi ita modò conſolatur, & gaudium parit in eis, qui illum excipiunt; quanta erũt cœleſtis illius patriæ gaudia, quæ diciur bæreditas, quia filijs datur: vocatur denarius, quia ſeruis frugi, & laborantibus in vinea tribuitur: noſtra autem eſt, id eſt credentium, & recipientium arrham Spiritus.

Bona cœleſtia, hæreditatis, denarij que nomine cur veniant.
Matth. 20.

Athanaſ. lib. de incarnat. eleganter Deum eſſe probat Spiritum ſanctum, quia ipſe eſt hæreditas; ait enim lib. de Incarnat. Chriſti: vbi Apoſtolus docet Spiritum ſanctum eſſe arrhabonem hæreditatis noſtræ: ibi Dauid ait, Dominum eſſe bæreditatem noſtram: *Dominus*, inquit, *pars hæreditatis mea, & calicis mei.* Et alibi rurſum: *Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.* Ieremias item: *Qui formauit omnia, ipſe eſt: Et Iſrael hæreditas eius. Dominus exercituum nomen illi.* Vbi Prophetæ affirmant, Dominum hæreditatem ſanctorum eſſe, ibi Paulus ait: Spiritum ſanctum hanc hæreditatem eſſe: *In quo*, inquit, *credentes, ſignati ſumus Spiritu illo repromiſſionis, qui eſt arrha noſtra hæreditatis.* Hæc ille.

B. Athanaſ. tom. 1.
Pſal. 15.
Pſal. 142.
Ierem. 10.

Addit: *In redemptione acquiſitionis*, Non adoptionis, vt quidam Textus habebant, teſte Hieronymo, ſed Græcè legitur; *τῆς περιποιήσεως*, id eſt poſſeſſionis, vel acquiſitę hęreditatis. Eſtque ſenſus: Vt certò ſcirent populum Chriſtianum in perfectam aliquando libertatem aſſerendum, & ita redemptio non eſt à peccatis, quam iam aſſecuti ſumus, ſed ab omni concupiſcentiæ fomite cauſa peccati, & ab omni corruptione, & morte, de qua dicitur: *Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*, & iterum: *Expectantes redemptionem corporis noſtri.* Nomine ergo acquiſitionis ipſa poſſeſſio intelligitur, quam Chriſtus magnis ſudoribus, & ſanguine ſuo ſibi acquiſiuit: quę nihil aliud eſſe videtur, quam populus Chriſtianus.

Quid illud: In redemptionem acquiſitionis.
Luc. 21.
Rom. 8.

Subdit: *In laudem gloriæ ipſius.* Id eſt, vt eius gratia glorioſa appareat, & laudibus celebretur, vt ſi fortè Rex Hiſpaniæ nuntiũ cum literis ſuo ſigillo munitis & manu ſcriptis ad te mitteret, quibus declararet ſe pro munificentia ſua velle te in filium adoptare, & in totius regni ſui bæredem euehere; certè ad illum ire non detrectares: quod ſi Principem, hoc eſt, hæredem inſtitueret, tùm de ſucceſſione, & poſſeſſione regni magis certus redderers. Ad eum ſanè modum Chriſtus Apoſtolos legatos ſuos, & nuntios ad nos miſit cum literis regijs, & authenticis, hoc eſt Scripturarum, & ſignorum teſtimonio, & iam nobis credentibus impertitur Spiritum ſanctum in certam cœleſtis hæreditatis arrham. Quis ergo à fide tanti boni, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, vel à tanta confidentia tot modis corroborata ſuo vitio & puſillanimitate excidere velit.

Deus dando nobis Spiritum in pignus cœleſtis hæreditatis, quid feciſſe videatur.

Ad quintum, in illa verba: *Propterea & ego audiens fidem veſtram: quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos:* reſpondemus inprimis, illud, Propterea, expendendum eſſe. Eſt enim ſenſus: Eo quòd audiſtis fidem, & obſignati eſtis ſpiritu, & ego vinctus ſum pro vobis, & pater, & apoſtolus veſter audiens fidem veſtram eo affectu, quo parentes audiunt noua filiorum ſuorum benè agentium, & eo gaudio quo Princeps audit ſui exercitus victoriam: denique ea dulcedine, quam perſentiſcit magiſter, quando agnouerit diſcipulos ſuos magnos progreſſus facere in literis, quæ ſumma eſſe ſolebat. Vnde Ioannes dicebat: *Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam diſcipulos meos in veritate ambulare.* Fama ſiquidem fidei, & euidentis ſanctitatis, & charitatis Epheſiorum Romam vſq; peruenerat: quia ignis nequit ſe abſcondere, & bonus odor etiam deliteſcens exterius ſe prodit. Præcipuè verò eos laudat de fide, quæ etſi Dei dantis, eſt tamen etiam hominis acceptantis.

Soluitur V. difficultas. Cur Apoſtolus audire ſe dicit Epheſiorum fidem, quã ipſe perſpexerat.
Ioan. 3.
Boni proprium, nõ poſſe occultari.
Epheſ. 2.

At addit: *Quæ eſt in Chriſto Ieſu:* ad differentiam fidei, quę fuit in lege Naturæ, qua credebant homines quia Deus eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit: Ad differentiam etiam fidei circumciſorum, quæ fuit in Deo, & in Moyſe ſeruo eius, & de bonis terrenis, noſtra verò in Deo, & in Ieſu Chriſto filio eius, & de bonis æternis, vt ita eſſet hæc fides in vncto Meſſia homine, & in Ieſu Deo Saluatore: quę ſanè inexpugnabilis eſt, quia in Chriſto petra nititur. Vnde Ioannes: *Hæc eſt victoria quæ vincit mũdum, fides noſtra:* & Petrus ait: Cui (ſcilicet diabolo) *reſiſtite fortes in fide.* Deinde laudat eos de dilectione ſtante, operante, & perſeuerante in omnes ſanctos. Et ſi enim charitas Deum maximè, & Chriſtum, qui proximus eſt nobis, reſpiciat, & propter Chriſtum in fratres omnes ſe extendat, expreſſit tamẽ, Epheſios illã exercere in ſanctos, quia in eis non niſi Chriſtus diligitur. Et quia amor Dei bonorum noſtrorum non egentis fingi poteſt, non autem amor in proximos. Qui enim fratrem quem videt, non diligit, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere: Quanquam charitas oẽs etiam inimicos reſpiciat, vt Chriſtus explicauit: fortior tamen, & intenſior eſſe ſolet in ſanctos, & credentes: nam in eis

Epheſios Paulus cur laudet de fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.
Hebr. 11.
Exod. 14.
Chriſti fides quam firma.
1. Cor. 10.
1. Ioan. 5.
1. Petr. 5.
Quare eoſdẽ commendet à dilectione in omnes Sanctos.
Supra 4.
Quã latè pateat charitas Chriſtiana.
Matth. 5.

videre

Digitized by Google

videre poteſt quis plures diligendi rationes; & quia fratres ſumus in Adam, & rurſus fratres in Chriſto, & vocati ad participium eiuſdem gloriæ. Vnde qui tales non diligit, nec alios proximos diligere cenſetur. Nam qui ſuorum, ait Paulus, & maximè domeſticorum curam non habet, fidē negauit, & eſt infideli deteriori; & alibi: *Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.* Præcedit autem fides charitatem, quia incognitum diligi non poteſt, & fides oſtendit, quis & qua ratione ſit diligendus. Sequitur etiam charitas: quia fides etiā montes transferens, ſine charitate eſſe maximè poteſt; vt indicauit Apoſtolus.

1. Tim. 5.

Galat. vlt.

Cur prior ſides charitate

1. Cor. 13.

Subdit: *Non ceſſo gratias agens pro vobis,* Græca phraſis eſt, pro eo quod eſt, Non ceſſo gratias agere: Græci enim participijs pro infinitiuis ſæpè vtuntur. Et non ceſſo gratias agere horis congruis deprecando, & obſecrādo in gratiarum actionem: quia Deus etiam non ceſſat dona ſua in nobis conſeruare. Quia etiam video innatum in hominibus ingratitudinis vitium, ideò ego qui pater ſum, gratias pro vobis filijs meis Deo pendo, non ignorans hęc omnia vos à Deo habere. Noui etiam Satanæ inuidiam qua vtitur: nam iuxta parabolam ſeminantis, volucres cœli ſemina in cordibus hominum iacta furantur. Cùm igitur ego vos in Chriſto genuerim, paternæ ſolicitudinis eſt, quatenus poſſum vos cōſeruare: quod mirificè pręſtat officium precationis cum gratiarum. Hinc 2. Theſ. 2. ſcriptum eſt: *Nos debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres.*

Qualis hæc phraſis: Non ceſſo gratias agens pro vobis.

Cur Paulus Deo gratias ageret pro Epheſijs ſine intermiſſione.

Matth. 13.

2. Theſſ. 2.

Memoriam veſtri faciens in orationibus meis. Perpende ſtudium Pauli in frequentanda deprecatione, quod mirum eſſe debet nobis in vita tam laborioſa, & peregrinationibus plena: ſtupenda etiam Pauli memoria, in eo quod tot Eccleſiarum, ciuitatum & hominum capax erat, & tenax: ingens quoque Dei donum, quòd illi oranti omnes accurrerent, & proximus quoque eſſet Chriſti memoriæ, qui omnium fidelium præteritorum, præſentium, ac futurorum in orationibus ſuis, quas toto tempore vitæ ſuæ ad Patrem fundebat, recordaretur, maximè verò in Cruce, vbi cruciatus, & confuſiones à nobis illatæ, & pro nobis toleratæ non potuerunt recordationem noſtri illi eripere, ſed magis quodammodo eum accenderunt, vt noſtri memoriam ſeruaret.

Pauli mira precandi aſſiduitas.

Ad ſextum, in illa verba: *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri:* dicimus, dubitationes illas non eſſe admodum arduas. Explicat ſiquidem, quid precibus ſuis conſequi à Deo niteretur, nimirùm vt Pater Ieſu Chriſti, & Pater gloriæ, vel melius fortè, vt Deus gloriæ, qui eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, det nobis, &c. Et primo modo dicitur Pater Deus Chriſti, quia ſingulari ſua prouidentia in eum reſpicit, & ab eo vnicè reſpectus eſt: vt nulla pietas vel patris in filium, vel filij in patrem poſſit illi comparari. Vnde de ſe orabat: *De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me. Et rurſus: Deus Deus meus reſpice in me.*

VI. ſolu dub. De conſtructione horū verborū: Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & reliq.

Deus quomodo Pater Chriſti.

Pſalm. 21.
Ibidem.

Pater verò gloriæ exponitur Pater glorioſus phraſi Hebræa, vel Pater Chriſti, qui eſt Patris ſui gloria, de quo: *Exurge gloria mea, exurge Pſalterium, & cithara: &, Gloria patris eſt filius ſapiens.* Nam per Chriſtum Pater eſt glorificatus, qui eſt Deus humanitatis, & Pater gloriæ, id eſt Diuinitatis.

Idem vt Pater gloriæ dicatur.

Pſal. 56.

Det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis. Donat gratis nobis, & iuſtè dat propter Chriſtum [illegible]t Dei proprium eſt dare, qui nunquam recipit: ſicut materię primę tantùm proprium eſt recipere: reliqua omnia intermedia inter Deum, & materiam primam, & dant, & recipiunt, & qui parum, aut nihil donant, proximi ſunt materiæ primę, & nihilo: qui verò multa, aut plura dāt, Deo ſunt quam ſimillimi.

Dei propriũ quid ſit: quid verò primæ materiæ, eidem qui ſimiles.

Et non petit ſapientiam humanam, ſed agnitionis in reuelatione ipſius. Quandoque enim datur ſapientia obſcura, vt Prophetis, quandoque detecta, vt Apoſtolis: & hanc precatur, cùm ait: Reuelationis in agnitione eius, ſcilicet Dei; quia ſapientia circa Deum verſatur. Et per appoſitionem illa explicans ait: Illuminatos oculos cordis veſtri. Vt rectè dictum ſit: *Sapientis oculi in capite eius.* Petit igitur Spiritum ſapientiæ, hoc eſt ipſum Spiritum ſanctum, qui poſtulat in nobis, & pro nobis, & poſtulatur per Chriſtum à Patre, & ita datur à ſeipſo, & à Patre, & Filio, ex quibus procedit, de quo alio loco habes: *Diuidens ſingulis prout vult, rurſus: Quanto magis Pater veſter cæleſtis debit Spiritum bonum petentibus ſe?* Datus quoque eſt Apoſtolis orantibus Actor. 2. Datur autem ad varios effectus, iuxta illud Eſaiæ: *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c.* Quæ duo primaria, & nobiliſſima dona ſunt, quæ hic precatur Apoſtolus Epheſijs elargiri. Et per donum ſapientię homo Deum agnoſcit, & in eo omnia, qui eſt prima, & ſumma cauſa generaliſſima, & ſingulariſſima. Et agnoſcit quis Deum vt Chriſti Patrem clementiſſimum, & noſtrum, ac pro-

Spiritũ ſapiẽtię, & reuelationis quem orat Apoſtolus Epheſijs dari.

Eccleſ. 2.

Rom. 8.

1. Cor. 12.
Luc. 11.

Actor. 2.
Eſai. 11.

Pręcipua ſancti Spiritus quæ munera duo.

Per ſapientiā Deus quomodo ab homine cognoſcatur.

inde guſtat, ac ſapit Deum in ſe, & in omnibus creatis, & in Scripturis omnibus, in ſecundis, & in aduerſis caſibus, agnoſcit Chriſtum vt mediatorem, aduocatum, ſponſum, medicum, & fratrem amantiſſimum. Agnoſcit item Spiritum ſanctum, ac ſapit tãquam viuificatorem, doctorem, inſtructorem, & cõſolatorem, ſapit & cœleſtes promiſſiones, vt cœleſtia, & ſolida bona, ac digna, quæ totis deſideriorum medullis amplectamur: cognoſcit, ac ſapit Chriſti legem, ac Sacras literas, de quibus quidam ſapiens dicebat: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo:* &, *Deſiderabilia ſuper aurũ, & lapidem pretioſum multùm, & dulciora ſuper mel, & fauũ.* & alius ſapiẽs adhortatur: *Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt, ſapite.* Tantùm peccata, quæ olim ſapiebant, fellea, & amara reddit, mundum, cum ſuis omnibus bonis inſipidum, & tanquam deſertum horribile efficit.

Effectus diuinæ ſapientiæ multiplices.
Pſal. 118.
Pſalm. 18.
Coloſſ. 3.

Alterum donum erat, Spiritus reuelationis, id eſt, ablationis velaminis, qui eſt donum intellectus, qui ſequitur ſapientiã; de quo dictum eſt: *Guſtate, & videte quoniã ſuauis eſt Dominus:* Guſtate per ſapientiam, & videte per donum intellectus: &, *Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, &c. & manifeſtabo ei me ipſum;* & iterum: *Si non credideritis* (fide nimirum per charitatem operãte) *non intelligetis.* Eſt enim naturale velum, quo nobis ea quæ ſuprà naturam ſunt, teguntur. Eſt & velum peccati, quod etiam cognitionem naturalem debilitat, & ad ea ad quæ intellectus poſſet pertingere, vitijs obcæcatus non poteſt. Eſt demum velum figurarum, & vmbrarum legis veteris: vnde Moyſes ponebat velamen ante faciem, quo etiam hodie Iudæi in lectione Moyſis vtuntur, vt ait Paulus. Veris autẽ Chriſtianis apertus eſt ſenſus vt intelligerent Scripturas.

Quid Spirit. reuelationis.
Pſal. 33.
Ioan 14.
Eſai. 7.
Velum multiplex inuenitur.
Exod. 34.
2. Cor. 3.

Iſte tamen Spiritus intellectus, ſiue reuelationis fidem non tollit, quam ſola viſio Dei beans in patria euacuat. Vnde ſcriptum eſt: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:* &, *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.*

Cũ dono intellectus, & reuelationis poteſt fides conſiſtere.
Pſal. 92.
Pſal. 118.

Quod ait: *In agnitione eius*, expendendũ eſt: Græcè enim legitur, *εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ*, eſt agnitionem, non autem *εἰς γνῶσιν*, id eſt, cognitionem: nam agnoſcimus olim cognita, & quæ fide noueramus, intellectu cõprehendimus, & tota æternæ gloriæ beatitudo eſt agnoſcere Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum: ſicut gehenna eſt illius viſione priuari: & peccatum eſt ignorare, vel non conſiderare illum quem offendimus. Sunt ergo ſapientia, & intellectus, oculi ſpirituales mentis noſtræ, qui ſicut corporei ſine luce nihil vident, ita opus eſt vt Deus pro ſua munificentia conſeruet lucem gratiæ in nobis, & panem verbi ſui, quibus Dei dona & ſapiamus, & intelligamus.

Agnoſcere, & cognoſcere, diſtinguũtur.
Ioan. 17.
Spirituales oculi duo qui.

Septimę dubitationi reſpondemus: Ad tria Dei munera cognoſcenda, expetere Paulum Spiritum ſapientię, & intellectus, & oculos cordis illuminatos. Primum eſt: *Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius*, hoc eſt quãta ſit ſperata gloria cœleſtis, & ad quam ſua die poſſidẽdam vocati eſtis: & interim dum in hoc turbulento mundi mari nauigamus, tenẽda eſt nobis ſpei anchora: quia, vt alibi ait: *Spe ſalui facti ſumus.* Et hoc multùm ſcire nobis refert, ne ignorantes putemus ſperandum eſſe nobis in hac vita, & nõ in futura: in hac enim & aduerſa, & flagella, & omnia mala deuoranda ſunt, in futura verò omne bonum ſolidum, ac deſiderabile nos manet.

Ad VII. dub. Quid ſignificet: Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ.
Rom. 8.
Hebr. 6.

Alterum eſt: *Quæ ſint diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.* Non ſat nobis eſſe debet, quòd ſpes tendat ad bona vitæ futuræ, ſed etiam quæ ſunt diuitiæ gloriæ hæreditatis in ſanctis; id eſt, ne fallamur putantes nos in alia vita inuenturos bona terrenis iſtis perſimilia; ſed diuitias eſſe ſpirituales, nimirùm gloriæ præparatæ in hæreditatem ſanctis, id eſt his qui mundi erunt, & nihil iniquinatum habebunt. Nec enim aliquid profanum, aut immundũ, aut abominationem faciens, & mendacium, intrabit in illã ciuitatem: aberitq; non tantùm iniquitas, quod eſt lethale delictum, ſed etiam minutum, & veniale, fomes concupiſcentiæ, & mortalitas omnis, atque corruptio. Maximè autem homo diuitias appetit, & ſapientiam, & quærit gloriam, & perpetuitatem, & ſecuritatem, & bonã ac ſuauem eum gaudio ſocietatem. Sed hęc omnia bona abũdè nobis à Deo ſuppetent, quia menſuram bonã, & confertam, & coagitatã, & ſupereffluentem dabit Deus in ſinum noſtrũ: pro qua diuitiarum copia hic perpeti debemus omnem inopiam, & pro gloria illą nullum non opprobrium, & tædiũ, ac dedecus deglutire, & pro tali hęreditate perpetuo manẽte exilium carcerem, & totius patrimonij iacturã libenter ferre. Id enim quod in præſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtrę, ſupra modũ in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Explicatur etiam illud: Quæ ſint diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.
Apoc. 21.
Eiuſmodi diuitias gloriæ à Deo nobis minimè defuturas: illa quomodo paranda.
Luc. 6.
2. Cor. 4.

Tertium erat: *Quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus ſecundùm operationes potentiæ virtutis eius.* Agnoſcenda quoq; eſt per Spiritum ſapientiæ & reuelationis gloria corporis noſtri poſt reſurre-

Hoc etiã declaratur: Quę ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos, &c.

Digitized by Google

ſurrectionem itaque ſecundum ſpectat ad gloriã animę, tertium ad gloriam corporis. Et immortalem corporis noſtri gloriã deſcribit, vt effectum ſuperexcedentis magnitudinis potentię diuinę, quam in nobis qui credimus, Deus operatus eſt: quoniam tam magnus effectus, vt corpus mortale, imò mortuum, & incineratũ, ad vitam non ſolũ reuocetur, ſed etiam ad vitam immortalẽ, & glorioſam, dignũ eſt admiratione, & ſtupore. Nec tantùm affert diuinam potentiã, quæ cõmunis eſt omnibus operib⁹ naturæ, ſed etiã magnitudinẽ potentiæ diuinę, quę communis eſt omnibus operibus mirabilibus, & ſuper omnem naturę facultatem factis. Et ne incredibilis huiuſmodi magnitudo potentiæ in nos exercenda credatur; explicat eam in ſimili efficacia, quã iam in Chriſto ſuſcitando exercuit: nam reformauit corpus humilitatis noſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Et loco operationis Græca vox habet, *ἐνέργειαν*, ſiue efficaciam. *Potentia virtutis*, id eſt potentis fortitudinis eius, quam exercuit in ſuſcitando Chriſto à mortuis, & collocando in dextera ſua in cœlo. Et dictum eſt: *In nos qui credidimus*, ad deſignãdum iuſtorũ reſurrectionem: quia non ſolùm reſurgent incorrupti, ſed etiam immutabuntur. Communis enim bonis & malis erit reſurrectio, & incorruptio: ſed immutatio quæ fit per dotes glorioſas, non omnibus, ſed tantùm pijs, & iuſtis continget, iuxta illud: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.

Pſalm. 103. *Eccl. 1.*

Philip. 3.

Quænam potentia virtutis Dei: & cur illa in nos qui credidimus, dicitur declarata.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Non ignoro, alios intelligere hæc verba de potenti virtute Dei, qua homines cęcos, ac miſeros, & fœdis libidinibus, atque atrociſſimis delictis contaminatos educere potuit, vt iam vim ſibi ipſis faciant, omnibuſque fœdis voluptatibus nuntium mittant, & omnia virtutum officia &, magna alacritate amplectantur, & organa fiant Spiritus ſancti, ad omni bonum opus parata. Hoc enim potentiſſimum Dei in nobis operantis arguit efficaciam, & ab ea quam exercuit in Chriſto ſuſcitando, non diſſimilem: quod in ſe quiſque experietur, ſi præſentem vitam cùm ante acta conferat. Quòd ſi quis contendat intelligendum eſſe de vtraq; reſurrectione, ſpiritus, & corporis, meo iudicio nõ falletur, & Dilectus dixit: Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima: quia habebit etiam ius ad ſecundam, quæ eſt immutatio iuſtorum. Vtraque enim infinitam Dei detegit potentiam: & prior quidem maiorem habet difficultatem, quia in ea poteſt noſtri liberi arbitrij inuenire reſiſtentiam, nõ autem in corpore glorificando.

Alter ſenſus eorundẽ verborum: quæ ſcilicet potẽtia virtutis.

Tim. 2.

Tertius ſenſus, nec ille incongruus.

Apoc. 20.

Ad octauum dicendum, metaphoricum eſſe quod Chriſtus in cœlo ſedeat ad dexteram Patris, cũ Deus incorporeus ſit: & tantùm ſignificat eſſe in ſummis gloriæ bonis, & quietè regnare cum Patre in conſortio honoris, & regni. Vnde in eodem Pſalmo, vbi Chriſtus dicitur ſedere ad dexteram Patris, rurſus Pater eſt à dextris Filij. Ait enim: *Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ Reges.* Stare tamen interdum dicitur, ad opem nobis certantibus conferendã, & preces noſtras exaudiẽdas. Præterquàm quòd ſeſſio non eſt ad reuelandam corporis laſſitudinem, quæ nulla erit. Et ita ſeſſio, quæ promittitur à Chriſto in Apocalypſi: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius,* ad honorem tantùm ſpectat & gloriam.

Solutio octauæ quæſt. Chriſti ſeſſio ad dexteram Patris quomodo accipienda.

Pſal. 109.

Actor. 7.

Quid etiam ſtare Chriſti à dextris Dei.

Apoc. 3.

Ad nonam dubitationem: *Cõſtituit eum ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur:* reſpondemus, horum Angelorũ nomina Paulum hauſiſſe teſte Hieronymo, vel ex traditionibus Iudæorum, vel de Scripturis ſublimiùs intellectis: vel Paulus habuit hoc, quãdo raptus fuit in tertiũ cęlum, de quibus poſtea docuit Dionyſium Areopagitam diſcipulum, qui citat eum in cœleſti hierarchia. Chriſtus ergo Princeps principũ, Poteſtas poteſtatum, Virtus virtutum, Dominatio dominationũ: ſicut dicitur Rex regũ, & Dominus dominantiũ. Et ad cõprehendendos ſpiritus omnes Angelorum, adiungit: *Et omne nomẽ quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro:* id eſt perſonam nominatam, aut nominabilem, ad differentiam Dei, qui cũ vno nomine nominari nequeat, omnium rerũ nominibus exprimitur: & ad differentiam nominis ineffabilis quadriliteri. Deus enim in Theologia affirmatiua paucis tãtùm, & illis quidẽ perfectionẽ continentibus nominibus appellatur: in myſtica verò, ſiue negatiua Theologia nullum habet certũ nomẽ, ſed ſilentio tantũ colitur: in ſymbolica verò omnium rerum nominibus exprimitur propter aliquã ſimilitudinem: nulla ſiquidem res eſt, quæ in aliquo Deũ non referat. Et vt Ieſus eſt ſuper omnes principatus, & poteſtates effectus, &c. item Matrem ſanctiſſimã exaltauit ſuper omnes choros Angelorum: ita nomen eius Ieſus eſt ſuper omne nomen, ad quod proſternitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

Solutio IX. quæſt. Vnde Paulus nouerit tot Angelorum quæ recenſet nomina.

2. Cor. 12.

Dionyſ. cap. 6 cœleſtis hier. circa med.

Chriſti prærogatiuæ.

1. Tim. 9. *Apoc. 17.* *Infrà 19.*

Cur additum illud ab Apoſtolo: Et omne nomen quod nominatur nõ ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.

Triplex gen⁹ nominũ Dei.

Philip. 2.

Ad decimum reſpondetur, hic dici, omnia ſubieciſſe Deum ſub pedibus eius: quia non ſolùm Chriſtus eſt cæteris dignitate prior, ſed etiã poteſtate maior, de qua dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo

Ad X. dubiũ. Deũ quid ſit, pedibus Chriſti omnia ſubieciſſe.

Matth. 28.

& non vulgari aliquo modo, ſed illo quo maior cogitari nequit, nimirum expreſſus illo verbo, Sub pedibus eius. Vnde viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas coram Agno. ¶Neq; huic aſſertioni repugnat, quod Dauid dixit: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ:* nunquid ergo Angeli ſunt inimici? nunquid quia verum eſt, Deum illi ſubieciſſe omnia præter eum, qui illi omnia ſubiecit, & dicuntur eſſe ſub pedibus eius, propterea habendi ſunt pro hoſtibus, & ipſos pedibus eſt conculcaturus? Sed dicendum eſt, quia ſpontè, & ex magna charitate, & animi ſubmiſſione illi ſubditi erunt, & illum vt Dominum ſuum & caput, & Regem agnoſcent, ac verebuntur, non pro hoſtibus, ſed pro amicis habebit: & ſanctis illis humanitatis pedibus, quorum caput Deus eſt, omnem latriæ adorationem debemus: nam illis pedibus appropinquauit ad nos Verbum Dei, & viſitauit nos oriens ex alto, & quæſiuit ouem errantem, & viam ſuorum pedum veſtigijs impreſſam nobis reliquit.

Apoc. 5.

Quo modo etiam Angeli qui tamẽ nõ ſunt inimici, Chriſto ſubiecti ſint.

Pſal. 109.

1. Cor. 15.

Pedes Chriſti cur digni latria.

1. Cor. 11.

Luc 1.

Nec obſtat quod alibi ait: *Necdum videmus omnia ſubiecta ei:* quia loquitur Apoſtolus, vt ait Hieronymus, de decreto, & præſcientia Dei, in qua quæ futura ſunt, iam ante eum ſunt facta. Et in poſteriori teſtimonio loquitur de hoſtibus eius, id eſt dæmonibus, Gentibus, Iudæis, qui vel inuiti ſubdentur, & nouiſſimè inimica mors deſtruetur, & deſtruitur, dũ vel inuita ſeruit Chriſto, & electis eius.

Si Deus omnia iam Chriſto ſubiecit, quid alibi dicitur necdũ omnia illi eſſe ſubiecta.

Hebr. 2.

B. Hier. to. 9.

1. Cor. 15.

Ad vndecimum, circa id: Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, vt congruat cũ præcedentibus. Et, pro quia, accipiendum eſſe videtur. Caput autem ſumi poteſt metaphoricè pro principe & primario, vt dicitur mulieris caput vir, viri Chriſti Deus: hoc autem loco magis congruit vt pro naturali capite accipiatur, & nõ pro metaphorico, quia nullius collegij, ciuitatis, aut regni caput vim aliquam habet influendi: ſolùm de Chriſto dicitur: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Vt enim caput in membra nihil diffundit, niſi ſibi vniantur, & vnita inueniantur: ita nec nos, niſi fide, & Sacramento illi hæreamus. Atque hinc Theologi conſtituunt in Chriſto nõ tantùm gratiam ſingularem, ſed etiam gratiam capitis.

XI. ſol. dubi. De eo quod Deus dicitur Chriſtum dediſſe caput ſupra omnem Eccleſiam.

1. Cor. 11.

Duplex caput, metaphoricum, & naturale.

Ioan. 1.

Eſt autem caput digniſſimum totius corporis membrũ, ſitu altius, & ſuper omnia alia, & omnia illi ſubſunt: ita Chriſtus Eccleſiæ eſt caput homogeneum ob eminentiam naturalem, quia conceptus de Spiritu ſancto, & omnes fideles illi ſubijciuntur. Capitis etiam eſt omnia membra incolumina ſeruare: ita Chriſtus eſt Ieſus, & ſaluator corporis ſui. Caput etiam honeſtius eſt membrum, cuius potior pars, id eſt facies, nuda manet ſine velo: quia peccatum nõ fecit, nec inuentus eſt doſus in ore eius. Nos autem eius membra veſtimento, & ornamento indigemus cum Adam, & Eua parentibus. Solus Chriſtus etiam nudus in Cruce Patri placuit. In capite præterea ſunt omnes ſenſus, & omnis motus, & omnis corporis directio: ita dicitur hic, Chriſtum eſſe ſuper omnia membra, ſiue viſibilia, ſiue ſub aſpectum nõ cadẽtia, vel ſuper omnia bona, quæ nobis obuenire poſſunt, vt officia, gradus, munera, quæcunque illa ſint, quæ ad Eccleſiam rectè adminiſtrandam ſpectant.

Duplex Chriſti gratia ſecundũ Theologos. Prima etiã ratio cur Chriſtus caput Eccleſiæ dicatur.

Luc. 1.

Matth. 1.

II. Ratio.

1. Petr. 2.

Eſai 53.

III. Ratio.

Subdit: *Quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius.* Eccleſiam vocat corpus Chriſti, myſticum ſcilicet, & homogeneum, quo Chriſtus per naturam, & gratiam nobiſcum vnitur: quatenus verò Deus eſt, per naturam, & gratiam cum Angelis coniungitur. Et corpus quidem varium erit, ac pulchrum, robuſtum, & protectum ab eo. *Et plenitudo eius.* Græcè dicitur, quæ eſt corpus. Et appoſitiuè plenitudo eius, id eſt plenitudine vniuerſarum partium illi reſpondens, qui implet omnia in omnibus. Eccleſia ergo eſt velut plenum ex omnib⁹ partibus corpus, quod implet Chriſtus, non ſecùs atque anima implet omnes partes corporis, & nihil vacui relinquit.

Eccleſia qua le corpus Chriſti ſit.

Vt ſit plenitudo eiuſdem.

Ad poſtremum dicendum, vtramque lectionem poſſe conſiſtere, quia eſt participiũ mediæ cõiugationis, & Græca ſcholia vtroq; modo interpretantur: habẽt enim: Ἥτις ἐςὶν τὸ σῶμα αὐτοῦ τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου; id eſt, quæ Eccleſia eſt corpus ipſius, & implementũ eius, qui omnia in omnibus adimplet, vel adimpletur. Actiuè quidem ſignificat Paul⁹ Eccleſiam eſſe corpus eius, qui verè Deus eſt, & in quo diuino modo viuimus, mouemur, & ſumus: qui ſermo magnam fidelium exprimit dignitatem, & cognationẽ cum Chriſto. Eſt enim Dei proprium implere omnia, iuxta illud: *Cœlum, & terram ego impleo.* Et ita oſtenditur hoc verbo Chriſti diuinitas, qui implet omnia in omnibus: ſicut etiam diuinitas Spiritus ſancti detegitur illo verbo: Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarum. Et ita legit Auguſtinus, adimplet, lib. 22. de ciuit. Dei cap. 18.

Soluitur XII. dub. De ratione huius grammaticæ Paulinæ: Quę (ſc. Eccleſia) eſt corpus ipſius, &c. qui omnia in omnibus adimpletur.

Actor. 17.

Quis ſenſus actiuæ lectionis: Qui omnia in omnib⁹ adimplet.

Ierem. 23.

Sapient. 1.

D. Aug. to. 5.

Si verò paſſiuè legamus, adimpletur, videtur quibuſdam eſſe eclipſis Attica, vſitata in Scripturis: deſideratur enim præpoſitio κατὰ, quæ ſæpè relinquitur. Et ſenſus erit: Chriſtus ſecũdùm omnia in omnibus corpo-

Paſſiuæ lectionis: Qui omnia in omnibus adimpletur, quæ ſententia.

Digitized by Google

corporis membris adimpletur. Et hic ſenſus præſtare alteri videtur, quia paſſiue verbum accipitur inferiùs cap. 3. cùm ait: *Vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei.* Et Col. 1. *In ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare.* & cap. 2. *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Eſt autem plenitudo, ſiue implementum, hoc loco, non id, quod implet, ſed quod impletur; ſicut ait: plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. Nos enim ſumus, qui Dei donis, ac gratijs, atque adeò ipſo Deo, & Chriſto, & ſpiritu eius implemur. Vnde Chriſtus inhabitat per fidem corda noſtra, & per baptiſmum induimus Chriſtum, & Spiritu ſancto repleti ſunt omnes Apoſtoli, & omnes fideles: ita enim promiſit Chriſtus: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Implemur etiam Chriſto, dum ſacræ menſæ accumbimus, & panem cœli guſtamus, de quo Propheta; Adipe frumenti ſatiat ſe.

Epheſ. 3. *Coloſſ. 1.* *Infrà 2.* Explicatur magis, quomodo Eccleſia ſit plenitudo Chriſti, &c. *Epheſ. 3.* *Galat. 3.* *Act. 2.* *Ioan. 14.* *Pſal. 147.*

Plenitudinem hoc loco quidam interpretantur eſſe illã, de qua ad Col. 2. dicitur: *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Deſunt enim eius inſtituto, quod eſt ad ſalutem noſtrã promouendam, ea quæ complenda reliquit nobis: vt ſunt prædicatio, deprecatio, adhortatio, Sacramentorum adminiſtratio, & ſuſceptio, ſine quibus non applicatur nobis meritum paſſionis Chriſti, & nobis illa facientibus, ipſe facere in nobis dicitur, & implere vt anima implet corpus, vt granum ſpicã, vt liquor pretioſus vaſculum, vt enſis vaginam. Hinc dicitur, Chriſtum dare dona hominibus, & accipere dona in hominibus, donatq; cuique vitam pro gradu ſuo, vt anima vitam impertit digito pro ratione digiti, & oculo pro ratione oculi vitam ſuppeditat, & illa paulatim auget, & complet, & in nobis cõpletur & perficitur; vt verum ſit verbum Euangeliſtæ: Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate. Ita ipſe in omni fideli, & membro ſuo augetur, & impletur, atque ad eum modum in nobis dona accipientibus, ipſe, qui donat, impletur, vt pater in filijs, & magiſter in diſcipulis. Et totum bonum in via, eſt Chriſto impleri, & Spiritu ſuo, qui vaſa cordium noſtrorum vacua implent: nam vbi ſunt plena, ſiſtit oleum diuinæ gratiæ. Et quia humiles ſemper ſunt in oculis ſuis vacui: idcirco illos magis implet: nam eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Petite, inquit, & accipietis (humilibus ſcilicet precibus) vt gaudium veſtrum ſit plenum; &, Dilata os tuũ, inquit Deus, & implebo illud, ſcilicet animæ deſideriũ, quia ille eſt qui replet in bonis deſiderium noſtrum, vt legem Dei impleamus, quæ per charitatem, quæ eſt plenitudo legis, impletur.

Quid alijs plenitudo ſignificet. *Coloſſ. 1.* Quæ nobis Chriſtus implenda reliquerit. *Epheſ. 4.* *Pſalm. 67.* *Luc. 2.* Chriſto, & ſpiritu eius impleri cur debeant cordium vaſa noſtrorum. *Luc. 1.* *Ioan. 16.* *Pſal. 8.* Os noſtrum vt ait Propheta, quomodo dilatemus. *Pſal 120.* *Rom. 13.*

DISPVTATIO V.

In illa verba Cap. 2. *Et vos cum eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundùm ſeculum mundi huius, ſecũdùm principẽ poteſtatis aeris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando, &c.*

PRIMVM, Quò tendat Paulus in hoc capite, dubium eſt, & cur per, Et, copulam incipiat ſermonem, dicendo, *Et vos*: Et cùm ſermo ſit eclipticus, quodnã verbum ſit ſupplendum ad integritatem clauſulæ. Deinde quid eſt eſſe mortuos in delictis, & peccatis, & an idẽ ſit quod mori peccatis ac delictis; & quid item interſit inter delicta, & peccata. Tertiò dubitatur quid ſit ambulare ſecundùm ſeculum mundi huius, nunquid ſunt plures mundi? & quid ambulare ſecundùm principem poteſtatis aëris huius Spiritus, qui nunc operatur in filios diffidẽtiæ: quomodo enim princeps dicitur, qui iam à principatu deturbatus eſt? & vniuerſa eius ſpolia à fortiori Chriſto ſublata, & nunquid ſpiritus maligni corporeo aëre conſtant, vt innuere videntur illa verba, aëris huius ſpiritus; & quidam dogmatizare nõ verentur? Quomodo item explicandi illi tres Genitiui, poteſtatis, aëris, ſpiritus; imò & quartus: nam quod dicitur: *Qui nunc operatur in filios diffidentiæ*, Genitiuus eſt Græcè. Quartò, quorſum addit: *In quibus & nos aliquando cõuerſati ſumus*: nunquid omnes Iudæi tales erant? Et quod ſubdit: Eramus natura filij iræ, nunquid tales non indicat à Deo cõditos eſſe? nam ſcriptum eſt: *Fecit Deus hominem rectũ*: & Paulus alio loco, *Nos natura Iudæi, & non ex Gẽtibus peccatores.* Quintò, quid eſt quod ait: Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, &c. conuiuificauit nos. Omne enim nimium vitioſum eſſe videtur: quomodo igitur de nimio laudatur? Quomodo item verum eſt quod conuiuificauit, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, cùm tantùm horum primum hoc tempore aſſecuti ſimus, reliqua duo necdũ acceperimus? Hæc pauca dubia præſenti diſputatione abſoluemus.

I. dubitatio. Secunda. Tertia. *Ioan. 12.* Quarta. *Eccleſ. 7.* *Galat. 2.* Quinta.

Quod

Ad I. dubit. Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Quòd ad ſcopum attinet, cùm hactenùs Paulus cōfirmaſſet erga Epheſios charitatem ſuam tot &tantorum bonorum,& chariſmatum quæ enumerauit, largitione: hoc pręſenti capite confirmat eos reſpectu veteris ſtatus in quo fuerunt,antequam ad Chriſtum vocati eſſent. Refert enim quāplurimum prudentiæ oculis non ſolum præuidere futura, ſed etiam ea quæ prætererierunt,tùm ad humilitatem cōparandam, vt Apoſtolus ſe humilians dicebat: *Qui prius blaſphemus fui,& perſecutor, & contumelioſus, &c.*& iterum: *Ego ſum minimus Apoſtolorum: qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Deus etiam frequenter reducebat in memoriam Iudæorum, quòd eduxiſſet eos de terra Ægypti,& de domo ſeruitutis, & de Pharaonis tyrannide: tùm ad pœnitentiam de peccatis concipiendam. *Memor*, inquit, *eſto vnde cecideris,& prima opera fac:*&prodig' filius recordatus paternæ domus, reſipuit: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus,ego autem hic fame pereo.* Vtile etiam eſt ad progrediendum in via Dei: qua ratione Paulus ad Hebræos ſcribit: *Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum:* & iterū: *Videte voſmetipſos ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis.* Cùm ergo Paulus indicaſſet,Epheſios multa recepiſſe beneficia, ne in tumorem erigerētur quaſi ſua eſſent,aut ſibi blandientes, ſuis meritis illa tribuerent, aut in donorum exercitio ſegneſcerent, in memoriam redigit priſtinum ſtatum, in quo fuerant antequam ad fidem vocarentur.

1. Tim. 1. — 1. Cor. 15. — Exod. 20. — Apoc. 2. — Luc 15. — Hebr. 10. — 2. Ioan.

Hæc ſententia: Et vos cū eſſetis mortui delictis, &c. quomodo cōplenda. Hier. tom. 19.

Ad illud de verbi defectu, reſpōdemus, clauſulam eſſe ecclipticam, & neceſſariò in ea aliquod verbum ſupplendū: id quod arguit caſus accuſandi, in quo ponuntur illa verba: ϗ ὑμᾶς ὄντας νεκρούς. Ad hoc reſpōdet in primis B. Hieronymus,dicens referenda eſſe ad verbū inferius, Conuiuificauit:&illa omnia; *In quibus aliquando ambulaſtis*, vſq; ad illud: *Deus autē qui diues eſt in miſericordia*, per parēthesim interſerenda: & poſt illa ad caput orationis rediens, repetit quod antè dixerat: *Et vos cùm eſſetis mortui delictis.* Et vtitur particula δὲ, quę teſte Hieronymo, ponitur pro γὰρ, id eſt autem,pro, enim: ſicut è conuerſo vſurpari ſolet γὰρ, pro δὲ; & ſolet eſſe nota redeuntis à digreſſione, maximè apud Apoſtolum: nam etſi ſit lōgum hyperbaton inter, Et vos cùm mortui eſſetis delictis,& conuiuificauit; ſolet tamen interdū Apoſtolus in res ipſas raptus negligere ſermonem & vti parentheſi, quæ facit orationē duram, & vix intelligibilē. Facit etiam ad rem verbū, Viuificauit, ad præcedentia verba, quæ eſt corpus, & plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur: ſicut etiam exprimitur ad Coloſſ. 2. cùm ait: *Et vos cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, cōuiuificauit,&c.* Ipſe enim mortuos peccatis vitę gratię impleuit, quod eſt conuiuificauit. Et cùm ait: *Et vos cùm eſſetis mortui delictis:* poſitum eſt pro eo quod eſt: Et vos cùm mortui eſſetis in delictis. Alij non probantes tam longum hyperbaton, & parentheſim, & diſtinguendo inter illa duo: Et vos cū eſſetis mortui delictis, ſubaudiuit aliquod proximum verbum præteritum, nempè implet, vel impleuit: ita vt præſens caput nō videatur illis fuiſſe diſtinguendum à pręcedenti, ſaltem in hoc loco. Et ſenſus eſſet: qui omnia in omnibus adimpleuit, ſicut & vos impleuit, cùm eſſetis mortui per delicta, & peccata.

Paulus cur vti ſoleret hyperbatis, teſte Hieronymo. — Coloſſ. 2. — II. Solutio.

III. Solutio, quę retinetur. IV. & vlt. probabilior.

Eraſmus tamen, & Caietanus referunt ad verbum ſuperius: Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam. Et ſuper vos etiā mortuos delictis, &c. Sed certè ſi hic eſſet ſenſus, longius à ſe poſitum verbum referret: & non dixit Textus: *Et ſuper vos cùm eſſetis mortui delictis,&c.*

Quòd verò quędam exemplaria à principio clauſulæ habeant: Et vos cùm eſſetis mortui delictis, conuiuificauit,(& ſanè ita tolleretur eclipſis) tolerari poſſet, niſi vniuerſa Gręcorum exemplaria repugnarent, quæ illo verbo carent. Idcirco facilius eſſet dicere, hæc verba vnam eſſe cum præcedētibus ſentētiam. Et quod Deus Pater in Filio præſtitit Apoſtolis, idem etiam, & Gentibus largitus eſt.

Ad II. dubit. Quid ſit, mortuos eſſe in delictis, & peccatis. Ezech. 18. Ioan. 8. Ezech. 18.

Ad ſecundam quæſtionem aſſerimus, aliud eſſe, mortuum eſſe in peccatis, & delictis in Ablatiuo, hoc eſt per peccata, & delicta, quia anima quæ peccauerit, ipſa morietur, & de qua Dominus: Niſi credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro; & iterum Ezechiel: *Cùm auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua: & fecerit iniquitatem, morietur in eis, in iniuſtitia quā operatus eſt, morietur.* Et paulò antè: In præuaricatione quæ pręuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et idem ſæpè repetit. Paulus etiam ad Coloſſ. Et vos cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo.

Coloſſ. 2.

Quid, Mori peccatis.

Mori autem peccatis in dandi caſu, longè aliud eſt; quia eſt nō amplius viuere peccatis, nec illis vlterius incumbere, vt prius. Et ſimile eſt mori legi, & crucifigi mundo, ad homo mortuus mundo: de quo ad Roman. 6. dicitur; *Si enim mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in illo. Infra, Ita & nos exiſti-*

Rom. 6.

mate

Ibidem.
1. Petr. 2.
Galat. 2.
Infra 6.

mate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Petrus etiam : Vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus , & ad Galat. Ego per legem legi mortuus ſum : Rurſus, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. At hic in priori ſenſu loquitur Apoſtolus: *Et vos cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris, & rurſus: Cùm eſſemus mortui in peccatis.* Idem ergo eſt mori in peccatis, & mori peccatis; & idcirco homonyma, & æquiuoca vox eſt apud Paulum.

Quid mors corporis, quid animæ.
Act. 19.
Coloſſ. 3.

Vt autem mors, eſt ſeparatio animæ à corpore: ita mors ſpiritus ſeparatio eſt Dei ab ſpiritu noſtro. Idcirco dicuntur iniquitates diuiſiſſe inter nos, & Deum noſtrum, & animus noſter ſine Deo non viuit , nec operatur amando, & quæ ſurſum ſunt ſapiendo, ſed remanet inſtar cadaueris abſque viuis & bonis operibus , tenditque ſua grauitate in centrum inferni, & per malum vitæ exemplũ alijs fœtet , durus eſt ad cœleſtes inſpirationes, frigidus ad Dei, & proximi dilectionem , cibuſque redditur vermium, qui iam hic per cõſcientiæ corroſionem animum mordent.

Mors animæ quam exhorreſcenda.

Quod ſi ita corporis mortem horremus , & ita cupidè vitam quærimus: quantò magis horrendũ eſt peccatum, quod animæ mors eſt , & ius habet ad æternam mortem, ſecundùm illud, *Stimulus mortis* (ſcilicet ſecundæ) *peccatum eſt?* Et dixit, *in delictis, & in peccatis.* Delicta, quę Gręcè παραπτώματα vocantur , ſunt leues lapſus à verbo πίπτω, quod eſt cado, de quibus: Delicta quis intelligit ? Peccatũ verò, ſiue ἁμαρτία, eſt ipſum conſummatum vitium. Sed non eſt perpetua hæc differentia in Scriptura: nam ad Roman. 4. voce παραπτώματος vtitur Apoſtolus, cùm ait, Chriſtum traditum eſſe propter delicta noſtra, & alibi; *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, nõ reputans illis delicta ipſorum.* Quibus in locis crimina, & iniquitates intelligit. Hoc autem loco forſitan primum verbum ponitur pro peccato quo omittitur id, quod neceſſariò agendum erat: alterum pro peccato, quod contra Dei voluntatem committimus : & mandatum Dei eſt: Declina à malo, & fac bonum.

1. Cor. 15.
Delicta, & peccata quomodo diſtinguantur.
Pſalm. 18.
Vbi Paulus hæc inter ſe confundat.
Rom. 4.
2. Cor. 5.
Hoc loco diſtinguit.
Pſal. 33.

[illegible].Reg. 1.

Ad tertium declaranda eſt parentheſis, cùm ait: *In quibus aliquando ambulaſtis*, progreſſum faciendo de vno peccato in alterũ nam præceptum quod per pœnitentiam non deletur , ſuo pondere ad aliud trahit, vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Etſi ergo homo per fragilitatem cadat, non debet tamen perpetuo in peccato iacere. Ambulant verò ad malum, qui occaluerunt in peccato, & quouis flatu mundi, aut dæmonis, in priora prolabuntur,

[illegible]n peccatis [illegible]lum Ephe[illegible] quomodo ambulauerint.
Apoc. vlt.

Et ſubdit de quo dubitatum fuit: *Secundum ſeculum mundi huius, ſecundùm principem poteſtatis aeris huius, &c.* In prima clauſula perpende, ſeculum certã eſſe temporis menſuram, ſiue centum, ſiue mille annorum, vnde carmen dictum ſeculare. Significat & contenta, ſiue menſurata tali temporis menſura. Et quia homines ex naturæ corruptæ vitio & præſens ſeculũ, & bona eius diligunt, nec de futuro ſeculo , aut bonis eius , qui in eo ſeruantur in præmium iuſtis danda, minimè curant ſed illis cœleſtibus renunciant; ideo ſeculũ capitur in malam partem. Exempla ſuppetunt in Scripturis. Hinc illa: *Vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, &: Demas me reliquit, diligens hoc ſeculum.* Et filij huius ſeculi in malam partem accipiuntur. Legimus etiam , diuites huius ſeculi; ſecularia deſideria, negotia ſecularia, & triſtitiam huius ſeculi, quę mortem operatur ; & rurſus immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo: quæ omnia manifeſtè malè ſonant.

Seculum duo ſignificat. Interdum Scriptura ſeculũ in malo ſenſu cur accipiat, & vbi.
Galat. 1.
2. Tim 4.
Luc. 16.
1 Tim. 6.
Tit 4.
2 Tim 2.
2. Cor. 7.
Iacob 1.

Mũdus autem , hunc locum terreſtrem denotat, quem inhabitamus, vnde dicitur; *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &, ingrediens mundum, dicit: Hoſtiã, & oblationem noluiſti.* Signat etiam illa vox Sona , quæ in mundo hoc habentur, iuxta illud; *Omne quod eſt in mundo , concupiſcentia carnis eſt*, &c. Denique homines qui in veteri Adam ſunt, & diligunt, atq; admirantur bona iſta, mundi nomine veniũt. Hinc illud; *Vos de mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo: &, Teſtimonium perhibeo de mũdo, quod opera eius mala ſunt:* & Dilectus, *Mundus totus in maligno poſitus eſt.*

Mundus trifariam accipitur in Scripturis.
Ioan 1.
Hebr. 10.
Pſal 39.
1. Ioan. 2.
Ioan 8.
1. Ioan 5.

Ambulare igitur ſecundùm ſeculum mundi huius, nihil eſt aliud quam pro carnis noſtræ, & naturæ deprauatæ arbitrio, & cupiditate ambulare in ſpe præſentium bonorum, nulla habita ratione futuræ vitæ: cuius argumẽtum erat, quod Gentes in fama, & autoritate huius mundi felicitatẽ collocabant. Fideles ergo qui in Chriſto ſunt, de hoc mundi trãſlati ſunt, & vt Chriſtus dixit: *Nõ ſum de hoc mundo*, & Dilectus, *Si quis diligit mundum, nõ eſt charitas Patris in eo.* Etſi enim corpore ſint in mundo; non tamen corde , ſed quæ ſurſum ſunt quærunt, & quæ ſurſum ſunt ſapiunt : quia qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs, & illis mundus eſt crucifixus, qui inſtar Chriſti crucifixi damnatus eſt, & abominandis. Tranſlati ſunt ergo à Deo, de hoc mũdo in regnũ Filij dilectionis ſuæ ; & , Conuerſatio eorum in cœlis eſt: guſtãt virtutes venturi ſeculi, habent partem futuri ſeculi: non ſunt

Ad III. dubi. Quid ſit ambulare ſecundum mundi huius.
Qui ita non ambulẽt, ſed ambulent digne.
Coloſſ 3.
Galat. 5.
Galat. 6.
Coloſſ. 1.
Philip. 3.
Hebr. 6.
Epheſ 5.

filij

filij huius ſeculi, nec tenebrarum, ſed filij lucis.

Eſſe plures mũdos, hinc ineptè deduci.

Stultè autem quidam colligunt ex hoc loco, plures eſſe mundos, vt Clemens in epiſtola ſua citatus à Hieronymo aſſerebat: *Oceanus*, inquit, *& mundi qui trans mundum ſunt*: quia ſæpè aliàs ita loquitur. *Illuminat*, inquit, *omnem hominem venientē in hũc mundum, &, Vos de hoc mundo eſtis, ego non ſum de hoc mundo.*

Ioan 1.
Infrà 8.

Quatuor ſecula inueniũtur, & quænã.

¶ Rectè autem quis eliceret plura eſſe ſecula: nam eſt ſeculum naturę, deinde legis, & tertium Chriſti, & quartum futurum. Non ſunt ergo plures mundi; niſi fortè quis aſſerat, alium eſſe mundum futurum poſt iſtũ; quia præſens innouatus erit quodammodò alius ab eo qui nunc eſt.

Quid itē ambulare ſecundũ principē poteſtatis aeris huius.

Secunda pars illius clauſulæ erat: *Secundùm principem poteſtatis aeris huius.* Id eſt, Iuxta volũtatem & imperium Satanæ, qui eſt ſpiritus reprobus, ſicut Chriſtiani ambulant ſecundùm ſeculum alterius mundi, & ſecundùm principem, & imperium Spiritus ſancti, cuius ductu, & voluntate aguntur.

Rom. 8.

Et vnum, & inſignem principem nominat dæmonem, Satanam, diabolum, ſerpentem tortuoſum, qui dicitur princeps poteſtatis aëris huius, quia eſt princeps omnium Angelorum, qui de cœlo deturbati ſunt: quorum omnis poteſtas cùm ſit ad malum, quaſi vna ſit, ſingulari numero denotetur. Et ita nomen poteſtatis nõ eſt nomen generale, ſed peculiare, ſignificãs ſpirituales ſubſtãtias Angelorum qui ceciderunt, vt loci ſimiles alibi oſtẽdunt, & cap. 1. dixit: *Supra omnem principatum, & poteſtatē, &c.* & cap. 6. *Colluctatio eſt nobis aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum*, & ad Coloſſ. 2. *Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.* Vbi poteſtatis nomen, quod eſt ἐξουσίας, eſt ſubſtãtiæ ſpiritualis. Hic ergo ſignificat totum dæmonum cœtum.

Apoc. 12.
Epheſ. 1.
Infrà 6.
Coloſſ. 2.

Cacodęmon cur poteſtas aeris huius nominetur.

Dicitur autem poteſtas aëris: quia in hoc aëre exercent hanc poteſtatem: vt Romani ſunt, qui Romam colunt, etſi in vrbe nati non ſint. Cœleſtes verò ſunt, qui cœlum colunt, etſi in cœlo non verſentur, etſi interim à ſummo cœlo exules, & reſiduum damnationis expectent, cùm in infernum detrudentur. Ideo quidam ex illis rogabant, ne mitterentur in abyſſum; & alius, *Quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei: veniſti huc ante tempus torquere nos.* Interum hunc aërem colunt ad opera malitiæ ſuæ perficienda, vt cruciatus duriores in gehenna referant, vt exerceant bonos, & ſpirituales Chriſti ſeruos, & ab eis dante Chriſto, eorũ capita cõterántur, ſicut Chriſtus contriuit, & vt teſtis eſt Bernardus, hunc aërem mediũ inter cœlum & terram, colunt dæmones, vt tanquàm latrunculi quidam obſideãt, ne dona Dei ad nos deſcendant, & ne preces noſtræ, & gratiarum actiones ad cęlum aſcendant; ſicut Angelus dixit Tobiæ, & Cornelio, preces ſcilicet & eleemoſynas eorum in cœlum aſcendiſſe.

Luc 8.
Matth. 8.
Aeriarum poteſtatum officium.
Geneſ. 3.
Tob 12.
Act 10.

Aerij ſpiritus (vt Bernard⁹ litis) quomodo impediant, ne munera ad nos diuina deſcẽdant.

Quòd autem dicantur impedire, vel deſcẽſum donorum ad nos, vel noſtrorum orationum ad Deum aſcẽſum, cautè eſt accipiendum: nam id faciunt, quãdo ſuis inſidijs, & tentationibus nos in peccatum impellũt, vt indigni ſimus recipere dona Dei, vel ad eum preces fundere.

Dæmones qua etiam ratione aerij nominentur.

Poſſunt etiam Angeli, ac dæmones aërei dici, eo quòd interdum corpora aërea aſſumunt, & in eis apparent, quò commodius imponãt. Ita enim Heſiodus antiquus Poëta ſcripſit:

Ἀέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶσιν ἐπ᾽ αἶαν.

Heſiodus.

Hoc eſt:

Aëre veſtiti totum frequentant orbem.

Ita etiam Angeli, dum ad nos veniunt, corpora ſumunt.

Quibus rationibus dæmones eſſe corporeos Caietanus oſtendit.

Illud tamen prorſus à veritate Chriſtiana, & bonorum dogmatum Philoſophiæ diſſonum videtur, quòd Caietanus ſecutus Origenem, & Platonem, atq; adeò ipſum Auguſtinum, hoc loco ſcripſit, dæmonia ſcilicet aëris conſtare, & ſubtilibus corporibus, vt ita dicatur poteſtas aëris huius ſpiritus. Nititur autem quibuſdam ratiunculis id demonſtrare. Primò, inquit, ſi inuenitur vegetatiuum ſine ſenſitiuo, & ſenſitiuum ſine eo, quod ſecundùm locum mouetur: vt cõſtat de ſpongia: ita & intellectiuũ ſine eo quod eſt ad locum motiuum: ita inuenietur ſecundùm locum motiuum ſine ſenſitiuo; & ita aërij ſpiritus conſtarent intellectiuo, & ſecundùm locum motiuo, id eſt progreſſiuum ſine ſenſitiuo. Sed mirum eſt, hominem Peripateticæ ſectæ alumnum, ita facilè in Platonicam academiam transformatum.

I. argum. in contrarium.

Certè contrarium docet Scripturæ ſacræ textus, qui dæmones ſæpè vocat ſpiritus, non corpora. Dedit enim Apoſtolis Dominus poteſtatem ſpirituum immundorũ: cùm immũdus ſpiritus exierit ab homine; & infrà in hac epiſtola: Aduerſus ſpiritualia nequitiæ, in cœleſtibus, & vt Dominus ponderauit: *Palpate, & videte: quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet.* Et vt illud dixit, ita dicere poterat: Spiritus nullo corpore ſimplici, & materia corporea conſtat.

Matth 10.
Infrà 12.
Epheſ 2.
Luc 4.

II. argum.

Deinde liquidum eſt, Angelos à principio in cœlo fuiſſe, nec tũc vlla corpora habuiſſe: quia nobilior creatura condita in principio ſpiritualis fuit, & cœli nomine expreſſa, vt Græci Patres tra-

Geneſ. 1.

Digitized by Google

tradunt: nec ergò modo corpora habebũt. Alioquin Angeli corporei fuiſſent, & materiales. Quod Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Theologia refutat, quando probat Deum eſſe incorporeum, & habere corpus Angelorũ corporibus quàm ſimile: Sin aliquod, inquit, Deo corpus tribuant; præter illud quintum, verbi gratia Angelicũ, ſcire libet vnde conſtet Angelis eſſe corpora? qualia quæſo erunt illa? Nihilne Deus eximiũ ſupra Angelos habebit, cùm illis Deus miniſtris vtatur? Hęc ille ferè. Tertiò, ſi dęmones corporib. conſtarẽt aërijs, quomodò legio dæmonis, id eſt, 6666. in vno corpuſculo humano eſſe potuiſſent? Quartò, iuxta Thomæ doctrinam, otioſum eſt ponere vllam corporis formam tantùm propter motum, cùm ſemper melius, ac nobilius natura intendat: nobilius autem eſt extrinſecè mouere, quàm intrinſecè vt formam. Hinc Angeli cœlos mouent vt extrinſeci motores, non vt forma. ¶ Ratio etiam eius minus eſt ſolida: quia ſi velit ſecũdùm locum motiuum ponere ſine ſenſitiuo, ita oportet inuenire ſenſitiuum ſine vegetatiuo, quod tamen eſt paradoxum. Sic enim gradus ſe habent teſte Ariſtotele in libro de Anima, vt ſe habent figurę: nam Trigonum in Tetragono eſt, non è contrario, tetragonum in trigono.

Greg. Nazia. inter princ. & medium.

Pſalm. 103. Hebr. 1. II. & IIII.

D. Tho. 1. p. q. 70.

Diluitur ratio Caietani.

Quatuor autem illi prædicti Genitiui cum articulo deſignati, nimirùm τῆς ἐξυσίας τῦ ἀέρος τῦ πνεύματος τῦ νῦν ἐνεργῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, id eſt, poteſtatis aëris, & ſpiritus, & nunc operantis in filios diffidentiæ; ſic ſunt ſecundùm Græcos ordinandi: Secundùm principem qui dominatur poteſtatibus ſpirituum, quæ in hoc aëre verſantur; vel ſecundùm principem illum, qui potentiam habet ſuper aërios ſpiritus, hoc eſt cultores, & habitatiores aëris, & eius ſpiritus maligni, ac principis, qui nunc operatur inſtigando, & ſuggerendo in cordibus hominũ, quo poſſit templa Dei contaminare, & Spiritum ſanctum ſuo domicilio ſpoliare, vt ipſe inhabitet, & operetur. Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi: *Dominus venit, vt diabolum præcipitaret, & aerem purificaret, & viam ad cœlum nobis muniret.* Infrà: *Solus in aere moritur, qui in cruce vitam finit. Ideò aërem purgauit ab omni diabolica aliorumq; dæmonum infeſtatione.*

Horum quatuor genitiuorum Poteſtatis aëris, & ſpiritus, & operantis in filios diffidẽtiæ conſtructio qualis ſit

Chriſtus cur aëre cruciatus.

Aug. Athan. Tom. 1.

Quinam filij diffidentiæ.

Vocat filios diffidentiæ, ſiue potius incredulitatis, & in obediẽtiæ, qui nec ſinunt ſe perſuaderi, ſed rebelles & immorigeros diuinæ legi præſtant. Cyprianus legit, filijs cõtumacibus: nam ſola incredulitas, & inobedientia facit vaſa dæmonis, & mãcipia.

Cyprian.

Ad illud dubiũ; quomodo dicitur princeps aëris huius, cũ legamus eum eſſe principatu ſpoliatum, atque deiectum? reſpondemus, dęmonem reuera per Chriſtũ principatum amiſiſſe: ſed nõnulli ſunt, quibus annuntiata eſt libertas: qui noluerunt tamen credere, & libertatem oblatam recuſarunt; & ideò adhuc manent ſub eius imperio. Nonnulli etiam poſt acceptum Euangelium, rurſus per inſidias, & tentationes diaboli ſeducti ſuccumbunt, diligentes hoc ſeculũ, & bona mundi huius: & in hos etiam reſumit Satanas dominiũ iuxta Domini parabolam: *Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, &c. Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe*, & reliq. Eſt ergò illa principis illius virga confracta, & ſceptrum exactoris contritum, ita vt nihil poſſit in vllum credentem: & reductus eſt homo fidelis per fidem hærens Chriſto, ad primæuũ innocentię ſtatum. Vt enim tunc non dominabatur, ſed facultatem tantum habebat tentandi: ita modò in generatos regnum non habet, ſed permiſſionem tentãdi, vt in Chriſtum habuit. Qui ergò ſuccumbit propria ignauia, ſponte videtur accerſere dæmonem, & eiuſ dominium.

Si dęmonem Chriſtus mũdi deſtituit principatu, cur etiã nunc princeps aëris huius vocatur?

Ioan. 12.

Matth. 12.

Dæmonis im potẽtia, & in quos habeat ille tantũmodo poteſtatẽ.

Eſai. 12.

Ad quartum dubium ſoluendum, explicanda eſt altera pars parẽtheſis: *In quibus*, inquit, *& nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ, facientes volũtatem carnis, & cogitationũ. & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* Primùm verbum eſt, In quib. ſcilicèt peccatis, ac delictis nos quoque mortui fuimus, & aliquando ambulauimus. Vel, in quibus, id eſt, inter quos filios inobedientiæ, & incredulitatis inuenti ſumus peccatores; & ob beneficium Chriſti, non vllis meritis noſtris, ſed mera Dei gratia peruenimus. Non eſt autem ignotũ, quantum ipſe Paulus Chriſto reſtiterit, & quomodò alligaret omnes Iudæos qui per ciuitatem profitebantur Chriſti dona. ¶ Et dubitatũ fuit, quomodò dicat, nos omnes, cùm cõſtet multos iuſtos, & prophetas extitiſſe, qui ad Chriſtum aſpirabant, & ſanctæ vitæ exemplo cæteris prælucebant.

Qoid ſignificet: in quib. & nos omnes aliquando cõuerſati ſum⁹ in deſiderijs carnis noſtię.

Actor. 9.

Ad IV. Dubitationem. Paulus quam verè Iudæos omnes facit peccatores, è quibus tamẽ iuſti plurimi fuiſſe memorantur.

Dicendũ tamen eſt, omnes Iudæos quãdo in Moyſe erant; tales ex ſe fuiſſe, nec aliud quàm peccatores eſſe poterãt, quia lex iram operatur, donec quis inueniatur in Chriſto, in quo exiſtens verus eſt Iudæus, à Chriſto verò Iuda denominatus. Ideò addit, aliquando, id eſt, tẽpore noctis, & pueritiæ. *Facientes*, inquit, *voluntatem.* Græcè elegantiùs habetur, θελήματα, id eſt, voluntates, affectus, appetitiones, & ſuggeſtiones carnis ad gulam, ebrietatem, & luxuriam ſpectantes. Et hæc ſunt peccata carnis.

Rom. 4.

Quid, facere voluntatem carnis.

Quid verò, voluntatẽ cogitationũ facere: quorũq; ſit hoc maxime proprium. *Hier tom 9.*

Addit: *Et cogitationum*, id eſt, peccata ſpiritus, vt odium, inuidiam, blaſphemiam. Et prima ſuot peccata: ſecundùm ſeculum mundi huius; ſecunda verò ſecũdum Principẽ poteſtatis aëris huius, vt hætetici, qui propriè faciunt voluntatem cogitationum teſte Hieronymo, & noua dogmata fidei contraria fabricantur. Contrà, alij faciunt voluntates carnis, nõ cogitationum, ſiue vt Græca vox ſonat, mẽtium, ſiue vt Ambroſius vertit, cooſiliorum.

Ambr tom 5. ſub fin.

In id: *Et eramus natura filij iræ*, duo ad literam obſeruanda.

Sequitur: *Et eramus natura filij iræ*. In quibus etiam verbis aliquid dubitatum fuit. Sed in primis pondera illam coniunctionem, Et, quæ cõmodè cauſam reddit præcedentium, vt ſit cauſalis. Deinde expende verbũ præteriti imperfecti, Eramus, quaſi dicat, Amplius non ſumus.

Huius loci duplex hæreticorũ intelligentia confutatur.

Conſiderandum prætereà quòd ait, natura, quod rectè eſt interpretandum. Non enim ſic conditi, aut creati ſumus ab initio à Deo, qui fecit, hominem rectum, & inexterminabilem, & vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Manichæus tamen dixit, hominem natura malum, naturaliter peccare. Sed vtrumque falſum eſt. Peccat enim libero arbitrio, & voluntate, non natura, & malus quidem eſt homo, ſed ſuo vitio, non tamen ita à Deo conditus. Sed intellige, natura, id eſt, naturali inclioatione poſt Adæ peccatum: quia inuenimur iuſtitia, & gratia Dei ſpoliati. Vel etiã aliter interpretari poſſumus, & quidem aptè, & ad rem, oatura, id eſt, natiuitate, & ſorte naſcendi à talibus parentibus: quẽadmodùm ſerui natura dicuntur, quia contingit eorũ progenitores ſeruos fuiſſe; & idcò naſcuotur ſerui. Hinc Auguſt. lib. 1. Retractation. *Qualis ſine vitio primitus condita eſt ipſa verè, ac propriè natura hominu dicitur. Trãſlato autem verbo vtimur, vt naturam dicamus, &c. etiam qualis naſcitur homo, ſecundùm quam locutionem dicit Apoſtolus, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ, ſicut & cæteri.*

Eccleſ. 7. Sapien. 2. Geneſ. 1.

Eiuſdẽ duo catholici ſenſus producuntur.

Theophylactus tertius adiungitur.

Theophylactus autem exponit: Natura filij iræ, id eſt, verè, & propriè quemadmodùm homo natura dicitur miſer, id eſt, ita addictus miſeriæ, vt nolit effugere, etiamſi poſſit interdum. Aduerbialiter igitur poſitum πάνυ, id eſt quod, prorſus, vel omninò, vt hoc loco tradit Hieron. Baſilius in regulis breuioribus ioterrogat. 268. Scire ait, illud conuenit, filium contumaciæ, & filium iræ idem eſſe: cùm ſententiam Domini habeamus, quòd qui contumax eſt in filium, nõ videbit vitam æternam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Non ait, manebit, ſed manet ira prior, quæ fuit in Adam, & eius poſteros, ait Auguſtinus tract. in Pſalm. 52.

Baſilius to. 2. quod filius iræ, & filius contumaciæ idem ſit Baſilio.

Ioan. 3.

B. Aug. to 8.

Quomodo loquendi dicamur filij iræ.

Quartò addit: *Filij iræ*. Et phraſis eſt Hebræa, vt filij mortis, filij gehennæ, id eſt, digni morte, gehenna, ſiue vindicta: ſicut plerunque accipitur ira, vt eo loco: *Non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*. Et nota rectè dictum filij iræ, vel iracundiæ, vt Tertullianus vertit; non furoris: quia dæmones, & damnati ſunt, quia non poſſunt reſpicere: ſecus homines dum viatores ſunt. Quod verò ait, *Sicut & cæteri*, Paganos, Geotiles, & idolorum cultores denotat.

Rom. 13.

Quare filij iræ, non furoris (vt ait Tertulian.) potius nominemur.

Si omnes eramus natura filij iræ: cur alibi dicitur: Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. *Galat. 2.*

Ad dubium verò propoſitum. *Quomodo eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri, qui lege, & circumciſione carent*, cum Galat. 2. diſtinguat Iudæos à Gentibus, cùm ait: *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores*: falſum ergò videtur; eodem modo fuiſſe filios iræ Iudæos atq; Gentes. Reſpondemus, populum illum Abrahæ filium à Deo benigno oculo reſpectum propter circũcſionem, quæ fuit remedium peccati, & legem, quæ morbi, & medicinæ notitiam porrigebat. Etſi ille ergò à natiuitate peccator erat, & filius iræ naſcebatur, & egebat remedio peccati, quia nõ generabat vt circumciſus, ſicut nec Chriſtianus vt talis eſt, alios gignit; non tamen per illa remedia perſtabat Iudæus, quia lex iram operatur, & mandatũ auxerat peccatum. Idcircò Apoſtolus ex Propheta dixit: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, &c.* Vt proptereà Iudæi filij iræ, & ſemen nequam appellentur, non quidem natura, ſed quia à fide parentis Abrahæ degenerarunt.

Quid lex Moſi præſtaret. *Rom. 3.*

Infrà 4. Infrà 7. Suprà 3. Pſalm 13.

Iudæi cur ſemẽ nequam appellentur à Propheta.

Duplex lectio huius loci: Deus autẽ qui diues eſt in miſericordia.

Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos. Hactenus durauit parẽtheſis ſecundũ Hieronymum, & redit à digreſſione ad priorẽ orationem. Et quod ait: *Deus autem*, Hieronymus legit: *Deus ergò*, in quem ſcilicet peccata admittuntur, cuius eſt illa condonare. Alij verò legũt, *Sed Deus qui diues eſt in miſericordia*: & non tantum miſericors. Eſt enim Deus plenus & infinitus miſericordia, qua replet cęlum, ſupra condignũ iuſtos remunerans, implens etiam infernum, citra condignum puniens peccatores. Replet quoq; terram, peccatores iuſtificãdo, & iuſtificatos relapſos; ad pęnitentiã expectando: reuertẽtibus etiam ad ſe, vt filio prodigo occurrendo cum amplexu, & veſtimẽto ſtolæ primæ. Diues quoque eſt in omnes iuſtos, qui inuocãt illum, eorũ vota, & preces implendo, & ſupra ea omnia quę noſtra mente concipere poteramus, carnẽ aſſumendo, & pro nobis in cruce animã poneodo. Qui nec magnitudine peccati vincitur: quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt

Deus quã ſit diues in miſericordia.

Luc. 15.

1. Ioan. 3.

Google

ior eſt Deus corde noſtro. Nec multitudine iniquitatũ obruitur: quia iam ſuot plures eius miſerationes: *Minor ſum*, inquit, *cunctis miſerationibus tuis*. Nec diuturnitate obſtinationis io peccato à munificentia ſua impeditur, quia diuturnior eius miſericordia, de qua canit Propheta: *Miſericordia Domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum. Vbique eſt Deus, & omnia implet, vt poſſit promptè quemcunque beneficentia, & miſericordia effectum exercere.* Denique ſuperiori caret, ac proinde noo cogitur de miſericordia ſua ratiooem reddere, cùm Dominus in omnium.

Geneſ. 32.
Pſalm. 102.
Ierem. 23.

Ad V. Dub. Quomodo: non vitioſa, ſi nimia charitas Dei.

Addit: *Propter nimiam charitatem ſuã qua dilexit nos.* Explicat omnes miſericordię effectus, & affectus erga nos ex eius immenſa charitate qua homioem diligit, oriri: & nimiam vocat, Græcè πολλὴν, hoc eſt multam. Solet autem interpres poſitiuum per ſuperlatiuum frequenter interpretari, vt aliàs annotaui. Et aduerbium, Nimis; accipitur pro, valde, & vehementer. Dilexerat enim Deus hominem, mundum creando, tot naturæ bona, animæ, & corporis, & creaturarum communicando: maiorem oſtendit ſub Moyſe, liberando ab Ægypti ſeruitute dando legem, & terram promiſſam, & Prophetas vaticinantes de aduentu Meſſiæ: maximè verò iodicauit io eo quòd miſit ad nos Filiuoi ſuum in iocarnationẽ, vt eſſet velut vnus ex nobis: ad doctrinam ooſtram, vt eſſet magiſter: ad mortem, vt eſſet Saluator, & redemptor; ad cibandum oos, vt eſſet paſtor; ad iudicium, vt ſit ooſter remunerator, & corona. Et hanc Dei miſericordiam magnã expreſſit interpres per vocem, oimiam, vt reſponderet verbis illis, Qui diues eſt in miſericordia. Miſericordia autem ſecum implicat omoipotentiam, vt rectè ait Thomas, quia ille dando non exhauritur; & maiorem miſericordiæ effectum pręſtitit incarnatus, quam creando olim quia omnia quæ creauit, finita ſunt, & terminata; & ideò in modo agendi ex nihilo, infinitum oſtendit potentiæ ſuæ argumentum. Ibi nil fuit, quod Deo reſiſteret; in redemptiooe verò non ſolum in modo, ſed etiam re ipſa omnipotentiam declarauit: nam Chriſtus Deus & homo infinita res condita fuit, & in illius ad nos ipſos applicatione infinito modo agit nobiſcum, vt ex oolentibus volẽtes faciat, quod & maius eſt.

Diuinæ gradus dilectionis mũdo declaratæ.

Deus cur diues in miſericordia.

D. Tho. lect. 2. in c. 2. ad Epheſ. tom. 16.

Qua ratione maior ſit Dei miſericordia redimentis, quã creantis.

Sequitur: *Et cùm eſſemus mortui peccatis.* Et, pro, etiam, accipe booe lector. Et cùm dicendum fuiſſet, quaſi repetendo prima verba: *Et vos cùm eſſetis mortui delictis*, &c. tamen quia præceſſerat, Qui dilexit nos, Iudæos cum Gentibus coniungens in remedio peccatorum accipiendo, ſicut fuerant pares io perpetratione delictorum, dixit: Et oos, noo, & vos: atque hæc dicimus, vt Hieronymi ſententiam tueamur. Eſtque ſenſus: Etiam cùm per peccata noſtra mortui eſſemus Deo, & gratiæ eius, & viuerent in nobis peccatum, ac dæmon, vt bellum aduerſus Deũ gereremus, vt perſequemur Chriſtum, qui eſt gradus maximus (mori ſcilicèt pro impijs, & inimicis, vt ponderat ad Rom. 5.) & cùm vos Gentiles idolis ſeruitutis cultum præſtaretis, & fœdis, ac horrendis criminibus contaminati eſſetis: hoc tamen beoefieium miſericordię impendit, quod tribus verbis ſequentibus expreſſit.

Horũ ſenſus verborum: Et cum eſſemus mortui peccatis, quinam ſit.

Conuiuificauit, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto. Ecce diuitias miſericordiæ, & nimiæ charitatis Dei erga nos gradum. Et primuoi verbum rectè reſpondet: Cùm mortui eſſetis peccatis, conuiuificauit, ad diuinam vitam ſuam nobis communicandam. Et cùm dixiſſet: *Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam*; hoc etiam reſpondet, quia capitis eſt influere vitam in membra quorum eſt caput, id eſt, Iudæorum, & Gentium.

Et quãnã diuitiæ miſericordię, & charitatis Dei erga nos oſtenſæ.

Et admonet Gentes per parentheſim poſt hoc verbum: (gratia eſtis ſaluati) de ſalute in ſpe, nondum re ipſa. Et quod ad ſolas Geotes hoc dirigat in ſecunda perſona, factum eſt prudeoter, ad differentiam illam inter ſalutem Iudæorum, & Geotium iudicandum: quàm explicauit ad Romanos, cùm dixit, Chriſtum fuiſſe miniſtrum circumciſionis ad implendas promiſſiones patrum, Geotes autem ſuper miſericordia honorare Deum. Gentium enim ſalus merè gratuita eſt, & indebita; Iudæorum verò nonnihil habet iuſtitiæ ex promiſſione facta patribus.

Ratio huius apoſtrophes ad Gentes: Gratia eſtis ſaluati, &c. quænam ſit.
Rom. 15.

Deinde diligenter perpende, hominem per peccatum amiſiſſe vitam Spiritus; deinde vitam corporis, quia incidit io neceſſitatem moriendi, quia per peccatum mors: amiſit etiam cœlum, ſeu ſpem, in illud aſcendendi: vnde & in eius rei ſymbolum Adam de paradiſo fuit expulſus. Chriſtus aotem, qui eſt vita, & reſurrectio noſtra, & qui in cœlo eſt ad Patris dextram, reſtituit quidem vitam per fidem, & charitatem iocboatam, per quam nos Spiritus iohabitat, qui eſt vita per eſſentiam: reſtituet etiam vitam corporis in reſurrectione vniuerſali per dotes animæ glorificatę, quę impaſſibile, agibile, ſubtile, & lucidum corpus noſtrum efficient: reſtituet denique cœleſtem paradiſum, quia dixit: *Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit*; &

Homo peccans duplicẽ mortem incurrit.
Geneſ. 3.
Rom. 5.
Ioan. 11.
Ab vtraque morte quatenus per Chriſtum fuerit liberatus.
Philip. 3.
1. Theſſ. 4.
Ioan. 12.

Apoſtolus, *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra*, & ſic ſemper cum Domino erimus.

Quã verum hoc ſit: & cõreſuſcitauit nos, & conſedere fecit in cœleſtibus, &c.

Et dicuntur de præterito hæc facta ab Apoſtolo, etſi vnum tantùm hactenus acceperimus, reliqua verò certa ſpe expectemus ſuo die non de ſutura. Sed ſi Apoſtolus ſcripſit, vt oſtenderet ſe propheticè loqui cum patribus: illi enim dicunt iam facta, quæ iam decreto immobili Dei futura eſſe deſtinata ſunt. Vt enim æterno Deo, ita nihil illis futurum eſt, de quo ait Scriptura: *Qui fecit quæ futura ſunt.* Et præterita eius naturæ ſunt, vt Philoſophi etiam docent, vt infecta fieri non poſſint. Quare quæ certiſſima ſignificare Prophetæ voluerunt, ea vt præterita cecinerunt, vt, *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, Et, In omnem terram exiuit ſonus eorum.*

Eſai. 9. Pſalm. 18. Rom. 10.

Altera ſolutio.

Deinde dicuntur facta, quia in capite noſtro, & honorabili collo eius, hoc eſt in Chriſto, & in Beata Virgine, cernimus iam impleta: & quòd in illorum corporibus geſtum eſt, vtique & in membris eorum certò fiet. De reſurrectione enim dixit alibi Paulus, reformaturum corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuę. Et vt Adam peccante, cenſiti, & viſi ſumus omnes in illo peccaſſe, quia ille omnium membrorum, & filiorum ſuorum ex pacto Dei perſonam gerebat: ita de ſecundo Adam Chriſto dicendum; quicquid enim ille fecit, cenſentur & membra feciſſe. Et vt illo mortuo mortui ſunt omnes, & illo ſuſcitato reſuſcitati; ita etiam illo aſcendente aſcendiſſe; & ſedente ad dexteram Patris, & nos quoque ſediſſe cenſemur. Ita aſcendit vt paſtor in humeros ouem perditam referens. Et quod capite primo dixerat de Chriſto capite factum; modò ad omnia membra ſua, & electos transfert Apoſtolus.

Philip. 3. Geneſ. 3. Rom. 5. 1. Cor. 12. Luc. 15.

Tertia ſolutio.

Tertiò dici poteſt, quod ait: Conſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto, non de membris intelligi, ſed de Chriſto capite: humano ſiquidem more loquitur. Nam ſi vnus de cognatione mea euectus eſſet, vel ad Papatum, vel Imperium, omnes eius conſanguinei cenſerentur, & gloriarentur, quòd Papatus ſit, vel Imperium in domo ſua, & quaſi Papatum adminiſtrarent, vel Imperium, babentur: atque iſtæ ſunt benedictiones cœleſtes, de quibus à principio dixit, qnòd benedixit in omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto.

Quarta ſolutio.

Alij denique hæc interpretantur in hac vita veritatem habere: quia horum omnium arrham habemus. Nam vitæ gratiam perſentiunt in effectibus, & fructibus eius; vitæ etiam glorioſæ dantur quidam dulciſſimi guſtus, & prolibationes, de quibus Apoſtolus: *Guſtarunt*, inquit, *bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi.* Datur etiam certa immortalitatis ſpes, ablato mortis timore, & donato Spiritu illo, de quo Paulus dicebat, Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto: certo etiam ſede promiſſa, de qna Dominus dixit: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Si autem ſequamur priorem modum dicendi, illud, In Chriſto, interpretandum eſt, per Chriſtum.

Hebr. 6. Apocal. 3.

Abundantes diuitiæ gratiæ Dei nobis quando manifeſtandæ.

Addit: *Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos.* Ne quis putaret iam eſſe perfectũ, qnod in ſpe, & arrha habemus; oſtendit illud futurum aliquando, quod nunc velatũ & obſignatum eſt. Per fidem enim ambulamus, & nõ per ſpeciem. Tunc autem manifeſtato Deo, & Chriſto, omnia detegentur: *Cum apparuerit*, inquit, *ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſecuti eſt.*

2. Cor. 5. 1. Ioan. 3.

Quid ſecula ſuperuenientia: quid abũdantes diuitiæ gratiæ Dei.

Per ſecula ſuperuẽtura, denotat ea, quæ in cęleſti gloria erunt: in illa ſiquidem omnia ſecula ſimul in æternitate conſiſtunt. Vocat etiam abundantes gratię diuitias, diuitem & copioſam hæreditatem, ad qnam vt filij ingrediemur poſſidendam, etſi modò ius ad illam habeamus. Pater autem cœleſtis perinde agit nobiſcum, atq; cum filijs paruis, in quorum manibns dum adhuc infantes ſunt, hæreditas non ponitur diſpenſanda, ſed aut tutor, aut procurator illis cõſtituitur, qui facultates adminiſtret. Quando verò grandiores euaſerimus, quod erit poſt mortem, & confirmati in gratia, hęreditate abuti non poterimus, omnia noſtro arbitrio committentur.

Galat. 4.

Illæ diuitiæ gratiæ Dei, cur in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu oſtẽdendæ ſint.

Addit: *In bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu:* id eſt, in benignitate, quæ non meritum, vel iuſtitiam noſtram reſpicit, per quã gloriam comparauimus, ſed benè in Chriſto Ieſu, id eſt, eius meritis, & ſanguine pro nobis effuſo. Vel, in Chriſto Ieſu, hoc eſt ad ſimilitndinem Chriſti, quẽ ſicut euexit, honorauit, ſuſcitauit, & ad dexteræ ſuæ conſeſſum collocauit, ita & nos pro ratione noſtra honeſtaturus eſt, & magnificaturus. Quis ergò noſtrum ad tantam gratiam, & munificentiam promiſſam, non niſi ingratiſſimus eſſe poteſt, ſi illam noſtro vitio deſeramus, aut contemnamus? & cur non ſit nobis de tanti doni magnitudine ſtupeſcẽdum atque inſaniendum? quid non tormentorum, & laborum (etiamſi mille animas, & mille corpora poſſideremus) pro tãta gloriæ corona perpetiendũ? O Chriſtia-

nos per beatos, ſi tantas bonitatis Dei diuitias agnoſcant.

Alijs quid ſint ſecula ſuperuenientia.

Non ignoro quoſdam per ſecula ſuperueniētia intelligere hæc noſtra extrema tēpora legis Euangelicæ, quæ conſequuntur priora ſecula Moyſi nā in his Deus patefacit excellentem ſuæ gratiæ exuberantiam. Eſt enim vſque adeò ſuperminens Dei bonitas, vt prę magnitudine ſua vix fidem inueniat, vt Propheta dicat: *Domine quis credidit auditui noſtro:* Nam Maniche̜i incarnatione Filij Dei, & incorporatione offenduntur: Baſilides eius cruce, & humilitate irritatus eſt, & eam negauit, cùm ad amorē eius, & gratiarum actionem magis accendi debuiſſet: Gentiles tanquam ſtultitia quadam, & Iudæi tanquam ſcandalo quodam perturbantur: noſtri ſeculi Sacramentarij eius tranſubſtantiatione (culpa tamen ſua) vehementer offenduntur ac perturbantur. Et de his hactenus.

Eſai. 53. Quos quæ Chriſti myſteria ſcandalizauerint infelices. *1. Cor. 1.*

DISPVTATIO VI.

In illa verba: *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, (Dei enim donum eſt) non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos qui eratis Gētes in carne, qui dicebamini Præputium, ab ea quæ dicitur Circumciſio in carne*, & reliqua ad finem vſque capitis.

Primum dubium.

SCOPO declarato, in primis dubitatur, cur repetat hanc ſentētiam quam paulò antè attigerat. Dixerat enim: Conuiuificauit, cuius gratia eſtis ſaluati. Deinde in dubium reuocatur, cur dicat nos eſſe ſaluatos, & hoc non ex nobis, cùm cōſtet, fidem eſſe noſtram, & ex libero arbitrio noſtro perfectam: & cur ait, per fidem, & non per alios bonos motus, vt pœnitentię, & timorem Dei, & fiduciam de diuina miſericordia, quæ fidem comitantur. Et quomodò non ex operibus, ſi fides, vt dicitur Ioan. 6. opus Dei eſt, & tantum, vt ei tribuatur iuſtificationis gratia, & ſalutis; & cur ait: *Vt ne quis glorietur*, cum gloriari in Domino prohibitum non ſit. Tertiò, cùm ſubdit: *Ipſius enim factura*, dubitari poteſt de qua factura ſit ſermo. Et cùm ait: *In operibus bonis*, vel opera bona, videtur in ſpeciem aduerſari præcedentibus, dixerat enim: Non ex operibus, vt ne quis glorietur: & quomodo dicuntur opera bona pręparata nobis ad ambulādum. Quartò, cur reducit in memoriā prioris vitæ conditionem, & ſtatū, cum ait, Propter quod memores eſtote, quòd aliquando vos eratis Gentes, &c. cū id paulò antè iā, vt vidimus, in præcedēti diſputatione abūdè præſtitiſſet? Quomodò item ait, fuiſſe ſine Chriſto, & ſine Deo, cū Chriſtus pro omnibus venerit; & ſcriptum ſit: An Iudæorum Deus tantū? nonne & Gentiū? imò & Gentium? Quomodò item longè erant à Deo, cùm ipſe Deus cœlum, & terram impleat? & vt Apoſtolus alio loco dicit, non longè ſit ab vnoquoque noſtrum. In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Quomodò item per ſanguinem Chriſti facti ſint propè Epheſij, cùm hic ſanguis iniuſtè fuſus per Iudæos, eos potius abalienarit à Chriſto, quam coniunxerit. Quintò, dubitatur, quomodò Chriſtus ſit pax noſtra, & quid ſit ille medius paries maceriæ, quē abſtulit, qui Græcè *μεσότειχος* dicitur, & ad quid fiat alluſio: nūquid ad peccatum quod diuiſit inter nos, & Deum: nunquid ad legem Moyſis, quæ nondum eſt ſoluta, cum adhuc electis ſeruiat in Chriſto. Nam eùm Paulus dixit: *Legē ergò deſtruimus per fidei? Abſit: ſed legē ſtatuimus.* An ad inimicitias Iudęorum inter ſe, & Gentilium, vt alij volunt. Sextò, dubitatur, cur dicat: *Iam nō eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei* cùm B. Petrus dicat; *Obſecro vos tāquam aduenas, & peregrinos.* Septimò, quid illud: *Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorū, & Prophetarū*, *cùm fundamētum aliud nemo poſſit ponere præter id quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Octauò, quis eſt ſummus lapis angularis, in quo tota fabrica innititur, & in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templū in Domino. Hęc ſunt dubia, quæ aliquā charitatē poſcere videntur.

Secundum. *Ioan. 6.* Tertium dubium. Quartum dubium. *Rom. 3.* *Ierem. 23.* *Actor 17.* Quintum dubium. *Eſai. 59.* *Rom. 3.* Sextum dubium. Septimū dubium. Octauum dubium.

Quò tendat Apoſtolus in propoſita ſententia:

Quod ad primum attinet, cùm dixiſſet Apoſtolus, Deum ſeculis ſuperuenientib. gratiæ ſuæ, & munificentiæ diuitias mūdo oſtenſurum, iam illas explicare incipit, cum ait: Gratia enim eſtis ſaluati per fidem hoc autem obtinuimus: tum quòd præcipua pars hominis ſit mens, ſiue ſpiritus, quia hic reparatur, & renouatur per fidei, & charitatis virtutes, & animus liberatur à miſeria tenebrarum, & ignorātiæ, & à proprij amoris vitio, quo nos ſupra Deum ipſum diligimus, & à pernicioſo odio aliorum: tum etiam quòd per gratiam certam ſpem ęternę ſalutis, & ius ad gloriam, & arrham Spiritus S. & guſtum quendam futurorum bonorum habemus. In Chriſto etiam ipſo quaſi præcurſore, & procuratore noſtro, ſalutem iam completā, & omnibus numeris abſolutam accepimus, vt Adam poſt peccatū mortuus fuit, (etſi nō ſtatim,

Geneſ. 3.

qnia vixit per nongentos annos, & eo amplius ſed tamẽ quia debitum huius mortis contraxit, mortuus eſſe cenſetur.

Ad primã dubitationem. Dennò cur Apoſtolos dicat, Epheſios ſeruatos fuiſſe per fidem Chriſti. *Luc. 18.*

Cauſa etiam, cur hanc ſententiam ſecũdò repetierit Apoſtolus, illa eſt, quia per multum refert meminiſſe, & perpendere quantum Chriſto redemptori debeamus, ne aurum ſupernaturalium, & gratuitorũ Dei donorum tanquam naturalium beneficiorum, argentum æſtimemus, vt faciebat ille Phariſæus. Repetit etiam, vt aliquid addat, vel declaret. Dixit enim: Cuius gratia eſtis ſaluati: nõ autem expreſſit, an cum fide, an ſine illa, an cum meritis bonorum operum, an ſine illis.

Cur magis Epheſios, quã Iudæos aſſerat fuiſſe ſaluatos. *Rom. 11.* *Hebr. 11.* *Ibidem.*

Et ait: Vos Gentiles ſaluati eſtis præcipuè, quibus nihil erat promiſſum: ſecus Iudæis, quia chariſſimi erant propter patres.

Addit: *Per fidem, & hoc non ex vobis*, id eſt, non ſine aliqua re ex parte veſtra, nimirum fide, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & quæ eſt ſubſtãtia rerum ſperandatum, & argumentum non apparentium, & per quã tãquam per patentem portam ingredimur in ipſam ſalutem, quæ libera eſt, & voluntarium ſacrificium, & in ea meritum eſſe poteſt: nõ autem per opinionem, quæ formidinem habet; neque per ſcientiam euidenter demonſtrantem, quæ capere meritum non poſſet. Per fidem etiam, per quam fit quod dixit Chriſtus. *De mundo non eſtis*, & appetitum ſciendi bonum, & malum in primo parente à diabolo ſuſcitatum mortificamus, & per eam etiam fidei genetricis Euæ diabolo tentanti malè habitæ, ac dicenti, Eritis ſicut dij ſciẽtes bonum & malum, ſatisfacimus.

Ioan 15. *Geneſ. 3.*

Fidem Deo, & hominib. ſummopetè conuenire.

Summè etiam Deo eſt cõueniens fides, cuius dictis etiam ſine vlla ratione, aut probatione auſcultare, & pium, & debitum eſt. Porrò nobis ſumme etiã congruit hæc virtus, quia omnia humana negotia & cõtractus fide celebramus, & per fidem datam & acceptam viuere cõſueuimus. Ita vt homo ſine fide non ſemina frumenti terræ committat, nec ſe quiſquam nauigationi dedat ſine fide, nec vir vxorem accipiat, aut vxor virum ſine mutua fide: neq; rurſus filij parentes, aut parentes filios ſuos niſi per fidem non agnoſcant. Sumus etiam tardiſſimi ad addiſcendas ſcientias practicas, vel ſpeculatiuas: & niſi præuia fide, & adminiſtra, non facilè diſcimus. ¶ Fides igitur accommodata eſt conſequendæ ſalutis portatũ propter Deum, & Mediatorem Chriſtum, cum quibus nobis agẽdum eſt: quos niſi fide agnoſcere quis queat? tum ob finem æternę vitæ, ad quem vocamur, quem fide tantùm apprehendimus; tum ob inſtrumenta, & adminicula illius apprehendi, ad quem niſi fide nos illuminante non poſſemus pertingere; tum denique propter labem peccati, quod ex Adam contraximus, & alios perſonales ſpirituales morbos; quos prauis noſtris operibus acceſſimus, & propter dæmones, qui nobis ſe aduerſarios, & inſidiatores pręſtant, & cum quibus eſt luctandum; cùm ſub aſpectum tamen non cadãt, nec poſſimus alio lumine quàm fidei illos agnoſcere.

Quatuor de cauſis fides eſt ad ſalutẽ neceſſaria.

Illud Saluati eſtis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, quem ſenſum habeat.

Quod ergò ait, vt ad rẽ redeamus: *Et hoc non ex vobis*, nihil aliud excludit quam meritum operum, aut ipſius fidei neque enim fidei actus computatur in meritis, vt ex eo, quaſi ex merito quis iuſtificetur, ſed Deus pro ſua gratia, & munificentia imputat ad iuſtitiã. Subdit: *Dei enim donum eſt*. Scilicet, ſaluari per gratiam, quæ idem eſt cum charitate, & iuſtitia, qua formaliter iuſti ſumus, aut non ſine illis. Vel eſt ſermo de inchoata ſalute, quæ donum Dei eſt, non de perfecta, quæ erit in cęlo. Alij verò non incommodè de ipſa fide, qua iuſtificamur, interpretantur: quod etiam verum eſt, quia fidei initium, incrementum eius, & perfectio à Deo eſt, ſecundùm illud: *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illa patiamini*, & Apoſtoli dixerunt Domino, *Adauge nobis fidem.*

Hæc verba: Dei enim donum eſt, accipiuntur dupliciter.

Philip. 1. *Luc. 17.*

Ad I. Dubiũ Si fides ab humanę voluntatis pendet arbitrio, cur Dei donum appelletur. *Luc 7.* *Rom. 1.*

Quòd ſi quis objeciat; Actus primus fidei etſi ſit à Deo illuminante intellectum, & mouente cor ad credendum; elicitur tamen à libero voluntatis arbitrio, ex quo iuſtificamur: dicendum eſt, donum Dei eſſe, ſed non purum, quia non eſt ſine noſtro aſſenſu, & voluntate; & ideò etiam mens, ſecundùm illud: *Fides tua te ſaluum fecit*, *Et, Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.* Quòd autem ex nobis ſit, non tollit quin donum Dei quoq; ſit: quoniam fides eiuſmodi non eſt eius dignitatis in homine adhuc in iuſto, vt gratiam promereatur, ſed ad eam diſponit, eam impetrat, vt ad iuſtitiam imputetur ex gratia.

Soluitur ſecunda dubitatio. Quare poti' per fidẽ quã per pœnitentiam, & timorem, & fiduciam de Deo, Paulus dicat Epheſios eſſe ſaluatos.

Ad ſecundum dubium, quomodò, ſcilicèt ait, non ex operibus, cùm ipſa fides ſine alijs bonis motibus non inueniatur, vt timore, pœnitentia, fiducia, & propoſito legis Dei ſeruandæ, & voto Sacramenti, reſpondemus, hæc omnia à fide vim ſuam, & pretium habere: & cum etiam cum his omnibus contingat, vt homo nondùm ſit iuſtus, donec infundatur donum gratiæ Dei; propterea in numero operum non ponuntur, ſicut nec ipſa fides: quia per opera Paulus intelligit ea merita, quæ ex debito iuſtitiæ vim habent. Et hæc ante fidem ipſam, vel etiam cum ipſa adhuc

merita

merita non ſunt, ſed ſequuntur merita, nō præcedunt iuſtificatum, vt infra ſubdit: Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis. Etſi enim credulitas, & motus pœnitentiæ, & timoris, in ſubſtantia ſint liberi arbitrij operationes, & actiones quædam, non ſunt tamen opera, quibus Paulus opponit gratiam, cùm ait: *Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia*: Et iterum: *& qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.*

Num. 11.
Supra 4.

I ſolutio huius obiectionis: Si fides Dei donū eſt cur Chriſtus dicit, opus Dei eſſe, vt credamus in ipſū. *Ioan. 6.*

Si quis iterum objciat verbum Domini apud Ioannem: *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quē miſit ille*: ſi ergo fides eſt opus Dei, ergò meritum iuſtificationis. Reſpondemus, ſermonem eſſe de fide, quæ charitate eſt ornata, & tanquam Iudæi habere debebant, vt promptè Chriſtum reciperent. Dici etiam verè poteſt, non tantum eſſe opera Dei, quæ ab homine iuſtificato progrediuntur, ad meritum vitę ęternę, ſed etiam intus fidei gratiæ habitu deſtitutæ, & pœnitentiæ, & Dei timoris: nam hi omnes motus & à Deo inſpirante prodeunt, & in adipiſcenda iuſtitia, ſiue charitate terminantur.

Cur hic Paulus negat nobis eſſe gloriādum, qui alibi iubet nos in Domino gloriari. *2. Cor. 10.* *Pſal. 31.*

Ad illud verò quod obiectum eſt: *vt ne quis glorietur*, dicendum eſt, non prohiberi gloriationem in Domino, de qua noſter Apoſtolus ait: *Qui gloriatur, in domino glorietur.* & rurſus: *Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*: Sed hoc dictum eſt ad elationem, & tumorem proprium reprimendum, ad quem ſumus natura propenſiſſimi: Neque decebat ſanè, præſertim poſt peccatum relinqui cuiquā iſtam gloriationem, vt poſſet mereri ſuam in Chriſto inſtaurationem, cùm eſſet omninò à Deo alienatus. Neque ſic etiam ab initio cōdidit hominem, ac dedit illi ex mera gratia permulta dona, neque expectauit hominis opera, quibus ea ſibi poſſunt bona meritò comparare, ne in ſemetipſo gloriaretur. Nam ſi ante peccatum hoc ſapientiſſimè obſeruatum eſt, multò magis poſt peccatum: non ſolùm quia gratia excedens ordinem naturalem, ſua præſtanti dignitate nō compatiebatur, vt humanis operum meritis comparari poſſet, verumetiam quia ipſum delictum obſtabat, ne poſſemus facere opera homine digna, ne dum digna, & grata Deo.

Hominis & ante, & poſt peccatū, omnē occaſionē in ſeipſo gloriandi meritò fuiſſe præreptam.

III. dubitationis ſolut Dei Apoſtolus qualem dicat nos eſſe factoram.

Ad tertium dubium, cùm ait: *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu.* Vbi in primis probat, nulli licere gloriari in ſeipſo, quia ipſi non fecimus nos ipſos iuſtos, ſed ab alio, id eſt à Deo tales facti ſumus. Deinde loquitur Apoſtolus in perſona eorum, qui in Chriſto generati ſunt, & facti per baptiſmū noua creatura. Nam vt in ſtatu naturæ puræ nemo ſeipſum potuit creare, ita vt qui nō erat, eſſet: ad eum modum in ſtatu gratię nullus poteſt ſeipſum iuſtum efficere, qui prius iniuſtus erat. Quicunque ergò ſunt in Chriſto noua creatura, oportet eſſe creatos nō à ſeipſis, vel per vlla ipſorū opera, ſed per Chriſtum à Deo, qui ſuſcitat mortuos: quod etiam ſacræ literæ apertè teſtantur. Ait enim Dauid: *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius,* Alioquin quis negare poſſet, quòd homo ſeipſum non condiderit: quia ita eſſet antequam eſſet. Et cùm ibi adhortetur adiubilandum in Domino, & ad ſeruiendū Deo in timore, & exultandum cū tremore, manifeſtè indicat ſe loqui de creatione nō naturali qua ſumus, ſed gratuita, & ſupernaturali, qua iuſti ſumus. Nec tamen hæc omninò ſine nobis fiunt. Ait enim Dominus per Ieremiam. *Nouate nobis nouale*; & per Ezechielem, *Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum*; & Paulus: *Renouamini ſpiritu mentis veſtra, & induite nouum hominem.* Cooperamur ergò ad hæc omnia; ſed in cooperatione ex debito iuſtitiæ nihil promeremur quod ad primam iuſtificationem.

2. Cor. 5.
Galat. vlt.
Rom. 4.
Pſal. 99.

Vnde cōſtet à Deo nos non à nobis ipſis conditos fuiſſe. *Pſal. 2.*

Ierem. 4.
Ezech. 18.
Epheſ. 4.

Quomodo vt legit Ambroſius, ſit figmentum. *D. Ambroſ.* *Gen. 2.* *Ioan. 3.*

Pondera item quod ait: *Ipſius enim ſumus factura*, Græca vox eſt ποίημα, hoc eſt poema. Ambroſius tom. 5. ſub finem vertit figmentū: quod verbum magis cōgruit primę hominis conditioni, quia è terra factus eſt à Deo tanquam figulo, quā ſecundæ cōditioni, in qua iuſtificatur, & ex aqua, & Spiritu ſancto regeneratur.

Hominem quoddam eſſe poema. *Sapient. 11.*

Quod ergò vocamur poema, non eſt negligendum: deſignat enim, Deum hominem condidiſſe in menſura, certo numero & pondere, & in quo nihil deficit, & nihil ſuperfluit: quemadmodum etiam in verſu nullus pes redundat, aut deficit. Et vt Poetę ad laudem, & gloriam ſibi cōciliandam carmina condunt, vel ad iucunditatem, & voluptatem lectoribus impertiendam: ſimili modo homo creatus, & vbi perditus fuit etiam redemptus, vt Deus ipſe ex opere excellenti commendaretur, & laudibus perpetuis celebraretur à cunctis intellectu prę ditis creaturis hominem ſuam ad imaginē & ſimilitudinem condidit.

Paulus cur adiecit in Chriſto nos eſſe facturā, ſeu poema.

Addidit: *In Chriſto Ieſu*; Vt oſtendat opus incarnationis, per quod ipſe Deus homo factus eſt, vt per dulciſſimum poema omnes creaturas poſt ſe traheret, ſi Orpheus, & Amphion celebrantur, quòd quercus, lapides, & animalia ratione carentia, dulciſona lyra ad ſe cōuerterēt. Carmina etiam

na etiam laudantur, quòd vim miram habeant homines mutandi in feras beſtias. Ita enim quidam cecinit:

Virgil lib.1. Æneid.

Carminibus Circes ſocios mutauit Vlyſſis,

Habent etiam vim, cam cœlo inferendi, nam ita dixit quidam:

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Chriſtus qua le carmen fuerit.

Chriſtus verò carmen fuit, quod homines belluarum more viuentes in Angelos conuertit, & ſuo dulci modulamine Patrẽ placauit, & Spiritũ ſanctum de cœlo in terras pertraxit, & adeò violentos homines fecit, vt vim etiam ipſi cœlo intulerint.

Dicti Apoſtolici. In operibus bonis, quæ præparauit Deus, &c. prius ſenſus ſed incongruus. Alter non ineptus.

Ad illud verò: *In operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*: reſpõdemus, quoſdã nõ ſatis Catholicè, nec ad mentem Apoſtoli interpretatos eſſe hæc verba. Dicunt enim: In operibus bonis quæ fecimus aut facturi ſumus; eſt hoc ſit manifeſtè contra Apoſtolicũ ſenſum, nam paulò ante dixerat: *Non ex operibus, & hoc non ex vobis.* Alij verò verò vertũt ex litera Græca: ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις, id eſt, opera bona, vel, in opera bona, vt Ambroſius, & Chryſoſtomus, & Eraſmus legunt: & ἐπὶ cũ Datiuo deſignat potiùs finem, quam materiam, aut inſtrumentũ. Ita vt dicat Apoſtolus, quod & ſine operibus vllis, & dono tantũ Dei iuſti efficimur, nimirum ad bene, rectèq; viuendũ, & bonos operum fructus edendos, quibus apud Deũ promereamur, & proximos noſtros inuicem ædificemus, & acceptã iuſtitiam augeamus, non autem ad immũditias aut carnis voluptates conſectandos. Vt rectè alibi dixerit Apoſtolus: *Vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem, ſectatorem bonorũ operum.* Ex quo etiam colligere licet, ante gratiã nulla bona merita nos habere, & ad id maximè præſtãdum iuſtificari: quia iam Dei filij, Chriſti fratres: amici, & membra euaſimus, mirum eſſe non debet, ſi apud Deum promereri poſſumus. Hinc Ambroſ hoc loco ſcribit: *Redempti hæredes deſignati ſunt, ſi in regeneratione perdurent, vt fides prima veniam, ſancta verò conuerſatio perdurans cum fide coronam mereatur.* Et iterum: *Non eſt gloriandum nobis, in nobis ipſis, ſed in Deo, quia nos regenerauit natiuitate cœleſti per fidem Chriſti ad hoc, vt bonis operibus exercitati, quæ Deus nobis iam renatis decreuit, promiſſa mereamur accipere.* Hæc ille.

Ambroſ. Chryſoſt. Eraſmus.

Tit.2.

Omnis bene operandi ratio ex ſit gratia diuina, ſecundũ Apoſtolũ.

Amb. in c.2. ad Epheſios.

Idem in c.2.

Quemadmodũ opera bona præparata ſint nobis.

Præparauit autem nobis Deus hæc opera non tantùm prædeſtinando, vocando, & iuſtificando, ſed etiam dona Spiritus, & habitus conferendo, quibus illa perficere valeamus.

II. Senſus.

Tertiò ſenſus eſſe poſſet ſtante litera noſtra: Ipſius ſumus factura, & creati in Chriſto Ieſu, & in operibus bonis, non noſtris, ſed Chriſti: nam etſi hæc iuſtitiæ adeptio ſine noſtris ſit operibus, non tamen ſine illis Chriſti, cuius meritis nos redemit Deus, ſicut & per ipſum prius nos condidit, & in reſtaurando, ſingulari charitatis ratione vſus eſt. Dedit enim mortalem ſuam vitam, quò nobis vitã gratiæ, cui mortui eramus, reſtitueret; & gloriam ſuam abijciendo, amiſſam nobis gloriam recuperaret. Itaque impij iuſtificatio reſpectu noſtri mera eſt gratia, reſpectu Chriſti, qui illã bonis ſuis operibus nobis promeruit, iuſtitia eſt, ac debitum. Et hæc nobis Deus præparauit, tanquam quædam exempla, ad quæ reſpicientes nos diſcipuli operaremur. & veſtigia ſectando Chriſti magiſtri noſtri ambularemus. *Exemplum*, inquit, *enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, Et, Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde*; & Dilectus: *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.* Hoc ergò in operibus bonis ambulare, proficere; ſiue progreſſus facere: quia dum ſumus in ſtadio, ſic currendum, vt brauiũ cõprehendamus: ſic in vinea laborandũ vſq; ad veſperam, vt mereamur denariũ accipere, ſic deniq; certandum, vt coronam tandem aſſequamur.

Ioan. 13.

Matth. 11. Ioan. 2.

Quid ambulare in operibus bonis.

1 Cor.9 Matth. 20.

Ad VI. dub. De eo quod Apoſtolus Epheſios iterũ memores eſſe vult ſuę priſtinę infidelitatis.

Quartò loco dubitatum fuit, cur Apoſtolus reuocet in memoriam, quales olim Epheſij extiterint: *Propter quod*, inquit, *memores eſtote, quod aliquando vos, qui eratis Gentes in carne, &c.* breuiter dicendum. Qui teneuiores ſunt fortunæ, dũ in aliquem excelſum gradum conſcendunt, vel ex obſcuro gradu in lucem emergunt, prioris vitæ cõditionis & obliuiſcuntur, ita vt fiãt ſuperbi: inhumani, intolerabiles: idcircò proponit ea Apoſtolus, vnde ſpiritum humiliationis & gratiarũ actionis, comitatis, & ciuilitatis, cũ alijs eliciat. Hinc olim præcipiebat Deus: *Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: Aduena enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti.* Ita Apoſtolus ait: *Memores eſtote quod aliquã do vos qui eratis Gentes*, quorum alij nõ ſunt dij, quam dæmonia, vt Dauid ait: *Omnes dij Gentium dæmonia.* Et ita tacitè innuit, Epheſios dæmoniorum cultores fuiſſe, imò locũ celeberrimum dæmonis cuiuſdam, hoc eſt Dianę Epheſiæ, omnibus adorandum conſtituiſſe.

Exod.22.

Pſalm. 95.

Quid eſſe in carne.

Addit: *In carne*: Eſſe in, apud Apoſtolum plerunq; rem illã dominari in homines oſtendit. Ita enim dicimus. Eſſe in peccato, eſſe in Chriſto, eſſe in ſpiritu. Homo aũt eſt in carne, quãdo caro dominatur ſpiritui, & ſuggerit cogitationes, verba & operationes pro voluntate carnis, eiuſq; cõcupiſcentijs ſeruit abſq; ſpirit⁹ reluctãtia: Ideò alibi explicat

Rom 7.

plicat Apoſtolus quid ſit eſſe in carne. *Cum eſſemus*, inquit, *in carne, paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti.*

Iudæ Gentes cur præputiũ appellarent.

Subdit: *Qui dicebamini præputiũ ab ea quæ dicitur Circumciſio in carne.* Siquidem in dedecus, & ignominiã ſoliti erant Iudæi Gẽtiles vocare pręputiũ. Ita Gen. 34. *Non poſſumus dare ſororem noſtram homini incircumciſo:* & Dauid de gigante Goliath: *Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis: Et, Ne exultent filij incircũciſorũ. Ab ea quæ dicitur circumciſio in carne.* Id eſt, à Iudæis: nam more Hebræo ponitur abſtractũ pro cõcreto: Circũciſio pro circũciſis, & præputiũ pro Gentilibus: & illud, *ab ea*, ponitur pro, *præ ea*, ſiue, eius cõparatione, id enim ſignificat, à, vel ab interdum: vt, *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo*, id eſt præ illo. &, *Exiſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis*: id eſt collatione facta ad Apoſtolos. Et ſubiungit: *Ab ea quæ dicitur circumciſio*: quaſi dicat: nõ eſt amplius, quia in carne eſt tantùm manufacta: & ita deprimit Gentes præ Iudæis propter obtuſionẽ cordis, & aurium. Obliq; tamen tangit Iudęos, ne ſe putarent perfectos, & ſibi pręGentib. blandirẽntur, quoniam ipſi needum perfectam circumciſionem conſecuti erant, quę per petram viuam Chriſtũ non gladio corporeo fieri debet, & non manu, ſed digito Dei, id eſt ſpiritu ſancto.

Gen. 34. 1. Reg. 17. 2. Reg 1.

Qualis Hæc notma loquendi: Dicebamini ab ea quæ dicitur Circũciſio in carne.

Luc. 18. 2. Cor. 11.

Ijs verbis quomodo notetur Iudęi ab Apoſtolo.

Aduerte etiã, Iudęos olim ſolitos cõtumeliꝫ gratia obijcere Gentib. quòd eſſent incircumciſi; cõtra verò Gentiles Iudęis obijciebant vitij loco circũciſionem: nam eos Verpas, Appellas, & Recutitos vocabant, vt conſtare poteſt apud Poetas antiquos.

Mutua Iudęorũ in Gẽtiles, & horũ in Iudęos cõuitia.

Ad illud de quo dubitatũ fuit: *Qui eratis illo in tẽpore ſine Chriſto, & ſine Deo in hoc mũdo, &c.* Quod ſic intelligendũ eſt, ſine Chriſti notitia, & fide, ſaltẽ expreſſa, & explicita: quia Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula. Eius tamen promiſſio Iudæis tãtùm facta erat, qui ſine Chriſto ob fidẽ, & ſpem conceptam omninò non erant.

Epheſij olim vt fuerint ſine Chriſto in hoc mundo.

Heb. 13.

Cogita ergò quid ſit eſſe ſine Chriſto, nimirum eſſe abſq; ſpe medici, vbi morbo inſanabili laboratur: ſicut eſſe ſine Ieſu, eſt eſſe ſine ſalute, cũ aliud nomẽ ſub cœlo datũ homioibus non ſit, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Alienati, ſiue alieni à cõuerſatione Iſrael, hoc eſt à politia, ſiue ciuilitate ac proinde à conuerſatione Iſraelis, non tam illa, quæ ſecũdùm carnẽ eſt, ſed potiùs ſecundũ ſpiritum, de qua alio loco dixit: *Conuerſatio ſiue ciuilitas noſtra in cælis eſt*: Quoniam ad cœlum, ſiue patriam ſuſpirant in cœlo poſiti: & hunc mundum nõ pro alio, quam pro horrida via deſerti habent.

...ne Chriſto ...ſſe quaorũ ...malum.

Act. 4.

...pheſij dupli... ratione à ...õuerſatione ...rael fuerũt ...ienati.

...hilip. 3.

Erant etiã Epheſij alieni à politia carnali Iſrael: qoia non licebat Iudæis cõuerſari cũ Gentib. vt Deut. 7. & Ioan. 4. *Non coutuntur Iudei Samaritanis.* Nõ poterant etiam ſignificare, licet bene dare pecuniam pro ſacrificio, nec ingredi cũ Iudæis certũ locũ mundorum, ſed bene ad quendam certum locũ ſeparatum vt orarent.

Deut. 7. Ioan 4.

Hoſpites teſtamentorum. Id eſt extranei, & expertes pactorũ, ſiue teſtamentorũ: quia nec Vetus, nec Nouũ ad eos pertinuit. Nõ quidẽ Vetus, quod doplex erat, alterũ imperfectis Iudæis datũ in mõte Sina Exo. 20: alterũ perfectius datũ in Cãpeſtrib. Moab Deu. 29. *Promiſſionis ſpem non habentes.* Promiſſiones ęternorũ ſpei virtute ſuſcipiuntur, i. ſermo de promiſſione Chriſti facta Abrahę: de qua: *Benedicetur iu ſemine tuo omnes gentes terræ*, & factæ Dauidi, ſecundùm illud: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, &c. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Sine Deo in hoc mundo.* Quod intelligendũ eſt: quia Deus nullũ pactũ cũ illis, aut commerciũ habebat, nec vllũ colloquiũ, vti cũ Iudęis, quib. Deus reſpõdebat de tabernaculo, & per Ephod, & per Prophetas: ideò relicti erãt in pura naturę cõditione; habẽtes tãtũ librũ creaturarũ ad cognoſcẽdum Deũ, ſi quomodo eũ attrectare, & inuenire poſſent, vt alibi tradit Apoſt. nõ. n. illis Deus omninò deerat, de quo idẽ Paulus. *An Iudæorũ Deus tantũ? nõne & Gentiũ? Imò & Gentiũ.* Vnde & miniſterio Angelorũ vſus eſt Deus ad illorũ ſalutẽ promouendam, vt teſtis eſt Dionyſ. Areopag. Malum autem ingẽs eſt homini ſine Deo eſſe nauem in medio mari ſine nauis gubernatore, vel eſſe militẽ in bello ſine Imperatore, vel eſſe in exilio ſine vllo conſolatore. Subdit etiam: *Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.* Chriſti dixit, more Hebræo, pro, in ſanguine eius: quia pronomen propriũ pro relatiuo ponere ſolet. Hæc eſt autem Dei gratia, & omni gratiarum actione condigna. Et aduerbio nunc tempus Noui teſtamenti denotat, vt alias ſæpè annotauimus.

Ijdẽ cur hoſpites teſtamentorum.

Exod. 20. Deut. 29.

Quare promiſſionis ſpẽ nõ haberent.

Gen. 22.

Pſal. 131. 2. Reg. 7.

Epheſij etiã quare ſine Deo in hoc mũdo fuiſſe dicantur.

Act. 17. Rom. 3.

B. Dionyſ. c. 9. cæleſtis hierarch.

Hebræi pro nomine proprio pro relatiuo vtuntur ſæpe oo moro:

Hic ſoluitur quod dubitatũ eſt, quomodo ſcilicet à Deo longè eſſent, cũ Paulus dixerit: *Nõ longè eſt ab vnoquoque noſtrũ, Et, cœlũ, & terram ego impleo*: & paulò ante: *Putas ne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longè?* Dicendum eſt ergò, non eſſe intelligenda hęc de diſtãtia loci, ſed de morũ ſimilitudine, vt dulce diſtat ab amaro, & albũ à nigro, & iuſtus à peccatore, deniq; quiſq; diſtat à contrario, vel hoſte ſuo: Ita filius prodigius abijſſe dicitur in regionem longinquam: & Propheta, *Longe à peccatoribus ſa-*

Epheſij quomodo erant lõgè à Deo, à quib. tamen nõ lõgè Deus aberat.

Act. 17. Ierem. 23. Ibidem 23.

Luc. 15.

Quç lõgè à peccatoribus ſalus teſte Propheta. Eſa.29. Matth.15.

bus ſalus, hoc eſt Ieſus, qui operatur ſalutem io nobis. Corde ergò, & moribus diſtabant multũ à Deo Epheſij, de quibus poterat dicere: *Cor eorum longè eſt à me*, facti ergò ſuot prope per Chriſti ſanguinem, & eſt ſermo de appropinquatione per gratiam, & beneuolentiam: quia eſſentia, potentia, & præſentia adeſt ſemper omnibus Deus, imò eſt in omnibus. Et ampliãdo beneficij magnitudinem, addit, *In ſanguine Chriſti*, id eſt per ſanguinem in cruce fuſum, & Deo datũ in pretiũ reconciliationis. Facitq; fratres inuicem, atq; eiuſdè hæreditatis cœleſtis participes, & tã inuicẽ coniunctos, perinde atq; id quod eſt nobis Chriſtus, ſit quoq; proximus quicunq; ille ſit, ſiue Gentilis, ſiue Iudæus: quia, vt ait Dominus, *Quamdiu vni ex his fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis*. Quòd ſi quiſquã ſit, qui alterũ horreat propter ſanguioẽ alterius nationis, aut gentis à ſua; hi imperfecti ſunt, & nondum plenè veterem hominem exuerunt.

Quid eſt Epheſios factos eſſe prope in ſanguine Chriſti. 1.Petr.1.

Matt 25.

Epheſ 4. V. ſolu. dub. De modo quo Chriſtus eſt pax noſtra faciens vtraque vnum.

Ad quintum reſpondemus, illud: *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*, nihil aliud eſſe, quam Chriſtũ eſſe autorẽ noſtræ mutuæ pacis. Probat enim Chriſtũ pacificatorem ab effectu, quia fecit vtraq; vnũ, id eſt, duos diſſideotes populos in vnum cõpegit, & cõſlauit. Verbi gratia, pone duas ſtatuas, argenteã alteram, & alterã plumbeam, & opere fuſorio vtramq; fieri aureã; intelliges, qua ratione argenteus Iudæus, & Geutilis plumbeus, ac ſeruus ignorans, ac fugiens Deum, fiant vna ſtatua aurea per fidem charitate operantem.

Hebræi abſtractis pro concretis delectantur. 1.Cor.1. Ioan. 11.

Nota hic eiuſmodi locutiones: cũ Chriſtus dicitur aut pax, aut iuſtitia, art ſapiẽtia, aut ſanctificatio, & redẽptio, aut vita & reſurrectio, explicãdas eſſe quomodo hic explicat Chriſtum eſſe pacem, hoc eſt, ponendo abſtractum pro cõcreto: autorem pacis, iuſtitiæ, ſapientiæ, ſanctificationis, redemptionis, vitæ, & reſurrectionis. Ita dicitur propitiatio pro peccatis noſtris; &, *Ego ſum via, & veritas, & vita*, & de Noë, quòd in tẽpore iracundię factus eſt recõciliatio: & eccleſia de Spiritu ſancto in oratione quadã canit, quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum. Sunt enim eiuſmodi phraſes eadem ratione intelligeodæ, & explicandæ.

Exẽpla huiꝰ locutionis.

1.Ioan.2 Ioan 14. Eccleſ 44. Gen. 6.

Iudęos Chriſti ſanguis Gẽtibꝰ adæquauit ſecundum Apoſtolum. Galat 3. Coloſſ 2. Rom.1. Infra 2.

Contendit aũt Apoſtolus omnes prærogatiuas, quibus Iudęus pręcellebat Gentili, adimere, & oẽs æquatos eſſe in Chriſto, oſtendere, in quo non eſt Iudæus, oeq; Gentilis, neq; Barbarus, neq; maſculus, neq; fœmina, neq; liber, aut ſeruus, neq; ſapiẽs, aut inſipiens, ſed ſolùm noua creatura: quanquam ſint gradus in Chriſto, vt alibi dixit: *Iudæo primum & Græco*,

Quid mediꝰ paries maceriæ, quẽ Chriſtus ſoluit.

In hoc etiã dubio quęſitũ fuit circa illud quod ait: Et mediũ parietẽ maceriæ ſoluẽs, vel ſoluit de præterito inimicitas in carne ſua, legẽ mandatorũ decretis euacuãs, quid ſignificet. Et in primis illud, &, cauſam reddit: & participia ſoluens, & euacuãs, per pręteritum Græcè exprimuntur, id eſt, diruit & antiquauit. Medius autem paries macerię primùm explicãdus eſt ad quid alludat, & què vſum præſtaret, & quomodo ad rẽ ſuã Apoſtolus applicet. Erat aũt medius paries maceriæ, i. ipſa maceria, quæ alio modo vocatur ſepes, hoc eſt lapides ſine calce, luto, cœmento appoſiti: hic lapis Grçcè dicitur μεΘσεῖχος φραγ μῦ, Latinè autore Feſto, dicitur intergerinus, & ſolet diuidere in agro quidem vineam à vinea, vel à via, iuxta illud: Deſtruxiſti maceriã eius, & vindemiãt eã oẽs, qui prętergrediuntur viã: vel hortũ ab horto finitimo, vel domũ à domo vicina: & ablata maceria fit vnus hortus vel vna domus. Vnde Terent. Denicã introducit loqueotẽ: *Atque hãc in horto maceriã iube dirui. Quantum poteſt, hac transfer, vnã fac domum*. His poſitis, rectè accõmodat Apoſtolus huius maceriæ vſum. Erat enim in atrio locus, in quo preces fundebant Iudæi: erat & alter locus diſtinctus, & ſeparatus per mutũ quendã à mundis Iudæis, qui in proximo orabant: quãdoquidem in dedicatione templi illius rogauerat Salomon Deum, vt Gentes in templum venientes, & orãtes exaudirentur. Vnde legimus Gentiles confluxiſſe adorandi gratia ad templũ Ioan.12: & Act.8. venit Eunuchus Candacis Reginę Æthiopũ. Chriſtus ergò diuidit medium illũ parietem, ſiue maceriã facientẽ diuerſa atria, & ſublato interſtitio remanſit voa vinea, vna domus, vnũ ouile, & vnus hortus.

Maceriæ, ſeu Intergerini lapidis officium. Feſtus.

Pſalm. 29.

Teren. in Adelph Act. 5. ſce.7. initio. Vnde Paulus hãc metaphoram ſumpſiſſe videatur.

3.Reg 8.

Ioan 12. Act.8.

Cur hoc additũ ab Apoſtolo inimicitias in carne ſua, ſcilicet ſoluit.

Et per appoſitionem ſudit: *Inimicitias in carne ſua euacuauit, ſiue antiquauit*. Quia.n. maceria interdũ fit, & interſtitiũ pro pace finitimorũ cõſtruitur, quaodoq; verò pro inimicitia fouenda ad tollendã cõmunicationẽ hinc inde; declarat Apoſt. ꝙ hæc maceria fuiſſet inimicitiarũ cauſa conſtructa, ne videlicet Iudæus cõmerciũ vllũ cũ Ethnico aut Gẽtili haberet, nec Gentiles cũ Iudæis familiaritatẽ vllã: idcircò dixit; *Inimicitias in carne*, & vltra progreſſus Apoſtolus, explicans parietẽ macerię, & illas inimicitias, ſnbiñgit, quò tẽdat, & explicat fuiſſe legẽ Moſaicã, cũ ait: *Legẽ mãdatorũ euacuauit*. Erat.n. reuera lex illa veluti quoddã interſtitiũ maceriæ, ꝗ ſeparabat Iudæũ à Gẽtili, ne coleret idola, vt illi colebãt: prohibebat ſculptilia, & imagines fieri; quarũ vſus erat frequẽs ioter Gẽtes. Diuidebat ẽt. quod attinet ad ſacrificia, quia diuerſa erãt quę ab

Mediꝰ ille paries maceriæ cur conſtructus.

Lex Moyſi Iudęos à Gẽtibꝰ tanquam diuidebat. Exod.20.

vtriſque

…pra 8. …en. 17. …m 4. …uit. 11. …um. 11. …atth. 23.

vtriſq; immolabãtur. Vnde Iſraëlitæ Exo. 8. Abominationes Ægyptiorum immolabimus domino Deo noſtro? Diſtinguebat item Iudæs à Gentib. per ſignaculũ circumciſionis, delectum ciborũ, & vſum veſtium cum fimbrijs, & phylacterijs, & alia multa illi populo peculiaria.

…qua carne …ſti⁹ Iudæi …puli, & Gẽ…s ſoluerit …micitias.

Iam interpretandũ eſt quid illud, in carne ſua, qua fouebãtur inimicitiæ; cur itẽ dicatur lex Moſi in decretis euacuata: & ad hæc in prõptu eſt reſpõſio. Nã carnẽ vocat corpus Chriſti crucifixũ, per quem inimicitiæ ſunt ſublatę. Vnde Herodes, & Pilatus, i. Iudæus, & Gentilis, facti ſunt amici in Chriſti ſanguine, cũ prius fuiſſent inimici. Et hoc corpus, ſiue hanc carnem ita in peregrinatione ſua geſtauit, vt etſi genere eſſet Hebręus, nõ horruerit tamen conuerſari cum peccatoribus, & publicanis, atq; adeò cum Gentib. Nam biduũ manſit Samariæ prædicando verbũ Dei. Chananęã clamantem exaudiuit, & Centurionis filio contulit ſanitatem, & leproſum Samaritanum à lepra ſanauit, eiuſq; iam mundati gratiarũ actiones non ſine commendatione admiſit.

…uc 23. …erodes rex, …ilat⁹ quid …uod Domi…o patiẽte a…ici ſunt ſibi …uicẽ facti. …atth 9. …an. 4. …atth. 15. …uc. 16.

Quid rurſus …a caro Chri… ſignificet. …om. 11.

Poſſumus etiam per carnem Iudæos intelligere, qui caro Chriſti erant: quos alibi Paulus eodem verbo expreſſit, cum dixit: *Si quo modo prouocẽ carnem meã, & ſaluos faciã aliquos ex illis.* Tertius ſit intellectus, vt ſermo ſit de carne vtriuſq; populi, quę fomentum prębuit omnis diſſenſionis. Nam pręter conuitia præputij, & Circũciſionis, quæ paſſim in ſeipſos alteruter iactabat; oẽs tamen lites & cõtentiones ex carne oriuntur. Vnde & Apoſtolus inter opera carnis enumerat iras, rixas, ſectas, diſſenſiones: & frater Domini: *Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in mẽbris veſtris?* Hic tamen intellectus etſi verus ſit, aduerſatur tamen Grecę literę, quæ habet, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, non aũt, αὐτῶν, vt neceſſarium erat: quare duo priores ſenſus probabiliores videntur.

I. Senſus.

…alat. 5. …cob. 4. …e nõ proba… …t ex parte.

Legẽ verò mandatorũ vocat, hoc eſt imperioſam, & minacẽ, & innumera præcepta cõtinẽtem: quam iugũ importabile Petrus vocauit, & Paulus ad Rom. 3. legem factorum: nam ſolũ imperabat: & nõ adiuuabat: & ideò erat inſtar maceriæ: nam vt illa fundamento & calce caret, ita lex erat ſine glutino Spiritus, aut gratiæ. Et vt maceria ad tempus durare ſolet, ita lex illa data, donec veniret ſemen cui promiſſum eſt. Nã Chriſto in cruce moriente lex ceſſauit, & velum templi ſciſſum eſt in duas partes, vt omnib. pateat ingreſſus ad ſancta ſanctorum, & omnes ſub vna fide, & baptiſmo eundem agnum Chriſtum immolemus.

…ex Moyſi …aare lex …andato…um dicatur. …ctor. 15. …om 3.

…a lex mace… …cõparatur …pliciter.

…alat 3. …atth. 27.

Quòd aũt ait: *In decretis*, nõ facilè expeditur, quomodò in decretis euacuata ſit lex: nam plures ſenſus accipere poteſt. Quidam enim interpretãtur, legẽ Moyſi ſolutã per decreta Euãgelij, vt prępoſitio ἐν ponatur pro præpoſitione διὰ, & ita explicant Chryſoſtomus, & Hieronymus. *Decretis*, ait Chryſoſtomus, *dixit: nã ſola fide nos ſaluamur: aut decreta intellexit, quæ Chriſtus ſanciuit in Euãgelio.* Hæc ille ferè. Eſtq; henallage numeri, decreta pro fide in ſingulari ponere. Eundem ſenſum ſequuntur Theophylactus, & Oecumen. ex Græcis.

I ſenſus hu⁹ verbi. Legem mãdatorũ in decretis euacuans: qui reijcitur.

Chryſ. ſer. 10. 4.

B Hier to. 9.

Alter ſenſus proprius huius loci.

Sed reuera durum videtur vocare Euangelicam legem, dogmata, vel decreta, vel edicta, quo verbo leges poſitiuæ explicari ſolent à Paulo, vt Act. 15. & 16. Proinde alij interpretantur legem in decretis euacuatam, non quidẽ in mandatis moralibus, vel præceptis ad naturæ legem ſpectantibus: quæ ſicut ante legem Moſaicam fuerunt, ita & poſt illam remanſerunt intacta, imò magis ſolida, quia in Euangelio datur Spiritus ad ea implenda: ſed in ea parte, quæ in ceremonijs, & iudicijs conſiſtebat: hęc. n. ſunt decreta euacuata. Et ſenſus eſt: Legem mãdatorum in decretis, ſcilicet ſitam euacuauit: quam expoſitionem ſequitur Ambroſius, Eraſmus, & Caietanus. Etſi in eo videantur peccaſſe, quòd in verſione in textu ipſo verbum, ſitam, addiderant: quod etſi enarratori declaratione textus liceat ſupplere: non tamen interpreti, cum textum Scripturæ vertit.

Ezech. 36.

Bonus Scripturæ interpres quid cauere debeat.

Hieron. quoq; hãc attigit expoſitionem, dicens: *Circũciſio, & Sabbatiſmus, qui relictus eſt populo Dei, & Paſcha, & Pentecoſte, & nõ apparere in conſpectu Dei vacuũ, ſunt altius intellecta quam reſonant: & ab occidente litera recedentes, cæpimus viuificantem ſpiritum ſequi.* Hæc ille.

Heb. 4.

2. Cor. 3.

Hic etiã intellectus apertè cõuincitur ex teſtimonio epiſtolæ ad Colloſ. c. 2. vbi ait: *Delens quod aduerſus nos chirographum decreti:* vbi debretum explicat eſſe vetus Teſtamentum. Et magis explicans inferius, ſubdit: *Quid adhuc tanquã viuentes mundo decernitis? Ne tetigeris, neque guſtaueris, neque cõtractaueris.* Vbi vides verbum, decernitis: ſiue Græcè δογματίζεσθε, ad ceremonias explicãdas ſpectare, quæ propriè dogmata; ſiue decreta, ſiue placita vocantur: quia ex aliquo emergente facto, aut aliqua ratione interponuntur: nõ quòd aliquod honeſtũ, aut turpe in ſe cõtineant. Nam ſi quis quærat, quare his veſceris cibis, illis verò abſtines? quare hoc vel illud animali immolas? quare magis hoc tempore, aut tali modo ſacrificas? reſpondebitur, Deum ſic voluiſſe.

Coloſſ. 2.

Legis ceremonię cũr decreta ſeu placitã vocẽtur.

Quędā ſuper Gręco huius loci cōtextu: Legē mandatorum in decretis euacuans ſoluitur.

Si rurſus obijcias, Græcè legi, *τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας*, & nō dixiſſe, *τῶν ἐν δόγμασι*, vel *τῶν ἐντολῶν τῶν ἐν δόγμασι*, nam ita clarus eſſet ſenſus, & aperta litera: ſignificaret enim, legem mandatorum, quæ eſt in decretis, vel præceptorum, quæ ſunt in decretis. Dicendum tamen eſt, Apoſtolum ob congeriem tot aliorum articulorum, reliquiſſe illum articulū, ne bis idem dici videretur: & nomen mandatorū inngendum cum ſequenti verbo, hoc modo: Quæ ſcilicet ſunt in decretis. Deinde reſpondebo, non eſſe appoſitum articulū, vt poſſet nomen legis iungi cum verbo euacuauit: Itaq; legem præceptorem euacuauit, nō ſimpliciter, ſed in decretis, quę ſunt ceremoniæ, & iudicia: nam moralia præcepta, & dilectio, quæ ſunt neruus legis, & finis Chriſtus, & ſpiritualis intelligentia legis, non ſunt abrogata vt dixit Chriſtus, & Paulus. *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: Et, legē ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legē ſtatuimus*. Nec rurſus illa legalia decreta antiquata ſunt, ſed ipſa per ſe ad finem ſuum peruenerunt, quę nec pro vlteriori tempore conceſſa erant: ſicut per cœleſtem gloriā non euacuabitur lex Euangelica, quia neruus ipſius, id eſt cognitio Dei, & dilectio, & Spiritus, quæ ſunt præcipua capita Euangelij, permanent. Et hactenùs de hac dubitatione.

Altera ſolut.

Rom. 10.

Matth. 5.

Legalia decreta cur euacuata, nō aūt abrogata dixerit Apoſt.

Illud non ſupprimam, quoſdam patres, vt Origenem lib. 4. in c. 5. ad Rom. per medium parietem maceriæ intellexiſſe peccata, quibus inimicitias cum Deo contraximus: & Athanaſius lib. quęſt. ad Antiocb. q. 143. ſicut etiam Elias Cretenſis in oratione Gregorij Nazianzeni de pace, primam eodem accipit modo, & alij nonnulli. Sed iſti conſiderabant peccatum, quatenùs diuidit inter nos, & Deum noſtrum, non aūt quatenùs diuidit inter Iudæos, & Gentiles. Et ita intelligendæ ſunt inimicitiæ inter illos duos populos diſſidentes, & non inter Deū & homines.

Quid mediꝰ paries maceriæ Origeni, & Athanaſio.

Orig. to. 2.

Magnus Athan. to. vlt.

Eſai. 59.

Illorū Patrū explicatur ſententia.

Iam quæ ſequuntur, plus habent verborum, quam rerum copiæ: nec ſine cauſa, vt fuſiùs explicet obſcuriùs ſcripta. Nouerat enim Apoſtolus multos cōtra hanc Eccleſiæ pacem, & vnitatem venturos, qui illam diuidere conarentur, vt hæretici omnes, & ſchiſmatici, & qui mūdi legibus de nobilitate, & mundiori carne ad honorē reipublicæ, & ad dignitates eccleſiaſticas, & ad matrimonia ineunda decertant. Cùm ergò ſuperius dixiſſet: *Qui fecit vtraq; vnum*, modò adiungit: *vt duos populos* (nempe diſſidētes) *condas in ſemetipſo*, id eſt per ſe, nō per alium, *in vno nouo homine*, qui ſcilicet Chriſtus eſt, qui vnus eſt per hypoſtaſim Verbi, & nouus homo, quia Deus & homo innocētiſſimus eſt, omnis peccati expers, & de Spiritu ſancto conceptus, & nos omnes vnum hominem efficiēs per fidem, & charitatem, quia idem ſentimus, & idē mutuo amore ſumus & vnius paſtoris Eccleſiæ obedientiam agnoſcimus in terris. Ita enim ſumus credētes cor vnum, & animus vnus, Subdit: *Faciens pacem*. Hoc replicat ob memoriam intellectus, & voluntatis excitationem: quia dulciſſimū eſt nomen pacis cū Deo, & cum homine. *Vt recōciliet ambos in vno corpore*, ſcilicet myſtico, quod Spiritu ſuo animatum eſt & viuificatum. *Deo per Crucem.* Chriſtus enim reconciliauit Deo homines, & recōciliauit illos inter ſe, & hoc per crucis ſuæ oblationem, & victimam. *Inteficiens inimicitias in ſemetipſo*. Prius dixerat: Abrogauit, ſiue euacuauit: nunc amplificans orationem, addit, interfeciſſe inimicitias mutuas populorum inter ſe, ne quouis modo poſſint reſurgere, & repullulare. Et hoc, in ſemetipſo hoc eſt, in ſanguine ſuo, vel vt Græcè habetur, *ἐν αὐτῷ*, ſine aſpiratione, & ſignificat, in ipſa cruce: nam ipſa Crux Græcè *σταυρὸς* vocatur, & maſculini generis eſt.

Tam copioſa hoc loco de pace, & vnitate doctrina à Paulo cur tradita.

Quid eſt Chriſtū duos populos cōdere in ſemetipſo in vno nouo homine.

Matth. 1.

Luc. 1.

Act. 4.

Cur denuò dicatur Chriſtꝰ inter duos populos, Iudęū, & Gētilē pacē fecisse, & quid eos Deo recōciliaſſe in vno corpore per crucem.

Idē curChriſtꝰ eorūdē populorū inimicitias interfecerit in ſemetipſo.

Contra hoc præceptum grauiter delinquere vidētur, qui odio certas nationes habent, quæ vel ex Iudæorum, vel Mahometanorum ſanguine ad Chriſtū vocatę ſunt, & illas quoad poſſunt, non tantùm linguis maledicis proſequuntur, ſed etiam omni honore externæ Reipublicæ ſiue Eccleſiaſticæ, ſiue coniugij ſpoliare intendunt. *Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacem ijs qui propè.* Veniens intelligo poſt interfectas inimicitias in cruce, & poſt reſurrectionem in Spiritu ſancto venit, & euangelizauit per ora ſuorum Apoſtolorū, vel euangelizare præcepit, iuxta illud: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangeliū omni creaturæ.* Et Apoſtolus: *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: Obſecramus pro Chriſto, recōciliamini Deo.*

Iudęi rurſum & Gētiles populorum inimicitias per Chriſtum interfectas, & extinctas nunc denuò quinam excitent.

Veniēs qui Chriſtꝰ euāgelizauerit pacem, & quomodo.

Marc. vlt.

2. Cor. 5.

Talia enim ſunt illa: *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis.* id eſt, poſtulantes facit; & clamat, Abba Pater, id eſt, clamantes facit: &, *Triumphat nos in Chriſto Ieſu*, id eſt, triumphantes reddit. Iudas etiam poſſedit agrum de mercede iniquitatis, id eſt, poſſidere fecit. Ita hic: Euangeliſtas mittendo: qui annunciant pacem his qui longè, & pacem ijs qui propè. Iudæi aūt non longè erant à regno Dei, quia lege, & prophetis, & promiſſione Meſſiæ illi coniuncti erant, Gentes verò nihil horum habebant. Et natus Chriſtus vocauit paſtores ex propinquo loco per Angelos, & Magos ex longinquo ab oriente

Rom. 4.

Gal. 4.

Rom. 8.

2. Cor. 2.

Quinā ij qui prope, & qui lōgè, quibus Chriſtus pacē euangelizauit.

Luc. 2.

Matth. 2.

per

per ſtellã. Et hic locus illuſtratur per verbũ Eſa. c. 33. *Audite qui lõgè eſtis, quæ fecerim & cognoſcite vicini fortitudinẽ meam.* Et vt annotauit Euſeb. Cæſ. in Procem. li. de de præparat: Euãgelica, in illo Eſaiæ teſtimonio, paulò ſuperius locutus fuerat Eſaias de reſurre. Domini, & exaltatione. Tertul. li. 5. aduerſ: Martionẽ ait: *Meminerat Apoſtolus ita prædicatũ de Nationum vocatione ex longinquo vocandarum: Qui longè erant à me, appropinquauerunt iuſtitia mea. Quoniã per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem.*

...uſeb c. 2. to. ...in proœ.

...ertull c. de ...iſt ad Laodicenes paulo ...à ...ene.

Qualem per ...Chriſtũ Iudęi ...Gẽtiles habeant acceſſum ad Deũ.

Per ipſum, inquit, tanquã per mediatorẽ & reconciliatorẽ ambo populi in vno ſpiritu adoptionis acceſſum habemus ad Deum non vt inexorabilem, ac ſeueriſſimum iudicem, ſed vt ad clementiſſimũ patrem bona exorãntes, & mala deprecantes, vt ita ad miſericordiam impetrandam exaudiamur.

Quo tendat ...ec Epheſio... adhorta... o Pauli: Et ...o tã nõ eſtis ...oſpites & ...duenæ, &c.

Ad ſextũ dubitatum fuit in illis verbis: *Iam nõ eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei:* ſed interpretatione dilucida reddentur dubia. Adiungit igitur adhortationem Apoſtolus, in qua indicat ad quantam dignitatem aſcenderint Epheſij, poſtquam Chriſtum induerunt. Olim enim Gentiles in templum adorandi gratia veniebant, & recedebant: & ſi qui fortè cõuertebantur ad Iudaiſmum, proſelyti, & aduenę dicebantur: nam in his & multis alijs, natura Iudæis inferiores erant. Nũc autem omnis hoſpitalitatis, & aduenarum ratio per Chriſtum ſublata eſt. Iam, inquit, id eſt hactenùs tempore legis; ſecùs nunc, id eſt, tempore Chriſti aduentus, non eſtis hoſpites, & aduenæ: *Sed eſtis*, inquit, *ciues ſanctorũ, & domeſtici Dei*: id eſt, eiuſdem iuris, ac dignitatis in ciuitate Dei, non carnalis Iſraelis, ſed Ieruſalem, quæ de cœlo deſcendit. ¶ Vel eſtis ciues, ſiue conciues, vt Græca vox ſonat *συμπολῖται*, reſpectu militantis Eccleſiæ, & in iure, & titulo reſpectu cœleſtis. Eſtis quoq; domeſtici reſpectu cœtus triumphantis.

Quid ciues ...e ſanctorũ ...domeſti...s Dei.

...uſmodi ci...s quã ſint ...ices, & ...tunati.

Cùm ergò ait: *Eſtis ciues ſanctorum*, ſenſus eſt: Facitis vnam rempublicam cum Apoſtolis, & cum cæteris ſanctis carne, & Spiritu circumciſis, vtriſque Iudæis. Eſt autẽ incredibilis dignitas, ex filijs iræ, & ſeruis peccati, & Babylonis ciuibus fieri ciuem cæleſtis Ieruſalem: cuius reipublicæ Chriſtus eſt rector, & caput, ſumma ſapientia, & clemẽtia præditus, quiq; omnia bona ſua ampliſſima illis donauit. Eſtque eorum legiſlator, Doctor, Redemptor, Paracletus, & Protector. Cuius ciuitatis cuſtodes, & milites ſunt Angeli, Dæmones verò ſerui, & lictores. Eſt in hac ciuitate antiquitas, de qua: *Memor eſto congregationis tuæ quã poſſediſti ab initio.* Eſt filiorum Dei nobilitas, quia dicetur illis: Filij Dei viuentis eſtis vos. Relucet ſapientia in ea: Erunt omnes, inquit, docibiles Dei. Illuſtrantur inſtitia, de qua: *Orietur in diebus eius iuſtitia.* Munitur fortitudine: quia dixit Dominus ſuis: *Confidite, ego vici mundum.* Vnitate conſeruatur: quia credentium erat cor vnum, & anima vna, Honeſtatur ordine, qui conſeruat reſpublicas: Terribilis, inquit, vt caſtrorum acies ordinata. Geſtit gaudio, & lætitia hæc ciuitas, de qua. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te:* Inuenitur in ea communicatio bonorum in ſe inuicem, de qua intelligitur illud: *Nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia:* Et Apoſtolus: *Neceſſitatibus ſanctorũ cõmunicantes.* Ornatur etiã amplitudine: quia per vniuerſum orbem eſt Eccleſia Catholica diffuſa, ita vt à Solis ortu vſq; ad Occaſum, laudabile ſit nomen Domini. Deniq; eſt in ea officiorũ, graduum, munerũ dignitas inexplicabilis, cui illud cõuenire poteſt: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate: Et, Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo & Patri ſuo*, & Petrus cõmendans fideles, ait: *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.*

...m. 8.

...uitatis ſan...ctũ, Eccleſi... militãtis vel ...mphãtis, ...militãtis, ...lchra de...ptio.

Oſeæ 1. Rom. 9. Eſai. 54. Ierem. 31. Ioan. 6. Pſal. 71. Ioan. 16. Cant. 6. Pſal. 86. Act. 4. Rom. 12. Pſal. 112. Pſal. 44. Apoc. 1. Infra 1. 1. Petr. 2.

Deinde adiũgit, *Et domeſtici Dei.* Qua metaphora explicatur Eccleſia tanquã domus quædam, quæ columna eſt, & firmamentũ veritatis: hoc eſt, Deo plus familiares, & arctiore neceſſitudine coniuncti quam ciues & plus fixi in domo non abolendi cultus, quam olim in tabernaculo: quemadmodũ qui domeſtici ſunt, magis ſunt familiares, & domus ſecreta magis agnoſcentes, & illis gaudentes, in qua domo ſunt vaſa aurea, & argẽtea, lignea, & fictilia ad vſum eius. Huius domus paterfamilias eſt Deus, proferẽs noua, & vetera: mẽſa, & cibus, Chriſtus eſt, miniſtri parentes vitulum ſaginatum, Angeli, & Apoſtoli: lectus, vbi quies ſumitur, pax, & gaudium in Spiritu ſancto: cubicula variæ manſiones, & gradus; penaria cella, ipſe paradiſus, in quo torrẽte voluptatis inebriãtur, imò ipſum Chriſti pectus, ex quo omnis gloriæ fons hauritur indeficiens. Omnis igitur domeſtici, conſanguinei eſtis, nobiles, ſecuri, quę vnanimes, magnifici, & ſplendidi, & omni virtutum dono circumfluentes.

Eccleſia quã rectè, & ſapiẽter Dei domus appellatur, & Chriſtiani domeſtici Dei. 1. Tim. 3. 2. Tim. 2. Matth. 13. Luc. 15. Ioan. 14. Rom. 14. Pſalm. 35.

Quod autem obiectũ fuit, Chriſtianos eſſe aduenas & peregrinos: ſoluitur. Quia illa verba Petri intelliguntur reſpectu huius mũdi, & bonorum quę in eo ſunt, quorum ratione dicuntur aduenę & peregrini,

Ad VI dub. De eo quod Petrus Chriſtianos aduenas & peregrinos eſſe dicit, Paulus.

vetò negat, ſed eſſe ciues ſanctorum & domeſticos Dei.
1.Petr 2.
Hebr.11.
Quomodo cõiungat Chriſtianos nõ eſſe amplius ciues ſanctorũ & domeſticos Dei.

quia illis non hætent, ſed tranſeunt per hęc bona terrena, aſpirantes ad patriam, & ad ciuitatem illam, cuius artifex, & cõditor eſt Deus. Et vt nemo ciuiũ Rom. poterat aliã ciuilitatem aſſumere, & hoc ipſo quòd in aliam ſe conferret, vt adſcriberetur numero ciuiũ illius vrbis, ius omne ciuilitatis Romanę amittebat: ita qui ciues ſunt ſanctorũ & ciuitatis Dei, ſi ſe ciuitati huius mundi adiungant, & bonis huius ſeculi inhient, dignitatem cœleſtis ciuitatis amittunt.

VII. dubit. ſolut.
Quid illud: Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorũ & Prophetarũ
Qualis hæc phraſis.

Ad ſeptimum reſpondemus, id quod ait Apoſtolus: *Superadificati ſupra fundamentum Apoſtolum, & Prophetarum*, rectè eſſe intelligendum. Id eſt: Vos eſtis lapides viui murorum ciuitatis, ac domus iſtius: quod non eſt de alijs peccato mortuis, ſicut Chriſtus eſt Dominus vrbis, & domus, & tamen viuum fundamentum, & angularis lapis eius.

Eſai 40.
Ioan 1.
Impij ſacrilegiũ Martionis.
Tertull loco pradicto.
Epheſ. 4.
1.Cor.12.
Vnde ſump ta ab Apoſtolo metaphora lapidis angularis.
Pſalm. 117.
Matth.21.
Si Chriſt' eſt eccleſię fundamentũ, quomodo Apoſtoli & Prophetæ fundamentum appellantur.
1.Cor.12.
Matth.16.

Et ad illud fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarum dicendum eſt, orationem eſſe intranſitiuam, vt vocant Grammatici. Sunt enim Apoſtoli, & Prophetæ fundamenta omnium credentiũ: quemadmodũ dicimus: *Vox clamãtis in deſerto*, pro eo quod eſt, vox clamans, & nõ alterius quam ipſius Ioannis. Tertul. lib. 5. in Marcionem. *Abſtulit*, inquit, *hereticus* (ſcilicet Martion) *& Prophetarũ, oblitus Dominum poſuiſſe in eccleſia ſicut Apoſtolos, ita & Prophetas. Timuit ſcilicet ne & ſuper veterũ Prophetarum fundamentum adificatio noſtra conſtaret in Chriſto, cum ipſe Apoſtolus vbique nos de Prophetis extruere nõ ceſſet. Vnde enim accepit ſummũ lapidem angularẽ dicere Chriſtũ, niſi de Pſalmi ſignificatione: Lapis quẽ reprobauerunt adificantes, iſte factus eſt in ſummo anguli?* Nec obſtat, Chriſtum dici fundamentum, extra quod nemo alius poteſt ponere. hoc eſt diuerſum, & contrariũ: ſecùs verò in eo, & ſub eo, vt ſunt Apoſtoli, & Prophetæ, & præſertim Chriſti Vicarius, & in ſede Apoſtolica Petri ſucceſſor, cui Dominus dixit: *Super hanc petram* (id eſt ſuper te firmum, meaque gratia ſtabilitum, & ſolidum) *adificabo eccleſiam meam.* Sunt ergò Apoſtoli fundamenta, ſed ſub Chriſto fundamento, in quo proximè ipſi Apoſtoli nituntur, eiuſq; virtute, & vice ſubſtant Eccleſiæ fabricæ. Vnde Apocal. 21. ponuntur duodecim fundamenta ciuitatis cœleſtis Ieruſalem, & ſtatim enumerãtur duodecim Apoſtoli.

Apoc.21.
Altera ſolut.
Apoc.21.

¶ His tamen verbis alius ſenſus ſubeſſe poteſt, vt Chriſtus Dominus, ſiue fides eius, quæ ſuo tempore fuit in Prophetis, & deinde in Apoſtolis, ſit ipſum fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum: & idcircò ſingulari numero dixit fundamentum, non fundamenta: quemadmodũ Apoc. 21. dixit in plurali, & Dauid, *Fundamenta eius in montibus ſanctis*: & eſt fides vna tantùm hypoſtaſis rerum ſperandarum. Et in alijs quidem ædificijs non omnes lapides tangunt fundamentum re ipſa, ſed virtute tantùm; re ipſa tamen alios lapides attingunt, Tamen Chriſtus ita eſt fundamentũ, vt omnes lapides fide, & amore illum attingant, etſi intermedio miniſterio Apoſtolorum, & prædicantium, & Sacramenta adminiſtrantium.

Pſal 86.
Heb.11.
Quare Paul' prios Apoſtolos quã prophetas nominauerit.
Epheſ 4.
1.Cor.12.
Matth. 20.
I. ratio B. Ambroſij ad probãdũ de Prophetis noui Teſtamẽti, nõ veteris, hic eſſe ſermonem.
Rom.12.
1.Cor.14.
II. ratio.
III. ratio.

Pręponuntur verò Apoſtoli Prophetis, quia nobiliorem locum, & primariũ ſortiti ſunt. Dicitur enim inferius c. 4. & 1. Cor. 12. *Ipſe dedit quoſdã quidẽ Apoſtolos, quoſdã aũt Prophetas*: nam etſi tempore poſteriores ſint Apoſtoli: tamen iuxta parabolã Euangelicã, facti ſunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Ambroſius verò in hunc locum cõmendit, non eſſe ſermonem de Prophetis antiquis, qui diſponebant, & præparabant, lapides adimplendum hoc fundamentum, in quo primùm Apoſtoli ſunt fundati, ſed de Noui Teſtamenti prophetis, qui Scripturas interpretantur propheticas, quod nõ minus eſt, quã fundere prophetias: de quibus fit mentio Act. 13. & ad Rom. 12. vbi dicitur: *Siue prophetiam ſecundũ rationem fidei*: & 1. Cor. 12. & 14. *Spiritus*, inquit, *Prophetarũ Prophetis ſubiecti ſunt*: & quorum dicta ibi iubet examinari à duobus, vel tribus, reliquis tacentibus: & ideò iſti meritò nõ pręcedũt, ſed ſequuntur Apoſtolos. Deinde, quia Apoſtoli à Gentibus prius cogniti fuerunt, & per eos habita eſt fides prophetis, quos non agnoſcebant. Tertiò, quia Prophetæ multos ex Iudæis, paucos ex Gentibus conuerterunt: è contrario Apoſtoli reliquias Iudæorum tantùm, Gentium verò innumerabiles multitudines ad Chriſtum pertraxerunt. Et magnum quid eſt, homines ſine Deo, Prophetarum & Iudæorum Deum colentium ſocios fieri, & Apoſtolorum, id eſt, eorum qui tetigerunt manibus ipſis veritatem, de quibus vnus dixit: *Et manus noſtra contrectauerunt de verbo vita.*

1.Ioan 1.
VIII ſoluitur dub.
De lapide angulari quid ſit.
Vnde plenior ac certior (vt quidam nouus autor.

Ad poſtremum dubium, quis ſit iſte ſummus lãpis angularis, dicendum Græcè ὄντος ἀκρογωνιαίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, hoc eſt, exiſtẽti angulari lapide Ieſu Chriſto: quia per abſolutã clauſulam reddendi fuerũt iſti Genitiui Græci, quanquam participium ὄντος non ſoleat Latinè verti, ſed communiter ſuppletur. Senſus ergo eſt: Ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto exiſtente. Et ſignificatur, fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarum eſſe ipſum ſummum angularem lapidem Ieſum Chriſtum, qui ſolet eſſe in ſummitate aſta ædificij. Legi quendam noſtri ſeculi doctum ſcriptorem, qui hũc lo-

cum

Digitized by Google

[...]ſcribit]ſhuius [...]oci Apoſtoli [...]s de lapide [...]ngulari intel[...]igentia acci[...]i poſſet.

cùm enarrans, apertè fatetur, quòd ſi poſſet haberi perſpectum, quis fuiſſet olim vſus angularis lapidis, plenius Apoſtolica Pauli verba intelligeremus. Huius viri verba me vehementer incenderunt, vt diligentius inueſtigarem, an aliquid lucis ex Scripturis, vel ex Patribus, aut ex ipſa ædificandi arte præſenti Pauli loco explicando, & illuminando afferre poſſem: verba etiam Auguſtini, qui in tractat. 86. Pſalmi de hac re nonnihil ſubtiliter ediſſerit: ait enim: *Si ergo Sacramenta cogites, Chriſtus Sanctus ſanctorum: Si gregem ſubditum, paſtor paſtorũ: ſi fabricam cogites: Chriſtus fundamentum fundamentorum. In ædificijs iſtis non poteſt eſſe lapis in imo, & in ſummo: Si fuerit in imo, in ſummo non erit: & ſi in ſummo fuerit, in imo non erit, Anguſtias enim omnia pene corpora patiuntur, nec vbique eſſe poſſunt, nec ſemper. Diuinitas autem, quæ vbique præſto eſt, vndique ad eam poteſt duci ſimilitudo, & totum poteſt eſſe in ſimilitudinibus, quia nihil eorum eſt in proprietatibus. Nunquid Chriſtus eſt ianua, quemadmodum videmus ianuas factas à fabro? Non vtique, & tamen dixit: Ego ſum ianua. Aut nunquid ſic eſt paſtor, quomodo videmus paſtores illos præpoſitos pecorum? Et tamen dixit: Ego ſum paſtor. Et vno loco ambas res dixit. In Euãgelio dixit: quia paſtor per ianuam intrat: & ibi dixit, Ego ſum paſtor bonus. Et ibi dixit: Ego ſum ianua. Paſtor intrat per ianuam. Et quis eſt paſtor qui intrat per ianuam? Ego ſum paſtor bonus. Quæ eſt ergo ianua quà intras tu paſtor bone, Ego ſum ianua, Quomodo ergo tu omnia? Quomodo ergo per te omnia? Verbi gratia cum Paulus intrat per ianuam, nonne Chriſtus intrat per ianuam? Quare? Non quia Paulus Chriſtus, ſed quia in Paulo Chriſtus, & per Chriſtum Paulus. Ipſe dicit: An experimentum eius vultis accipere, qui in me loquitur Chriſtus? Cum ſancti eius, & fideles eius intrant per ianuam, nonne Chriſtus intrat per ianuam? Quomodo probamus? Quia ipſos ſanctos eius perſequebatur Saulus, nondum Paulus, quã do ei clamauit ei de cœlo, Saule Saule, quid me perſequeris? Ergo fundamentum & lapis angularis ipſe eſt ab imo ſurgens. ſi tamen ab imo. Etenim origo fundamenti huius ſummitatem tenet. Et quemadmodum fundamentum corporeæ fabricæ in imo eſt ſic fundamentum ſpiritualis fabricæ in ſummo eſt. Si ad terram ædificaremur in imo nobis ponendum erat fundamentũ, Quia cæleſtis fabrica eſt, & ad cælos præceſſit fundamentum noſtrum.* Hæc magnus Auguſt.

Aug. 10. 2.

Dan. 9.

Quid proprium corporũ quid verò diuinitatis.

Ioan. 10.

Ibidem. 11.

2 Cor. 13.

Act. 9.

Ibidem. 4.

[...]lter corporalis ædificij [...]lter ſpiritua[...]s eſt locus [...]ndamenti [...]ecundum [...]uguſtinum.

Dicam igitur quod inueni, & alijs iudicandum relinquam. Vox igitur ipſa in primis ἀκρογωνιαῖος à ſolis LXX. Interpretibus excogitata eſt, & habetur Eſa. 28. & hoc loco, & apud Petrum in prioris ſuæ Catholicæ. 2. c. & alludunt tres Euãgeliſtæ, cùm tractant locum Prophetæ de lapide angulari facto in caput anguli. Significat autem ad literam, ſummangularis, & ſupplendum eſt nomen lapidis, qui Græcè λίθος dicitur. Cũ autem Apoſtolus in docendo ſoleat ſe accommodare illis, ad quos ſcribit, & Epheſij ſuperbiſſimum, & toto orbe celeberrimum haberent templum, prudenter ad eos ſcribens, vtitur metaphora ſumpta ex arte ędificandi. Et vt paulò ante alluſit ad ſtructuram maceriæ, ſiue ad medium parietem; ita hoc loco alludit ad lapidem angularẽ. Duabus enim de cauſis fit vna domus, aut tollẽdo medium parietem maceriæ, aut duabus domibus idem tectum ſupponendo, & lapidem angularem applicãdo, vt domus diſtinctæ fiant vna, Et ſanè, ſi locũ Iobis conſulamus c. 38. aliquid lucis huic ſententiæ inuehemus. Ait enim: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis demiſit lapidem angularem eius?* Vel vt 70. legunt. *Lapidem angulare ſuper eam.* Ex quo elicimus, aliud fuiſſe fundamentum, aliud lapidem angularem, etſi vtriſq; eſſet ſuſtentare, & conſtabilire fabricam: ſed à parte inferiori fundamentum à parte autem ſuperiori lapis angularis. Vnde eccleſia vtrumq; connectens tradit:

Iſa. 28.
1. Petr. 2.
Matth. 21.
Marc. 12.
Luc. 20.

Paulus cur vſus hac artis fabricandi metaphora apud Epheſios.

Dom⁹ vna ex duab⁹ dupliciter coaleſcit.

Iob 38.
Lapidẽ angularẽ, & fundamentũ res eſſe diuerſas, probatur ex Iobe

> *Angularis fundamentum,*
> *Lapis Chriſtus miſſus eſt,*
> *Qui compage parietem, &c.*

In feſto Dedicat. Eccleſiæ.

Vſus erat olim in fabricis lapidis angularis, qui capiti, & alicui duorũ parietum ſurſum tendentiũ ſuperponi ſolebat, qui cõnectebat vtrumq; parietẽ. Quod vt exempli gratia explicetur. Si domus colũnis niteretur ex vtraque columna prodit paries in ſemicirculi figuram, & terminari ſolet in angulũ acutum, & interdũ in obtuſum. Et illis colligãdis additur ſaxũ magnum affabre perpolitũ, quod hodie Italica lingua Latomi vocãt La Chiaue, qui vtramq; columnã connectebat, & ſolidabat, tam inferiorem ſtructurã columnæ, quàm ſuperiorem, ſi fortè erigeretur ſuper columnas. Id etiam apertum reddi poteſt hodie in conſtructione portarum templorũ, & domorũ Principũ. Et vt lapis angularis iacens in terra, lignis erectis & funib. exaltatur, & in locũ propriũ, quo coniungunt duos muros deſcendit: ad eum modũ Chriſtus ab ædificantibus Iudęis reprobatus, qui in cruce, ad quã fuerat exaltatus, contigit Dei ſapientia, & conſilio, vt factus ſit in caput anguli, hoc eſt in robur, & fortitudinem vt Deo hęreãt, & in perpetuũ viuant tam Iudæi, quam Gentiles, tanquam duo parietes. Et vt lapidis fundamẽti virtute omnia ſuſtinentur: nã in ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra: ita quoq; occiſus ab origine mundi Chriſtus, virtute lapis ſummus & angularis, quia prę eſt ædificio vt eius ornamentum, & ſaluans ab omni corruptione, quæ præcedit ab in-

Qualis olim vſus lapidis angularis.

I. ratio cur Chriſtus lapis dicitur angularis.
Pſalm. 117.

II. ratio.

Coloſſ. 1.

Apoc. 13.

III. ratio.

trinſeco,& tectum vniens,ac protegens v-mnes ab extrinſeco. Et in fine ædificij ponitur,& præſens venit in fine vtriuſq; parietis,id eſt,idololatriæ,& Iudaiſmi. Eſt etiam vtriuſque naturæ,diuinæ, & humanæ vinculum,& animæ,& corporis in ſuſcitãdo quolibet homine. Et vtitur aptiſſima hac metaphora,vt videatur doctrina Apoſtolica,ſiue in tollenda medij parietis maceria,ſiue in conſtruendo lapide angulari, quo vniuerſæ ædes vna fiunt, tota verſari, & dicere poſſit Apoſtolus:Vt ſapiens arctitectus fundamentum poſui. Multa de hoc lapide angulari præfatus ſum in Prolegomenis Pauli, quæ perinde ac ſi eſſent hoc loco dicta haberi volumus, & ad illa mittimus lectorem.

1.Cor.3.

Lib.1.§ 2.

Quid ſignificet:In quo omnis ædificatio cõſtructa creſcit in templũ ſanctum in Domino.

Subdit Apoſtolus:In quo omnis ædificatio conſtructa,creſcit in templum ſanctũ in Domino. In quo Apoſtolorum fundamento,ſiue lapide ſummo angulari omnis ædificatio,ſiue integrum, & totum ædificium Iudæorum,& Gentilium ante Chriſtum,& poſt Chriſtum cõſtructum, vel de pręſenti cõſtruitur,& coaptatur,ſiue coagmentatur per calcem fidei,& charitatis:nec tantùm conſiſtit,ſed etiã creſcit,nõ in profanum aliquod ædificium, ſed in templum Deo dicatũ,firmum,ac ſanctũ. Nam Deus in Eccleſia,velut in templo ſuo colitur, & tanquã verus Deus adoratur. Et explicans, in quo creſcit,addit:In Domino. Non, inquit,in mundi delicijs,diuitijs, aut gloria, quoniã in his ſemper decreſcit,ſed, in Domino per fidei,ſpei,& charitatis augmẽtũ. In quo & vos coædificamini in habitaculũ Dei in Spiritu ſancto. Vos,inquit, Epheſij & à Deo,& à nobis,vt eius miniſtris,coędificamini in habitaculũ Dei. Quod antè dixerat templũ,nunc vocat habitaculũ,iuxta illud:Inhabitabo in illis,& ambulabo ante eos,& ero illorum Deus,& ipſi erunt mihi populus. Inhabitatio autem ad vtilitatem ſpectat habitatæ domus. Et ſi in nobis tantus Deus habitat,quantam putas inde dignitatem,& vtilitatem in nos diriuari?

Leuit. 26.
2.Cor.6.
Quam, vtilis Dei manſio in nobis:& honorifica.

Spirituali eccleſię ędificio tria cõfert ſpirit⁹ ſanctus.

Subdit:In ſpiritu ſancto. Græcè non eſt, ſancto,nec in Ambroſio, nec in Hieronymo. Et opus ſpiritus eſt colligare inuicem membra,vt facit ſpiritus humanus, & libenter ferre per patientiam alios,ſecũdùm illud: *Alter alterius onera portate.* Facit quoque Spiritus, vt lapides ſe inuicem defendant,& ſibi inuicem ſint ornamento tanquam lapides pretioſi. In eodem etiam Spiritu quo magis creſcimus, eò magis in carne deficimus.

Gal.6.

DISPVTATIO VII.

In illa verba: Cap. 3. *Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gentibus: Si tamẽ audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei,quæ data eſt mihi in vobis. Quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factũ eſt Sacramentum,ſicut ſupra in breui: prout poteſtis legẽtes intelligere prudentiam meam in miniſterio Chriſti quod alijs,&c.*

I. dubitatio.

PRIMÒ ſcrutabimur quò tendat in hoc capite Apoſtolus,& cur ſe vinctũ Chriſti appellet,& quę ſit huius primę clauſulæ parum ſibi cohærentis grammatica:vſq; adeò vt Hieronymus imperitiã ſermonis Apoſtolo tribuere videatur. Tertiò videtur Paulus ſibi vendicare prudentiam,& intellectum,ac nõnihil de illis ſe iactare: quod parum cõſonat tantæ humilitati quã Paulus profitebatur,ac deinde nomini ſuo, quod modicum,& exiguum ſignificat, aduerſari videtur. Quartò in dubiũ reuocatur, quomodò aſſerat,myſterium vocationis Gentium,filijs hominum ignotum tot ſeculis extitiſſe:cùm tamen illud Angeli benè nouerint,& Prophetæ nõ ignorauerint, cùm de eo vaticinati ſint. Dictũ enim fuit Abrahæ:*Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ:* & Deus ad eundem:*Patrẽ multarũ gentium conſtitui te:*& Iob de Meſſia:*Ipſe* inquit, *erit expectatio gentium:* Aggæus etiam: *Veniet deſideratus cunctis gentibus:* Dauid quoq;: *Adorabunt eũ oẽs tribus terræ,oẽs gentes ſeruient ei.* Quintò dubitatur,qua ratione Apoſtolus ſe vocet omnium ſanctorum minimũ,cùm propter humilitatem mendacium dicere non liceat,& alibi aſſerat ſe nihil minus feciſſe à magnis Apoſtolis, vel ab ijs,qui ſupra modũ erant Apoſtoli,ac ſcribat, *Abundantius illis omnibus laboraui.* Sextò, quomodo innotuit principatibus, & poteſtatibus multiformis ſapientia Dei per Eccleſiam, cum Dionyſ. Areopag. teſtetur c.4. de cęleſti hierar. Prophetas diuinæ gratię myſteria cognouiſſe per Angelos. Poſtremò dubiũ eſt quod ait, habere nos fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem. Videntur enim hæc verba idem ſonare,& battologiam eſſe verborum.

Secunda.
Tertia.
Quarta.
Gen. 22.
Supra 17.
Infrà 49.
Aggæi.2.
Pſal. 71.
Quinta.
2.Cor.11.
Infrà 12.
1. Cor 15.
Sexta.
Dionyſ. Areo.
Septima.

Ad I. dubiũ. Quò ſpectet Apoſtolus in hoc capit.

Vt primum expediamus, dicimus Apoſtolum poſtquã Epheſios multitudine beneficiorum Dei,& ab obſcuritate, & vilitate prioris ſtatus, in quo fuerant, confirmaſſet,& inde in gradum conciuium ſanctorum,& domeſticorũ Dei euexiſſet, idẽ

hoc

Præuenientis in nos diuini amoris effectus.
Ioan. 14.
Ierem. 31.

hoc tertio capite præſtare contendit, proponendo myſterium vocationis & iuſtificationis Gentiũ non eſſe nouũ, aut heri natum, ſed ab ęterno à Deo præuiſum, & prędinatũ, qui tamen in ſui diſpoſitione nõ fallitur, nec deſinit exequi quod facere deſtinauit. Plurimũ enim reuera corroborat fidem noſtrã, quòd prior dilexerit nos, & in perpetua charitate attraxerit nos, miſerans noſtri. Proponit etiam quæ ipſe pro Epheſijs in vinculis patiebatur, vt vndiq; & ratione Dei prędeſtinantis, & intuitu miniſtri, tanta pro eis ſuſtinentis, & tanta charitate eorum ſalutem & perfectionem ſitientis, in accepta fide perſeuerarent.

Fideles à quibus ædificandi in tẽplum ſeu habitaculum ſanctũ in Domino.

Ait ergò: *Huius rei gratia.* Nempe vt vos coędificamini in habitaculũ Dei in Spiritu. Et quia vos qui longè fuiſtis, a nobis Apoſtolis ædificandi eſtis, & in ciuitatẽ militantis Eccleſiæ introducẽdi, vt ciuilitatẽ accipiatis, & in domũ triumphantis adducendi tanquã domeſtici ad conuiuiũ glorię: quẽadmodũ per Philippum Apoſtolũ Gentes deductæ ſunt ad Chriſtũ Ioan. 12. & per alios ſeruos vocantes eos, qui inuitati erant ad nuptias. *Ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gentibus*: Ego, inquam, qui olim eram Saulus, Chriſti, & Eccleſiæ perſecutor: ſicut olim Dauidem, & domum eius perſecutus eſt Saul Rex. Nam ita Saul, ſpirans minas & cædes in diſcipulos Domini, vinciebat quotquot Chriſti nomen profitebantur: nunc verò Paulus, id eſt modicus, & quietus, & præ alijs Apoſtolis laborans, & patiens pro Chriſto, & pro eius domo amplificanda: & vinctus Chriſti qui olim alios vinciebat, nunc etiam Euangelici verbi reti auditores allegans, & ſpirans dulcia, & blãda Dei verba, quæ ſalutem & vitã afferunt: nunc etiam laborans, & ędificans tanquam ſapiens architectus, & pro ſalute Gentium zelans. Hæc omnia, reſpicientes ad vocis Pauli variam etymologiam, expendimus. Et glorioſum ſibi ducit illum titulum vincti Chriſti pro nobis Gentibus: etſi enim alligari, ſit res deſpicabilis, & erubeſcenda, quia ſonat priuationem libertatis, & alligare ciuem Romanum, facinus erat indignũ, teſte Cicerone: tamen quod addit, *Vinctus Chriſti*, rem efficit illuſtrem, & perhonorificam. Quid enim glorioſius quam allegari pro Chriſto, & pro veſtra gloria, & ſalute? Certè Ignatius martyr in ſanctis vinculis ſuis perinde atq; Paulus gloriatur. Et vt is dicitur martyr Chriſti, qui pro Chriſto teſtimonium reddit: ita vinctus Chriſti, tanquam alligaſſent eũ nõ homines, ſed Chriſtus & eius amor. Eſtq; ſummum Dei donũ vinciri pro Chriſto, quia ex hoc Chriſtiana libertas, & dominium comparatur.

Ioan. 12.
Matth. 22.
Sauli olim perſequẽtis in Paulũ vinctum Chriſti Ieſu diuina mutatio.
Act. 9.
1. Cor. 15.
Pauli etymologiæ.
Supra 3.
Vinctũ eſſe Chriſti Ieſu, rem eſſe perhonorificã.
Cic. act. 4. in Verr.
Martyr Chriſti quis, & vinctus Chriſti.

Talibus etiam catenis, quib. Paulus vinctus fuit, ſoluuntur peccatorũ noſtrorũ, ac dæmonũ; affectuũ quoq; carnis, ac mundi vincula, imò etiã ipſius perhorreſcẽdę mortis, & animus ipſe liberrimè in cœlis ſpatiatur, & cum Angelis extra mundũ hunc fluctuantem conuerſatur, & non ſecus in illis gloriatur vinculis, quam miles in plagis pro gloria domini ſui acceptis. Vnde & in vinculis Romã venit alligatus, quemadmodũ etiam B. Ignatius ad beſtias damnatus Romam duodecim leopardis comitatus venit. Vincula etiã fuerunt in cauſa, vt in omni prætorio fides & doctrina Chriſti prædicarentur, vt habes ad Philip. 1. Vt etiam nonnulli confidentius Chriſtum prædicarent: quia qui verè amant, tempore perſecutionis ſe produnt. In vinculis quoq; genuit Oneſimum in Chriſto, quem ad Philemonem remiſit.

Chriſti, quibus ille Paulũ & nos vincit, quã ſalutaria ſint vincula.
Act. vlt.
Eadem quid Paulo contulerint.
Philip. 1.

Addit: *Pro vobis gentibus*, hoc eſt pro doctrina, quę vobis Gẽtib. impẽditur. Eſtque Romæ Paulus omniũ gẽtiũ procurator. Erat enim Iudæis odioſus Pauli titulus, quo ſe prædicabat Gentiũ Apoſtolũ: ob q̃ cauſam Romã vinctus perductus eſt, vt ẽ in illo diſcerent Gentes omnẽ patientiã in Euangelio, & moueãtur ſubditi ad ſuſtinendũ pro Chriſto. Et hoc verbo captat apud Epheſios beneuolẽtiã, vt nõ tantum oraret pro eis, aut ad eos ſcriberet, & doceret, ſed etiam pro illis pateretur, quod eſt ſummũ amoris argumentum.

Paulus cur vinctus Chriſti pro Gentib', & cur talẽ ſe nominet.
Act. 28.

Iam agendũ de grammatica huius clauſulæ: videtur enim Eclipticus ſermo, & verbũ principale deeſſe. Hinc ſcripſit Hieron. *Iſte igitur qui ſolœciſmos in verbis facit: qui non poteſt hyperbaton reddere, ſententiã que concludere, audacter ſibi vendicat ſapientiã.* Hæc ille, poſtquam illam Pauli ſententiã attuliſſet: *Etſi imperitus ſermone, non tamẽ ſcietia.* Et ſubdit Hiero. ſic eſſe cõtexendam orationem: *Huius rei gratia ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, & vinctus pro vobis qui eſtis ex Gẽtibus, cognoui myſteriũ, vt vobis quoq; illud traderẽ: ſicut in hac eadem epiſtola ante paululum ſum locutus.*

Ad II dubit. Quo modo conſtet hæc clauſula. Ego Paulus vinct' Chriſti Ieſu pro vobis Gẽtibus, & reliqua.
Hier. 10. 9.
2. Cor. 11.
Solutio, ſed incommoda.

Sed in hanc Hieronymi ſententiam facit aduerbium. *Quoniam*, quod impedire videtur illam verborum contexionem. Addit tamen Hieronymus verbum, quod mihi mirificè placuit: Si verò quis, inquit, poteſt etiã iuxta ſermonis, & eloquij contextũ docere, Apoſtolũ fuiſſe perfectum, & in artis grammaticæ vitia nõ incurriſſe, ille potiùs auſcultãdus eſt. Subdit idem: Nos quotieſcunq; ſolœciſmos, aut talem quid annotamus, non Apoſtolum pulſamus, vt maleuoli criminantur, ſed magis Apoſtoli aſſer-

Hieronymi modeſtia.

Paul⁹ quomodo ad Chriſti fidẽ totũ cõuerterit orbẽ. *1. Cor. 2.*

tores ſumus: quod Hebreus ex Hebręis abſque rhetorici nitore ſermonis, & verborũ cõpoſitione, & eloquij venuſtate, nũqnam ad fidem Chriſti totũ mundũ tranſducere valuiſſet, niſi euangelizaſſet eum non in ſapientia verbi, ſed in virtute Dei. Eraſmus tamen in annotationib. ſuis propoſita ſententia Hieronymi, ſubinngit: *Poteſt & hoc modo tolli ſermonis imperfecti incõmodum, ſi ſubaudias verbum ſubſtantiuum, Sum, in hũc ſenſum: Ego Paulus Dei gratia ſum vinctus Ieſu Chriſti, quam ſententiam alij plures ſequuntur, aſſerentes verbũ ſubſtantiuũ more Græco, & Hebræo frequenter ſuppleri ſolitum.* Sed profectò illa verbi ſubſtantiui ſubauditio ſolida non eſt: nam vinctus apud Paulum, non eſt participium, ſed ſubſtantiuum nomen, & habet articulum ὁ δέσμιος, qui ferè ſemper nõ additur prædicato. Ita Ioan. 1. cum dicitur: *Et Deus erat verbum*, ex articulo addito voci verbum, conſtat, Verbum eſſe ſubiectum, & Deus prædicatum. Similiter Ioan. 4. habetur: *Spiritus eſt Deus*: vbi etiam Spiritus eſt prędicatum quod attribuitur, Deus verò ſubijcitur πνεῦμα, inqnit, ὁ ΘΕΟΣ.

Altera ſolut. Eraſmi, minimè probabilis.

Ioan. 1.

Infrà 4.

Tertia ſolut.

Alij verò ad hunc modum ſupplent hãc clauſulam: Ego vinctus pro Chriſto legatione fungor: idque ex Ambroſij colligunt commentarijs. Et quia in fine capitis Apoſtolus ait: huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem, &c. colligunt, verbum principale ibi redditum eſſe, vt tota reliqua pars ab eo loco (*Si tamen audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei,* vſq; ad id, *Huius rei gratia, &c.*) ſit per parentheſim dicta. Verùm nõ mirabitur aliquis de tam grãdi parentheſi, vel hyperbato, ſi attenderit ad maxima illa myſteria, quibus Pauli mens referta erat, quorum copia obrutus non potuit communem ſermonis curſum tenere, vt ſuperius annotatum reliquimus.

2. Cor. 5.

Quarta ſolu. Oecumenij.

OEcumenius in hunc locum aliã porrigit euaſionem, dicendo, fieri ἀνανταπόδοσιν, hoc eſt, repetitionem in illis verbis: *Mihi enim ſanctorum minimo.* Nec mirum, ait, mutaſſe Apoſtolũ rectũ in obliquum, cùm id in eiuſmodi circuitionibus ſibi permittant etiam excellentiſſimi Oratores, vt Thucydides, & Demoſthenes multis in locis. Vt ſit ſenſus: Huius rei gratia mihi Paulo, qui vinctus ſum pro vobis, mihi, inquam, notũ factum eſt Sacramentũ: & illa quę ſequuntur, (Si tamen audiſtis diſpenſationẽ gratię Dei, quæ data eſt mihi in vobis) per parentheſim ſunt legenda, & aduerbiũ *quoniam*, redũdat, vt alia ſæpè ſuperfluere ſolet. Et ita: Ego Paulus ponitur pro, Mihi Paulo, qui Hebraiſmus eſt. Nam ſimile quid Gen. 24. habetur: *Dixit Eliezer: Deus perduxit me recto itinere.* Hebræa habent ad literam: *Ego in via deduxit me Deus*, hoc eſt, Cùm iter facerẽ, deductus ſum à Deo in domum fratris Domini mei. Rurſus Zachar. 7. Hebræa habẽt ad literam: *Nunquid ieiunium ieiunaſtis ego?* pro eo quod dicendum erat, mihi, ſicut habet vulgata editio, & Chaldæus interpres: *Nunquid ieiuniũ ieiunaſtis corã me* Et hæc de grammatica huius loci.

Thucydides etiã, & Demoſthenes henallages figurã frequenter vſurpant.

Gen. 24.

Zach. 7.

Epheſij vnde audierint diſpenſationẽ gratiæ Dei: & in quo illa conſiſtat.

Ad tertiũ in illis verbis: *Si tamen audiſtis diſpẽſationẽ gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis.* Pro quib. alij vertũt, ſiquidẽ, quia res erat nota, & omnibus cõperta. *Audiſtis.* Ex cõmuni fama, ſiquidẽ vidiſtis œconomiã, vel diſpenſationẽ gratię Dei, quę cõſiſtit in Euangelico miniſterio vobis impẽdendo, & hic incipit prædicta parentheſis: *Quoniã ſecundũ reuelationẽ notũ mihi factũ eſt Sacramẽtum ſiue myſterium*, quòd Gẽtes pertinent ad beneficiũ Chriſti, & ſpiritualem benedictionem Abrahę olim prædictã: quod quia erat olim penitus incognitũ, & inexpectatũ; ideò de eo iure vehementer ſunt admirati Iudæi, & obiurgarunt Petrũ: *Quare introiſti ad viros præputiũ habentes, & mãducaſtis cum illis* Et dixerunt: *Ergo & Gẽtibus pœnitentiã dedit Deus ad vitã.* Vocat œconomiã, ſiue diſpenſationẽ: ſiqnidem cum ratione adminiſtrabat his doctrinã & fidem alis Sacramenta ad ſanctificationẽ, alijs de miniſtris Eccleſiæ proſpiciebat alijs temporalia, & alijs ſpiritualia, & remiſſionem peccatorum præſtabat: alijs vt pueris lac; alijs vt infirmis olus; alijs verò perfectis ſolidũ cibum; alijs beneficia ſanitatum; alijs ſigna edebat pro ratione temporis, loci, & perſonarum.

Secũdũ reuelationẽ, vt ipſe ait, notum Paulo quod factũ fuerit ſacramentũ. *Gen. 22.*

Act. 11.

Ibidem.

Cur vocet diſpenſationẽ Apoſtolus. *1 Cor. 3. Rom 14. 1. Cor. 3.*

Et ſubdit: *Sicut ſupraſcripſi in breui*, id eſt, paucis verbis, aut ſuccinctis, vocãdo Gẽtiles, cõcines ſanctorum, & Dei domeſticos. *Prout poteſtis legentes intelligere.* Non ſcripſi, prout ipſa rei digoitas, & maieſtas poſcebat, ſed me attemperans veſtro captui, vt vos poſſetis intelligere. *Prudentiã meã in miniſterio Chriſti.* Græca vox ſignificat intelligentiam, hoc eſt, meã circa hoc myſteriũ, quod ad ordinem prouidentiæ in vocatione, & electione ſuorum ſpectat, cognitionẽ. Non enim Deus mundum deſeruit, quia Deus eſt omnium; & Chriſtus mediator, & frater omnium, & ſanguis eius fuſus extra portã fuit pro omnium ſalute, & Spiritus effunditur ſuper omnem carnem.

Deũ Epheſiorum, vt omnium, ſaluratonem habuiſſe.

Hebr. 13.

Vocat autem ſe ſapientem, & doctũ, nõ iactanter, ſed vt alias facere ſolet: tum vt apud eos autoritatem ſibi conciliet; tum vt non audiant pſeudapoſtolos, & Epheſij gaudeant de tanto magiſtro, & Apoſtolo: & vitium non eſt hæc dicere; quia in eorũ bonum, & ſalutem dicta ſunt, & quia nihil

Ioel. 2. Act. 2.

plus

2. *Pet.* 3. 1. *Cor.* 2. Cur Gentes Paulum, & Petrũ Iudæi Apoſtol⁹ naƈti fuerint. *Suprà* 1.

plus ſibi tribuit, quàm ſibi Petrus dediſſet, cũ dixit: *Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis.* Ipſe enim dixerat: *Nos autem nõ ſpiritum huius mundi accipimus; ſed Spiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.* Et congruè Apoſtolus Gentium ſapientiſſimus datus eſt Gentibus, quæ ſapientiam quærebant; Iudæis autem princeps Apoſtolorum ſignis, & prodigijs conſpicuus, quia ſigna quęrebant iuxta illud: *Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt.* Quare B. Petrus ſignis illos inter oẽs iuuit, quemadmodum Paulus Gentes ſapientia, & miniſterio prædicandi.

Ibidem.

Ad IV. dubitationem. Quam verũ ſit dictũ Apoſtoli, myſterium vocationis Gentium alijs generationibus agnitum non fuiſſe.

Quartum dubium propoſitum fuit de myſterio abditiſſimo, quod in alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum. *Sicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis, & Prophetis in Spiritu.* Quæſitum eſt ergò, qua ratione aſſerat non fuiſſe cognitum in alijs generationibus, cùm Angelis ignotum nõ fuerit, nec hominibus ſanctis, qui à Prophetis acceperunt. Sed Apoſtolus in primis non negat Angelis cognitum: quia non dixit textus Græcus de alijs generationibus, ſed ſeculis ſiue ætatibus præcedentibus, vt Ambroſius vertit. Et non ait, Patriarchis, aut Prophetis fuiſſe ignotum; ſed filijs hominum, id eſt, hominibus Spiritu Dei deſtitutis, & vulgaribus, quibus tãquam porcis non erant proiectæ iſtæ margaritæ, nec reuelata tanta myſteria. Aut ergò cũ Montano ſentiendum eſt, Prophetas in extaſi neſcijſſe quid eis à Deo reuelaretur: quod ridiculum eſt: quia ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt; & intelligentia opus eſt in viſione prophetica: aut dicẽdum eſt, acutè Paulum dixiſſe, incognitum eſſe filijs hominum, quia illa vox in malã partem accipitur, pro Adæ filijs, & peccatoribus. At Prophetæ qui nouerunt, filij Dei erant, iuxta illud, *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Ita in malam partem accipitur: *Filij hominũ vſquequo graui corde,* Et, *Vani filij hominum: mendaces filij hominum in ſtateris.* Item, *Non ſapis ea quæ Dei ſunt; ſed ea quæ hominũ.* Hæc eſt ſolutio Hieronymi, & Chryſoſtomi. Quæ ſi videtur extorta, ait Chryſoſtomus, reddit aliam ſequentem, nimirũ Prophetas ſciuiſſe vocandas eſſe nationes, & Gentes ad Chriſtum verùm quod cum Iudæis ex æquo futuræ eſſent diuinę gratię hæredes, & comparticipes, non ita vſquequaq; apertũ erat. Nam magnum quid eſt extraneos, & peregrinos fieri cohæredes; maius autẽ eſt, & ſeparatos fieri concorporales maius omnibus, ſpẽ Gẽtes promiſſionis ſpem non habẽtes, fieri comparticipes

Ambr. tom. 5. Per filios hominum quid ſoleat denotare Scriptura.

Matth. 7. Montani de Prophetis blaſphemia. 1 *Cor.* 14. *Dan.* 10.

Pſalm. 81. *Ioan.* 19. *Pſalm.* 4. *Pſalm.* 61. *Matth.* 16. II. Solutio. *Hier. tom.* 9. *Chryſ. ſer.* 6. *circa mediũ.* Prophetę myſterium Vocationis Gentium vt ignorauerint.

promiſſionum Dei per fidem in Chriſto.

Eccleſ. 11.

Ex quo colligimus, nullos eſſe deſpiciẽdos, ſiue ſint Turcæ, ſiue Iudæi, ſiue Indi: quia facilè eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.

III. Solutio.

Additur & tertia ſolutio. Quia non in vniuerſum aſſerit ignotum fuiſſe hoc myſterium, ſed eo modo, quo nunc reuelatum eſt, id eſt, clarè, apertè, explicitè, & ſine velo, & in particulari, & quòd omnes Gentes eſſent vocandæ; & ad tantam dignitatem, & gloriam etiã ſine circumciſione, & Sabbato, vel lege, ſimul cũ alijs Iudæis euehendæ. Aliud enim eſt per Spiritũ ventura præcognoſcere, aliud opere completa cernere, etiam cum peculiaribus circumſtãtijs: quæ rem illuſtrant. Hinc enim Ioannes dicitur pluſquam propheta, quia digito oſtendit Meſſiam. Et in hunc ſenſum dicitur: *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, &c.* Et B. Petrus Apoſtolorum Coryphęus etiam poſt acceptum Spiritum ſanctum, myſterium vocationis Gentium ignorauit; donec per lintei viſionem intellexit, & audiuit, Surge Petre, occide, & manduca. Ex quo Iudæi admirati ſunt, & de prædicatione Petri, & de Spiritu ſancto Gentibus donato in domo Cornelij. *Sicuti nunc,* inquit, *reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis, & Prophetis.* Id eſt, Chriſti legatis ad huius myſterij annũtiationem in die reſurrectionis miſſis: Euntes, inquit, in mũdum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. ¶ Et Prophetas poſt Apoſtolos numerat: qui non ſunt qui futura prædicebant, ſed illi maximè qui Scripturas interpretãtur, in quibus centies hoc myſterium continetur. Nam certè enucleare ſacras literas, ac illas docere, minus non eſt, quàm ipſum futura prædicere: & ad vtrunq; præſtandum certè opus eſt Spiritu ſancto.

Ioannes Baptiſta quare pluſquam propheta.

Matth. 11.

Luc. 10. *Actor.* 10. Quandiu Apoſtolorum princeps Petrus vocationem Gentiũ non agnouerit. *Infrà* 11. *Marc. vlt.*

Ac tria dicit de Gentibus, quòd ſint hęredes & concorporales, & comparticipes promiſſionis. Quæ verò intercẽdunt, per parentheſim ſunt legenda, vt eleganter ait Hieronymus, cuius hæc ſunt verba: *Scio appoſitionem coniunctionis eius, per quam dicitur, hæredes, & concorporales, & comparticipes, indecoram facere in Latino ſermone ſententiam. Sed quia ita habetur in Græco, & ſinguli ſermones, ſyllabæ, apices, puncta in diuinis Scripturis plena ſunt ſenſibus propterea magis volumus in compoſitione, ſtructuraq; verborum, quàm intelligentia periclitari.* Hæc ille.

Quibus nam Prophetis myſteriũ vocationis Gentiũ nunc dicitur reuelatũ.

Tria ergò dicit: *Cohæredes,* reſpectu futurorũ bonorũ: concorporales, reſpectu præſentium: cõparticipes, reſpectu vtrorumq; Cohæredes ergò ſunt qui capiũt opulẽtam hæreditatem cum Chriſto, quæ hæreditas

Quid Gentes factus eſſe cohæredes, & concorporales, & cõparticipes pro-

miſſionis in Chriſto Ieſu.
Pſalm. 15.
Epheſ. 11.

Deus eſt: *Dominus*, inq*t*, *pars hæreditatis meæ*, quam arrham iam tenemus vt filij: Cõcorporales vnius corporis Chriſti myſtici corporis membra ſunt, & quidem varia, quibus corpus perficitur, & cuius Chriſtus eſt caput. Sumus etiam comparticipes: oñ etſi Gentes ad Iudaiſmum vocatæ partem in terra illa Iſraël habere noo poſſent; in Euangelio tamen partem habent in gratia, & ſanguine Chriſti, partem etiam, & portionem in terra viuentium.

Paulus cur ſe aſſerat factũ eſſe miniſtrũ Euangelij ſecũdum donũ gratiæ Dei.

Subdit: *Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdùm donum gratiæ Dei.* Non autor Euangelij, vt falsò putabant Corintbij, ſed miniſter: & de hoc ſecundùm donũ gratiæ Dei, quæ data erat illi ſecundùm operatiooem virtutis eius. Ita vt primò inſinuet ſe accepiſſe donum ad miniſterium Euangelij, deinde addit, quòd efficaciter motus, & impulſus fuerit ad illud adminiſtrandum: docens nos oon tantùm agere Diuioa gratia, ſed etiam quod illa accepta modum ſatis erat ad bene adminiſtrandum munus ſuum, niſi per Spiritum ſemel acceptum efficaciter moueatur ad operationem.

Quinta ſoluitur dubitatio.
Quã vere Apoſtolus Paulus talis ac tãtus ſe vocet omnium ſanctorum minimum.
Matth. 20.

Quintò, dubitatum fuit circa illud verbum: *Mihi omnium ſanctorũ minimo data eſt gratia hæc*: qua ratione tã ſubmiſsè de ſe ſentiat, & loquatur Apoſtolus, cũ humilitatis non ſit mendaciter de ſe ſentire, aut dicere. Sed hoc Dominus in Euangelio docuit. *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus*, quod diuinus Paulus opere compleuit, cum ad Corinthios ſcripſerit de ſe, & alijs Apoſtolis: *Puto quòd Deus nõ Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tãquam morti deſtinatos.* Vt enim Chriſtus dicebat, *Ego in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat, Et, Qui minor eſt in regno cœlorũ, maior eſt illo*, nẽpè Ioanne Baptiſta: ita Apoſtolus ſe omnibus, qui Chriſtum conſectamur, minorem profitebatur. Qua etiam ratione ſe deprimẽs Prçcurſor, ſe vocem clamantis, & qui calceamẽta Domini portaret, indignum confeſſus eſt. Ita Paulus vltimo loco vocatus: *Ego ſum*, inquit *minimus Apoſtolorum; qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiã Dei*, & paulò antè ſe vocat abortiuum, ſed quià ſe ſanctorum, & non tantum Apoſtolorum, ſed omnium minimũ appellat, ideò aliter dicendum, quòd Paulus hoc de ſe in corde ſuo ſentiebat, quod eſſet omniũ minimus, de Dei gratia in ſe noo dubitãs, ſed de ſuis meritis reſpectu gratiæ adeptæ. Et talis ſe quiſque putare debet iuxta Chriſti verbũ: *Cum feceritis*, inquit, *omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus.* Phariſæus verò meliorẽ omnibus ſe putat, cum diceret, *Non ſum ſicut cæteri hominum.* Atque hoc dictum eſt, ne quiſquã putet ex donis acceptis eum in ſuperbiam efferri cum per illa magis humiliari conueniat: vt arbor, quæ quò pluribus, & maioribus fructibus abundat, eò magis rami tendunt deorſum.

1. Cor. 4.
Matth. 20.
Suprà 11.
Matth. 3.
1. Cor. 15.
Altera ſolutio congruẽtior.
Luc. 17.
Infra 18.
Humiles quibus ſimiles.

Paulus etiam cur peccatorum primum ſe nominet.
1. Tim. 1.

Et ad hunc ſenſum cenſeo accipiẽdum illud aliud Apoſtoli verbum: *Peccatorum primus ego ſum*: quia de ſe iudicat, vt eſt in corde ſuo, non vt eſt re ipſa: nam hoc non ſpectat ad ſuum, ſed ad Domini tribunal, ſecundùm illud: *Sed neque me ipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, qui autem iudicat me, Dominus eſt.* Quia ergò peccata noſtra nobis ſunt propinquiora, ac proinde notiora, quam aliena, quæ ſeruari non debemus; hinc eſt, vt quiſque ſe omnibus deteriorem, & maiorem peccatorem iudicare debeat, & hac ratione in menſa Domini ſedere in vltimo conuiuij loco, etſi re ipſa corpore non ſedeat. Et illo loco citato. Paulus ſe vocat primum peccatorem, accipiẽdo primum pro excellenti, ſiue magno, vt alibi accipitur. Nam Daniel. 10. legimus Michaëlem vnũ de principibus primis, & Apoſtolus alibi: *Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi*, & Domious, *Fiunt nouiſſimi primi.*

1. Cor. 4.
Idem quoq; nobis cur de nobis meritò ſentiendum.
Luc. 14.
Dan. 10.
1. Theſſ. 4.
Matth. 20.
Mira Apoſtoli modeſtia.

Expende autem ſingularem Apoſtoli ſubmiſſionem: quia inter peccatores primum & inter ſanctos poſtremum ſe enumerat, & conſidera Græcè legi *ἐλαχιστοτέρῳ*, qui eſt cõparatiuus ex ſuperlatiuo formatus; quem fingere voluit, vt ſe magis deprimeret; ac diceret, vt ſic loquar, Mihi omnium poſtremiori, vel minori.

Qua ratione Apoſtolus euangelizare potuerit inueſtigabiles Chriſti diuitias.

Addit: *Data eſt gracia Dei.* Id eſt, prouincia euangelizandi inter Gentes imperueſtigabiles diuitias Chriſti: non quòd id, quod myſterium ſecretum eſt, omninò aperiret, ſed vt ea quæ ſunt natura imperueſtigabilia, hæc Deo per Apoſtolum prædicantem fierent alijs cognita. Aliud enim eſt propria curioſitate & facultate ad ſecretum apprehendendum peruenire, quod vbi noueris, deſinet eſſe imperueſtigabile; aliud propria intelligentia non poſſe apprehendere, ſed per Dei gratiam peruenire ad eius notitiam: quod cũ noueris, & alijs patefeceris, adhuc tamen imperueſtigabile perſeuerat, dum fuit quantum in te erat, antequam detegeretur occultum.

Quænã illæ inueſtigabiles Chriſti diuitiæ.
Actor 4.

Et diuitias Chriſti intelligit futura bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit; vel præterita, quia non eſt aliud nomen ſub cęlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri; vel etiam pręſentia, quæ in Deo vel in Chriſto ſiue eius verbis, & Sacramẽtis deguſtantur. *Et illuminare omnes, quæ ſit*

diſpen-

Aliter Deus, aliter Apoſtoli illuminant. *Infrà 13.* *Eſai. 49.*

diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis in Deo. Illuminat Deus vt ipſa lux, & autor lucis: illuminant Apoſtoli vt miniſtri, & tanquam radij ipſius lucis, de quibus Apoſtolus illud intellexit: Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Illuminat autem corda, quæ nõ clauſerunt feneſtram boni deſiderij. Luce quoque Chriſti, & Apoſtolorum, legis tenebræ diſcuſſæ ſunt, & illuminatæ; ſicut & dęmonum tenebræ, qui vt magis ſeducãt, in Angelos lucis ſe transfigurant.

Quorũ corda illuminẽt tantummodo. *2. Cor. 11.*

Quid diſpẽſatio ſacramenti abſcõditi à ſeculis in Deo.

Quæ ſit, inquit, *diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis in Deo.* Id eſt, quò tendat, & quid ſibi velit hæc generalis diſpenſatio, vel generalis communio myſterij Chriſti; nam Græci quidam codices habent *οἰκονομία*, alij verò *κοινωνία*, hoc eſt communicatio myſterij, quod olim Deus ſibi ſoli retinebat; poſteà verò Prophetis; & per eos Iudæis, & poſtremò Gentibus per Apoſtolos communicauit, nunc verò ſapienter ſuo tempore exhibitum, & diſpenſatum. *Qui omnia creauit.* Ideò nouit quid magis expediat. Probat igitur, quòd Deus totum mũdum voluerit participare de bonitate ſua: quia per Chriſtum omnia creauit, & propter illum.

Ad ſextã dubitationem. Quid principatus, & poteſtates, quibus per Eccleſiam innotuit multiformis Dei ſapientia.

Sequitur illud, quod ſexto loco dubitatum fuit: *Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus, per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundùm præfinitionem ſeculorũ quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Dubium enim fuit, qui ſint principatus & poteſtates, quia variè exponitur: & quomodò potuerũt Angeli diſcere per Eccleſiam, quod nonniſi per Angelos Eccleſiæ eſt reuelatum? Ambroſius igitur & alij, per principes, & poteſtates intelligunt dæmones, qui ex illis ordinibus poteſtatum, & principatuum ceciderunt: qui dicuntur eſſe in cœleſtibus, quia in aere hoc caliginoſo verſantur: nam volucres cęli in eo ſenſu vocãtur, & de Deo dicitur: *Qui operit cœlum nubibus*, hoc eſt aërem.

Matth 13. *Pſalm. 146.*

Sed certè bis ſuperius dixit, in cœleſtibus, vbi nõ accipitur pro aëre, atq; ita Hieronymus, & Græci Patres eã expoſitionem non probant, nec dæmones digni fuerunt, quibus hoc myſteriũ detegeretur, niſi fortè in maius eorum malum, & tormentum. Melius ergò de ſanctis Angelis, & poteſtatibus intelligitur ſecundùm Gregorium Nyſſenum citatum ab OEcumenio, in homilia. 8. Interpretationis Cãticorum. Nam mundo, & Angelis, & hominibus Apoſtoli erant ſpectaculum facti.

Alter ſenſus probabilior, Oecumenij cap. 4. *1 Cor. 4.*

Si per Angelos Eccleſiæ multiformis ſapiẽtia Dei, eadem quomodo per Eccleſiam illis innotuit.

Quòd ſi dicas, Prophetas Angelorum diſcipulos hæc nouiſsè, ac prædixiſſe, & conſcripſiſſe ad vtilitatem Eccleſiæ; quomodò ergò per Eccleſiam illis innotuerunt? Reſpondeo, ſermonem eſſe Apoſtoli de cognitione intuitiua, & experimentali: multum enim intereſt reuelatione cognoſcere futura, & ea proprijs oculis ſpectare dum fiunt, ſicut qui comœdias legerunt, cum tamen audiunt in ſcenam deduci vt agantur, ſpectandi gratia libenter omnes accedunt, vt eas oculis perſpiciant. Et multa particularia antè reuelata mirificè afficiunt, ac delectant, & maioribus nos concutiunt affectibus.

Hinc Dominus, *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Ad eum modum dicuntur Angeli multa didiciſſe à Ieſu, vt teſtatur Dionyſ. c. 7. cęleſtis hierarchiæ: *Iſtud nempè Theologi*, inquit, *apertius iudicant, inferiores, ſcilicet, cœleſtium ſpirituum ordines, à ſuperioribus diuinorum operum ſcientiam honeſtiſſimè diſcere; qui verò celſiores omnibus ſunt, à Deitate ipſa (vt fas eſt, ſeorſum ſacratius erudiri. Quoſdam enim ex ipſis inducunt, à prioribus Sacramenta perdiſcere, Dominumque cœleſtium virtutum eſſe ac regem gloriæ (qui humana forma aſſumptus eſſet in cœlum) alijs docentibus noſſe. Quoſdam item ad Ieſu ipſius hæſitantes aſpectum, diuinique illius operis, & pro nobis aſſumptæ carnis ſcientiam diſcere cupientes, quos ipſe Ieſus per ſe doceat, eximiamq; benignitatem ſuam primò ipſis inſinuet. Ego enim, inquit, loquor iuſtitiam, & iudicium ſalutaris.* Hæc beatus Dionyſius, alludens ad 63. caput Eſaiæ, vbi præ rei nouitate Angeli admirabundi dicebant: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, &c. Quare ergò rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?*

Luc 10. *Eſai. 63.*

Angeli quæ, à quibus myſteria percipiant, & diſcant iuxta Dionyſium.

Pſalm. 23.

Et in ſuperioribus verbis alludit ad Pſalmum 23. vbi Angeli dicunt: *Attollite portas principes veſtras*, & principes reſpondent: *Quis iſte Rex gloriæ?* Ita ſanè diuus Thomas prima part. quæſt. 57. articul. 5. ait, nouiſſimè in generali myſterium Incarnationis tanquam commune principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur: quia in miniſterium mittuntur propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Illud autem myſterium quantum ad ſpeciales conditiones non omninò nouiſſe, ſed à Ieſu, & Eccleſia accepiſſe, & Apoſtolos diſtinctius, & clarius nonnulla percepiſſe, quàm Prophetas ipſos, qui illa prædixerant. *Per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei.* Id eſt, Per opera Eccleſię, pręſertim Gentium, cui Deus tanta dona conceſſit, tot in ea gradus, & ordines collocauit.

B. Tho. to. 10.

Angeli incarnationis myſterij quatenus nouerint.

Hebr. 1.

Multiformis ſapiẽtia quid Dei.

Et dicitur ſapiẽtia multiformis, vel multiſaria, vt Tertullianus vertit li. 5. aduerſus

Tertull. de epiſt. ad

Marcio-

Laodicenos circa med.

Marcionem, ſeu multiuaria. Ita enim Græcè vocatur πολυποίκιλος, id maximè varia, ſiue παμποίκιλος, id eſt, omnibus modis varia. Nam ſi vna ſit Dei voluntas, legimus tamen in plurali, Exquiſita omnes voluntates eius. Ita etſi vna tantum ſit miſericordia legimus tamen Pſalmo 24. *Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt.* Eadem ratione vna eſt tantùm Dei ſapientia, in effectibus tamen multiuaria, vt veſtis polymita Ioſeph. De qua pulchrè Gregor. Theologus ſupra citatus ita ſcripſit: *Nunc per diſpenſationem erga Eccleſiam, & humanum genus iam non ſolum ſimplex, ſed & vehementer varia cognita eſt Dei ſapientia, quæ cõtraria per contraria efficeret per mortem, vitam: per ignobilitatem, gloriam: per crucem, trophæum: per omnia abiecta, ea quæ Deum decerent. Per diſpenſationem ergo circa nos quæ facta eſt in incarnatione, cognita eſt vehementer varia Dei ſapientia, & potentia cæleſtibus poteſtatibus.* Hæc ille apud OEcumenium.

Pſalm. 111. *Pſalm. 24.* *Geneſ. 37.* *Greg. Niſſe.*

Quã præfinitionẽ ſeculorum Deus fecerit in Chriſto Ieſu.

Et hoc: *Secundùm præfinitionem ſeculorum quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Græca vox πρόθεσιν habet, id eſt, propoſitum, ſiue præpoſitionem veterũ populorum deſtinatam in mente ſua, & quæ nunc impleta eſt, & conſummata in Chriſto. Et ſubdit: *quam fecit*: Hieronymus refert ad ſapientiã variam, & multiformem, quæ fuit in Chriſto: alij referunt ad Eccleſiam, quàm ſimiliter fecit in Chriſto ex eius oſſe, & carne, quaſi alteram Euam, dum dormiret in cruce, vt illius vitam, & mores imitaretur. Sed hæ relationes longiùs petitæ videntur. Quare propinquiùs referri poſſet ad vocem πρόθεσιν, ſiue præfinitionem, vt dixit noſter interpres. Et hoc videtur congruentius: quia immediatè præceſſit. Et quod ait, fecit, vel conſtituit, non longè eſt à vernaculo ſermone, quo dicere ſolemus, aliquẽ certam aliquam deliberationẽ feciſſe. Vel: fecit, poſſet intelligi, id eſt, præſtitit. Denique alius ſenſus illuſtris erui poſſet. Nam ſicut Chriſtus in mundo ætate varius fuit ſecundùm veritatem exiſtentiæ ſuæ: ab initio enim incarnationis fuit in vtero, inde egreſſus, & natus eſt, poſtea octauo die circumciſus, fugit in Ægyptum, duodecim annorum ſe cœpit prodere in templo: deinde puer latuit domi, ſubditus parentibus, & ſilens vſque ad triceſimum annum, & matura ætate baptizatus in Iordane, miſit manum ad fortia, prædicauit, edidit ſigna, paſſus eſt, tandem ſuſcitatus aſcendit in cœlum & ſedet ad dexteram Patris: ita ſecula ipſa mundi fuerunt diſpoſita: quia ſine Chriſto, qui occiſus dicitur ab origine mundi, nunquam fuerunt. Quodam enim ſeculo in vtero continebatur, vt ætate Patriarcharum ab Adam ad Abraham: quædam ſecula prodiderunt quaſi natum per fidem eius explicitam: circumciſus fuit in huius ſacramenti præceptum datum Abrahæ, & ſemini eius, quaſi domui eius, ſiue familiæ: Puer fuit Hebræus, & quaſi in Ægypto, quando Hebræi oppreſſi ſunt à Pharaone, ſicut puer Chriſtus perſecutionem paſſus ab Herode: Poſt ſeptennium cœpit ſe oſtendere, quando Deus populum Iſraëlem eduxit de Ægypto, & introduxit in Terram promiſſam, & dedit illi legem in monte Sinai, & proficiebat ſapientia, & fide Hebræorum: Cœpit diſputare, & ſapientiam ſuam declarare, cùm per duo decim Prophetas magnum lumen ſapientiæ prodidit.

Prior ſenſus D. Hieronymi, & alter aliorum. *Geneſ. 2.*

Non probatur.

III. Probabilior. *Matth. 1.* *Eſai 7.* *Luc. 2.* *Ibidem.* *Matth. 2.* *Luc. 2.* *Ibidem 50.* *Infrà 3.* *Infrà 4.* *Marc 16.* *Actor. 1.* *Apocal. 13.*

Geneſ. 17. *Exod. 1.* *Matth. 2.* *Exod. 16.*

Erat ſubditus parentibus, & ſiluit, vſq; ad triceſimum annum, quando à transmigratione defecerunt. Prophetæ, ac ſiluerunt. Tempus autem virilis ætatis maturũ, deſignat Nouum Teſtamentum: & quæ fecit Chriſtus à triceſimo anno ad mortẽ, typus ſunt vitæ Chriſtianæ. Nam in doctrina, vita, & morte, reſurrectione, & aſcenſione in cælum, diſcimus quid credendum, quid imitandum, quid, & quantum nobis patienter ferendum eſt, quid item in alia vita ſperandum, nimirum glorificatio animorum, & corporum, & cæleſtis gloriæ locus, & ſempiterna quies.

Solutio VII. quæſtionis. De ſenſu horũ verborum In quo habemus fiduciã, & acceſſum in confidentia per fidem eius.

Ad poſtremum quod dubitatum eſt: *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia, per fidem eius:* breuiter dicimus, non eſſe verborum repetitionem, & battologiam. Eſt enim ſenſus, in quo, vel per quẽ Chriſtum dedit nobis diſpenſandum, ſiue communicandum myſterium à ſeculis, habemus fiduciam, ſiue vt verbum Græcum habet, παῤῥησίαν, hoc eſt libertatem, & audaciam liberè loquendi. Vnde & Ambroſius vertit libertatem; & alij audaciam, propter rei certitudinem, & plenam perſuaſionem, de qua Apoſtoli dixerunt: *Non poſſumus quæ vidimus, & audiuimus, non loqui*; & Propheta, *Credidi propter quod locutus ſum*. Nihil enim timidius animo ſibi male conſcio, & nutanti, & dubitanti: vt Philoſophus dixerit, intelligentis eſſe poſſe docere. Et explicans quò tendat illa fiducia, ſiue libertas, addit: *Et acceſſum*, ſcilicet, ad vos Gentes, vt poſſim vos Chriſto incorporare, & euangelio illuminare; quia vobis cõſtitutus ſum prædicator & Apoſtolus, Doctor Gẽtium in fide, & veritate. Atque hoc in confidentia, ſeu certa ſpe, quod acceſſus meus ad vos non fruſtrabitur: quia hæc confidentia per fidem eſt, qua ego Chriſto dicenti

B. Ambroſ. *Actor. 4.* *Pſalm. 115.* *Ariſt lib. 1. Metaph. tex. 1.* *1. Timot. 2.*

credidit

[...]or. 22. [...]m. 8.

credidi: *Vade quoniam ego in Nationes longe mittam te.* Atque hic ſenſus mihi valde literæ conſonus videtur, etſi non ignorem alios aliter interpretari: nempe nos in Chriſto habere fiduciam, ſiue libertatem à iugo legis, & à dæmonis ſeruitute, & à peccato, de qua dictum eſt: *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.* Habemus etiã per Chriſtum acceſſum ad Deum per cõfidentiam, quam parit fides, quod non fruſtra preces ad eum fundimus, ſed certi, & confidentes quod à Patre clementiſſimo exaudiemur.

[...]ius incom[...]odum.

Sed hic ſenſus, etſi verus, non ita mihi literæ conſonus videtur ſicut prior: nam & ſequentia: Ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quas pro officio Gentibus prædicandi ſuſtineo: & præcedentia de diſpenſatione, ſiue communicatione myſterij abſconditi à ſeculo, magis cum libertate prædicandi, & acceſtu ad eos fructuoſo per munus Apoſtolicum, quam cum libertate à iugo legis, & acceſſu ad Deum cohærere videtur.

[...]idẽ & Fidu[...]ã ſed coufi[...]lentiã inter [...]e differre, [...]ontra Lu[...]beranos.

Habes autem ex hoc loco, fidem non eſſe fiduciam, vel cõfidentiam, quæ Græcè & *παῤῥησία*, & *πεποίθησις* dicũtur, vt Hæretici noui volunt, ſed rem ab ea longe diſtinctã. Sed hæreticis mos eſt tum in alijs, tum præcipuè in iuſtificationis articulo omnes voces, & res cõfundere, nimirum legem cum lege, ſtatum cum ſtatu, iuſtificationem cũ iuſtificatione, mandata cum mandatis, & peccata cum peccatis, & perfectionẽ præceptorum, cum perfectione conſiliorum; denique fidem quæ eſt argumentum non apparentium; cũ fide diuinæ bonitatis peruertere, & commiſcere. Et de his ſatis.

DISPVTATIO VIII.

In illa verba: *Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis ſecundũ diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per Spiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, &c.* vſque in finem capitis.

Quæſtio I.

IN his paucis verbis quæ ſuperſunt huius capitis, primùm explorato, & declarato ſcopo, dubitatur quæ ſunt iſtæ tribulationes, quas dicit ſe pro Epheſijs ſuſtinuiſſe, & adhuc ſuſtinere: Et quomodo aſſerat illas tribulationes eſſe gloriam Epheſiotũ, & quomodo ſeruata ratione Grammaticæ potuit dicere: *Quæ eſt gloria veſtra,* cum dicendum eſſet, quæ ſunt gloria veſtra, & an legendum ſit Gloria, an Gloriatio, vt quidam volunt. Secundò, quæ ſint genua quæ Apoſtolus ſe flectere dicit ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, an corporis, an Spiritus, an vtraque, ſpiritualia, & corporalia. Tertiò, in illud; *Ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur*, dubiũ eſt propter nouos interpretes an legẽdum ſit paternitas, an patria, ſiue familia, ſiue cognatio, & quis ſenſus ex vtraque litera colligi poteſt. Quartò, quid ſit corroborari per Spiritum in interiori homine, & habitare Chriſtum per fidem in cordibus, & quomodo dicat, in charitate radicati, & fundati; & de qua charitate ſit ſermo, an Dei erga nos, an noſtra erga Deum; cum fides ſit ſperãdarum rerum fundamentum, & radix iuſtificationis, nõ charitas: Grammatica etiam eorum verborum in Nominandi caſu, *In charitate radicati, & fundati,* à Photio viro docto, ſolœciſmus vocatur. Quintò, quid ſit comprehendere cum omnibus ſanctis latitudinem, & longitudinem, ſublimitatem, & profundum, &c. Sextò, quid eſt quod ait, Scire ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, de qua charitate hoc eſt accipiendum: nam etiam hoc varios ſenſus à Patribus accepit. Septimò, quomodo ait: *Vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei,* cum impleri hic nullus poſſit, ſed ſemper ſit nobis eſuriendum, & ad vlteriora tendendum. Poſtremò, in verbis illis: Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus, nonnihil & difficultatis, & in litera, & in ſenſu, vt ſuo loco videbimus.

Secunda. Tertia. Quarta. Hebr. 11. Quinta. Sexta. Septima. Octaua.

Ad I. quæſtionem. Quò tendat Apoſtolus propoſitis in verbis.

Ad primum reſpondemus, Apoſtolum in præcedentibus propoſuiſſe munus ſuum euangelizandi Gentibus, ad quod vocatus fuerat: quod cũ magnis difficultatibus eſſet plenum, & noſſet Deum etiam pro his quæ nobis pollicitus eſt, noſtris precib. velle pulſari, atque exorari; ideo conuertit ſe ad Epheſios, vt eorũ ſuffragijs aditus poſſet omnia impedimẽta ſuperare, & eorum qui ſe opponũt, & obſiſtunt veritati, conatus perrũpere. Deinde verò explicat quantis deſiderijs, & orationib. eorum ſalutem, & perfectionem ſitiret, & vt in dies ad maiora progrederentur. Petit ergo pro ſe preces fieri, & ſuas pro Epheſijs pollicetur:

Ab Epheſijs, pro ſe ſemper vt orarent, Paulus cur peteret.

Ait ergo: *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis.* Vbi innuit ſe nouiſſe quòd eorũ precũ ſuffragijs iuuaretur;

tur; ſed petit earum cõtinuationem, & perſeuerãtiam, quia illæ ſunt, quæ dona à Deo impetrant, & extorquent.

Pauli tribulationes quot, & quantæ. 1. Cor. 15. Actor. vlt. Suprà 14. Infrà 23. 2. Cor. 11.

Et ait in plurali, *Tribulationes*: quia partim à Satana, partim à mundo opprimebatur à Iudæis, & Gẽtibus, à beſtijs, cum quibus pugnauit Epheſi, & à vipera, à qua inuaſus eſt in Melite inſula; & palam ab ijs, qui eum lapidarunt, & occulte, & per inſidias ab his qui deuouerant ſe eum interfecturos; ab ignotis, & notis, & falſis fratribus, in ſiti, in eſurie, in doloſe corporis, in fama, ſcientia: vnde illi obiectũ fuit, Quid vult σπερμολόγος hic dicere? *In anima*, vnde dicebat, *Foris pugnæ*, intus timores; in inſtãtia quotidiana, & ſolicitudine omnium eccleſiarum; & in luctu, in quo erat propter eos, qui de peccatis non agebant pœnitentiam. Atque hæ quidem continuę fuerunt, à tempore quo demiſſus eſt per murum in ſporta, vſque ad diem, quo hanc ex vinculis conſcripſit Epiſtolam.

Actor. 17. 1. Cor. 7. Infrà 11. Infrà 12. Actor. 9.

Pauli in tribulationib. cõſtantia. & patientia: & cur eas pro Epheſijs pateretur. 2. Cor. 1.

Et, *meis*, inquit, id eſt, à me vt Dei donis amplexatis: & meis, quas poſſideo per Dei gratiam, & ab eis nõ poſſideor, vel vincor. Et ſunt hæ afflictiones, ſiue tribulationes pro vobis: quia in eis conſolationem recipiebat, & exhortabatur alios ob eorum bonum, vt dixit ad Corinthios: *Siue tribulamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute: ſiue conſolamur, pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute.* Et alibi dixit; *Omnia ſuſtineo propter electos; vt & ipſi ſalutem conſequantur*; & in eis Epheſios parturiebat. Deinde erat vinctus ob id quòd Gentibus prædicaret: qui ſenſus maximè eſt literæ congruus.

2. Tim. 2.

Obſecro igitur ne deficiatis, aut animo conſternemini ob afflictiones meas. Veriſimile eſt enim tentari diſcipulos in afflictione magiſtri, iuxta illud: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Et non deficiatis à bono incepto, tepeſcendo, aut mãna paradiſi tam carè à Chriſto redẽptum, id eſt, virtutem orationis, in qua Dei ſuauitas percipitur, deſerendo, ne Deus vos euomat ex ore ſuo.

Zachar. 13. Matth. 26. Apocal. 3.

Qualis hæc grammatica: in tribulationibus meis, quæ eſt gloria veſtra.

Subdit: *Quæ eſt gloria veſtra.* Solœciſmum teſtatur eſſe Hieronymus, & vt imperitus loquitur. Verùm ſi exactiùs linguarum idiomata, & phraſes cognitas habeamus, nulla erit Grãmaticæ imperitia: quia phraſis eſt Attica, & elegans, ſimilis illi quæ habetur, 1. Corint. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim eſt illi*, pro eo quod eſt, ſtultitia enim, vel ſtulta ſunt illi. Ita ad Philip. 1. *Et in nullo terreamini ab aduerſarijs, quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis.* Vbi Græcè legimus non ὅπερ, vel ὅτι, ſed ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας. Id eſt, quod illis quidem perditionis eſt indicium, ſiue teſtimonium, vobis autem ſalutis. Ita etiam hoc loco habemus, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. Eſt etiam trita apud Hebræos regula, relatiuũ inter duo nomina poſitum cum alterutro illorum promiſcuè congruere; & ita relatiuum, quę eſt non refert tribulationes: ſed refertur ad gloriam quæ ſequitur. Sicut etiam ad Philip. 1. Quæ illis eſt cauſa ſalutis, non refertur ad aduerſarios, de quibus erat ſermo, ſed ad nomen ἐνδείξεως, id eſt, iudicium, de quo diximus.

1. Cor. 2. Philip. 1.

Hebręorum canon de relatiuo.

Quid ſignificet ad literã: Quæ eſt gloria veſtra. 1. Cor. 15. 2. Cor. 1.

Verbum autem, gloria, Græcè eſt, δόξα, non καύχησις, id eſt, gloriatio: in quo ſenſu aliàs interpretes gloriam accipere ſolet, dixit enim: *Quotidie morior per veſtrã gloriam*, qui eſt iurantis ſermo, vt intelligunt qui Gręcè norunt. Ita etiam 2. Cor. 1. *Gloria mea hæc eſt, teſtimonium cõſcientiæ noſtræ*, pro Gloriatio. Et paulò poſt, *Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra.* Vbi Græcè habetur καύχημα, & ad Heb. 3. *Si fiduciam, & gloriam ſpei vſque ad finem, firmam retineamus*, vbi eadem vox repetitur. Nam etſi Apoſtoli ibant gaudẽtes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati: tamen gloriatio eſt non tantum Pauli, qui ſe gloriari dicit in infirmitatibus, ſed etiam diſcipulorum. Et iniurias quidem, atq; cõtumelias proprias perſentiſcimus ob dedecus, & doloris ſenſum alienas verò, & eorũ qui nobis coniuncti ſunt, tantum ob dedecus percipimus. Sed hoc erat illorũ gloriatio, quod haberent magiſtrum ſocium paſſionum Chriſti, & dignũ pro nomine Ieſu contumeliam pati, & qui non tantum verbis, ſed etiam factis, & laborũ, & aduerſorũ tolerantia doctrinam Euangelicam cõfirmaret, ac corroboraret. Atq; hoc loco finita eſt parẽtheſis ſuperior, quæ in hunc vſq; locum durauit ſecundùm Hieronymum.

Hebr. 3. Actor. 5. 2. Cor. 12.

Quomodo Epheſij in Pauli tribulationibus gloriarentur.

Ad II. dub. De ſenſu horũ verborum Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad Patrem, &c.

Ad illud verò: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti*, in quo aliquid fuit dubitatum, reſpondemus, primò explicando literã. Eſt enim ſenſus: Huius rei gratia, quia eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, cogor Deum deprecari pro augmento, & perfectione veſtra. Et quod ait: *Ad Patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti*, annotat Hieronymus tantùm Græcè haberi, ad Patrem abſolutè; vt Patris nomẽ omnibus creaturis ratione præditis coaptetur. Si autẽ legendum ſit, ad primam perſonam, quę Pater eſt Filij Dei, & omniũ noſtrũ, orationẽ dirigit, & fiduciã orandi pręſtat, cognoſcere nos Patrem habere, à quo tãtum donum perſeuerantię, & virtutum augmentũ

Hieron. Alter ſenſus. Ioan. 14.

in

in nomine Ieſu Chriſti petimus,ſecundùm illud: Quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo,dabit vobis.

…eſu precan…s,quo mo…o ſe compo…ant.

Flecto,inquit,*genua.* Qui preces fundit, ante Deum ſe debet conſtituere, ſubmiſſo corpore,& animo: vt qui ante conſpectum magni Principis conſiſtit, aliquid rogaturus. Et Chriſtus quidem orãdo legitur flexiſſe genua,& procidiſſe in faciem ſuam:& Stephani genua poſuit, dũ pro lapidãtibus deprecatus eſt: ita etiam Paulus flexis genibus orabat. Et exterior corporis geniculatio ſignum eſt ſubmiſſionis animi, & quòd homo non confidat proprijs meritis: nam ſtando robur, & propriam virtutem indicamus:ſicut etiam ſtãtes pugnamus. Dum curuamus autem genu, imbecillitatem noſtram prodimus, & profitemur, vt citiùs exoremus. Cùm verò pro alijs preces fundimus, aut pro magnis rebus, præcipuè flectenda ſunt corporum genua, vt Chriſtus. Stephanus, & Paulus fecerunt; qui modus orandi ſpectantes ædificat: ſed præcipuè flectenda ſunt genua cordis, quando non licet illa corporis flectere. Sicut enim ſunt oculi mẽtis, de quibus ſuperiùs dixit,Deus det illuminatos oculos cordis veſtri: & lũbos mentis ſuccinctos legimus apud Petrum,& aures ſpiritus,ſecundùm illud; *Qui habet aures audiendi, audiat* : ita ſunt genua cordis,ſiue ſpiritus, de quibus Eſaias: *Mihi flectetur omne genu* : & Apoſtolus, *In nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtrium, & infernorũ.* Cœleſtia enim,&inferna, hoc eſt Angeli electi, & reprobi genu corporeum non habent.

…atth. 26. …ctor. 7.

…enuflexio…e quid teſte …t orantes.

…uando in …timis, quo…um exẽplo, …k quæ maxi…nè ſunt ge…ua flectẽda.

Epheſ. 1. …Petr. 1. Matth. 13. Apoc. 2. Eſai. 45. Rom. 14. Philip. 2.

Tertium dubium in ordine erat illud: *Ex quo omnis paternitas in cœlis,& in terra nominatur.* Et dubitatum eſt de voce paternitatis.Sed priùs perpende particulã, ex quo, vel à qno,nam omnia ſunt ex Patre per Filium in Spiritu ſancto: & ex ipſo, & per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Nam Omne datum optimum,& omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendẽs à Patra luminum, hoc eſt Filij, & Spiritus ſancti, & Aegelorũ & hominum.

…II. Solutio …quęſt. …n commo…la ſit hæc le…ctio: Ex quo …mnis pater…nitas in cęlis, …& in terra no…minatur.

…Rom. 11. …acob. 1.

Et quo ait, *Paternitas*, Græcè habetur, *πατριά*, id eſt familia, parentela, cognatio, affinitas, & congregatio,quæ caput habet, & vnum ſummum parentem,ſub quo ſunt particularia capita, quæ Hebraicè miſchchaphath dicuntur teſte Hieronymo : & huius vocis vſus frequens eſt in libro Numerorum. Nam capite primo dicitur: *Iuxta ſummam omnis ſynagoga Iſrael,iuxta cognationes, & populos, & domus paternitatum.* Et ſtatim ſubdit:*Iſ ſunt electi ſynagoga,principes tribuum, iuxta paternitates ſuas duces Iſrael.* Ita enim legunt 70. Interpretes. Quòd ſi hanc literam ſequamur, vt etiam ſequitur Hieronymus, pondera, Apoſtolũ nõ dixiſſe:Ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra genita eſt, vel nata,ſed tãtùm nominatur : aliud eſt enim appellationem paternitatis mereri, aliud naturæ habere conſortium. Et reuera ſi quis quærat;an in cœlis, an in terra ſit paternitas,negandum non eſt. In terris ſiquidem ſunt parentes ſecundùm carnem, & ſecundùm ſpiritum. Nam Apoſtolus ait: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto Ieſu:ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu, per Euangelium ego vos genui.* In cœlis etiam eſt ſuo modo paternitas:non quod Angelus alterum generet,vt quidam Arabes philoſophi de intelligentijs confinxerunt;vt Auicenna,Algazel, & autor libri de Cauſis; ſed quia nõnulli Angeli alios ad aliquem vitæ actum, vt ad intelligendum, ad amandum, ad benè operandum inducunt. Paternitas enim tantùm eſt in viuentibus, & cognoſcentibus. Ideo iſti, patres aliorum dici poſſunt: & hoc non tãtùm natura, ſed etiam gratia, quia vnus Angelus alterum purgat,illuminat: atque etiam perficit : qui & eius pater dici poteſt,quemadmòdum magiſter pater eſt diſcipuli.

Hieron. hoc …oco. Num. 1.

…xpenditur …æc lectio:

Ex quo omnis paternitas,&c.nominatur.

In cœlis, & in terra eſſe paternitatem *1. Cor. 4.*

Qualis ſit paternitas in Angelis.

B. Dionyſ.

Vnde Dionyſius cap. 2. de Diuinis nominibus hoc comprobat, dicens : *Sed hactenus omnis noſtri ſpiritualis operatio progreditur, quod diuina omnis patris, ac filij notio,ex tranſcendente omnia Patris, ac Filij principatu, & nobis, & cœleſtibus eſt indulta virtutibus, ex quo & dij. & deorum filij, deorumq; patres ſpiritus diuina effigie inſignes, & fiunt, & dicuntur, eo ſcilicet patris ac filij ſpiritaliter exacto munere, id eſt incorporaliter, non materialiter, intelligibiliter ipſo quidem diuino Spiritu immateriale omne, ac diuinum ſuperne eminẽte, Patreque, & Filio ab omni & patre, & filio diuino Patris, & Filij munere excellenter exceptis.* Hæc ille, docens, paternitatis, & filiationis rationem inueniri in naturis cœleſtibus, in qnibus & deorum patres & fiunt, & nominantur. Quibus in verbis videtur alludere Dionyſius ad hęc Pauli verba. Et expende, nomen paternitatis,filiationis & proceſſionis, non eſſe ex nobis ad ſacram illam diuinitatem tranſlatum, ſed contrà, vt diuinus ait Apoſtolus : inde nobis traductum, vt tradit Damaſcenus libro primo, de fide orthodoxa capit. nono.

B.Tho. lect. 4 in hunc locum tom. 16. Aliã in Deo, aliã in creaturis eſſe paternitatem.

B. Thomas ponderat, paternitatem, qua Pater totam naturam ſuam integram abſque omni imperfectione Filio dilargitur. Nec quiſquam miretur à diuina,ac fontali paternitate teliquas omnes oriri : quia

etſi diuinæ paternitatis ratio, quatenus ſignificat cõceptũ noſtræ mentis rem ipſam exprimentis, prius inueniatur in creatura, quàm in Deo: tamen ſecundùm rem ipſam nominatam prius, & principalius inuenitur in Deo, à quo eſt omnis noſtra virtus generandi. Nam ipſe dixit: *Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam: ſi ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero.* Hieronymus ſcribens contra Heluidium teſtatur, Latinos paternitates vocare, quas Græci πατριάς, quando ſcilicet ex vna radice, vna generis turba diffunditur.

Eſa. vlt. *Hier. tom. 2. initio.*

Hæc vox variè conuerſa eſt à noſtro interprete. Nam aliquando vertit paternitates, vt hoc loco, vt ſeruaret in Græcis vocibus paronomaſiam: interdùm verò interpretatur familias, vt Num. 1. frequenter Hieronymus interpretatur Græcam vocẽ πατριάς, & Pſalm. 21. *Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium.* Et in Pſal. 106. & Luc. 2. habemus de Ioſeph, quòd eſſet de domo, & familia Dauid: ſicut in priori teſtimonio legitur, *Patria Gentium.* Interdum verò intactum nomẽ reliquit, iuxta illud; *Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honorem.*

Pſal. 21. *Pſal. 106.* *Luc. 2.*

Expenditur verſio illa quorundam: Ex quo omnis familia vel cognatio nominatur.

Si verò, vt quidam contendunt, verti potuiſſet, familia, vel cognatio, & nos ita legamus; monet Apoſtolus, quòd omnis diuina cognatio, de qua Petrus dixit, quod ſumus Diuinæ naturæ conſortes, & Chriſtus, qui Pater futuri ſeculi ab Eſaia dicitur, & diſcipulos vocat filiolos ſuos. Et quod paulò antè dixerat: Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei: ab vno eodemque parente Deo deducta eſt. Et de familia loquitur adoptata, & adoptionis gratiam explicat Paulus cœleſtibus ſpiritibus, & hominibus eſſe communem.

2. Petr. 1. *Eſai. 9.* *Ioan. 13.*

Familia quid Apoſtolo: & quid eã in cœlis & in terra nominari.

Voce familiæ intelligit omnes ſodalitates, & congregationes, etiam regulares, in quibus qui præſunt, Patres vocantur, & Abbates: particulares etiã eccleſias, in quibus Epiſcopi perſonam parentum gerunt. Et vt cap. 1. dixit, *Super omne nomen quod nominatur,* id eſt celebratur; ita hic, nominatur, id eſt digna nomine eſt, & commendatione, & laude. Ita etiã Dilectus; *Videte,* ait, *qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.*

1 Ioan. 3.

Ad IV. dub.

Quid ſit virtutem corroborari per Spiritũ eius in interiori homini.

Iam videamus quid petat, ait enim: *Det nobis ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per Spiritum eius, in interiori homine.* Virtute, legendum in Auferendi, & non in accuſandi caſu δύναμιν, non autem ἀρετὴν, quæ virtus moralis eſt: ſed virtus, ſiue robur, cui opponitur imbecillitas, & infirmitas. Et idem eſt virtute roborari, atque potenter confirmari. Diuitias gloriæ vocat copioſam gratiam ſuam, de qua alibi dixit: *Omnes peccarunt, & egent gloria Dei,* id eſt gratia, per quam Deus glorificatur, & ipſe qui eam poſſidet, dignus redditur æterna glorificatione. Vel ſecundùm diuitias gloriæ, id eſt, maieſtatis, non ſecundùm ſtrictum, & anguſtum cor creaturæ, ſed pro ſua munificentia, & magnitudine. Non etiam ſecundùm merita noſtra, aut dignitatem noſtram, ſed ſecundùm Spiritum in nobis, & pro nobis poſtulantem, & ſecũdùm dignitatem, qua membra ſumus Chriſti.

Diuitiæ gloriæ quæ dicantur. *Rom. 3.* *Infrà 8.*

Et ait, *det, & donet.* Nam etſi ex pacto reddat, quia promiſit; tamen quia initum eſt pactum ex Dei miſericordia preces noſtras acceptãtis, & quia dat ſupra quam petimus, aut intelligimus, meritò dixit, det, nõ reddat. Pręterquàm quòd ita magis humiliamur, & grati ſumus Deo. Adhæc accedit, quòd preces pro aliis minimè diſpoſitis exaudire non obligatur. Addit: *In interiori homine,* ad differentiam exterioris, qui ſub ſenſum cadit, & qui corrumpitur ſecũdùm deſideria erroris, qui caro interdum, & vetus homo appellatur, quique eſt indies exuendus, ac deponendus. Dicitur & corpus mortis, & animalis homo. Exterior dicitur, quia caro eſt, & viſum non effugit; & qui crucifigendus venit cum vitijs, & concupiſcentijs. Dicitur corpus mortis, quia non minus ad illã ſpiritus, niſi reprimatur, quàm corporis tendit. Dicitur, Animalis homo, quia præſentia ſenſibilia bona quærit, & guſtat. Vetus eſt, quia antiquus, & ab Adam hæreditario iure acceptus. Interior verò, quia non videtur Spiritus noſter cum Deo per fidem, & charitatem coniunctus, & quia renouatur de die in diem. Nouus vocatur, & cœleſtis quotidiè induendus, de quo Petrus dixit; *Sed qui abſconditus eſt cordis homo:* & Paulus, *Sed vita veſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo.* Hic habet ſuum ducem Deum, membra virtutis, veſtes, & arma lucis, & præmium in cœlis. Sicut exterior habet pro duce principem tenebrarum; pro membris varia vitia, & peccata; pro veſtibus hypocriſin, & ſimulationem, pro pręmio commoda carnis, vel præſentis vitæ habet. Et vt medicorum eſt, & hominum genio ſuo vacantium, corroborare hunc exteriorem hominem, & illi nihil quod ad voluptatem & ſuauitatem ſpectet denegare, & mortem corporis omnibus rationibus euadere tanquàm rem perhorreſcendam; ita Chriſti, & Apoſtolorum, & Epiſcoporum, qui illis ſucceſſerunt, munus eſt hunc interiorem

Quare dictũ ſit: Vt Deus det, non autem reddat, ſecundũ diuitias gloriæ.

Virtutẽ corroborari Paulus cur velit in interiori homine. *Epheſ. 4.* *Rom 6.* *Rom. 7.* *1. Cor. 2.* *Galat. 5.* Exterioris hominis appellationes variæ apud Paulum, earũq; rationes.

2. Cor. 4.

Nouꝰ homo, & vetus homo quã ſibi inuicem aduerſentur. *1. Petr. 3.* *Coloſſ 3.*

Vtriuſq; hominis corroborandi contrariæ rationes, & adminicula.

homi-

hominem fouere, & corroborare: quia adhuc ſunt certamina veteris hominis nondum mortui, & pugnantis contra eum, & necdum expulſus eſt Iebuſæus. Et hic ſuper omnia ſpiritualia amplectitur remedia quibus confirmatur, & ſuper omnia mortem ſpiritus exhorret, & quantum poteſt, fugit.

Ioſ. 15.

Quid habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris.

Addit: *Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.* Id eſt, concedat etiam nobis nõ ſolùm vt Chriſtus hoſpitetur in vobis, ſed & Chriſtum tanquam habitatorem in vobis permanere; vt ita Chriſto, & Spiritu ſancto corroborati cum victore mundi, & dæmonum nihil ſit quod timere debeatis. Vel roborari vos per Spiritum, non eſt aliud, quàm habitare Chriſtum in cordibus veſtris non tantùm per fidem mortuam in intellectu, ſed etiam in cordibus, ſiue affectibus veſtris per viuam fidem. Et precatur ea quæ iam inerant Epheſijs, ſed ampliora, & maiora. Qui enim diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et cùm fidem eius habemus in cordibus, ipſum habere videmur: quod eo proficit, vt ſecuri ſimus de auxilio eius & fauore, quia non deſerit ſe quærentes, ſed ſemper adeſt propter fidem, & fiduciam, quem de eo concepimus. Idcirco danda eſt opera, vt cordis cubiculum Chriſto præparemus, quemadmodum Sunamitis Eliſæo præparauit: in quo ſit lectus quietis, & pacis, candelabrum fidei lucentis, menſa charitatis, qua paſcitur ſella fiduciæ, vel ſpei, cui inſidet. Et viri mortis ſunt, qui non cuſtodiunt Chriſtum Domini; ne malè tractatus, iratus à nobis recedat.

Ioan. 14.

Fidei effect⁹ in nobis. Chriſti etiã à nobis cauſa receſſus.

4. Reg. 4.

1. Reg. 26.

Photius hãc orationẽ, vt videtur, vitioſam: In charitate radicati, & fundati, tripliciter excuſat. *Photius apud Oecum.*

Subdit: *In charitate radicati, & fundati: vt poſſitis comprehendere, &c.* Cùm hæc verba in nominandi caſu ponantur, cùm per Accuſatiuum dici oportuiſſet: aut ſcriptoris lapſus eſt, ait Photius; aut, ſi hoc nõ recipitur, more veteris ordinationis literæ vſus eſt Paulus participali Nominatiuo pro Accuſatiuo. Eſt autem frequens apud externos ſcriptores huiuſmodi ſchema, & præſertim apud Thucydidem, vt ipſemet tradit. Vnde vertit: *Fixis in charitate radicibus, iactoq; fundamento.* *Quòd ſi etiam,* inquit, *oporteat Nominatiuum ad Nominatiuum accipere, & non per Antiptoſin: hoc quoque modo conſecutio ſeruabitur, ſi reddamus literæ ordinem per hyberbaton: quo etiam ſchemate maxime vſus fuiſſe deprehenditur diuus Paulus: puta vt hoc modo ordinarium ſit dictũ: vt in charitate fixas habentes radices, iactumq; fundamentum, valeatis aſſequi cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo, &c.* Hactenùs Photius.

Quodnam ſchema familiariſſimum Apoſtolo.

D. Aug. to. 2.

Cuius poſteriorem ſolutionem ſequuntur aliquot Latini: vt Auguſtinus epiſt. 120. ad Honoratum de Gratia Noui Teſtamenti cap. 26. his verbis: *In interiori,* inquit, *homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris: vt in charitate radicati, & fundati, prævaleatis comprehendere cum omnibus ſanctis. Et infrà: Ibi enim radicati, ibi ſumus fundati: radicati propter agriculturam, fundati propter ædificationem. Quæ quoniam non eſt ab homine, dicit alio loco idem Apoſtolus: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.* Similiter etiam Ambroſius legit, & adiungit: *Hoc præſtare dicit habitantem Spiritum, vel Chriſtũ in nobis, vt fundati ſimus in charitate Dei deuincti beneficijs eius.* Sic ille. Et hactenùs de grammatica huius loci.

In charitate quomodo ſimus radicati & fundati ſecundum Auguſtinum. *1. Cor. 3.* *B. Amb. to. 5. circa finem.*

Quare in charitate radicati eſſe debeamus.

Quod ad ſenſum attinet, duabus metaphoris deſcribit charitatem: altera, in charitate fixis radicibus, altera verò, iactoque fundamento. Siquidem in vita actiua charitas radix eſt, quæ à nemine eradicari poteſt nolentibus nobis, & ſcriptum eſt: *Charitas nunquam excidit: &, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti.* Et vt radix immediatè trahit ſuccum à terra, vitam ſibi, & omnibus ramis arboris communicando: ita charitas proximè à Deo cui hæret, deriuat ſibi vitam, vt viuat truncus rectus bonę intentionis ſurſum tendentis, cortex patientiæ, viror ſpei, flores boni odoris, boniqúe exempli, folia etiam verborum ædificantium, & fructus bonorũ operum; quia charitas patiens eſt, benigna eſt, &c.

1. Cor. 13. *Rom. 8.*

1. Cor. 13.

Cur etiam in charitate fundati.

Addit etiam: *Fundati,* ſumpta metaphora à domo, quæ ſolet protegere habitantes in ea, & illi in ea quieſcunt per vitam contemplatiuam. Facit autem hoc fundamentum, vt Chriſtus ſimul ſuſtentet domum noſtram, etſi veniant venti, irruant flumina, & pluuiæ deſcendant. Facit etiam opera ſuperædificata ſtabilia, & quæ poſſint diuini ignis examen ſuſtinere, & argentum, & lapides pretioſos, hoc eſt ſapientiam, eloquentiam, & bona merita quę à charitate ſuſtentantur.

Matth. 7.

Argentum & lapides pretioſos ſuperædificare, quid myſticè apud Paulum. *1. Cor. 3.*

De qua charitate, creata, an increata hic loquatur Apoſtolus.

Hic eſt dubium, de qua charitate ſit ſermo: de noſtra erga Deum, an de Dei erga nos. Sed etſi dici poſſit de hac ſecunda eſſe ſermonem, quia noſtra illi Dei innititur, vt radici, & fundamento, tamen vt dixit Chriſtum habitare per fidem noſtram, ita de dilectione noſtra videtur eſſe ſermo, cùm ait: In charitate radicati, & fundati. Et quia paulò poſt ſubiungit de dilectione Chriſti erga nos: Scire etiam ſupereminentem ſcientię charitatem Chriſti. Et meritò dicitur dilectio Chriſti, radix, & fun-

Radix & fundamentum

cur dicitur Chriſti dilectio.

damentum: quia ex ea reliquæ virtutes oriuntur,& vt fundamētum ſuſtentat vitam ſpiritus,& bona merita,quæ agendo,& patiendo comparamus.

Vt dicimur eſſe in charitate fundati, cū charitatis ſit fundamētum fides. 1. Cor. 3. Hebr. 11.

Quòd ſi quis dicat, quomodo aſſerat nos in charitate fundari, cùm fides ſit fundamentum, ſuper,quod nemo aliud ponere poteſt, & fides eſt ſubſtantia, vel hypoſtaſis rerum ſperandarum? Tamen quia hic eſt ſermo de fide per charitatē operantem meritò tribuit illi rationem fundamenti: nam fides vt intellectus eſt fundamentum,ita charitas voluntatis.

Solutio V. dubitionis. Circa illa verba: Vt poſſitis cōprehēdere cū omnib⁹ ſanctis, quæ ſit latitudo & ſublimitas,& profundum.

Ad quintum dubium quid ſit comprehendere cum omnibus ſanctis,quę ſit longitudo, latitudo,&c. reſpondemus, difficilem,& obſcurum locum eſſe,explicandum tamen quid Patres in hūc locum dixerint: & cùm multa dicātur,quis ſenſus magis ſit congruus Apoſtolicæ literæ.

Deum quaſi corporeum Scripturæ nobis cur ponāt ante oculos. Coloſſ. 2. Suprà 1. Iob. 11.

Præmittimus ergo, quòd cùm omnis noſtra cognitio à ſenſibus oriatur, & Scriptura ſe nobis in loquendo attemperet, Deum ac diuina myſteria explicare volēs, ſub corporeis dimenſionibus illa depingit. Hinc Apoſtolus alio loco explicans dixit: *In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, id eſt plenè in omni menſura longitudinis,latitudinis,& altitudinis. Iob quoque capite 11. Dum deſcribens, inquit: *Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies. Excelſior cœlo eſt, & quid facies: profundior inferno, & vnde cognoſces. Longior terra menſura eius, & latior mari.* Quaſi diceret; Omnia præter ſe fecit in numero, menſura, & pondere. Quare quidam ſapiens definiuit Deum eſſe intelligibilem ſphœram, quæ caret principio, & fine, cuius centrum eſt vbique,circumferentia nuſquam. Ne verò ex ſermone Pauli cogitare poſſemus Deū verè eſſe corporeum, non tantùm tribus dimenſionibus illum metitur, vt ſolet omne corpus,ſed quatuor. Longitudo tribuitur tam corpori,quàm magnitudini,& reſpondet lineæ, quæ eſt longitudo ſine latitudine: ſuperficies verò eſt latitudo cum longitudine, citra tamen craſſitiem,& altitudinem: corpus verò trina dimenſione conſtat, longitudine, latitudine, & craſſitie, ſiue profunditate. Vbi & explicādum, quòd altitudo, ſiue ſublimitas non ſunt re ipſa diſtincta à profunditate, ſed ratione tantùm: dicimus enim altitudinem reſpectu eius qui eſt in infimo loco, & ſurſum reſpicit: ſicut profunditas accipi ſolet reſpectu eius qui eſt in alto loco, & reſpicit deorſum. Hæ autem dimenſiones frequenter tribuuntur in Scripturis varijs rebus, vt arcæ Noe, Tabernaculo, menſæ Propoſitionis, Propitiatorio, & arcæ fœderis, templo Salomonis, & alijs rebus multis. Maximè verò hac vitur metaphora apud Epheſios, tanquàm ſapiens architectus, qui docet alios per ea quæ ante oculos habent. Habebant enim templum magnificentiſſimum Dianę,in quo hę dimenſiones erant omnibus præ oculis. Et ita ſuprà vſus eſt metaphora medij parietis materia diuidentis, & lapidis angularis connectentis.

Quatuor, & non tantùm tres dimēſiones cur Deo Paulus accōmodet.

Altitudo, & profunditas quando diſtinguantur.

Geneſ. 6. Exod. 26. 3. Reg. 6. 1. Cor. 3.

Comprehendere quid ſit.

Deinde præmittendum, comprehendere, nihil aliud eſſe, quàm poſt inſecutionē & curſum apprehendere: vt facit canis venaticus cū prædā aſſequitur,& pedibus,aut dentibus apprehēdit. Sicut Gen. 31. Laban comprehendit Iacob in monte Galaad: & Dan. 13. *Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi.* Ita etiam ſcriptū eſt: *Perſequar inimicos meos, & comprehendam eos*, & Paulus, *Sic currite, vt comprehendatis*: & alibi, *Sequor autem, ſi quomodo comprehēdam*, id eſt ſeparatam gloriam attingā, & perueniam ad palmam,qua comprehenſa, ceſſat motus, & conatus hominis. Et quia præmium vitæ æternæ in cœlis eſt propoſitum nobis;nemo dum viuit, cenſetur eſſe comprehenſor, quia adhuc peregrinatur, & laborat, vt veluti fugientem gloriæ palmam aſſequatur: quia Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud;&; *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.*

Geneſ. 31. Dan. 13. Pſal. 17. 1. Cor. 9. Philip. 3.

Cur nemo in hac vita comprehenſor.

Matth. 11. 2. Tim. 2.

1. argum. pro primo hoc ſenſu.

Atque ita Patres veteres hunc locum de beatitudine celſius gloriæ interpretantur, vt Hieronymus, Bernardus, Anſelmus, & alij. Et huic ſenſui fauet vox ipſa comprehenſionis,quia tunc reuera comprehenditur, quando poſſidetur per gloriam. Fauet ſecundò quod ait: *Cum omnibus ſanctis*, qui ſcilicet iam peruenerunt,ac poſſident;cum ſancti,qui in hoc ſeculo peregrinantur,vix ad aliquam,etſi paruā notitiam, & tenuem beatitudinis guſtū peruenire poſſint: quia videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autē facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte;tūc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Tertiò ad idem facit quod ſubdit: *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei*: quod magis ſpectat ad futurum ſeculum, quàm ad præſens.

Secundum. 1. Cor. 13. Tertium.

Idem confirmatur etiam ex eo, quod cùm ſuperiùs cap. 1. & 2. rogaſſet Deum pro præſentis vitæ bonis:nun pro perſeuerantia in finem, & cōfirmatione in terminum vſq; vitæ;& quæ futura eſt in æternum, deprecatur. Poſtremò doxologia quæ ſequitur: Ei autē, qui ſuprà vota, & intellectum exaudit, ſpectat potiùs ad cœleſtis gloriæ

Quartum. Quintum.

dona

dona, quàm ad munera gratiæ: ſicut & gratiarum actio in omnis generationes ſeculi ſeculorum. Amen. Quibus completis addit exbortationem cap. 4. quò dignus nos præpararet ad illa bona, & vt digne ambulemus vocatione qua vocati ſumus.

Quid ſit Theologis Scholaſticis comprehendere.

Eſt autem apud Scholaſticos Theologos quoddã comprehendere, quod eſt rem aliquam cognoſcere, quãtum coguoſci poteſt: atq; hoc modo nemo, homo, vel Angelus, Deum comprehendit, ſed tãtùm à ſe ipſo comprehenditur: quia immenſum eſt ſubſtantiæ pelagus, quod exiguum cordis humani vaſculum capere non valet. Hinc Eccli. 43. *Exultantes eum replemini virtute, Ne laboretis: non enim comprehendetis.* Hinc Oecumenius põderans has quatuor dimenſiones, & nulli alicui rei applicatas, Cuiuſnam eſt illa latitudo, & longitudo, & profunditas, ac ſublimitas? aut myſterij, vt dictum ſit per defectum, aut etiam ſine defectu, ſed per hyperbaton: vt valeatis, inquit aſſequi quæ ſit latitudo, ac longitudo, & ſublimitas, ac profunditas cognitionis Chriſti, & cognoſcere excellentem erga nos charitatem ipſius, &c.

Eccli. 43.

Oecum. c. 6. in ep. ad Eph. circa med.

Cum quibus ſanctis Deũ poſſimus cõprehendere.

B. Amb. to. 5. ſub finem.

Aliud autem eſt intelligentia per ſidem illuſtrata hæc tanta futura bona apprehendere, & aliquo modo deguſtare, & de hac intelligit Ambroſius, cùm dicit: *Et poſſimus cum ſanctis, qui ſunt Apoſtoli, & Prophetæ, immenſum, & inæſtimabilem cognoſcere Deum omnia excedentem maieſtate virtutis ſuæ. Cum enim dicit, latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum: hoc vtique ſignificat, vt ſicut in ſphæra tanta longitudo eſt, quanta latitudo, & tanta altitudo, quantum & profundum, ita & in Deo omnia æqualia ſunt immenſitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur, Deus autem non ſolum implet omnia, ſed & excedit.* Hæc ille.

Quàm Deus ſphœræ ſimilis ſecundum Ambroſium, in quo ſuperior illa.

Ierem. 23.

Quare Deus explicari videtur hoc loco ſub ratione ſphœræ, quæ eſt corpus perfectum, & in qua illæ quatuor dimenſiones inueniuntur. Nam ab Oriente in Occidentem eſt longitudo, latitudo à polo in polum, altitudo à terra in cœlum, profundum à terra in abyſſum. Huius ſenſus ante omnes meminit Dionyſius Areopagit. cap. nono, de Diuin. nom. dicens. *Etſi telis triplices figuras corporum et qui tactum figurãque refugit, Deo applicare, latitudo diuina dicenda, ampliſſima Dei ad cuncta progreſſio: longitudo verò, virtus peruagans omnia: profundũ autem, abdita illa virtus, atque ignoratio, his (quæ ſunt) omnibus incomprehenſibilis.* Hæc ille, admonens ſe in ſymbolica Theologia latiùs hæc tractaſſe. Chryſoſtomus verò hæc verba ediſſerens: *Quid ſtatim, inquit, exorſus precatus eſt, idem precatur & nunc. Quid autem, & in principio illis optauit? Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, inquit, & Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ, ac reuelationis in cognitione ipſius, illuminatos, videlicet, oculos cordium veſtrorum, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis ipſius, & quam opulenta gloria hæreditatis ipſius in ſanctis, & quæ ſit excellens magnitudo potentiæ ipſius in nos, qui credimus. Et nunc idem dicit, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, quæ longitudo, & profunditas, & ſublimitas.*

Dion. Areop. Alter ſenſus.

Chryſ ſerm. 7 ante mediũ, tom. 4.

Longitudine ergo æternitas eius exprimitur, quia Antiquus dierum, & ipſe eſt ante omnia, per quem Deus fecit & ſecula, & dies ſeculi ipſe dinumerauit. Latitudo, eſt eius potentia, quæ nihil non poteſt in cœlo, & interra, in mari, & in omnibus abyſſis: ſub quo etiam curuantur omnes qui portant orbem, & ille, quem adorant dominationes, & tremunt poteſtates. Profunditas, & ſapientiæ ſuæ inſcrutabilis altitudo, & de qua dicitur: *Qui cognouit ſenſum Domini: aut quis conſiliarius eius fuit: &, Iudicia Domini abyſſus multa.* Et qui ſuæ prędicationis ſtultitia ſapientem reddidit mũdum. Denique altitudo, ſeu ſublimitas, quod idem eſt, Diuinæ eſſentiæ maieſtas, quæ omnibus præſidet, & ſupereminet, intelligitur.

Longitudo, latitudo, profunditas, & Altitudo Dei quę myſticè.

Dan. 7. Eccleſ. 1. Hebr. 1. Eccli. 1. Pſal. 134. Iob. 9. Rom. 11. Ibidem. Eſai. 40. Pſal. 35. 1. Cor. 1.

Beatus Hieronymus aliter hæc interpretatur, ait enim: Latitudo cœli iſtius, & terræ, id eſt totius mundi, ab Oriente vſque ad Occidentem: longitudo à Meridie ad Septentrionem: profundum, in abyſſis, & inferno: altitudo, quæ ſupra cœleſtia ſublimatur. Sed quoniam à pleriſque iuxta Eccleſiaſticen cœlum affirmatur retundum, & in ſphœræ modum volui, nulla autem retunditas latitudinem, & longitudinem habet, altitudinem quoque, & profundum, ſed ex vniuerſis partibus coæqualis eſt; neceſſitate compellimur altitudinem Angelos intelligere; ſuperaſque virtutes; profundum verò, inferos, & quæ infra eos ſunt: longitudinem autem, & latitudinem, media quæ inter ſuperos, inferoſque conſiſtunt. Et quia conſequens eſt, aut ſuperis aliquem, aut inferis eſſe vicinum: quæcumque incipiunt, & meliora proficere, & ad cœleſtia, & ad alta conſurgere, longitudo appellentur: quæ verò inferiori parti proxima ſunt, & ad vitia delabuntur, his latitudinis nomen impoſitum ſit. Lata quippe & ſpatioſa via quæ ducit ad mortem. Hic ſenſus magis myſticus videtur, quam literæ accommodatus.

III. Senſus D. Hieronymi.

Eccl. 1.

Matth. 7.

Bernardus autem libr. 5. de conſideratione ad Eugenium, hæc ad literã de beata

III. Senſus D. Bernardi.

viſione interpretatur. Vnde poſitis his verbis ſubiungit: *Comprehendere dixit, non cognoſcere: vt non curioſitate contenti ſcientia, tota cura fructui inhiemus. Non in cognitione eſt fructus, ſed in comprehenſione. Alioquin ſcienti bonum facere, & non facienti (vt ait quidam) peccatum eſt ei. Et ipſe Paulus alio loco: ſic currite, inquit, vt comprehendatis. Quid igitur eſt Deus: longitudo inquam: Quid ipſa, æternitas. Hæc tam longa, vt non habeat terminum, non magis loci, quàm temporis. Eſt & latitudo. Et ipſa quid, charitas. Quibus & iſta terminis anguſtetur in Deo, qui nihil horum quæ fecerit, oderit. Denique ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, Ergo & inimicos concludit ſonus ille. Quid item Deus: ſublimitas, & profundum. In altero ſupra omnia, in altero infra omnia. Liquet in Deitate nuſquam claudicare æqualitatem, ſtare eam vndique firmiter, conſtare immobiliter ſibi. Sublime potentiam, profundum ſapientiam eius conſidera. Infrà: Res vna, effectus multiplex, operationeſque diuerſæ. Et illa vna res eſt longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, ſublimitas propter maieſtatem, profunditas propter ſapientiam. Nouimus hæc. Num ideo & arbitramur nos comprehendiſſe. Non ea diſputatio comprehendit, ſed ſanctitas: ſi quo modo tamen comprehendi poteſt, quod incomprehenſibile eſt. At niſi poſſet, non dixiſſet Apoſtolus: vt comprehendamus cum omnibus ſanctis, ſancti igitur comprehendunt.* Hactenus Bernardus.

Iacob. 4.

1. Cor. 9.

Quid Deus Bernardo.

Suprà 11.

Matth. 5.

Quid item Deus.

V. eiuſdem intellectus.

Idem libro ſecundo de conſideratione, alteram profert ſententiam huius loci moribus inſtituendis àccommodatam: : *Dico hæc*, inquit, *planius, ne me putes eo loqui, quæ Apoſtolus comprehendere hortatur cum omnibus ſanctis, longitudinem, latitudinem, ſublimitatem, & profundum, quod alterius erit, & diſputationis, & temporis. Nunc autem longum dico, cùm ſibi homo longiorem promittit vitam. Latum, cùm in ſuperfluas animus diſtenditur curas. Altum cùm de ſe plus præſumit. Profundum, cùm ſe plus deijcit. Qui ergo longa ſibi metitur tempora, non verè ingreditur iter extermini, tranſiens vitæ terminos productiori ſolicitudine. Inde eſt quod homines in præſentia ſeſe exules per obliuionem, in alia per inanem ſolicitudinem migrant ſecula, non præfutura, imò nec futura. Similiter animus diſtentus in multa, multis laceretur curis neceſſe eſt. Nempè immoderata extenſio extenuationem, & extenuatio nimia ſciſſionem facit. Iam verò alta præſumptio: quid niſi ruinoſa præcipitatio eſt, legiſti namque: Ante ruinam exaltatur cor. Quid è regione nimiæ puſillanimitatis deiectio, niſi deſperata quædam abſorptio eſt. In hanc fortis non deijcitur. Prudens, longioris vitæ non abducetur incerto, Modeſtus moderabitur curas, temperabit à ſuperfluis, non deerit neceſſarijs. Porrò iuſtus altiora ſe non præſumet, ſed loquetur cum iuſto: ſi iuſtus fuero, non leuabo caput. Tu ergo in hac conſideratione tui cautè ambules, & tota æquitate verſeris: vt nec plus vero tibi tribuas, nec plus iuſto parcas. Porrò plus vero tribuis, non modò arrogando tibi quod non habes bonum, ſed & quod habes, adſcribendo.*

Prouer. 16.

Eccli. 4.

Iob. 10.

VI. Senſus.

Præter hos ſenſus eſt etiam & alius de lõgitudine, latitudine, ſublimitate, & profundo charitatis noſtræ erga Deum: quia de ea videtur præcedere, & ſubſequi ſermo. Rurſus Gregorius Nyſſenus, & poſt eum Hieronymus, & Auguſtinus hæc verba de Crucis myſterio enarrant. Nam Gregorius Nyſſenus oratione prima de Chriſti reſurrectione propoſitis Apoſtoli verbis, ſubdit: Non enim temerè diuinus ille oculus Apoſtoli figuram crucis animaduertit, ſed per hoc etiam clarè oſtendit, quòd omnibus ignorantiæ ſquamis ab oculis detractis in ipſam clarè intuetur rerum veritatem. Vidit quòd hęc figura, quatuor prominentijs ab ea quæ in medio eſt, commiſſura, diſpertita atque deducta, eius qui in ea apparuit, virtutem, ac prouidentiam per omnia permanantem, & in omnes partes ſe diffundentem ſignificat, & idcirco vnamquamque prominentiam proprijs vocabulis appellat, profunditatem dicens id quòd à medio deorſum pertinet: altitudinem, quòd ſuprâ eſt: latitudinem verò, ac longitudinem, quod vtrinque ex tranſuerſo diſtenditur à commiſſura. Vt id quod ab vna parte medij eſt, latitudo, quod ab altera parte eſt, longitudo appelletur.

Greg. Nyſſ.

Hieronym.

Auguſt. inferius cit andi

Crucis dimẽſiones explicantur.

Et ſubiungit: *Si cogitas mente ſupra cœlos, infra terram extende ad obliqua, & extrema conſtitutionis rerum vniuerſarum. Cogita etiam quæ virtus, & nodus hæc vniuerſa cõtineat: & videbis quòd in mente tua figuram crucis expreſſeris, de qua Dauid etiam dixit: Quò ibo à ſpiritu tuo: & quò à facie tua fugiam: Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ecce altitudo. Si deſcendere in infernum (hæc eſt profunditas) ſi aſſumpſero alas meas ad diluculum, qui eſt ortus Solis (hæc eſt latitudo: Si diuertero ad extrema maris: Ita enim Occaſum nominat: hæc eſt longitudo.*

Illud Prophetæ: Si aſcendero in cœlum, tũ illic es, & reliq. pręſenti Apoſtoli loco Niſſenus accommodat.

Pſalm. 138.

Ita ille magis in ſenſu, quam verbis. Et aſſerit, iota cum virgula tranſuerſa crucis effigiem perficere: quia myſterium Crucis cœlis ipſis, & terra ſtabilius eſt & durabilius; nam cœlum & terra, ait Dominus, tranſibunt; verba autem mea non præteribunt.

Myſterij crucis firmitas, & perpetuitas.

Matth. 24.

Addiditque, hoc ex nautis nos poſſe diſcere: nam malus in naui lignum eſt rectũ, in quo trãſuerſa per obliquum ducitur antenna, quę Gręcis dicitur κεραία, ex qua velum explicatur.

Et videtur alluſiſſe ad verba Euangelica: *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Hieronymus etiam in

Suprà 5.

Hiero. tom. 9

hunc

Pſal. 60. *Epheſ. 4.*

hunc locum ſcribit: *Hæc vniuerſa, & in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti intelligi queunt. Aſcendens quippe in altum, captiuam duxit captiuitatem, & deſcendit in inferiora terræ. Et poſt altitudinem, & profundum, iu omnem terram exijt prædicatio crucis.*

Aug tom. 3. & tom. 2.

Auguſtinus verò lib. 2. de doctr. Chriſtiana cap. 41. & epiſt. 130. ad Honoratum, cap. 26. & in Ioannem tract. 118. etiam de cruce interpretatur. In medio tamen loco hæc ſunt eius verba: *In hoc myſterio figura crucis oſtenditur: qui enim quia voluit, mortuus eſt: quomodo voluit, mortuus eſt. Non fruſtra igitur tale genus mortis elegit, niſi iu eo quoque latitudinis huius, & longitudinis, & altitudinis, & profunditatis magiſter exiſteret. Nam latitudo, eſt in eo ligno quod tranſuerſum deſuper figitur, Hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipſo ligno vſq; ad terram conſpicuum eſt: ibi enim quodammodo ſtatur, id eſt perſiſtitur, & perſeueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo eſt in ea ligni parte, quæ ab illo quod tranſuerſum figitur, ſurſum verſus relinquitur, hoc eſt ad caput crucifixi: quia bene ſperantium ſuperna expectatio eſt. Iam verò illud ex ligno quod non apparet, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem ſignificat gratuitæ gratiæ: in quo multorum ingenia conteruntur id veſtigare conantia, vt ad extremum eis dicatur: O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo.* Sic Auguſtinus.

Quare Chriſtus, ſecundũ Auguſtinũ, mortem crucis.

Rom. 9.

Vltimus ſenſus. *Greg. tom. 2.*

Alium intellectum tribuit his verbis Gregorius homil. 7. in Ezechielem, in fine. Hos omnes Patres producere volui, vt conſtet de loci obſcuritate, & quàm varias, & pulchras interpretationes Spiritus ſanctus per varios Doctores contulerit, vt & in his etiam Deus appareat immenſus & infinitus.

VI ſoluitur dubitatio. Quænam ſupereminens ſcientiæ charitas Chriſti. *B. Amb. to. 5.*

Ad ſextum reſpondemus, ſermonem eſſe de charitate Chriſti erga nos, vt apertis verbis exprimitur, nam de illa ait: *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem.* Ait enim Ambroſius: *Poſt Dei Patris infinitam, incomprehenſibilem cognitionem, & inenarrabilem clementiam, Chriſti quoque agnoſcere nos vult charitatem, quia ſupereminentis eſt ſcientiæ, & ſubintelligitur humanæ, vt ſuper ſcientiã hominum habeatur dilectio Chriſti.*

Impugnatur hæc ſolutio.

Sed certè Græca litera habet γνῶναι τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην χριστοῦ. Vbi verbum, Supereminentem, iungitur cum CHRISTI charitate in Accuſandi caſu, & non cum nomine cognitionis, vel ſcientię, quę eſt in Gignendi caſu.

B. Aug. tract. 118. tom. 9.

1. Cor. 13. Supra 12.

Non ignoro, Auguſtinum in dicto loco interpretari, charitatem Chriſti excellere fidei, & cognitione cuicunque, iuxta illud; *Maior horum eſt charitas: & Aemulamini chariſmata meliora*, nimirùm charitatem, de qua ſermonem habet longum per totum cap. 13. & ita Auguſtinus accepit, Scientiæ, in Dandi caſu, cùm apertè Græcè ſit caſus Genitiui, vt etiam articulus denotat.

Eſt igitur ſenſus literæ cõgruens, quòd oportet illos agnoſcere charitatem Chriſti, quæ ſuper omnem captum noſtrum eſt, & intelligentiam.

Rom. 5.

Theophylactus ſimpliciter explicat: Deſiderat illos agnoſcere charitatem Chriſti, quæ vincit cognitionem humanam, & captum noſtrum. Nulla enim intellectualis creatura cogitare poſſet: quòd Deus poſſet fieri homo pro hominis ſalute, & mori in cruce pro inimicis, & quòd potuerit carnibus, & ſanguine ſuo nos paſcere pro ſua charitate. Vt verè dictum ſit de illo: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Ioan. 13.

Altera ſolutio Hieronymi textui cõgruentior.

Pſal. 1.

Præter hunc ſenſum, videtur Hieronymus alium attingere his verbis: *Vt non ſimplex charitas, ſed ſupereminens nota ſit nobis: nec iſte ſit terminus, habere notitiam ſupereminentis charitatis Chriſti, niſi addamus & aliud, vt ſupereminentem charitatem ſcientia conſequamur. Ex quo animaduertendum, quia grandem & immenſam Chriſtus ſcientia habet charitatem, id eſt eorum, qui ſe ſcire deſiderant: qui in lege eius meditantur die ac nocte: quia verba vertunt in opera, & quod ore meditantur, conſummant manu. Qui autem talis eſt, vt dignus ſit per ſcientiam ſuam habere Chriſti ſupereminentem charitatem, ille nihil debet aliud præter ſcientiam cogitare.* Hæc ille.

Solutio ſeptimæ dubit. ut hortetur Epheſios Paulus vt impleãtur in omnẽ plenitudinẽ Dei, cum hoc in loco tantùm valeat obtineri. *Epheſ. 1.*

Ad ſeptimum, cùm ait: Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei; reſpondemus, quòd ſi eſt ſermo de felicitate vitæ futurę, non eſt obſcurum intelligere, quomodo omnes animæ facultates Deo implebuntur. Nam cor hominis implere, ac ſatiare, ſolius Dei eſt proprium. Si verò de præſenti tempore hoc accipiamus, ſicut accipi poteſt, nam ſuperius dixit, Eccleſiam eſſe corpus, & plenitudinem Dei, qui omnia in omnibus adimplet, vel adimpletur: ita bona Dei, & virtutes cœlitus infuſæ, hominem implent, ita vt nullum vacuum vanitatis in eo remaneat, & vt habeant plenitudinem; ex qua poſſint in alios effundere.

Octauæ quæſtionis ſolut. De ſenſu, & cõſtitutione huius ſententię: Ei autem qui potẽs eſt, omnia facere, & reliq.

Ad vltimum dicendum: *Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundantur quàm petimus, aut intelligimus, ſecundùm virtutẽ quæ operatur in nobis. Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum, Amen.*

Hoc eſt Deo Patri, quia omnia poteſt abundãtius elargiri. Nam ita Hieronymus, Ambroſius, & Auguſtins legũt, ſiue potiùs explicant illud, Superabundanter, vel cumulatè, vltra, aut ſupra quàm petimus, aut intelligimus.

Luc. 23. *Supra 2.*

Vbi oſtendit Deum exaudire petitiones noſtras ſupra vota,&intelligentias noſtras. Vt patet in Latrone, qui cùm memoriam tantùm ſu in regno Chriſti poſtulaſſet, audiuit: *Hodie mecum eris in Paradiſo:* & in Simeone, qui præter Chriſti viſionem accepit eum in vlnas ſuas: nam ipſe nouit quæ nobis ſint vtilia, & quando, & quomodo danda.

Quænam virtus Dei operās in nobis.

Addit: *Secundùm virtutem quæ operatur in nobis.* Græca vox non tam eſt actiua, quàm paſſiua,id eſt virtutem perfectam,& effectam in nobis à Deo. Siue ſecundùm Spiritum nobis donatum,& impellentem, & interpellantem pro nobis apud Patrem. *Rom 8.*

Hebraiſmus.

Quod verò præceſſit, Ei autem, & ſubdit, Ipſi gloria,alterum illorum ſuperfluit. Et more Hebręo per figuram Pleonaſmos hæ voces repetuntur, vt ſæpè eſt dictum. Ipſi ergo Patri gloria io Eccleſia eſt in Chriſto, & diſtincta ab alijs congregationibus: vel in Eccleſia vt in corpore ſuo,& in Chriſto vt in capite. Et gloria quæ redditur Patri ab Eccleſia, nōniſi perpetuis ſeculis exhibenda eſt. *Epheſ. 1. Coloſſ. 1.*

DISPVTATIO IX.

In Apoſtoli verba cap. 4 *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine,cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis,*& reliq.

Apoſtolicus ſcopus proponitur.

APOSTOLVS hactenus de grauiſſimis Fidei noſtræ arcanis diſſeruit: nunc Epheſios inſtruit de operibus ſanctis,& ad ſalutem neceſſarijs, ne quiſquam ſibi applaudat, & contentus ſit nuda, & ſterili fide.ac bonorum operum ſtudio,quę pietas, & charitas,& fides exigunt, nuntium mittat. Hortatur ergo ad complectendam charitatis vnitatem, & mutuā cum pace Chriſti concordiam, quæ mirificè homines etiā debiliſſimos conſeruat,ſicut diſcordia fortiſſimos diſſoluit.

Sunt autem nonnullæ dubitationes in hoc capite, & aliæ quidem maioris momenti, aliæ verò minoris ponderis, & de ſingulis aliquid dicendum. Et prima quæ occurrit in verbo Obſecro, vel adhortor, eſt, cùm Apoſtolus non præceperit, aut

Prima difficultas.

mandauerit, vt olim Prophetæ faciebant; ſed adhortatur tantùm, & rogat. Deinde quid eſt dignè ambulare vocatione, qua quis vocatus eſt: & ſi quis hoc explicet, nimirùm cum virtutibus quas ſubiungit: *Cum omni humilitate, patientia, &c.* dubium eſt, an tantus virtotum chorus ſit ad ſalutem neceſſarius. Tertiò dubitatur, quomodo vnum corpus, & vnus ſpiritus efficimur, cùm certum ſit, quemlibet conſtare ſuo corpore, & ſuo ſpiritu. Quomodò item vnus Dominus, cùm non ignoraretur, hoc dominium ſpectare ad Patrem, Filium, & ſpiritum ſanctum, qui ſunt tres hypoſtaſes; cùm certum ſit, vnumquenque fidelium habitum ſidei diſtinctum à quolibet alio alterius ſortitum eſſe. Quomodò item vnum baptiſma, cùm ſit triplex, Fluminis, Flaminis, & ſanguinis. Quomodò item vnus Deus Pater, cùm ſuperius dixerit, multos eſſe in cœlis, & in terra patres? Quartò, quomodo aſſerit datam nobis gratiam ſecundùm menſuram donationis Chriſti, cùm Matth. 25. dicat Dominus datum vnicuique ſecūdùm propriam virtutem: & cur producit hunc Pſalmum, quem multi contendunt non eſſe ad literam ſcriptum de Meſſia? Quintò, cur pro verbo ſecundæ perſonæ, Accepiſti dona in hominibus, quod eſt apud Dauidem, Paulus tamen in tertia perſona dixerit, Dedit dona hominibus? qua item ratione verbum Accipiendi conuertit in verbum Dandi? Poſtremò ambigitur, quomodò diſtribuit dona hominibus in die Aſcenſionis, cùm ante Patriarchis, Prophetis, & iuſtis eo vſque dona multa dediſſet. Et quomodò item nobis dedit dona, qui eo tempore quo aſcendit, non fuimus? Hæc pauca dubia abſoluemus præſenti diſputatione.

Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

Ad primum igitur, cùm Deus ſit naturæ liberrimæ,& libertate quā vocant complacentiæ in his quæ intus, & ad ſe operatur, cùm ſit finis vltimus, libertate verò contigentiæ in his quæ extra ſe operari dignatur (quia media ſunt ad finem,& nō finis quem neceſſariò volumus) pręditus ſit: obſequia tamen libera, & voluntaria ſibi impendi poſtolat. Natura etiam, & ratio naturalis, quia libera eſt, magis vult allici, quam trahi: quare etſi quandoq; comminationib⁹, & flagellis nobiſcū agat, vt à regno dęmonis nos abigat,& in regnū cœlorū introducat; ſuaſionibus tamē, precibus, & promiſſionib. vrgere cōſueuit, laudibus, ſtimulis amoris,&multis beneficijs decertare. Hic illę voces, *Si quis vult poſt me venire: ſi quis voluerit voluntatē Patris mei facere: &, Si*

Primæ ſolut. quæſtionis. De eo quod Apoſtolus præter Prophetarū morē Epheſios obſecrat eos ſuit potius & hortari,quā iubere.

Matth. 16. Ioan. 7.

quis

Ibidem.
Matth 19.
Miniſtroꝛũ quid propriũ Noui Teſtamenti.

quis ſitit, veniat ad me, & bibat: Si vis ad vitam [illegible]*redi, ſerua mandata.* Quamobrem mini[illegible] Noui Teſtamenti, vt Apoſtoli, hoc nõ ignorantes, vt ſe Domino ſuo accommodarent, & ſe ſeruos eſſe animarum, non dominus oſtenderent, conſultò rogabant, laudabant, blandis verbis, & amorem ſpirantibus vtebantur, quanquam alioqui in hæreticos, & tyrannos duros, & imperterritos ſe exhiberent, iuxta illud; Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum: & Apoſtolus ad Titum: Increpa illos durè. Olim etiam ſub lege timoris Moſes, & Prophetæ præceptis Dei cogebant, ſupplicia comminabantur, & terroribus obedientiam exculpebant, & cum imperio dicebant: *Hæc dicit Dominus exercituum.*

Ezech 3.
Tit. 1.

Paulus ergo hortatur, & obſecrat, quia Noui Teſtamenti eſt idoneus miniſter: *Obſecramus, ait, pro Chriſto, reconciliamini Deo, &, Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei,* & alibi de ſe ſcribit; *Per triennium nocte & die non ceſſaui, cùm lacrymis monens vnumquemque veſtrum.* Nec tamen à nobis Apoſtoli quicquam impetrant, ſed nos eorum blandiſſimis verbis nos duros, & ſurdos exhibemus.

2. Cor. 5.
Infrà 5.
Rom. 12.
Actor. 10.

Et exorditur: *Obſecro iterum*; vt memores tot beneficiorum, vos mihi exorati eſſe velitis, vt à nobis deprecantibus pro vobis Deus exoretur. Et vocat ſe vinctum in Domino. Idem eſt ergo, Vinctus Chriſti Ieſu, & vinctus in Domino, ſiue propter Dominum. Et ideò quia à confeſſione nominis Chriſti non recedit, & permanet in teſtimonio veritatis, & alios in Domino vinciens reti prædicationis Euangelicæ, meritò gloriatur in vinculis, vt olim Imperatores Romani in prouincijs à ſe domitis glorioſos titulos aſſumebant, & in illis gloriabantur: vt Africanus, Parthicus, Germanicus, &c: Et hi in triumphũ agebant multos à ſe victos, vt Poëta dixerit:

Pauli in vinculis gloriatio quã iuſta.

Incedunt victæ longo ordine gentes.

Virg. lib 8. Aeneid.

At in Chriſto victi, & vincti, & trucidati, magis in Domino triumphant, & in eo gloriantur, iuxta illud: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, & iterum: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Atq; hoc illuſtrius eſt & honorificentius quàm conſulatu, aut Regno potiri; & Chryſoſtomo teſte dignius quàm eſſe Apoſtolum, Euangeliſtam, & rapi vſq; ad tertium cœlum. Vinctus pro Chriſtio feliciùs currit, neque catenæ impediunt, ſed illuſtrant, & exornant Euangelij doctrinam. Prædixit autem Eſaias de his vinctis: *Poſt te ambulabunt, vincti manibus pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur*: vt fuerunt Paulus, Ignatius, & alij plures Martyres, qui longas peregrinationes ſubire coacti ſunt, vt Chriſto ſanguine ſuo teſtimonium redderent, & delictorum vinculis illaqueatas animas liberarent.

Martyrum Chriſti vinctorum quã a tandem ſit illa gloriatio.
Galat 6.
2. Cor. 12.
D. Chryſoſt. ſerm. 8. 10. 4.
Eſai 45.
Poſt Chriſtũ ambulauerint, vincti manibus pertexerint, maximè qui iuxta Prophetã.

Ad ſecundam difficultatem; Ambulare dignè vocatione ſua: reſpondemus nihil aliud eſſe; quàm vitam inſtituere, prout dignitas, & celſitudo ſtatus Noui Teſtamenti à ſuis profeſſoribus exigit. Nam vt ætas grauior, & maturior aliam vitam, vt Comicus dixit, & alios mores poſtulat, quam poſtularet infantis, aut pueri ratio: ita vocatos ex Gentibus fideles, qui ſunt ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, & cohæredes, & concorporales, & comparticipes cum ſummis Iudæis, qui ex Abrahæ ſanguine, & fide orti ſunt, decent ornatiſſimi mores, & vita irreprehenſa, vt ſuæ vocationi ſatisfaciant.

Secundæ dubitationis ſolutio
Quid dignè ambulare ſua vocatione.
Epheſ 2.
Infra 3.

Explicans autem quid ſit dignè ambulare vocatione ſua, ſubdit: *Cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Anteſignanã virtutem, quæ digna eſt vocatione noſtra, nominat humilitatem; quia enim altiſſima eſt vocatio ad cœleſtem gloriam, periculum eſt ſuperbiæ veritatem ignorantibus: ne videlicet quis ſibi tribuat quod Dei, vel Chriſti eſt. Ideò opus eſt humilitate, vt agnoſcamus omnia eſſe ex vocante, & non ex operibus noſtris. Humilitate etiam opus eſt, ne alijs nos præferamus, & ſanctiores nos iudicemus, ſed vt honore inuicem præueniamus: quia qui ſe humiliat, exaltabitur. Nam vbi multos pietatis fructus ediderimus, nobis ita ſentiendum eſt, & loquendum, *Serui inutiles ſumus,* & *Quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora, extendo me ipſum.* Et ad id tum verba Chriſti, tum facta & exempla ſeruiunt, dicit enim: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: &, Exemplum dedi vobis*: & Petrus; *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Id etiam Spiritus ſanctus docet, qui vt ignis nos inflammat, & in cinerem vilitatis nos redigit, & Paulus, cùm ſe vocat omnium ſanctorum minimum. ¶ Et ait: *Cum omni,* id eſt perfecta, & integra verbo, & facto, intus, & extra. Nam eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo, nimirum ad captandam gloriam etiam ex ipſa humiliatione. ¶ Omni etiam humilitate: quæ Deo, & hominibus, maioribus

Dignè ambulandum vocatione noſtra quãre cũ omni humilitate.
Rom 9.
Infrà 12.
Luc. 14.
Infrà 18.
Supræ 17.
Philip. 3.
Ad humilitatem quę nos & hortentur, & inuitant, atque etiam impellant.
Matth. 11.
Ioan. 13.
1. Petr. 2.
Epheſ. 3.
Quid ambulare cũ omni humilitate.
Eccleſ. 19.

& minoribus, & æqualibus debetur. Ita enim decet nos implere omnem iuſtitiam, cum Domino, & Præcurſore. In proſperis item, & aduerſis; in malo vitando, & in bono faciendo.

Matth 3.

Quare cum omni etiam manſuetudine indigne vocatione noſtra debeamus ambulare.

Nominat etiam ſecundo loco manſuetudinem: quia ſicut vocatio eſt alta, & proinde indiget humilitate, ita etiã quia difficilis eſt, & ardua, mititate indiget. Et vt humilis eſt qui ſe ex humo proditum agnoſcit, & in ſeipſo deprimitur; ita manſuetus eſt, manu aſſuetus, id eſt facilis, tractabilis, & dulcis, & qui poſſidet terram cordis ſui. Dæmones verò, & eorum membra peccatores plerunq; nos ad iram prouocant: ſed Charitas non irritatur, teſte Paulo, & Deus, & ſui nos probare non ceſſant, vt vndique puncti manſuetos nos exhibeamus vt oues, & agnos. Cumque alta mundi vocatio ad regnum, vel imperium, feritatem, & intractabilem tyrannidem ſecum adducat: vocatio tamen in Chriſto, in reprimendo vindictæ appetitu mititatem poſcit, & clementiam, quæ acerbitatem ſuppliciorum moderatur. Et quia hæc virtus parum mundo cognita eſt; ideò dixit Dominus: *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis: &, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*

1. Cor. 13.

Qualẽ Chriſtiana vocatio manſuetudinem requirat.

Luc. 9.
Matth. 11.

Cur itẽ cum patientia velit nos Apoſtolus ambulare noſtra digne vocatione.

Addit tertio loco patientiam, quæ tanquam iumentum portat Chriſtum in corpore ſuo. Et præceſſit manſuetudo; quia anima prius ſe tractari depoſita feritate permittit. Deinde opus eſt patientia ad fortiter portanda onera aduerſitatem: quoniam Chriſtianus ad Crucem, & ad perſecutiones vocatur, quas vel Deus, vel dæmon, caro, & mundus vndique imponunt, vt onere oppreſſi per impatientiam labamur. Quare à Petro rectè cautum fuit: *Si quid patimini propter iuſtitiam, beati*, & à Chriſto, *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*, à Iacobo item, *Patientia opus perfectum habet.* Quod idem eſt cum eo quod Dominus dixit: *Merces veſtra* (qui ſcilicet perſecutiones patimini propter iuſtitiam) *copioſa eſt in cœlis.* Et vt alijs patientiæ relinquamus exemplum, ſicut Chriſtus nobis prorreliquit. Eſtque patientia tempeſtas, quæ nauem animæ noſtræ in portum gloriæ ducit, flante aduerſo vento perſecutionis in molle velum, hoc eſt, in corpus quod vexat.

1 Petr. 3.
Luc. 21.
Iacob. 1.
Matth. 5.
Patiẽtia qualis ſit.

Vt ſupportemus nos inuicem.

Quartò loco ſubdit: *Supportantes inuicem in charitate.* Hoc eſt humoris charitatis nos inuicem ferentes, & mutuò iuuantes precibus, & patientiæ exemplo non fictæ: neq; pro terreno commodo, vt facit mundus in hac parte patiẽtiſſim⁹; ſed in charitate quæ omnia ſuffert, & omnia ſuſtinet, & qua Chriſtus impoſuit ſuper humores ouem perditam, id eſt pondus peccatorum noſtrorum, vt Paulus dicat, Alter alterius onera portare; & ſic adimplebitis legẽ Chriſti, id eſt proximi incommoda, & importunitates: nam lex mundi huius omnia onera in aliorum humeros reijcit.

1. Cor. 13.

Galat. 6.
Lex Chriſti, & lex mundi quam diſpares, atq; diſſimiles.

Quintò addit: *Solicitis ſeruare vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis.* Deus pro ſua bonitate dona nobis cumulatè dilargitur, conſeruat autem non ſine noſtra cooperatione, & ita dicimus cũ Propheta: *Conſerua me Domine, quoniã ſperaui in te.* Vult ergo nos ſolicitos, id eſt ſtudioſos, & diligenter intentos in ſeruanda vnitate Spiritus: nam vt Spiritus ſanctus corda fidelium in vnum ſenſum, & amorem coniungere ſolet: & ita legimus credentium in Chriſtum fuiſſe cor vnum, & animam vnam, & Spiritus ſanctus diuinas perſonas inter ſe connectit: ita in terra corda electorum in vinculo, ſiue vnione pacis colligat. Eſt enim pax vnio voluntatum in vnum ſenſum.

Epheſ. 15.

Actor. 4.

Ad tertium quęſt.
De modo, quo vnũ corpus omnes eſſe debemus.

Ad tertium in promptu eſt reſponſio, Apoſtolum adhortantem ad ſeruandã vnitatẽ Spiritus, exempla proponere familiaria. Primum eſt: *Vnũ corpus*, ſcilicet eſſe debetis, quod eſt corpus Chriſti myſticũ, etſi ex multis membris, & eundem actum non habentibus coaleſcat: alienum ergo eſt, ſi inuicem mẽbra diſtrahãtur à ſuo corpore.

1. Cor. 12.

Quo etiã modo etimus vnus ſpiritus.

Secundum exemplum: *Vnus Spiritus*, ſcilicet eſtis, vel eſſe debetis, vt non cogitemus, Eccleſiam eſſe corpus mortuum, ſed viuum Spiritu ſancto, vt explicat Auguſtinus ſermone primo in die Pentecoſtes. Et ſicut ſpiritus hominis membra omnia in vnum corpus connectit; ita Spiritus ſanctus vos omnes cõiungit. Non ergo oportet diſſidere, & pugnare vnumquemque pro ſua ſententia tuenda: quia iam non eſſet vnus Spiritus, ſed plures. De qua re admonuit Dilectus: Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Qui enim ex Deo non eſt, procul dubio à Satana eſt. *Sicuti vocati eſtis in ſpe vocationis veſtra.* Deus vos, inquit, ad eadẽ pręmia ſperata vocauit; omnibus immortalitatem promiſit, & vitam æternam; omnibus fraternitatem, & hæreditatem propoſuit. Qui ergo tantam in ſpiritualibus habetis communicationem, debetis charitatis glutino vnum corpus efficere. Et vnam ſpem dicit, quam alibi vocat beatam ſpem, id eſt ſpei noſtræ obiectum. Etſi ergo vna ſit beatitudo quam ſperamus; in ea tamen manſiones multæ ſunt; & ob id non eſt ant illa ſuperbia eorum qui nobiliorem lo-

B. Aug. 10.10

1. Ioan. 4.
Ioan. 6.

Quid Epheſios eſſe vocatos in vna ſpe vocationis ſuæ.

Tit. 2.
Felicitatis æternæ conditio.
Ioan. 14.

Digitized by Google

cum occupant, oec inuidia eorum, qui mioorem, ſed omnes yno charitatis glutino cooiunguntur.

Cur vnus Dominus, & quomodo.

Subdit: *Vnus Dominus.* Qui pretio dato ſanguinis ſui, nos omnes à peccati ſeruitute redemit. Et verè nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Hinc Gentes quæ varios deos colebant, diſperſi dicuntur à Ioanne ca.9. & Petrus ſcribit epiſtolam ad Diſperſos Pooti, Galatiæ, & Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ. Paulus quoque teſtator: *Et ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra,* (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi) *nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, &c.* & licèt Athanaſius in Symbolo teſtetur: *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus:* explicans tamen ſubiungit: *Et tamen non tres Domini, ſed vnus eſt Dominus:* quia & vna eſt & eadem trium perſonarum natura, voa voluntas, vna ſapientia, & virtus, & ita vnum dominium.

Matth 6. Ioan. 11. 1. Petr. 1. 1. Cor 8.

Vt ſit vna fides.

Vna fides. Vt ſpes paulò antè poſita eſt pro re ſperata, & ſupra promiſſio pro re promiſſa, & oblatio pro re oblata, & teſtamentum pro re in teſtamento legata; ita fides pro obiectis, ſiue articulis Fidei qui creduntur, & qui ijdem ſunt apud omnes. Nam etſi plures numero exiſtant, omnes tamen referuntur ad vnum Chriſtum Deum & hominem cum corpore eius, quod eſt Eccleſia. Quia ergo poterat eſſe vnus Dominus, & varia teſte quæ credenda ſuot diuerſis hominibus propoſita: nam poteſt paterfamilias vni familiæ committere tēporalia, alteri verò ſecreta ſua, & alteri vxorem, & alteri curam, & directionem domus; vt olim Iudæi credebant, quæ per Prophetas accipiebaot, aliud verò Gentes: modò tamen eadem fides omoibus manifeſtè proponitur, & idem Euangelium omoibus annuntiatur, ita vt dicat Apoſtolus: *Si quis euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Poteſt etiam dici vna fides, vnus habitus fidei, non numero, quia quiſque habitum ſuum ab alijs diſtinctum habet, ſed vt multi qui idem ſentiunt, dicuntur habere vnam ſententiam, & multi qui idem volunt, dicuntur habere vnam voluntatem: ita multi qui vnum & idem credunt, videntur habere vnam fidem, in quibus tamen eſt cui dici poteſt, *Magna eſt fides tua;* eſt & ille cui dicitur, Modicę fidei quare dubitaſti?

Galat. 1.

Quo etiam modo dicatur vna fides.

Baptiſma quid ſignificet.

Sequitur: *Vnum Baptiſma.* Quod eſt ſymbolum profeſſionis, & proteſtationis quo ſignamur, & quo circumciſio carnis abrogata eſt. Voum ergo baptiſma, non plura, vt olim in lege erant, in qua frequeoter baptizabantur Marc. 7. & in Æthiopia quotannis baptizantur, cæremonia quadam repræſentandi quod Chriſtus fecit, & non ponendo in illa vllam ſpem, vt tradunt qui de illis ſcripſerunt. Non duo etiam baptiſmata, quæ habuit Valentinus, & hodie in Germania qui rebaptizātur: quia ſemel taotùm mortuus eſt, & ſepultus Chriſtus, & ſemel tantùm applicatur virtus paſſionis, per Sacramentum aquę, & Spiritus ſancti ad effectum regenerationis. Originale etiam peccatum ſemel per baptiſmum remiſſum nunquam redit, ſed vnum baptiſma, vt Nicenum concilium declarauit: *Cōfiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorū.* Et dicitur vnum ab vnitate materiæ, quæ eſt aqua quæcunque, ſiue non ſacra, vbi nō eſſet ſacræ copia, quæ ex præcepto Eccleſiæ tantùm adhibetur. Vna etiam ab vnitate formæ. nam: *Ego te baptizo, &, Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,* idem eſt. Vnum etiam ab vnitate baptizantis, qui eſt Chriſtus, de quo ſcriptum eſt; *Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Miniſter autem homo eſt, ſiue maſculus, ſiue fœmina, ſiue fidelis, ſiue Paganus, ſiue Iudæus, dummodò intendat facere quod Eccleſia facit, ita vt bonitas miniſtri plus nihil conferat, nec eius malitia aliquid detrahat. Vnum etiam ab vnitate Eccleſię, in qua eſt fons patens domui Dauid: quia Sacramenta extra Eccleſiam poſſunt eſſe, ſed non prodeſſe ei, qui recedente fictione ad Eccleſiam reuertitur. Vnum etiam baptiſma per trinam immerſionem collatum ob profitendam fidem Trinitatis, & tridui ſepulturæ Chriſti. Vnum etiam eſt in aqua, & ſanguine, & Spiritu: nam vbi deeſt aqua, & adeſt ſanguis, ſatis eſt: & ſi vtrumque deſit, ſatis eſt baptiſmus ſpiritus, & votū eius ad ſalutē, etſi non omninò eoſdem fructus pariat hoc tertium genus baptiſmi, non enim euaderet expiatorias pœnas Purgatorij, vt ex Auguſtino, ſeu potiùs Fulgentio docet B. Thom. in 4. *Baptizatis,* inquit ille, *tantùm iter eſſe ſalutis credimus, nullū catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitā æternam habere credimus, excepto martyrio, vbi tota baptiſmi Sacramenta complentur.* Sic ille.

Marc. 7.

Quos penes non vnum ſit baptiſma, ſed plura.

Eccleſia baptiſma vnde ſuā accipiat vnitatem.

Matth vlt. Ioan. 1.

Baptiſma qui conferant.

Zachar. 13.

Quibus proſint ſacramēta tantummodo.

Matth. 12.

Triplex baptiſma.

Apoſtoli pro vnitate nobis ſeruanda rationes ſeptē.

Poſtremò etiam addit: *Vnus eſt Deus, & Pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Mira eſt Apoſtoli Pauli dialectica tot rationes adinueniens, vt ſeruemus vnitatem, & exuberans doctrina. Probauit enim ſeruandam vnitatem Spiritus primò ab vnitate corporis, deinde ab voitate Spiritus; tertiò ab vnitate ſpei, ad quam vocamur; quartò ab voitate Domini; quintò ab vnitate fidei, ſextò ab

vnitate

Cur vnus Deus & Pater omnium.

vnitate ceremoniæ baptiſmi; ſeptimò ab vnitate eiuſdem Dei, & Patris. Impoſſibile ſiquidem eſt plures eſſe Deos omnipotentes, quia in aliquo differrent, & vnus aliquid haberet, quo alter careret. Vnus etiam, creando vniuerſa, & illis prouidendo, & à quo omnia fluxerunt, & per eundem conſeruantur. Vnus etiam eſt Pater omnium, non tãtùm natura, ſed etiam gratia. Vnde apud Poetas legimus:

ΠΑΤΗΡ ἀνδρῶν, καὶ Θεῶν τε.

Diuum Pater, atq; hominum Rex.

Deut. 32.

Scriptura quoque teſtatur: *Nunquid non ipſe eſt Pater tuus qui poſſedit te, & fecit & creauit te?* Et vt de patrefamilias habente quinque filios, & totidem ſeruos dicere poſſumus: Hic eſt pater, & dominus horum decem; intelligimus illum quod ad filios attinet, patrem; quod ad ſeruos, dominum:

Deus qua ratione idẽ ſit & Dominus & Pater.

ita hoc loco Deus omnium creator, & Dominus, & Pater, de quo ſubdit: *Qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Et ambigua eſt Græca vox ad genus maſculinũ, & fœmininum. Sed quia manifeſtè dicitur, In omnibus nobis, maſculine, quadrat vt cętera maſculine accipiamus, vt etiam legit Ambroſius, & Hieronym. Eſt enim Deus ſuper omnes eminentia eſſentiæ, & maieſtatis. Eſt & per omnia efficacia ſuæ potentiæ. & prouidentiam enim habet omnium rerum. Quòd ait: *In omnibus nobis:* interior penetratio D E I penetrantis deſignatur. Deus namque per omnia permeat, & in omnibus rebus eſt, Qui cœlum & terram implet, & Poeta dixit:

Quare ſuper omnes, & per omnes, vel per omnia.

Ambroſ. Hieron.

Quid quod Deus eſſe dicitur in omnibus nobis.

Ierem. 23.

Virg. in Eclo.

Deum namque ire per omneis
Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum.

De⁹ cur in fidelibus, non autem infidelibus inſit.

Et cùm ait, *In omnibus nobis:* intellige, fidelibus, qui confitemur Deum: non autem in Paganis: quia Pater Chriſti ab illis eſſe negatur, vt ait Ambroſius: & diuerſitatem loquendi ponderans Hieronymus, ait Patrem eſſe ſuper omnes, quia autor omniũ; Per omnes eſt Filius, quia ad cuncta tranſcurrit: in omnibus Spiritus ſanctus, quia nihil abſque eo. ¶ Qui ergo tot rationibus in vnum iuncti ſumus, quomodò diuidet nos vlla creatura ab Eccleſia, quę eſt Chriſti corpus, & in qua eſt ſpiritus ſanctus nos vniens, & in qua vnus eſt Dominus, cuius ſerui ſumus. Si credentes, vnitate tantùm fidei: Si renati, vnitate eiuſdem baptiſmi: Si creati, & tendentes ad eandem felicitatem: ſi filij ſumus, vnitate eiuſdem Patris nos adoptantis.

Ambroſ. Hieron.

Coloſſ. 1. Epheſ. 2.

Pauli Apoſtoli hęc de mẽſura donationis Chriſti doctrinaque tendat.

Ad quartum dubium, quod multa ſcitu digna dubia inuoluit, ante omnia explicabimus ſcopum, propter quę dicta ſunt. Cùm enim ſuperiùs dixiſſet, Deum eſſe in omnibus nobis: addit, gratiam iuxta menſuram credentibus dari: & ita occurrit obiectioni: Ne enim quis putaret donorum multiplicationem, & variarum functionũ diſtributionem cum Eccleſiæ vnitate pugnare; oſtendit vocibus illam eo nomine illuſtriorem & ornatiorem reddi ſecũdùm illud: *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* Eſt ergo vna, & multiplex Eccleſia: vna fide, & vna Chriſto in cœlo, & Vicario eius in terris: varia verò, & multiplex chariſmatum, & munerum diuerſitate diſtincta.

Pſal. 44.

Vna quomodo Eccleſia, & multiplex.

Ad illud verò, quomodo dicat, gratiam dari pro menſura Chriſti, intelligendum eſt in primis Apoſtolũ vſurpare metaphoram Hebræorum, qui terram promiſſam, & hæreditates, quæ ſingulis obueniebant, funibus metiebantur, ſecundùm illud: *Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi:* & alibi; *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.* Ad hunc modum loquitur Apoſtol⁹, dona videlicet ſpiritualia diſtribui pro menſura donationis Chriſti, alludendo ad menſuras funiculorum: ſicut & Ioan. 3. cùm ait ſanctus Præcurſor: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*, eodem alludere videtur.

Paulus iis in verbis quem morem Iudæorum videatur alluſiſſe.

Pſal. 15.

Pſal. 77.

Ioan. 3.

Quid diuinorum munerũ & chariſmatum largitio iuxta menſuram donationis Chriſti ſignificet.

Quòd igitur chariſmata donentur pro menſura Chriſti, ſapientiam donantis oſtẽdit, ac proinde ſine vlla vnitatis confuſione. Nam quia gratia iuſtificans datur pro menſura doni, vel chariſmatis, ad quod Deus hominem aſſumit, hinc fit, vt quiſq; dono ſuo benè vtatur, & ad finem, ad quẽ à Chriſto eſt collatum. Vnde tollitur confuſio, & ſeruatur vnitas. Et quod vocat menſuram, perinde eſt ac dicere, pro captu vaſculorum recipiẽtium liquorem gratiæ. Sed eam capacitatem, quæ eſt per fidẽ, & alias diſpoſitiones, & proprium conatum, Deus ipſe pro ſua bonitate communicat. De quo Hieronymus ſcribit: Non, inquit, puòd ad mẽſuram Spiritum, & gratiam tribuat Deus: magnificentiæ enim eius nõ eſt finis: ſed quod iuxta menſuram vaſculorum infundat liquorem, tantùm muneris largiens, quantum poteſt ille cui donatur accipere. Hoc, inquam, non repugnat menſuræ, quia illam etiam Chriſtus donat, & alij per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientię, ſecundùm eundem Spiritum, alij fides in eodem ſpiritu, alij prophetia, alij diiudicatio ſpirituum, alij gratia linguarum, alij donatio curationum. Deinde non pugnat quod Matth. 25. dicitur vnicuique datum talentum ſecundùm

D. Hieron.

Pſalm 144.

1. Cor. 12.

Ad IV. dub. Si vnicuique datur gratia ſecundùm mẽ-

ſuram donationis Chriſti, cui vnum vni, alij duo, alij quinque, vnicuique ſecũdùm propriam virtutem, talenta donantur. *Matth.25.* *Ariſt.* *Sapien.8.* Sors quid.

dùm propriam virtutem: quia propria virtus, vel diſpoſitio, eſt capacitas, quam homini à principio conceptionis Deus contulit: & Ariſtoteles lib.3. de Anima ex Homero producit, Talem eſſe intellectum cuiuſlibet, qualem in die dedit diuum pater, & hominum Rex. Et Salomon Sap.7. de ſe ait: *Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam,* id eſt, intellectum perfectum.

Per ſortem autem accipimus, quod non eſt in poteſtate noſtra, ſed pendet ex alio: & ideò donum Dei eſt: Et hæc dicimus de naturalibus, quæ ſuo modo extendenda ſunt ad munera gratuita, de quibus hic eſt ſermo. Vt enim cùm vult donare animam perfectiorem in naturalibus, ampliorem corporis terminantis capacitatem animæ, donat: ita cum Deus vult maiorem infundere gratiam in his, quæ ſupra naturam ſunt, maiorem efficit diſpoſitionem, qua illam recipiat.

Corpus vt terminet virtutẽ animæ.

Dixi autem, corpus terminare virtutem animæ: nam cum animæ natura ſit communicabilis, non eſt vllis proprijs terminis circumſcripta, & limitata, quia ens actu, & per ſe nunquam communicatur: ſed anima cùm non ſit ens completum, cùm pars ſpeciei humanæ: idcircò cùm vnitur corpori, ab eo accipit terminos ſuos, & pro qualitate diſpoſitionum, quæ tunc in corpore inueniuntur: at diſpoſitiones poſteà aduenientes, quantum ad melius, vel deterius, nihil faciunt ad gradum & perfectionem animæ, quæ ſemel accepit eſſe determinatũ, quod perdere nequit, quæ incorruptibilis eſt, ſicut & modus, & manſura exiſtendi, mutari nequit. Quòd ſi diſpoſitiones meliores poſteà aduenIant, anima melioris, aut maioris gradus non efficitur, ſed faciunt perfectionem accidentalem, ſecũdùm illum gradum animæ poſſibilem. Prauæ autem diſpoſitiones non minuunt gradum animæ, ſed manet idem gradus animę, qui impeditur in operationibus ſuis. Atq; ita primum donum quod Deus confert homini, eſt capacitas animæ, quæ eſt menſura aliorum donorum ſequentium, vt acutè perpendit Epiſcopus Abulenſis.

Anima quomodo creſcat, aut minuat.

Epiſc. Abul. q.133. in cap. Matth.25.

Et addit, bona externa, vt opes, gloria, bona fama, magiſtratus, non dantur iuxta quantitatem corporis, vel animi: ideò indignis, & bene vti neſcientibus communicantur. Quare ſcriptum eſt: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi:* & multi regnant, & opibus abundant, qui fatui ſunt. Sunt enim hæc bona minima, & præ alijs viliori in pretio habenda. Intrinſeca autem bona corpori, vel animo noſtro poſt doctrinam, & exercitium virtutum aduenientia, dantur pro diſpoſitione, quæ tunc ineſt homini. Et cùm Deus illa augere vult, auget ipſam diſpoſitionem, vt ſcientiam, intellectum, virtutem, & chariſmata, quæ gratis data vocantur. Porrò gratia gratum Deo reddens hominem, primùm data eſt ſecundùm naturalem diſpoſitionem, & conatum fidei, Angelis, vt docet Thomas, quos tradit pro ratione naturalis virtutis, gratiam accepiſſe: augmentum verò gratiæ Dei pro captu habitus gratiæ, & conatu quam quis adhibet. Et ita ſemper dat iuxta præſentem virtutem, & capacitatem, quam diſponendo ipſe facit. Et non eſt auarus Deus, vt diſpoſitioni plenè nõ reſpondeat, etiam cùm amplius largiri velit, maiorem efficiat virtutem & diſpoſitionem, ita vt omnia ad amorem Dei excitent: & dantis immenſitas, & liberalitas, cùm gratis donat, & donorum valor, & pretium: quia gratia eſt diuinæ naturæ participatio: & ſapientia dantis, quia cum menſura communicat omnibus: nam ſolus Chriſtus eſt, qui accepit ſine menſura, vt in omnes effunderet: & generalitas quoque dantis, quia ſine vitio acceptionis perſonarum munera impertit: ideò ait: Vnicuique. Et ſubdit: *Noſtrum*, ſcilicet, credentium, & in corpore Chriſti exiſtẽtium. Et ita hunc locum interpretatur Ambroſius his verbis: *Vnicuique autem tanquam dicit dari gratiæ, quantum dignatus fuerit donare Dominus, non tantùm ſine æquitatis menſura, quia vnicuique pro viribus tribuit, vt tantum hauriat, quantum ſitit.* Hæc ille.

Bona fortunæ, ſeu externa, quatenus donantur: & quatenus bona interna. *Iob.34.*

Qua menſura gratiam Deus donet.

B. Thom.1.p. q.62.art.6. tom.10.

Gratia Dei quid ſit: eam Chriſtus cur acceperit ſine menſura. *Ioan.3.* *Suprà 1.*

Quibus tantùm gratia donetur. *B. Amb.to.5.*

Poteſt quoq; ſenſus eſſe: Vnicuiq; dari gratiam ſecundùm menſuram donationis Chriſti, id eſt, ſicut fuit donatum Chriſto pro membris ſuis. Prior tamen ſenſus mihi præferendus videtur, Chriſtum videlicet prout ſibi libuit dare gratiam, & ſecundùm illam menſuram, quæ illi placuit. Aduerte etiam, hic dici: dari gratiam ſecundùm mẽſuram donationis Chriſti: Ἑκάςῳ δὲ ὑμῶν ἐδόθη χάρις κτ̀ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριςοῦ: at verò cap.12. ad Romanos oppoſitum dicere videtur: Ἔχοντες χαρίσματα κτ̀ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα: hoc eſt, habentes dona, ſiue chariſmata ſecundùm gratiam nobis donatam. Tamen, etſi in ſpeciem videatur, reuera non eſt contrarium: habemus enim chariſmata, ac dona differentia pro ratione gratiæ iuſtificantis nobis datæ, & habemus ipſam gratiam pro menſura doni à Chriſto nobis collati: hæc enim conuertũtur inter ſe, & non pugnant: maximè ſi per menſuram donationis intelligamus Chriſti voluntatem, aut paſſiuè accipiamus menſuram reſpectu Chriſti, hoc eſt

II. Senſus, q.d. ſcilicet ſit, dari gratiam ſecundum menſuram donationis Chriſti.

Huic loco alterum ad Roman. Habentes donationes ſecundũ gratiam quæ data eſt nobis, differentes, minimè repugnare. *Rom.12.*

Menſura hoc loco quid.

eſt pro menſura, qua Deus menſus eſt Chriſtus capiti pro membris ſuis. Prior tamen ſolutio ſolidior videtur, vt menſura actiuè accipiatur pro voluntate, qua donare voluit nobis. Quod comprobat Apoſtolus ſubdens: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, &c.*

Si iuxta menſuram donationis Chriſti gratia donatur, cur interdum minorib. maior quàm maioribus gratia conceditur?

Quòd ſi quis objiciat, multos eſſe in Eccleſia in excelſis gradibus conſtitutos, vt Pontifices, Epiſcopos, Abbates, quorum gratia, aut charitas minor ſit, quàm in pleriſque ſimplicibus laicis Chriſtianis, aut in alijs miniſtris inferioris gradus, ac proinde gratiam non dari pro menſura donationis Chriſti, vt hic dicitur: Reſpondendum eſt, hoc vitio ipſorum prouenire, qui ad gratiam Dei promerendam, non ita ſe præparant ac deberent, & ita fit plerumque vt fide, & gratia à ſubditis ſuis vincantur. Si verò illi vitam ſanctiorem inſtituerent, & feruentius conarentur, pro ea gratia comparanda, quam functio ſui gradus requireret, alios ſanctitatis gratia præcellerent.

I. opinio Caietani, ſcilicet, an hic locus Pſal. 67. Aſcendens in altum, &c. ad literam, an myſticè de Meſſia ſit à Paulo productus.

Ad aliud verò: Propter quod dicit: *Aſcẽdens in altũ, captiuam duxit captiuitatem*, dubitatum eſt, an hic Pſalmus ad literam ad Meſſiam pertineat. Nam Caietanus in myſtico ſenſu productum ab Apoſtolo inſinuat, & ad literam intelligit de Moyſe, ſicut & Chaldæus Paraphraſtes interpretatur: quanquam Caietanus in eum Pſalmũ ſcribens melius ſenſerit, hæc ad literã de Chriſto intelligens.

II. Rabbinorum.

Rabbini verò volunt, Pſalmum hunc ſexageſimum ſeptimum epinicion eſſe pro victoria Dauidis de Syris habita, quæ habetur 2. Reg. 8. Sed reuera ſtatuendum eſt, hunc Pſalmum ad literam de Chriſti aduentu ſpecialiter intelligi, vt teſtis eſt Hieronymus. Theodoritus verò hunc Pſalmum editum recenſet pro celeberrimo Meſſiæ aduentu. Athanaſius verò in libro ad Marcellinum de interpretatione Pſalmorum, affirmat, nullum eſſe Pſalmum tãtæ virtutis in Nouo, & in Veteri Teſtamẽto, quantæ eſt iſte: quomodo autem poſſet eſſe tantæ virtutis ſuper alios, niſi Meſſiæ geſta in eo celebrarentur? Ideò relinquendi ſunt nobis Rabbini, tanquam cæci, & duces cæcorum, & amplectendus Paulus, tãquam optimus Scripturarum interpres.

III. opinio Doctorum vera, & omni acceptione digna.
Tom. 2.
Tom 3.

I. ratio ad eã comprobandam.

Et certè ratio ſuffragatur: quia verba huius Pſalmi de aſcenſione, ad Dauidem referri non poſſent, vt patet ex ſeqnẽtibus & præcedentibus. Etiamſi impius Dauid Kimhi non agnito vero ſenſu, ad Deum referat, qui è terra in cœlum migrauerit. Probatur etiam de Aſcenſione intelligendum,

II. ratio.

quia vbi dixit: *Aſcendens in altum, cepiſti captiuitatẽ*, gratias agit pro beneficio aſſumptionis Meſſiæ, dicens: *Benedictus Dominus die quotidie, proſperũ iter faciet nobis, &c.* prophetans nos quoque in cœlum aſcenſuros, & proſperum illud iter, ac feliciſſimum nos eius beneficio aſſecuturos. Comprobat etiam, quòd in fine Pſalmi repetit myſterium aſſumptionis: *Pſallite*, inquit, *Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem.* Comprobãt quoque Patres, & præſertim Gregor. homil. 2. in Euangelia.

Tertia & poſtrema.
Tom. 2.

Chriſtus in altum aſcendẽs, quomodo iuxta Paulum dedit dona hominibus, & iuxta Prophetam accepit dona in hominib.

Dubitatum quoque fuit, quomodo pro verbo ſecundæ perſonæ in Pſalmo: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem*, quod & in Hebræa veritate, & in lectione 70. habetur, reddens Apoſtolus in tertia perſona: *Aſcendens* (ſcilicet Chriſtus) *in altum, captiuam duxit captiuitatem: Et, dedit dona hominibus*, & pro verbo accipiendi, quod eſt in ſecunda perſona apud Dauidem, poſuerit Apoſtolus verbum dandi in tertia? Reſpondemus, Paulum interdum non tam verba Prophetarum citare, quàm ſenſum. Et vt acutè annotauit Hieronymus, poſuit, dediſti, pro accepiſti, quia tempore Pauli iam in aſcẽſione ſua impleuerat Dominus hæc verba, & Spiritum ſanctum in varijs donis diſtribuerat. Verbum etiam Dandi, & Accipiendi, cùm ſint relatiua, ad eãdem actionem referuntur: nam ipſe vt Deus eſt, dedit, & donat: ipſe etiam vt homo eſt, & caput noſtrum, accepit in nobis, vel accepit in ſe pro membris ſuis: quẽadmodùm pater qui longo tempore fideliter inſeruiuit Regi, accipit in filijs beneficia regia, quæ illis propter patrem elargitur: quomodo etiam Chriſtus dicitur accipere quodcunque beneficium vni ex fratribus ſuis minimis confertur.

Hieron.
Actor. 2.

Altera ſolutio.

Matth. 25.
Cur Dauid ad Meſſiam, Aſcendiſti, inquit, non Aſcendes, in altum.

Propheta ergo quæ longè futura erant, in Spiritu præuidens, de præterito vaticinatus eſt quæ ſuo tempore ventura erant, & eum per apoſtrophen alloquens, *Aſcendiſti*, inquit, *in altum.* Non in montem Capitolinum, ſiue in arcem Capitolinam, vt olim Imperatores Romani, cùm triũpharent, ſoliti erant, de quo Poëta:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum.

Virg lib 6. Æn. ſub fin.

Et rurſus:

Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat.

Idem lib. 6. circa finem.

ſed in altum ſimpliciter, id eſt, in locum cęli Empyrei ſupremum. Quanquam Chaldæa lectio habeat, firmamentum, hoc eſt cœlum ſtellatum.

In quod altũ Meſſias dicitur aſcendiſſe.

¶ Accepiſti etiam dona in hominibus: nam poſt paucos dies à reſurrectione, & aſcenſione ſua ad Patrem, quaſi in triumpho canuntur manubiæ, &

Actor. 2.

ſpolia,

Quare in ſono aduenientis ſpiritus vehementis, deſcenderit Spiritus ſanctus.

ſpolia,ſiue donatiua populo ſuo facta:ideò ſono aduenientis Spiritus vehementis, deſcẽdit Spiritus ſanctus in forma ignis, cùm prius occultè, & ſecretè daretur. Et in eo quod dixit: Cepiſti captiuitatem, videtur alludere ad morem triumphantium, qui ante ſe ducebant victos, & vinctos, ſiue captiuos: nam ita dixit magnus Poëta de Augusti triumpho:

Virg. lib. 8. Æn in fin.

Incedunt victa longo ordine gentes,
Quàm varia linguu, habitu tam veſtis, & armis.

Quid captiuitam duxiſſe captiuitatẽ.

Et captiuitatem accepit pro captiuorum multitudine, more Hebręo ponens abſtractum pro concreto: & vt Hieronymus, liberatos nos liquet per nouam captiuitatẽ è captiuitate veteri: & erutos ſecum duxit in cœlum. Nam ita Deut. 21. vbi babemus: *Captiuosq́; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, &c.* Hebræa cum 70. habent, captiuaueris captiuitatem: & 2. Paral. 28. pro illis verbis: *Reducite captiuos quos adduxiſtis de fratribus veſtrn*, ſimiliter Hebræus textus, & 70. habent: *Reducite captiuitatem, quam captiuam adduxiſtis.*

Deut. 21.

2. Paral. 28.

Ad V. dub. Cùm ante Patriarchis, & Prophetis ſã ſedent munera Chriſt' quomodo ea in aſcẽſione dicitur dediſſe, aliisq; deinceps.

Ad poſtremum dubitatum fuit, quomodo in aſcenſione ſua hæc dona dedit, cùm anteà & Patriarchis, & Prophetis dediſſet, & poſteà martyribus, & iuſtis omnibus, qui poſt Aſcenſionem Domini extiterunt, plurima chariſmata communicauerit: dicendum eſt, Chriſtum morte ſua, & obedientia omnia munera corpori ſuo donanda promeruiſſe: hoc autem debuit eſſe notum & exploratum in nouo Teſtamento, vt quiſque agnoſceret fontem, vnde illa ſibi deriuauerit. Quamobrem ab ipſa die Aſcenſionis cępit effundere hæc dona in Eccleſiam, & Spiritum ſanctum in credentes deriuare: & hoc in omnes, & manifeſtè, cùm antea occultè, & parcè, & non niſi perpaucis diſtribueretur: tunc autem manifeſtè, & magna cum profuſione, vt de ea prædixerit Propheta: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*: & Ioannes Euangeliſta: *Nondum*, ait, *erat Spiritus datus, quia Ieſus nõdum erat glorificatus*: Non quod tunc tãtùm dederit dona: ſed quòd omnibus præteritis, & futuris virtute ſuæ mortis promeritus ſit & ipſe aſcendere, & ſua omnia membra donis Spiritus exaltare. Atque bic ſit finis huius diſputationis.

Actor. 2.

Ioel. 2. Actor. 2. Ioan. 7.

(∵)

DISPVTATIO X.

In verba Apoſtoli: *Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alias verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores ad cõſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti* Et reliq.

EXPLICATO inſtituto Apoſtoli, primum dubium occurit ſuper illis verbis: *Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſupra omnes cœlos*, vt adimpleret omnia, an ſcilicet, Chriſtus aſcenderit ſupra cœli empyrei conuexum, vt quidam contendunt, & videntur propoſita verba inſinuare. Rurſus quomodo dicitur Chriſtus deſcẽdiſſe de cœlo: nam ſecundùm naturam diuinam nullus prorſus fuit deſcenſus, aut mutatio: ſecundùm autem naturam humanam non potuit deſcendere de cœlo, cùm ibi nunquam anteà fuerit: & quid eſt quod ait: Vt adimpleret omnia: Chriſti enim corpus tam parua quantitate circumſcriptum, quomodo potuit cœlos implere immenſos? Secundò, dubitantur nonnulla ſuper illis verbis: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores: in primis quomodo dicitur dediſſe Chriſtus, cùm tamen id Patri tribuatur, vt 1. Cor. 12. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, &c.* Idem quoque tribuitur Spiritui ſancto, de quo ibidem dicitur: *Diuidit ſingulis prout vult.* Secundum dubium eſt: quia ſi Chriſtus, aut Deus, aut Spiritus ſanctus Prophetas ponere in Eccleſia ſua, aut dare dicitur, & boc vſque ad conſummationem ſanctorum, quæ futura eſt in die iudicij, conſequeretur, Epiſcopos, & Apoſtolico munere fungentes, & Sacerdotes, & alios miniſtros, iuris eſſe diuini, & per Eccleſiam munere ſuo ſpoliari non poſſe, aut in miniſterio non poſſe reſtringi: quia nulla eſt poteſtas contra id quod Chriſtus per ſe ipſum contulit. Tertiò, in dubium vocatur, cur Paulus Apo-

Quæſtio I.

Quæſtio II. bimembris.

1. Cor. 12.

Ibidem.

Tertia.

Quarta.

ſtolos præferat Prophetis, cùm prius tamẽ dederit Prophetas, quã Apoſtolos. Quartò, dubitatur quos vocet Euãgeliſtas, quia præter Apoſtolos non ſunt niſi duo qui conſcripſerunt Euangelium. Si verò per Euangeliſtas intelligas Diaconos, vt facit Ambroſius, mirum eſſet, cur reliquiſſet preſbyteros, qui ſunt ſuperioris ordinis. Si verò intelligat euangelizantes omnes, iuxta illud: *Opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple*, certè Euangeliſtæ concurrerẽt cum Apoſtolis & Prophetis, qui ſimiliter euangelizarunt.

2. Tim. 4.

Quinta.

Quintò, dubium eſt, cur Apoſtolus paſtores & doctores coniunxerit: nam & hoc munus paſtorum, & doctorum tam Apoſtoli, quàm Prophetæ præſtitiſſe videntur.

Sexta.

Sextò, nouum dubium emergit, cur in hac enumeratione graduum Eccleſiaſticorum Chriſti Domini, & capitis noſtri nuſquam meminerit: cùm tamen caput nobiliſſimum corporis ſit membrũ.

Septima.

Septimò, inſurgit Beza homo hæreticus, aſſerens, Apoſtolum Paulum nullam hic mentionem Papatus feciſſe, aut Romani Põtificis in hac chariſmatum enumeratione, ac proinde nugas eſſe quę de illius ſummo paſtoratu credimus.

Octaua.

Octauò, quæritur, qui ſint illi tres fructus, ad quos omnia miniſteria hæc ordinantur: nimirùm cõſummatio Sanctorum, opus miniſterij, ędificatio corporis Chriſti.

Nona & vlt.

Nonò, explicãda ſunt illa quæ conſequuntur, quæ difficultatem habent, nempe, *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti:* & præſertim ſi hic ſermo ſit de reſurrectione corporum, an de perfectione ſpirituali animarum.

Pauli ſcopus quis in propoſita ſententia.

Ad horum ſingula reſpondentes, primò præmittimus, propoſitũ Apoſtoli eſſe, quòd cùm dixiſſet ex teſtimonio Pſalmi: Aſcendens in altum; atque ex illo verbo aſcenſionis inſinuaſſet prius ipſum deſcendiſſe de cœlo, illud vt notum principium aſſumit, quòd eorum omnium qui ſunt ſeculi ciues, & terram hãc tanquam patriam habent, nullus habet facultatem tantam, vt in cœlum ipſum queat aſcendere: nam Poëta Latinus dixit:

Virg. in 6. Æn. ſub init.

Facilis deſcenſus Auerni:
Sed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

& Euangeliſta Ioannes capite tertio dixit: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo. Et aſcendit, præteriti temporis eſt, ſignificatque: nemo habuit ius & facultatem conſcindendi cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit: eſtque cœlorum incola, & ciuis, quique inde recedit, & adhuc tamen ſit in cœlo: & hic eſt Chriſtus ſolus. Ponderat igitur verbum Aſcenſionis, & aſſerit inuoluere anteriorem deſcenſum.

Ioan. 3.

In quas inferiores partes terræ Chriſtus deſcenderit.

Vocat inferiores partes terræ, vel hunc mundum, qui reſpectu cœlorum eſt cæteris elementis inferius, vel potius denotat inferorum loca: ſiquidem triũphato peccato: & Satana, in atrium dæmonis deſcendit, vt eum præda ſpoliaret, & inde eduxit amicos ſuos, qui captiui detinebantur in limbo, ſiue in purgatorio: nec enim decens erat, vt in tanta victoria, & tam recẽti gaudio amicos ſuos in dolore relinqueret. Idcò dictum eſt à Petro: *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo.* Quare intellige ſolutos dolores inferni in membris ſuis, quę ex illo lacu ſine aqua educta ſunt.

Actor. 2.

Quo ſenſu Petrus dixerit Chriſtũ à Deo ſuſcitatum ſolutis doloribus inferni.

Zachar. 6

I quæſt. ſol. Superiorem, an inferiorẽ cœli Empyrei partem Chriſtus aſcenderit.

Ad primam verò dubitationem, quidã ſentiũt, Chriſtum humanitatem ſuam extuliſſe ſupra conuexam vltimi cœli Empyrei partem, putantes hoc ad dignitatem Chriſti ſpectare, quòd ſit ſuper omnes corporeos cœlos. Sed alij huic ſe ſententiæ opponunt, dicentes, quòd ſupra cœlos locus vllus non datur: ita enim Ariſtoteles definiuit: Supra cœlum nihil eſt, neq; vacuum neq; plenum. Vbi enim non eſt locus, nec loci differentia vlla, hoc eſt ſupra, vel infra, &c.

I. opinio, quę reijcitur multiplici rõne.

Ariſt. lib. 1. de cœlo.

II. ratio.

Deinde durum eſt dicere, quòd in eo loco non ſit Chriſtus, vbi tamen eſt Pater: nam ita dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis: Et, Honorificabit eum Pater meus qui eſt in cœlis.* Non intelligo autem, quòd ſit in cœlis, quaſi ſit illis circumſcriptus: cùm tamẽ ipſe & cœlos & omnia impleat, & omnem orbem ſuis brachijs complectatur.

Matth. 6.

Ioan. 12.

III. ratio.

Tertiò, Chriſtus dicitur ſedere ad dexteram Patris in cœleſtibus: non ait, ſupra cœleſtia.

IV. ratio.

Quartò, ſatis eſt Chriſtum eò redire, vnde deſcendit: deſcendit autem de cœlo, nõ autem de loco ſuper cœlum.

V. ratio.

Quintò, ſi haberet plantam pedis ſuper conuexam partem cœli Empyrei, ſanè nec ſe, nec alio oculo corporeo videre poſſet, cùm viſio fiat per medium diaphanum, quod extra cœlum non eſt: niſi multiplicemus miracula, & dicamus, ſupra naturæ ordinem corpus Chriſti locatum ſupra conuexum cœli ſupremi, & ſuper naturæ facultatem exercere ibi Chriſtum vſum oculorum: & beatos ipſos nonniſi eodem miraculo Chriſtum exiſtentem ſupra craſſitiem cœli Empyrei cernere non poſſe.

II. opinio probabilior.

Iſti ergo docent, Chriſtum eſſe in ſupremo cœlo ſub conuexa parte, & ſuper omnem eius contignationem excelſiorem omnibus loco factum, ſicut etiam eminet dignitate corporibus beatorum, vt cœlo-

rum

rum nomine per Metonymiam veniant & ipſi Angeli ſupremi, quibus longè antecellit. Vnde Hebr. 7. ſcriptum eſt: *Excelſior cœlis factus.* Cœlorum enim incolæ Angeli & ſancti, per figuram qua continens ponitur pro contento, cœli in Scripturis vocantur.

Hebr. 7. Hæc opinio quam ſit Pauli doctrinæ conſentanea.

Et hoc confirmatur: quia ſuperius ca. 1. dixerat: Conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatē, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolùm, &c. quæ verba hunc locum interpretantur. Et Hieronymus hic eo videtur tendere, cùm ſcribit: *Nunquid corporaliter omnes cœlos, & vniuerſas ſublimitates, & cœlorum circulos, quos Philoſophi ſphæras vocant, tranſiens atq; tranſcendens, ſtetit in ſummo cœli fornice, & vt ipſo verbo vtar, apſide? An certè omnia corporalia contemnens atque deſpiciens, & æterna contemplans ſuper cœlos, id eſt, ſuper inuiſibilia ſtetiſſe credendus eſt? quod ego melius puto.* Hæc ille, vocans Angelos inuiſibilia, & in hanc potius vt probabiliorem ſententiam deſcendit, quàm in priorem.

Epheſ. 1.

B. Hierony. teſtimonio cōprobatur.

Aliud dubium erat non minus obſcurum, & difficile, quomodò videlicet Filius Dei de cęlis deſcenderit: nam iuxta diuinitatem nec aſcendit, nec deſcendit, nec mutatur, quia omnia implet. Iuxta humanitatem etiam minimè deſcendit, quia ibi nūquam fuit, & aſſumpta fuit in vtero Mariæ: niſi velis ſomniare cum Valentino hæretico, corpus de cœlo traxiſſe.

Dei Filius vbique locorum exiſtens de cœlo vt deſcenderit. *Ierem. 23.*

Ad hoc reſpondent aliqui, deſcendiſſe de cœlo non motu loci, ſed carnis aſſumptione, & humanæ naturæ. Quòd ſi affirmes, in hūc ſenſum deſcendiſſe, nunquam aſcendiſſe dici poteſt, quia naturam aſſumptam dimiſit nunquam: & quamdiu non dimittit, etiam cùm nunc ſedeat ad dexteram Patris, dici poteſt deſcendere.

1. ſolutio quorundam minus idonea.

Quòd ſi rurſus vrgeas; Aſcendit inferēdo corpus in cœlum: non tamen inuenies modum deſcenſus ſui, qui eſſet illi oppoſitus per motum loci. Verum ergo eſt ipſum deſcendiſſe, quia aſſumpſit humanam naturam non in gloria, & immortalitatis honore, vt par erat, quia etiam erat vera Dei forma, ſed naturam corruptibilem, & mortalem, quæ erat forma ſerui, & quam aſſumendo plus deſcēdiſſe credendus eſt, quia ille locus cęli illi naturæ quam debuit aſſumere, ſuo iure debebatur.

Reſpondetur obijcientibus: Chriſtus inferendo corpus ſuum in cœlum, aſcēdit.

Altera ſolidior.

Rurſus obijcies: Cùm ergo à mortuis reſurrexit, dici poteſt aſcendiſſe: non negauerim, vnde ipſe dixit ſuſcitatus, *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrē veſtrum*, ſi intelligas quòd accepit formam cœlo dignam, & cuius terra digna non erat, ſi de ſanctis illis quos enumerat Paulus Heb. 11. dictum eſt: *Quibus mundus dignus non erat.* Quod ergo manſerit ad tempus, diſpenſatiuè factum eſt ad probādam reſurrectionem, ac illi ſuſcitato debita fuit ad dexteram Patris ſeſſio, ex quo in tanta ac tali forma reſurrexit, etſi ad dies 40. Aſcenſionis re ipſa diſpenſatum fuerit. Sicut anima eius in inferno detineri non potuit, ſed ad tempus tantùm propter confirmandam reſurrectionem, & Apoſtolorum doctrinam.

Et hæc obiectio quoq; diluitur: Cùm mortuis reſurrexit Chriſtus, aſcendit.

Ioan 20. Hebr. 11.

Actor. 2.

Ad aliam dubitationem, quomodò aſcenderit ſupra omnes cœlos, vt adimpleret omnia, cùm Chriſti corpus finitum ſit, & limitatum, nec potuit immenſitates cœlorum vllo modo implere, dicendum eſt; cœlum ipſum ſine Chriſto proprio ſuo domino caruiſſe. Deus enim, quatenus Deus eſt, cœlis non indiget, & templis corporeis, ſiue manufactis; at è contrario ipſi cœli, & templa manufacta indigent eo ſuſtinente, & tribus digitis molem terræ ſuſtentantibus. Angeli etiam cùm ſint corporis omnis, & materiæ expertes, vt melior tradit Theologia, cęlis opus non habebant. Non ita ſe res habet de Chriſto, qui vt homo erat corpore, & animo conſtans, cœlo indigebat, vt impleret illud gloria ſua, & omnem creaturam ibi exiſtentem, ſed præſertim hominū, qui ſine Chriſto non habuiſſet plenitudinē felicitatis ſuæ. Sic Chriſtus implet omnia, & impletur in omnibus, vt c. 1. dixit, & Eſai. c. 6. dixerat: *& ea quæ ſub ipſo erant* (ſiue vt Hebræa lectio habet, fimbria eius) *replebant templum:* & infra: *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius.* Qui ergo terram impleuerat, dum apud nos diuerſatus eſt, reliquum erat vt & cœlum impleret.

Tenue Chriſti corpuſculum immenſa cœli ſpatia vt valeat adimplere.

Eſai. 40.

Angeli cœlis cur non indigeant.

Epheſ. 1. Eſai 6.

Alij aliter hunc locum interpretantur, vt videlicet impleret omnia quę de eo ſcripta erant, nempe quòd deſcenderet in limbum, & inde eductis ſanctis Patribus aſcēderet. Sed meo iudicio pręſtat prior ſenſus, & plenior eſt: quia conſentit cum his quæ c. 1. dixerat: *Impleuit Eccleſiam.* Et reuera domus tunc impletur, cùm inhabitatur à domino ſuo.

Altera ſolutio minus ſolida, ac firma.

In ſecunda dubitatione plura diſputanda sūt ſuper illis verbis: Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, &c. primùm cur Chriſtus dicatur dediſſe; quod Patri, & Spiritui ſancto alijs in locis tribuitur. Sed hoc facilè ſoluitur, vnam eſſe & eādem operationem Trinitatis, cùm extra ſe operatur, ita vt quicquid vni perſonæ tribuatur, id ipſum iuxta veram Theologiā, reliquis duabus adſcri-

Cur potius Chriſtus quā Pater, aut Spiritus ſanctus Eccleſiæ dicitur dediſſe miniſtros.

bendum ſit, cùm vna & eadem numero ſit omnium trium natura, virtus & operatio.

Ad II. dubit. Ao quia De⁹ dat Eccleſiæ paſtores, & doctores, propterea ſiut iuris diuini.

Ad aliud quod ſecundo loco dubitatum eſt, reſpondemus, certum eſſe, eos, quos Deus ſua immediata vocatione ad Apoſtolatum, aut aliam eccleſiaſticam dignitatem euexit, diuino iure eſſe cõſtitntos, nec poſſe vlla autoritate humana deponi à functione ſua, aut in ea reſtringi, niſi ipſe contulerit maiorem alicui magiſtratum, qui in eos poſſit, quemadmodùm B. Petro contulit ſuper omnes Apoſtolos, qui eos per ſe mittebat, & in officio continebat, ac moderabatur loco Chriſti: reliqui verò, qui per intermediam Eccleſiam ad magiſtratus eccleſiaſticos vocantur, non ſunt iure diuino conſtituti appellandi, ſed iure tantùm eccleſiaſtico, & canonico: & iſtos omnes dicitur Chriſtus dare, quia miniſtros ſuos maiores in eccleſia illos vocat; ac proinde ſubiecti ſunt ſuis maioribus, qui eos & magiſtratu ſpoliare, ſi expediat, & vſum poteſtatis limitare poſſunt. Et id opus erat ad vnitatē Eccleſiæ ſeruandam, & ad fidem retinendā, & ad diſciplinam cõſeruandam.

Matth. 16. Ioan. 21.

Poteſtatis iuriſdictionis neceſſitas.

Quòd ſi objicias, Epiſcopatum, & Sacerdotium per Sacramentum ordinationis à Deo conferri, ac per hoc eſſe de iure diuino: Non repugnabo, & ita autoritate ſua priuari nequeunt, etiamſi vſum poteſtatis acceptæ à Deo poſſint iure impedire, ſi id ſpectet ad ædificationem. Poteſtatem tamē iuriſdictionis (quæ diſtincta eſt ab illa ordinis) nonniſi ab hominibus in gradibus excelſis conſtitutis immediatè accipiunt: & idcircò iuris eſt eccleſiaſtici, ſiue canonici, non autem diuini: & illa etiam ſpoliari, & limitari poſſunt à ſuperioribus, ſi iuſta cauſa ſubſit, imò etiamſi ſub illa non eſſet, facto ipſo non poſſet priuari, ſed non iure, aut iuſtè. Et rectè ait, quoſdam, & deinde, alios: qui officia non neceſſaria ad ſalutem: quibuſdam tantùm tribuuntur, & nõ omnibus: cùm tamen illa quæ neceſſaria ſunt, omnibus conferantur, vt ſunt fides, ſpes, charitas, baptiſmus, Euchariſtia, Spiritus inhabitans, atq; adeò Chriſtus ipſe. Neque enim decebat vt oẽs eſſent Apoſtoli, aut omnes Epiſcopi, aut omnes Sacerdotes, aut omnes Prædicatores: ſicut neq; in corpore omnia membra ſunt pedes, aut manus, aut oculi, &c. vt idem Apoſtolus alibi docet.

Poteſtas iuriſdictionis cur iuris ſit tantùm eccleſiaſtici, non diuini.

Expenditur dictū Apoſtoli: Deus dedit quoſdam, deinde alios.

1. Cor. 12.

Ad III. quæſ. De eo quod Apoſtol⁹ anteriores prophetas Apoſtolis poſtpoſuit.

Tertiò quæſitum fuit, cur Paulus Prophetis prætulerit Apoſtolos, qui tamen tēpore Prophetis poſteriores extiterunt? Dici poteſt, Apoſtolum ſeruaſſe ordinem dignitatis, non ordinem temporis. Et ſicut veteri præſtat nouum Teſtamētum, etiamſi tempore ſit poſterius; ita huius miniſtri antecellere debent legis antiquę miniſtros. Deinde hoc alio modo melius ſolui poſſet, quod ſuperius bis tactum fuit: Cùm Paulus coniungit Apoſtolos cum Prophetis, non loquitur de illis, qui in veteri Teſtamento floruerunt: quia iſti propriè non ſunt dati in die Aſcenſionis, & Pentecoſtes, ſed multo antè, ex meritis tamen mortis Chriſti præuiſis dati fuerunt: hic autem ſermo eſt de illis, quos ſimul cum Apoſtolis, & reliquis omnibus miniſtris quos enumerat (vt docet Elias Cretenſis ſuper Orationem ſextam Gregorij Nazianzeni de Spiritu ſancto) dedit Eccleſiæ ſuæ non ad prænunciandum de Meſſia, quia lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem: neque propriè ad prædicendum futura, ſed ad interpretandam Prophetarum Scripturam, & ad legis Moſaicæ oracula, & vmbras detegendas, de quibus Apoſtolus ſermonem habet 1. Corinth. 12. & 14. & Actor. 13. vbi dicitur, quòd Antiochiæ erant multi Prophetæ, & doctores: & Matt. 23. *Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, &c.* Mitto ait, pręſens pro futuro, mittam, vt habet etiam Luc. 11. & dicens, Ex illis crucifigetis, indicat, hos non eſſe veteris Teſtamenti, ſed noui miniſtros. Præterea Paulinus in epiſtola ad Auguſt. in qua nouem proponit quæſtiones ex diuerſis Scripturarum locis, tractans hunc locum Apoſtoli: *Hos autem*, inquit, *Prophetas, quos poſt Apoſtolos poſuit, non puto illos eſſe, qui ordine temporum ante Apoſtolos fuerūt, ſed illos, quibus iam ſub Apoſtolis gratia donabatur, aut interpretatio Scripturarum, & inſpectio mentium, aut inſpectio temporum ſecuturi, vt Agabus cernebat, qui & famem inſtantem prædixit, & quæ B. Paulus in Ieroſolymis paſſurus eſſet, & verbo denuntiauit, & ſigno zonæ eius oſtendit.* Hæc ille, qui quidem ſibi ipſi melius ac luculentius meo iudicio reſpondiſſe videtur, qui tantum tertium membrum Prophetis tribuit epiſtol. 59. Et prophetare, eſt verbum Dei ita interpretari, vt quis putet de ſe tantùm eſſe ſermonem, & vitium ſuū tangi: ad hoc enim non minus opus eſt Spiritu ſancto, quàm ad futuros euentus præcinendos.

Altera reſponſio.

Elias Cret.

Luc. 16.

1. Cor. 12. Infrà 14. Actor. 13.

Actor. 11. Infra 21.

Prophetare apud Paulum quid.

Etſi verò Apoſtolos à principio elegerit, & ad prædicandum per Iudæam miſerit: poſt mortem tamen ad vniuerſo orbi euangelizandum deſtinati ſunt: ita vt poſt Aſcenſionem, & miſſionem Spiritus ſancti meritò dicatur, eos Apoſtolos conſtituiſſe. Quoſdam etiam poſt mortem ſuam adiūxit, vt Matthiam, Saulum, & Barnabam, & Silam Andronicum, & Iuniam, & Epenethum: quos Roman. 16. vocat nobiles in

Matth. 10.

Apoſtoli quādo primùm Gentibus prędicauerint.

Infrà 28. Marc vlt. Actor 1. Actor. 9. Infrà 13. Rom. 16.

Apo-

Apoſtolorũ dignitas, & officium.

Apoſtolis,& ante ſe fuiſſe in Chriſto. ¶ Eſt autem Apoſtolatus ſummus magiſtratus in Eccleſia,qui pluribus cõpetere poteſt,quorum munus fuit aſſiſtere Chriſto per triennium,& audiri verbum ex ipſius ore,& eius vitam,& geſta expectare, vt de illis poſtea teſtari poſſent. Hi aũt vocati ſunt à Chriſto ſal terræ,& lux mundi,lucerna poſita ſuper candelabrum:dicuntur & primitiæ Chriſti columnæ Eccleſiæ : ad hos ſpectabat prædicare Euangelium,& legem gratię ſtatuere,interpretari veteres Scripturas, condere nouas,& ab alijs ſcripta canonica declarare: formam eredendi in Symbolo Apoſtolico tradere, Eccleſias per totum orbem erigere, & miniſtros earum, id eſt,Epiſcopos,Sacerdotes,& Diaconos inſtituere,leges ad ædificationem Eccleſiæ ſpectantes conſtituere,& conſtitutas,ſi opus eſſet, diſpenſare,& abrogare;Sacramentorum numerum,& eorum legitimum vſum tradere. Et de hoc ſatis.

Matt 5. Ibidem. 14. Ibidem. 15.

Qui ſint eccleſię miniſtri.

Ad IV. dub. De Euãgeliſtis,qui dati ſunt eccleſiæ. I Senſus. *Aug. epiſt 59 to. 2.* Alter ſenſus D. Ambroſij

Aliud dubium fuit, Quid intelligat per Euangeliſtas:nam Chryſoſtomus interpretatur,ſcriptores Euangelij : & Auguſtinus epiſt. ad Paulinum pro Euangeliſtis enumerat Lucam,& Marcum. Sed quia ſic eſſent duo tantùm, Marcus, & Lucas (nam reliqui duo Apoſtoli fuerunt) non tam ad rem facere videtur. ¶Ambroſius verò per Euangeliſtas intelligit Diaconos, quorum eſt in Eccleſia legere Euangelium, & tales euangelizabant,vt conſtat de Stephano, & Philippo Diacono,quos refert eo tempore euangelizare conſueuiſſe, ſed ſine cathedra quaſi delegatam curam haberent ab Epiſcopo,quod tunc ſeruatum fuit, nunc verò abolitum eſt, & tantùm in ſolenni Miſſæ ſacrificio legunt Euangelium.

II. illis præſtantior. *Act. 21. ſupra 6.*

Probabilius ergo eſt, Euangeliſtas fuiſſe eos,qui euangelizando per eccleſias diſcurrebant:vt Aquila,Apollo Alexandrinus,& Philippus:nam habetur in Actis,quod Paulus intrauit in domum Philippi Euangeliſtæ,qui erat vnus de ſeptem. Talis fuit & Timotheus,de quo ſcribens,ait: *Opus fac Euangeliſta,miniſterium tuum imple.*

2. Tim. 4. Præter Apoſtolos & Prophetas Euangelij præcones quid alijs plus fuerit Euangeliſtis.

Quòd ſi objicias Apoſtolos, & Prophetas hoc idem munus præſtitiſſe,non tamen propterea hi ſunt ſuperflui:quia illi maiora opera,& munera præſtabant : & propterea in ſeipſis continebãt inferiores gradus: ſed Euangeliſtæ ſolùm hos miniſterium præſtabant,& ad maiores functiones nõ audebant ſe extendere, ne mitterent falcem in meſſem alienam. Erant ergò Apoſtoli etiã Prophetæ,& Prophetæ etiam Euangeliſtæ, non tamen è contrario Eangeliſtæ erant Prophetæ,aut Prophetæ Apoſtoli.

Ad V: diffic. De paſtorib⁹ & doctoribus quos dedit eccleſiæ De⁹, & cur cõiunxerit illos Apoſtolus. I. ſenſus Ambroſij. & Hieronymi.

Aliud dubium fuit, qui ſint iſti paſtores,& doctores:& cur per copulam &, coniunxit has duas voces, cùm de alijs dixerit per aduerſatiuam,alios autem. Ambroſius putat hos paſtores diſtinctos eſſe à doctoribus,& pro voce,doctores,legit magiſtros, ſicut & Hieronym. quos Gręci διδασκάλυς vocant. Et intelligit Hieronymus Exorciſtas,qui cõpeſcebant dæmones,& eijciebãt illos de corporib⁹,quorũ vſus magnus fuit in primitiua Eccleſia. Doctores verò intelligit lectorum ordinẽ, qui lectionibus ſaginant populum audientẽ: quia nõ in pane tantũ viuit homo,ſed in omni verbo,quod procedit de ore Dei. Alij verò recentiores docentes in iſto compendio vix locũ videri eſſe poſſe ſynonymis, doctoris munus explicant eſſe,verbũ Dei fidelibus explicare, & veluti ſcholam eccleſiaſticã regere, vt recta dogma Euangelij,& ſenſus tradãt:quales fuerunt Pantænus,Clemens,Origenes, & Didymus in eccleſia Alexandrina. At paſtorũ munus,qui & Epiſcopi dicuntur, latiùs patet:quia verbo,& orationi,& gubernationi vacant,& eccleſiã ſibi creditã omnibus modis tuẽtur:de quibus Petrus dixit: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei.*

Deut. 8. Matth 4. Alter ſenſus recentiorum.

1. Petr. 5. Hieron. Aug. in ſolut. 4 q.

¶ Contra verò Hieronymus hoc loco, & Auguſtinus vni & eidem tribuũt eſſe doctorem,& paſtorem:ait enim Auguſt. epi. 59. ad Paulinum: Paſtores autem, & doctores,quos maximè vt diſcerneremus, voluiſti,eoſdem puto eſſe, ſicut & tibi viſum eſt:vt non alios paſtores,alios doctores intelligamus.

III. ſenſus, quid paſtores ſint.

Per paſtores in his verbis Pauli ego intelligo Epiſcopos, & presbyteros vni ciuitati paſcendę affixos,& curam animarum habentes, quibus eſt annexum officium docendi,quo oues ſuas paſcant. Vnde Paulus de Epiſcopo ait: *Oportet Epiſcopum doctorem eſſe*,ſiue vt Græca vox ſonat,appoſitum ad docendum:& alio loco: *Qui potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.* Et reuera bonus paſtor non eſt,qui per ſeipſum non docet, ſi poteſt,vel etiam ſi per ſe non poteſt (vt qui impeditus eſt legitima abſentia,vel qui infirmatur vel linguæ dono deſtituitur) ſaltem per alios cooperarios. Hinc per Ieremiam dixit Dominus, *Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.*

1. Tim. 3. *Tit. 1.* Non bonus paſtor quis. *Ierem. 3.*

Si quid autem in his duabus vocibus, diſcriminis eſt, paſtor dicitur reſpectu omnium rudium, & ſimplicium, doctor verò reſpectu eruditiorũ. Vnde paſtor debitor eſt ſapientibus & inſipientibus:quia homines & iumenta ſaluabit Dominus: quia eos

Paſtores & doctores quo modo diſtinguantur. *Rom. 1. Pſal 35.*

Quid illud Prophetę: Homines & iuméta ſelua bis Domine.

qui ratione viget,&ſimplices,& qui ſe more iumentorũ duci ſinunt,ſaluos facit Dominus.Paſtor item vitæ exemplo, & Sacramentorum miniſterio,& præceptis, & poteſtate ligandi,& ſoluẽdi paſcit: doctor verò,qui tantùm verbo docet,& fidem ab inſidijs luporum,hoc eſt paganorum, & hæreticorum nouit tueri.

Ad VI.dub. Quare Chriſti Eccleſiæ ſumm i paſtoris,vt inferiorum fecit,nullam fecerit Apoſtolus mentionem.

Ad hæc quæſitum eſt,cur in hac Eccleſiæ deſcriptione,cùm omnes miniſtros numerauerit, nihil tamen de Chriſto cõmemorat:cùm tamen ſit nobiliſſimum Eccleſię membrum.Dicendum eſt,quòd etſi caput naturale nobilius ſit quolibet corporis mẽbro,nõ tamen eſt melius toto corpore: nõ eſt enim corpꝰ propter caput, ſed caput potiùs propter corpus.Cõtra verò ſentiendum eſt de Chriſto;qui nõ ſolùm eſt caput Eccleſiæ,ſed etiam dominus: illã enim ſanguine ſuo redemit. Et nõ ſolùm melior eſt quolibet homine, ſed etiã omnibus hominibus ſimul coniunctis.Quare ipſe nequaquam eſt dicendus eſſe propter Eccleſiam, ſed potiùs Eccleſia eſt propter eum, quatenùs homo eſt: quemadmodum ſeruus eſt propter dominum, non è contrario.Et ita Apoſtolus ad Hebr.2.dixit:*Decebat enim eũ, per quẽ omnia,& propter quem omnia.* Chriſtus itaque ſuper Eccleſiam eſt. Imò etiam Ariſtoteles libr.11.ac 12. Metaphyſ. docet, autorem vniuerſi,non eſſe partem vniuerſi ſed eſſe extra vniuerſum: nec eſſe propter vniuerſum, ſed potiùs totum vniuerſum ordinari in eũ;non ſecùs atq; exercitus ad ſuum ducem refertur. Atque hæc eſt ratio cùr Chriſtus non comparetur ad alia membra in dignitate.

Act.20. *1.Petr.1.* Chriſti bonitas eminentiſſima. *Heb. 2.* *Philoſ.10.3.*

Ad IX.dub. Cur etiã Romani Pontificis nihil meminerit.

Sexto loco dubitatum fuit, quid ſit in cauſa,quod Pontificis Romani,qui Chriſti eſt Vicarius,& Petri ſucceſſor,& cui ſupremam in Eccleſia Chriſti tribuimus poteſtatem,nõ ſit facta mentio in hoc loco.Videtur enim,ſi vera ſint,quæ de illo ſummo Paſtore credimus,neceſſariò Apoſtolũ loqui debuiſſe,ne Paulo tribuamus defectũ, aut minus integram rationem graduũ Eccleſiaſticorum tradidiſſe. Quare Beza hoc loco triumphans,ait:Tyrannica vox eſt, in Eccleſia ſeſe Apoſtolũ ex ſucceſſione profiteri,quantò magis ſeſe Apoſtolorũ principẽ dicere?Nã certè Apoſtolus nulli primatũ tribuit niſi ſoli Chriſto.Et locus hic erat de Eccleſia Romana,vel alia quapiã Eccleſia diſſerendi.Reſpõdemus: cùm hoc loco Apoſtolus aſſerat Apoſtolos datos in finem vſq; ſeculi, neceſſum eſt in aliquo magiſtratu perpetuo,non aũt in perſona perpetua, quæ nulla eſt,hãc poteſtatem Apoſtolicam conſtituiſſe,quę Papatus.vel Paſtoratus vocatur,& in qua omnis poteſtas Apoſtolica collata duodecim Apoſtolis cõtinetur,&in finem vſq; ſeculi durabit,ſi permanent oẽs alij magiſtratus,vt Prophetæ, Euangeliſtæ, Paſtores,& Doctores:& ſi in Epiſcopis permanſit bona ex parte poteſtas Apoſtolica: ita vt ſucceſſores Apoſtolorũ dicãtur. Item in ſucceſſore Petri integra,& tota poteſtas Apoſtolica remanſit.

Bezę hominis impudentiſſimi, impia contra Papatum vox.

Papatum Eccleſiæ eſſe perpetuum.

Catholicę,& Apoſtolicæ Eccleſię quę nã Tertulliano.

Quòd ſi Tertul.lib. de Præſcriptionibus hæreticorum,Catholicas, & Apoſtolicas Eccleſias vocat, quibus Apoſtoli præfuerunt,quales fuẽre Ieroſolymitana, Antiochena,& Epheſina:cur erit tyrãnicum, dicere,Sedem Romanam, cui præfuit Petrus,Apoſtolicam,& Catholicam vocare? Certè Cyprian. in epiſt. quadã Romanam Eccleſiam,Apoſtolicam vocat.Nec tyrannicum eſt,ſed Catholicum,ſcire quę à Deo donata ſunt nobis,ne ingrati de beneficijs acceptis inueniamur. Et titulus Principis Apoſtolorum,qui B.Petro cõgruebat, meritò in eius ſucceſſores extenſus eſt,ſi etiam Chriſtus dignitates,& cognomenta ſua Apoſtolis tribuebat.

B.Cyprian. 1.Cor.2.

Ad VIII.dub. Quis ſit munerum & graduũ Eccleſiaſticorũ finis.

Octauò in dubium reuocatum fuit de fine horum graduum, & munerum, quid ſcilicet ſit conſummatio Sanctorum,ędificatio corporis Chriſti: quid opus miniſterij.Eſt ergò finis horũ graduum, & munerum,primò ad cõſummationem ſanctorũ, vt qui ſancti ſunt per fidem,& Sacramenta indies perficiantur per maiorẽ progreſſum in virtutibus fidei,ſpei,& charitatis, in augmento bonorũ operum,& perſeuerantia, & in patientia,quæ opus perfectum habet. Vt enim pueritia perficitur per adoleſcentiam,& virilem ætatem:ita ſanctitas recens nata per virtutum profectum,& perfectionem conſummatur. Et ad hanc perfectionem fidelibus in Chriſto præſtandam, inſtituti ſunt Eccleſiaſtici gradus, & miniſteria. Vnde Ioannes miſſus dicitur parare Domino plebem perfectam.Et Coloſſ.1. Apoſtolus ait:*Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu,*& Dominus Patrẽ rogat, vt fideles ſint conſummati in vnum. Hinc per baptiſmum,&pœnitentię Sacramentum purgant à peccatis: illuminãt per verbum Dei, & Scripturarum interpretationem;perficiunt verò,charitatem Chriſti nobis ad imitandum proponentes, & ſolidum Euchariſtiæ cibum. Non ergò ſatis eſt Epiſcopo vigilare,ne oues ſuę luporum morſibus pateant,aut ne delictis nouis inquinentur:ſed etiam vbi à profana & impura vita receſſerint,ad vitæ Chriſtianæ perfectionẽ illos adducere, in qua Dei gloria inclareſcat & cultus gratiæ Chriſti illuſtretur, &

Eccleſię ſanctitas quomodo augetur,atq; perficitur.

Coloſſ. 1. Luc. 1.

Eccleſię paſtores quid conferant.

Epiſcopꝰ duo præſtare debet.

tur,& exemplum alios tradendi ad fidẽ exhibeatur. Nemo ergò quieſcat in ſemel adepta gratia, & in purgatione peccatorum parta, ſed contendat in via Dei progredi, vt qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus, ſanctificetur.

Apoc. 22.

Quid ſit conſummatio Sãctorũ Hieronymo, quid Ambroſio.

Vox Græca reſpondens voci conſummationis eſt καταρτισμὸς, quam Hieronymus vertit inſtructionem, vel refectionem non reſtaurationem : quæ ſignificationes non tollunt illam noſtri interpretis. Inſtructionem intellige illam, ſecundùm quã dicimus menſam cibis inſtructam. Poſtea verò in explanatione ſua addit; perfectionem. Ambroſius verò legit cum interprete, conſummationem. Si verò legamus, reſtaurationem, aut refectionem, ſeu reparationem, ſenſus idem erui poteſt. Quia enim ſepties in die cadit iuſtus, & reſurgit, proſpexit nobis Deus de remedio, quo per pœnitentiam à magnis peccatis reparemur & à leuibus, & quotidianis indies reſtauremur.

Prouerb. 24.

Explicatur hęc particula: In opus miniſterij.

Pſal. 44.

Secundum addit: *In opus miniſterij.* Graduum diſtinctio & officiorũ varietas perſanctè eſt à Chriſto in Eccleſia inſtituta, non ſolùm ob pulchritudinem quæ ex varijs gradibus Eccleſiæ varietate circumdatæ conſurgit, ſed etiam ob eius fortitudinẽ & robur: quia de Eccleſia ſcriptum eſt: *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Et dum vnus hunc obit magiſtratum, alter alterum, & tertius diuerſum, hinc eſt vt munia ſua quiſque diligentius præſtet, & fortiùs proprijs functionibus incumbat. Id etiam ad glutinum charitatis arctius ſeruandæ facit, vt quidam ſint qui ex amore doceant, & alij qui ex humilitate diſcant. Expende verbum, *In opus.* Non in otium, aut quietem, aut luxum: ſed in opus laboris, & ſolicitudinis de ſalute alterius: nam qui Epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat: quod eſt vigilare pro ouibus ſibi cõmiſſis, & animam ponere pro ouibus, debere eas paſcere pabulo ſpirituali, & temporali, & pro eis preces ad Deum fundere. Et quale ſit hoc futurum opus, declarat, cùm addit: *Miniſterij.* Non dominij, aut tyrannidis: quod reprehendit B. Petrus, cùm ait : Non dominantes in cleris: & paulò ante, Neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: & Propheta in tales ait: Cum auſteritate imperabat eis, & cum potentia. Rurſus non ait, In opus lupi rapacis, aut mercenarij, qui quærũt quę ſua ſunt: ſed miniſterij. Vnde & alio loco ait: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, qui etſi ibi inſeruiant animabus fidelium, & diſpenſent myſteria verbi, & Sacramenti, cùm hoc nonniſi propter Chriſtum faciãt, nonniſi in Chriſto miniſtrare, & inſeruire videntur, & ita Chriſti miniſtri, nõ hominum dicuntur. Alibi tamen apertè ait: cùm liber eſſem ex omnibus, omnium ſeruum me feci. Et ad idem reſpicit titulus ſummi miniſtri, qui vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei.

Cant. 6.

Cur dati Eccleſię paſtores in opus.

1. Tim. 3.
Ioan. 10.

Quare In opus miniſterij.

1. Petr. 5.
Ezech. 34.

Alia ratio eius dicti.

Philip. 2.

1. Cor. 4.

Infrà 9.

Tertiò ait: *In ædificationem corporis Chriſti.* Expende: non ait, In deſtructionem, vt qui ferũt hæreſes, & nouas doctrinas. Non etiam, in ædificationem corporis proprij, aut ad domos proprias ditandas, & parentes ex Chriſti patrimonio locupletandos: ſed, corporis Chriſti, hoc eſt ad corpus Chriſti ex nouis membris ædificandũ, conuertendo infideles ad Chriſtum. Et vt ſeruetur metaphora propoſita ad deferendos lapides hominum ad Chriſtum, & illos poliendos, & ſuper Chriſto fundamento applicandos, & roborandos : & ita corpus Chriſti ſolidiſſimæ, & precioſiſſimę petræ angulari medio Spiritu ſancto coaptentur. Et vt oſtendit Auguſtinus libro 22. de Ciuitate Dei cap. 17. Vt in exordio generis humani de latere viri dormientis coſta detracta, fœmina facta eſt, ita Eccleſiæ formatio rectè ædificatio dicitur: nam hoc etiam verbo Scriptura vſa eſt, vbi non legitur formauit, aut finxit, ſed, ædificauit eam in mulierem.

Quam rectè dictũ ab Apoſtolo: In ædificationẽ corporis Chriſti datos eſſe eccleſię paſtores.

1. Cor. 3.

Epheſ. 2.

B. Aug. to. 9.

Ædificatio cur Eccleſia nominetur ſecũdũ Auguſtinum.

Gen. 2.

Ad nonum & poſtremum dubium, illa verba: Donec occurramus omnes in virũ perfectum, &c. vſq; ad illud: Veritatem autem facientes, explicãda ſunt, quia ſuis difficultatibus, & aporijs nõ carent. In primis ergò ait: Donec occurramus, ſeu perueniamus omnes in vnitatem fidei. Quibus in verbis Paulus oſtendit, dicta Apoſtolorum, & Prophetarum munera, nõ eſſe ad dictos fructus perpetua, ſed ad tempus. Et ſubdit: *Donec perueniamus omnes.* Non ait, Donec peruenerimus aliqui: & indicat, hoc non futurum, antequam electorum numerus impleatur: vſq; ad diem enim iudicij, & vniuerſalis reſurrectionis permanſura ſunt illa munera: & Chriſtus tunc euacuato etiã principatu, qui in Angelis eſt, tradet Deo, & Patri regnum, & ipſe Deus tunc erit omnia in omnibus.

IX dub. ſol. De ſenſu horũ verborũ: Donec occurramus oẽs in virum perfectum.

Munerum, & graduum Eccleſiæ perpetuitas.

1. Cor. 15.

Et hæc verba ſolidiſſima ſunt contra hæreticos, & tyrannos, qui cõtra omnem gradum à Deo inſtitutum vſque ad iudicium, pro libidine ſua tollere volunt. Et verbum *Occurramus*, Græcè καταντήσωμεν, & ſignificat, Obuiam eamus : quia Apoſtolus ait ad Philippen. 3. *Si quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis*; & in Parabola Virginum habemus, *Exierunt obuiam ſponſo,*

Quid ſit occurrere.

Philip. 3.

Matt. 25.

& ſpon-

Luc 15. Infra 19. Matth. 21.

& *ſponſa*. Et ex parte modò inchoatur, nos enim per fidem ad Chriſtum imus, ille ad nos per dona ſua; & pater occurrit filio prodigo, & Chriſtus Zachæo, ſicut etiam Iudęi in die Palmarum Chriſto occurrerunt: & qui prǽibant, & qui ſequebantur, omnes vnũm Chriſtum componebant.

Quomodo occurramus oẽs in vnitatem fidei. Philip. 3. 1. Cor 9.

Et quod ait: *In vnitatẽ fidei, & agnationis filij Dei*, oſtendit, nos oẽs vnũ eſſe fide, idem in Chriſto ſentientes: adeò excluduntur infideles nolentes agnoſcere Filium Dei. Et fide ingredimur in curſum, ſpes aũt ad propoſitum, & deſtinatum vocationis brauiũ currit. Vt etiam dixit Apoſtolus, *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ*: & omnes cenſentur vnius fide, & vnius corporis mẽbra; charitas verò eſt, quæ apprehendit brauium, hoc eſt Chriſtum Dominum in coronam nobis occurrentem.

Fides & agnitio differunt. Eſa. 7. Ioan. 20. Luc. 10. Rom. 13.

Subdit: *Et agnitionis Filij Dei*. Præcedit enim fidem agnitio, quoniam niſi credideritis, nõ intelligetis, Fides enim obſcura eſt & ænigmatica; agnitio verò, cum ſapore & guſtu charitatis cognitio. Et non tota fides eò tendit, vt credamus & agnoſcamus quia Ieſus Filius Dei, & vt eum diligamus, qui Deus eſt. Et ſummus ille proximus, hoc eſt ille Euãgelicus Samaritanus: Qui autem diligit proximũ, legem impleuit. Et nũc quidem noſter occurſus, quem Chriſto facimus per fidẽ eſt, & imperfectam cognitionem, & amorem nunquam cõſummatum: quia paruuli ſumus. Vbi verò cognitio, & amor in nobis perfecta fuerint, tunc occurremus.

Quid occurrere in virum perfectum.

In virum perfectum. Non dicit, virum perfectum, quòd ibi tantùm ſit futurus virilis ſexus; ſed, virum dixit, vt opponitur infantiæ, aut pueritiæ, de qua paulò inferius ſubiungit: Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes. Græca vox; quæ reſpondet illis duabus Latinè, vna eſt & elegantiſſima, nimirum ἀνδρατέλειαν. Et vt exiſtimo, à Paulo Apoſtolo efficta fuit ad ſignificantiùs exprimendã perfectionem virorum Noui Teſtamenti, hoc eſt ætatem perfectam, virilẽ iuxta ſpiritum, quæ fit per conſummatas virtutes, per quam exuimus infantiam teneræ fidei, & pueritiam imperfecti & modici amoris. Nam lex tales viros cõtinebat, id eſt pueros & imperfectos, cũ eſſet pędagogus ad Chriſtum. Chriſtus verò in ætate perfecta triginta annorum viris, qui per robuſtam fidem vincere debebant mundum, & qui in ſpiritu poſſent dicere: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* legem Euangelicam perfectam prædicauit.

Veteris Teſtamenti virorum, & Noui comparatio. Galat. 3. Luc. 3. Rom. 8.

Illud: In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti declaratur.

Subiungit: *In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Senſus eſt: donec omnes cõponentes vnũ corpus ex varijs membris conflatũ, occurramus Chriſto tanquã facientes vnũ virum perfectum, quouis noſtrũ exercente debitũ membri officium pro ratione membri; ſicut etiam Chriſtus ipſe perfectus eſt, vt caput. Et ita erit meta ætatis Chriſti, & menſura completa.

Nõ obſcurè ijs verbis Apoſtolũ tẽpus mundanæ durationis oſtendere.

Ex quibus colligimus, tamdiu mũdum duraturum, quamdiu numerus electorum, qui ſalutem aſſequuntur, compleatur, quæ enim imperfecta ſunt natura, ad illa quæ perfecta ſunt referuntur. Hinc Ariſtoteles in ſecundo phyſicor. dixit, nos eſſe omniũ quodãmodò finem, & omnia eſſe propter nos. Cùm igitur hic præſens mundi ſtatus imperfectus ſit, ad illum gloriç perfectum ordinatur. Et mali in hoc ſeculo tolerantur propter bonos. Et ad prudentem gubernatorem ſpectat, malum in politia ſua nõ tolerare, niſi quatenus bono ſeruit, & per illum exercitatus bonus proficit, & aliquam pulchritudinem (quæ conſtat ex varietate, & mixtione bonorum, & malorũ) etſi per accidens habet. Quando igitur nulli boni erunt in hoc ſeculo, non remanebunt ampliùs mali. Via præterea non eſt niſi vt per eam gradiamur: quãdo ergò nullus eſt, nec eſſe poteſt, qui per illam ingredi poſſit, ſtatus ille viæ omninò ſuperfluus erit. Tertiò idipſum indicauit Chriſtus; cũ dixit de zizanijs, & tritico, *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem*: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, *Colligite*, &c. Meſſem vocat, omnimodam perfectionem & maturitatem, quę cùm aduenerit, non eſt amplius locus vllus vlteriori tempori.

II. argum. Tertium. Meſſis cur dicantur electi.

Chriſt' naturalis quinam ſit. Ioan. 1.

Cæterùm vt verbum propoſitum diligentiùs excutiamus, pręmittendum, duplicem eſſe Chriſtum; alterum naturalem Dei Filiũ, & Virginis matris: qui ab initio perfectiſſimus fuit tanquam opus ſpiritus ſancti, vt homo plenus gratia & veritate, & de cuius plenitudine oẽs acceperunt: vt, Deus autem, erat ipſa plenitudo, & perfectio, etiamſi imperfectam ætatem, & incompleta membra, & pœnas, & dolores, quos noſtri cauſa aſſumpſit, habuerit. Sed reſurgens à mortuis, omnia illa, quę imperfecta erant exuit, & induit Dominus gloriam, honorem, & fortitudinem, & præcinxit ſe virtute, & omnibus rationibus perfectus euaſit. Alter verò eſt Chriſtus myſticus, qui eccleſia, & corpus eius eſt, & hic quoque multa habet imperfecta, quia multis membris caret, quæ ſibi ad integritatem corporis ſui ſunt neceſſaria: & tantum tempus erit, donec compleatur numerus fratrum ſuorum. Deeſt præterea multis CHRISTI membris perfectio, ac debita virtutum, &

Pſal. 92. Chriſtus verò myſticus qualis. Coloſſ. 1. Epheſ. 1. Apoc. 6.

dono

dnnorum ſpiritualium menſura, ad quam quotidiè promouendam,& augendam cõtendere debent, & de qua inferiùs habet: *Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo.*

Epheſ. 4.

Eadẽ rurſus ſententia in mẽſurã ętatis plenitudinis Chriſti magis explicatur.

Ait ergò: *Donec perueniamus in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*, id eſt vt ſicut Chriſtus ad perfectam ætatem, robuſtamq; mẽbrorum diſpoſitionem temporis progreſſu peruenit; ita quiſque noſtrûm ad perfectam, ac plenam Dei Patris, & Chriſti Filij eius, & Spiritus ſancti agnitionem peruenire conetur, vt plena, & conſummata ſit membrorum Eccleſiæ proportin, numerus, perfectio, quæ hnc tempore non implebitur vſque ad reſurrectionem vniuerſalem, in qua eius membra exuta omni imperfectione & peccati, & fomitis, & mortalitatis, & dolorum, ſiue pœnarnm, reſurgãt Chriſto natutali quam ſimillima, immortalitate, & alijs dotibus animæ glorificatæ referta. Ita Græci Patres hunc locum expediunt.

Philip. 3.

Latini Patres eũ locũ Apoſtoli, Donec occurramus: oẽs in virum perfectũ, &c. aliter interpretantur.

Quidam verò ex Latinis alium ſenſum adferunt. Nam illud, Douec occurramus, de occurſu, quo omnes occurremus Chriſto in aëra in iudicio intelligunt: non quidem ad vnitatem fidei, quę tunc euacuabitur, ſed ad vnitatem illius rei, ad quã ducit fides, id eſt ad viſionem, & fruitionem Dei. Et quod ſequitur, *In virũ perfectũ, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti*: id eſt, in ea perfectione, & ętate corporis, ad quam conſtat Chriſtum perueniſſe, qui triginta triũ annorum, & paulò plus fuit, vt ita pertineat ad corporum reſurrectionem. Certè Auguſtinus lib. de Ciuit. Dei, c. 15. & tribus ſequentibus, vtrumq; ſenſum proponit; ſed priorem vt probatiorem ſequitur, non cõtemnens poſteriorem, cùm nec fidei, nec charitati aduerſetur. Imò apertè de vtraq; ſe intelligit, quanquam immodeſtè, & contemptim loquantur hæretici de his qui poſteriorem ſenſum ſequuntur. Etiamſi verũ eſſet, quòd Paulus hoc loco nõ de corporũ ſed animorũ perfectione potiùs loquatur, vt ſequentia teſtãtur, cùm ait: *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes.* Gręca apertius habet ἱνα μηκέτι, hoc eſt, vt nõ amplius ſimus pueri, ſiue paruuli, vt olim eramus in lege ſub pędagogo Moſe. Ita enim Apoſtolus dixit: *Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus, quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.*

1. Theſſ. 4.

Luc 3.

B. Aug. 20. 15.

In eũ ſenſum quid objici poſſit ex Paulo.

Galat. 3.

1. Cor 13.

Cur dixit Apoſtol⁹ in prima & non in tertia perſona: Vt non ſim⁹ paruuli fluctuantes.

Et prudenter Apnſtolus ſe enumerat inter paruulos fluctuantes: nõ quòd ipſe in fide nutauerit, ſed vt alij libentiùs exhortationem ferant. Hæc autem verba nonnulli ad illa prima verba referenda eſſe volunt: *Vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis*, ex eo quod non pnterat referri ad immediatè dicta: quia poſt virum perfectum nõ erunt ampliùs venti doctrinæ, quibus circumferamur. Sed certè hoc longè petitum videtur, ac durum, vt ad tam remota verba referatur. ¶ Ideò melius mea ſententia referatur ad paſtnres, & doctores, qui dati ſunt ad conſummationem ſanctorum, & ædificationem corporis Chriſti. Et paruuli ſunt qui lacte indigent, nondum poſſunt ſolidũ cibum edere: multa quoq; ob experientiæ diuerſarum rerum carentiam ignorantes, vmbras quoq; creaturarũ timentes, & trepidãtes timore, vbi nulla eſt cauſa timoris. Inſtabiles etiam, vt ſunt fluctuantes, vel in fide, vt Petrus olim in mari, nam teſte Iacobo, qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris. Et principium ad hæreſim perueniendi, eſt facere, vt primùm quis de aliquo articulo certo dubitet: deinde vt cogitet ſententiam catholicam, & hæreticam probabilem eſſe, ac teneri poſſe: poſtremò ſpoliatus fide, ſolam hæreticam amplectitur. Fluctuantes etiam in charitate, dum creaturas Creatori præferunt. Et fluctus maris modò elati, mndò depreſſi ſunt, ita hæretici modò elati per ſuperbiam, modò humiles, ſiue humiliati à ſpina cõſcientiæ, & timore perſecutionis iuſtantis.

Verba illa nõ niſi ad paſtores & doctores eſſe referenda.

1. Cor. 3.

Hebr 5.

Quid paruuli fluctuantes Apoſtoli,

Pſal 13.

Matth 14.

Quib⁹ quaſi gradibus ad hæreſim perueniur.

Et circumferamur omni vento doctrinæ. Congruit metaphora venti: quia ventus circulariter, & in latus mouetur. Et nouam, ac peregrinam doctrinam ventum vocat, quia cum impetu quodam venit, & non ſolet circumferre niſi paleas & ſtipulas, & arũdines; domus aũt cõſtructas ſupra petrã, aut arbores profundis radicibus firmatas non lędit. Ventus etiam eſt doctrina noua: quia vt ille non diu ſtare poteſt, ita nec doctrina falſa diu permanere. Mendacium enim citò ruit, quia non habet pondns veritatis, vel charitatis. Offendit etiam ventus oculos puluere, qnem eleuatum proijcit: ita noua doctrina nffendit oculos mentis, donec excutiant puluerem erroris, aut perturbationis animi qua occupantur. Erigitur ventus In altum; ita hęreſis per ambitionem eleuat, & autores, & eos, qui eam ſectãtur: qui in ſuis cogitationibus euaneſcunt. ¶ Poſtremò addit: *In nequitia hominũ in aſtutia ad circumuentionem erroris.* Voces iſtæ explicandę ſunt diligenter. Nequitia igitur Gręcè dicitur κυβεία, quę propriè eſt artificium fallax; & verſutia in vertendis talis, ſiue taxillis ad decipiendum: qund Hieronymus refert ad verſutias dialecticas, & captioſa philoſophię argumẽta, quibus

I. ratio cur noua, & falſa doctrina vento cõparatur.

Matth 7.

II. ratio.

Quid circũferri omni vẽto doctrinę in nequitia hominũ, primus ſenſus Hieronymi.

quibus ſimplices illaqueamur. Epihanius verò in Manichæos refert hoc verbum ad vanas & ineptas ſubtilitates: alij verò ad hæreticorum fraudes, & rhetoricos flores, quibus ſeipſos fucant, & miniſtros Chriſti cõprobant, & ad colores, quos ex Scripturis & Patribus adhibent, vt ſua dogmata contegant, & confirment.

Quid ſit ad circũuentionem erroris.

Addit: *Ad circumuentionem, vel machinationẽ errorũ.* Quę Gręcè dicitur ἐπιπανουργία πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, hoc eſt per aſtutiam, qua nos adoriuntur, vt in errorem inducant. Eſt autem Gręcis μεθοδεύειν, hominem adoriri ex inſidijs. Et ſenſus eſt, Ne circumferamur omni vento doctrinæ, imponente nobis dæmonum aſtu, & fraude hoc agentium, non vt Chriſtũ ſyncerè nos doceant, ſed callidis artibus nos adoriũtur vt capiant. Nomen πλάνης ſignificat impoſturam magis decipientis alterum, quam errorem, qui tantum decepti, & non decipiẽtis eſt. Atque hoc loco poſſent repeti ſententiæ ſuperius citatæ ex B. Ignatio in epiſtola ad eoſdem Epheſios, vbi laudat eos de fide retenta. Ait enim: *Ipſe Oneſimus laudat veſtram diſpenſationem, quia omnes ſecundum Deum viuitis, & quia nulla hæreſis inter vos habitat. Sed nec obeditis alicui, niſi Ieſu Chriſto vero paſtori, & doctori, & eſtis, quẽadmodum Paulus vobis ſcripſit, vnum corpus, & vnus ſpiritus.* Hæc ille.

B. Ignat. epiſt. 14. aliquãto poſt initium.

DISPVTATIO XI.

In verba Apoſtoli: *Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexũ per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundũ operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant* & reliqua in finem vſque capitis.

I. dubium.

CIRCA hæc priora verba dubia occurrunt non modica, diſcuſſione digna, inter quæ principem locum habebit, quorſum Apoſtolus hoc loco hortetur ad progreſſum ſpiritualem, & ad virtutum incrementum. Deinde quid eſt, quod ait: *Veritatem facientes*: nam veritas quæ eſt intellectus, non efficitur, ſed creditur tantùm & aſſeritur: nã teſte Ariſtotele, ex eo quòd res eſt, aut non eſt, ſumitur veritas, aut falſitas propoſitionis. Tertiò cùm multæ ſint virtutes theologicæ, & Chriſtianæ, in quibus nobis eſt proficiendum, cur charitatis tantùm facit mentionem? ait enim: *Veritatem autem facientes in charitate, &c.* Quartò dubium eſt, quid ſit creſcere in Chriſto, & quid per omnia. Quintò, cùm ait: *Ex quo totum corpus compactum, &c.* dubium eſt, ad quid ſit referendum illud, Ex quo: *Et quomodo compingitur, & conglutinatur hoc corpus.* Sextò, quid ſunt illę iuncturę ſubminiſtrationis: quia videntur verba recõdita, & abſtruſa. Septimò, quæ eſt illa operatio in mẽſura vniuſcuiuſque membri; & quomodo augmentum corporis facit in ædificatione ſui; cur item ſecundò repetitur illa particula, In charitate. Octauò, quid eſt quod ait, Quoſdam ſemetipſos tradidiſſe impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam? Nonò, quid eſt deponere veterẽ hominem, & induere nouum in iuſtitia. Decimò, in illud; *Iraſcimini, & nolite peccare, Et, Sol non occidat ſuper iracundiam veſtrã, Et, Nolite locum dare diabolo*, dubium eſt, quod quis citra peccatum poſſit iraſci, cùm Dominus dixerit: *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio?* Præterea, quomodo Sol non debet occidere ſuper noſtram iracundiam, cùm ſatis ſit ad peccatum iraſci per totum diem; quomodò item obtinebimus ne locum demus diabolo, cùm etiam ille, nõ dantes ſibi locum, impugnet. Vndecimò, in illud: *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei*, dubiũ eſt, qua ratione hoc dicatur cum ille, vtpote Deus, triſtitiæ cuiuſcunq; non ſit capax: & quomodo ſignati ſumus in die redemptionis, cùm tunc in rerum natura nõ eſſemus, cùm ille nos in cruce redemit, neque vllus eorum, qui præceſſerunt Chriſti mortem, eo die extiterit. Nonnulla ex iſtis non ſunt adeò magni momenti; pro tamen more noſtro illa explicauimus, & breui expediemus.

Secundum.

Philoſophus lib. 1. Perihermen. 1.

Tertium.

Quartum, & quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Decimum.

Pſal. 4.

Matth. 5.

Vndecimum.

Ad primam interrogationem dicimus, quod cùm ſuperius dixiſſet Apoſtolus: *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, Et, Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes*, hęc autem nobis nõ facile contingant, exuere videlicet infantiam, & induere virum perfectum niſi per progreſſum in via Dei, & per incrementa virtutum; idcircò de modo & ratione, qua iſtos progreſſus ſpirituales adipiſci poſſimus, in pręſenti loco aptè, & congruenter edifferit.

Soluitur dubitatio prima.

Quare hortetur Apoſtolus: Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, &c.

Ad ſecundum dubium reſpondemus, verbum Græcum eſſe ἀληθεύοντες: conſtat

Secundæ quæſtionis ſolutio.

autem

Veritatẽ facere quid ſit.

autem, hoc verbum nihil aliud eſſe quã veritatem pręſtare, quam quoquomodo promiſiſti. Eſt etiam ἀληθεύειν, nonniſi vera loqui, & vera ſectari. Et hoc ſecundo modo ſenſus eſſet: Sectamini veritatem, non nouas aut peregrinas doctrinas, quibus quidã factiones nutriunt, & ſectas: quia hoc dicitur è regione ad effectum aſtutiarũ, & malarum artium, quibus imponitur ſimplicibus: hoc eſt: dicant iſti quicquid velint, & ſomniant; nos verò in cõſpectanda veritate Euangelij nobis prædicati ſtabiles permaneamus. Priori modo facere veritatem, Eſt, operibus bonis præſtare id quod in baptiſmo promiſiſti, & ſtatum Chriſtianũ factis ipſis profiteri: quia nõ deſunt qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et iſti ad ſumendum augmentum nõ ſunt apti, cùm ſint ſola fide contenti. Eſt etiã præter fidei veritatem, quã Deo per ſe, vel ſuos miniſtros docenti debemus, veritas iuſtitię qua reſpondemus proximis noſtris, & veritas vitæ, qua nobis ipſis ſatisfacimus. Chriſtus quoq; veritas eſt, iuxta illud: *Ego ſum via & veritas, & vita*: quam facit, qui Euangelium ſeruat, vel qui Chriſtum Dominum imitatur. Deniq; frequens eſt in ſacris literis locutio faciendi veritatem: nam capite primo ſui Euangelij Ioannes habet: *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: id eſt, Promiſſiones Dei factæ adimpletæ ſunt, ſicut Nehem. 9. dicitur: *Veritatem feciſti nobis*, id eſt ſeruaſti promiſſa. De hac veritate dicitur Ioan. 3. *Qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtetur opera eius, quia in Deo ſunt facta*. Et in priori epiſtola ſua c. 1. *Si dixerimus quoniã ſocietatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatẽ non facimus*. Ezechias quoq; dixit; *Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis*, id eſt promiſſio de pace danda dicbus meis, rata ſit & firma. Et his modis efficitur veritas. Non aũt eſt ſermo hoc loco de veritate propoſitionum, quam conſiderat Logicus, ſed de veritate diuina, quam præſtare debet Deo omnis pius Chriſti cultor.

Quomodo Chriſtiani veritatem faciant.

Tit. 1.

Ioan. 14.

Chriſtum veritatem faciat quis.

Ioan. 1.

Nehem. 9.

Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

Eſai 39.

De qua hic veritate Apoſtolus non loquatur.

Solutio tertię quæſtionis.

Cur in charitate potiùs, quã in alijs virtutib dicitur veritas facienda.

Rom. 13.

1 Tim. 1.

Ad tertiam dubitationem dicendum, illud verbum, *In charitate*, poſſe & ſuperioribus, & inferioribus accõmodari. Et ſi quidem ſuperiora reſpiciat, ſenſus erit: faciẽtes veritatem in charitate, id eſt, ſeruantes legem Euangelicam ad mentem Chriſti pręcipientis, nimirum ex dilectione Dei ſuper omnia, & non tantùm ſecundùm ſubſtãtiã operum. Charitas autẽ plenitudo legis eſt, & finis præcepti. ¶Si verò refertur ad inferiora, ſenſus erit: Per charitatem creſcamus in illo per omnia; hoc eſt, Ingreſſi ſumus per fidem, ambulamus per ſpem, creſcamus in illo per charitatem, quæ eſt omnis: nam charitas patiens eſt, benigna eſt, nõ eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. Et quamuis poſterior ſenſus nõ ſit contemnendus: prior autem mihi magis cõgruus, & genuinus videtur.

Altera ſolut.

1. Cor. 13.

Ad quartam interrogationem, Quid ſit creſcere in Chriſto, reſpõdemus, olim nos augmentum habuiſſe in Adam veteri, & in paſſionibus, & fructibus carnis, & mundi: nunc autem progrediendum eſt in Adam ſecundo, nõ tantùm eius fidem in dies magis amplectendo, ſed etiam eius mores, & patientiam conſectando, ac bonitati & miſericordiæ eius nos ipſos committendo.

Quarta ſoluitur dubitatio Creſcere in Chriſto quid

1. Cor. 15.

Quid per omnia creſcere in Chriſto.

Quod autem ait, *Per omnia*, ſuum bonum ſenſum habet. Contigit ſiquidem multis modis Chriſtum imitari: alij enim virginitatem eius colunt, alij humilitatem, alij paupertatem, alij obedientiam, alij magnitudinem, & fortitudinem, denique nonnulli precandi, & orandi ſtudium, & charitatem eius ſibi exprimendam aſſumunt: ſed quia nullus poteſt omnia conſectari, poteſt tamen fidelium multitudo, ſiue corpus myſticum omnes eius virtutes, & exempla imitatione conſequi. Idcircò dixit; Per omnia qui eſt caput. Nam ipſe quidem Chriſtus per ſe perfectus eſt vt caput, ſed nõdum in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Deinde nõ tãtum quiſq; vnicã virtutem in Chriſto æmulari debet, ſed etiã alias, quo ad eius per eum fieri poteſt. Omnes enim virtutes ſunt connexæ, & ſimul cum charitate infundũtur, & ita illud verbũ, *Per omnia*, locum habere poteſt in ſingulis, & non tantùm in omnibus.

Chriſtus quatenus imperfectus.

Epheſ. 1.

Coloſſ. 1.

Ad illud verò, quod quinto loco dubitatũ eſt de verbo illo; *Ex quo*, reſpõdemus, eſſe referendũ ad Chriſtũ quatenus caput eſt: nam ex capite venit omnis ſuccus & influxus & ſenſus, & motus in corpus ſuũ myſticum quo membra ſua perficiantur. Totũ verò corpus cõpactum, ſiue cõnexum, & cõglutinatũ ita intelligendum eſt, quòd vt ex capite, tanquam ex regia quadã prodeunt omnes ſpiritus animales, quibus ſibi inuicem membra mẽbris colligãtur, & oſſa oſſibus, & caro carni; ita vt ſi iſte ſpiritus deſit, totum corpus diſſoluatur, & membra à mẽbris, & oſſa ab oſſibus ſeparẽtur: ita ſpiritus Chriſti diffuſus per corporis myſtici membra, ea inuicem in vnũ ſenſum alligat & in vnam voluntatis dilectionem vincit; ita vt alio loco dicat: *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*, & ſupplendum eſt membrum. Iſte autem Spiritus vitam gratiæ cõciliat, ſenſum fidei donat, vitam charitatis impertitur.

Quinti dubij ſolutio.

Ex quo nam totum Eccleſię corp⁹ dicitur eſſe cõpactum & conglutinatum.

Diuini ſpiritus, & humani ſimilitudo.

Rom 8.

Ad VI. dub. De iuncturis ſubminiſtrationis, quçnã illæ ſint.

Sextò dubitabatur de illis verbis: *Per omnẽ iuncturam ſubminiſtrationis*, quòd eſſent paulò obſcuriora. Dicendũ eſt, quoſdã verbũ, iuncturam, vertiſſe, cõmiſſuram. Eſt enim propriè commiſſura, quando vnum membrum alterum tãgit, & corpus naturale habet plures iũcturas, ſiue cõmiſſuras, quibus inuicem colligãtur membra, & à membro ſuperiori deſcẽdit virtutis ſubminiſtratio; ſiue ſuppeditatio (vt alij interpretantur) in inferius. Et electus nõ debet recuſare accipere hãc virtutis ſubminiſtrationẽ, quã aliud mẽbrũ ſiue verbo, ſiue miniſterio ſacramenti, ſiue ſuffragio precationis, ſiue exẽplo, ſiue alio quocũq; modo illi impẽdant, dũ quiſq; ſuã partẽ ſuppeditat, & quaſi ſymbolũ pẽdit. Et volens aliter ſibi tradi opem diuinæ gratiæ, aut ſapientiã, aut aliud chariſma, decipitur: vt hæreticus facit, qui deſpicit Sacramẽta, & bonorũ operũ cõmunicationem, & deniq; articulũ Cõmunionis Sanctorũ inficiatur: nec opitulatur mortuis in Chriſto, nec indulgentias applicari poſſe permittit: nec ſuffragia poſcit a Sanctis, qui cũ Chriſto in cœlo regnant, quos quotidie inuocare ſolet eccleſia: nec putat eſſe aliam fidelium cõmunionem, quã eam quæ eſt inter viuẽtes; deniq; quod peius eſt Patrũ veterũ ſententias, aut Pontificũ ſanctiones, aut œcumenica Conciliorũ decreta auerſatur, & auxilium, quod eccleſia illis porrigit ad fidem eorum ſuſtentandam, & fidem ſeruandam, impudenter reſpuit.

Hçc iũctura ſubminiſtrationis quam ſit electis neceſſaria.

Illam hçretici reſpuentes, quos & quantas miſeri negant Eccleſię virtutes.

Ad VI. dubit. Quçnã ſit operatio in mẽſuram vniuſcuiuſq; membri.

Ad ſeptimum dicimus, illam operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri ſignificare, non omnia parem, ſed alia maiorem, alia minorem operationem, ſiue vt Græcè dicitur efficaciam, quam membra à capite recipiunt, & ratione cuius agunt in menſuram cuiuſque membri, vt ſcilicet membrum, & quælibet pars veniat ad debitam menſuram ſuam, & proportionem. Omnia enim Deus in numero, pondere, & menſura conſtituit: ſed per augmẽtum hçc omnia fiunt, donec appareat ædificatio corporis Chriſti in charitate.

Sapient 11.

Operatio illa quomodo augmẽtũ corporis facit in ędificatione ſui, & cur iterũ in charitate Paulus verbum addiderit.

Addit: *Augmentum corporis ſui facit.* Hoc verbũ principale eſt, ex quo totius clauſulæ conſtructio pendet. Itaq; totum corpus incrementũ ſumens ſignificatur augeri ſecundùm gratiam commenſuratam cuique parti; atq; hoc in hunc finem vt corpus nõ ſolùm conſiſtat in incremento partiũ omnium, ſed etiam in ædificatione ſui ipſius totius. Et repetit iterũ, *in charitate*, ſine qua reliqua omnia nihil ſunt: & augmentũ corporis Chriſti tẽdit ad charitatis ædificationem. Et illo verbo videtur explicaſſe Apoſtolus, commiſſuram, ſiue iũcturam membrorũ nihil aliud eſſe quam dilectionẽ Dei, & proximi: idcò non redundat. Dilectione enim Dei vnimur cum capite Chriſto; dilectione verò proximi in nobis ipſis inuicem. Quia enim ędificatio ſemper auget ædificium, idcò augmentum corporis per ædificationem explicauit.

1. Cor 13.

Dilectionis Dei, & dilectionis proximi effectus.

Quod verò ait, augeri myſticum Chriſti corpus ſimul proportione quadam ſecundùm omnes ſuas partes: non eſt intelligendum, vt, cùm vna pars augetur, reliquæ omnes augeantur. Et Paulus nullibi aſſerit negatiuam propoſitionem, ſcilicet non augeri partem ſine aliarum omnium augmẽto: ſed affirmatiuam tantùm pronunciat, omnes partes proportione quadam augeri, quod quandoq; verũ eſt, niſi ipſi ſuo vitio impediant. Et ita vno membro aucto, non ſemper alia augentur, quanquam dici poteſt, quòd reliqua augeantur, quoniam per dona collata vni membro, cætera quoque adiuuari poſſint, vt & in ſeipſis augeantur. Et ſicut in corpore naturali non quolibet nutritione fit augmẽtum, ſed ex multis: ad eum modũ in corpore Chriſti myſtico nõ qualibet bona operatione augẽtur omnes virtutes, ſed vbi tales acceſſerint, quæ ſuum promereantur augmentum. Quomodo autem fiat augmentum, an per additionẽ partis ad partem, an per radicationem habituũ in ſubiecto, apud Doctores ſcholaſticos problema eſt: & idcò illis diſputandum relinquimus, quamuis prior ſententia videatur probabilior, & intelligentię noſtrę magis conſentanea.

Myſtici corporis ſecũdũ oẽs ſuas partes pro ratione cuiuſque quomodo ſit accipiendum augmentum.

Vt naturalis, ita myſtici corporis vbi nutritio fiat.

Duobus modis augmẽtũ perficitur.

Ad octauum: prçmittit Apoſtolus verba de ſtatu antiquo Epheſiorum quibus teſtificatur, vt iã nõ ambulent amplius, *Tenebris obſcuratũ habẽtes intellectũ, alienati à vita Dei per ignorãtiã quæ eſt in illis, propter cæcitatẽ cordis ipſorum.* In quibus verbis, quæ proximè præcedunt illa, de quibus fuit dubitatũ, exprimit miſeriam, & infelicitatem Gentiũ, quæ cũ tenebris eſſent obſitæ, inflabantur tamen in ſcientia: & cùm alieni eſſent à vita Dei, quę in gratia conſiſtit: per peccatum tamen antiquum, & alia ſuperaddita, ſibi viuere Deo videbantur; cùm tenebras ſuas & peccata non conſpicerent, Nihil autem infelicius cœco, qui putat ſe videre, aut mortuo, qui ſe pro viuente gerit.

Epheſiorum priſtinus ſtatus ante fidẽ Chriſti ſuſceptam, quam miſer, & infelix fuerit.

Addit, obſcuratũ intellectũ illos habuiſſe & ignorãtia ſalutis ſuæ detẽtos propter cęcitatem cordis ipſorũ: vbi cæcitatẽ cordis vocat tenebras volũtarias, per quas peccata virtutibus, & creaturas creatori præferunt: & illæ ſunt cauſa ignorãtiæ, & obſcurati intellectus: nec opus eſt ampliori ponderatione horum verborum, quę per ſe clara ſunt.

Tenebris obſcuratũ habuerint intellectũ, quomodo Epheſij.

Subdit

Google

AdVIII.dub. Quid ſignificet: Quidam deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ.

Subdit: *Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operatione immũditia omniu, in auaritiã.* Huius loci duplex eſt lectio Græca quarũ altera nõ lõgè ab altera diſſidet. Quidã n. legũt ἀπηλπικότες, hoc eſt deſperãtes, vt interpres vertit, id eſt, cũ nõ crederẽt aliã vitã ſupereſſe poſt hãc præſentẽ, ſiue etiam cũ nõ crederent corporũ reſurrectionẽ, vt interpretatur Ambroſius: hinc factũ eſt, vt omnes per fœdiſſima quæq; vitiorũ genera ſeſe præcipites darent ad captandas obſcœnas ſenſus voluptates.

B. Amb. to. 5.

Alter ſenſus Hieronymi, & Græcorũ.

Alia verò eſt Hieron. & Græcorũ autorũ, ἀπηλγηκότες, & ſignificat homines qui ſunt ſine ſenſu: & dolore ſui mali. Hieron. vertit indolẽtes. Alij vertũt, poſtquã dedoluerũt id eſt oẽm doloris ſenſum à ſe abiecerũt: quod nõ tã eſt deſperatorũ, quã eorũ, qui nõ amplius dolẽt ob ea facinora quæ admittũt, ſed bonũ quod turpiter viuendo amiſerũt, tãquam ſtupida mẽbra, & vi ſentiendi carẽtia non cogitãt. De qua Cicero Tuſc. 2. Labor inquit, quaſi callum quoddam obducit dolori: & in epiſtola ad Varronem: Conſuetudo diturna callum iam obduxit ſtomacho meo: & ab hoc callo promptum eſt delabi, vt omnis doloris ſenſus amittatur. Rectè Ouidius dixit.

M. Tul. circa med. libri. Idem li. 9. ep. 2 ſub finem.

Optimus ille fuit vindex, lædentia ſenſus,
Pectora qui rupit, dedoluitq; ſemel.

Ouid. lib. 1. de Remed.

Iſtos ait ſemetipſos tradidiſſe impudicitæ, Ita etiã ad Rom. dixit de Gẽtibus: *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ, in immũditiã.* Et rurſus: *Tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum vt faciãt ea quæ nõ conueniũt.* Et intellige propriè, homines ſeipſos tradere efficienter in vitia quæq; obſcœniſſima, etſi à cõcupiſcẽtia ſua abſtractos, & illectos: Deus aũt tradit priuatiuè, quatenus permittit illos ſordes vitiorũ amplecti, ac gratiæ ſuæ lumen tollit, quo poterant ab illis vitijs retineri, aut reprimi, aut deniq; doloris ſenſu tangi.

Rom. 1. Ibidem.

Homines vt ſeſe tradãt impudicitiæ, vt verò tradantur à Deo. Iacob. 1.

Addit: *In auaritiã.* Quæ vox Græcè dicitur πλεονεξία, quod generale eſt vocabulũ, quo ſignificamus plus in vnaquaq; re nos vſurpare, quã par ſit, id eſt in opibus, in honore in libidine, & in cæteris: & poterat verti, luxũ, qui ſimiliter eſt ſine modo, & termino, Quidã verò interpretãtur per aduerbium, Certatim, quaſi vnus aliũ ſuperare cõtẽderet, cũ agitur de lucro. Sed illas duas lectiones in Græco textu quidã cõplexus, ita hũc locũ vertit. Qui eo vſq; duritiæ peruenerũt vt ad omnem ſenſum obſurduerint, & poſt peccata dolere neſciant, vel pœnitere facti: deſperati quoq; ſemetipſos tradiderũt impudicitiæ, & laſciuiæ, ad patrandã ſine modo, & termino omnem immunditiam. *Si tamen,* inquit, *illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis.* Si tamẽ hoc in loco affirmat, & verti poteſt, Siquidem, vt ibi: Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere: vbi etiam affirmat. Hic autem, vt ait Chryſoſtomus, Epheſij audierant, & edocti fuerant.

Quoſdã tradidiſſe ſe impudicitiæ quid eſt in auaritiam.

Tertia cuiuſdam interpretatio illorũ verborum Qui deſperantes, &c.

1. Theſſ. 1.

B. Chryſ. ſer. 13.

IX. dub. diſſoluitur. Quid deponere veterem hominẽ, & nouũ induere.

Ad nonũ: Deponere veterẽ hominẽ eſt, vitæ veteris cõuerſationẽ, in qua dominatur peccatũ, exuere. Neq; enim, vt nõnulli putant, vetus homo eſt corpus, & homo nouus anima, vt ait Auguſtinus apud Bedam in hunc locũ; ſed corpus exterior homo eſt, anima interior. In interiori igitur agitur hæc vetuſtas, & nouitas. Cùm enim Apoſtolus diceret: *Exuite vos veterem hominẽ, & induite nouum,* non hoc inducbat vt corpus deponeretur, ſed vita in melius mutaretur. Quod notãdũ eſt cõtra hæreticos, tũ veteres, vt Simonẽ Magũ, qui poſt Chriſti cognitionẽ, ad libidinẽ Gentiũ diſcipulos ſuos redire permittebat. Tũ propter recẽtiores, qui nõ diſtinguũt inter varios hominis ſtatus, ſed conſtituunt oẽs etiã in Chriſto exiſtẽtes peccatores, & in peccati dominantis ſtatu verſari, cõtra totã doctrinã Apoſtolicam, præſertim eã, quã tradit Roma. 6. vbi ex Baptiſmi renouatione, & morte, & ſepultura Chriſti, & reſurrectione eius argumẽtatur, baptizatũ ad peccatũ redire nõ debere, nec ad illud perpetrãdũ cogi, niſi vbi per volũtatẽ ſuã ac cõſenſum ſuccubuerint, hic aũt vetus homo eſt ille, qui corrũpitur ſecũdũ deſideria erroris. i. qui per ſingulos dies, & horas corrũpitur, dũ erronea ipſius deſideria, ſiue ad errores perducẽtia, dũ ipſis acquieſcitur, fouemus. Quod. n. antiquatur, & ſeneſcit, prope interitũ eſt: vetuſtas enim ipſa ſpecies eſt corruptionis. *Renouamini aũt ſpiritu mẽtis veſtræ, & induite nouũ hominẽ qui ſecũdũ Deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.* Renouatur in primis homo per ſpiritũ ſanctũ, qui eſt in mẽte noſtra, & hoc dũ viuimus: poſt mortẽ autẽ fit renouatio per corporis immortalitatẽ, vt loquitur Apoſtolus ad Rom. 8 & induimus nouũ hominẽ Chriſtũ, qui creatus eſt nõ ſimpliciter, & in ſe, ſed in nobis ipſis; & hoc per iuſtitiam, qua iuſtificamur, & ſanctitatẽ veritatis, hoc eſt verã & non fucatam ſanctitatem, & quæ nullã fictionem, aut hypocriſin admittit.

B. Aug. li. de paſſione Domini, vt citatur apud Bedam to. 6.

His verbis Apoſtoli duo dogmata cõfitentur.

Ille homo vetus quomodo corrũpitur ſecundum deſideria erroris. Heb. 8.

Quid renouari ſpiritu mentis ſuæ, nouus homo Chriſtus ſecundũ Deum quatenus creatus in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Rom. 8.

Ad decimũ reſpõdemus, tria eſſe nobis cõſiderãda. Primũ, quomodo ira poſſit eſſe ſine peccato: Secundò quid eſt Solem non occidere ſuper iracũdiã noſtrã: tertiò quid illud, *Nolite locum dare diabolo.* Ad primũ dicimus, alluſionẽ eſſe Pauli ad Dauidis verba Pſal. 4. cùm ait: Iraſcimini, & nolite peccare cuius verbi duplex eſt ſenſus teſte Auguſti. tract. in eundẽ Pſalmũ: prior quidẽ, ſi contingat aliquo modo in irã rapi; ſi tamẽ talis

Solutio X. dubitationis. Quomodo iraſci contingat ſine peccato. Pſal 4. Aug. to. 16 in princ.

ac tã moderata ira, vt illi ratio nõ cõſentiat & nullũ propterea peccatũ admittatis; alioqui agite pęnitẽtiã. i. iraſcimini vobiſmetipſis de prçteritis peccatis, & vlteriꝰ peccare deſinite; & hic eſt poſterior ſenſus. Ex quibꝰ colligimus, aliq̃ irã eſſe ſine peccato vt ſi per zelũ, vel iuſtã indignationẽ, quę Gręca voce dicitur θύμωσις; aut ſubita ſit & repẽtina quę rationẽ perueniat. Et irã quę motus eſt animi acceſi, & appetẽtis vindictam, poſuit pro iracundia, quæ vitium eſt, & non tantũ motus naturalis, ſed voluntarius.

Quid eſt, Solẽ nõ occidere ſuper iracũdiã noſtram.

Secũdũ cõſiderãdũ eſt, cũ dixit: Sol nõ occidat ſuper iracũdiã veſtrã, admonnit iram citò ponẽdã. & de pectore excutiẽdã, ne in odiũ cõuertatur. Eſt. n. ira inueterata ipſum odiũ: nam ira retẽta cogitationes vindictæ ſemper cõcipit, & ad vindictã ſumendã vehementer impellit. Verus etiã eſſet ſenſus, ſi rationẽ, & lumen iudicij per Solem intelligamus. Eſt. n. intelligẽtia noſtra Sol, qui nõ debet occidere ſuper iracundiã, hoc eſt, nõ debet eſſe tã atrox, & implacabilis, quę conſtituat hominẽ abſq; miſericordia, & abſq; iudicio, & reddat illum furioſum, ac ſęuam beſtiam. Alias. n. ſi de Sole corporeo capias, quid eſſet, ſi quis ab ortu Solis, aut à meridie iraſceretur? & anteq̃ Sol occidat, per irã interficiat hominem? Quod ſi nocte iraſceretur, & ferro hunc & illum percuteret, an hoc ſibi liceret, eo quòd Sol non occideret ſuper eius iracundiam?

1. Solutio.

Vnde cõſtet de Sole corporeo hic non eſſe ſermonẽ.

Explicatur illud: Nolite locũ dare diabolo duplіciter.

Tertiũ erat: Nolite locũ dare diabolo. Vbi aliqui vertũt, calũniatori cuicũq; in genere, id. n. Gręca vox ſignificat διάβολος, Græci tamẽ & Latini Patres vno cõſenſu de inſigni illo interpretãtur calũniatore qui in Apocalypſi Accuſator fratrũ, & ſerpẽs antiquus vocatur: vnde & Gręcè cũ articulo ait Paulus, τοῦ διαβόλου, vt illum nobis deſignet calũniatorem, qui in hoc vnum totus eſt intentus, & ex officio, & arte, & habitu operatur, vt hominibus ſtruat calumniam.

Apoc. 12. ibidem.

Iræ effectus.

Quod autem ait, non eſſe locũ dandũ diabolo, de ira intelligendũ eſt, quę ex ſufflãte dæmone creſcit in odium, & de feſtuca trabem efficit, & ita vltionis cupidia redditur homicidia, Omnis. n. qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Et locus Apoſt. ad Roma. 12. *Nõ voſmetipſos defendẽtes chariſſimi, ſed date locum iræ*, præſentẽ explicat: qui, n. ſumit vindictã, dat locũ iræ, ac proinde diabolo, qui iræ noſtræ autor eſt, & fautor, & per quam aditũ habet ad ædes animæ noſtræ. Auguſt. ſerm. de immolatione Iſaac: *Deus*, inquit, *tentat, vt doceat: Diabolus tẽtat, vt decipiat. Cui tamen, niſi, niſi ille qui tentatur, dederit locũm, inanis tentatio, & irridenda repellitur. Ideo Apoſt. Neque detis, ait, locum diabolo. Dant aũt locum homines diabolo, & concupiſcentijs ſuis. Nõ enim vident diabolum homines cũ quo pugnant, ſed facile habent remedium. Seipſos interius vincant, & de illo foris triumphant.* Hæc ille.

1. Ioan. 3.
Rom. 12.

B. Aug. ſerm. 8. c. 4. de tempore ſer. 7. 10mo 10.

Otium eſt fugiendum.

Subdit deinde aliud pręceptũ, quo locum nõ demus diabolo, dicẽdo: *Qui furabatur, iã nõ furetur: magis aũt laboret operando manibus ſuis, quod bonũ eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.* Otiũ ſiquidẽ oſtiũ aperit dæmoni, quò intret in nos ipſos, & mactet. Et ideò cõſulũt ſancti, vt vitiũ otioſitatis vitemus, vt inſurgẽs cõtra nos dęmõ, nos in aliquo ſancto exercitio, aut honeſto opere manuũ inueniat occupatos. Nã vitiũ nefandũ in ciues Sodomorũ ingreſſum eſt per otioſitatẽ, & panis ſaturitatẽ, vt teſtatur Ezechiel. Fera ſiquidem peſſima deuorauit Ioſeph, hoc eſt augmẽtũ virtutũ, & bonorum operũ deuorat ac perdit otioſitas, quę inſtar ferę omnia conſumit. De hoc pręcepto videtur Diataxis apoſtolica loqui li. 2. c. 36. his verbis: *Operare, eſto aſſiduus, labora, & offer Deo quæ volũtatis tuæ ſunt. Honorẽ. n. augus, adhibe Deo ex tuis iuſtis laborib.* Prouerb. 3. iuxta 70. noſtra aũt lectio habet: *Honora Dominũ de tua ſubſtãtia, & de primitijs omniũ frugũ tuarum da pauperib.* Eiuſdẽ pręcepti meminit c. 63. Et nõ ſatis eſt declinare à malo, ſed ẽt. opus bonũ facere: & ideò nõ tãtùm hortatur vt non furemur, ſed etiam vt laboremus: & non tantùm habeamus quod poſſimus reſtituere, ſed etiã quod alijs indigentibus tribuamus. Nec enim Apoſtolus dixit: Laboret vt nõ indigeat, vel vt habeat victũ, & veſtitũ, & vt alteri moleſtiam non exhibeat; ſed, vt poſſit impartiri his qui indigent.

Vnde vitium Sodomię, teſte Scriptura. *Gen. 19. Ezech. 16. Gen. 37.*

Ex otio quãta pernicies. *Clem Rom. Prouerb. 3.*

Pſal. 83. 1. Petr. 3.

Cur laborandũ. & quomodo ſecundum Apoſtolum.

Quid quod bonum eſt operari.

Adiungit: *Laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt.* Operando, inquit, quod bonum eſt, id eſt, rem bonam, & honeſtam; & recedendo à turpi opificio, vel ab eo, quod mali ſpeciem habere videtur. Et per parentheſim legendum (quod bonum eſt) nẽpe pro ſe, & pro alijs laborare & de ſuo labore partis, alijs benefacere. Alia etiam ratio non dãdi locũ diabolo, ſubijcitur à Paulo, cũ ait: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.* Græca vox ſignificãtior eſt, putris, vel ſpurcus, hoc eſt obſcœnus, & vitioſus, aut cum pernicie, & detrimento proximi: hac. n. ratione dęmoni oſtium aperimus, & locũ damus: quemadmodum ſanctis, & honeſtis ſermonibus Angelos nobis conciliamus, & eorum conſortio digni reddimur.

Omnis ſermo malus quis & cur ex ore noſtro nõ procedat.

Sermo bonꝰ ad ędificationem fidei vt det gratiam audientibus.

Ideò ſubiungit: *Sed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.* Id eſt ſi quis ſit ſermo ædificans, & qui audientibus commodum aliquod adferat. Quanquam Gręcè non eſt verbũ fidei, ſed χρείας, id eſt, vtilitatis, vel opportunitatis. Interpres autem verbum Græcum τῆς χρείας, vertit ad

ædifica-

ædificationẽ fidei. Quotieſcunq; enim ſermone noſtro aliquis proficit, & iuxta opportunitatẽ loci, aut tẽporis ædificat audiẽtes, boous ex ore noſtro ſermo proceſſit.

XI. quæſtionis ſolutio. De eo quod Spiritum ſanctũ triſtitiæ omnis expertem non eſſe contriſtandum docet Apoſtolus,

Ad poſtremum dubium dicimus, Apoſtolũ prohibere cootriſtare Spiritũ ſanctũ: qui ſermo ſecundum veteres Patres figuratam continet locutionem: quia in Spiritũ ſanctum, qui Deus eſt, contriſtatio non cadit: facit tamen effectum contriſtati, cùm à nobis iratus recedit: & ita dicere: *Nolite contriſtare Spiritum ſanctũ*, eſt perinde ac ſi quis ita hortaretur: Ne dicatis illa, aut faciatis, propter quæ Spiritus ſanctus recedat à vobis, & receſſu ſuo ſe offenſum, & contriſtatũ declaret. Et hoc quoq; reduci poteſt ad illud, quod ſupra dixit: *Nolite locũ dare diabolo*: nam qui diabolum in ſe admittit, expellit à ſuo habitaculo, quod eſt cor hominis, Spiritum ſanctum.

Altera ſolut.

Alius quoq; ſenſus eſſe poteſt, ſi eſſet ſermo de Spiritu ſancto, non qui in nobis eſt, ſed qui in alijs eſt: qui ſenſus mirificè congrueret cũ pręcedentibus quę dixit de verbis obſcœnis. Nolite, inquit, de turpibus, & obſcœnis ſcermonem habere. Dũ enim in corona, aut cœtu viri pij interſunt, & colloquia de fœdis, & obſcœnis voluptatibus ſeruotur, illorum piorum virorum ſpiritus conturbantur, & fit triſtis, vt metaphoricè loquar, etiam ipſe Spiritus ſanctus, qui pios inhabitat, nam qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt, ac proinde qui pios contriſtat, Spiritum ſanctum, qui pios inhabitat, coontriſtare videtur.

1. Cor. 6.

OEcu. c. 7 in ep. ad Epheſ. circa mediũ.

Quid ſignificet: In quo (ſcilicet Spiritu ſancto) ſignati eſtis in die redemptionis.

VndeOEcumenius prudenter annotauit dicens: *Pauendum quiddam dicit, oſtẽdit enim, quod omnis qui ſpurcum ſermonem loquitur, Spiritum ſanctum contriſtat, Deinde etiam ex beneficio Spiritus ſermonem magis tremendum reddit, ait enim: Per quẽ obſignati eſtis. In baptiſmate namque nos obſignauit, tãquam manifeſtum efficiens quod Dei populus ſumus: ſiquidem hic dies redemptionis fuit.*

Hæc ille, accipiens præpoſitionem εἰς pro ἐν, quod ſępè annotauimus. Dies ſiquidem baptiſmi eſt dies redemptionis, quia in illa cuiq; applicatur pretium, quo ex ſeruo fit liber, & ex captiuo redemptus.

Alter ſenſus.

Alij verò interpretantur: In quo ſignati eſtis, id eſt obſignati: ſicut obſignantur literę & tabulę, vt cuius ſint, agnoſcãtur, & hoc vſque ad diem illam redemptionis vltimæ, in qua auferetur omnis mortalitas, & de qua ſcriptum eſt: Leuate capite veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et hic ſenſus poſterior de non contriſtando Spiritu ſancto per obſcœna verba, qui piorum corda inhabitat, videtur pręſtare propter verba quæ ſequuotur: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia*. Redit enim ad alia vitia linguæ in proximum. Et amaritudinem, ſiue amarulentiam, vocat vehementiam in dicendo, quæ præparat ad iram, indignationem verò, tumorem, vel inflationem, vt Græcum nomeo denotat. Clamor autem vel vociferatio eſt quæ felleam iracũdiam gignit, & ex hac oritur maledicentia, quæ blaſphemia vertitur ab interprete. *Tollatur*, inquit, *à vobis cũ omni malitia*. Et non dicit: Cohibeatur, aut puniatur; ſed omnem eorum ſignificans eradicationem, tollatur, inquit, cũ omni malitia. Et pondera cum omni malitia: quia ſunt qui clam more canum mordentes neque vociferãtur, neq; indignantur, ſed in animo ſeruantes, data occaſiooe vlciſcuntur ſe. Et ideò dixit: *Cum omni malitia*. Ac de præſenti capite hæc ſint ſatis.

Luc. 21.

Hæc vitia, amaritudo & ira, & indignatio, & clamor tollẽda nobis explicantur.

Cur illa vitia tollenda ſint cum omni malitia.

DISPVTATIO XII.

In illa verba: cap. 5 *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem, & omnis immũditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, &c.*

B. Hier. vnde huius capitis ſumat initiũ.

NOn eſt ignorandum, B. Hieronymũ diſtinguere caput quartum à quinto in verbis ſuperioribus iam explicitis, reliqua verò quæ ſequuntur in fine quarti capitis: *Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis*: inchoãt 5. caput, & diſtinguũt à 4. ¶ Scopus autem notus eſt: quandoquidẽ Apoſtolus perſtat diuerſas pareneſes adijciens ad perfectam & Chriſtianam vitam traducendã neceſſarias. Et ait: Eſtote benigni, ſiue ſuaues contra amarulentiã: miſericordes, cõtra tumorẽ, & indignationem, & iram: & donantes inuicem, contra clamorem, & maledicentiã ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis, id eſt coodonauit, ſiue ignouit. Vt enim ille miſertus eſt noſtri, cõdonans nobis omnia peccatorum debita, id eſt decem millia talentorum; ita & nos voluit miſereri conſeruis noſtris debentibus modicum quid, quod Euangelium expreſſit in centum denarijs.

Propoſitum Apoſtoli.

Matth. 18.

Ibidem.

Donare pro remittere.

Quod verò donare, quod Græcis eſt

Luc.7.

Χαρίσασθαι, ſignificet remittere, probat Hieronymus ex Lucæ capit. 7. vbi habetur: *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;.* Vbi in Græco textu idem verbum habetur. Propoſita igitur Dei in Chriſto liberalitate, ad eius imitationem nos excitãs ſubiungit: *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi.* Vbi primum dubitatur, an poſſit homo Deum, & Filium eius imitari, cùm homo longiſſimè diſtet à Deo, & Chriſti virtute, & excellentia. Deinde quid eſt ambulare in dilectione, cùm Deus imitandus nec pedibus cõſtet, nec videri queat: & quomodo ait; *Sicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, &c.* Et quis eſt iſte odor ſuauitatis: nunquid Deo placuit mors Chriſto violenter illata à Iudæis, cum omni ignominia, & immanitatis Iudęorũ peccato coniuncta? Tertiò dubitatur in illis verbis: *Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis,* cur ab his vitijs dehortetur Epheſios viros ſanctiſſimos & perfectiſſimos? & quid commune habet auaritia cum fornicatione, & cur ſcurrilitatem vetet, quæ Græcè eſt εὐτραπελία, quæ virtus eſt apud Ariſtotelem vocata vrbanitas; & cur opponit eutrapeliæ gratiarum actionem. Quartò quid eſt illud: *Nemo vos ſeducat inanib. verbis,* quorſum hæc dicit Apoſtolus: Quorſum etiam ait: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino.* Quid etiam communicare operibus infructuoſis tenebrarum. Quintò difficilis videtur illa ſententia: *Omne quod manifeſtatur, lumẽ eſt,* cum potiùs eſſet dicendum, omne quod manifeſtat lumen: nam quod manifeſtatur paſſiuè, participat lucem, non eſt lux. Sextò dubitatur de ſententia quam producit: *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus:* non enim ita apud prophetas vocari ſolet. Septimò qua ratione redimi poteſt tempus, quod ſemel elapſum non poteſt redire, ſicut Poeta dixit:

I. dubium. — *Secundum.* — *Tertium.* — *Ariſt. lib. 1. Magnorum Moral. c. 38. tom. 3.* — *Quartum,* — *Quintum.* — *Sextum.* — *Septimum.*

Virg. lib. 3. Georg. circa medium.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Qua etiam ratione dies mali ſunt, cùm ſola creatura ratione prædita mala eſſe poſſit. Poſtremò quomodò dicit de vino: In quo eſt luxuria: in vino enim, quod creatura Dei eſt, vitium nullum, aut peccatum eſſe poteſt, ſed in his tantùm qui eo abutuntur.

Octauum. Solutio I. dubitationis. De Deo nobis ad imitandũ propoſito quomodo id fieri queat. Quid ſit imitari: quid ſequi.

Ad primam quæſtionem præmittendũ, quòd imitari, eſt aliorũ ſequi veſtigia quòd ad mores, & actiones tantùm ſpectat, ac dicta, factaq; alterius: ſequi verò eſt alterum corpore & greſſu, aut etiam moribus conſectari. Vnde ſi etymologiam vocis ſpectes imitari, eſt ipſummet iter peragere, vel iter metiri. Deinde aſſerimus, hoc præceptum imitandi Deum, frequenter per Scripturas eſſe ſparſum, & alio loco habemus: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti,* ſcilicet ſum, ad nullũ enim opus nobis impoſſibile hortaretur nos diuina ſapientia: nam etſi impoſſibile ſit naturæ, non tamen gratiæ. Eſt autem æquiſſimũ præceptũ, quia natura vehementer hominem inclinat ad imitandũ: maximè cum intuitu Dei, & Chriſti, paruuli ſimus, ſiue pueri.

Deũ eſſe nobis imitabilẽ ſecundum Scripturas. *1. Cor. 11.*

I. ratio cur Deũ imitari debeamus.

Secunda.

Deinde quia per incarnationem Deus factus eſt imitabilis, nec ſe poteſt quiſquã excuſare: quia Chriſtus qui ad imitandum proponitur, paruus fuit, & ad omnes ætates progreſſus eſt, vt eum oẽs imitatione conſequi poſſent. Hinc ſæpè in monte ſtetit, vt ab omnibus videri poſſet: in medio quoq; diſcipulorum ſtabat ob eandem cauſam: in cruce quoq; erectus fuit tanquam ſerpens æneus, ad quem omnes fide ſpectantes ſanantur: deniq; ad dexteram Patris in cœlo ſe collocauit, vt noſtros oculos ad eum imitandum erigamus.

Ioan. 3. *Num. 21.*

Tertia.

Tertiò filiorũ eſt, artes non ſolùm & exercitia, ſed etiam mores, & actiones parentum imitari: ideò hoc loco dicitur: *Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi:* Chariſſimus enim eſt homo præ Angelis, quibus inſtar Iacob fratri ſuo maiori Eſau præripuit benedictionẽ: ita homo immortalem generis humani gloriam abſtulit. Nuſquã enim Angelos apprehendit; ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Præ alijs etiam antiquis Patribus chariſſimi ſunt filij Noui Teſtamenti: quia ex ſeruis inutilibus; & viliſſimis facti ſunt filij Dei, accipientes ſpiritũ adoptionis, cũ illi ſpiritum ſeruitutis in timore accepiſſent. Ait etiam Dominus Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, &c. Vt ſitis filij Patris veſtri;* id eſt vt eſſe vos oſtendatis ſimili dilectione filios Patris veſtri.

Gen. 27. Homo quã charus Deo. *Hebr. 2.* — *Rom. 8.* — *Matt. 5.*

Quarta.

Quartò, quia eadẽ hęreditas quę à Patre data eſt Chriſto, ſeruatur nobis in cælo. Ita .n. dixit: *Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit, Et, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meã in regno meo,* Vt ergò in præmio, & corona participes futuri ſimus, exprimit vt in officijs virtutũ, & laboribus tolerãdis, & humilitate eũ imitemur. Quintò, quia nullũ prætextum excuſationis obtendere poſſumus, vt olim Patres habebant: quia ipſe Dei Filius, non vllus Angelus, aut Moſes præceſſit. Et vitam cõmunem accepit, vt poſſet eſſe imitabilis. ¶ Nec cauſari poſſumus deeſſe lucem, aut oculos, aut ingenium: quia ipſe eſt lux vera illuminans omnem hominem, etiam cœcum à natiuitate. ¶ Nec viriũ imbecillitatem prætexere poſſumus: quia ipſe qui pręcipit, potẽs eſt, & pro ſua bona volũtate operatur in nobis & velle, & perficere.

Ioan. 12. *Luc. 22.* — Quinta & poſtrema ratio. — *Ioan. 1.* — *Infrà 9.* Vana quorũdã impedimẽta Deum nõ imitandi tolluntur. *Philip. 2.*

Ioan 8.
1.Cor.11.
Hieron.

Minus quoque poteſt quis ignoraotiam prætendere: quia ipſe ſolus eſt qui non ambulat in tenebris; ac proinde ſolus imitandus; reliqui verò, quatenus Chriſtum ſequuotur, iuxta illud: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti,* Vbi Hieron. hoc loco ait: *Et Corinthijs quidem ſcribens, ait: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Non enim poterant ſtatim imitatores Chriſti fieri, ſed grande illis erat, ſi imitatores poſſent imitatoris exiſtere. Epheſiis verò, quaſi his, quos iam myſteria tanta docuerat, non ait: Imitatores mei eſtote: nec imitatores Chriſti, ſed imitatores Dei. Non quòd minus ſit imitatorem Chriſti eſſe, quam Dei: Deus quippe Chriſtus eſt ſed quòd aliud ſit ſecundùm hominem imitari, aliud ſecundùm Deum.* Hæc ille.

Corinthijs cur ſe ipſum, Epheſijs Deũ vel Chriſtũ propoſuerit imitandum Apoſtolus.

Deũ ipſum, quam Dei imitatores eut præſtet imitari.

Quænam Chriſt' quaſi ſemina nobis iecerit imitationis ſu.
Rom. 1.

Eſtque certius, & ſecurins imitationis exemplum: quemadmodum ioter canes venaticos, qui prædam inſequuntur, ille cæteris præſtat, qui odore prædæ trahitur, quàm reliqui inſequuotur eam; non odore, ſed quia vident alium canem præcurrentem. Chriſtus etiam non eſt auarus, artem imitandi eum diſſimulans, ac celatam tenens: eam enim in creaturarum libro, & in Scripturis, & in cordibus ſanctorum deſcripſit. Neq; ſpectandum eſt ad rectam Chriſti imitationem, vt prius omnia quæ imitanda ſunt, certa ſcientia appreheodamus: ſed paulatim in iam cognitis, & perſpectis virtutum officijs imitari Chriſtum debemus. Sicut igitur correcturus detorta, & obliqua ædificia, regulam adhibere debet, qua ad tectum illa deducat: & caſtigaturus deprauatum librum, curare in primis debet; vt quàm emendatiſſimum exemplar habeat: ita nos præ cæteris ſanctis decet, vt in vitam Chriſti perfectiſſimam ooſtros mores mutaturi, & emendaturi habeamus. Pictor pennicillo exprimere volens pulchtam, & elegantem imagioem, det operam, vt in mente ſua elegantiſſimam concipiat, & antè oculos perfectam aliquam imaginis ideam ſibi proponat ad imitandum. Eſt autem Chriſti exemplum probatum à Patre dicente: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite.*

Quale exemplar ſit Chriſtus nobis ad imitandum propoſitum.
Matth.17.

II. quæſt. ſol.
Quid ambulare in dilectione, ſi De' nec videri, nec poteſt incedere.
Geneſ 1.
Ibidem.

Ad ſecundam dubitationem, vt Deum imitemur, ambulandum eſt nobis in dilectione: nam etſi Deus pedibus non conſtet, opera tamen eius omnem dilectionem ſpirant. Summo enim amore Spiritum ſanctum Pater cum filio procedunt. Illo etiam creauit vniuerſa, eodem conſeruat, hominem condidit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: peccantem ſuſtinuit: peccato dæmonis captiuum factum redemit, iuſtificat, remittit peccata per Sacramenta, largitur gratiam, ac varia chariſmata; pollicetur mercedem copioſam in cęlis, & corporum reſurrectionem, vt ex his perſpicere poſſis, greſſus Dei, quibus ad nos venit, in charitate potiſſimum poſitos.

Matth.5.

Et cum ait: *Ambulate in dilectione:* ionuit, charitatem eſſe viam quandam, de qua dixit: Excellentiorem viam vobis demonſtro. Eſt autem via lata dilectionis, quia etiam hoſtes omnes complectitur, quos diligere præcipit. Vode & latum dicitur mandatum à Dauide. Eſt etiam via lucida: quia qui ſequitur Dei amorem, oon ambulat in teoebris. Caretque omnibus incommodis hæc via, in qua ſi quæ ſint ſpinæ, & tribuli, ſua Deus virtute conuertit in roſas. Non eſt in hac via frigus: quia charitas ignis quidam eſt ſpiritualis. Caret æſtu: quia ventus roris Spiritus ſancti ſpirat in ea.

Quod charitas ſit via.
1.Cor.12.
Matth.5.
Pſalm.118.
Huius vitæ qualitates explicantur.
Dan.3.

Non eſt montoſa via: quia charitas non inflatur. Caret ſaxis, iu quæ impingamus, quia charitas patiens eſt: & puluere auaritiæ, quia io alios benigna eſt: & luto fœdæ voluptatis, & laſciuiæ, quia noo congaudet iniquitati. Eſt via decliuis: quia natura noſtra ad amandum propenſa, & oihil oon multum amabile præcipit diligi à nobis. Eſt ſecura via: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nam qui extra viam charitatis eſt, laborat, & non progreditur. Eſt & facilis, eo quòd in charitate tanquam io naui tranſimus mare mundi huius. Et quanquam cum tempeſtatibus ſit luctandum, tamen ſecurè peruenit ad portum gloriæ cœleſtis. Nam huius oauis nauclerus Spiritus ſanctus eſt; at remiges, Angeli, venti proſperi, Dei inſpirationes; cootrarij verò, dæmonum teotationes, quæ digito Dei vincuntur. Ideò qui ambulat in dilectione, dicitur in Deo manere: quia eius motus, & progreſſus charitatem ſeruaot, & augent.

1 Cor 13.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem 8.
1.Ioan. 4.
Quã breuis & compẽdiaria ad cœleſtem patriam charitatis via.
Ambulantes in dilectione in Deo cur maneant.

Et addit modum, quatenus ſit manendum in charitate: *Sicut,* inqnit, *& Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.* Vbi perpende, quòd etſi multis, & præclaris modis nos Chriſtus dilexerit, hunc tamen mortis ſuæ Patri oblatæ, vt maiorem, & excellentiorem reliquis prætulit. Dilexit enim oos gratis, oon prius amore noſtro prouocatus, imò potius peccatis noſtris irritatus: oec propriæ vtilitatis cauſa, ſed noſtræ: oec ſine ſuis magois expenſis, & charorum ſuorum, quos recoociliationis mioiſtros cooſtituit, & ad æternam noſtram gloriam, & quietem, vt oculum merceoarium exuamus, & diſcamus etiam ooſtris cũ expeoſis diligere Deũ, & irritati

Quantoperè nos Chriſtus amauerit.
1.Ioan.4.
2.Cor.5.
Tanto nos Chriſt' quid amore docuerit.

Matth. 5.

perſecutionibus amare non deſiſtamus: & amando proximum, non expectemus amorem hoc enim ethnici faciunt, quorum vox eſt:

Marce vt ameris, ama.

Non item commodi noſtri cauſa, ſed proximi ſit amor veræ amicitię, & non concupiſcentiæ. Prudenter quoque nos dilexit, amando naturam humanam quam aſſumpſit, & nō culpam. Ideò nos in amore proximi cauere debemus, ne ita illum diligamus, vt eius quoq; peccata comprobemus. Amauit quoq; cum ordine: quia, vt Sponſa dixit, ordinauit in me charitatem. Plus enim animam quā corpus: plus etiam corpus quam externa fortunæ bona, ne in amando erremus, diligere debemus. Adde, quòd dilexit nos perſeueranter, iuxta illud; *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mūdo, in finem dilexit eos*: quod nos imitari debemus, quia ſcriptum eſt: *Omni tempore diligit qui amicus eſt.* Præterea vehementer dilexit, quia noluit offerre debile, hoc eſt, in infantia noluit pro nobis mori, ne minus nos dilexiſſe videretur, debile corpus pro nobis ponendo, ſed in ætate matura corpus perfectum offerendo, & iter tam longum emetiendo pro oue errante reducenda, & pro filio ingrato, & ſeruo morti damnato liberando: vſq; adeò, vt ſpinas crucis, clauos, lanceam, & mortem ipſam, atq; adeò infernum penetrauerit. Et quotidie peccatoribus opitulatur, pluſquam mater filio redeunti non ſine vulneribus, & bello, quæ gratulatur de filio inuento, quem putabat extinctum. Vehementia autem huius dilectionis eſt, quòd maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et tradidit ſemetipſum ita à ſe amatum, & in manus hoſtium crudelium, & pro nobis peccatoribus & filijs iræ pro peccato ſe obtulit.

Chriſti in nos amoris aliæ circumſtantiæ.

Ioan 13.

Prouerb. 17.

Ioan. 15.

Quæuā maxima, ſummaque dilectio.

Rom. 5.

In eo quod ait: *Oblationem & hoſtiam*, aliquod exiſtimo deliteſcere myſteriū: quod etiam in illis verbis Pſalm. 29. ſignificatum fuit: *Sacrificium & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi*, verba Hebræa habent, mincha, & mizbeach. Prima vox, ſignificat ſacrificium incruentum, de quo dixit Malachias cap. 1. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*; alludens ad Euchariſtiam. Secunda autem vox ſignificat ſacrificium cruentum. Et ita bis ſe obtulit Chriſtus, ſemel in Euchariſtia incruētè, & in cruce cruētè, in qua ſe pro vniuerſis peccatis veteris ac noui Teſtamenti obtulit: ſicut in Euchariſtia pro illis, quæ in Nouo Teſtamento committuntur. Ita hic dicitur, προσφορὰν καὶ θυσίαν, id eſt, oblationem, & hoſtiam, ſiue ſacrificium; vt intelligamus, Dominum ſe ipſum pro nobis tradidiſſe & cruentè & incruentè, & hoc in odorem ſuauitatis, ſiue vt Hieron. in præfatione ſuper Zachariam vertit, in odorem bonæ fragrantiæ: vt ſcilicet tanquam alter Iſaac benedictionem nobis Deus conferat. Vt enim thus attritum, & in igne repoſitū bene olet, & vnguentū effuſum totam domum impleuit odore ſuo; ita Chriſtus igne ſuæ ardentis charitatis, & attritus propter ſcelera noſtra, & fracto alabaſtro corporis ſui, Deum nobis placauit, & dæmō de mūdo fugatus eſt: ſicut vineę florentes pellunt ſerpentes; & mundus tractus ad Chriſtum, qui dicit: *Poſt te in odorem vnguentorum curremus*: quo odore vnguēti tota Eccleſię domus repleta eſt, ita vt qui hunc odorem nō percipiat, planè mortuus ſit, aut fœtidus. Nos quoq; Chriſtum imitātes, offerre debemus Deo nos ipſos, & omnia bona noſtra pro aliorum erratis, & peccatis, quæ vt propria reputare debemus: & non tantùm incruentè preces Deo illis auferēdis offerre, ſed etiam cruētè, ſi cauſa poſtulet, & maximè paſtores, quorum eſt ponere animam pro ouibus. Hinc Ioannes: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuā pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Et vt ait Chryſoſtomus, pati pro inimicis, eſt odor bonæ fragrantiæ.

Chriſtus non ſolū oblationē, ſed & hoſtiā cur dicitur ſe Deo tradidiſſe.

Pſalm. 39.

Hebr. 10.

Malach. 1.

Quid Mincha, quid verò Mizbeach Hebræis ſignificet.

Chriſtū quid tradidiſſe ſemetipſum Deo, &c. in odorem ſuauitatis.

Hier. tom. 6.

Geneſ. 27.

Ioan. 12.

Eſai. 53.

Marc. 14.

Ioan. 12.

Cant. 1.

Hoſtiam & oblationem nos quoque qualem offeremus Deo ad exemplū Chriſti.

Ioan. 10.

1. Ioan. 3.

Chryſ. ſer. 27 ſub initium.

Ad tertium reſpondemus: Apoſtolum ſuperius hortatum fuiſſe ad cauēdum omnem malum & obſcœnum ſermonem, ob quam cauſam deſcendit eius adhortatio ad præcidendam omnem illicitam libidinem. Nam etſi Epheſij viri perfecti eſſent multi, non deerant tamen nonnulli imperfecti, qui hac monitione indigerent.

III. Soluitur dubitatio. Epheſios Paulus tam ſanctos atq; perfectos à vitijs quare dehortetur.

Et ita ſpeciali vitio fornicationis adiungit generale: *Fornicatio autem*, inquit, *& omnis immunditia.* Erant ſiquidem multi ex Iudæis, qui ſolum adulterium, aut inceſtum, aut raptum, & qui in alienam iniuriam fiunt concubitus, tantùm illicitos haberēt: quare poſt fornicationem ſimplicem, quæ prima facie nulli iniuriam inferre videtur, immunditiam adiunxit, quæ generale eſt vocabulum ad omnem laſciuiæ lapſum ſpectans, etſi quidam ad generalem immunditiam, & voluntariam pollutionem, qua quis ſeipſum defœdat, extendant. Rectè hoc loco Hieronymus ait: *Niſi Philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, qui doceret, omnem titillationem carnis, & fluxum ſeminis ex qualicunque attritu tactuq; venientem in tempore non vitandum: & nonnulli ſapientes ſeculi in hanc turpem, & erubeſcendam hæreſim conſenſiſſent, nunquam ſanctus Apoſto-*

Fornicationē non ſolum, ſed omnem etiā immundiciam cur dixerit Apoſtolus fugiēdam.

Hieron.

In Cynicos.

lus

lus ſcribens ad Epheſios, ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulaſſet. Hæc ille.

Notantur Poëtæ turpitudines, & infamiæ.

Nec nominetur in vobis. Hoc eſt, inter vos. In quo grauiſſimè peccarunt Poëtæ: qui ad omnem libidinẽ ſuis fœdis poematis prouocant: ſed alia lingua, & alius ſermo, & alij mores ſanctos Chriſti decent. Quo in verbo rectè dictũ eſt à Hieronymo: *Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunq; extra fornicationem in aliqua immunditia, & auaritia voluptatum, qua ſe delectauerint, inuenitur.* Diataxis verò Apoſtolica lib. 5. c. 10. habet: *Chriſtianus fidelis nec carmen Ethnicum, neque meretriciam cantilenam canere debet, quoniam continget eum in cautione, dæmoniacorum nominum idolorum mẽtionem facere, & in locum Spiritus S. inuadet eius ſpiritus malus.* Origen. quoque lib. 1 & 5. contra Celſ. abſtinẽdum eſſe docet ab omni vanitate nominum, & notionum, certandumq́ue ad mortem, ne Chriſtianus Deum appellet Iouem.

Hieronym.

Clem. Rom. Chriſtiano fideli carmẽ Ethnicũ, aut meretriciam cantilenam cur vetuerint Apoſtoli.

Orig. tom. 2.

Cum fornicatione, & immunditia cur etiam ſit auaritia fugienda.

Adiũgitur verò auaritia fornicationi, & immunditiæ: in quo voluit fortaſſis Apoſtolus excludere lenonum, & meretricum turpe lucrum. Et meretrix nonniſi à merẽdo denominatur. Et quia Græca vox eſt πλεονεξία, Hieron. accepit non pro ſtudio pecuniæ, ſed pro inordinata cupididate voluptate carnalis, quando ſcilicet quis non eſt contentus licita, & conceſſa voluptate, quæ eſt inter coniuges matrimonio deuinctos, ſed inſatiabilis diſcurrit per oia genera turpitudinis. Addit: *Et turpitudo,* Græcè αἰσχρότης, vt autem intelligas quãtum ſit vitanda verborum obſcœnitas à Chriſtianis, intelligat quid Ethnicus Ariſt. lib. 7. Polit. c. vlt. doceat: *Omnino igitur obſcœnitas verborum per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere. Potiſſimũ igitur ſtatim à pueris, neq; dicant, neq; audiant quicquam turpe: ſi quis verò dicere, aut facere quicquã prohibitorũ deprehenſus fuerit, is ſi liber ſit, ſed nondũ in conuentũ comeſſatorũ dignatus aſſumi, honore prohibeatur, & verberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatis, ſeruili infamia afficiatur. Cum verò dicere quicquã inter diximus, clarum eſt, quòd & aſpicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus. Sit igitur cur magiſtratib. nullam neq; picturam, neq; ſtatuã eſſe taliũ rerũ imitatricẽ.* Hæc ille, Chriſtianè potius (ita dixerim) q̃ philoſophicè. Quod ẽt obiectũ eſt de ſcurrilitate, quæ Græcè vocatur εὐτραπελία, reſpõdemus, Ariſtotelem pro virtute poſuiſſe Vrbanitatis, vel facetiæ, vel leporis: & per exceſſum opponit illi βωμολοχίαν, quæ propriè eſt ſcurrilitas: per defectum verò opponit ἀγροικίαν. i. ruſticitatẽ. Quanquã, inquit Philoſophus, apud eos, qui plus æquo ioci, ſalibusq; gaudent, etiã ipſa εὐτραπελία dicatur βωμολοχία. Chryſoſt. verò in parte

Philoſ tom. 3.

Ariſtot. lib. 8. Ethic. & li. 1. Magno. moral. c. 31. to. 3.

Chryſ ho 17.

hica, ſiue morali huius loci, Ariſtotelem tacitè reprehendit, & eos oẽs reijcit, qui εὐτραπελίαν, rem mediẽ inter vitium, & virtutem faciunt. Dicendum ergo, ſi Ariſtotelis doctrinam retinere velimus, Apoſtolum non ſine cauſa adiunxiſſe εὐτραπελίαν, quæ ad rem non pertinet, id eſt, quæ excedat, & ad extremũ, & vitium vergat. Et hoc addidit Apoſtolus, ne tetricus nimirũ doctor videretur. Et ſemper in his omnib. diſtinguẽdæ ſunt perſonæ: quia quædam laicis conceduntur, quæ nõniſi turpia ſunt in ſacerdotib⁹, & religioſis, quorũ ludi & ioci deberẽt eſſe lacrymæ, & aſſiduæ orationes & præces pro populis. Ad illud verò, quod ait Apoſtol⁹: *Sed magis gratiarũ actio*, dubiũ erat de qua gratiarum actione ſit ſermo. Et ſenſus in primis eſt: Non ſit turpitudo, aut ſcurrilitas, ſed gratiarũ actio potius quã illud, nã aduerbiũ Magis, nõ cõparationem, ſed vim corrigentis habet. Aut ſi per aliquã indulgentiã illud quãdoq; toleretur, iſtud tamen ſemper ſit. Hieron. tamẽ hoc nõ de gratiarũ actione quę Deo fit, accipit, ſed de ſermone gratiæ, & ſpiritualis cuiuſdã colloquij iocunditate, vt cũ ſuperioribus congruat, id eſt, vt opponat obſcœnis verbis, & turpibus actionibus. Eius hæc ſunt verba: *Forſitã,* inquit, *gratiarũ actio in hoc loco nõ iſta eſt nominata, iuxta quã gratias agimus Deo, ſed iuxta quam grati, ſiue gratioſi, & ſalſi apud hoẽs appellantur. Stultiloquiũ enim & ſcurrã non decet eſſe Chriſtianũ. Decet aũt ſermonem eius ſale eſſe conditum; vt gratiam apud audientes habeat.* Additque, quòd etſi græcè εὐχαριστία legatur; tamen εὐχάριστος eſt homo beneuolus, gratioſus, vrbanus, ac facetus. Excludit ab hæreditate regni Dei, omnẽ fornicatorẽ, & immundũ, & auarũ, q̃ eſt idolorũ ſeruitus, vel potius qui eſt idolorum ſeruus, vel cultor: ὅς ἐστι εἰδωλολάτρης. Et Coloſ. 3. Auaritia quod eſt, vel quæ eſt idolorum ſeruitus. Nã vt idololatra ſimulacro tribuit honorem Deo debitũ, ita auarus pecuniæ, & diuitijs, & tres illas virtutes Fidei, ſpei, & charitatis, quæ Deo debentur, mãmonæ, ſiue auaritiæ tribuere ſolet. Nam illum ſolum credit eſſe Deum ſuũ, in illo ſpẽ omnẽ collocat, & ſuper omnia diligit ex toto corde, & viribus: ſacrificat etiã auaritiæ non tantũ ſanguinẽ animaliũ, ſed etiã viuũ ſanguinẽ, id eſt, ſudores hominũ viuẽtium, quos ad lucrũ refert, vt ait Chryſ. Et vt de ijs, qui gulæ ſunt dediti, dicitur: Quorum Deus, venter eſt; ita aurum, Deus eſt auaro. Non eſt aũt propriè, & per ſe idololatra, quia auarus per ſe non intendit honorem Deo debitum auro tribuere, ſed per accidẽs, quatenus inordinato, & ſuperfluo amore diuitias diligit.

Eutrapelia ſi virtus eſt ſecundũ Philoſophum, Epheſijs cur vitanda præcipitur.

Quænã gratiarum actio magis quam vrbanitas ſuadetur Epheſijs.

Alter ſenſus Hieronymi.

Philip. 3.

Ad IV. dub. De horũ ſenſu verborum: Nemo vos ſeducat inanibus verbis.

Quartæ dubitationi ſatisfaciendũ eſt, nimirũ quid ſit illud, *Nemo vos ſeducat inanib. verbis*; aut quorſum hoc dicat Apoſtol⁹. Reſpõdent quidã, Paulũ reſpicere ad ſcholam Simo. Magi, quæ ſpurcã hæreſim partim ex Poëtis, partim ex Philoſophis, imò etiã autoritate S. Scripturæ pſuadere conabatur, vt tradit Epipha. in Sim. Magũ, & in Nicolaũ, & in Gnoſticos, vbi ſordiſſimũ ſacrificium, ꝙ vitæ myſteriũ nominabant, de cõmixtione multiplici virorũ, ac mulierum, ac de commixtione vxorum prædicabant.

Epiphan. in hær. 4.

Alter ſenſus.

Admonet etiã Paulus eiſdẽ verbis, ne ad recẽtiorũ Hæreticorũ, & præſertim ad Lutheri doctrinã attẽdamus. Nam paſſim oẽs Chriſtũ, & placabilẽ docent, ꝓ omnibusq; ſuo ſanguine ſatisfeciſſe, modò tãtum fide credamus: quæ reuera ſunt verba inania, & omni veritatis ſoliditate deſtituta. Nã diſciplinę carnis habenas laxant, & alunt peccãdi licẽtiam. Fuerũt quidã noſtri ſeculi Philoſophi, q̃ ex Ariſtotelis doctrina, & aliorũ principijs, vt certam tradebãt animæ mortalitatẽ, & vt Sadducæi, nullũ credebant eſſe Spiritũ. Certè qui hæc ſomniarũt, inania prorſus verba tradiderunt. Nam & iniurij Deo extiterũt, cuius prouidentię, & iuſtitię in hac parte derogarunt: & hominis dignitati detraxerũt, cuius animã nemo põt occidere: & ſcripturis cõtumelioſi extiterũt, quæ toties de ſpiritib⁹, qui carnẽ, & oſſa nõ habent, ſermocinãtur. Deniq; de religione Chriſtiana, quæ, poſita aiæ mortalitate, tota corruit, & labaſcit, peſſimè meriti sũt: Et ipſi q̃ hæc ſerere nõ formidarũt, iam malo ſuo miſeri experiũtur ſuorũ dogmatũ falſitatẽ. Subdit: *Propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidẽtiæ.* Venit, ait de præſenti ἔρχεται, .i. venire ſolet. Et ira Dei per Metonymiã, qua cauſa pro effectu ponitur, vindictã deſignat, q̃ De⁹ in infideles, & ſuo lumini rebelles plerunq; exercere ſolet. Addit. *In filios diffidentiæ.* Græca vox eſt ἀπειθεία, quę eſt inobedientia, ſiue incredibilitas, vel inſuaſibilitas, vt ait Hiero. qui eos hoc ſermone taxari ſcribit, qui negabant aliã eſſe pęnam peccati præter ipſum peccatũ, quo vno ſatis homo punitur. Sed hoc dicto totã nobis de gehenna, & ſupplicijs eius, quibus iuſtè peccatores plectũtur, veritatem adimebãt. Simili quoque ratione fingere potuiſſent nullo præmio benefacta, & virtutũ officia remunerare, ſed ipſa ſatis eſſe ſibi ad præmiũ: qua etiã ratione repoſitã in cœlis ampliſſimam mercedẽ iuſtorũ meritis reſpondentẽ auferunt. *Eratis enim aliquãdo tenebræ; nunc aũt lux in Domino: Vt filij lucis ambulate.* Abſtracta pro concretis more Scripturæ poſuit, pro tenebroſis, & lucidis hominib. .i. ſi olim fuiſtis tenebrę, mirũ non erat, nec ita vobis imputabile, quoniã nunq̃ in luce fueratis: nũc verò ſi noto Chriſto vera mũdi luce ad tenebras peccatorũ reuertamini, iudiciũ in vos grauiſſimũ à Deo accerſitis, de quo: *Hoc eſt iudiciũ: quia lux venit in mũdũ, & dilexerunt hões magis tenebras quã lucem.* Et dicuntur iuſti lux, quia à Chriſto illuſtrati ipſi, alijs quoq; prælucẽt: & dicũtur nõ lux ſimpliciter, ſed in Domino .i. gratia, & beneficio Chriſti. Et quos dixit, lucẽ, iterum vocat filios lucis, id eſt, homines qui lucem amplectũtur. Et exigit lucis fructus, ſiue, vt alij codices Gręci habent, fructus Spiritus, quæ lectio idẽ ferè ſignificat. Sũt autem illi in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Eſt autẽ bonus ille, qui de ſuo effundit in alios: Iuſtus verò ille, qui reddit vnicuique quod ſuum eſt: verax, qui ſeruat ꝙ promiſit, ſiue Deo, ſiue homini, & qui odit mendacium.

Matth. 10.

Actor. 23.

Quã abſurda & impia tuentium animę mortalitatem opinio.

Matth. 10.

Luc. 24.

Quid ira Dei veniens in filios diffidentiæ.

Filij diffidentiæ qui nam Hieronymo.

Aliam quam peccatum ipſum eſſe pœnam peccati, dupliciter.

Epheſij quomodo fuerint aliquando tenebræ. nunc aũt lux in Domino.

Ioan 8.

Infrà 9.

Suprà 3.

Iuſti cur vocentur lux, & in Domino.

Quinam fructus lucis Apoſtolo.

Ad illud verò, de quo dubitatũ erat, q̃d eſſet operibus infructuoſis tenebrarũ non cõmunicare, reſpondemus. Hęreticos propriè tenebras eſſe, & in tenebris ambulare; aut inſignes peccatores, q̃ in magnis errorũ, & flagitiorũ tenebris verſantur. Nolite ergo cõmunicare illorum operibus, vel ea imitando, quaſi bona ſint; aut illa laudãdo, aut aliquo modo illis conſentiendo qui ea faciũt. Nam ſi hæreticis ſcienter vel aue dixerimus, cõmunicamus eorũ operib⁹ malignis. Suntq; eorũ opera infructuoſa, ſiue ſterilia, q̃m ex charitatis radice non proueniũt. Et vt Apoſt. alio loco dixit: *Quẽ fructũ habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?*

Operibus infructuoſis tenebrarum quid non cõmunicare.

Ioan. 2.

Rom. 6.

Subdit: *Magis autem redarguite.* Quo loco etiam Magis, non eſt etiam comparantis, ſed corrigentis. Et redarguite, vel reprehendendo illa, vel prodendo alijs vt caueãt: vel vt Photius interpretatur, comparitione propriæ vitæ ſanctioris arguite. *Quæ enim in occulto fiũt ab ipſis turpe eſt dicere.* Optima ratio hęc eſt non communicandi cum operibus infructuoſis, ex turpitudine tali, ac tãta, vt etiam turpe ſit illa dicere. Et eſt ſermo de venereis, & obſcœnis impudicitijs, quæ quò minus deteguntur, minus pias, & caſtas aures offendũt: & quò minus ſuis proprijs vocabulis pronũciantur, magis deteguntur, & honeſtius enunciantur. Et ad hanc rem faciunt illi verſiculi cuiuſdam:

Nox, & amor, vinũq; nihil moderabile ſuadent:
Illa pudore vacat, Liber, Amorq; metu.

Et quia dixerat: *Quin potius arguite*, ſubiungit: *Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.* Hieronymus legit: *Omnia arguta à iure manifeſtantur.* Et probat Apoſtolus paſſiuam propoſitionem ex illis quæ conſequuntur, id eſt, vniuerſali actiua,

Opera infructuoſa tenebrarũ redarguuntur dupliciter.

Photius apud Oecumen.

Opera quænã in occulto facta turpiter dicantur, vt inquit Apoſtolus.

Ouid. 1. Amorum eleg. 6. prope fin.

B. Hieron.

cum

cum ait: Omne enim quod manifeſtat lumen, eſt, ſiue lux, ſemper enim eadem vox Græca eſt φῶς, Eſt autem propriè arguere, palam facere, vel patefacere, ſine reprehendere: id enim eſt ἐλέγχειν, iuxta illud: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Et, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Et Poëta dixit, *Degeneres animos timor arguit:* & alter:

Arguere quid propriè.

Ioan. 8. Infrà 16.

Virg. 4 Æn. initio.

Ouid. lib. 4. triſt. eleg. 3. in fin.

Quæ latet, inq; bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq; malis.

De hac ſententia Apoſtoli quinto loco dubitatum fuit. Et argumentatur à proprio lucis munere, vt quod verum ſit filiorum officium explicet, nimirum vt nihil habeant commune cum tenebris. Sed etiam illarum quantumuis intimas latebras patefaciant, ac redarguāt, vt alij cauere poſſint. Quia enim in vltima propoſitione, Omne quod manifeſtatur (Græcè habetur, τὸ φανερούμενον) participium eſt mediæ coniugationis, optimè & actiuam, & paſſiuam ſignificationem poteſt habere, & Caietanus, & alij magis probant actiuam. Et ſenſus: Omne quod manifeſtat, lux eſt. Et ita aperta eſt & plana intelligentia huius loci. Cùm enim dixiſſet, ea quæ arguuntur, aut reprehenduntur, ſiue correctioni, & reprehenſioni ſubduntur, à luce manifeſtari, ſubiungit: Nam quicquid aliud manifeſtat, apertè cognoſcitur eſſe lucem: nam ſi manifeſta non eſſet, reprehendi non poſſet.

Ad V. dubiū. Quomodo accipiendum illud: Omne quod manifeſtatur, lumen eſt.

Caietan.

Quanquàm autem ea quæ occultiſſime facimus, nunquam nobis non ſint manifeſta, ſaltem lumine intellectus, quo illuſtramur, & conſcientiæ ipſius reclamantis, quę eſt mille teſtes, & ſemper ſint Deo, & Angelis eius manifeſta: hic tamen propriè de ea manifeſtatione eſt ſermo, quo errata noſtra in aliorum veniunt notitiam. Idem etiam ſenſus colligitur, ſi paſſiuè legamus, vt ſcholia Græcorum: Quod manifeſtatur. Nam etſi obſcurum ſit, & tenebroſum; cum tamē manifeſtatur, lucem participat, & ipſum proditur. Qua ratione etiam ipſa peccata, & ſcelera dici poſſunt lucida, quatenus & reprehenduntur, & illuminantur, & remittuntur à Deo, ſecundùm illud quod Eccleſia canit:

Alia quædā manifeſtatio ſed minimè huius loci propria.

Hæc lectio paſſiua: Omne quod manifeſtatur, quod eadem ſit cum actiua, manifeſtat.

Iam Chriſte Sol iuſtitiæ,
Mentis dieſcant tenebræ,
Virtutum vt lux redeat
Terris diem cum reparas.

Cum enim tenebræ lucis priuatio ſint, nōniſi per habitum, id eſt, per lucem, cognoſci poſſunt. Eſt ergò per tropum Metonomiæ, qua cauſa ponitur pro effectu, dictū, lumen eſt, id eſt, lucidum eſt.

Quo ſchemate dictum ſit omne quod manifeſtatur lumen eſſe.

Ad ſextum, dum ait: *Propter quod dicit Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*, reſpondemus, hunc locum non ſatis conſtare vnde ſumptus ſit, nec enim vllum Paulus expreſſit. Dicēdum tamen eſt, multa probabilior à Doctoribus dici, quæ ſatis ſunt ad tuendam Pauli autoritatem, qui hoc teſtimoniū attulit. Dicere enim poſſumus, aut ab aliquo Propheta recondito, & apocrypho deſumpſiſſe, vt ait Hier. Non (inquit) quòd apocrypha comprobaret, ſed quo & Arati, & Epimenidis, & Menandri verſibus ſit abuſus ad ea quæ volucrat in tempore comprobanda. Nec tamen Arati, & Epimenidis, & Menandri, tota quæ ſcripſere, ſunt ſancta, quia eos verè aliquid dixiſſe, teſtatus eſt. Subiungit idem Pater aliam ſolutionem: Alius verò quaſi προσωποποιΐαν Spiritus ſancti Apoſtolus figurauit, ad exhortationē pœnitentiæ hæc dicta memorabit. Et ſubiungit, ſe volumina omnia Scripturarum ſcrutatū, & nullibi hæc verba inueniſſe. *Niſi fortè*, inquit, *& hoc dicamus: quomodo olim Propheta in concione populi loquebātur: Hæc dicit Dominus, & quoniam Dominus locutus eſt, & Apoſtolum Spiritu ſancto plenum repente in verba quæ in ſe Chriſtus loquebatur, erupiſſe, atque dixiſſe. Hæc dicit Dominus.* Hæc ille: quæ certè non videtur incommoda ſolutio. Quāquam & tertiam aliam adiungat his verbis: Scio me audijſſe quendam de hoc loco in Eccleſia diſputantem: qui in theatrale miraculum, nūquam ante viſam formam populo exhibuit vt placeret: teſtimoniū hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Caluariæ ſepultū, vbi crucifixus eſt Dominus. Qui Caluariæ idcircò appellatus eſt, quòd ibi antiqui hominis eſſet conditum caput. Illo ergò tempore quo crucifixus Dominus, ſuper eius pendebat ſepulchrum hęc Prophetia completa eſt dicēs: *Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis.* & non vt legimus, ἐπιφαύσει σοι ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ, id eſt, Orietur tibi Chriſtus; ſed ἐπιψαύσεται, id eſt, continget te Chriſtus: quia videlicet tactu ſanguinis ipſius, & corporis dependentis, viuificetur, atque conſurgat: & tunc typum quoq; illum veritate compleri, quando Eliſæus mortuus mortuum ſuſcitauit. Hæc vtrùm vera ſint, nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Poſteà tamē aſſerit, cum textu non conuenire hanc interpretationem. Certè Epiphanius in hæreſin 46. cōtra Tacianos tradit, Adam ſepultum fuiſſe in Caluariæ loco, *In quo*, inquit, *crucifixus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per aquam & ſanguinem, qui fluxit ab ipſo per compūctum ipſius latus, in ænigmate ſalutem noſtram oſtendit ab initio maſſa primi hominis reliquias reſpergere auſpicatus, quo etiam nobis oſtēderet reſperſionē ſanguinis ipſius ad mūdationem noſtræ*

VI Solutio quæſt.

Hanc ſententiam: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus, vnde ſumpſerit Apoſtolus.

I Solutio D. Hieronymi probabilis.

Actor 17. Tit. 1. 1. Cor 15.

II. Solutio eiuſdem minimè ſpernenda.

III. Solutio cuiuſdā quā Hieronym° non admodum probat.

Math. 27.

4. Reg. 13.

inquinationis, & animæ pœnitētis, & in exemplum rigationis ac purificationis ſordiū noſtrarum actam eſſe, effuſam videlicet aquam ſuperiacentem ſub loco, & ſepultum in ſpem ipſius, & noſtram, qui ex ipſo geniti ſumus. Quare & hic implebatur quod dictum eſt: Surge qui dormis, & exurge ea mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus. Et infrà ſubdit: *Surrexerunt*, inquit, *multa corpora ſanctorum, velut Euangelium habet, & ingreſſi ſunt cum ipſo in ciuitatem ſanctā.* Eandem lectionem ſequitur Paulinus epiſt. 12. ad Seuerum, dicens: *Surge qui dormis, & erige te à mortuis, & attinges Chriſtum, hoc eſt: Diſcute carnalis inertiæ ſomnum, & depreſſam cogitatione terrena mentem à mortuis curis, hoc eſt, conuerſatione carnali, erige attollens, & dirigens in Dominum animam tuam, & attingens Chriſtum. Operando præcepta ipſius videbis eum in omni paupere, & tanges eum in omni egeno, recipies eum in omni hoſpite. Quoniam ſibi fieri ipſe teſtatur, quæ in eius nomine minimis eius fiunt.* Hæc ille.

Quarta ſolutio Angelici Doctoris, & aliorum. *Eſai. 90.*

Beatus Thomas, & alij ex Eſaia deſumptum hoc teſtimonium aſſerunt capite 60. Surge illuminare, quia venit lumen tuum, nam etſi verba valde differāt, ſenſus tamen idem videtur. Nomen enim Ieruſalem nō eſt de textu, ſed ab Eccleſia additum explicationis gratia. Et illi verbo Eſaiæ, Surge, ad maiorem claritatem Paulus addit: Qui dormis, vt exprimatur perſona ad quam dormientem loquitur. Et quia ſomnus cōuenit nocturnis tenebris. (Nā & qui dormiunt, nocte dormiunt) ſubiungit explicando ſomnum mortis: & exurge à mortuis, nō corpore, ſed animo: quod eſt: Surge à tenebroſa peccati morte, quod declarandi gratia additum eſt à Paulo.

1 Theſſ. 5. Explicatur iam dictum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

Sequitur: *Et illuminabit te Chriſtus.* Pro quibus Propheta dixit: Illuminare quia venit lumen tuum. Et quod ibi ſit ſermo de tenebris, explicatum reliquit Eſaias, cùm ſubdit: Quia ecce tenebræ operiēt terram, & caligo populos: quod eſt perinde, ac ſi diceret, Illuminabit te Chriſtus. Nam Dominus dixit Eſaias, pro quo Paulus dixit Chriſtus. Et quia ibi ſermo de illuminatione in primo aduentu facta explicatur, hæc non intelligenda de ſecundo, vbi erit mortuorum reſurrectio.

Iſta ſoluendi ratio perpēditur.

Hæc certè ſolutio ſubtilis eſt, non prorſus contemnenda. Egit enim magis Apoſtolus interpretem ſententiæ Eſaiæ, quàm verborum.

Quinta ſolutio quorundam non inepta. *Matth. 2. Hieron. in ca. Matt. 2. to. 9. in princ.*

Aliqui tamen tradunt, non citari peculiarem Scripturæ locum (quemadmodum Hieronymus de teſtimonio illo Euangelico: Quoniam Nazaræus vocabitur, ſenſit) ſed potius depromi Spiritum ſanctum, qui continuò ſtat ad oſtium, & pulſat, & non ſiuis electos diu in peccati tenebris verſari, aut in morte animæ iacere, de qua Propheta dixit: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur,* ſed ſemper excitat, & intus loquitur: Surge, expergiſcere tu qui dormis, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nam etſi in peccatoris mortui poteſtate non ſit, vt per ſe ipſum reſurgat; eius tamen eſt vocanti Deo non obſurdeſcere, & porrigenti manum Deo non renuere. Et ad hoc ſeruit, quod expreſſit Chriſtum: non enim ſolet Ieſus ita in veteri, ſicut in Nouo Teſtamēto hoc nomine venire.

Apoc. 3. Ezech. 18. Rom. 13. Peccator vt poſſit à mortuis reſurgere.

Lectio Hieronymi illa, Et tanget te Chriſtus quā probabilis ſit. *Ioan. 10.*

Placet & illa lectio, quam attigit Hieronymus: Et tanget te Chriſtus, quemadmodum etiam Auguſtinus in Pſalmum tertium oſtendit ſe legiſſe; alludens ad cæci nati myſterium, cuius oculos luto cum ſputo permixto tetigit, & viſum, lucemque recepit.

Sexta & vltima ſolutio. *Eccleſ. 24.*

Forſitan etiam alluſit Paulus ad caput 24. Eccleſiaſtici, vbi legimus: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Quid eſt dicere; Inſpiciam omnes dormientes, niſi, Surge qui dormis? nam ab aſpectu Chriſti vita in nos deriuatur. Et quid eſt: Illuminabo omnes ſperantes in Domino; niſi, Illuminabit te Chriſtus? id eſt, vera ſapientia omnes ſuos illuminans.

Cū dicitur: Et exurge à mortuis, de qua reſurrectione ſermo ſit ſecundum Auguſtinū. *Augu. 20. 20. Apoc. 20.*

Produxit autem hoc teſtimonium, & ait: Propter quod dicit, id eſt, opera tenebrarum à luce arguta manifeſtantur: quod ſententia ſequenti confirmatur. Auguſtinus ſermo. 74. de verbis Domini, productis his verbis, ait: *Hæc reſurrectio mentium eſt, hæc reſurrectio interioris hominis eſt, hæc reſurrectio animæ eſt.* Hæc ille. Et Ioannes dixit: Beatus eſt ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima.

Septimæ dubitationis ſolutio. De tempore redimendo, quod tamen quia præterit redimi non poteſt. *Geneſ. 1. Pſalm. 73.*

Ad ſeptimum dubitatum eſt, quomodò poſſit redimi tempus quod elapſum eſt: quomodo etiam dies, qui Dei ſunt opus, mali ſint; & in vino ſit luxuria? Et breuiter dicendum, verba ſubiuncta rectè cum ſuperioribus cohærere: nam cùm dixiſſet, Omnia à lumine argui, & abſcondita tenebrarum non poſſe deliteſcere, ſubiungit, Videte fratres quomodò cautè ambuletis, hoc eſt, Attentius conſiderate, quomodo ſit vobis cautè ambulandum, ne quouis modo in via mandatorum Dei offendatis. Nam vbi inter inimicos ignotos verſamur, aut vbi eſt copia venenatorum animalium, aut qui ambulatur inter latrones, qui in via graſſantur, non decet incautè progredi.

Quo nobis ſit ambulandum.

Neque dicit quò ſit ambulandum, ſed

quia

Ioan.14.

quia homines dum viuunt, ſunt viatores, & in domo Patris cœleſtis manſiones multę ſunt; intelligimus patriam eſſe noſtram, & terram promiſſam viuentium, in quam tendendum eſt. *Non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.* Sapientes pauci eſſe ſolent, inſipientes innumeri, quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Pauci ſunt promethei, qui proſpiciant, & præuideant ne impingant; infiniti Epimethæi, id eſt, qui ab errore, & lapſu agnoſcant, quomodo ſibi erat ambulandum. Inſipienter ambulat, qui noctu ambulat, qui neſcit vbi pedem figat: qui ignorato fine Orientis, ad quem tendere proponit, ad oppoſitam partem Occidentis iter adornat ſuum: qui in foueas, & pręcipitia diaboli impingit. Paulus ad Coloſſ. 4. hoc idem expreſſit, cùm dixit: *In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes.*

Eccl 2.

Non quaſi inſipientes qui ambulēt, ſed quaſi ſapientes.

Ioan 12.

Coloſſ 4.

Subdit: *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Tempus hoc loco Gręcè dicitur καιρὸς, quod propriè occaſionē, vel opportunitatem, vel temporis articulum ſignificat. Eraſmus tamen hoc loco vertit. Occaſionem, & ad Coloſſ. 4. dixit Opportunitatem. Fequenter tamen Paulus hac voce abutitur pro certo temporis ſpatio, vt cùm dicitur Rom. 5. *Cùm adhuc infirmi eſſemus, Chriſtus ſecundum tempus pro nobis mortuus eſt.* Et 1. Cor. 4. *Nolite ante tempus iudicare*: ad Galat. 4. *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora & annos.*

Tempus pro temporis articulo vbinā Apoſtolus recipiat.

Rom. 5.
1. Cor. 4.
Galat 4.

Quòd ſi propriè pro occaſione accipiatur hoc loco; ſenſus erit; Occaſiones benè operandi à vobis omiſſas, & quas neglexiſtis, reparate, & per benefacta compenſate. Si verò legamus, tēpus; videtur metaphora ſumpta à mercatoribus, qui omnibus ſuis commoditatibus vel minimum lucrū anteponunt: & qui in vna mercede iacturam fecerunt, in eadem conātur iacturam redimere. Tempus autem quod ſemper labitur, retinemus ne tranſeat, quando illud in bonis operibus collocamus, quia ad id à Deo datum eſt nobis: quod verò iam eſt elapſum, redimitur, cùm ſtrictè vtimur tempore, inſeruientes Deo, vt quam minimū noſtris commodis indulgeamus: imò etiam aliquid nobis de neceſſarijs adimamus, & quod corporis commodis erat tribuendum, eo ad animæ lucrum vtamur. Eſt enim quaſi redimere, & commutare illud, vt pro ipſo temporis pretio commoda noſtra pendamus, & fructus ſpirituales exigamus. Et licèt hæc redemptio non ſine dolore contingat, cùm delectione ſolita quaſi moneta nos expoliamus: quemadmodum delectationem in pretium percipientes, dęmoni tēpus vendidimus: inſtandum tamen eſt, & conandum, vt rem pretioſam redimamus, & precedentem contractum reſcindamus, cùm pluſquā in medietate iuſti pretij, decepti à dæmone ſim⁹. Beatus Auguſt. ſerm. 24. de verb. Apoſtoli: *Redimere tempus*, inquit, *hoc eſt, quando aliquis tibi infert litem, perde aliquid, vt Deo vaces, non litibus, perde. Ergò ex eo quod perdis, pretium eſt temporis. Certè quando pro tuis neceſſitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut aliquam ſuppellectilem, das, & accipis: aliquid amittis, aliquid acquiris, hoc eſt emere. Nam ſi nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut inueniſti, aut donatum accepiſti, aut hæreditate acquiſiuiſti. Quando autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis: quod habes, emptum, eſt, quod amittis, pretium eſt.* Hęc Auguſtinus.

Hoc loco tēpus redimere quid.

Præclara tempus redimēdi ratio.

[..]a quā diffi[..]lis, & labo[..]oſa, vtilis [..]dcirco, atq; [..]uctuoſa.

Quanti autem ſit pretij tēpus, maximè agnoſcunt, qui mortui ſunt, & qui in gehennam ſunt deturbati. Nam intellectus, & affectus, & virium perfectio, tam in diuinis, quàm in humanis, non niſi tempore contingunt. Eſt autem tempus quod peccator iuſtificatus redimit, non noctis, non frigoris, non ſterilitatis, aut inediæ; ſed diei, & veris, & fœcunditatis, & caloris, & abundantiæ.

Qui maximę dolent temporis iacturam.

Subdit rationem: *Quoniam dies mali ſunt.* Non malitia morū, cuius dies minimè ſunt capaces, ſed difficultatis, & laboris. Vt ſit ſenſus, Dies noſtri hanc afferūt malitiam, vt propter, multas vitæ neceſſitates multū temporis ſine fructu amittatur. Ideò Dominus canit: *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.* Sunt igitur dies vitæ noſtræ laborioſi, & breues, maximè in hoc poſtremo ſeculo, in quo breuiſſimam ſortimur vitam, ſi ad priora tempora reſpiciamus. Quare tempus non eſt perdendum, ſed redimendum: ita enim dixit Iacob, *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, pauci, & mali, & non peruenerunt vſq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Homines autem cùm productiorem vitā agerent, minus emendationem curabant. Nunc autem Dominus vitam abbreuiauit, maximè cùm nos ſimus, in quos fines ſeculorum deuenerunt, & vocati ſimus vndecima hora ad vineam. Et vt Dilectus dixit: *Nouiſſima hora eſt.* Auguſt. ſerm. 24. de verbis Apoſtoli, in principio: *Dies*, inquit, *malos, fratres, duæ res faciunt, malitia, & miſeria. Per malitiam hominum, & miſeriam hominum dicuntur dies mali. Sed miſeria hominum communis eſt: non debet malitia eſſe communis. Ex quo enim lapſus eſt Adam, & de paradiſo expulſus, nunquam fuerunt dies niſi mali. Iſtos pueros*

Dies quomodo mali ſint.

Geneſ. 47.

Dies vitæ hominis cur modo tam breues.

1. Ioan. 2.
Matth 20.
1 Cor. 10.
B. Aug. to 10.

Ex quo dies mali eſſe cœperunt, teſte Auguſtino.

Geneſ. 3.

qui naſcuntur, interrogamus quare à ploratu incipiunt, qui nec ridere poſſunt. Naſcitur & ſtatim plorat: poſt neſcio quot dies ridet. Quando plorabat naſcens, propheta ſuæ calamitatis erat: lacrymæ enim teſtes ſunt miſeriæ. Nondum loquitur, & iam prophetat. Quid prophetat: in labore ſe futurum, vel timore: & ſi benè vixerit, & iuſtus fuerit, certè in medijs poſitus tentationibus ſemper timebit. Hæc ille.

Horum malitiæ dierum exemplum in pueris.

Imprudens qui ſit apud Paulum.

Subdit: *Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.* Imprudẽs eſt, qui futura non proſpicit, & non intelligit voluntatẽ Dei; quę in eo ſita eſt, vt contractiorem vitæ ætatẽ agnoſcamus; ac proinde temporis iacturam ne faciamus.

Ad VIII. dubium.

De eo quod in vino ait Apoſtolus eſſe luxuriã, quomodo ſit hoc verum.

Geneſ. 9.

Denique dubitatum fuit in illis verbis: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu ſancto,* quomodo ſcilicet in vino poſſit eſſe luxuria. Siquidem luxuria vt eſt vitium capitale, nõ eſt in vino, quod tantùm cõceſſum fuit poſt diluuium Noë, ante quem tamen per diluuium punita fuerant horrenda carnis vitia, ſed Græca vox *ἀσωτία*, luxum potius, quã vſum venereorum deſignat. Vnde Poëta regificum luxũ vocauit ſumptuoſiſſima, & lautiſſima conuiuia. Nam luxus hic nõ minus ebrios reddit homines honoris cupidos, quam ſoleat ipſum virum. Nam ſitus eſt in pretioſa ſupellectili, in ſplendore menſæ, & in pretioſo veſtitu, & in miniſtrorum multitudine, & elegantia. Hæc autem hominem in paupertatem ſummam redigunt, & contrahere æs alienum cogunt vel inuitum, & nihil ſupereſt, quod in vſus pauperum erogetur. Ita vt ſemper vitam in inopia, & paupertate degant, iuxta illud: *Diuites eguerunt, & eſurierũt.* Et ebrietas, ſiue vinum largè potatum ad omnia vitia extimulant, & homicidij, & adulterij, & furti, & blaſphemiæ, & contentionis. Eſt autem hic luxus, ſi de venereis intelligatur, in vino, quaſi ignis in ſilice, non formaliter, ſed vt in cauſa, & in materiæ ipſius fomite.

Virg. 1 Aen.

In quibus ſit luxuria.

Pſal. 33.

Alter ſenſus, vt ſcilicet ſit in vino luxuria.

Quid impleri Spiritu ſancto.

Opponit autem ebrietati vini, impleri Spiritu ſancto, quod eſt vinum Spiritus, id eſt dilectio, & amor: quo qui impletur, & inebriatur, beatus eſt, rationis vſum non perdit, ſed perficit, ſecundùm id quod canit Eccleſia:

Læti bibamus ſobriam
Ebrietatem Spiritus.

Loqui nobis ipſis in Pſalmis, hymnis & Canticis, ſecundùm Apoſtolum, quid ſit.

Loqnitur nobis ipſis in Pſalmis, hymnis, & Canticis. Per Pſalmos intelligimus viã, qua itur ad beatitudinem: per hymnos mirabilia Dei omni dignitate, & commendatione digna: per Cantica pronunciamus ſumma Dei erga nos beneficia. ¶ Et ſubdit: *Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.* Rectè dixit, *Cordibus, & Domino*: quia nonnulli cantica, & magnos boatus in templis requirunt, non Domino, ſed hominibus: vt in ſacellis Principum magno pretio cõduci ſolent cantores, ex quorum cantu nullam licet percipere ſyllabam, vt ſola voluptas aures demulceat, & ad cor nihil attingat, quaſi ſatis ſit ceciniſſe abſque mente, & ſpiritu. Quam orandi rationem Paulus nõ magnifacit 1. Cor. 14.

Expenditur dictum Apoſtoli: Cantandum, & pſallendum eſſe in cordibus noſtris, & Domino.

1. Cor. 14.

Qualis eſſe debeat gratiarum actio.

* Adiungit gratiarum actionem pro omnibus, & hoc ſemper, tam in aduerſis, quam in proſperis: & nonniſi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo Patri: quia nonniſi per illum eundem gratiæ ſunt agendæ Deo Patri, per quem, & propter quem omnia Spiritus dona ab æterno Chriſti Patre, & noſtro accepimus.

DISPVTATIO XIII.

In Apoſtoli verba: ***Subiecti inuicem, in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: quoniam vir, caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus, caput eſt Eccleſiæ: ipſe Saluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ,*** & reliqua in finem vſque capitis.

Prima dubitatio.

IN prima Apoſtoli ſentẽtia dubitabatur, cur præcipiat Apoſtolus, vt inuicem nobis ipſis ſimus ſubiecti in timore Chriſti; nunquid vult Eccleſiam confundi, & ordinum gradus violari, vt minores imperẽt maioribus, & maiores ſubijciantur minoribus? at hoc quid eſt aliud, quam conſtruere Babylonem? Deinde in ſecunda ſententia, qua ait: Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, dubitatur, qnomodò hæc cũ ſuperioribus congruant: & quid eſt dicere, ſicut Domino: & cur præcepit, vt in omnibus viris ſuis ſubditæ ſint: nunquid ſi vile, aut minus honeſtum aliquod opus exigant, illi obligantur illis obedire? Quomodo etiam hortatur, vt vxores ſubditæ ſint viris ſuis, vt Eccleſia ſubdita fuit Chriſto: nam ea ratione nulla eſſet inter coniuges corporũ cõmixtio, ſicut inter Chriſtũ, & Eccleſiam nulla fuit. Tertiò, quomodò Chriſt⁹ dilexit Eccleſiam, & mundauit eam lauacro aquæ in verbo vitæ: nunquid aqua tangere poteſt

Secunda.

Tertia.

mentem

mentem, vt eam emundet? at inter animã, & aquam non eſt contactus. Cur etiam ait: *Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam:* certè præſens Eccleſia interdum gloria caret, & macula non caret, non tantum leuiorum, ſed etiam lethalium peccatorum.

Quarta.

Quartò dubitatur, quomodo nemo vnquam carnem ſuam odio habuit; cum quidam ex opinione falſa, & in ignem, & in puteos, & in fluuios ſe ipſos dederint præcipites, & Chriſtus præceperit, vt carnem noſtram, imò animam noſtram odio habeamus.

Luc. 14.

Quinta.

Quintò, circa illa verba: *Qui mẽbra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius*, dubium eſt non vulgare an membra, caro, & oſſa per tropũ debeant accipi, an verò ſimpliciter, vt ſonant, & velit Paulus fideles eſſe ex carne Chriſti, ſicut Eua ex carne Adæ, & ex eius oſſibus, & ſicut manus eſt ex oſſibus, & ex carne totius corporis.

Sexta.
Gen. 2.
Matth. 19.

Sextò quorſum producitur textus ille: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c.* Et quis pronunciauit illa verba, an Adam, vt habetur Geneſ. 2. an Deus, vt Chriſtus declarauit Matth. 19. Quid item ſignificent illa futura, dimittet, relinquet, adhærebit, & erunt duo in carne vna? an ſint prophetica, vt prima ſpecie apparent, an verò ſint coniugii lex.

Septima.

Septimò, quid eſt quod ait: *Iam non ſunt duo, ſed vna caro*, cùm etiam poſt nuptias non vna caro, vel vnum corpus, ſed plura corpora à ſeipſis inuicem diſtincta ſint, & quiſque poſſit de ſua carne diſponere pro voluntate ſua.

Octaua dubitatio.

Poſtremò in illis verbis: *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, quid hæc verba ſignificent, & an ex illis efficaciter deducatur, matrimonium eſſe Sacramentum vnum ex ſeptem Noui Teſtamenti, conferens gratiam ex opere operato, vt ſcholaſtici Patres loquuntur.

Primę ſolutio quæſt.
De mutua ſubiectione inter nos habenda, quæ tamen gradnum videtur diſtinctionem tollere.

¶ Ad primum dubium reſpondemus, non poſſe hunc locum meritò detorqueri contra hierarchiam Eccleſiæ, contra obedientiam quæ debetur ſuperioribus: qua ſublata tota interierit Eccleſia. Ideò ſubiectio iſta declaratur, cùm addit: In timore Chriſti, hoc eſt, in eo timore, quo Chriſtus ſe ſubiecit omnibus propter Deum, ſeruiens nobis in charitate, quæ præſtat quod alibi dixit Apoſtolus: Per charitatem ſeruite inuicem: quoniam ad hoc ipſum adegimus Chriſtum, vt ſubiectus fieret nobis.

Gal. 5.

Et in hunc ſenſum intelligo verba Hieronymi, qui hoc loco ait: *Audiant hæc Epiſcopi, audiant Presbyteri, & omnis ordo Doctorum, ſubiectis ſuis eſſe ſubiectos.* Ita ille. Quod confirmat Vicarius Chriſti, qui cùm omnibus Eccleſiæ omnibus præſit, & ſibi ſubiectæ ſint; ipſe tamen ſe hoc titulo ab aliis diſtinguit: Seruus ſeruorum Dei, & Apoſtolus, qui erat prędicator, & doctor Gentium, ait tamen: *Cum liber eſſem ex omnibus, omnium ſeruum me feci.*

Summus Pontifex qualem ſe ſeruum profiteatur, & agnoſcat.

2. Tim. 2.

1. Cor. 9.

Altera ſolut.

Vel intellige, docere nunc Apoſtolum nihil fieri debere timore hominum, ſed Chriſti reuerentia, & ſancto timore erga Patrem. Nam charitas etiamſi mittat timorem ſeruilem, non tamen hunc ſanctum reuerentiæ. Et nos alter in altero agnoſcere debemus Chriſtum inhabitantem, propter quem fratri ſubiici debemus. Nam etiam in hunc ſenſum alio loco dixit: *Honore inuicem præuenientes, & non expectare, vt nos præueniamur ad deferendum alteri honorem.* Hæc de primo.

1. Ioan 4.

Rom 12.

Secundum dubium diſſoluitur.
Mulierum ſuis viris ſubiectio quam aptè ſuperioribus cõiungatur.

Ad ſecundum dicimus, optimè hæc cõgruere cum præcedentibus: nam cum hortatus eſſet, vt ſubiecti eſſent inuicem in timore Chriſti, iã declarat in tribus hominũ conditionibus, qua ratione ſibi inuicem debeant ſubiici, id eſt, viro vxor, & vxori vir; filius parenti, & contra parens filio, dominus ſeruis, & è conuerſio ſerui Domino. Et vt Ethica tractauit ſuperius, quæ ad cuiuſque fidem, & mores bonos ſpectant, deinde Chriſtianæ Reipublicæ politica, quomodò videlicet ſit vna Eccleſia & membra membris mutuò ſeruire debeant, vt inter ſe vnitatem, & fortitudinem ſeruent; ita nunc tractat œconomica, id eſt, debita vxorum ad maritos, filiorum ad parentes & ſeruorum ad dominos, & è contrario. Quãquam in hoc capite 5. primam tantum abſoluat, reliquas duas ſequenti capite.

Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint vt in domino.

Vult ergo mulieres, vel potius vxores (nam vtrumque ſignificat vox Græca, hoc tamen loco de coniugatis eſt ſermo) ſubditas eſſe viris ſuis, ſicut Domino, nimirum Chriſto, vt Græci interpretantur, & præſertim id indicãt articulus ὡς τῷ Κυρίῳ.

II. Solutio.

Alter ſenſus eſt, vt vxor loco Domini virum ſuum habeat: alludens ad Saram, quæ Abraham dominum ſuum vocabat: quod etiam beatus Petrus in priori epiſtola ſua ponderauit. Et adiungitur ratio: *Quoniam vir*, inquit, *caput eſt mulieris:* non tantum ab eo tempore, quo poſt peccatum ab Eua admiſſum dixit Dominus, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui, ſed etiam ante peccatum, vt caput cenſebatur Euæ. Eſt ergo caput non tantum ethnicę, ſed & Chriſtianæ, & baptizatæ ſicut Chriſtus veræ eſt Eccleſię dominus, & caput.

1. Pet. 3.
Vir caput eſt mulieris duplici ratione.
1. Cor. 11.
Gen. 3.

Oecum. c. 9.
Quis dicitur Saluator corporis mulieris duplex opinio

¶ Subdit, *Ipſe Saluator corporis eius.* Id eſt, vxoris, vt ſcholia Græca interpretantur. Nam vir expenſas victus, & veſtitus, & medicamentorum, & defenſionem, ac redemptionem vxori ſuæ præſtare debet. Quanquam Hierony-

mus illa verba: *Ipſe Saluator corporis eius*, ad Chriſtum referat.

Quòd verò velit eſſe in omnibus, viris ſuis ſubiectas, non eſt difficile dubium propoſitum ſoluere. Omninm enim nomine in ſacris literis nunquam venit peccatum, quia vt tale, defectns eſt, priuatio, & purum nihil. Exempla in promptu ſunt multa: vt *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant*; turſus, *Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

Mulieres qua ratione debeant viris ſuis in omnibus eſſe ſubditæ.
1 Cor. 10.
Infra 13.

Quod ſi quis obiiciat ex præſentibus verbis, vxores viris ſuis eſſe ſubditas, quomodò Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: non ergo in eis erit corporum commixtio: & tamen ad Corint. 7. iubet, vt vxor agnoſcat viro debitum eſſe reddendum, & è contrario. Et ſuadet, qnod ſi orationis gratia ad tempus ſeparentur, confeſtim reuertantur ad illud idem opus. Hac ratione permotus Hieronymus dixit, Apoſtolum aliud Corinthiis, qui erant imperfecti, ſuaſiſſe, aliud diuerſum Epheſiis perfectionem colentibus.

Si vxores viris ſuis, quemadmodum Eccleſia Chriſto pudiciſſimo, ſubiiciendæ ſunt, cur eis debent copulam coniugalem.
1. Cor 7.
Ibidem 5.
Hieron.

Sed quicqnid ſit de hac ſolutione, ſolidius reſpondebitur, ſi dicamus hæc intelligenda eſſe proportione quadam ſeruata. Videlicet, vt in coniunctione, quæ eſt ſecundum ſpiritum, Eccleſia in omnib. Chriſto ſubiicitur, ita debet eſſe in coniunctione quæ eſt ſecundum carnem, inter virum & vxorem, quæ in omnibus quę ſpectant ad curam domeſticam, viro ſuo obedire debet. Sunt enim officia peculiaria mulieris, & matris familias, & ſunt mulieres adiutorium quoddam virorum, & domi ſeruare debent opes, & facultates, & filiorum educationi, & domeſticis rebus ſub viris ſuis præeſſe, etiamſi alioqui ſint prudentiſſimę, & ſanctiſſimæ, & dignæ imperio.

II. ſolut. probabilior.

Mulieris propriæ functiones.
Gen. 2.

Ad tertium, vult Apoſtolus viros diligere vxores ea dilectione, qua maior cogitari nequit, id eſt, illa, qua Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, id eſt corpus, & propriam vitam pro ipſius ſanctificatione, quæ fit in baptiſmo. Vnde ſubdit: *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Quibus verbis hæretici noſtri ſeculi reuincuntur, qui per baptiſmum aliquid effici in mente baptizati, aut per vllum ſuſceptum Sacramentum Deum gratiam conferre inficiantur: cuius oppoſitum docet præſens textus, & alter huic ſimilis ad Titum: Saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti: ſiue illud fiat per efficiens inſtrumentum aquę à Deo eleuatæ vt hoc beneficium præſtet, ſiue per aſſiſtentiam, & pactum Dei ad illam aquam, cui coniuncta eſt gratia, quæ illud efficit. Nam quidam difficile eſſe putant capere, quomodo aqua corporea ad ſordes animæ abluẽdas pertingere valeat. Sicut enim quod intrat in os, non poteſt animas coinquinare, vt Dominus dixit; ita quodcunque corporeum adhibitum extrinſecus non videtur poſſe ad ſordes animę extergendas attingere: quanquam veriſſimum hoc ſit per aquam hoc fieri, quoniam ſine hac hominis ad aquæ lauacrum humiliatione hanc ſanctificationem non faceret Deus, qui cõmunitet per Sacramenta operatur in hominibus. Gratia etiam, qua ſanctificamur, in Scripturis aqua vocatur, & aqua viuens, & ſitim ſedans, quam Samaritanæ pollicitus eſt Dominus, & Propheta dixit: *Effundã ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*: quod non de aqua elementari, ſed de illa ſpirituali per elementatem ſignificata intelligendum eſt. Nec enim nouum eſt in Scripturis, vt de ſigno id ſæpè dicatur, quod ſignato cõuenit. Ita ſerpenti tribuuntur, quæ diabolo in ſerpente ſignificato conueniunt, Gen. 3. & pani tribuitur id, quod Chriſto per panem ſignato congruit Ioan. 6. & 1. Cor. 10.

III. ſolut. quæſt.
Quid eſt: Viri, diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.

Quemadmodum aqua corporea ſpiritualẽ animam poſſit abluere, & mundare.
Tit. 3.

Matt. 15.

Aqua munda, & munda in ſcripturis quid myſtice.
Ioan. 4.
Ezech. 36.

Signi pro ſignato frequẽs acceptio in Scripturis.
Gen. 3.
Ioan. 6.
1. Ioan. 10.

Subdit: *Lauacro aquæ in verbo vitæ.* Hoc eſt Chriſto credito corde, & opere confeſſo, & qui vitam tribuit ſpiritualem. ¶ Alius ſenſus non incongruus eſſe poteſt, vt per verbũ Vitæ exprimatur forma baptiſmi, ſicut in lauacro aquæ, materia. Quanquam Genitiuus, Vitæ, deſit in Græcis codicibus, & in Ambroſio, & in Hieronymo: non tamen perit ſenſus prædictus: quia Chriſtus dicitur Verbum vitæ in epiſtola Dilecti. Et rectè applicatur formæ baptiſmi, per quam vitã nouam aſſequimur.

Quid verbum vitæ, in quo per lauacrum aquæ mundatur Eccleſia duplex ſenſus.
Rom. 10.
Ioan. 6.
Ambroſ.
Hieron.
1 Ioan. 1.

Ad illud dubium, quomodò ſcilicet aſſerit: Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, dicendum eſt, pulchrè hoc de ſponſa dictum: nam alluſio fit ad matrimonium, in quo difficilè ſponſus aſſumeret maculatam, & inſigni aliqua nota fœdatam ſponſam, & ſenio confectam, aut corrugatam. Etſi non deſint fœminæ, quæ artificio mirabili & maculas, & rugas diſſimulent.

His verbis: Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, quid doceat Apoſtolus.

His poſitis, dicendum eſt, hæc verba à quibuſdam explicari de Eccleſia præſenti, ac militanti, vt à Clemente Rom. lib. 2. Ditaxeon c. 61. in qua nonnulla membra ſunt ſine macula, & ruga: quædam etiam propter doctrinæ, vel vitæ excellentiam glorioſa: non tamen hos titulos tota Eccleſia in vniuerſum ſibi poteſt tribuere. Alij vero hæc verba contrahunt ad Eccleſiam Romanam: quæ quantum ad fidem ſpectat, il-

I. opinio de Eccleſia illa glorioſa & ſine macula, aut ruga quæ nam illa ſit.

II. opinio, quæ vt illa, reuicitur.

libata,

libata,& glorioſa ſemper extitit,& ſine vlla erroris macula, ac ſine falſi, & ſuperſtitioſi cultus ruga. Sed Eccleſiæ nomine non tantùm venire ſolet Romana, quæ caput eius eſt, ſed catholica, & vniuerſalis eccleſia.

III. probabilior.

Melius ergo hæc verba referuntur ad finem poſtremum: ait enim: *Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam*: hic enim finis eſt militantis Eccleſiæ, vt ad glorioſam, & triumphantem, quæ ſine macula eſt, & ſine ruga, perueniat. Nam dum hic militat, nullum membrum eſt, quod macula venialis peccati non inficiatur, & plures ſunt qui non in multa grauia, & mortifera delicta incidunt, vt non poſſit dici ſine macula. Adhęc omnes electi, præter caput, & collũ, id eſt, Chriſtum, & Virginem, non ſunt ſine ruga, quia ſuo carent corpore, & expectant donec cum gloria ſibi reſtituatur: atque huic ſenſui fauent ipſa verba Apoſtoli, & Hieronymus hoc locò, & Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ, cap. 15. Cum Rex, inquit, iuſtus ſederit in throno, quis glориabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Tunc ergo per eius miſericordiam iuſti plenè, perfecteque mundati, fulgebunt ſicut Sol in regno Patris ſui. Tunc plena atque perfecta Eccleſia, non habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, quia tunc etiam erit verè glorioſa.

Militans Eccleſia quas habeat maculas, aut rugas.

B. Aug. to 7.

Prouer. 20.

Subiungit Apoſtolus: *Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua.* Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nam vt caput Eccleſię Chriſtus eſt, ita vir, vxoris caput. Et vt ex capite, & corpore vnum efficitur corpus, & vna caro, ita qui vxorem diligit, ſeipſum diligit. Sunt igitur vir & vxor vna planta eundẽ fructum prolis proferens, ideò ſe amare debent, non ſecus ac ramus inſitus plantæ vt planta coaleſcit, & ſe mutuo fouent. Et egregiè Chryſoſtomus in priorem ad Chrinthios ſcribit: *Nõ vides agricolas quanta diligentia quæ ſemel ſemen acceperit, terram colunt, quamuis innumera habet vitia: vt exempli gratia, quamuis arida ſit, quamuis malas herbas producat, quamuis humorũ abundantia loci natura offendatur, colit tamen: hoc enim pacto prior fructum, & tranquillitatem conſequeris: etenim portus eſt mulier, & maximum ſecuritatis remedium. Infrà, Fertur quendam externorum philoſophorum, cum malam haberet vxorem, prauam, temulentam, & interrogaretur, qua gratia eius mores toleraret reſpondiſſe: Vt gymnaſium, & paleſtrã philoſophiæ domi habeam. Ero enim, inquit cum alijs manſuetior, cum in ea quotidie toleranda erudiar.*

Vnde manifeſtum ſit, eũ qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligere.

Chryſ hom. 20. circa fin. tom. 4.

Cuiuſdam ſapiẽtis ad quęrentem cur prauam, & temulentam pateretur vxorem, ſubtile, grauęque reſponſum.

Adhæc vt Chriſtus dilexit Eccleſiã, etiam adulteram, poſteà tamen pœnitentem recepit: ita tu etiam in vxorem quà à fide defecit, noli gladio animaduerte, ſed potius imitare Dominum. Et ſicut ipſe corporis nõ requirit pulchritudinem animæ: ita & tu: nam ſi tu pulchritudinem animæ requiris, & ipſe ad hoc dilexeris, & Deo, & tibi ipſi pulchram reddis.

Addit quod quarto loco dubitatũ fuit: *Nemo*, inquit, *carnem ſuam odio habuit; ſed nutrit, & fouet eam.* Contexit argumẽtum, quod etiam Philoſophos permouere poſſet, à natura omnibus inſita ſumptum. Nemo enim hominum carnem ſuam, hoc eſt corpus ſuum odit: imo, quod maius eſt nullum animal, vt ratiocinatur Auguſtinus: Turpiſſimum enim fuerit id non pręſtari vxori, quod mutua animantia ſibimet mutuo præſtant.

Quid carnẽ ſuam odio habere.

B. Aug li 22. contra Fauſt. c. 7. tom 6.

Ad illud verò, quod obiectum eſt, multos inuentos eſſe, qui in proprium corpus ſæuirent, & duriter, atque creduliter illud tractauerint: imò Chriſtum præcepiſſe, vt nos ipſos odio proſequamur, & corpora noſtra, & Paulum corpus caſtigaſſe, & in ſeruitutem redegiſſe: reſpondemus, Quòd quis odio proſequatur proprium corpus, non eſt ex natura rei ipſius, ſed per accidẽs, quatenus vel per illud homo affligitur: vt qui præ impatientia infirmitatis, fame, vel gladio ſeipſos interfecerunt, vel ne in manus hoſtium ſuorum venirent, venenum ſumpſerunt: vel per illud ab aliqua explenda concupita voluptate impeditur. Paulus itaque non loquitur niſi de eo, quod in natura poſitum eſt. Si quis verò objiciat, hominẽ ſolo rationis ductu interdum à medico exigere, vt carnem ſuam cauterio, aut ſectione membri affligat, ac proinde oſtendere ſe odio habere carnem ſuam; dicimus, hoc non eſſe propriè odiſſe carnem ſuam, ſed potius diligere, & nutrire, & fouere illam: patitur enim hæc, vt periculum mortis euadat: & quia pręſtat vnum membrum perire, quàm omnia membra, & facere iacturam particulæ quàm carnis totius. Sed nutrit, ait, cibo, puto, & fouet veſte, domo, & vnguento, ſi opus ſit: non loquitur de his, qui ſpiritu Dei, & gratia fulti faciunt, dum carnis propenſiones ad peccatum cum actibus, & concupiſcentijs crucifigimus, vt rectè Auguſtinus explicat lib. 1. de Doct. Chriſt. cap. 23. ¶ Chriſtus etiam docuit animam perdere propter ſe, vt in vitam æternam cuſtodiamus eam; & ponere corpora noſtra pro ſpirituali ſalute proximorum. Sed hoc ſupra naturam eſt, & ſuas habet legitimas cauſas. Et ita Dñs proſpicit Eccleſiæ ſuæ de cibo, illi dando ſeipſum in Euchariſtia, & de fomentis per

Ad IV dub. Si nemo carnẽ ſuã odio habuit, vnde ſanctorũ, & aliorum etiã cũ carne graues inimicitiæ, inteſtinaque bella.

Luc. 14.

1 Cor. 9.

Quomodo nutriemus carnem, & foueamus.

Galat 5.

B. Aug. to. 1. ſub initium

Matth 16.

alia Sacramenta, quę loco ſalutaris vnctionis ſunt nobis relicta.

V. dub. ſolut. Quomodo membra ſimus corporis Chriſti, de carne eius & de oſſibus eius.

Ambr. tom. 5

Ad quintam dubitationem de membris & carne, & oſſibus eius, reſpōdendum eſt, Ambroſium in illis verbis tropum agnouiſſe: Spiritualiter iſtud, inquit, intelligendum eſt. Et veteres Theologi Latini Græcos imitati, ſpiritualem ſenſum interdum illum appellant, qui alias dicitur tropicus, vel metaphoricus, aut figuratus, qui tamen reuera literalis eſt, non myſticus. At Hieronymus ſimpliciter explicat, & ad literā: Membra, inquit, ſumus corporis Chriſti, nō ſecundùm naturam diuinitatis æternę, ſed iuxta id quod hominē eſt dignatus aſſumere. Id eſt, talis naturæ, qualem ipſe accepit. Et quia eandem naturam participamus quam ipſe aſſumpſit: idcircò ipſe nutrit, & fouet nos. Et quod ſubiūgit: De carne eius, & de oſſib᷒ eius, explicatio eſt præcedentis particulæ: nam conſtamus carne, & oſſibus, quibus ipſe Chriſtus in cęlo perfruitur: quæ ſimilitudo naturæ, cauſa eſt ſingularis amoris erga nos: nō ſolum quia ipſum venientem in propria recepimus, verum etiam quia eiuſdem naturæ cum ipſo ſumus: quæ ratio nos amandi ad Angelos non extēditur, quia carēt carne, & oſſibus, cùm ſint ſpiritus.

Solutio B. Hieronymi.

Qua ratione Chriſtus nos quam Angelos diligat magis.

Iren. c. 2. poſt medium.

Hieronymi ſententiā agnouit Irenæus ante eum, qui lib. 5. aduerſus hæreſes non lōgè ab exordio, citato hoc Pauli teſtimonio: Non de ſpirituali, inquit, aliquo, & inuiſibili homine dicit hæc Apoſtolus (ſpiritus enim neque oſſa, neq; carnes habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecūdùm verum hominē, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis eius, nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. Poteſt etiam tropicus ille, ſiue ſpiritualis ſenſus ſtare. Dixit enim, carnem ex carne eius, & os ex oſſibus eius, quoniā Chriſtus habuit carnem infirmam, & ſimilem carni peccati, in qua etiam paſſus eſt à peccato, vt ſic vinceret peccatum, & eius iura deſtrueret. Carnem etiam omnes, qui baptizati ſumus, voluit nos infirmam habere, & ſub tribulationibus, ad imitationem ſui & ſimilitudinem, vt ſicut ipſe poſt mortem reddidit ſuam glorioſam, illā ſcilicet, quæ peccati ſtimulis non acquieuerit: & Chriſtus carnem accepit, ſed non ſine oſſibus, quę fortitudinem perfectā deſignant, qua maiora ſuę Eccleſię membra armauit: & Chriſti fortitudo nunquam in eo fracta fuit, noſtra tamen, quia Adæ latronis filij ſumus, & in his qui ſimul crucifixi ſunt, latronibus figurati, oſſa habemus comminuta, & confracta: quia nullus virtute ſuæ naturæ fortiter ſuſtinere poteſt opprobria Crucis, niſi eius gratia adiuuetur. Et ita ſumus de carne eius; id eſt, de humanitatis infirmitate, & de oſſibus, id eſt, de diuinitatis latentis ſoliditate: quia ſumus de carne, & oſſibus eius, id eſt, in Cruce à Chriſto dormiente formiti, participantes de Chriſti robore, ac diuinitate in oſſibus abumbrata: & de imbecillitate eius, quæ ſummo modo enituit in carne crucifixa: & ita, vt Chriſtus in cruce robuſtus fuit, & infirmus, ita & nos infirmi in nobis, & fortes in Chriſto geſtemus theſaurum in vaſis fictilibus.

Luc. 24.

Prior ſenſus Ambroſij myſticus ſcilicet, cōprobatur.

Rom 8.

Quare Chriſtus non carnē ſuo exemplo voluerit infirmam habere.

Matth. 27. Ioan. 19.

Quid ſit eſſe de carne, & oſſibus Chriſti, explicatur magis.

2. Cor. 4.

Ad ſextam dubitationem, in illa verba: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, reſpondendum eſt, verba hæc non eſſe Pauli, ſed Adæ ipſius legem matrimonij dictantis: quę tamen Deo tribuuntur Matth. 19. quia eo inſpirante, & interius ſuggerente ab Adam pronuntiata ſunt: Deinde dicit, Propter hoc (id eſt, pro hoc, vel vice huius, Grȩcè enim dicitur, ἀντὶ τούτου) quia ex eadē carne, & ex eiſdem oſſibus vir, & vxor conſtant, ſicut Eua ex coſta Adæ formata fuit. *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit (vel agglutinabitur) vxori ſuæ*, Id eſt, tam validum, & indiſſolubile erit vinculū, & nexus viri & vxoris inter ſe, vt etiam maximas, & naturales coniunctiones filiorum, vel filiarum ad parentes ſuos queat diſſoluere, & filium ſeparet à parente, & filiam à matre, vt doceat vnum, & eundem conuictum, & domum vnam deberi coniugatis, ſi cōtingat propter commercium mutuū filiorum cum parentibus non eſſe locum pacifici conuictus inter maritum, & vxorē; & concordem animorum inter coniuges vnionem præferendā amori patris, & matris: quia amor vxoris, & amor viri, cum ſit ſibiipſius, præferendus eſt patris & matris dilectioni.

VI. quæſt. ſol. Cuiuinam, Dei an Adæ, an Pauli ſint verba: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, &c.

Geneſ. 2. Matth. 19.

Geneſ. 2.

Quis ſenſus illorum verborum: Propter hoc relinquet homo patrem & reliq.

Coniugatos cur magis ſe mutuò, quam proprios parentes amare debeant.

Qui verò ex his verbis eliciunt inhabiles eſſe ad coniugium filiam cum parente, aut filium cum matre, atque illum gradum tātùm diuino iure prohiberi, reliquos verò gradus cōcedi, mihi Spiritus ſancti ſenſum attigiſſe non videntur. Nam & alij gradus etiam iure diuino interdicuntur, vt eſt inter fratrem, & ſororem, & alios pleroſque. Et ad rem nō videtur hic ſenſus, quia iam illis primis coniugibus Adæ & Euæ hæc verba non congruerent: nam patre, & matre carebant. Et vt Tertullianus lib. de Habitu mulierū annotauit, hæc verba magis propter coniugatos, quam propter Adā & Euam dicta ſunt. Sed de hac re alibi fuſius locutus ſum. Quod ergo ait, *Relinquet homo patrem, & matrem*, non eſt de cō-

Ineptus & incongruus, Caietani ſenſus excluditur.

Tertull.

Lib. 8. explanatio. Euang.

iugio

in cap 19. Matth.

iugio interpretandum, ſed de ſeparatione quantum ad conuictum,& habitationem. Et dixit, *Agglutinabitur*, glutino indiſſolubili,ita vt quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet. Nō tamen filius propterea ſolutus eſt à nexu parentum,quos debet veneratione,& pietate proſequi,& vitæ neceſſaria illis adminiſtrare,ſi egeant, & ipſe poſſit eos alere. Nam etſi nexus viri ad vxorem ſit arctiſſimus,vt propter eū deſerantur parētes: non tamen legis naturæ,aut ſcriptæ vinculum,quo filius parentibus eſt adſtrictus. Illud tamen cohabitationis,&domeſtici cōuictus vinculum rumpit, quando ſimul pacificè viuere nequeunt. Adhærebit igitur, vel agglutinabitur tam arctè,quòd etſi ante matrimoniū eſſent in duabus carnibus, ſiue in duob. ſeperatis corporibus, eo quod neuter alterius carnis, aut corporis poteſtatem haberet:contracto tamen,& celebrato matrimonio, erunt, vel eſſe debebunt in carne vna.

Matth. 19. Filio pro pter vxorem pater ſuus & mater quatenus relinquendi.

Quam in ſolubilis matrimonij nexus

Hebræi imperatiuū per futurū enunciant.

Exod. 20. Ibidem. Deut. 6. Matth. 9.

Vbi obſerua, morem Hębreorum eſſe, vt futuris pro imperatiuis vtantur, & præcepta tradant per futurum tempus. Vt: *Nō habebis deos alienos coram me:Non occides : Non mœchaberis : Diliges Dominum Deum tuum*,& Dominus,*Cum auferetur ab eis ſponſus,tunc ieiunabunt*, id eſt, ad ieiunium arctabuntur. Itaque hæc verba non ſunt prophetica quę aliquid vt futurū pronuncient,ſed imperātia illud, ad quod quiſque lege matrimonij arctatur. Et ita quod ait, Relinquet adhærebit,& erunt,interpretādum eſt in vero ſenſu literali, id eſt cogitur homo(quo nomine vterq; ſexus exprimitur) relinquere patrem, & matrem,obligatur adhærere vxori ſuæ:*Et erunt*. Id eſt, debebunt eſſe duo in carne vna. Et Dominus addidit, *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro*: quia quiſq; coniugum corporis ſui poteſtatem nō habet, ſed alter,cui illam tradidit. Et ita corpus vxoris non tantùm eſt commune viro,ſed eius ditionis : & corpus viri non eſt commune vxoris,ſed etiam ditionis vxoris,quæ in illud dominium habet.

Illud: Et erūt duo in carne vna, quid ſignificet. *Matth. 19. 1. Cor. 7.*

Hoc etiam pręceptū Chriſtus in deſpōſanda ſibi Eccleſia obſeruaſſe videtur. Nam diſtractus eſt homo Chriſtus à Patre propter Eccleſiam, quando apparuit in mūdo in forma ſerui,ita vt dixerit: *Exiui à Patre & veni in mundum.* Segregauit ſe etiam à matre ſanctiſſima Maria, cum propter eādem Eccleſiam mortuus ieſt in Cruce, relicta illa ſub diſcipuli cura. Vt non dicam, quod reliquid patrem,& matrem, id eſt Patriarchas, Prophetas,& Sanctos veteris teſtamenti,& matrem etiam Synagogam, vt hęreret ſpōſæ Eccleſiæ.

Chriſtus Patrem ſuum & matrē quando venit relinqueit, vt adhæreret vxori ſuæ. *Ioan. 16. Ioan. 19.* Quos rurſus patrē, & matrem homines relinqueit ob eādem ...inem.

Ad aliud verò, quod ſua non caruit dubitatione, Quomodò vir, & vxor ſint vna caro,reſpondemus, Carnis nomen per Synecdochen totum hominem ſignificare, iuxta illud : *Verbum caro factum eſt : Videbit omnis caro ſalutare Dei: &, Omnis quippe caro corruperat viam ſuam : &, Ad te omnis caro veniet.*

Caro vbi denotet totum hominem.

Ioan. 1. Luc. 3. Eſai 40. Geneſ. 6. Pſal. 64.

Deinde dicimus , carnem in bonam partem, & interdum in malam, interdum etiam in eam, quæ nec bona eſt, nec mala, ſed indifferens, in Scripturis accipi, In bonum accipitur, cum dicitur: *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, & alio loco, Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*,& in hoc capite: *Membra ſumus corporis eius, de carne eius,& de oſſibus eius*, vt explicuimus. Deinde in malam partem dicitur: *Non permanebit Spiritus meus in homine,quia caro eſt: &, Omnis caro fœnum: Manifeſta ſunt carnis: Nonne carnales eſtis , & ſecundum hominem ambulatis.*

Caro etiam vbi bene, & male, & in differenter ſonet.

Ezech 36. 2. Cor 3. Epheſ. 5. Geneſ. 6. Eſa 40. Galat. 5. 1. Cor. 1.

Et maximè in malum accipitur, quando opponitur ſpiritui , in his nimirum locis: *Spiritus concupiſcit aduerſus carnem : Is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eū qui ſecundum ſpiritum , Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, &c. & Qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.*

Galat. 5. Supra 4. Infrà 6. Rom. 8.

Interdum verò nec malum,nec bonum ſignificat, ſed tantum naturam humanam: vt ibi, *Verbum caro factum eſt* , hoc eſt,homo;&, *Videbit omnis caro ſalutare Dei: &, Ad te omnis caro veniet*, & Eſaias apud Apoſtolum, *Quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini,& ipſe ſimiliter participauit eiſdem.* Vbi ſimiliter non accipitur in malum, ſicut & illud, *Caro, & ſanguis non reuelauit tibi.* Ita verba de quibus diſſerimus : *Erunt duo in carnem vnā*, nec in bonū nec in malum accipiuntur : ſed ſicut caro per Synecdochen dicitur homo, ita vna caro eſt vnus homo ex viro,& vxore conflatus, non tantum ob mutuam animorum concordiam, & poteſtatem mutuam in cōrpora, ſed etiam more Hebręo & fictione iuris. Vt enim patris, & filij,domini & ſerui,procuratoris & principalis, paſtoris & vicarij ſui, vna cenſentur perſona iuris fictione: eodem modo viri & vxoris vna eſt perſona,& vnus homo. Propterea rectè Chriſtus intulit: *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.*

Ioan. 1. Luc. 3. Eſai. 40. Hebr. 2. Eſai. 8. Matth 16.

Vir & vxor vt ſint vna caro.

Quod autem quidam interpretātur, virū & vxorem eſſe vnam carnem, quia conueniūt in vnū iuſtum generationis principium , quod nōniſi per commixtionē corporum perficitur: mihi nō tam placet, quā prior ſenſus, qui planus eſt,& genuimus,& vocibus, conſonus. ¶ In hunc verò ſenſum

Altera ſolutio, ſed minus accommoda.

Virū & vxo-

rem etiā ante copulam cōiugalem eſſe vnam carnē, atque nominati.

obijci poſſet, quòd vir & vxor, antequam corpora commiſceant, verè ſunt, & dicuntur vna caro: & de coniugio Adæ & Euæ dicta ſunt hæc verba, & nonniſi poſt aliquod temporis ſpatium (quod etiam multis annis aliqui circūſcribunt) in quo agendę pœnitentię de peccato admiſſo vacauit, vxorem ſuam non cognouit. Beatiſſima etiam Virgo cum ſancto Ioſepho coniugium inijt, & verè fuerūt vna caro, nec tamē fuerunt corpore coniuncti. Adhæc viris coniugio copulatis ius cōcedit ſpatiū ſex menſium, in quo ante cognitam vxorem valeāt ad meliora vota tranſire, ſi voluerint: & tamen prius fuerunt vna caro.

Luc 1. Matth 1.

Vlt. quæſt. ſolutio. Quid illud: Sacramētum hoc magnum eſt: ego autē dico in Chriſto, & in Eccleſia. I. ſenſus.

Ad poſtremam dubitationem reſpōdemus, illa verba: Sacramētum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, plures ſenſus recipere; alterum literalē de Adam, & Eua: ſecundùm quem ſignificat virum relictis parentibus perpetua cōſuetudine adhæſurū vxori ſuæ, vt Chriſtus adhęret Eccleſię. Habet & myſticū ſenſum vt ſit prophetica quędā coniūctionis Chriſti, cuius typum geſſit Adam cum Eccleſia, cuius figuram reprę ſentauit Eua. Et ita interpretatur B. Hieronymus, vt pertineat ad ſuperiora. Eraſmus verò refert hæc verba ad ea quæ ſequuntur, vt ſenſus ſit: Non cōiunctio Adæ & Euę, id eſt, viri & vxoris, eſt magnum Sacramentum, ſed coniunctio Chriſti cum Eccleſia. Sed certè ad ſuperiora referenda eſſe hæc verba, tradūt veteres Patres, vt Nazianzen. Hieronymus, Chryſoſtomus, & Oecumenius: ita vt cōiunctio Adæ & Euæ ſit quædam allegoria, id eſt typus magnus cōiunctionis Chriſti cum Eccleſia.

II. B. Hiero. III. Eraſmi. qui reijcitur.

Nazian. epi. 57 Chryſ ſer. 20. ante med. Oecum. c. 9.

De matrimonio quid ſentiant impij Lutherani.

Iam verò hoc loco quæſtio inſurgit non pœnitenda propter noſtri ſeculi hæreticos an ex his verbis euidenter colligatur, Coniugium, vnum eſſe ex ſeptem Sacramentis noui Teſtamenti gratiam concilians. Sed prius expediamus literam, vt liberiùs de illa, ac fuſius diſputare poſſimus.

Qualis hæc Phraſis: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

Ait ergo: *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Id eſt, explico, carnale coniugium ea ratione eſſe Sacramentum, quatenus ſpiritualis coniugij inter Chriſtū & Eccleſiam contracti ſignum eſt, & ſymbolum. Et, in Chriſto, & Eccleſia, dixit, vel, in Chriſtū, & Eccleſiam, pro eo quod eſt, de Chriſto, & Eccleſia, id eſt, me interprete, & quantū mihi videtur (quæ vox Pauli modeſtiam indicat) de Chriſto, & Eccleſia intelligendum eſt. Ita Hieronymus interpretatur, ſicut Epiphanius explicās illud: Surge qui dormis: Interpretor hoc, inquit, in Chriſto, hoc eſt de Chriſto. Et ita alij Patres loqui cōſueuerunt. Ita aliàs accipi conſueuit, An neſcitis in Helia, id eſt, de Helia quid dicit Scriptura. *Ego cōfido in vobis*, hoc eſt de vobis, *Gaudeo in præſentia Stephanis*, hoc eſt de pręſentia. Ita in epigrammatum, & orationū inſcriptionibus accipitur particula, εἰς, vel etiā ἐν, 2. Cor. 2. *Scilicet ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur*, id eſt de Chriſto. Et ex hoc loco accipiendū eſt, carnale coniugium factū eſſe ad ſimilitudinem ſpiritualis inter Chriſtum, & Eccleſiam, etſi prius tempore carnale coniugium extiterit. Et ſubiungit: *Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſq; vxorem ſuam diligat*, hoc eſt, vt Oecumenius interpretatur ſublimis intelligentia nominis, ac ſpiritualis enarratio non euertunt propriā: poteſt enim & ſpiritualiter, & propriè declarari.

Hiero. in c. 5 ad Epheſios. Epiphan.

Ex illis verbis quid neceſſario ſequatur.

Oecum. c. 7.

Hanc particulam ſicut (ſicut Chriſtus, inquit, dilexit Eccleſiam) Hieronymus expēdit.

Etſi ergò iuxta allegoriam ſim interpretatus, volo tamen ſenſum literæ vos retinere, & de vobis dictum intelligere: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem. Atq; elegāter hoc loco annotauit. Hieron. aliam habere vim aduerbium, Sicut, hoc loco, & aliam, quando dicitur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, & ita cupias eſſe ſaluum atque te. Hic autē in vxore diligenda, non ſimilitudinem, ſed approbationem, & confirmationē cum quodā pōdere ſonat: quomodo dicimus de puero, Quaſi vir fecit, & Ioānes de Saluatore, *Gloriā quaſi vnigeniti à Patre*, id eſt, qualem decebat habere Vnigenitum. In dilectione autem proximi non dicitur: Diliges proximum ſicut corpus tuum, & ſicut carnem tuam, ſed hoc tātùm, in dilectione vxoris, vt quandam carlem dilectionem, caſtam tamē, & ſanctam, propter finem ſanctum, & ſobolem propagandam eſſe declaret.

Matth. 22.

Ioan. 1.

Ordinatio, & ordo vt differant.

Iam ad propoſitam quæſtionem redeo; & præmitto, duo eſſe in cōiugio, quemadmodū etiam in ordinis Sacramento. Aliud enim eſt ipſa ordinatio, quę propriè Sacramentum eſt, aliud ordo, ſeu poteſtas, qua ſimul cum gratia confertur, & eſt effectus Sacramenti. Ita in matrimonio duo ſunt: alterum eſt vinculum indiſſolubile coniugū: alterum eſt cæremonia externa vinculum ipſum efficiens, quam cōſequitur effectus gratię, quę ad ſanctitatē vſus coniugij confertur; præcedit verò contractus ad vinculum diſponens, & cōiunctus cū ceremonia.

In coniugio ſunt duo.

Matrimonium quantum ad vinculum, definitur.

Quantum ad vinculū igitur, definitur coniugium hoc modo: Matrimoniū, eſt coniūctio maris, & fœminæ, inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Declaro ſingula. Cōiunctio hoc in loco non ponitur pro carnis copula, quæ nō eſt matrimoniū, ſed potiꝰ eius eſt actus

nam

Si eſſet cōmixtio corporum matrimonium, quid conſequeretur.

nam ſi matrimonium eſſet commixtio corporum, ratum & non conſummatum matrimonium non eſſet, nec fuiſſet inter ſanctum Ioſeph, & Beatiſſ. Mariam. Matrimonium etiam non diu duraret, ſed tranſiret, & iteraretur, ſicut ipſa carnis copula, quæ tranſit, & repetitur, Et ita coniunctio, habitudo quædam eſt, & vnio coniugum ad ſeipſos inuicem. Indiuidua verò vitæ conſuetudo, cohabitatio eſt cũ mutuis obſequijs hinc & inde exhibitis.

Clarior matrimonij definitio.

Quanquam clariùs ſic poſſet definiri, Matrimonium, eſt vinculum indiſſolubile inter marem & fœminam ex mutua tranſlatione poteſtatis corporum ſuorum in ſeipſos inuicem facta, ad procreandam prolem, & debitè educandam. Vt autem hoc vinculum, quod eſſe permanens habet, efficiatur, opus eſt vt præcedat contractus, tanquam via, & diſpoſitio quædam non permanens, ſed tranſiens. Hic autem contractus non eſt aliud quàm actualis, & mutua trāslatio corporum ad finem procreandæ prolis, & debitè educandę. Hinc cohiugata mulier, vxor fœderis tui nominatur Malach. 2. Vltra vinculum autem, & prædictum contractum eſt ipſum Sacramentum, hoc eſt ceremonia conſiſtens in exhibitione certorum ſignorum maris, & fœminæ ad ſeipſos, ſignificantium traditionē mutuæ poteſtatis corporum ad prolem procreandam, ex inſtitutione diuina ſignificans gratiam conferendam mutuò contrahentibus, ad cōiunctionem animarum, & poſt peccatum ad vitandam fornicationem.

Contractus ad vinculum matrimonij requiritus quidnam.

Malach. 2.
Quale matrimonij Sacramentum.

Matrimonium ergo, quatenus contractus humanus, nō eſt Sacramentum vnum ex ſeptem: nec habet gratiæ promiſſionem, ſicut nec alij cōtractus ciuiles. Deinde quatenus vinculum, adhuc propriè Sacramentum non eſt: nam eiuſmodi vinculum inter fideles inuenitur, vt Paulus docet 1. Corint. 7. de fœmina, quæ conſentit habitare cum viro infideli. Deinde etiam inter infideles eſt inſenſibile vinculum, cum ſit relatio quædam, & habitudo ad ſe inuicem, quæ ſub ſenſum non cadit. Adhęc vinculum, eſt effectus ipſius ceremoniæ, & contractus, quia poſt illa vinculum ſubſequitur: ideò eſt effectus Sacramenti, ſeu res Sacramenti, ſicut & gratia, non autem Sacramentum ipſum. Tertio verò quatenus eſt ceremonia, & ſignum ſenſibile, Sacramentum eſt nouæ Legis, & cum alijs ſex connumeratur, & gratiam Dei confert cōtrahentibus. Quod & Scriptura, & traditione, & ratione probandum eſt, & quæ in oppoſitum ab hæreticis obijciuntur, reſoluenda.

Matrimoniū vt humanus eſt contractus & vt vinculū etiam inſolubile, non eſſe Sacramētum.

1. Cor. 7.

Quale vinculū matrimonij infidelium.

Qua ratione matrimoniū ſit Sacramentum.

Nunc tantum vrgebo præſentem locum Apoſtoli: *Sacramentum hoc magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*. Iam quærimus quid per illud pronomen, Hoc, demonſtretur. Non autem poteſt demōſtrare futura, vt voluit Eraſmus, qui refert ad Chriſtum, & Eccleſiam, quod non præceſſerat. Sed durum eſt, per Sacramentum, ſeu myſterium ſignificari Chriſtum, & Eccleſiam, & per illud repræſentari noſtra coniugia: quia Sacramentum eſſet inſenſibile, & inuiſibile. Suauiter ergo refertur ad matrimonium, de quo à media ferè parte capitis eſt ſermo, quod ſenſibile eſt, & repræſentat ſpirituale Chriſti cum Eccleſia coniugium. Magnum verò dicitur, quia eius ſignatio in Chriſtum tendit, & in Eccleſiam. Et hoc ſignificat quod ait: *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: hoc eſt quatenus illam mirabilē, & diuinam cōiunctionem ſignificat, ad cuius imaginem ſe coniuges componere debent, vt non tantùm ſe mutuo ament, & ſibi inuicem ſeruiant, ſed etiam modo quodam ſupra naturam ſe diligant, & foueant, ſibiq; inuicem indiuulſæ cohæreant, vt ſic res naturalis, & humana, ſeu politica, tranſeat in ordinē ſupernaturaliū, & diuinorū.

Matrimoniū eſſe Sacramentum, probatur ex Paulo.

Contra Eraſmum Roterodamum aliter ex hoc loco Apoſtoli ſentientem.

Matrimoniū cur magnum dicitur Sacramentum. Et quid ſit: Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

Dicet quis: Si ſignificat res magnas, non tamen efficit illas, quomodò Sacramētum dicitur efficere quod ſignificat? dicendum eſt, quòd ſicut cōiunctio Chriſti cum Eccleſia fuit non ſolùm in natura, ſed vt eam etiā ſanctificaret, & nobilitaret, & filios ſpiritus ex ea procrearet, tāquam caput influens in membra ſua; ita hoc ſignū matrimonij copioſum munus gratiæ confert, quo ſe coniuges, & agnoſcāt, & foueant, & tractent ſicut Chriſtus Eccleſiam, & Eccleſia Chriſtū; ne falſum ſignum exiſtat, & vt Chriſtiane educare, & inſtituere prolem ad Dei gloriā poſſint: quæ omnia ſine Dei gratia à prudētia humana fieri nequeunt. Significat ergo duo matrimonium. Primùm, coniunctionem Dei cum natura humana, quam repręſentat tantum, non efficit. Secundò cōiunctionem animorum per gratiam cum Deo: nam qui adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt, cum eo ſcilicet, & ipſe inuiſibiliter benedicit, & ſanctificat coniuges, & opem gratiæ neceſſariam tanto operi largitur. Ita enim baptiſmus aliquid ſignificat tantùm, quod non efficit, vt mortem, ſepulturam, & reſurrectionem, vt habes Rom. 6. aliquid verò ſignificat, & efficit, vt regenerationem, & ablutionem animi per gratiam internam.

Hæc obiectio diluitur: Matrimonium ſi eſt Sacramentum, cur non efficit res magnas, ſed tantū ſignificat.

Duo ſignificat matrimoniū.

1. Cor. 6.
Baptiſmus quid ſignet tantummodo, non efficiat: quid rurſus & ſignificet ſimul & efficiat.

Secundo obijcies: Ergo Adæ cum Eua, & Patrum in lege cum vxorib. ſuis matrimoniū, quo conueniebāt ad prolē cultui Dei & fidei applicandam, fuiſſet Sacramentum,

Rom. 6.
Soluitur hoc argumentum: Matrimonium ſi, vt eſt ſignum ſenſibile, Sacramentum eſſet, matrimoniū in lege tū naturæ, tum ſcripturæ

Reſpon-

Matth.5.

perſecutionibus amare non deſiſtamus: & amando proximum, non expectemus amorem hoc enim ethnici faciunt, quorum vox eſt:

Marce vt ameris, ama.

Non item commodi noſtri cauſa, ſed proximi ſit amor veræ amicitię, & non concupiſcentiæ.

Chriſti in nos amoris aliæ circumſtantiæ.

Prudenter quoque nos dilexit, amando naturam humanam quam aſſumpſit, & nõ culpam. Ideò nos in amore proximi cauere debemus, ne ita illum diligamus, vt eius quoq; peccata comprobemus. Amauit quoq; cum ordine: quia, vt Sponſa dixit, ordinauit in me charitatem. Plus enim animam quã corpus: plus etiam corpus quam externa fortunæ bona, ne in amando erremus, diligere debemus. Adde, quòd dilexit nos perſeueranter, iuxta illud;

Ioan 13.

Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mũdo, in finem dilexit eos: quod nos imitari debemus, quia ſcriptum eſt: *Omni tempore diligit qui amicus eſt.*

Prouerb.17.

Præterea vehementer dilexit, quia noluit offerre debile, hoc eſt; in infantia noluit pro nobis mori, ne minus nos dilexiſſe videretur, debile corpus pro nobis ponendo, ſed in ætate matura corpus perfectum offerendo, & iter tam longum emetiendo pro oue errante reducenda, & pro filio ingrato, & ſeruo morti damnato liberando: vſq; adeò, vt ſpinas crucis, clauos, lanceam, & mortem ipſam, atq; adeò infernum penetrauerit. Et quotidie peccatoribus opitulatur, pluſquam mater filio redeunti non ſine vulneribus, & bello, quæ gratulatur de filio inuento, quem putabat extinctum.

Ioan 15.

Quænã maxima, ſummaque dilectio.

Vehementia autem huius dilectionis eſt, quòd maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Rom.5.

Et tradidit ſemetipſum ita à ſe amatum, & in manus hoſtium crudelium, & pro nobis peccatoribus & filijs iræ pro peccato ſe obtulit.

Chriſtus non ſolũ oblationẽ, ſed & hoſtiã cur dicitur ſe Deo tradidiſſe.

In eo quod ait: *Oblationem & hoſtiam*, aliquod exiſtimo deliteſcere myſteriũ: quod etiam in illis verbis Pſalm. 29. ſignificatum fuit: *Sacrificium & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi*, verba Hebræa habent, mincha, & mizbeach.

Pſalm.39.
Hebr.10.
Malach.1.

Quid Mincha, quid verò Mizbeach Hebræis ſignificet.

Prima vox, ſignificat ſacrificium incruentum, de quo dixit Malachias cap. 1. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*; alludens ad Euchariſtiam. Secunda autem vox ſignificat ſacrificium cruentum. Et ita bis ſe obtulit Chriſtus, ſemel in Euchariſtia incruẽtè, & in cruce cruẽtè, in qua ſe pro vniuerſis peccatis veteris ac noui Teſtamenti obtulit: ſicut in Euchariſtia pro illis, quæ in Nouo Teſtamento committuntur. Ita hic dicitur, προσφορὰν ϗ θυσίαν, id eſt, oblationem, & hoſtiam, ſiue ſacrificium; vt intelligamus, Dominum ſe ipſum pro nobis tradidiſſe & cruentè & incruentè, & hoc in odorem ſuauitatis, ſiue vt Hieron. in præfatione ſuper Zachariam vertit, in odorem bonæ fragrantiæ:

Chriſtũ quid tradidiſſe ſemetipſum Deo, &c. in odorem ſuauitatis.

Hier.tom.6.

vt ſcilicet tanquam alter Iſaac benedictionem nobis Deus conferat.

Geneſ 27.

Vt enim thus attritum, & in igne repoſitũ bene olet, & vnguentũ effuſum totam domum impleuit odore ſuo; ita Chriſtus igne ſuæ ardentis charitatis, & attritus propter ſcelera noſtra, & fracto alabaſtro corporis ſui, Deum nobis placauit, & dæmõ de mũdo fugatus eſt: ſicut vineę florentes pellunt ſerpentes; & mundus tractus ad Chriſtum, qui dicit: *Poſt te in odorem vnguentorum curremus*: quo odore vnguẽti tota Eccleſię domus repleta eſt, ita vt qui hunc odorem nõ percipiat, planè mortuus ſit, aut fœtidus.

Ioan.12.

Eſai 53.
Marc.14.

Ioan.12.
Cant.1.

Hoſtiam & oblationem nos quoque qualem offeremus Deo ad exemplũ Chriſti.

Nos quoq; Chriſtum imitãtes, offerre debemus Deo nos ipſos, & omnia bona noſtra pro aliorum erratis, & peccatis, quæ vt propria reputare debemus: & non tantùm incruentè preces Deo illis auferẽdis offerre, ſed etiam cruẽtè, ſi cauſa poſtulet, & maximè paſtores, quorum eſt ponere animam pro ouibus. Hinc Ioannes: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuã pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Et vt ait Chryſoſtomus, pati pro inimicis, eſt odor bonæ fragrantiæ.

Ioan 10.
1. Ioan.3.

Chryſ ſer.17 ſub initium.

III. Soluitur dubitatio. Epheſios Paulus tam ſanctos atq; perfectos à vitijs quare dehortetur.

Ad tertium reſpondemus: Apoſtolum ſuperius hortatum fuiſſe ad cauẽdum omnem malum & obſcœnum ſermonem, ob quam cauſam deſcendit eius adhortatio ad præcidendam omnem illicitam libidinem. Nam etſi Epheſij viri perfecti eſſent multi, non deerant tamen nonnulli imperfecti, qui hac monitione indigerent.

Et ita ſpeciali vitio fornicationis adiungit generale: *Fornicatio autem*, inquit, *& omnis immunditia.* Erant ſiquidem multi ex Iudæis, qui ſolum adulterium, aut inceſtum, aut raptum, & qui in alienam iniuriam fiunt concubitus, tantùm illicitos haberẽt: quare poſt fornicationem ſimplicem, quæ prima facie nulli iniuriam inferre videtur, immunditiam adiunxit, quæ generale eſt vocabulum ad omnem laſciuiæ lapſum ſpectans, etſi quidam ad generalem immunditiam, & voluntariam pollutionem, qua quis ſe ipſum defœdat, extendant.

Fornicationẽ non ſolum, ſed omnem etiã immunditiam cur dixerit Apoſtolus fugiẽdam.

Hieron.

Rectè hoc loco Hieronymus ait: *Niſi Philoſophorum quidam Cynicus extitiſſet, qui doceret, omnem titillationem carnis, & fluxum ſeminis ex qualicunque attritu tactuq; venientem in tempore non vitandum: & nonnulli ſapientes ſeculi in hanc turpem, & erubeſcendam hæreſim conſenſiſſent, nunquam ſanctus Apoſto-*

In Cynicos.

lus

ius ſcribens ad Epheſios, ad fornicationem etiam omnem immunditiam copulaſſet. Hæc ille.

Notantur Poëtæ turpitudines, & infamiæ.

Nec nominetur in vobis. Hoc eſt, inter vos. In quo grauiſſimè peccarunt Poëtæ: qui ad omnem libidinē ſuis fœdis poematis prouocant: ſed alia lingua, & alius ſermo, & alij mores ſanctos Chriſti decent. Quo in verbo rectè dictū eſt à Hieronymo: *Ex quo ſanctus non poteſt appellari, quicunq; extra fornicationem in aliqua immunditia, & auaritiæ voluptatum, quæ ſe delectauerint, inuenitur.* Diataxis verò Apoſtolica lib. 5. c. 10. habet: *Chriſtianus fidelis nec carmen Ethnicum, neque meretriciam cantilenam canere debet, quoniam continget eum in cantione, dæmoniacorum nominum idolorum mētionem facere, & in locum Spiritus S. inuadet eum ſpiritus malus.* Origen. quoque lib. 1 & 5. contra Celſ. abſtinēdum eſſe docet ab omni vaoitate nominum, & notioooum, certandumque ad mortem, ne Chriſtianus Deum appellet Iouem.

Hieronym.

Clem. Rom. Chriſtiano fideli carmē Ethnicū, aut meretriciam cantilenam cur vetuerint Apoſtoli.

Orig tom. 2.

Cum fornicatione, & immunditia cur etiam ſit auaritia fugienda.

Adiūgitur verò auaritia fornicationi, & immunditiæ: in quo voluit fortaſſis Apoſtolus excludere lenonum, & meretricum turpe lucrum. Et meretrix nonniſi à merēdo denominatur. Et quia Græca vox eſt πλεονεξία, Hieron. accepit non pro ſtudio pecuniæ, ſed pro inordinata cupididate voluptate carnalis, quando ſcilicet quis non eſt contentus licita, & conceſſa voluptate, quæ eſt inter coniuges matrimonio deuinctos, ſed inſatiabilis diſcurrit per oīa genera turpitudinis. Addit: *Et turpitudo*, Græcè αἰσχρότης, vt autem intelligas quātum ſit vitanda verborum obſcœnitas à Chriſtianis, intelligat quid Ethnicus Ariſt. lib. 7. Polit. c. vlt. doceat: *Omnino igitur obſcœnitas verborum per legiſlatorem exterminanda eſt de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere. Potiſſimū igitur ſtatim a pueris, neq; dicant, neq; audiant quicquam turpe: ſi quis verò dicere, aut facere quicquā prohibitorū deprehenſus fuerit, is ſi liber ſit, ſed nondū in conuentū comeſſatorū dignatus aſſumi, honore prohibeatur, & verberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatū, ſeruili infamia afficiatur. Cum verò dicere quicquā inter diximus, clarum eſt, quòd & aſpicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus. Sit igitur cur magiſtratib. nullam neq; picturam, neq; ſtatuā eſſe taliū rerū imitatricē.* Hæc ille, Chriſtianè potius (ita dixerim) q̄ philoſophicè. Quod ēt obiectū eſt de ſcurrilitate, quæ Græcè vocatur εὐτραπελία, reſpō lemus, Ariſtotelem pro virtute poſuiſſe Vrbanitatis, vel facetiæ, vel leporis: & per exceſſum opponit illi βωμολοχίαν, quæ propriè eſt ſcurrilitas: per defectum verò oppooit ἀγροικίαν i. ruſticitatē. Quanquā, inquit Philoſophus, apud eos, qui plus æquò ioci, ſalibuſq; gaudent, etiā ipſa εὐτραπελία dicatur βωμολοχία. Chryſoſt. verò in parte

Philoſ tom. 3.

Ariſtot. lib. 4. Ethic. & li. 1 Magno. moral. c 31. to. 3.

Chryſ ho. 17.

hica, ſiue morali huius loci, Ariſtotelem tacitè reprehendit, & eos oēs reijcit, qui εὐτραπελίαν, rem mediē inter vitium, & virtutem faciunt. Dicendum ergo, ſi Ariſtotelis doctrinam retinere velimus, Apoſtolum non ſioe cauſa adiunxiſſe εὐτραπελίαν, quæ ad rem non pertinet, id eſt, quæ excedat, & ad extremū, & vitium vergat. Et hoc addidit Apoſtolus, ne tetricus nimirū doctor videretur. Et ſemper in his omnib. diſtinguēdæ ſunt perſonæ: quia quædam laicis conceduntur, quæ nōniſi turpia ſunt in ſacerdotib⁹, & religioſis, quorū ludi & ioci deberēt eſſe lacrymæ, & aſſiduæ orationes & præces pro populis, Ad illud verò, quod ait Apoſtol⁹: *Sed magis gratiarū actio*, dubiū erat de qua gratiarum actione ſit ſermo. Et ſeoſus in primis eſt: Non ſit turpitudo, aut ſcurrilitas, ſed gratiarū actio potius quā illud, nā aduerbiū Magis, nō cōparationem, ſed vim corrigentis habet. Aut ſi per aliquā indulgentiā illud quādoq; toleretur, iſtud tamen ſemper ſit. Hieron. tamē hoc nō de gratiarū actione quę Deo ſit, accipit, ſed de ſermone gratiæ, & ſpiritualis cuiuſdā colloquij iocunditate, vt cū ſuperioribus congruat, id eſt, vt opponat obſcœnis verbis, & turpibus actionibus. Eius hæc ſunt verba: *Forſitā*, inquit, *gratiarū actio in hoc loco nō iſta eſt nominata, iuxta quā gratias agimus Deo, ſed iuxta quam grati, ſiue gratioſi, & ſalſi apud hoēs appellantur. Stultiloquiū enim & ſcurrā non decet eſſe Chriſtianū. Docet aūt ſermonem eius ſale eſſe conditum; vt gratiam apud audientes habeat.* Additque, quòd etſi græcè εὐχαριστία legatur; tamen εὐχάριστος eſt homo beneuolus, gratioſus, vrbaous, ac facetus. Excludit ab hæreditate regni Dei, omnē fornicatorē, & immundū, & auarū, qđ eſt idolorū ſeruitus, vel potius qui eſt idolorum ſeruus, vel cultor: ὅς ἐστὶ εἰδωλολάτρης. Et Coloſ. 3. Auaritia quod eſt, vel quæ eſt idolorum ſeruitus. Nā vt idololatra ſimulacro tribuit honorem Deo debitū, ita auarus pecuniæ, & diuitijs, & tres illas virtutes Fidei, ſpei, & charitatis, quæ Deo debentur, māmonæ, ſiue auaritiæ tribuere ſolet. Nam illum ſolum credit eſſe Deum ſuū, in illo ſpē omnē collocat, & ſuper omnia diligit ex toto corde, & viribus: ſacrificat etiā auaritiæ non tantū ſanguinē animaliū, ſed etiā viuū ſanguinē, id eſt, ſudores hominū viuētium, quos ad lucrū refert, vt ait Chryſ. Et vt de ijs, qui gulæ ſunt dediti, dicitur: Quorum Deus, venter eſt; ita aurum, Deus eſt auaro. Non eſt aūt propriè, & per ſe idololatra, quia auarus per ſe non intendit honorem Deo debitum auro tribuere, ſed per accidēs, quatenus ioordinato, & ſuperfluo amore diuitias diligit.

Eutrapelia ſi virtus eſt ſecundū Philoſophum, Epheſijs cur vitanda præcipitur.

Quænā gratiarum actio magis quam vrbanitas ſuadetur Epheſijs.

Alter ſenſus Hieronymi.

Philip. 3.

Ad IV. dub. De horũ ſenſu verborum: Nemo vos ſeducat inanibus verbis.

Quartæ dubitationi ſatisfaciendũ eſt, nimirũ quid ſit illud, *Nemo vos ſeducat inanib. verbis*; aut quorſum hoc dicat Apoſtolꝰ. Reſpõdent quidã, Paulũ reſpicere ad ſcholam Simo. Magi, quæ ſpurcã hæreſim partim ex Poëtis, partim ex Philoſophis, imò etiã autoritate S. Scripturæ pſuadere conabatur, vt tradit Epipha. in Sim. Magũ, & in Nicolaũ, & in Gnoſticos, vbi ſordiſſimũ ſacrificium, ꝙ vitæ myſteriũ nominabant, de cõmixtione multiplici virorũ, ac mulierum, ac dẽ commixtione vxorum prædicabant.

Epiphan. in hær. 4.

Alter ſenſus.

Admonet etiã Paulus eiſdẽ verbis, ne ad recẽtiorũ Hæreticorũ, & præſertim ad Lutheri doctrinã attẽdamus. Nam paſſim oẽs Chriſtũ, & placabilẽ docent, ꝓ omnibusq; ſuo ſanguine ſatisfeciſſe, modò tãtum fide credamus: quæ reuera ſunt verba inania, & omni veritatis ſoliditate deſtituta. Nã diſciplinę carnis habenas laxant, & alunt peccãdi licẽtiam. Fuerũt quidã noſtri ſeculi Philoſophi, q̃ ex Ariſtotelis doctrina, & aliorũ principijs, vt certam tradebãt animæ mortalitatẽ, & vt Sadducæi, nullũ credebant eſſe Spiritũ. Certè qui hæc ſomniarũt, inania prorſus verba tradiderunt. Nam & iniurij Deo extiterũt, cuius prouidentię, & iuſtitię in hac parte derogarunt: & hominis dignitati detraxerũt, cuius animã nemo põt occidere: & ſcripturis cõtumelioſi extiterũt, quæ toties de ſpiritibꝰ, qui carnẽ, & oſſa nõ habent, ſermocinãtur. Deniq; de religione Chriſtiana, quæ, poſita aïæ mortalitate, tota corruit, & labaſcit, peſſimè meriti ſũt: Et ipſi q̃ hæc ſerere nõ formidarũt, iam malo ſuo miſeri experiũtur ſuorũ dogmatũ falſitatẽ.

Quã abſurda & impia tuentium animę mortalitatem opinio.

Actor. 23. *Matth. 10.* *Luc. 24.*

Quid ira Dei veniens in filios diffidentiæ.

Subdit: *Propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidẽtiæ.* Venit, ait de præſenti ἔρχεται, .i. venire ſolet. Et ira Dei per Metonymiã, qua cauſa pro effectu ponitur, vindictã deſignat, q̃ Deꝰ in infideles, & ſuo lumini rebelles plerunq; exercere ſolet. Addit. *In filios diffidentiæ.* Græca vox eſt ἀπειθεία, quę eſt inobedientia, ſiue incredibilitas, vel inſuaſibilitas, vt ait Hiero. qui eos hoc ſermone taxari ſcribit, qui negabant aliã eſſe pęnam peccati præter ipſum peccatũ, quo vno ſatis homo punitur. Sed hoc dicto totã nobis de gehenna, & ſupplicijs eius, quibus iuſtè peccatores plectũtur, veritatem adimebãt. Simili quoque ratione fingere potuiſſent nullo præmio benefacta, & virtutũ officia remunerare, ſed ipſa ſatis eſſe ſibi ad præmiũ: qua etiã ratione repoſitã in cœlis ampliſſimam mercedẽ iuſtorũ meritis reſpondentẽ auferunt.

Filij diffidentiæ qui nam Hieronymo.

Aliam quam peccatum ipſum eſſe pœnam peccati, dupliciter.

Epheſij quomodo fuerint aliquando tenebræ, nunc aũt lux in Domino.

Eratis enim aliquãdo tenebræ; nunc aũt lux in Domino: Vt filij lucis ambulate. Abſtracta pro concretis more Scripturæ poſuit, pro tenebroſis, & lucidis hominib. ſi olim fuiſſtis tenebrę, mirũ non erat, nec ita vobis imputabile, quoniã nunq̃ in luce fueratis: nũc verò ſi noto Chriſto vera mũdi luce ad tenebras peccatorũ reuertamini, iudiciũ in vos grauiſſimũ à Deo acceſſitis, de quo: *Hoc eſt iudiciũ: quia lux venit in mũdũ, & dilexerunt hõies magis tenebras quã lucem.* Et dicuntur iuſti lux, quia à Chriſto illuſtrati ipſi, alijs quoq; prælucẽt: & dicũtur nõ lux ſimpliciter, ſed in Domino .i. gratia, & beneficio Chriſti. Et quos dixit, lucẽ, iterum vocat filios lucis, id eſt, homines qui lucem amplectũtur. Et exigit lucis fructus, ſiue, vt alij codices Gręci habent, fructus Spiritus, quæ lectio idẽ ferè ſignificat. Sũt autem illi in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Eſt autẽ bonus ille, qui de ſuo effundit in alios: Iuſtus verò ille, qui reddit vnicuique quod ſuum eſt: verax, qui ſeruat ꝙ promiſit, ſiue Deo, ſiue homini, & qui odit mendacium.

Ioan. 8. *Infrà 9.* *Suprà 3.*

Iuſti cur vocentur lux, & in Domino.

Quinam fructus lucis Apoſtolo.

Operibus infructuoſis tenebrarum quid non cõmunicare.

Ad illud verò, de quo dubitatũ erat, q̃d eſſet operibus infructuoſis tenebrarũ non cõmunicare, reſpondemus. Hęreticos propriè tenebras eſſe, & in tenebris ambulare; aut inſignes peccatores, q̃ in magnis errorũ, & flagitiorũ tenebris verſantur. Nolite ergo cõmunicare illorum operibus, vel ea imitando, quaſi bona ſint; aut illa laudãdo, aut aliquo modo illis conſentiendo qui ea faciũt. Nam ſi hæreticis ſcienter vel aue dixerimus, cõmunicamus eorũ operibꝰ malignis. Suntq; eorũ opera infructuoſa, ſiue ſterilia, q̃n ex charitatis radice non prouenĩũt. Et vt Apoſt. alio loco dixit: *Quẽ fructũ habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?*

Ioan. 2. *Rom. 6.*

Opera infructuoſa tenebrarũ redarguuntur dupliciter.

Subdit: *Magis autem redarguite.* Quo loco etiam Magis, non eſt etiam comparantis, ſed corrigentis. Et redarguite, vel reprehendendo illa, vel prodendo alijs vt caueãt: vel vt Photius interpretatur, comparitione propriæ vitæ ſanctioris arguite. *Quæ enim in occulto fiũt ab ipſis turpe eſt dicere.* Optima ratio hęc eſt non communicandi cum operibus infructuoſis, ex turpitudine tali, ac tãta, vt etiam turpe ſit illa dicere. Et eſt ſermo de venereis, & obſcœnis impudicitijs, quæ quò minus deteguntur, minus pias, & caſtas aures offendũt: & quò minus ſuis proprijs vocabulis pronũciantur, magis deteguntur, & honeſtius enunciantur. Et ad hanc rem faciunt illi verſiculi cuiuſdam:

Photius apud Oecumen.

Opera quænã in occulto facta turpiter dicantur, vt inquit Apoſtolus.

Nox, & amor, viuũq; nihil moderabile ſuadent:
Illa pudore vacat, Liber, Amorq; metu.

Ouid. 1. Amorum eleg. 6. prope fin.

Et quia dixerat: *Quin potius arguite,* ſubiungit: *Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.* Hieronymus legit: *Omnia arguta à iure manifeſtantur.* Et probat Apoſtolus paſſiuam propoſitionem ex illis quæ conſequuntur, id eſt, vniuerſali actiua,

B. Hieron.

cum

Arguere q̃d propriè.

Ioan 8. Infrà 16.

Virg. 4 Æn. initio. Ouid. lib 4. triſt. eleg 3. in fin.

cum ait: Omne enim quod manifeſtat lumen, eſt, ſiue lux, ſemper enim eadem vox Græca eſt φῶς, Eſt autem propriè arguere, palam facere, vel patefacere, ſiue reprehendere: id enim eſt ἐλέγχειν, iuxta illud: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Et, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Et Poëta dixit, *Degeneres animos timor arguit:* & alter:

Quæ latet, inq; bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq; malis.

Ad V. dubiũ. Quomodo accipiendum illud: Omne quod manifeſtatur, lumen eſt.

Caietan.

De hac ſententia Apoſtoli quinto loco dubitatum fuit. Et argumentatur à proprio lucis munere, vt quod verum ſit filiorum officium explicet, nimirum vt nihil habeant commune cum tenebris. Sed etiam illarum quantumuis intimas latebras patefaciant, ac redarguãt, vt alij cauere poſſint. Quia enim in vltima propoſitione, Omne quod manifeſtatur (Græcè habetur, τὸ φανερούμενον) participium eſt mediæ coniugationis, optimè & actiuam, & paſſiuam ſignificationem poteſt habere, & Caietanus, & alij magis probant actiuam. Et ſenſus: Omne quod manifeſtat, lux eſt. Et ita aperta eſt & plana intelligentia huius loci. Cùm enim dixiſſet, ea quæ arguuntur, aut reprehenduntur, ſiue correctioni, & reprehenſioni ſubduntur, à luce manifeſtari, ſubiungit: Nam quicquid aliud manifeſtat, apertè cognoſcitur eſſe lucem: nam ſi manifeſta non eſſet, reprehendi non poſſet.

Alia quædã manifeſtatio ſed minimè huius loci propria.

Quanquàm autem ea quæ occultiſſime facimus, nunquam nobis non ſint manifeſta, ſaltem lumine intellectus, quo illuſtramur, & conſcientiæ ipſius reclamantis, quę eſt mille teſtes, & ſemper ſint Deo, & Angelis eius manifeſta: hic tamen propriè de ea manifeſtatione eſt ſermo, quo errata noſtra in aliorum veniunt notitiam.

Hæc lectio paſſiua: Omne quod manifeſtatur, quod eadem ſit cum actiua, manifeſtat.

Idem etiam ſenſus colligitur, ſi paſſiuè legamus, vt ſcholia Græcorum: Quod manifeſtatur. Nam etſi obſcurum ſit, & tenebroſum; cum tamẽ manifeſtatur, lucem participat, & ipſum proditur. Qua ratione etiam ipſa peccata, & ſcelera dici poſſunt lucida, quatenus & reprehenduntur, & illuminantur, & remittuntur à Deo, ſecundùm illud quod Eccleſia canit:

Iam Chriſte Sol iuſtitiæ,
Mentis diſcant tenebræ,
Virtutum vt lux redeat
Terris diem cum reparas.

Quo ſchemate dictum ſit omne quod manifeſtatur lumen eſſe.

Cum enim tenebræ lucis priuatio ſint, nõ niſi per habitum, id eſt, per lucem, cognoſci poſſunt. Eſt ergò per tropum Metonomiæ, qua cauſa ponitur pro effectu, dictũ, lumen eſt, id eſt, lucidum eſt.

VI. Solutio quæſt.

Ad ſextum, dum ait: *Propter quod dicit Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus*, reſpondemus, hunc locum non ſatis conſtare vnde ſumptus ſit, nec enim vllum Paulus expreſſit.

Hanc ſententiam: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus, vnde ſumpſerit Apoſtolus.

Dicẽdum tamen eſt, multa probabilior à Doctoribus dici, quæ ſatis ſunt ad tuendam Pauli autoritatem, qui hoc teſtimoniũ attulit.

I Solutio D. Hieronymi probabilis.

Acto. 17. Tit. 1. 1. Cor 15.

Dicere enim poſſumus, aut ab aliquo Propheta recondito, & apocrypho deſumpſiſſe, vt ait Hier. Non (inquit) quòd apocrypha comprobaret, ſed quo & Arati, & Epimenidis, & Menandri verſibus ſit abuſus ad ea quæ volucrat in tempore comprobanda. Nec tamen Arati, & Epimenidis, & Menandri, tota quæ ſcripſere, ſunt ſancta, quia eos verè aliquid dixiſſe, teſtatus eſt. Subiungit idem Pater aliam ſolutionem: Alius verò quaſi προσωποποιίαν Spiritus ſancti Apoſtolus figurauit, ad exhortationẽ pœnitentiæ hæc dicta memorabit.

II. Solutio eiuſdem minimè ſpernenda.

Et ſubiungit, ſe volumina omnia Scripturarum ſcrutatũ, & nullibi hæc verba inueniſſe. *Niſi fortè*, inquit, *& hoc dicamus: quomodo olim Propheta in concione populi loquebãtur: Hæc dicit Dominus, & quoniam Dominus locutus eſt, & Apoſtolum Spiritu ſancto plenum repente in verba quæ in ſe Chriſtus loquebatur, erupiſſe, atque dixiſſe. Hæc dicit Dominus.* Hæc ille: quæ certè non videtur incommoda ſolutio. Quãquam & tertiam aliam adiungat his verbis:

III. Solutio cuiuſdã quã Hieronym⁹ non admodum probat.

Scio me audiſſe quendam de hoc loco in Eccleſia diſputantem: qui in theatrale miraculum, nũquam ante viſam formam populo exhibuit vt placeret: teſtimoniũ hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Caluariæ ſepultũ, vbi crucifixus eſt Dominus.

Matth. 27.

Qui Caluariæ idcircò appellatus eſt, quòd ibi antiqui hominis eſſet conditum caput. Illo ergò tempore quo crucifixus Dominus, ſuper eius pendebat ſepulchrum hęc Prophetia completa eſt dicẽs: *Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis*, & non vt legimus, ἐπιφαύσει σοι ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ, id eſt, Orietur tibi Chriſtus; ſed ἐπιψαύσει, id eſt, continget te Chriſtus: quia videlicet tactu ſanguinis ipſius, & corporis dependentis, viuificetur, atque conſurgat: & tunc typum quoq; illum veritate compleri, quando Eliſæus mortuus mortuum ſuſcitauit.

4. Reg. 13.

Hæc vtrùm vera ſint, nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Poſteà tamẽ aſſerit, cum textu non conuenire hanc interpretationem. Certè Epiphanius in hæreſin 46. cõtra Tacianos tradit, Adam ſepultum fuiſſe in Caluariæ loco, *In quo*, inquit, *crucifixus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per aquam & ſanguinem, qui fluxit ab ipſo per compũctum ipſius latus, in ænigmate ſalutem noſtram oſtendit ab initio maſſa primi hominis reliquiæ reſpergere auſpicatus, quo etiam nobis oſtẽderet reſperſione ſanguinis ipſius ad mũdationem noſtræ*

inquinationis, & animæ pœnitẽtis, & in exemplum rigationis ac purificationis ſordiũ noſtrarum actam eſſe, effuſam videlicet aquam superiacentem ſub loco, & ſepultum in ſpem ipſius, & noſtram, qui ex ipſo geniti ſumus. Quare & hic implebatur quod dictum eſt: Surge qui dormis, & exurge ea mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus. Et infrà ſubdit: *Surrexerunt*, inquit, *multa corpora ſanctorum, velut Euangelium habet, & ingreſſi ſunt cum ipſo in ciuitatem ſanctã.* Eandem lectionem ſequitur Paulinus epiſt. 12. ad Seuerum, dicens: *Surge qui dormis, & erige te à mortuis, & attinges Chriſtum, hoc eſt: Diſcute carnalis inertiæ ſomnum, & depreſſam cogitatione terrena mentem à mortuis curis, hoc eſt, conuerſatione carnali, erige attollens, & dirigens in Dominum animam tuam, & attingens Chriſtum. Operando præceptis ipſius videbis eum in omni paupere, & tanges eum in omni egeno, recipies eum in omni hoſpite. Quoniam ſibi fieri ipſe teſtatur, quæ in eius nomine minimis eius fiunt.* Hæc ille.

Quarta ſolutio Angelici Doctoris, & aliorum. *Eſai. 90.*

Beatus Thomas, & alij ex Eſaia deſumptum hoc teſtimonium afferunt capite 60. Surge illuminare, quia venit lumen tuum, nam etſi verba valde differãt, ſenſus tamen idem videtur. Nomen enim Ieruſalem nõ eſt de textu, ſed ab Eccleſia additum explicationis gratia. Et illi verbo Eſaiæ, Surge, ad maiorem claritatem Paulus addit: Qui dormis, vt exprimatur perſona ad quam dormientem loquitur. Et quia ſomnus cõuenit nocturnis tenebris. (Nã & qui dormiunt, nocte dormiunt) ſubiungit explicando ſomnum mortis: & exurge à mortuis, nõ corpore, ſed animo: quod eſt: Surge à tenebroſa peccati morte, quod declarandi gratia additum eſt à Paulo.

1 Theſſ. 5. Explicatur iam dictum: Surge qui dormis: & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

Sequitur: *Et illuminabit te Chriſtus.* Pro quibus Propheta dixit: Illuminare quia venit lumen tuum. Et quod ibi ſit ſermo de tenebris, explicatum reliquit Eſaias, cùm ſubdit: Quia ecce tenebræ operiẽt terram, & caligo populos: quod eſt perinde, ac ſi diceret, Illuminabit te Chriſtus. Nam Dominus dixit Eſaias, pro quo Paulus dixit Chriſtus. Et quia ibi ſermo de illuminatione in primo aduentu facta explicatur, hæc non intelligenda de ſecundo, vbi erit mortuorum reſurrectio.

Illa ſoluendi ratio perpẽditur.

Hæc certè ſolutio ſubtilis eſt, non prorſus contemnenda. Egit enim magis Apoſtolus interpretem ſententiæ Eſaiæ, quàm verborum.

Quinta ſolutio quorundam non inepta. *Matth. 2. Hieron. in ca. Matt 2. to. 9. in princ.*

Aliqui tamen tradunt, non citari peculiarem Scripturæ locum (quemadmodum Hieronymus de teſtimonio illo Euangelico: Quoniam Nazaræus vocabitur, ſenſit) ſed potius depromi Spiritum ſanctum, qui continuò ſtat ad oſtium, & pulſat, & non ſinis electos diu in peccati tenebris verſari, aut in morte animæ iacere, de qua Propheta dixit: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur*, ſed ſemper excitat, & intus loquitur: Surge, expergiſcere tu qui dormis, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nam etſi in peccatoris mortui poteſtate non ſit, vt per ſe ipſum reſurgat; eius tamen eſt vocanti Deo non obſurdeſcere, & porrigenti manum Deo non renuere. Et ad hoc ſeruit, quod expreſſit Chriſtum: non enim ſolet Ieſus ita in veteri, ſicut in Nouo Teſtamẽto hoc nomine venire.

Apoc. 3. Ezech. 18. Rom. 13. Peccator vt poſſit à mortuis reſurgere.

Lectio Hieronymi illa, Et tanget te Chriſtus qui probabilis ſit. *Ioan. 10.*

Placet & illa lectio, quam attigit Hieronymus: Et tanget te Chriſtus, quemadmodum etiam Auguſtinus in Pſalmum tertium oſtendit ſe legiſſe; alludens ad cæci nati myſterium, cuius oculos luto cum ſputo permixto tetigit, & viſum, lucemque recepit.

Sexta & vltima ſolutio. *Eccleſ. 24.*

Forſitan etiam alluſit Paulus ad caput 24. Eccleſiaſtici, vbi legimus: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Quid eſt dicere; Inſpiciam omnes dormientes, niſi, Surge qui dormis? nam ab aſpectu Chriſti vita in nos deriuatur. Et quid eſt: Illuminabo omnes ſperantes in Domino; niſi, Illuminabit te Chriſtus? id eſt, vera ſapientia omnes ſuos illuminans.

Cũ dicitur: Et exurge à mortuis, de qua reſurrectione ſermo ſit ſecundum Auguſtinũ. *Augu. to. 10. Apoc. 20.*

Produxit autem hoc teſtimonium, & ait: Propter quod dicit, id eſt, opera tenebrarum à luce arguta manifeſtantur: quod ſententia ſequenti confirmatur. Auguſtinus ſermo. 74. de verbis Domini, productis his verbis, ait: *Hæc reſurrectio mentium eſt, hæc reſurrectio interioris hominis eſt, hæc reſurrectio animæ eſt.* Hæc ille. Et Ioannes dixit: Beatus eſt ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima.

Septimæ dubitationis ſolutio. De tempore redimendo, quod tamen quia præteriit redimi non poteſt. *Geneſ. 1. Pſalm. 73.*

Ad ſeptimum dubitatum eſt, quomodò poſſit redimi tempus quod elapſum eſt: quomodo etiam dies, qui Dei ſunt opus, mali ſint; & in vino ſit luxuria? Et breuiter dicendum, verba ſubiuncta rectè cum ſuperioribus cohærere: nam cùm dixiſſet, Omnia à lumine argui, & abſcondita tenebrarum non poſſe deliteſcere, ſubiungit, Videte fratres quomodò cautè ambuletis, hoc eſt, Attentius conſiderate, quomodo ſit vobis cautè ambulandum, nequouis modo in via mandatorum Dei offendatis. Nam vbi inter inimicos ignotos verſamur, aut vbi eſt copia venenatorum animalium, aut qui ambulatur inter latrones, qui in via graſſantur, non decet incautè progredi.

Quo nobis ſit ambulandum.

Neque dicit quò ſit ambulandum, ſed quia

Ioan.14.

Eccl.1.

Non quaſi inſipientes qui ambulẽt, ſed quaſi ſapientes.

Ioan. 12.

Coloſſ 4.

quia homines dum viuunt, ſunt viatores, & in domo Patris cœleſtis manſiones multę ſunt; intelligimus patriam eſſe noſtram, & terram promiſſam viuentium, in quam tendendum eſt. *Non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.* Sapientes pauci eſſe ſolent, inſipientes innumeri, quia ſtultorum infinitus eſt numerus. Pauci ſunt promethei, qui proſpiciant, & præuideant ne impingant; infiniti Epimethæi, id eſt, qui ab errore, & lapſu agnoſcant, quomodo ſibi erat ambulandum. Inſipienter ambulat, qui noctu ambulat, qui neſcit vbi pedem figat: qui ignorato fine Orientis, ad quem tendere proponit, ad oppoſitam partem Occidentis iter adornat ſuum: qui in foueas, & pręcipitia diaboli impingit. Paulus ad Coloſſ. 4. hoc idem expreſſit, cùm dixit: *In ſapientia ambulare ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes.*

Tempus pro temporis articulo vbinā Apoſtolus recipiat.

Rom. 5.

1. Cor. 4.

Galat 4.

Subdit: *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Tempus hoc loco Gręcè dicitur καιρὸς, quod propriè occaſionẽ, vel opportunitatem, vel temporis articulum ſignificat. Eraſmus tamen hoc loco vertit. Occaſionem, & ad Coloſſ. 4. dixit Opportunitatem. Fequenter tamen Paulus hac voce abutitur pro certo temporis ſpatio, vt cùm dicitur Rom. 5. *Cùm adhuc infirmi eſſemus, Chriſtus ſecundùm tempus pro nobis mortuus eſt.* Et 1. Cor. 4. *Nolite ante tempus iudicare*: ad Galat. 4. *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora & annos.*

Hoc loco tẽpus redimere quid.

Quòd ſi propriè pro occaſione accipiatur hoc loco; ſenſus erit; Occaſiones beneoperandi à vobis omiſſas, & quas neglexiſtis, reparate, & per benefacta compenſate. Si verò legamus, tẽpus; videtur metaphora ſumpta à mercatoribus, qui omnibus ſuis commoditatibus vel minimum lucrũ anteponunt: & qui in vna mercede iacturam fecerunt, in eadem conãtur iacturam redimere. Tempus autem quod ſemper labitur, retinemus ne tranſeat, quando illud in bonis operibus collocamus, quia ad id à Deo datum eſt nobis: quod verò iam eſt elapſum, redimitur, cùm ſtrictè vtimur tempore, inſeruientes Deo, vt quam minimũ noſtris commodis indulgeamus: imò etiam aliquid nobis de neceſſarijs adimamus, & quod corporis commodis erat tribuendum, eo ad animæ lucrum vtamur. Eſt enim quaſi redimere, & commutare illud, vt pro ipſo temporis pretio commoda noſtra pendamus, & fructus ſpirituales exigamus. Et licèt hæc redemptio non ſine dolore contingat, cùm delectione ſolita quaſi moneta nos expoliamus: quemadmodum delectationem in pretium percipientes, dęmoni tẽpus vendidimus: inſtandum tamen eſt, & conandum, vt rem pretioſam redimamus, & precedentem contractum reſcindamus, cùm pluſquã in medietate iuſti pretij, decepti à dæmone ſim⁹. Beatus Auguſt. ſerm. 24. de verb. Apoſtoli: *Redimere tempus*, inquit, *hoc eſt, quando aliquis tibi infert litem, perde aliquid, vt Deo vaces, non litibus, perde. Ergò ex eo quod perdis, pretium eſt temporis. Certè quando pro tuis neceſſitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut aliquam ſuppellectilem, das, & accipis: aliquid amittis, aliquid acquiris, hoc eſt emere. Nam ſi nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut inueniſti, aut donatum accepiſti, aut hæreditate acquiſiuiſti. Quando autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis: quod habes, emptum, eſt, quod amittis, pretium eſt.* Hęc Auguſtinus.

Qui maximę dolent temporis iacturam.

Quanti autem ſit pretij tẽpus, maximè agnoſcunt, qui mortui ſunt, & qui in gehennam ſunt deturbati. Nam intellectus, & affectus, & virium perfectio, tam in diuinis, quàm in humanis, non niſi tempore contingunt. Eſt autem tempus quod peccator iuſtificatus redimit, non noctis, non frigoris, non ſterilitatis, aut inediæ; ſed diei, & veris, & fœcunditatis, & caloris, & abeundantiæ.

Dies quomodo mali ſint.

Subdit rationem: *Quoniam dies mali ſunt.* Non malitia morũ, cuius dies minimè ſunt capaces, ſed difficultatis, & laboris. Vt ſit ſenſus, Dies noſtri hanc afferũt malitiam, vt propter, multas vitæ neceſſitates multũ temporis ſine fructu amittatur. Ideò Dominus canit: *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.* Sunt igitur dies vitæ noſtræ laborioſi, & breues, maximè in hoc poſtremo ſeculo, in quo breuiſſimam ſortimur vitam, ſi ad priora tempora reſpiciamus. Quare tempus non eſt perdendum, ſed redimendum: ita enim dixit Iacob, *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, pauci, & mali, & non peruenerunt vſq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Homines autem cùm productiorem vitã agerent, minus emendationem curabant. Nunc autem Dominus vitam abbreuiauit, maximè cùm nos ſimus, in quos fines ſeculorum deuenerunt, & vocati ſimus vndecima hora ad vineam. Et vt Dilectus dixit: *Nouiſſima hora eſt.* Auguſt. ſerm. 24. de verbis Apoſtoli, in principio: *Dies*, inquit, *malos, fratres, duæ res faciunt, malitia, & miſeria. Per malitiam hominum, & miſeriam hominum dicuntur dies mali. Sed miſeria hominum communis eſt: non debet malitia eſſe communis. Ex quo enim lapſus eſt Adam, & de paradiſo expulſus, nunquam fuerunt dies niſi mali. Iſtos pueros*

Geneſ. 47.

Dies vitæ hominis cur modo tam breues.

1 Ioan 2.

Matth 20.

1 Cor. 10.

B. Aug. 10 10.

Ex quo dies mali eſſe cœperint, teſte Auguſtino.

Geneſ. 3.

Ea quã difficilis, & laborioſa, vtilis ideireo, atq; fructuoſa.

mentem, vt eam emundet? at inter animã, & aquam non eſt contactus. Cur etiam ait: *Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam:* certè præſens Eccleſia interdum gloria caret, & macula non caret, non tantum leuiorum, ſed etiam letbalium peccatorum. Quartò dubitatur, quomodo nemo vnquam carnem ſuam odio babuit; cum quidam ex opinione falſa, & in ignem, & in puteos, & in fluuios ſe ipſos dederint præcipites, & Chriſtus præceperit, vt carnem noſtram, imò animam noſtram odio habeamus. Quintò, circa illa verba: *Qui mẽbra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius*, dubium eſt non vulgare an membra, caro, & oſſa per tropũ debeant accipi, an verò ſimpliciter, vt ſonant, & velit Paulus fideles eſſe ex carne Chriſti, ſicut Eua ex carne Adæ, & ex eius oſſibus, & ſicut manus eſt ex oſſibus, & ex carne totius corporis. Sextò quorſum producitur textus ille: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c.* Et quis pronunciauit illa verba, an Adam, vt habetur Geneſ. 2. an Deus, vt Chriſtus declarauit Matth. 19. Quid item ſignificent illa futura, dimittet, relinquet, adhærebit, & erunt duo in carne vna? an ſint prophetica, vt prima ſpecie apparent, an verò ſint coniugii lex. Septimò, quid eſt quod ait: *Iam non ſunt duo, ſed vna caro*, cùm etiam poſt nuptias non vna caro, vel vnum corpus, ſed plura corpora à ſeipſis inuicem diſtincta ſint, & quiſque poſſit de ſua carne diſponere pro voluntate ſua. Poſtremò in illis verbis: *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, quid hæc verba ſignificent, & an ex illis efficaciter deducatur, matrimonium eſſe Sacramentum vnum ex ſeptem Noui Teſtamenti, conferens gratiam ex opere operato, vt ſcholaſtici Patres loquuntur.

Quarta. Luc. 14. Quinta. Sexta. Gen. 2. Matth. 19. Septima. Octaua dubitatio.

¶ Ad primum dubium reſpondemus, non poſſe hunc locum meritò detorqueri contra hierarchiam Eccleſiæ, contra obedientiam quæ debetur ſuperioribus: qua ſublata tota interierit Eccleſia. Ideò ſubiectio iſta declaratur, cùm addit: In timore Chriſti, hoc eſt, in eo timore, quo Chriſtus ſe ſubiecit omnibus propter Deum, ſeruiens nobis in charitate, quæ præſtat quod alibi dixit Apoſtolus: Per charitatem ſeruite inuicem: quoniam ad hoc ipſum adegimus Chriſtum, vt ſubiectus fieret nobis. Et in hunc ſenſum intelligo verba Hieronymi, qui hoc loco ait: *Audiant hæc Epiſcopi, audiant Presbyteri, & omnis ordo Doctorum, ſubiectis ſuis eſſe ſubiectos.* Ita ille. Quod confirmat Vicarius Chriſti, qui cum omnibus Eccleſiæ omnibus pręſit, & ſibi ſubiectæ ſint; ipſe tamen ſe hoc titulo ab aliis diſtinguit: Seruus ſeruorum Dei, & Apoſtolus, qui erat prędicator, & doctor Gentium, ait tamen: *Cum liber eſſem ex omnibus, omnium ſeruum me feci.*

Primę ſolutio quæſt. De mutua ſubiectione inter nos habenda, quæ tamen graduum v de tur diſtinctionem tollere. Gal. 5. Summos Pontifex qualem ſe ſeruum profiteatur, & agnoſcat. 2. Tim. 2. 1 Cor 9.

Vel intellige, docere nunc Apoſtolum nihil fieri debere timore hominum, ſed Chriſti reuerentia, & ſancto timore erga Patrem. Nam charitas etiamſi mittat timorem ſeruilem, non tamen hunc ſanctum reuerentiæ. Et nos alter in altero agnoſcere debemus Chriſtum inhabitantem, propter quem fratri ſubiici debemus. Nam etiam in hunc ſenſum alio loco dixit: *Honore inuicem præuenientes, & non expectare, vt nos præueniamur ad deferendum alteri honorem.* Hæc de primo.

Altera ſolut. 1. Ioan 4. Rom 12.

Ad ſecundum dicimus, optimè hæc cõgruere cum præcedentibus: nam cum hortatus eſſet, vt ſubiecti eſſent inuicem in timore Chriſti, iã declarat in tribus hominũ conditionibus, qua ratione ſibi inuicem debeant ſubiici, id eſt, viro vxor, & vxori vir; filius parenti, & contra parens filio, dominus ſeruis, & è conuerſio ſerui Domino. Et vt Ethica tractauit ſuperius, quæ ad cuiuſque fidem, & mores bonos ſpectant, deinde Chriſtianæ Reipublicæ politica, quomodò videlicet ſit vna Eccleſia & membra membris mutuò ſeruire debeant, vt inter ſe vnitatem, & fortitudinem ſeruent; ita nunc tractat œconomica, id eſt, debita vxorum ad maritos, filiorum ad parentes & ſeruorum ad dominos, & è contrario. Quãquam in hoc capite 5. primam tantum abſoluat, reliquas duas ſequenti capite. Vult ergo mulieres, vel potius vxores (nam vtrumque ſignificat vox Græca, hoc tamen loco de coniugaris eſt ſermo) ſubditas eſſe viris ſuis, ſicut Domino, nimirum Chriſto, vt Græci interpretantur, & præſertim id indicãt articulus ὡς τῷ Κυρίῳ.

Secundum dubium diſſoluitur. Mulierum ſuis viris ſubiectio quam aptè ſuperioribus cõiungatur. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint vt in domino.

Alter ſenſus eſt, vt vxor loco Domini virum ſuum habeat: alludens ad Saram, quæ Abraham dominum ſuum vocabat: quod etiam beatus Petrus in priori epiſtola ſua ponderauit. Et adiungitur ratio: *Quoniam vir*, inquit, *caput eſt mulieris*: non tantum ab eo tempore, quo poſt peccatum ab Eua admiſſum dixit Dominus, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui, ſed etiam ante peccatum, vt caput cenſebatur Euæ. Eſt ergo caput non tantum ethnicę, ſed & Chriſtianæ, & baptizatæ ſicut Chriſtus veræ eſt Eccleſię dominus, & caput. ¶ Subdit, *Ipſe Saluator corporis eius.* Id eſt, vxoris, vt ſcholia Græca interpretantur. Nam vir expenſas victus, & veſtitus, & medicamentorum, & defenſionem, ac redemptionem vxori ſuæ præſtare debet. Quanquam Hierony-

II. Solutio. 1. Pet. 3. Vir caput eſt mulieris duplici ratione. 1. Cor. 11. Gen. 3. Oecum c 9. Quis dicitur Saluator corporis mulieris duplex opinio.

mus illa verba : *Ipſe Saluator corporis eius*, ad Chriſtum referat.

Mulieres qua ratione debeant viris ſuis in omnibus eſſe ſubditæ.
1 Cor. 10.
Infra 13.

Quòd verò velit eſſe in omnibus, viris ſuis ſubiectas, non eſt difficile dubium propoſitum ſoluere. Omnium enim nomine in ſacris literis nunquam venit peccatum, quia vt tale, defectus eſt, priuatio, & purum nihil. Exempla in promptu ſunt multa : vt *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant*; rurſus, *Charitas omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

Si vxores viris ſuis, quemadmodum Eccleſia Chriſtu pudiciſſimo, ſubijciendæ ſunt, cur eis debent copulam coniugalem.
1. Cor. 7.
Ibidem 5.
Hieron.

Quod ſi quis obiiciat ex præſentibus verbis, vxores viris ſuis eſſe ſubditas, quomodò Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto : non ergo in eis erit corporum commixtio: & tamen ad Corint. 7. iubet, vt vxor agnoſcat viro debitum eſſe reddendum, & è contrario. Et ſuadet, quod ſi orationis gratia ad tempus ſeparentur, confeſtim reuertantur ad illud idem opus. Hac ratione permotus Hieronymus dixit, Apoſtolum aliud Corinthiis, qui erant imperfecti, ſuaſiſſe, aliud diuerſum Epheſiis perfectionem colentibus.

II ſolut. probabilior.

Sed quicquid ſit de hac ſolutione, ſolidius reſpondebitur, ſi dicamus hæc intelligenda eſſe proportione quadam ſeruata. Videlicet, vt in coniunctione, quæ eſt ſecundum ſpiritum, Eccleſia in omnib. Chriſto ſubiicitur, ita debet eſſe in coniunctione quæ eſt ſecundum carnem, inter virum & vxorem, quæ in omnibus quę ſpectant ad curam domeſticam, viro ſuo obedire debet. Sunt enim officia peculiaria mulieris, & matris familias, & ſunt mulieres adiutorium quoddam virorum, & domi ſeruare debent opes, & facultates, & filiorum educationi, & domeſticis rebus ſub viris ſuis præeſſe, etiamſi alioqui ſint prudentiſſimę, & ſanctiſſimæ, & dignæ imperio.

Mulieris propriæ functiones.
Gen. 2.

III. ſolut. quæſt.
Quid eſt: Viri, diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.

Ad tertium, vult Apoſtolus viros diligere vxores ea dilectione, qua maior cogitari nequit, id eſt, illa, qua Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, id eſt corpus, & propriam vitam pro ipſius ſanctificatione, quæ fit in baptiſmo. Vnde ſubdit : *Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Quibus verbis hæretici noſtri ſeculi reuincuntur, qui per baptiſmum aliquid effici in mente baptizati, aut per vllum ſuſceptum Sacramentum Deum gratiam conferre inficiantur: cuius oppoſitum docet præſens textus, & alter huic ſimilis ad Titum : Saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti; ſiue illud fiat per efficiens inſtrumentum aquę à Deo eleuatæ vt hoc beneficium præſtet, ſiue per aſſiſtentiam, & pactum Dei ad illam aquam, cui coniuncta eſt gratia, quæ illud efficit. Nam quidam difficile eſſe putant capere, quomodo aqua corporea ad ſordes animæ abluẽdas pertingere valeat. Sicut enim quod intrat in os, non poteſt animas coinquinare, vt Dominus dixit; ita quodcunque corporeum adhibitum extrinſecus non videtur poſſe ad ſordes animę extergendas attingere: quanquam veriſſimum hoc ſit per aquam hoc fieri, quoniam ſine hac hominis ad aquæ lauacrum humiliatione hanc ſanctificationem non faceret Deus, qui cõmuniter per Sacramenta operatur in hominibus.

Quemadmodum aqua corporea ſpiritalẽ animam poſſit abluere, & mũdare.
Tit. 3.
Matt. 15.

Aqua munda, & mundis in Scripturis quid myſtice.
Ioan. 4.
Ezech. 36.

Gratia etiam, qua ſanctificamur, in Scripturis aqua vocatur, & aqua viuens, & ſitim ſedans, quam Samaritanæ pollicitus eſt Dominus, & Propheta dixit : *Effundã ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris:* quod non de aqua elementari, ſed de illa ſpirituali per elementarem ſignificata intelligendum eſt. Nec enim nouum eſt in Scripturis, vt de ſigno id ſæpè dicatur, quod ſignato cõuenit. Ita ſerpenti tribuuntur, quæ diabolo in ſerpente ſignificato conueniunt, Gen. 3. & pani tribuitur id, quod Chriſto per panem ſignato congruit Ioan. 6. & 1. Cor. 10.

Signi pro re ſignata frequẽs acceptio in Scripturis.
Gen. 3.
Ioan. 6.
1. Ioan. 10.

Quid verbum vitæ, in quo per lauacrum aquæ mundatur Eccleſia duplex ſenſus.
Rom. 10.
Ioan. 6.
Ambroſ.
Hieron.
1 Ioan. 1.

Subdit: *Lauacro aquæ in verbo vitæ.* Hoc eſt Chriſto credito corde, & opere confeſſo, & qui vitam tribuit ſpiritualem. ¶ Alius ſenſus non incongruus eſſe poteſt, vt per verbũ Vitæ exprimatur forma baptiſmi, ſicut in lauacro aquæ, materia. Quanquam Genitiuus, Vitæ, deſit in Græcis codicibus, & in Ambroſio, & in Hieronymo : non tamen perit ſenſus prædictus: quia Chriſtus dicitur Verbum vitæ in epiſtola Dilecti. Et rectè applicatur formæ baptiſmi, per quam vitã nouam aſſequimur.

His verbis: Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, quid doceat Apoſtolus.

Ad illud dubium, quomodò ſcilicet aſſerit : Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, dicendum eſt, pulchrè hoc de ſponſa dictum: nam alluſio fit ad matrimonium, in quo difficilè ſponſus aſſumeret maculatam, & inſigni aliqua nota fœdatam ſponſam, & ſenio confectam, aut corrugatam. Etſi non deſint fœminæ, quæ artificio mirabili & maculas, & rugas diſſimulent.

I. opinio de Eccleſia illa glorioſa & ſine macula, aut ruga quæ nam illa ſit.

His poſitis, dicendum eſt, hæc verba à quibuſdam explicari de Eccleſia præſenti, ac militanti, vt à Clemente Rom. lib. 2. Ditaxeon c. 61. in qua nonnulla membra ſunt ſine macula, & ruga : quædam etiam propter doctrinæ, vel vitæ excellentiam glorioſa : non tamen hos titulos tota Eccleſia in vniuerſum ſibi poteſt tribuere. Alij verò hæc verba contrahunt ad Eccleſiam Romanam: quæ quantum ad fidem ſpectat, il-

II. opinio, quę vt illa, tenetur.

libata,

libata,& glorioſa ſemper extitit,& ſine vlla erroris macula, ac ſine falſi, & ſuperſtitioſi cultus ruga. Sed Eccleſiæ nomine non tantùm venire ſolet Romana, quæ caput eius eſt, ſed catholica, & vniuerſalis eccleſia.

III. probabilior.

Melius ergo hæc verba referuntur ad finem poſtremum: ait enim: *Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam*: hic enim finis eſt militantis Eccleſiæ, vt ad glorioſam,& triumphantem, quæ ſine macula eſt,& ſine ruga, perueniat. Nam dum hic militat, nullum membrum eſt, quod macula venialis peccati non inficiatur, & plures ſunt qui non in multa grauia, & mortifera delicta incidunt, vt non poſſit dici ſine macula. Adhęc omnes electi, præter caput, & collũ, id eſt, Chriſtum, & Virginem, non ſunt ſine ruga, quia ſuo carent corpore, & expectant donec cum gloria ſibi reſtituatur: atque huic ſenſui fauent ipſa verba Apoſtoli, & Hieronymus hoc locò, & Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ, cap. 15. Cum Rex, inquit, iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Tunc ergo per eius miſericordiam iuſti plenè, perfecteque mundati, ſulgebunt ſicut Sol in regno Patris ſui. Tunc plena atque perfecta Eccleſia, non habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, quia tunc etiam erit verè glorioſa.

Militans Eccleſia quas habeat maculas, aut rugas.

B. Aug. to 7.

Prouer. 20.

Subiungit Apoſtolus: *Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua.* Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nam vt caput Eccleſię Chriſtus eſt, ita vir, vxoris caput. Et vt ex capite,& corpore vnum efficitur corpus, & vna caro, ita qui vxorem diligit, ſeipſum diligit. Sunt igitur vir & vxor vna planta eundẽ fructum prolis proferens, idcò ſe amare debent, non ſecus ac ramus inſitus plantæ vt planta coaleſcit, & ſe mutuo fouent. Et egregiè Chryſoſtomus in priorem ad Chrinthios ſcribit: *Nõ vides agricolas quanta diligentia quæ ſemel ſemen acceperit, terram colunt, quamuis innumera habet vitia: vt exempli gratia, quamuis arida ſit, quamuis malas herbas producat, quamuis humorũ abundantia loci natura offendatur, colit tamen: hoc enim pacto prior fructum, & tranquillitatem conſequeris: etenim portus eſt mulier, & maximum ſecuritatis remedium. Infrà, Fertur quendam externorum philoſophorum, cum malam haberet vxorem, prauam, temulentam, & interrogaretur, qua gratia eius mores toleraret reſpondiſſe: Vt gymnaſium, & paleſtrã philoſophiæ domi habeam. Ero enim, inquit cum alijs manſuetior, cum in ea quotidie toleranda erudiar.*

Vnde manifeſtum ſit, eũ qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligere.

Chryſ hom. 26. circa fin. tom 4.

Cuiuſdam ſapiẽtis ad quęrentem cur prauam, & temulentam pateretur vxorem, ſubtile, graueque reſponſum.

Adhæc vt Chriſtus dilexit Eccleſiã, etiam adulteram, poſteà tamen pœnitentem recepit: ita tu etiam in vxorem quà à fide defecit, noli gladio animaduerte, ſed potius imitare Dominum. Et ſicut ipſe corporis nõ requirit pulchritudinem animæ: ita & tu: nam ſi tu pulchritudinem animæ requiris,& ipſe ad hoc dilexeris, & Deo, & tibi ipſi pulchram reddis.

Addit quod quarto loco dubitatũ fuit: *Nemo*, inquit, *carnem ſuam odio habuit; ſed nutrit, & fouet eam.* Contexit argumẽtum, quod etiam Philoſophos permouere poſſet, à natura omnibus inſita ſumptum. Nemo enim hominum carnem ſuam, hoc eſt corpus ſuum odit: imo, quod maius eſt nullum animal, vt ratiocinatur Auguſtinus: Turpiſſimum enim fuerit id non pręſtari vxori, quod mutua animantia ſibimet mutuo præſtant.

Quid carnẽ ſuam odio habere.

B. Aug li 12. contra Fauſt. c. 7. tom 6.

Ad illud verò, quod obiectum eſt, multos inuentos eſſe, qui in proprium corpus ſæuirent, & duriter, atque crudeliter illud tractauerint: imò Chriſtum præcepiſſe, vt nos ipſos odio proſequamur, & corpora noſtra, & Paulum corpus caſtigaſſe, & in ſeruitutem redegiſſe: reſpondemus, Quòd quis odio proſequatur proprium corpus, non eſt ex natura rei ipſius, ſed per accidẽs, quatenus vel per illud homo affligitur: vt qui præ impatientia infirmitatis, fame, vel gladio ſeipſos interfecerunt, vel ne in manus hoſtium ſuorum venirent, venenum ſumpſerunt: vel per illud ab aliqua explenda concupita voluptate impeditur. Paulus itaque non loquitur niſi de eo, quod in natura poſitum eſt. Si quis verò obijciat, hominẽ ſolo rationis ductu interdum à medico exigere, vt carnem ſuam cauterio, aut ſectione membri affligat, ac proinde oſtendere ſe odio habere carnem ſuam; dicimus, hoc non eſſe propriè odiſſe carnem ſuam, ſed potius diligere, & nutrire, & fouere illam: patitur enim hæc, vt periculum mortis euadat: & quia pręſtat vnum membrum perire, quàm omnia membra, & facere iacturam particulæ quàm carnis totius. Sed nutrit, ait, cibo, puto, & fouet veſte, domo, & vnguento, ſi opus ſit: non loquitur de his, qui ſpiritu Dei, & gratia fulti faciunt, dum carnis propenſiones ad peccatum cum actibus, & concupiſcentijs crucifigimus, vt rectè Auguſtinus explicat lib. 1. de Doct. Chriſt. cap. 23. ¶ Chriſtus etiam docuit animam perdere propter ſe, vt in vitam æternam cuſtodiamus eam; & ponere corpora noſtra pro ſpirituali ſalute proximorum. Sed hoc ſupra naturam eſt, & ſuas habet legitimas cauſas. Et ita Dñs proſpicit Eccleſiæ ſuæ de cibo, illi dando ſeipſum in Euchariſtia, & de fomentis per

Ad IV. dub. Si nemo carnẽ ſuã odio habuit, vnde ſanctorũ, & aliorum etiã cũ carne graues inimicitiæ, inteſtinaque bella.

Luc. 14.

1. Cor. 9.

Quomodo nutriemus carnem, & foueamus.

Galat 5.

B. Aug. to. 1. ſub initium

Matth 16.

alia Sacramenta, quę loco ſalutaris vnctionis ſunt nobis relicta.

V. dub. ſolut. Quomodo membra ſimus corporis Chriſti, de carne eius & de oſſibus eius.

Ambr. tom. 5.

Ad quintam dubitationem de membris & carne, & oſſibus eius, reſpōdendum eſt, Ambroſium in illis verbis tropum agnouiſſe: Spiritualiter iſtud, inquit, intelligendum eſt. Et veteres Theologi Latini Græcos imitati, ſpiritualem ſenſum interdum illum appellant, qui alias dicitur tropicus, vel metaphoricus, aut figuratus, qui tamen reuera literalis eſt, non myſticus. At Hieronymus ſimpliciter explicat, & ad literā:

Solutio B. Hieronymi.

Membra, inquit, ſumus corporis Chriſti, nō ſecundùm naturam diuinitatis æternę, ſed iuxta id quod hominē eſt dignatus aſſumere. Id eſt, talis naturæ, qualem ipſe accepit. Et quia eandem naturam participamus quam ipſe aſſumpſit: idcirco ipſe nutrit, & fouet nos. Et quod ſubiūgit: De carne eius, & de oſſib' eius, explicatio eſt præcedentis particulæ: nam conſtamus carne, & oſſibus, quibus ipſe Chriſtus in cęlo perfruitur: quæ ſimilitudo naturæ, cauſa eſt ſingularis amoris erga nos: nō ſolum quia ipſum venientem in propria recepimus, verumetiam quia eiuſdem naturæ cum ipſo ſumus: quæ ratio nos amandi ad Angelos non extēditur, quia carēt carne, & oſſibus, cùm ſint ſpiritus.

Qua ratione Chriſtus nos quam Angelos diligat magis.

Iren. c. 2. poſt medium.

Hieronymi ſententiā agnouit Irenæus ante eum, qui lib. 5. aduerſus hæreſes non lōgè ab exordio, citato hoc Pauli teſtimonio: Non de ſpirituali, inquit, aliquo, & inuiſibili homine dicit hæc Apoſtolus (ſpiritus enim neque oſſa, neq; carnes habet) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecūdùm verum hominē, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt ſanguis eius, nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius, augetur. Poteſt etiam tropicus ille, ſiue ſpiritualis ſenſus ſtare. Dixit enim, carnem ex carne eius, & os ex oſſibus eius, quoniā Chriſtus habuit carnem infirmam, & ſimilem carni peccati, in qua etiam paſſus eſt à peccato, vt ſic vinceret peccatum, & eius iura deſtrueret. Carnem etiam omnes, qui baptizati ſumus, voluit nos infirmam habere, & ſub tribulationibus, ad imitationem ſui & ſimilitudinem, vt ſicut ipſe poſt mortem reddidit ſuam glorioſam, illā ſcilicet, quæ peccati ſtimulis non acquieuerit: & Chriſtus carnem accepit, ſed non ſine oſſibus, quę fortitudinem perfectā deſignant, qua maiora ſuę Eccleſię membra armauit: & Chriſti fortitudo nunquam in eo fracta fuit, noſtra tamen, quia Adæ latronis filij ſumus, & in his qui ſimul crucifixi ſunt, latronibus figurati, oſſa habemus comminuta, & confracta: quia nullus virtute ſuæ naturæ fortiter ſuſtinere poteſt opprobria Crucis, niſi eius gratia adiuuetur. Et ita ſumus de carne eius; id eſt, de humanitatis infirmitate, & de oſſibus, id eſt, de diuinitatis latentis ſoliditate: quia ſumus de carne, & oſſibus eius, id eſt, in Cruce à Chriſto dormiente formiti, participantes de Chriſti robore, ac diuinitate in oſſibus abumbrata: & de imbecillitate eius, quæ ſummo modo enituit in carne crucifixa: & ita, vt Chriſtus in cruce robuſtus fuit, & infirmus, ita & nos infirmi in nobis, & fortes in Chriſto geſtemus theſaurum in vaſis fictilibus.

Luc. 24.

Prius ſenſus Ambroſij myſticus ſcilicet, cōprobatur.

Rom. 8.

Quare Chriſtus non carnē ſuo exemplo voluerit infirmam habere.

Matth. 27. Ioan. 19.

Quid ſit eſſe de carne, & oſſibus Chriſti, explicatur magis.

2. Cor. 4.

Ad ſextam dubitationem, in illa verba: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, reſpondendum eſt, verba hæc non eſſe Pauli, ſed Adæ ipſius legem matrimonij dictantis: quę tamen Deo tribuuntur Matth. 19. quia eo inſpirante, & interius ſuggerente ab Adam pronuntiata ſunt: Deinde dicit, Propter hoc (id eſt, pro hoc, vel vice huius, Gręcè enim dicitur, ἀντὶ τȣ́του) quia ex eadē carne, & ex eiſdem oſſibus vir, & vxor conſtant, ſicut Eua ex coſta Adæ formata fuit. *Relinquit homo patrem, & matrem, & adhærebit (vel agglutinabitur) vxori ſuæ*, Id eſt, tam validum, & indiſſolubile erit vinculū, & nexus viri & vxoris inter ſe, vt etiam maximas, & naturales coniunctiones filiorum, vel filiarum ad parentes ſuos queat diſſoluere, & filium ſeparet à parente, & filiam à matre, vt doceat vnum, & eundem conuictum, & domum vnam deberi coniugatis, ſi cōtingat propter commercium mutuū filiorum cum parentibus non eſſe locum pacifici conuictus inter maritum, & vxorē; & concordem animorum inter coniuges vnionem præferendā amori patris, & matris: quia amor vxoris, & amor viri, cum ſit ſibiipſius, præferendus eſt patris & matris dilectioni.

VI. quęſt. ſol. Cuiuſnam, Dei an Adæ, an Pauli ſint verba: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, &c.

Geneſ. 2. Matth. 19.

Geneſ. 2.

Quis ſenſus illorum verborum: Propter hoc relinquet homo patrem & rel. q.

Coniugati cur magis ſe inuicē, quam proprios parentes amare debeant.

Qui verò ex his verbis eliciunt inhabiles eſſe ad coniugium filiam cum parente, aut filium cum matre, atque illum gradum tātùm diuino iure prohiberi, reliquos verò gradus cōcedi, mihi Spiritus ſancti ſenſum attigiſſe non videntur. Nam & alij gradus etiam iure diuino interdicuntur, vt eſt inter fratrem, & ſororem, & alios pleroſque. Et ad rem nō videtur hic ſenſus, quia iam illis primis coniugibus Adæ & Euæ hæc verba non congruerent: nam patre, & matre carebant. Et vt Tertullianus lib. de Habitu mulierē annotauit, hæc verba magis propter coniugatos, quam propter Adā & Euam dicta ſunt. Sed de hac re alibi fuſius locutus ſum. Quod ergo ait, *Relinquet homo patrem, & matrem*, non eſt de cō-

Ineptus & incongruus, Caietani ſenſus excluditur.

Tertull.

Lib. 8. explanatio. Euang.

iugio

in cap. 19. *Matth.*

iugio interpretandum, ſed de ſeparatione quantum ad conuictum,& habitationem. Et dixit, *Agglutinabitur*, glutino indiſſolubili,ita vt quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Nõ tamen filius propterea ſolutus eſt à nexu parentum,quos debet veneratione,& pietate proſequi,& vitæ neceſſaria illis adminiſtrare,ſi egeant, & ipſe poſſit eos alere. Nam etſi nexus viri ad vxorem ſit arctiſſimus,vt propter eũ deſerantur parẽtes: non tamen legis naturæ,aut ſcriptæ vinculum,quo filius parentibus eſt adſtrictus. Illud tamen cohabitationis,&domeſtici cõuictus vinculum rumpit, quando ſimul pacificè viuere nequeunt. Adhærebit igitur, vel agglutinabitur tam arctè,quòd etſi ante matrimoniũ eſſent in duabus carnibus, ſiue in duob.ſperatis corporibus, eo quod neuter alterius carnis, aut corporis poteſtatem haberet:contracto tamen,& celebrato matrimonio, erunt, vel eſſe debebunt in carne vna.

Matth. 19. Filio propter vxorem pater ſuus & mater quatenus relinquendi.

Quam in ſolubilis matrimonij nexus.

Vbi obſerua, morem Hębreorum eſſe, vt futuris pro imperatiuis vtantur, & præcepta tradant per futurum tempus. Vt: *Nõ habebis deos alienos coram me:Non occides: Non mæchaberis: Diliges Dominum Deum tuum*,& Dominus,*Cum auferetur ab eis ſponſus,tunc ieiunabunt*, id eſt, ad ieiunium arctabuntur. Itaque hæc verba non ſunt prophetica quę aliquid vt futurũ pronuncient,ſed imperãtia illud, ad quod quiſque lege matrimonij arctatur.Et ita quod ait,Relinquet adhærebit,& erunt,interpretãdum eſt in vero ſenſu literali, id eſt cogitur homo(quo nomine vterq; ſexus exprimitur) relinquere patrem, & matrem,obligatur adhærere vxori ſuæ:*Et erunt*. Id eſt, debebunt eſſe duo in carne vna. Et Dominus addidit, *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro*: quia quiſq; coniugum corporis ſui poteſtatem nõ habet, ſed alter,cui illam tradidit. Et ita corpus vxoris non tantùm eſt commune viro,ſed eius ditionis: & corpus viri non eſt commune vxoris,ſed etiam ditionis vxoris,quæ in illud dominium habet.

Hebræi imperatiuũ per futurũ enunciant. *Exod.* 20. *Ibidem. Deut.* 6. *Matth.* 9.

Illud: Et erũt duo in carne vna,quid ſignificet. *Matth.* 19. 1. *Cor.* 7.

Hoc etiam pręceptũ Chriſtus in deſpõſanda ſibi Eccleſia obſeruaſſe videtur.Nam diſtractus eſt homo Chriſtus à Patre propter Eccleſiam, quando apparuit in mũdo in forma ſerui,ita vt dixerit:*Exiui à Patre & veni in mundum.* Segregauit ſe etiam à matre ſanctiſſima Maria, cum propter eãdem Eccleſiam mortuus eſt in Cruce,relicta illa ſub diſcipuli cura.Vt non dicam,quod reliquid patrem,& matrem, id eſt Patriarchas, Prophetas, & Sanctos veteris teſtamenti,& matrem etiam Synagogam,vt hęreret ſpõſæ Eccleſiæ.

Chriſtus Patrem ſuum & matrẽ quando venit reliquerit, vt adhæreret vxori ſuæ. *Ioan.* 16. *Ioan.* 19. Quos rurſus patrẽ, & matrem homines relinquerit ob eãdem ſponſam.

Ad aliud verò, quod ſua non caruit dubitatione, Quomodò vir, & vxor ſint vna caro,reſpondemus, Carnis nomen per Synecdochen totum hominem ſignificare, iuxta illud: *Verbum caro factum eſt: Videbit omnis caro ſalutare Dei: &, Omnis quippe caro corruperat viam ſuam: &, Ad te omnis caro veniet.*

Caro vbi denotet totum hominem. *Ioan.* 1. *Luc.* 3. *Eſai* 40. *Geneſ.* 6. *Pſal.* 64.

Deinde dicimus, carnem in bonam partem, & interdum in malam, interdum etiam in eam, quæ nec bona eſt, nec mala, ſed indifferens, in Scripturis accipi, In bonum accipitur, cum dicitur: *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, & alio loco, Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*,& in hoc capite: *Membra ſumus corporis eius, de carne eius,& de oſſibus eius*, vt explicuimus. Deinde in malam partem dicitur: *Non permanebit Spiritus meus in homine,quia caro eſt: &, Omnis caro fœnum: Manifeſta ſunt carnis: Nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis.*

Caro etiam vbi bene, & male, & in differenter ſonet. *Ezech.* 36. 2. *Cor* 3. *Epheſ.* 5. *Geneſ.* 6. *Eſa* 40. *Galat.* 5. 1. *Cor.* 1.

Et maximè in malum accipitur,quando opponitur ſpiritui, in his nimirum locis: *Spiritus concupiſcit aduerſus carnem: Is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecundum ſpiritum, Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem,qui autem ſeminat in ſpiritu, &c. & Qui non ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum.*

Galat. 5. *Supra* 4. *Infrà* 6. *Rom.* 8.

Interdum verò nec malum,nec bonum ſignificat, ſed tantum naturam humanam: vt ibi, *Verbum caro factum eſt*, hoc eſt,homo;&, *Videbit omnis caro ſalutare Dei: &, Ad te omnis caro veniet*, & Eſaias apud Apoſtolum, *Quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini,& ipſe ſimiliter participauit eiſdem.* Vbi ſimiliter non accipitur in malum, ſicut & illud, *Caro, & ſanguis non reuelauit tibi.* Ita verba de quibus diſſerimus: *Erunt duo in carnem vnã*, nec in bonũ nec in malum accipiuntur: ſed ſicut caro per Synecdochen dicitur homo, ita vna caro eſt vnus homo ex viro,& vxore conflatus, non tantum ob mutuam animorum concordiam, & poteſtatem mutuam in cõrpora, ſed etiam more Hebręo & fictione iuris. Vt enim patris, & filij,domini & ſerui,procuratoris & principalis, paſtoris & vicarij ſui,vna cenſentur perſona iuris fictione: eodem modo viri & vxoris vna eſt perſona,& vnus homo. Proptereà rectè Chriſtus intulit:*Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.*

Ioan. 1. *Luc.* 3. *Eſai.* 104. *Hebr.* 2. *Eſai.* 8. *Matth.* 16.

Vir & vxor vt ſint vna caro.

Quod autem quidam interpretãtur, virũ & vxorem eſſe vnam carnem, quia conueniũt in vnũ iuſtum generationis principium, quod nõniſi per commixtionẽ corporum perficitur: mihi nõ tam placet, quã prior ſenſus, qui planus eſt,& genuimus,& vocibus, conſonus. ¶ In hunc verò ſenſum

Altera ſolutio, ſed minus accommoda.

Virũ & vxo-

rem etiã ante copulam cõiugalem eſſe vnam carnẽ, atque nominari.

obijci poſſet, quòd vir & vxor, antequam corpora commiſceant, verè ſunt, & dicuntur vna caro: & de coniugio Adæ & Euæ dicta ſunt hæc verba, & nonniſi poſt aliquod temporis ſpatium (quod etiam multis annis aliqui circũſcribunt) in quo agendę pœnitentię de peccato admiſſo vacauit, vxorem ſuam non cognouit. Beatiſſima etiam Virgo cum ſancto Ioſepho coniugium inijt, & verè fuerũt vna caro, nec tamẽ fuerunt corpore coniuncti. Adhæc viris coniugio copulatis ius cõcedit ſpatiũ ſex menſium, in quo ante cognitam vxorem valeãt ad meliora vota tranſire, ſi voluerint: & tamen prius fuerunt vna caro.

Luc 1. Matth 1.

Vlt. quæſt. ſolutio. Quid illud: Sacramẽtum hoc magnum eſt: ego autẽ dico in Chriſto, & in Eccleſia. I. ſenſus.

Ad poſtremam dubitationem reſpõdemus, illa verba: Sacramẽtum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, plures ſenſus recipere; alterum literalẽ de Adam, & Eua: ſecundùm quem ſignificat virum relictis parentibus perpetua cõſuetudine adhæſurũ vxori ſuæ, vt Chriſtus adhęret Eccleſię. Habet & myſticũ ſenſum vt ſit prophetica quędã coniũctionis Chriſti, cuius typum geſſit Adam cum Eccleſia, cuius figuram repręſentauit Eua. Et ita interpretatur B. Hieronymus, vt pertineat ad ſuperiora. Eraſmus verò refert hæc verba ad ea quæ ſequuntur, vt ſenſus ſit: Non cõiunctio Adæ & Eug, id eſt, viri & vxoris, eſt magnum Sacramentum, ſed coniunctio Chriſti cum Eccleſia. Sed certè ad ſuperiora referenda eſſe hæc verba, tradũt veteres Patres, vt Nazianzen. Hieronymus, Chryſoſtomus, & Oecumenius: ita vt cõiunctio Adæ & Euæ ſit quædam allegoria, id eſt typus magnus cõiunctionis Chriſti cum Eccleſia.

II. B. Hiero. III. Eraſmi. qui reijcitur.

Nazian. epi. 37 Chryſ ſer. 20. ante med. Oecum. c. 9.

De matrimonio quid ſentiant impij Lutherani.

Iam verò hoc loco quæſtio inſurgit non pœnitenda propter noſtri ſeculi hæreticos an ex his verbis euidenter colligatur, Coniugium, vnum eſſe ex ſeptem Sacramentis noui Teſtamenti gratiam concilians. Sed prius expediamus literam, vt liberiùs de illa, ac fuſius diſputare poſſimus.

Qualis hæc Phraſis: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

Ait ergo: *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Id eſt, explico, carnale coniugium ea ratione eſſe Sacramentum, quatenus ſpiritualis coniugij inter Chriſtũ & Eccleſiam contracti ſignum eſt, & ſymbolum. Et, in Chriſto, & Eccleſia, dixit, vel, in Chriſtũ, & Eccleſiam, pro eo quod eſt, de Chriſto, & Eccleſia, id eſt, me interprete, & quantũ mihi videtur (quæ vox Pauli modeſtiam indicat) de Chriſto, & Eccleſia intelligendum eſt. Ita Hieronymus interpretatur, ſicut Epiphanius explicãs illud: Surge qui dormis: Interpretor hoc, inquit, in Chriſto, hoc eſt de Chriſto. Et ita alij Patres loqui cõſueuerunt. Ita aliàs accipi conſueuit, An neſcitis in Helia, id eſt, de Helia quid dicit Scriptura. *Ego cõfido in vobis*, hoc eſt de vobis, *Gaudeo in præſentia Stephanis*, hoc eſt de pręſentia. Ita in epigrammatum, & orationũ inſcriptionibus accipitur particula, εἰς, vel etiã ἐν, 2. Cor. 2. *Scilicet ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur*, id eſt de Chriſto. Et ex hoc loco accipiendũ eſt, carnale coniugium factũ eſſe ad ſimilitudinem ſpiritualis inter Chriſtum, & Eccleſiam, etſi prius tempore carnale coniugium extiterit. Et ſubiungit: *Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſq; vxorem ſuam diligat*, hoc eſt, vt Oecumenius interpretatur ſublimis intelligentia nominis, ac ſpiritualis enarratio non euertunt propriã: poteſt enim & ſpiritualiter, & propriè declarari.

Hiero. in c 5 ad Epheſios. Epiphan.

Ex illis verbis quid neceſſariò ſequatur.

Oecum. c. 7.

Etſi ergò iuxta allegoriam ſim interpretatus, volo tamen ſenſum literæ vos retinere, & de vobis dictum intelligere: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem. Atq; elegãter hoc loco annotauit. Hieron. aliam habere vim aduerbium, Sicut, hoc loco, & aliam, quando dicitur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, & ita cupias eſſe ſaluum atque te. Hic autẽ in vxore diligenda, non ſimilitudinem, ſed approbationem, & confirmationẽ cum quodã põdere ſonat: quomodo dicimus de puero, Quaſi vir fecit, & Ioãnes de Saluatore, *Gloriã quaſi vnigeniti à Patre*, id eſt, qualem decebat habere Vnigenitum. In dilectione autem proximi non dicitur: Diliges proximum ſicut corpus tuum, & ſicut carnem tuam, ſed hoc tãtùm, in dilectione vxoris, vt quandam carnem dilectionem, caſtam tamẽ, & ſanctam, propter finem ſanctum, & ſobolem propagandam eſſe declaret.

Hanc particulam ſicut (ſicut Chriſtus, inquit, dilexit Eccleſiam) Hieronymus expẽdit.

Matth. 22.

Ioan. 1.

Ordinatio, & ordo vt differant.

Iam ad propoſitam quæſtionem redeo; & præmitto, duo eſſe in cõiugio, quemadmodũ etiam in ordinis Sacramento. Aliud enim eſt ipſa ordinatio, quę propriè Sacramentum eſt, aliud ordo, ſeu poteſtas, qua ſimul cum gratia confertur, & eſt effectus Sacramenti. Ita in matrimonio duo ſunt: alterum eſt vinculum indiſſolubile coniugũ: alterum eſt cæremonia externa vinculum ipſum efficiens, quam cõſequitur effectus gratię, quę ad ſanctitatẽ vſus coniugij confertur; præcedit verò contractus ad vinculum diſponens, & cõiunctus cũ ceremonia. Quantum ad vinculũ igitur, definitur coniugium hoc modo: Matrimoniũ, eſt coniũctio maris, & fœminæ, inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Declaro ſingula. Cõiunctio hoc in loco non ponitur pro carnis copula, quæ nõ eſt matrimoniũ, ſed potiꝰ eius eſt actus

In coniugio ſunt duo.

Matrimonium quatenus ad vinculum, definitur.

nam

Si eſſet cõmixtio corporum matrimoniũ, quid conſequeretur.

nam ſi matrimonium eſſet commixtio corporum, ratum & non conſummatum matrimonium non eſſet, nec fuiſſet inter ſanctum Ioſeph,& Beatiſſ.Mariam. Matrimonium etiam non diu duraret, ſed tranſiret, & iteraretur, ſicut ipſa carnis copula, quæ tranſit,& repetitur, Et ita coniunctio, habitudo quædam eſt, & vnio coniugum ad ſeipſos inuicem. Indiuidua verò vitæ conſuetudo, cohabitatio eſt cũ mutuis obſequijs hinc & inde exhibitis.

Clarior matrimonij definitio.

Quanquam clariùs ſic poſſet definiri, Matrimonium, eſt vinculum indiſſolubile inter marem & fœminam ex mutua tranſlatione poteſtatis corporum ſuorum in ſeipſos inuicem facta, ad procreandam prolem, & debitè educandam. Vt autem hoc vinculum, quod eſſe permaneus habet, efficiatur, opus eſt vt præcedat contractus, tanquam via, & diſpoſitio quædam non permanens, ſed tranſiens. Hic autem contractus non eſt aliud quàm actualis,& mutua trãslatio corporum ad finem procreandæ prolis,& debitè educandę. Hinc coniugata mulier, vxor fœderis tui nominatur Malach.2. Vltra vinculum autem, & prædictum contractum eſt ipſum Sacramentum, hoc eſt ceremonia conſiſtens in exhibitione certorum ſignorum maris, & fœminæ ad ſeipſos, ſignificantium traditionẽ mutuæ poteſtatis corporum ad prolem procreandam, ex inſtitutione diuina ſignificans gratiam conferendam mutuò contrahentibus, ad cõiunctionem animarum, & poſt peccatum ad vitandam fornicationem.

Contractus ad vinculum matrimonij requiſitus quidnam.

Malach.2.

Quale matrimonij Sacramentum.

Matrimoniũ vt humanus eſt contractus & vt vinculũ etiam inſolubile, non eſſe Sacramẽtum.

Matrimonium ergo, quatenus contractus humanus, nõ eſt Sacramentum vnum ex ſeptem: nec habet gratiæ promiſſionem, ſicut nec alij cõtractus ciuiles. Deinde quatenus vinculum, adhuc propriè Sacramentum non eſt: nam eiuſmodi vinculum inter fideles inuenitur, vt Paulus docet 1. Corint. 7. de fœmina, quæ conſentit habitare cum viro infideli. Deinde etiam inter infideles eſt inſenſibile vinculum, cum ſit relatio quædam, & habitudo ad ſe inuicem, quæ ſub ſenſum non cadit. Adhęc vinculum, eſt effectus ipſius ceremoniæ, & contractus, quia poſt illa vinculum ſubſequitur: ideò eſt effectus Sacramenti, ſeu res Sacramenti, ſicut & gratia, non autem Sacramentum ipſum. Tertio verò quatenus eſt ceremonia, & ſignum ſenſibile, Sacramentum eſt nouæ Legis,& cum alijs ſex connumeratur,& gratiam Dei confert cõtrahentibus. Quod & Scriptura, & traditione, & ratione probandum eſt,& quæ in oppoſitum ab hæreticis objiciuntur, reſoluenda.

1.Cor.7.

Quale vinculũ matrimonij, infidelium.

Qua ratione matrimoniũ ſit Sacramentum.

Matrimoniũ eſſe Sacramentum, probatur ex Paulo.

Nunc tantum vrgebo præſentem locum Apoſtoli: *Sacramentum hoc magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Iam quærimus quid per illud pronomen, Hoc, demonſtretur. Non autem poteſt demõſtrare futura, vt voluit Eraſmus, qui refert ad Chriſtum, & Eccleſiam, quod non præceſſerat. Sed durum eſt, per Sacramentum, ſeu myſterium ſignificari Chriſtum,& Eccleſiam, & per illud repræſentari noſtra coniugia: quia Sacramentum eſſet inſenſibile, & inuiſibile. Suauiter ergo refertur ad matrimonium, de quo à media ferè parte capitis eſt ſermo, quod ſenſibile eſt,& repræſentat ſpirituale Chriſti cum Eccleſia coniugium. Magnum verò dicitur, quia eius ſignatio in Chriſtum tendit,& in Eccleſiam. Et hoc ſignificat quod ait: *Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*: hoc eſt quatenus illam mirabilẽ, & diuinam cõiunctionem ſignificat, ad cuius imaginem ſe coniuges componere debent, vt non tantùm ſe mutuo ament,& ſibi inuicem ſeruiant, ſed etiam modo quodam ſupra naturam ſe diligant, & foueant, ſibiq; inuicem indiuulſæ cohæreant, vt ſic res naturalis,& humana, ſeu politica, tranſeat in ordinẽ ſupernaturaliũ, & diuinorũ.

Contra Eraſmum Roterodamum aliter ex hoc loco Apoſtoli ſentientem.

Matrimoniũ cur magnum dicitur Sacramentum Et quid ſit: Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

Dicet quis: Si ſignificat res magnas, non tamen efficit illas, quomodò Sacramẽtum dicitur efficere quod ſignificat? dicendum eſt, quòd ſicut cõiunctio Chriſti cum Eccleſia fuit non ſolùm in natura, ſed vt eam etiã ſanctificaret,& nobilitaret,& filios ſpiritus ex ea procrearet, tãquam caput influens in membra ſua; ita hoc ſignũ matrimonij copioſum munus gratiæ confert, quo ſe coniuges,& agnoſcãt,& foueant,& tractent ſicut Chriſtus Eccleſiam,& Eccleſia Chriſtũ; ne falſum ſignum exiſtat, & vt Chriſtiane educare,& inſtituere prolem ad Dei gloriã poſſint: quæ omnia ſine Dei gratia à prudẽtia humana fieri nequeunt. Significat ergo duo matrimonium. Primùm, coniunctionem Dei cum natura humana, quam repręſentat tantum, non efficit. Secundò cõiunctionem animorum per gratiam cum Deo: nam qui adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt, cum eo ſcilicet,& ipſe inuiſibiliter benedicit, & ſanctificat coniuges, & opem gratiæ neceſſariam tanto operi largitur. Ita enim baptiſmus aliquid ſignificat tantùm, quod non efficit, vt mortem, ſepulturam,& reſurrectionem, vt habes Rom. 6. aliquid verò ſignificat,& efficit, vt regenerationem, & ablutionem animi per gratiam internam.

Hæc obiectio diluitur: Matrimonium ſi eſt Sacramentum, cur non efficit res magnas, ſed tantũ ſignificat.

Duo ſignificat matrimoniũ.

1 Cor 6.

Baptiſmus quid ſignet tantummodo, non efficiat: quid rurſus & ſignificet ſimul & efficiat.

Rom 6.

Secundo objicies: Ergo Adæ cum Eua,& Patrum in lege cum vxorib. ſuis matrimoniũ, quo conueniebãt ad prolẽ cultui Dei & fidei applicandam, fuiſſet Sacramentum.

[illegible]oluitur hoc [illegible]um: Matrimonium ſi, v[illegible] eſt ſignum ſenſibile, Sacramentum eſſet, [illegible] matrimoniũ in lege tũ naturæ, tum ſcripti.

Reſpon-

Sacramentum fuiſſet.
Duran.
Roffen.
Pighius.
Alfonſus de Caſtro.
Catharin.

Reſpondeo, quoſdam eſſe, qui libenter illud admittunt, & quòd ſemper gratiã contulerit, etſi alij negent. Paulus autẽ ait, quòd eſt Sacramentum in Chriſto, & Eccleſia, id eſt, Chriſto realiter coniuncto cum Eccleſia, vt capite cum membris ſuis, & non tantùm fide, vt olim.

Matrimoniũ quando primum cœperit eſſe Sacramentum.
Matth.19.
Epheſ.5.
Rom 2.
1.Cor 7.
Quare Chriſtus nuptijs in Cana Galileæ interfuerit, ac ſignum crediderit.
Ioan.2.
Et quod nam vini ibi deficientis, aquæ que in vinum mutationis myſterium.

Sed hoc fecit, poſtquam ex Maria virgine conceptus eſt, & genitus. Matrimonium enim inter Sacramenta res vetus eſt, ſed per Chriſtum, & Apoſtolũ renouata. Ideò Dominus præſentia, & nouo ſigno nuptias honeſtauit, vt inſinuaret non tantùm eſſe iam in officium naturæ, & remedium concupiſcentiæ, ſed etiã vt Sacramentũ celebrandũ in Eccleſia. Et vinum, quod amicitiam, gaudium, & guſtũ deſignat, ibi defuit: quia ſine gratia Dei omnis amicitiarum neceſſitudo, vt aqua friget, & languet. Ideò conuertit aquam in vinum, vt gratia Sacramenti deſignaretur, & veritas inueniretur huius ſententiæ, quòd bonum vinũ ſeruauit in finem.

Ad iſtud quoque reſpondetur: Matrimonium hoc loco non Sacramentum, ſed Græcè myſterium appellatur.
Epheſ 1.
Infra 3.
Coloſſ 2.
B. Dionyſ. lib de Eccle hier. paſſim.

Quòd ſi tertiò obijcias, pro voce Sacramentũ, Græcè haberi, myſteriũ, & Incarnationem, Reſurrectionẽ, & vocationẽ Gentium appellari myſteria ad Epheſ.1. & 3. ad Coloſſ.2. Dicendum, Apoſtolum nõ fuiſſe locutũ Latinè, neq; ſcripſiſſe niſi Græcè: & quod Græcis eſt myſterium, id eſt ſacrum ſecretum, idem eſt quod apud nos Sacramentum. Vnde Dionyſius Sacramẽta noui Teſtamenti vocat myſteria, & promiſcuè Patres ita loquuntur: nam latè ſumpta vox Sacramẽti, quoduis rei ſacræ ſignum denotat: & ſtrictè ſeptem Sacramenta gratiam conferentia, myſteria appellantur.

Diluitur hoc etiam argumentum: Matrimonium ſi eſſet Sacramẽtum, ſecretum quid eſſet, & inſenſibile.

Quartò ſi obijcias, myſterium eſſe quid ſecretum; matrimonium autem publicum eſt, & eius actus omnib. notus; & ideò indignum eſt vt nomine myſterij veniat. Reſpondeo, omnia Sacramenta publica eſſe, & ſecreta: publica quidem, quia ſigna ſunt ſenſibilia, & patentes ceremoniæ oculis cõſpicabiles, ſecreta verò ratione effectus, id eſt diuinæ gratiæ, vel poteſtatis ſpiritualis. ¶ Dicitur autem magnũ Sacramentum, nõ quòd cætera ſuperet, ſed in ſignificatione. Et licèt vnus, aut alter, vt Chryſoſtomus, aliter explicet, mirum non eſſe debet: quia vnus & idem locus plures ſenſus literales recipere poteſt. Et ſi quis dicat, alia Sacramenta maiorem gratiam conferre, admittimus. Sed vt illa alio modo magna ſunt, teſte B. Thoma poſt Auguſt. hoc tamen in ſignificatione maximũ portendit Sacramentum. Et hactenus de hoc loco Scripturæ.

Matrimoniũ quare magnũ vocatur Sacramentum.
Chryſ ſer. 20.
B. Auguſtin.
D. Thom in ca 5 ad Epheſios lect.10. tom.16.
I. Ratio, ad probandum ſcilicet matrimonium eſſe Sacramentum à traditione.
B Thom 4. ſen d.26 q 2. art 1 ad 2 & alibi paſſim. tom 4.
Tertull.
B. Aug. to 4.

Iam certandum eſt rationibus quas interprimaria ſit, à lumine naturæ, & traditione deſumpta: Sacramentum, eſt ſignum ſenſibile ex pacto Dei conferens gratiam: ſed in cõiugio ſigna ſenſibilia interueniunt, nempe actus contrahentium, qui habent vicem materiæ ſecundùm B. Thomam: expreſſio etiam cõſenſus per verba de præſenti in eo qui loqui valet, vel nutus, & ſigna in muto, qui vicem habent formæ. Eſt etiam in eo gratia, vt tradunt multi Patres poſteà citandi, & præſertim Tertullianus libro de Monogamia, & Auguſtinus lib. Quæſtionum noui, & veteris Teſtamenti, cap.27. Erit igitur verum Sacramentum noui Teſtamenti, cùm nulla deſit pars ad conſtitutionem eius requiſita.

II. Ratio.
Hebr 13.
1.Tim.2.
Tob.7.
Ioan 2.

Secũda ratio ſit ab Scriptura deſumpta: nam in ea fit mentio de benedictione nuptiarum, & gratiæ, quæ eſt ſaltem in matrimonij progreſſu: vtpote in toto immaculato, in ſaluatione mulieris per filiorum generationem; in ſtatu, ſiue vocatione matrimonij. Cum igitur matrimonium ſit Sacramentum, ſequitur quòd gratia in ipſius cõtractu accipiatur. Vnde Tob.7. de Raguele dicitur, *Et apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dextera Tobiæ tradidit, dicens; Deus Abraham & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe cõiungat vos, impleatq; benedictionem ſuam in vobis. Et accepta charta, fecerunt conſcriptionem coniugij.* Adhæc huius rei typum Dominus adeſſe voluit nuptijs, & vino per miraculum porrecto aſſiſtẽtiam ſuam in Sacramento matrimonij ſignificari.

III. Ratio.

Tertia ratio: Eccleſia in cultu non errat, quæ ſalutaria tantùm petere docetur, ſemperq; exauditur. Cũ igitur in benedictione nuptiarum remiſſionẽ peccatorum, & gratiam pro peccatis poſtulet in benedictione, ſequitur, illam à Deo conferri in eo, ac proinde quòd ſit ſacramentum.

IV. Ratio.
Matth. 5.

Quarta ratio: Deus in neceſſarijs deeſſe non cõſueuit: cum ergo in matrimonio occaſiones peccandi ſeſe offerant, & ob concupiſcentiam, & ob onera matrimonij, quę ad finem vſque vitæ alterius coniugis perdurant, cum repudium illicitum ſit: conſequitur ergo, Deum pro ſua bonitate ad hęc ſuſtinenda incommoda gratiam ſuam coniugatis non denegare, etiam in ipſo initio, in quo contrahitur.

Ratio V. ab Eccleſiæ conſuetudine.

Quinta ratio: Eccleſia exigere ſolet confeſſionem ab his qui ſuſcepturi ſunt hoc Sacramentum, & continentiam in prima nocte ob reuerentiam Sacramenti. Eo etiã ſuſcepto, petit caſtitatem: Ergo gratia Dei in eo tribuitur: alioqui enim non exigerentur iſta, quę in alijs ceremonijs, quę nõ ſunt Sacramenta, exigi non videmus.

Ratio VI.

Sexta ratio: Cauſæ matrimoniorũ ad Põtifices & Epiſcopos sẽper fuerũt reſeruatæ,

vt ex

Orige p. 2.

vt ex eorum decretis, & praxi Eccleſiæ cõſtat, quæ ſeculares Principes nõ cognoſcũt. Et Origenes homil. 7. in Matthæum, teſtatur ſuo tempore quoſdam Epiſcopos permiſiſſe aliquam viro nubere priore viuente; licèt cõtra Scripturam, vt ait factum ſit. Sequitur ergo, quòd non ſit cõtractus profanus, ſed ceremonia ſacra ad cultum ſpectans, & à Deo inſtituta, & per ſacros homines cognoſcenda.

VII. Ratio.

Septima ratio; Filij fidelium ſanctitatẽ quandam habẽt etiam ante baptiſmũ, qua filij infidelium carent: non quidẽ ſanctitatem actualem, quia adhuc in originali ſunt ſed habitualem, hoc eſt potentiam, qua per baptiſmum, & curam Dei ſpecialem ſanctificabiles ſunt, & ſanctificantur, cum filij infidelium relicti videantur quantum ad hoc; cùm Deus nolit inuitis parẽtibus ſuis (cum quibus à Deo negliguntur) quemquam baptizari. Matrimonium ergo fidelium gratiã habet, cuius filij ob ipſum ſancti ſunt. Ideò Paulus matrimonium fideliũ ab eo infidelium ſeparat, vt habes 1. Corint. 7. vbi diſtinguuntur matrimonia coniugũ fidelium à matrimonio *vnius* coniugis fidelis cum infideli.

1. Cor. 7.

VIII. Ratio. ab autoritate Patrum.

Octaua: Plurimi Patres teſtãtur, vt Tertullianus, Auguſtinus, Euariſtus Papa, & B. Illefonſus cum nõnullis alijs, matrimoniũ ſemper, vt rem ſacram per Sacerdotes iniri & conciliari ſolitum, non tantùm apud Catholicos, ſed etiam apud Gentiles. Plutarchus enim lib. de Pręceptis connubialibus, alloquens coniuges, ait: *Poſt legem patriam, qua vos Cereris Sacerdos ſociauit, &c.*

Plutar. opuſc. 14. in princ.

IX & vlt. ratio.

Poſtrema ratio: Matrimonium eſt in remedium carnalis cõcupiſcentiæ: at quomodò hoc eſſe poſſet, cùm corporum commixtione, & actu matrimonij, magis concupiſcentia augeatur, ſi gratia in eo non porrigeretur? Gratia autem Dei peculiariter in hoc Sacramento concupiſcentiam reprimit ad vnam tantùm propriam vxorẽ, & ne vagos conſectetur concubitus. Corrigitur deinde finem, ne tam voluptatem in actu matrimonij quærat, quàm prolem: demum iuuat gratia Sacramẽti, ne faſtidia, & onera coniugij eos premant, & ne ad repudium, quod iure nullum eſſe poteſt, fiãt propenſiores.

Iam traditione, ſiue ſententijs Patrum agamus. Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. *Quòd ſi lex ſancta eſt, ſanctum eſt matrimoniũ. Sacramentum ergo hoc ad Chriſtum & Eccleſiã ducit Apoſtolus.* Hæc ille, vocem Sacramenti referens ad matrimonium.

Clem. Alex. tom 2.

Tertullianus vetuſtus Pater libro 2. ad vxorem: *Si ergo ratum eſt apud Deum matrimonium huiuſmodi, cur non proſperè cedat, vt & à preſſuris, & anguſtijs, & impedimentis, & inquinamentis nõ ita laceſſatur, iam habens ex parte diuinæ gratiæ patrocinium.* Infrà: Vnde ſufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant Pater ratum habet? Idem in libro de Monogamia: *Vt igitur in Deo nubas ſecundùm, & Apoſtolum (ſi tamen vel hoc curas) qualis es id matrimonium poſtulans, quod eis à quibus poſtulas, non licet habere, ab Epiſcopo monogamo, à Presbyteris, & Diaconis eiuſdem Sacramenti, à viduis quartum ſectam recuſaſti.*

Tertul. circa fin. libri to. 2.

Matrimonij Chriſtiani felicitas.

I dè circa medium, & fin.

Greg. Naz. tom. 2.

Gregorius Nazianzenus ep. 57. ad Anyſium: *Sentio quod crimen mihi obijcias, etiamſi id reticeas. Nuptias celebramus, forſan dixeris, idq; aurea, tuaq; Olympiadis, ac grex Epiſcoporum aderat, tu verò aberas vir egregie, vel dedignatus, vel grauatus.* Hæc ille, oſtendens, Epiſcopos ſolitos adeſſe in conciliandis matrimonijs: coniungium ergo pro re ſacra habebant.

B. Amb 10 5. circa finem.

Adhæc Ambroſius in hæc verba ad Epheſ. *Myſterij Sacramentum grande in vnitate viri, ac fœminæ eſſe ſignificat. Nec hoc prodit, ſed aliam cauſam, quæ non diſcordet à memorato myſterio, flagitat, quam ſcit ad profectum humani generis pertinere, hoc eſt Eccleſiæ & Saluatoris, vt ſicut relictis parentibus homo vxori ſuæ adhæret, ita & relicto omni errore, Eccleſia adhæreat, & ſubijciatur capiti ſuo, quod eſt Chriſtus.* Hæc ille docens, coniugium duo myſteria repræſentare. Idem etiam epiſtol. 70. ad Vigilium Tridentinum de eadem re edifferit.

Idem tom. 2.

Auguſt. o 24 inatio tom 6. prope finem.

Auguſtinus etiam lib. de Bono coniugali: *Bonum nuptiarum per omnes gẽtes, inquit, atque omnes homines in cauſa generandi eſt, & in fide caſtitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in ſanctitate Sacramenti, per quam nefas eſt etiam repudio diſcedentem alteri nubere, dum vir eius viuit, nec ſaltem ipſa cauſa pariendi. Quæ cùm ſola ſit, qua nuptiæ fiunt, nec ea re non ſubſequente, propter quam fiunt, ſoluitur vinculum nuptiale niſi coniugis morte. Quemadmodum ſi fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamſi plebis congregatio non ſubſequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum ordinationis.* Sic Auguſtinus cõparans matrimonium cum Sacramento ordinatio.

Matrimoniũ cum ordinatione confert Auguſtinus.

Idem tom 7. circa med.

Idem libro 1. de Nuptijs, & Concup. in principio: *Non tantùm fœcunditas, cuius fructus in prole eſt, nec tantùm pudicitia, cuius vinculum eſt fides, verumetiam quoddam Sacramẽtum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiã: huius proculdubio Sacramenti res eſt, vt mas, & fœmina connubio copulati, quandiu viuũt, inſeparabiliter perſeuerent, nec liceat excepta cauſa*

Coloſſ 3.

fornica-

Math 19.

fornicationis, à coniuge cōiugem dirimi. Ita inter viuentes manet quoddam vinculum coniugale quod nec ſeparatio, nec cum altero viro copulatio poſſit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum fœderis, ſicut apoſtata anima velut de coniugio Chriſti recedens etiam fide perdita, Sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Hæc ille comparans Baptiſmi Sacramentum cum Sacramento Matrimonij. Libro item de Fide & operibus cap. 7. ait, Sacramentum coniugij omnibus Gentibus commune eſſe: ſanctitatem verò Sacramēti tantùm eſſe in ciuitate Dei noſtri. Per quam diſtinctionem Auguſtinus oſtendit, coniugium verè eſſe Sacramentum Eccleſiæ.

B Aug tom. 4 ſub init.

D.Cyril c.22 tom. 1.

Adhæc Cyrillus libr. 2. in Ioannem: *Oportebat certè quoniam totam naturam hominis ad melius reſtaurabat, non ſolùm nati iam hominibus benedicere, verum etiam naſcituris gratiam præparare, & aditum illorum ad hanc vitam autoritate miraculi, & præſentia ſua ſanctum efficere. Quomodo igitur aliter hæc depellenda maledictio erat, ne condemnata nuptiarum ſanctimonia videretur, quàm Saluatoris præſentia.*

Boetius.

Adde Boetium lib. 2. de Conſolatione, Carm. 8.

Hic & coniugium ſacrum caſtis nectit amoribus.

B. Illefonſus.

Et B. Illefonſus hæreſi 90. in prædeſtinatos agens: *Si malæ ſunt*, inquit, *nuptiæ, emendate Eccleſiæ regulam damnate qui in toto orbe ſunt Sacerdotes, nuptiarum initia benedicentes, & in Dei myſterijs ſociantes.*

Fauſtus Fauſtin.

Fauſtus lib. 1. de libero arbitrio cap. 2. in fine: *Non in querelam vocatur nuptialis gratia, ſed obſcœnæ paſſionis iniuria.*

Fulg. epiſt 3. inter med. & princ.

Fulgentius quoq; Epiſcopus in epiſtola ad Probam: *Scimus nuptias non eſſe peccatum, ſed Dei opus, & Dei donum, quas ipſe Dominus connexuit fidei vinculo, gratificauit benedictionis dono, multiplicauit propagationis augmento.* Hæc ille, tribuens huic Scramento gratiam.

Altercatio Synagogæ.

Item liber inſcriptus, Altercatio Eccleſiæ cum Synagoga, qui creditur tempore Caroli Magni ſcriptus, ſub finem ait: *Ex omnibus Sacramentis, quæ ad remedium hominis inſtituta ſunt, coniugium hominis ante peccati Sacramentum legitur inſtitutum.*

B Bernar. ſub initium ſermonis.

Bernardus quoque ſermone 66. ſuper Cantica, agens in hæreticos ſui temporis, qui ſolùm inter virgines matrimoniū contrahi poſſe fatebantur, & non inter alios, reſpondet: *Quid in hac diſtinctione rationis afferre poſſint, non video: niſi quod pro libito quinq; ſua Sacramenta Eccleſiæ tanquam matris viſcera dente vipereo certatim inter ſe dilacerare contendunt.*

Idem.

Et in vita Malachiæ Epiſcopi tradit hunc Malachiam confeſſionis vſum ſaluberrimum, Sacramentum Confirmationis, contractus coniugiorum (quæ omnia aut ignorabant, aut negligebant) in Hyberria denuò inſtituiſſe.

Eadem Romanorū autoritate Pontificum veritas confirmatur.

His adiungi poſſunt ſententiæ quorundam veterum Pontificum: quos inter Euariſtus in epiſtola ad Africanos multa de ſanctitate matrimonij, & conciliatione per Sacerdotes, ediſſerit: ad quam epiſtolam conſulendam lectorem mittimus. Innocētius quoque. Primus epiſtol. 1. ad Probum: *Qua de re domine fili meritò illuſtris, ſtatuimus fide Catholica ſuffragante, aliud eſſe coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuentumq; ſecundæ mulieris priori ſuperſtite nullo pacto poſſe eſſe legitimum.* Lege quoque Siricium epiſtol. 1. de gratia matrimonij ad Himerum Tarraconenſem, cap. 4. & Nicolaum Primum ad conſulta Vulgarorum. Adde Leonem I. epiſtol. 92. ad Ruſticum Narbonenſem cap. 4. vbi habet: *Cum ſocietas nuptiarum ita ab initio cōſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum, dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium.* Adde Lucium III. in capit ad Abulendam, in princ. de hæreticis: *Vniuerſos*, inquit, *qui de Sacramento corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de Baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio, vel reliquis Eccleſiaſticis Sacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat, &c. vinculo perpetui anathematis innodamus.* Vt interim miſſa faciamus quæ Innocentius III. multis in locis de hoc Sacramento docet, & Martinus V. in bulla Concilij Conſtantien. in cuius Concilij ſeſſ. 15. damnatur articulus octauus Ioan. Hus: *Sacerdotes*, inquit, *male ſentiunt, & infideliter de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ.* Florentinum quoque Concilium in vnione Armenorum, Matrimonium inter alia ſeptem Sacramenta enumerat, & Tridentinum ſeſſ. 6. & ſeſſ. 24. can. 1. anathematis mucrone percutit negantes matrimonij Sacramentum.

Innocen I.

Siricius Pontifex.

Leo I.

Lucius III in Tertio.

Innoc. III. Martin. V.

Conc. Floren.

Tridē Synod.

Hæreticorū vt probent matrimoniū non eſſe Sacramentum, argumenta ſoluuntur. I. Argum.

Iam paucis, his quæ ab hæreticis objiciuntur, reſpōdeamus. Primò aiunt, Dionyſium huius Sacramēti in libro de Eccleſiaſtica hierarchia non meminiſſe. Reſponſio eſt in promptu: Texebat ille Eccleſiaſticā hierarchiam: hoc eſt regnum Chriſti Eccleſiaſticum, vel Rempublicam, in qua nihil habent coniugati, ſed tantùm dicuntur ſancta plebs. Vnde non debuit eius meminiſſe Sacramēti, quod citra Sacerdotum operam plerumq; fuit conciliatum, & tranſactum, nec ad peccatum imputatum. Quòd ſi hæc ratio valida eſt, probaret etiam, extremam

Vnctio-

Digitized by Google

Vnctionem Sacramentum non eſſe, quoniam eius nullibi meminit.

II. argum.

Secundò obijciunt, in matrimonio interuenire pecuniam, dotem, arrhas, &c. Sed ea ad matrimonij onera ſuſtinenda dãtur, non autem pro ipſo Sacramento, vel gratia: nam maritus ex dote accepta vxorem nutrit, & veſtit, & de neceſſarijs omnibus illi proſpicit. Sacerdoti quoque celebranti datur pecunia non pro Sacramento, & gratia ipſius, ſed vt habeat vnde ſuſtentetur. Tertiò, Sacramenta noui Teſtamenti communia ſunt tantum fidelibus; at matrimonium inter infideles etiam eſt, & dicitur eſſe Sacramentum ab Auguſtino, & Innocentio III. cap. Gaudemus, de diuortijs, & alijs: non eſt igitur nouæ legis Sacramentum. Reſpondemus, matrimonium infidelium etiam dici Sacramentum, & à Deo inſtitutum in officium naturæ, nempè ad prolis propagationem, ob quam dictum eſt: *Creſcite, & multiplicamini*; & ad mutuum iuuamen, de quo, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*: & etiam ad perpetuam cohabitationem. Nam ob has cauſas, ſicut ſcriptum eſt: *Maſculum, & fœminam creauit eos*: quod de quouis maſculo, & quauis fœmina, etiam infideli, eſt intelligendum: nam & infideles creauit Deus.

Geneſ. 1. Infrà 2. Suprà 1.

Infidelium matrimoniũ quatenus ſacramentum.

Ad rem igitur propoſiti argumenti reſpõdemus, inter infideles eſſe quidem matrimonium, Sacramentum, ſed æquiuocè, & alia ratione, quàm nouæ legis Sacramẽta. Nam hæc conferunt ex opere operato. & vnionem Chriſti cũ Eccleſia ſignificant: quod infidelium matrimonium nõ habet, ſed ſacramentum, id eſt, inſolubilitatem habet, etiamſi ſuo vitio infideles repudijs vterentur. Et hæc ſint ſatis ad huius controuerſiæ expeditionem. Nõ ignoro, multa de huius Sacramenti materia, & forma, & miniſtro à Theologis Scholaſticis tractari: ſed mihi viſum non eſt de his quæ ſubtiliora ſunt, & minus neceſſaria, hoc loco pertractare.

DISPVTATIO XIV. ac poſtrema.

In illa Apoſtoli verba, Cap. 16. *Filij, obedite parentibus veſtris, in Domino, hoc enim iuſtum eſt. Honora patrẽ tuum, & matrem tuã quod eſt mandatum primum in promiſſione) vt benè ſit, &c.* in finem vſque cap.

Huiuscapitis argumentũ.

PERSEQVITVR Apoſtolus in hoc capitulo reliquias duas ſubiectionis ſpecies, & filiorum ad parentes, & ſeruorum ad dominos ſuos. Poſtcà generali quadam adhortatione Epheſios tanquàm perfectos Chriſti milites panoplia armat, ad hoc vt cum capitaliſſimis, & infeſiſſimis hoſtibus congrediantur. In hac ergo ſecunda ſubiectione filiorum ad parẽtes parua dubia occurrunt. Primùm dubitatur, cur Exod. 20. præceptum de viro & vxore ſit omiſſum, & tantùm de parentibus, & filijs honorandis traditum. Deinde quid eſt obedire parentibus in Domino: quorſum enim ait eſſe mandatum primum in promiſſione, cùm ſit quartum. In primo etiam dicitur: *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.* Adhæc quomodo prouocant parentes filios ſuos ad iracundiam. Denique de qua vita promiſſa ſit ſermo, de præſenti, an de futura? Secundò, dubitatur in ſeruorum ſubiectione, quare hortatur vt ſerui obedientiam præſtent dominis carnalibus: quis enim de eo dubitare poſſet? Et cur ſeruitium cum timore, & tremore exigit? Rurſus quid eſt ad oculum ſeruire, & non, vt ſerui Chriſti, & quomodo debeant minæ remitti ſeruis peccãtibus, & quid illis verbis ſignificetur: *Quodcunq; fecerit, bonum, hoc recipiet à Domino*: nunquid idem enim quod præſtitit, recipiet, vt alij ei, quaſi domino ſeruiãt. Tertiò, dubitatur in illis verbis: Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, & reliqua vſque ad illud: *Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei*: in quibus verbis multa inuoluuntur dubia, quò ſcilicet tendat Apoſtolus; quare induenda ſint arma Dei; cur dicat, *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem*; cùm tamen ad Galat. 5. ſcribat: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; Spiritus autem aduerſus carnem.* Denique ſingula arma peculiariter explicãda veniũt. Quartò in verbis illis; Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu, &c. dubitatur, quorſum de oratione diſſerat Apoſtolus; & quid ſit ſermo, quẽ petit ſibi dari in apertione oris. Quintò in eo: *Vt autem & vos ſciatis, quæ circa me ſunt*, & quid agam, dubitatur quorſum ad eos miſerit Tychicum miniſtrum, cùm ad omnia ſatis eſſe poſſet ipſa epiſtola. Poſtremò quid eſt, diligere Dominum Ieſum Chriſtum in incorruptionem.

I. dubium. Exod. 20. Ibidem. II. dubium. III. dubium. Galat. 5. IV. dubium. V. dubium. VI. dubium.

Sed iam ad primum dubium reſponde-

Ad primã dubitationem. Cur in Exodo Deus tantũ de honore parentum, nil autem de muliere viro ſubijcienda mandauerit. *Exod.20.*

mus. In Decalogo nihil eſſe de ſubiectione vxoris ad virum ſcriptum, ſicut de honore à filijs præſtando parentibus. Putant quidam id fortè in cauſa fuiſſe, quia non debuit ſanctificari matrimonium ante Chriſti aduentum, quia adulterio, cõcubinatu, vxorum multitudine, ac diuortio, & alijs laſciuiendi licentijs fœdatum erat, & conculcatum. Nam hæc dilectionis mutuæ regula quæ hic imperatur, nonniſi ad exemplum Chriſti, & Eccleſiæ exigitur: at iſtud myſterium Chriſti, & Eccleſiæ nondum detectum erat, & ita non poterat eſſe tanti Sacramenti verum ſignum. Quare vxoris ſubiectio ad virum tantùm debuit præcipi parentibus primis, & Euangelij profeſſoribus.

Legis antiquæ defect⁹, & noua perfectio.

Meritò ergo illa lex potuit dici diminuta, & tale poterat in ea deſiderari præceptum: ſed impletur lex vetus per nouam Chriſti legem.

Obedire in Domino quid ſit.

Obedire autem in Domino, nihil aliud eſt quàm obedire quaten⁹ Dominus, & lex Euangelica permittunt, & in nulla re pietati contraria obedire. Nam vbi parentes contrarium Chriſto præcipiunt, obediendum eſt Deo magis, quàm hominibus. Alibi quoq; ait de muliere, vt cui vult, nubat, tantùm in Domino: id eſt, quomodo lex Christiana docet eſſe nubẽdum; & alio loco dicitur: *Beati mortui qui in Domino moriuntur*; id eſt, qui more Chriſtiano præparati, & precibus, & Sacramentis muniti mori ſolent. Quæ locutiones obſeruandæ ſunt, vt ſimiles locos illuſtrent.

Actor 5. *1.Cor.7.*

Quid nubere in Domino, & mori item in Domino.

Filij quomodo debeant parentibus obedire.

Porrò præceptum de honorandis parentibus ad literam obſeruãdum eſt, amorem, obediẽtiam, & reuerentiam illis prçſtando: ad ſubuentionem verò extendi intelligitur, ſi ſcilicet parentes indigeant, & filij alere eos queant.

Præceptum parentibus obediendi, vt eſt primũ in promiſſione, ſi quartum. *Exod.20.*

Vocat primum mandatum, non ſimpliciter, ſed in promiſſione, ſi naturam propoſitionis, *In*, explices cum promiſſione. In quarto enim præcepto apponitur promiſſio: vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. At quod in primo præcepto primæ tabulæ, dicit, Deum retribuere poſteris, & facere miſericordiam in millia, nõ eſt promiſſio, ſed prophetia, quæ non eſt propter vnius alicuius mandati obſeruantiam, ſed in genere. Ait enim: *His qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.* Quod verò poſteà fuerint adiũctæ benedictiones obſeruatoribus legis Deutero. 27. non obſtat: quia in hoc de honorandis parentibus præcepto confeſtim adiuncta fuit promiſſio in ipſa promulgatione Decalogi.

II. ſolutio.

Secundò dici poteſt, primum vocari mandatum à Paulo, ex his videlicet quæ ad proximos, vel ad ſecundam tabulam ſpectant. ¶ Adijcitur autem promiſſio quarto præcepto, & non cæteris ſequentibus: quia in reliquis operationes malas prohibet, in quarto verò bonam præcipit, quæ ſita eſt in honorãdis parentibus, vt annotauit Oecumenius.

Soli de honore parentum mandato, nõ reliquis, cur ad iũcta promiſſio.

Et nomen parẽtum in Scripturis ad omnes quoquo modo maiores, & ſuperiores, qui & patres, & matres dicuntur, extẽditur, ſiue ſint ſpirituales, vt Epiſcopi, & ſacerdotes; ſiue temporales, vt Reges, & magiſtratus: quibus omnibus honor amoris reuerentiæ, & obedientiæ, atque ſubiectionis etiam temporalis reddendus eſt.

Expenditur non dictum: Et vos patres diligite filios veſtros, ſed, Nolite ad iracũdiam prouocare filios veſtros.

Ad illud de non prouocandis ad iracundiam filijs ſuis à parentibus, reſpondemus, Apoſtolum non dixiſſe, *Parentes diligite filios veſtros*, ſed, *Nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros*: quia illud primum natura ab ipſis parentibus, vel inuitis exculpit. Eſt autem prouocare ad iracundiam, quando cum eis nõ agunt ea quæ decet moderatione, vel cum ſe eis duros, vel inexorabiles præſtant, aut cùm ſeruorum officia eis imperant, aut quando grauiùs quàm par ſit, puniunt, & inde animi abalienationem, & iræ vindictam, & odium concipiunt contra parentes. Sed ſicut nimia parentum in filios indulgentia improbatur, & fomentum ſolet eſſe peccandi; ita etiam nimia ſeueritas & duritia hoc loco interdicitur. Legimus enim, & Heli ſacerdotem peccantibus filijs in auertendis hominibus à ſacrificio indulgentẽ reprehenſum fuiſſe, & Saulis in Ionatham filium nequaquàm toleratam nimiam aſperitatem.

1.Reg 2. *Infra 14.*

Lõgæua quęnam vita morigeris filijs promiſſa. *1.Tim.4.*

Ad id, quod vltimò obijciebatur de promiſſione vitæ lõgæuæ ſuper terram, dicendum eſt, non tãtum carnaliter, ſed magis ſpiritualiter de terra cœleſti, quæ eſt Chriſtus, accipi oportere, vt alibi declarauit Apoſtolus, dicens, huic præcepto appoſitam promiſſionem non tantum vitę, quę nunc eſt, ſed etiam futurę. Sed vitæ pręſentis promiſſio ex Moſe eſt, qui conſiderauit filios pueros eſſe, & vitæ quam nondũ ſunt experti, cupidos; futuræ verò cœleſtis ex Chriſto, qui dixit: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata*: in quo non tam temporalis, ſed æternę vitę deſiderium tanquàm viris perfectis eſt inſitum.

Matth.19.

Vnde hãc autores externi hauſerint de filiorum obediennum remuneratione doctrinam.

Hanc verò mercedem morigeris filijs, & parentes honorantibus exhibitam, Scriptores ethnici, aut Poetæ non ignorarunt: quia aut ex Scripturis noſtris illam hauſerunt: aut rei conuenientiã ſuo iudicio, & ratione inueſtigantes comprobarunt.

Secundæ ſolutio quæſtionis.

Ad ſecundam dubitationem de ſeruorum ſubiectione, cur exhortetur ſeruos ad

obſe-

Quid opus fuerit ſeruorum ad ſuis dominis obediendum hortatu.

obſequium præſtandum carnalibus dominis, quod eſt dilucidum & perſpectum omnibus, reſpondet Hieronymus: quia iam Apoſtolorum tempore non deerant, qui libertatis Chriſtianæ prætextu, ſeruitutẽ à Chriſtianis hominibus infidelibus reddẽdam eſſe negarent: ob quam cauſſam Oneſimum ad Philemonem remiſit: & vbique docet ſeruos fideliter dominis ſuis carnalibus ſiue temporalibus ſeruire: & Petrus hortatur, vt dominis carnalibus, etiam dyſcolis ſe præſtent morigeros. Hinc Diataxis Apoſtolica cap. 49. permittit Chriſtianis emere mancipiolum, vt aſſueſcendo vitæ Chriſtianæ, fidem dominorum ſuorum accipiat, & anima eius lucrifiat. Sicut etiam Apoſtolus permittit mulierem fidelem habitare cum infideli viro, vt eum lucretur, & filij eius conſuetudine, & vſu matrisfamilias fideles ſancti fiant.

Coloſſ. 3. *1. Pet. 2.* *1. Cor. 7.*

Cum timore quid, & tremore obedire: quatenus obediẽdum, quid in ſimplicitate cordis obedire. *Coloſſ. 3.*

In timore verò, & tremore obedire, nihil eſt aliud, quàm iuſſa, & imperia dominorum cum magna ſollicitudine implere: & quod probabilius eſt, & explicauit Paulus Coloſſ. 3. *Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum.* Nam in die iudicij hoc Dominus à vobis requiret, ſi non præſtiteritis. Et intellige iuſſa, in quibus nihil ſit contra pietatem. Vult etiam in ſimplicitate cordis, hoc eſt non ſubdolo animo, & ficto.

Ad oculũ ſeruire quid.

Ad oculum verò ſeruire, quod vnica voce Græca exprimitur, ὀφθαλμοδουλείαν, id eſt, oculare ſeruitium, tanquàm hominibus puris tantùm placentes, non Deo, vt ſunt qui tantùm in præſentia promptos ac morigeros ſe dominis ſuis præſtant, in abſentia verò ceſſant, dormiunt, contemnunt.

Cõtra Lutheranos, Chriſtianos negãtes debere maioribus obedire: in ſuper & bonorum operum nullã eſſe mercedem in cœlis.

Sed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo. Quòd ſi ſerui exequi debent imperia dominorum ethnicorum ſecundùm Apoſtolum, & in hoc faciunt voluntatem Dei; quantò magis Chriſtiani obtemperãtes Epiſcopis ſuis, & ipſorum leges, ac decreta perficientes? quod in hæreticos noſtri ſeculi notandum eſt. Et illud quod ſubdit: *Scientes quoniam vnuſquiſq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino*, eos petit, & iugulat, qui dogmatizant, in cœlis non reddi mercedem pro benefactis. ¶ Sed põdera verbum: *Hoc recipiet, quòd fecerit:* non quidem ipſum bonum, quod præſtitit, ſed præmium eius. Eſt enim boni operis merces quodammodò in ipſo meritò abſcondita, ſicut in ſemine iacto eſt triticum virtute, vt alio loco dixit: *Qui parcè ſeminat, parcè & metet.* ¶ Et quod ait: *Et vos domini eadem facite illis*, non intelligas quaſi eadem obſequia ſeruo ſuo dominus pendere debeat; ſed vt pro cõditione ſtatus debet ſimpliciter, & animo beneuolo ſeruus quę debet ſeruitia præſtare; ita humanitas exigit, vt dominus ad Chriſtũ reſpiciens ad ſeruũ, verbis & factis tanquàm fratrem tractet in cibo, veſtitu, & diſciplina, id eſt, vtili caſtigatione, vel inſtructione, vt poſſit operari non ex timore ſeruitutis, ſed ex animo, quare & à frequentibus cõtumelijs, ac verberib', & minis cauere debet. Quòd ſi quas fecerit minas, etiã iureiurando per iracundiã intentatas; remittat, & non exequatur. Non enim quod in turbato animo ſecum interminatur, ſtatim executioni eſt mandãdum: multa ſiquidem animo conturbato, & ideo vulnerato conſonant, quæ iam placato, & quieto diſſentiunt.

1. Cor. 9. *Galat. 6.*

Domini vt debeant eadẽ facere ſeruis officia.

Serui à dominis quã benignè tractádi.

Qualis cęleſtis Dominus Chriſt', quales verò terreni atque mundani.

Addit: *Scientes, quia & illorum, & veſter Dominus.* Quod verbum eſt magni ponderis, atſi apud aliquos ſit leuiſſimi momenti. Vnus eſt omnium Dominus in cœlis, cui reddenda eſt omnium ratio, & apud quem non eſt acceptio perſonarum. Hoc eſt: Dominus ille cęleſtis, non eſt vt reliqui principes terræ, apud quos magis reputantur domini, quàm ſerui; ſecùs apud Chriſtum, cuius Spiritum hauriẽs Eccleſia, vitalem ſeruum agricolæ domino ſuo prætulit.

Solutio tertiæ quæſtionis. De exhortatione ad induendã Dei armaturam adhibita.

Ad tertiam dubitationem de exhortatione ad induenda arma Chriſtiano viro digna, quò ſcilicet tendat Apoſtolus per hanc exhortationem. Et breuiter reſpondemus, quòd poſt peculiares parænesſes diuerſis hominibus congruentes, vnam ſubdit generalem, qua monet nos, vt veluti boni, & ſtrenui milites ad decertandum inſtructi, panoplia muniti accedamus. Ait ergo: *De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.* Particula illa, De cætero, quæ Græcè dicitur τὸ λοιπὸν, ſeruire ſolet clauſulę, & fini epiſtolarum, vt ad Galat. 6. De cætero nemo mihi moleſtus ſit, & 2. Corinth. vlt. De cætero fratres gaudete: ad Philip. vlt. De cætero fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, & c. 1. Theſſ. 4. De cætero ergo fratres, rogamus vos. 2. Theſſ. 3. De cætero fratres, orate pro nobis. Poteſt autem vox Græca interpretari: Quod reliquum eſt, vel; Vt aliquando finiam.

Dictionis de cætero, vſus apud Apoſtolum. *Galat. 6.* *2. Cor. 13.* *Philip. 4.* *1. Theſſ. 4.*

Quid illud: Confortamini in Domino: quænam armatura Dei, quæ itẽ potẽtia virtutis Apoſtolo. *B. Ambr. in 5. ſub fin.*

Aitque: *Confortamini in Domino*, hoc eſt, Date operam, vt fortes reddamini in Domino, & in potentia virtutis eius: quoniam nullæ ſunt vires ex vobis, niſi illas Deus ſuppeditet. Vocat armaturam Dei, Græcè πανοπλίαν, id eſt, non aliquod tali genus, ſed arma omnia neceſſaria. Ambroſius

Vertit, vniuerſitatem armorum: quoniam neceſſaria omnia ſunt ad victoriam. Potẽtiam virtutis vocat Dei auxilium, in quo nos ſperare debemus, quò concipiamut victoriæ fiduciam, quam ipſe donat. Et ſunt virtutes cœlitùs venientes. ¶ Poſſumus etiam panopliam Dei, id eſt totam armaturam; hoc eſt Spiritum ſanctum intelligere, vt Athanaſius quæſt. 145. ad Antiochũ interpretatur: & non eſt nobis bellum aduerſus homines, ſed aduerſus principatus; vel, armaturam Dei, arma, quibus Dominus noſter vſus eſt in pugna ſua contra dæmonem: quæ fuerunt oratio, ieiunium, ſolitudo, verbum Dei, patientia, charitas, & veritas, in qua ſemper perſtitit.

Armatura Dei qualis Athanaſio.

B. Atha. to 3.

Vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Id eſt illi reſiſtere, ſicut Petrus dixit: *Cui reſiſtite fortes in fide.* Mirum eſt enim, imbecillem homunculum non cedere incredibili dæmonis fortitudini, aut verſutijs hoſtis callidiſſimi, quas Græci μεθοδείας vocant, id eſt, dolos, fraudes, machinationes, & inſultus ex inſidijs eius, cui nomina mille, Mille nocendi artes, per quas Simonem, & Gnoſticos, & alios hæreticos occultè ſuggerit, quique bellum cum hoſte gerit non ſimpliciter, & apertè, ſed cum multis inſidijs, & ex abrupto adoritur. Vnde Eccleſia peculiariter orat: *Ab inſidijs diaboli libera nos Domine.* Et iterum: *Viſita quæſumus Domine habitationẽ iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea lõgè repelle: & Angeli tui ſancti habitẽt in ea.* Et adhortatur ad capeſſenda arma Dei, vt fingit Poëta de Æneæ armis. Et ne quiſquã confictum putet, diabolum nobis inſidiari, ſubdit: *Non eſt nobis colluctatio* (vel lucta) *aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, &c.* Quo in loco rectè admonet Theodoritus: Optimum, inquit, Imperatorem imitatus eſt diuinus Apoſtolus, qui volens ab exercitu ſegnitiem, & torporem excutere, exponit virtutem hoſtium. ¶ Quod verò ait, *Non eſt nobis colluctatio cum carne, & ſanguine*, dubium eſſe videtur: quia dũ viuimus, cum carne, & ſanguine luctamur. Sed hic nodus plures habet ſenſus, quibus diſſoluitur. Primus eſt, vt ſit ſermo de perfectioribus, qui domita carne, & affectibus iræ, & concupiſcentiæ ſuperatis, adhuc ſupereſt, vt diabolicis inſidijs reſiſtãt. Caro enim & ſanguis hoſtes imbecilliores denotat, non ſolum quia illa duo fragilia ſunt, & defectui obnoxia, quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri; ſed etiam quia in Baptiſmo imminuta eſt vis cõcupiſcentiæ, quia peccatum ampliùs nobis non dominatur: & ſi qui motus carnis inſurgunt, facilè reprimuntur, & alliduntur ad petram. Dęmonis autem pugna tantò grauior, & maior ſurgit contra nos, quantò ſanctiores, & caſtitatis ſumus obſeruantiores.

Stare aduerſus inſidias diaboli, quid ſit.

1. Pet. 2.

Diabolicarũ inſidiarũ adminiſtri antiqui, & noui.

Theodor. p. 2.

Prima huius quæſtionis ſolutio: Si nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, vnde mutua illa ſecundũ Apoſtolum carnis & Spiritus concupiſcentia?

Galat. 5.

Eſai. 40.

Rom. 6.

Alter ſenſus eſt: Non eſt nobis pugna in carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, &cæt. quaſi diceret, Hæc quæ nobis cum dæmonibus committitur pugna, grauiſſima eſt, & extremis periculis expoſita, vt intelligamus quaſi non eſſe, quod præ alio modicum habet eſſe. In quo ſenſu ſupplent quidam particulam, Tanquàm, aut ſolummodò. Vt ſignificet, Non eſt nobis lucta tantùm cum carne, & ſanguine, ſed præcipuè cum dæmonibus: quod & quibuſdam exemplis illuſtratur. Ait enim Dominus, *Infirmitas hæc non eſt ad mortem,* ſcilicet tantùm, ſed pro gloria Dei. Item illud; *Non volentis, neq; currentis;* (intellige ſolummodò) *ſed miſerentis eſt Dei.* Et alibi: *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum* (id eſt non ſolũ) *ſed in virtute Dei.* Simile eſt illud: *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me,* vt in ea videlicet ſiſtam, vt perficiam opera mea per reſurrectionẽ à mortuis. Addit: *Non moriar;* id eſt, Non permanebo in morte: ideo ſubdit: *Sed viuam.*

II. Solutio.

Qualis hæc phraſis, quibuſdã: Nõ eſt (id eſt nõ ſolùm eſt) nobis colluctatio aduerſus carnem, &c.

Rom. 9.

1. Cor. 2.

Nec eſt obiectio magni momenti, ſi quis opponat, dicendum fuiſſe cum copula, Et, Sed & aduerſus principes: quia Paulus Grammatices non admodũ rigidus fuit obſeruator, in quam interdum teſte Hieronymo, impingit, & cùm ſæpè more Hebræorum abundet illa copulatiua coniunctio, mirari non debemus, ſi aliquãdo cùm opus ſit, deſit.

Quare non dixerit Apoſtolus: Sed & vel etiam aduerſus principes, &c. benè autẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates.

Non ergo luctamur in carnem, & ſanguinem, ſed in illis, in quibus vt in luſtro quodam delitеſcit diabolus: & qui mortificat carnem, proſternit quoq; in ea dæmonem latitantem, ſicut Anſelmus inſinuat in illa verba Apoſtoli: *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ: ſic pugno, non quaſi aërem verberãs, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Caſtigato enim, & ſeruituti ſubiecto corpore, dæmonem illi confœderatum ferio, & expello.

Caro, & ſanguis luſtrum ſunt dæmonis, in quo & vincit, & vincitur.

B. Anſel. to. 2

1. Cor. 9.

Et eſt tertius ſenſus, qui mihi cæteris magis placet, vt per carnem, & ſanguinem intelligam vel puros homines, vel homines peruerſos, & hæreticos, qui ſerũt falſa dogmata, & ad vitia carnis, vel etiam ſpiritus, quæ deteriora ſunt, oſtium aperiunt. Nec hic ſenſus à priori differt; niſi quòd ibi per carnem, & ſanguinem intelligimus carnalem tentationem; hic verò homines ſeditioſos, hæreſeon autores; in quos cùm pugnamus,

III. Solutio lõgè præſtantior.

In quo illa differat à

gnamus, non debemus putare rem eſſe nobis cum hominibus eorum corda habitantibus, & per illorum ora loquentibus. Nam nomine carnis, & ſanguinis homo purus, vel homo Dei donis deſtitutus venire ſolet, vt ſuperiori capite diſputatum reliquimus. Cùm enim Dominus dixit Petro: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi*, homines carnales accepit, & Paulus Hebr. 2. *Quia ergo pueri communicauerunt carni, & ſanguini*, & Galat. 1. *Continuò non acquieui carni & ſanguini*, hoc eſt hominibus Iudæis, & cognatis meis ſecundùm carnem, ſed abij ad anteceſſores meos Apoſtolos; non intelligit niſi homines Iudæos, qui obſtrepebant, & ſe illi opponebant, & aduerſabantur: ita hoc loco per carnem & ſanguinem eoſdem accipit, qui ex Iudæis erant, vt Simon, Menander, Gnoſtici & ſimiles, cum quibus quotidiana certamina Apoſtolus ſemper habebat.

Matth. 16.
Hebr. 2.
Galat. 1.
Cuinam carni, & ſanguini, vt ipſe ait, Apoſtolus non acquieuerit.

Hæc eſt expoſitio beati Auguſtini ſermone de verbis Domini 8. *Non eſt nobis*, inquit, *colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, id eſt, aduerſus homines; quos videtis ſauire in vos. Vaſa ſunt, alius vtitur. Organa ſunt, alius tangit. Immiſit ſe, inquit, diabolus, in cor Iuda, vt traderet Dominum. Ait aliquis: Quid ergo ego feci? Audi Apoſtolum: Neque detis locum diabolo. Tu mala voluntate locum dediſti: intrauit, poſſedit, vtitur. Si locum non dares, non poſſideret. Ergo nos admonens, ait: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Poteſtates. Poſſit quiſque putare aduerſus Reges terræ, aduerſus poteſtates ſeculi. Quare? Ipſi non caro, & ſanguis? Semel dictum eſt, Non aduerſus carnem, & ſanguinem. Auertere ab omni homine. Qui ergo reſtant inimici? Aduerſus principes, & poteſtates ſpiritualis nequitiæ, rectores mundi. Quaſi plus dedit diabolo, & Angelis eius. Plus dedit, rectores mundi appellauit. Sed ne malè intelligas, exponit quid ſit mundus, cuius ſunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid eſt mundi? tenebrarum harum. Quibus eſt rector? Dilectoribus ſuis, & infidelibus, quibus plenus eſt mundus. Hos appellat Apoſtolus tenebras.* Hæc magnus Auguſtinus.

D. Aug. to. 10. in prinç.
Ioan. 13.
Epheſ. 4.
Dæmones cuius ſint mundi rectores tenebrarum harum Auguſtino.

Quomodo verò Apoſtolus indicat bellum Galatis aduerſus carnem, & ſanguinem, cùm ait: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; ſpiritus autem aduerſus carnem*, hic verò indicat bellum non aduerſus illa duo, ſed aduerſus principes, & poteſtates, & rectores mundi huius: rectè ſatisfacit Beatus Anſelmus tomo 2. cuius verba hæc ſunt: *Galatis minus perfectis indixit aliud bellum, quod eſt aduerſus carnem, & ſanguinem, id eſt, aduerſus homines, qui nos perſequi videntur, ſed aduerſus malignos ſpiritus, qui eorum mentibus principantur, & per eos nos perſequuntur. Et quia ſic eſt, debemus homines diligere, & dæmones cauere. Homines miſericorditer eripere, dæmones viriliter ſuperare. Quomodo enim contra aliquem in prælio conſtitutum de parte aduerſatiua armatus equo ſedens veniat, non equo, ſed equiti iraſcitur, & quantum poteſt, agit, vt equitem percutiat, & equum poſſideat: ſic contra omnes malos homines agendum, & non contra illos, ſed contra illum, qui nos inſtigat, totis viribus laborandum eſt, vt dum diabolus vincitur, infelices quos ille poſſidebat, liberentur.* Hæc ille.

Cur Paulus Galatis cum carne, & ſanguine, Epheſijs verò non cum his, ſed cum aërijs poteſtatibus dicat eſſe luctandum.
Galat. 5.
B. Anſelm.
Hæc nõ contra carnem, & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates colluctatio qualis Anſelmo.

Sed aduerſus principes, & poteſtates. Angelos præuaricatores, qui de cęlo ceciderunt, videtur intelligere, & ex ordine principatuum fuiſſe primum dæmonum, & præfuiſſe terreſtribus, teſtatur B. Damaſcenus lib. 2. cap. 4. Quia verò in malitia ſua diuerſos ordines, & principatus faciũt ad diuerſa facinora, & ſcelera inuitantes; ideo dicuntur principes.

Rectores verò mundi, & Græcè eſt additum, Seculi huius, ob id dictum eſt, quia regunt mundum, hoc eſt mundanos, quos Apoſtolus ſuperiùs tenebras vocauit, cùm dixit: Eratis aliquando tenebræ. Et fortaſſis notatur primus diabolus, qui rector mundi dicitur.

Dæmones cur Rectores mundi ſeculi huius nominentur.
Epheſ. 5.

Et ne quis appellatione mundi cœlum, & terram intelligeret; ſubiunxit, tenebrarum, quos voce efficta, & nunquàm in Scripturis vſitata κοσμοκράτορας vocauit, vt rem nouam nouo exprimeret vocabulo. Et ad verbum ſignificat mundi potentes.

1. Ratio cur dæmones dicantur rectores tenebrarum harum.

Dæmones etiam vocantur Rectores tenebrarum: quia per tenebras, id eſt, ignorantiam, & inconſiderationem regnant: ſicut 2. Corinthior. 4. dicitur: *In quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt, non fulgeat illuminatio Euangelij, &c.* Quemadmodum & Chriſtus lux dicitur, qui regnat per lucem fidei, & ſapientię, quam impertitur.

Altera.
2. Cor 4.
Ioan 8.

Subdit: *Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*, vel vt alij vertunt, contra ſpirituales nequitias. Quibus verbis & naturam, & ingenium dæmonum notauit: naturam quidem, quia vocat ſpiritus, vt rectè ponderauit Beatus Baſilius quodam loco; ingenium verò, quia nequitias, ſiue potiùs verſutias appellat: nam πονηρία Gręcè, pręter malitiam, verſutiam quoque denotat. Vnde ſuperiùs dixit, inſidias, ſiue μεθοδείας. Et addit: *In cœleſtibus.* Videtur ergo in his omnibus arguere primùm de ab arte ipſorum, & fraude; ſecundò à poteſtate, & viribus, quia ſub aſpectum non cadũt, tertio à loco, qui ſunt in aëre hoc caliginoſo: nam indicuntur volucres cœli, & Dauid,

Dæmones cur Paulus ſpirituales nequitias appellauerit.
B. Baſil. ho. 9. quod Deus nõ eſt autor malorum, ſub fin.
Matth. 13.
Pſalm. 146.

uid, *Qui aperit*, inquit, *cœlũ nubibus,&c.* Alibi, *Reſpicite volatilia cœli*, & reliqua. De quo D. Hieronymus hoc loco ait: *Omnium Doctorum opinio eſt, quod aër iſte, qui cœlũ, & terram medius diuidens inane appellatur, plus ſit contrarijs fortitudinibus.*

Hieron.

Beatus autem Chryſoſtomus ſermo. 21. circa medium, verbum, *In cœleſtibus*, aliter interpretatur: In cœleſtibus, ait, ſita eſt pugna. Non de gloria, ſed propter mancipationem certatur. Propterea & irreconciliabiles hic ſunt inimicitiæ. Vehementior eſt contentio, & pugna, quando pro magnis pugnatur: illud enim, in cœleſtibus, idem eſt atq; pro cęleſtibus. Non vt ſpiritus mali ſi vicerint, aliquid rerum cœleſtium conſequantur, ſed vt nos illis ſpolient, ac ſi dixiſſet, qua in re ſita ſit pugnandi conditio. Idem docet Beatus Athanaſius libro Quæſtionum ad Antiochum principem, quæſt. 145. & Theodoritus eum ſecutus ſenſum: *De cœleſtibus*, inquit, *ordinibus contenditur. Prælij nobis præmium proponitur regnum cœlorum.* Et Oecumenius poſt beatum Chryſoſtomum, annotat præpoſitionem ἐν poni pro ὑπὲρ, id eſt, propter cœleſtia, vel de cœleſtibus, vt ſuprà annotauimus in illis verbis: *Ego autem dico, In* (pro de) *Chriſto, & in* (pro de) *Eccleſia.*

Chryſoſt.

Quid luctandum nobis eſſe aduerſus principes & poteſtates in cœleſtibus.

B. Athanaſ. tom. vlt.

Theod par. 2.

Epheſ. 5.

Alter ſenſus Auguſtini, quid ſit, in cœleſtibus.

Auguſtinus verò lib. de Agone Chriſtiano cap. 3. habet idem quod Hieronymus; magis tamen accedit ſententię Gręcorum, etſi idem cum illis non planè ſentiat. Accipit enim præpoſitionem, *In*, propriè hoc modo: vt videlicet nos in cœleſtibus conſtituti, id eſt, in ſpiritualibus Dei præceptis, dimicemus contra ſpiritualia nequitię quæ nos inde conantur abſtrahere.

Sequitur: *Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare:* Propterea, inquit, qui tam vehementes hoſtes habemus, accipite panopliam Dei. Diem malam appellat, vel tentationis ingruentis pręſentem, quę mala dicitur, ob prauas actiones, quæ in illa contingunt; & ob periculorum cõflictum, de quo ſuperiùs dixit: *Quoniã dies mali ſunt:* Vel diem iudicij, vt Hieronymus accipit, vt poſſit calumniãtibus de bono, & animas noſtras repetentibus ſtare omnibus perfecti, vt Græca litera habet; id eſt, cùm perfeceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, & repleti fueritis bonis operibus, quæ ſobriam confidentiam præſtant, poſſitis inquam ſtare. Nam qui benè agit, ad lucem venit, vt manifeſtentur opera eius, qui in Deo ſunt facta. Propheta quoque dixit: *Beatus vir qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, hoc

Reſiſtere in die malo.

Hieronym.

Luc. 17.

Ioan. 3.

Pſalm. 40.

eſt in die iudicij, in quo examinabuntur de operibus miſericordiæ in proximos erogatis. Et his verbis alluſit Paulus ad verba Euangelica: Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis. Poſſet tamen non incommodè de vtraque die interpretari hic locus, quia vtrique conuenit.

Matth. 25. Luc. 21.

Iam ſingulatim explicat arma, dum ait: *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* Quæ ſententia Græcè expreſſius declaratur: State ergo lumbis veſtris circumcinctis balteo per veritatem. Hæc eſt prima panopliæ armatura. Et metaphora ſumpta videtur ab his, qui accingunt ſe operi, vel itineri, vel vt alij probabilius putant, à militibus, qui eam partẽ corporis, id eſt, lumbos, balteo laminis conſerto tegere ſolent in bello: ad quod reſpexit Dominus, cùm dixit: *Sint lũbi veſtri præcincti, & lucernæ, &c.* Et Petrus ad illud Chriſti alludens, dixit: *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, & perfecti ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam.*

Quomodo ſtare debeamus ſuccincti lubos noſtros in veritate.

Luc. 12.

1. Pet. 1.

Ad priorem metaphoram Ambroſius putat Paulum alluſiſſe: *Omnis*, inquit, *qui operari vult, ſuccingit ſe, vt ablato impedimento diligentius operetur.* Qui verò ad textũ Pauli aſpexerit, poſteriorem ſententiam amplexabitur. Balteus enim, cingulum eſt militare, ex quo enſis pendebat: & non magni refert, quod quidam nouus interpres addidit balteum, quæ vox in Græca veritate non eſt: quia reuerà milites non aliter ferè pręcinguntur ad pugnam, quàm balteo. Et ita legimus Pſal. 17. *Et præcinxiſti me virtute ad bellum; & ſupplantaſti inimicos meos ſubtus me.* Et 3. Reg. 20. *Ne glorietur accinctus aquè vt diſcinctus*, id eſt, non perinde glorietur ille qui adhuc accinctus in bello incedit, & pugnat, atque ille qui victoria potitus diſcinctus eſt. Et ſic expediunt hunc locum Chryſoſtomus, & Ambroſius.

Alter ſenſus illorũ verborum: State ergo ſuccincti lumbos, &c.

B. Ambr.

Pſalm. 17.

Chryſoſt. ſer. 22.

Quod verò addit, in veritate, intellige dogmatum fidei, vel in veritate ſanctæ, & caſtæ vitæ citra omnem hypocriſim. Et milites circumcingunt lumbos, & ventrem, vt partes illas teneriores, & magis ictibus expoſitas tutari poſſint. Vos vero lumbos ſpirituales, & ventrem circumcingite per continentiam, qua reprimitur gula, & luxuria: nam in lumbis eſt luxuria, qui audiunt Chriſtum veritatem illam prædicantem: *Sunt Eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.* Sunt ergo ſuccingendi lumbi veritate, vt non accedamus ad ſcortũ, id eſt, ad hæreſim, ſiue mendacium, ſiue hypocriſim.

Lumbi præcingendi nobis cur in veritate.

Matth. 19.

Oecume-

III. ſenſus Oecumenij e.Io.atq; etiā D. Chryſoſtomi.

Oecumenius hoc loco comparat lumbos in homine, carinæ nauis, quæ fundamentum quoddam eſt, & ædificium omne ſuſtinet. Vnde & labore defatigati, appoſitis ibi manibus tāquam ad fundamentum requieſcunt. Noſtrum igitur principium primò conſtringit tanquam animæ vigorem, qui in nobis eſt. Et figuratè lumbos appellat. Porrò veritas ad multa intelligitur. Eſt enim veritas dogmatum, veritas vitæ ſeparatæ ab hypocryſi, veritas ſermonis fraudulentiam, ac dolum abnegantium; veritas cogitationis, quæ nihil habet adulterini, aut fucati dęmonis ſemitis. Hæc OEcumenius. De ſecunda armatura ſubdit: *Induti loricam iuſtitiæ.* Intelligit thoracem, cuius vna pars à pectore ad vmbilicum, altera, quam zonam vocant, ab vmbilico ad genua protendebatur. Eſt igitur thorax, ferrea tunica, quæ maximè pectus, & vitalia membra & humeros defendit. Et iuſtitia, quæ comes eſt veritatis, ſeruit ad excipiendos ictus, & tela diaboli; quia iuſtitia eſt non recedere à mandatis Dei, & Dominus illam habebat, cùm repelleret a ſe dæmonem, dicens: *Non tentabis Dominū Deum tuum.*

Quotuplex veritas.

Quid lorica, ſeu thorax iuſtitiæ.

Matth. 4.

Definitur iuſtitia. Alijs quid thorax iuſtitiæ.

Eſt autem iuſtitia, conſtans, & perpetua voluntas reddendi ſuum cuique: qua vitalia membra ſpiritus noſtri, hoc eſt virtutes tutamur. ¶ Per thoracem iuſtitiæ, ſiue iuſtiam alij intelligunt charitatem, quæ totū hominem armat; & ideò 1. Theſſalo. 5. Apoſtolus loricam fidei, & charitatis dixit, vt exprimat, in illis eſſe noſtram iuſtitiam. Et addidit fidem, quam tamen hic vocat ſcutum. Ita & lorica excipit ictus, vt ſcutum internum, & protegit vitalia, ne penetrentur.

1. Theſſ. 5.

Ocreæ, ſeu calceamenta quę myſticè.

Tertiò thoracem ſequuntur ocreę, quas Græci *κνημῖδας* vocabant, quibus pes ipſe obtegebatur, ſi quis vellet. Homo habeat calceatos pedes, dū ambulat in diebus, quibus agit pœnitentiam, vt peccata ſua deleātur, & ſic putaretur abijcere calceos ad euangelizandum. Nam qui in terra ſancta ſunt, debent extrahere calceamenta pœnitentiæ, quæ filio prodigo reuertenti data ſunt, quibus detractis, præparatio fit illorum, qui alijs prædicare debent. Nam tales non debent eſſe in peccatis, vel in ordine pœnitentium.

Luc. 15.

Quid habere calceatos pedes in pręparatione Euangelij pacis

Poſſumus etiam aliter exponere, nimirū affectus noſtræ mentis terrena nō tangant aut terrenis commodis ne nitantur, oportere eſſe calceatos in pręparationem Euangelij pacis, id eſt in eo quod præparatis cordibus aliorum euangelicam prædicatione, quæ annunciat pacem inter Deum & homines: omnes ſuſcipiunt. Calceamenta ſūt ex corio mortuorum animalium, & ſignificant exempla Patrum iam defunctorum, quibus ab omni terręna lęſione defenduntur pedes noſtrę mentis, id eſt affectus, quibus tanquam pedibus ad faciendum aliquid promouemur.

Epheſ. 2.
Luc. 2.

Scutum fidei nobis quod ſumendum fidei virtus.

In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Quarta eſt armatura defenſiua vt ferè ſunt omnia præter gladium. Noſtrum enim eſt nos tueri, & neminem lædere, vt Martyres fecerunt. Eſt autem fides, ſcutum, quia illam primo loco impugnat dæmon, ſi fortè nos poſſit ea ſpoliare: quia illa ablata, cætera ruūt. Eſtque protectrix cæterarum virtutum; ideò tanquam clypeus manu ſiniſtra tenendus eſt, & in omnibus congreſſionibus, ſiue tentationibus aduerſarij opponendus. Vel ſuper omnia, vt Græca vox inſinuat. Eſt enim fides omnipotentis Dei, ac Chriſti fortiſſimi Imperatoris, vt ea corde credita, & ore confeſſa, poſſimus omnia tela dæmonis reſtinguere, & repellere.

Rom. 10.

Nequiſſimi dæmonis quid ignea tela extinguere.

Vocat dæmonem, nequiſſimum, Græcè *πονηρὸν*, id eſt improbum, & laborem inferentem, ſi vocis etymon conſulas, & familiare eſt interpreti noſtro ponere ſuperlatiuum pro poſitiuo, id eſt, nequiſſimum pro nequam, vel maligno. ¶ Ignita verò tela, ſunt tentationes cor penetrantes, & in eo flammam concupiſcentiæ, aut vindictę, aut ambitionis, vel appetitus gloriæ alentes, vt ab ſpiritualibus ad terrena deturbent. Tunc autem vtimur ſcuto fidei, quando ea quæ ſunt fidei, opponimus tentationibus; & fide inuiſibilium munimur contra viſibiles huius mundi creaturas, & dæmonem inuiſibilem proſternimus. Hæc eſt enim victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra; & rurſus: Sancti per Fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones, &c.

Vtamur ſcuto fidei quando.

1. Ioan. 5.
Heb. 11.

Explicatur hęc metaphora: Galeā ſalutis aſſumite.

Subdit de quinto armorum genere, vt totum corpus ſit obtectum; *Et Galeam ſalutis aſſumite.* Galea caput protegitur. Et Gręcè *τὴν περικεφαλαίαν σωτηρίου*, id eſt ſalutis, vel ſalutaris, ſeu Saluatoris. Et vt per ſcutum fidei, intellexit fidem, & per thoracem iuſtitiæ, iuſtitiam, ita per galeam ſalutis intelligit ſpem, qua vna ſalui facti ſumus: quę caput, id eſt mentem noſtram à concuſſionibus ſeruat. Spes enim intuetur bona æterna, eò quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quam expectamus. Eſt ergò galea ſalutis, periphraſis ſpei, vt habetur 1. Theſſalon. 5. *Et galeam*, inquit, *ſpem ſalutis*, ſcilicet inducti.

Rom. 7.

Ibidem.

1. Theſſ. 5.

Gladiũ ſpiritus quẽ vocet Apoſtolus. *Matth.3.*

Poſtremò adiungit telum offenſiuum: *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Id eſt, gladium ſpiritualem, quod ipſe explicauit eſſe verbum Dei. Hoc telum ter Dominus intorſit in dæmonem, cum tentanti obiecit tres Scripturę locos: *Non in ſololo pane viuit homo. Non tentabis Dominum Deum tuum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerties.*

Deut. 8. Supra 6. Ibidem 13. Matth. 10. Infra 16.

Et inter omnia alia illo acerbiſſimo torquetur, cum dixit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus: Et, Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*: denique, *Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* De virtute huius gladij & efficacia lege quæ Apoſtolus Hebræor. 4. dixit: *Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Secat enim, vulnera ſalutaria infligit, mortem peccati inducit, & dæmonem confuſum, & tentantem à ſe repellit. Vocat Poeta fatiferum enſem Æneæ datum à Vulcano, eo quòd omnibus quos percuteret, fatum, hoc eſt, mortem inferret: Et perinde eſt, dicere fatiferum, atque mortiferum. Hic autem gladius verbi Dei mortem infert ſemper veteri homini, & vitam conciliat nouo.

Gladij ſpiritus efficacia. *Hebr.4.*

Virg. 8. Æne. ſub finem. Quã auferat vitam, quam afferat gladius ille.

Nec mireris, ſi poſt gladium ſpiritus dixerit per neutrum. Quod eſt verbum Dei: reſpexit enim potius ad rem ipſam, quam ad gladium, qui eſt generis fœminini Græcè, vt alibi: Semini tuo qui eſt Chriſtus: quamquam familiare ſit Hebręis, Relatiuum adiungere non tam nomini præcedenti, quam ſequenti, pro arbitrio loquentis. Et hactenus Paulus muniuit, ac armauit hominem à vertice capitis ad plantam pedis. Primò enim voluit apponi cingulum, deinde loricam, ſiue, vt Græcè habetur, thoracem, tertiò addidit ocreas, quibus tibiæ, & pedes teguntur, quæ à Græcis κνημῖδες, à Latinis caligæ vocantur. Vnde Auſonius de Caij Caligulæ cognomento dixit:

Qualis hæc grammatica: gladiũ ſpiritus quod eſt verbum Dei. *Galat.3.*

Armaturæ Dei artificioſa Pauli deſcriptio.

Caius quare dictus Caligula. *Auſon. Galbas.*

Caius, cognomen Caliga cui caſtra dederunt.

natus enim erat in caſtris, & caligis vtebatur.

Homerus in ſcuto Achillis enarrando, & Virgilius in clypeo Æneæ deſcribendo, multam verſuum copiam fuderunt: ſed hic breuiſſimo laconiſmo Apoſtolus omnia nobis arma ſuppeditauit.

Hom. Ilia. 19. Virg. lib. Æn. 8. circa fin.

Illud etiam non ſilebo, Apoſtolum omnia arma enumeraſſe, quæ Poeta tradit libro 8. Æneid. quando enarrat arma à Vulcano fabrefacta in Æneæ vſum. Ita enim habet:

Terribilem criſtis galeam, flammaſque vomentem,
Fatiferumque enſem, loricam ex ære rigentem, &c.
Tum leues ocreas electro, auroque recocto,
Haſtamque & clypei non enarrabile textum.

Et expreſsè cinguli, aut baltei non meminit: ſed ſubintelligendum quia tribuit enſem, qui pendebat ex balteo, cum manu geſtaret haſtam. Et in his omnibus nullum aliud telum piuerſum ab his quę Paulus enumerat, niſi haſtam poſuit, quam tamen Homerus lib. 19. Iliados in armis quæ fingit à Vulcano confecta per Thetidem Achilli donata reliquit; ſicut etiam gladium.

De balteo, cinguloue cur Paulus Dei enarrans armaturam, nil dixerit.

Quid haſta.

Haſta autem, aut erat miſſile telum, quod pilum, & iaculum, & ſpiculum nominari, & eminus intorqueri ſolebat; aut lanceam ſignificat, quæ mitti conſueuerat, qua nimirum non admodum procul milites pugnabant: nam accincti gladijs, ſiniſtra clypeum, dextera haſtam geſtabant; vt videas Poetam doctiſſimum ea omnia tradere, quæ hic docet Paulus, B. Cyprianus propoſitis his verbis, ſubiungit: *Hæc arma ſumamus, his nos tutamentis ſpiritalibus, & cœleſtibus muniamus, vt in die nequiſſimo reſiſtere diaboli minis, & repugnare poſſimus. Induamus loricam iuſtitiæ, vt contra inimici iacula munitum ſit pectus: & tutum. Calciati ſint Euangelico magiſterio, & muniti pedes, vt cum ſerpens calcari à nobis, & obteri cœperit, mordere, & ſupplantare non poſſit. Portemus fortiter ſcutum Fidei, quo protegente quicquid iaculatur inimicus, poſſit extingui. Accipiamus quoque ad tegmentum capitis galeam ſalutarem, vt muniantur aures, ne audiant edicta feralia: muniantur oculi, ne videant deteſtanda ſimulacra: muniatur frons, vt ſignum Dei incolume ſeruetur: muniatur os, vt Dominum ſuum Chriſtum victrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio ſpiritali, vt ſacrificia funeſta fortiter reſpuat, & Euchariſtiæ memor, quæ Domini corpus accipit, ipſum complectatur, à Domino ſumptura præmium cæleſtium coronarum.* Hæc ille ſatis eleganter.

Cyp. lib. 4. ep. 6. prope fin. Elegãs B. Cypriani ad hãc armaturã Dei capeſſendam adhortatio.

Quia verò non ſatis erat panoplia hæc; addit preces, & orationes, de quibus quarto loco dubitatum fuit: *Per omnem*, inquit, *orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu.* Abſque oratione enim, & deprecatione, qua Dei opem obtinemus, impoſſibile eſt diabolo reſiſtere. Oratione poſtulamus ſaluti neceſſaria: deprecatione quam obſecrationem dixit, petimus auerti à nobis, pernicioſa quæ timemus, vt cum dicimus, *Et ne nos inducas in tentationem: Et, Ab omni malo, Ab omni peccato. Ab ira*

Ad IV. dubit. De oratione, quam præter armaturã Dei ob Epheſijs requirit Apoſtolus.

Matth. 6.

tua

tna, ab inſidijs diaboli libera nos Domine. Et cũ ait: *Per omnem orationem,* nõ tam ad diuerſas orationis ſpecies, quam ad eius perfectionem ſpectauit, quæ ſcilicet habeat omnes circumſtantias, vt videlicet oremus, quo modò oportet, id eſt, humiliter, fideliter, & perſeueranter. Nec enim poteſt eſſe vlla oratio integra, ſi aliqua neceſſaria circumſtantia deſit: *Petitis,* inquit, *& non accipitis, eo quod male petatis. Et, in omni tempore,* ait, aduerſo ſcilicet, & proſpero, *& in ſpiritu,* id eſt, in dilectione Dei, non in multiloquia, aut battologia, ſicut Dominus dicit, Orantes autem, nolite multum loqui. Ambroſius interpretatur, In Spiritu, id eſt, in conſcientia munda, & fide integra.

Tres orandi circũſtantiæ.
Iacob. 4.
Quid oratione in ſpiritu.
Matth 6.
B. Ambroſ.

Et in ipſo vigilantes in omni inſtantia, ſiue in ſedulitate. Hoc dictum eſt de perſeuerantia, vt ſaltem propter importunitatem exaudiamur, & patremfamilias de lecto ſuo ſurgere faciamus, vt largiatur nobis panes, quotquot habemus neceſſarios, nam Dominus in hac re non eſt tam auarus in dando, quam noſtræ importunitatis, & inſtantiæ & vigilantiæ eſt cupidus: vt indicat exẽplum Chananææ, cui ſe minus deprecabilē præſtitit, vt illa animum ſuum perſeuerantem, & orationi inſtantem proderet. Collige etiam Apoſtolum preces continuas pro ſucceſſu Euangelij, & extirpandis hæreſibus à laicis exigere: Quid ergò faciendum eſt clericis, vel religioſis? *Pro omnibus,* inquit *ſanctis, & pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, &c.* Pro ſanctis omnibus orandum docet, vt conſtantes ſint in bono, & perſeuerantes. *Et pro me,* inquit, nam & pro Petro poſito in vinculis, oratio ſiebat ad Deum.

Luc. 19.
Mira ad nos perſeuerãtes, ac vigilanter orantes exaudiendos diuina propẽſio.
Matth. 15.
Clerici & religioſi pro quibus orare debeant.
Act. 12.

Illud verò: *Vt detur mihi ſermo in apertione oris.* Hebraiſmus eſt, ſicut & illud: Aperiens os ſuum, docebat eos. ponderat Oecumenius verbum in apertione oris: Neque enim, inquit, præmeditabatur quid locuturus eſſet, Chriſto obtemperans, qui dixit: *Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, &c.* ſed ex proximo, & in eo ipſo quo os aperiret, ſermo procedat. Addit, *Cum fiducia,* id eſt, vt cum libertate cauſam agam, & rationem rectam Euangelij à me prædicati reddam. In vinculis enim erat, & pro ſe reſponſurus coram Principe, pro quo legatione fungor in catena: quia illud, *pro quo,* refert vel Euangelium, vel myſterium Euangelij, clarius dixit, Super quo legatione fungor, quia miſſus ſum à Deo, vt fungar legatione Chriſti. Non enim pro Euangelio legationem ſubibat.

Declaratur hæc phraſis: Vt detur mihi ſermo in apertiõe oris.
Matt. 5.
Oecum. c. 10.
Matth. 10.
Quid aperire cũ fiducia.
Cor. 5.

Expende ornamentum glorioſum ſuæ legationis, nimirum catenam, in qua non ſecus Apoſtolus gloriabatur, quam de ipſa cruce Chriſti, de qua dixit: *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Glorioſum Apoſtolicæ legationis inſigne quod.
Galat. vlt.

Subdit: *Vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.* Quod ait: *in ipſo,* ἐν αὐτῷ, poteſt interpretari, de ipſo, ſicut ſuperius, *in Chriſto & in Eccleſia.* Quod ait, audeam loqui, Græcè eſt παῤῥησιάσωμαι, hoc eſt liberè, & cum fiducia loquar: nam id communiter eſt παῤῥησία hoc eſt libertas in loquendo.

Qualis hæc phraſis: Vt in Chriſto audeam, prout oportet me loqui.
Epheſ. 3.

Vt autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, &c. Mirum eſt, Apoſtolũ vinctũ non cõtentum epiſtolam tam plenam, tamq; conſolatoriã ad Epheſios mittere, ſed deſtinauit Tychicum, quem chariſſimum fratrem, & fidelem miniſtrum in Domino vocat, vt ſpeciatim de ſtatu, & cauſa ſua commonefaceret, & quatenus ipſe in catena àminiſtrando Dei verbo Romanis Principibus non fuiſſet impeditus, & quod quod ſpes eſſet breuis liberationis, neque turbarentur de vinculis ſuis, quæ in Chriſti, & ipſorum Epheſiorum credentiũ gloriam cedebat. *Pax fratribus, & charitas cũ fide à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* Precatur pacem, & charitatem cum fide, & hoc fratribus, hoc eſt credentibus, non autem, iis qui alijs adhærent opinionibus. Charitas autem nullum lucrum adfert, niſi fides quoque illi ſit coniuncta. Hic etiam annotare potes, non ſolam fidem ſolari, ſed eam, quæ cum charitate, & pace Chriſtiana coniuncta eſt: ſicut alio loco dixit, in Chriſto nihil aliud valere niſi fidem per charitatem operantem.

Ad V. dub. De eo quod Paulus nõ ſolũ hanc Epiſtolam, ſed & Tychicum ad Epheſios deſtinauit.
Fratribus, & cur charitatẽ cum fide precetur Apoſtolus.
Sola fides quæ ſoletur.
Galat. 5.

Concludit: *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione, Amen.* Salutatio Pauli eſt. Et ait: Gratia cum omnibus, id eſt, non tantum vobis, ſed cum omnibus, qui vbique diligunt Dominum in ſtatu immortalitatis exiſtentem, atque regnantem, ſeu cum incorruptione, id enim eſt quod Græcè dicitur ἐν ἀφθαρσία. Alij interpretantur purè & ſyncerè & incorruptè, iuxta illud: Sentite de Domino in bonitate, id eſt, Benè ſentite de Domino. Sunt etiam tertiò qui hæc referunt ab Apoſtolo dicta propter execrandas turpitudines, & libidines Simonis Magi, & Gnoſticorum, qui Chriſtum putabant ſe poſſe diligere, retenta carnis licentia, & laſciuia. Anſelmus interpretatur: In incorruptione, id eſt, qui Chriſtum non pro corruptibilibus, & temporalibus bonis, ſed pro æternis, quæ

Ad poſtremũ dub. Quid ſit diligere Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum in corruptione.
Alter ſenſus.
Sapient 1.
Tertius.
Quartus Anſelmi, tom. 2.

interire

ioterirc non poſſunt, & propter perpetuæ iocorruptibilitatis corporum ſpem Chriſtum amant. Nam qui ſic eum diligunt, mens eorum, aut caro nunc corrumpi non valet. Et hic ſit finis noſtrarum diſputationum in hanc Epiſtolam.

DISPVTATIONES IN PAVLI EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

DISPVTATIO I.

De ciuitate, & populo Philippẽſium: & quale ſit argumentum, quod in hac epiſtola peculiariter ab Apoſtolo tractatur.

Philippenſes qui. Philippi quæ ciuitas: quomodo olim dicta à quo denominata.

PHILIPPENSES, ciues ſunt qui vrbem incolunt Philippos, ciuitatem in plurali numero dictam, vt Athenæ, Thebæ, Cumæ, Venetię, eſtque ciuitas prima partis Macedoniæ poſt Thraciam, celebris inter alias Aſię prouincias commemorata. Cùm aotem prius hæc ciuitas Dathos vocaretur; à Philippo Rege, patre Alexandri Magoi, inſtaurata eſt, & nomine ſuo inſignita, atq; illuſtrata. Et quia paulò poſt colonia eſt facta Romanorum; ideò Romani facilè ad eam diúertebant. In cuius campis Philippicis ſiue Pharſalicis, prius Cæſar, & Pompeius, poſtea Auguſtus & Brutus de rerum ſumma decertârunt: qua de re cecinit Poeta:

Quando primum in ditionẽ Romanorũ venerit.

Virg 1. Georg. in fine.

Romanas acies iterum videre Philippi.
& iterum:
Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
Æmathian & altos Æmi pingueſcere campos,

Ibidem.

Æmathia quid ſit, hoc nomen vnde habeat.

Eſt autem Æmathia ſiue Æmonia, idem quod Theſſalia; à monte edito, qui dictus eſt Æmus, ſic appellata, qui non longè diſtat ab alio altiſſimo monte Athos vocato, inter Thraciam & Macedoniam, quę nunc dicitur Albania, ſito: cuius vmbra in procul diſſitam inſulam (Lemnos nuncupatam) ſe porrigebat.

Act. 16.

Quas Romani colonias nominarent: vnde regerentur.

Et quoniam Actor. 16. Philipporum ciuitas dicitur colonia, nec additur quorum eſſet colonia: perpende quòd ciuitates præcipuæ, quæ Metropoles vocabantur & colonias efficiebant, id eſt ciues in alium habitandi gratia deducebant, illorum oppida coloniæ vocabantur: quæ ſanè non proprijs, ſed Metropolis legibus viuebant. Ita Tyrij deduxerunt coloniam in Carthaginem, cuius meminit Poeta, cùm ait;

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni,
Carthago.

Virg. 1. Æneid. int io.

Earũ inſtitutionis cauſæ.

Hinc Romani, cùm multos ex veteribus, nouiſque incolis Romæ paupertate premi intelligerent, adeò vt cenſui ſoluendo non ſufficerent, Triumuirorum opera, qui à Senatu ob id eligebantur, loca in primis conſiderabant, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum conſtitui, & edicta proponebaot, à quibus qui nouam coloniam deduci vellent, nomina danda eſſe cenſebant: qua ratione & vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas quibus indigebant, diuitias gratis datas cum familia ſua accedebant. accipiebant enim modò duo, modò quatuor, modò ſex, aut ſeptem, aut plura iugera terræ, vnde poſſent viuere. Erat ergò colonia, oppidum, in quod Romani ex vrbe Roma ciues traduxerunt, vel quòd ſine traductione coloniarum, nomine donatum erat, & ciues Romani dicebantur, & ius habebant ferendi ſuffragij.

Lucã Philippos non niſi Romanorũ coloniam accepiſſe.

Cùm autem eo tempore, quo Romani rerum potiebantur, ſcriptus ſit liber Actuũ Apoſtolicorum; cùm dicitur abſolutè Act. 16. Philipporum ciuitas colonia, intelligendum eſt, Romanorum: quod ex eo etiam colligitur, quod inferius cum Philippenſes Paulum, & Silam Apoſtolos comprehendiſſent, & magiſtratib. obtuliſſent, dixerũt: *Hi homines conturbant ciuitatem noſtram, cum ſint Iudæi, & annunciant morem, quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere cum ſimus Romani.*

Actor. 16.

Et in fine capitis, cum iuſſiſſet Magiſtratus eos cæſos de carcere educere, reſponderunt Apoſtoli; *Cæſos nos publicè indemnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem & nũc occultè nos eijciunt. Non ita, ſed veniant, & ipſi nos eijciant. Nunciauerunt autem magiſtratibus lictores verba hæc. Timueruntq́, audito quod Romani eſſent.* Et hæc ſint ſatis de Philippenſibus.

Cur Paulus ſcripſerit ad Philippenſes.

Iam cauſa explicanda eſt, quæ ad hanc conſcribendam Epiſtolam, Apoſtolum adduxit. Cùm Paulus pertranſita Myſia,

Act. 16.

Troadem deſcendiſſet, viſio illi per noctem oſtenſa eſt: Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans eum, & dicens: *Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos.* Hac viſione certus factus Paulus, & animatus, quòd ad euangelizandum Macedoniæ Deus eum vocaſſet, continuò è Troade nauigauit cum Luca, & alijs comitibus ſuis, & recto curſu primùm peruenit in Samotbraciam inſulam, ſequenti die Neapolim, & inde Philippos. Vbi primùm poſt aliquot dies habuit ſermonem Apoſtolus foras portam iuxta flumen, vbi ſolebat eſſe oratio: & Lydiam purpurarum venditricem cum tota domo ſua Chriſto lucrifecit. Deinde expulſo dæmonio de puella quadam, quæ pythonem babebat, id eſt, Spiritum diuinantem, & quæ magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis: inde concitati domini, commouerunt magiſtratum & plebem aduerſus eos, & virgis cæſos carceri mancipârunt. Illis verò media nocte laudantibus Deum, terræ motus factus eſt magnus, & aperta ſunt oſtia carceris, quod cum cuſtos carceris excitatus vidiſſet, euaginato gladio volebat ſe ipſum interficere, exiſtimans vinctos fugiſſe. Sed clamauit Paulus voce magna, dicens: *Nihil tibi mali feceris, vniuerſi enim hic ſumus.* Hinc ſecuta eſt conuerſio cuſtodis carceris, cum tota domo ſua baptizati, & cum honore de carcere dimiſſi. Et ſalutata Lydia, Sylas & Paulus perambularunt Amphilopolim, & Apolloniam, & tandem Theſſalonicam (quæ ſunt præcipuæ ciuitates Macedoniæ) peruenit in qua magnas paſſi ſunt perſecutiones, vnde & fructum non vulgarem protulerunt.

Ibidem.
Quos primum ille Philippis Chriſto lucrifecerit.

Philippenſiũ in Paulum Romæ vinctum liberalitas.
Philip 2.

Cùm igitur Paulus Romæ in vinculis ageret, & Philippenſes ardenti eum proſequerentur charitate; per Epaphroditum paſtorem ſuum ad vrbem deſtinatum, quæ vincto ad vitam tolerandam, alioſque, extraordinarios ſumptus opus erant, miſerunt. Nec dubium eſt, quin Epapbroditus Paulo totius Eccleſiæ Philippenſium ſtatum expoſuerit, conſciuſq; factus fuerit, de quibus à Paulo monendi erant Philippenſes.

Eos. fideles cur laudet.

Apparet antem Philippenſes à pſeudapoſtolis, qui tunc paſſim ad ſpargendas ſanæ doctrinæ corruptelas aberrabant, tẽtatos fuiſſe. Sed quia in vnitate fidei perſtiterant, laudat eorum conſtantiam, & mirificè eos in accepta veritate confirmat, omnia expungens, quæ poterant vel à vero abſtrahere curſu; Vel currentes in via Domini, impedire quò minus procederent.

Epiſtolæ ad Philippenſ. primi capitis argumẽtum.

Primum ergò Apoſtolus de ſuo animi pij erga eos affectu teſtatur, quò fidem ſibi & beneuolentiam eorum conciliet.

Deinde erudit eos, ne cruce, & vinculis ſuis offendantur, oſtendens plus commodi, quam diſpendij ex illis enatum fuiſſe: proinde gloriandum in afflictionibus, ſeque hoc nomine gaudere, & ſperare res ſuas meliori loco breui futuras. Denique aſſerit, vel mortem ſe adeò non hortere, vt optet etiam, ſi Chriſto volente contingat. Sed quia ſperabat, vitam ſuam vtiliorem fore Philippenſibus: hinc vitę prolongationem in illorum profectum ſperabat, ad pacemque & vnitatem eos adhortatur.

Argu. ſecundi capitis.

Quia verò ambitio mater eſt omnium diſcordiarum, & per quam vnam ianua patefit nouis, & peregrinis doctrinis: initio ſecundi capitis obteſtatur eos, vt nihil prius aut antiquius habeant modeſtia, & humilitate: ad quod vehementiſſimis vtitur Incarnationis, Crucis, & mortis Chriſti argumentis. Et quò melius in officio eius retineat, breui Timotheum ſe ad eos miſſurum eſſe promittit: imò ſe ipſum cum Timotheo ad eos rediturum pollicetur, ſi modo Dei nutu & voluntate fieri queat. Deinde Epaphroditi moram, & tarditatem reditus ad eos excuſat, quod grauiter fuiſſet infirmatus vſque ad mortem.

III cap. Arg. & IV.
Act. 15.

Tertio capite, vt à pſeudapoſtolis caueãt, legem, & operum merita Chriſto & gratiæ Euangelicæ admiſcentibus: cohortatur ne patiantur, graue legis onus ſibi imponi, & mox quantopere colenda ſit Eccleſiæ vnitas commendat, notans eos, qui ſectas nouas, & controuerſias excitabant, & excitatas nutriebant.

Philippẽſium in ſe beneficentiam Apoſtolus quare cõmemoret.

Poſtremò verò capite fraternè, & amicè laudibus, & præconijs Philippenſes euehit, quòd præ cæteris prouincijs ipſum beneficijs ſint proſecuti, tum alias cum eſſet Theſſalonicæ, tum maximè cum in vinculis Romæ detineretur: quod idcò facit, ne putent male collocatum beneficiũm, quod ad ſubleuandam eius inopiam erogauerant. Tandem ſalutationibus, & commendationibus Epiſtolam claudit, quam per Epaphroditum fidelem Chriſti miniſtrum, & ſanitati reſtitutum direxit.

Primũ huius epiſtolæ priuilegium.
Chryſoſt.

Habet ergò hæc epiſtola hoc peculiare, quòd ex vinculis ſcripta ſit, non quidem poſterioribus, ex quibus non euaſit, ſed ex prioribus, ex quibus Diuino beneficio liberatus fuit, vt beatus Chryſoſtomus in præfatione Epiſtolæ tomo 4. pro-

babilibus argumentis colligit, etiã ſi Theophylactus & Necumenius obſcurè de hoc agant, & videri poſſunt de poſterioribus vinculis interpretari. Sed cõfirmatur Chryſoſtomi ſententia apertiſſimis illis verbis: *Scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum, & gaudium fidei.*

Philip. 1.

Secundum ac tertium.

Deinde & illud eſt peculiare huius Epiſtolæ, quòd in eius exordio, ſicut in binis illis ad Theſſalonicenſes literis, non ſe vocat Apoſtolum, quia ob ſingularem illorum fidem, & puram ac ſanctam vitam, Apoſtolicæ autoritatis calcari non indigebant.

Addimus tertium: Philippenſes fortunatos extitiſſe, & dignos, quibus non ſolùm Apoſtolus hanc Epiſtolam daret, ſed vt etiam alias duas Epiſtolas à duobus Apoſtolicis viris, & martyribus, nempe beato Ignatio, & beato Polycarpo accipere mererentur. Et ſanè in illa priori, beatus Ignatius, illos vt perfectos, & conſtantes laudat, virtutem verò crucis, & mortis Chriſti magna oratione amplificat, & in dæmonem, qui per hæreticos tanquam per organa ſua, illam per imaginationem, non per veritatem factum dogmatizauerat, vehementius inſurgit: quod illis quæ ſcribit Paulus ad Philippenſes tertiò, eſt conſentaneum, cuius hæc ſunt verba: *Princeps huius mundi in hoc gaudet, quando quis crucem negauerit. Interitum enim ſibi ipſi eſſe cognouit confeſſionem crucis, hoc enim trophæum eſt contra eius virtutem, quod videns expaueſcit, & audiens timet. Nam & antequam facta eſſet crux feſtinabat facere hoc, & operari in filijs diffidentiæ: operatus eſt autem inuidia in Phariſæis, & Sadducæis, in ſenioribus & iuuenibus, & in Sacerdotibus. Cùm autem properaret, vt fieret, conturbatur, & poſtea deſperationem immiſit proditori, & laqueum ei oſtendit, & ſuſpendium eum docuit: & mulieri immiſit timorem in ſomno ipſe conturbans, & compeſcere tentans patibulum crucis, ipſe omnia euocans mouet in ſuam perniciem, non recognoſcens, in tantum enim mala erant non omnia. Malignus autem ſentiebat ſuam perditionem. Initium enim illi fuit ad damnationem crux Chriſti, principium mortis, initium perditionis, propter quod in aliquibus quidem operatur negare crucem, paſſionem erubeſcere, qui vt funeſtum putant vocare de Virgine generationem, circumcidere ipſam naturam, & diffamare ipſam naturam, & diffamare quaſi odioſam, Iudæorum auxiliator eſt ad negationem crucis, Paganorum ad calumniã Mariæ, Hæreticorum ad phantaſiam. Multiformis eſt enim malitiæ princeps, furans ſenſus, contrarius ſibimetipſi, & alia quidem ſuggerens, alia verò oſtentans.*

B Ignat ep. 6. nõ procul à princ.

B. Ignatij ad Philippenſes argumentũ epiſtolæ.

Philip. 3.

Quam cæca diaboli, teſte Ignatio in Chriſtum inuidia.

Matth. 27.

Ibidem.

Crucis Chriſti virtus.

Et infra: *Quid tanquam gloriam in hominem facis eius paſſionem ſimulationem vocas, & mortem immortalis gloriam exiſtimas? Si Deus eſt homo, quid vnicum vocas Dominum gloriæ, illum videlicet natura immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorem, qui non humanam naturam habuit? Verbum caro factum eſt, Verbum homo, ſed non in homine. Quomodo igitur magnus eſt ille, qui in principio omnem ſenſibilem, & intelligibilem naturam voluntate Patris præparauit, qui cum eſſet in carne, omnem infirmitatem, atque languorem curauit. Quomodo autem non eſt Deus ille, qui mortuos reſuſcitauit, claudos ſanauit, leproſos mundauit, cæcos illuminauit, aquas in vinum conuertit, tumque exercitum verbo tantum fugauit? Quid ergo deijcis naturam Virginis, & membra turpia vocas: hæc ergo præfeminas, & mutare iubet maſculos in facie fœminarum, fœminas verò in illicitum deſiderium maſculorum, tunc omnia turpia videntur, & pudicum teipſum facis, cùm ſis fornicationis ſpiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpe, quando illicitè perpetratur? Cæterum nihil turpe eſt, quod ſine peccato geritur, nihil prauum, ſed omnia bona valde. Et tu non videns peſſundans ea.* Hæc ille ſanctiſſimus, & grauiſſimus Pater.

Crucis Chriſti ignominiã vt ſperabat dęmõ, minime eť diuinitatis gloriam obſcuraſſe.

1. *Cor. 2.*

Ioan. 1.

Gen. 1.

Ioan. 1.

Matth 4.

Infra 11.

Ioan. 2.

Oſea 4.

Quid ſit tãtũ turpe, vt magnꝰ dixit Ignatius.

Gen 1.

Tertiam quoque à Polycarpo Ioannis Euangeliſtæ diſcipulo, & Smyrnæ Epiſcopo acceperunt Philippenſes Epiſtolam, quæ etſi mutila & decurtata olim ederetur à Typographis, iam integra, & plena reſtituta eſt, in qua Epiſtolæ Pauli ad eos miſſæ mentionem facit his verbis: *Propterea quia neque ego, neque ſimilis alius mei poterat ſequi ſapientiam beati, & glorioſi Pauli, qui fuit apud vos, & viſus eſt ſecundum faciem illis qui tunc erant hominibus, qui docuit certiſſimè, atque firmiſſimè verbum veritatis, qui & abſens ſcripſit vobis Epiſtolas, ad quas deflectimini, vt poſſitis ædificari in fide, quæ data eſt vobis, quæ eſt mater omnium noſtrum, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo, & in Chriſto, & in proximo.* Hæc ille.

De epiſtola B. Pauli ad Philip. egregiũ teſtimoniũ B. Polycarpi.

Vbi perpende, Polycarpum vocare Epiſtolas in plurali, quia præter illam ad Philippenſes, vtramque ad Theſſalonicenſes, tanquam ſibi ſcriptas agnoſcere debebant qui in vna, & eadem Macedoniæ prouincia non procul à ſeipſis commemorabantur.

Cur Polycarpꝰ Paulũ Apoſtolũ ad Philippen. ſcripſiſſe dicit epiſtolas, cũ vnã tantum ſcripſerit.

Et in fine rurſus, *Scripſiſtis mihi & vos, & Ignatius, vt ſi quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas & dedero ad vos, ſi habuerimus tempus opportunum, ſiue ego, ſiue legatus, quem miſero pro vobis. Epiſtolas ſanè Ignatij quæ tranſmiſſæ ſunt vobis, habeo, & alias, quantaſcunque apud nos habuimus, tranſmiſimus vobis, ſecundum quod mandaſtis, quæ ſunt ſubiectæ huic epiſtolæ: ex omnibus enim vobis magnus*

Epiſtola B Ignatij ad eoſdẽ quid cõtineat ſecundum eũdem.

erit profectus. Continent enim fidem, patientiam & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum prtmentem. Hactenus ille, ac de totius epiſtolæ argumento.

DISPVTATIO II.

In primi capitis verba: *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, ſuper communicatione veſtra in Euangelio Chriſti, à prima die vſque nunc: Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu, ſicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis: eò quòd habeã vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe, &c.*

Lib.1. Diſput. in Paulum.

QVANTVM attinet ad ſalutationem, & ad eas quæ in ea ſunt dubitationes, alibi explicatas reliqui, & cum poſſint cõmodè inde accipi, progrediar ad reliqua, quæ aliquid difficultatis habere videbuntur.

I. & II. dubitationes.

Et primò quidem quæritur, cur à tanta gratiarum actione exordium dicendi Apoſtolus ſumat. Deinde quid eſt dicere: *Super communicatione veſtra in Euagelio Chriſti*, an quod eſſent vocati ad Chriſti doctrinam, an quòd eſſent communicantes de ſuis bonis Apoſtolo laboranti in vinculis participes fierẽt eius laboris, & meriti quod in prædicando Euangelio ſibi comparabat iuxta illud: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ; mercedem Prophetæ accipiet.

Matth.10.

Tertia.

Tertiò circa illud: *Qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu.* Dubitatur, quod opus vocat bonum, & quomodò illud perficiat Deus. Vſque in diem Chriſti, nunquid ſine nobis, an nobis cooperantibus? Et quomodò addit hoc eſſe iuſtum ſentire pro illis, nunquid ſi iudicaſſet nonnullos ex illis operi incepto defuturos, iniuſtum quid ſentiret.

Quarta.

Quartò circa illud quod addit: *Eò quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & in confirmatione Euangelij*, ambigi poteſt, nunquid Euangelium egeat confirmatione, & defenſione noſtra? eſſet enim hoc creaturam reddere Creatore firmiorem, & fortiorem.

Quinta.

Quintò, quid eſt quod ait: *Quomodo cupiam omnes vos eſſe in viſceribus Chriſti Ieſu:* nunquid Epheſios, aut Coloſſenſes non ita cupiebat, aut aliquos amabat non in viſceribus Ieſu Chriſti?

Sexta.

Sextò circa illud: *Quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ita vt vincula mea manifeſta fierẽt in Chriſto in omni prætorio*, dubitamus quid ſignificet, & quid eſt prętorium, & quomodo quidam ex hoc ipſo occaſionem ſumpſerunt prædicandi verbum Dei.

Septima.

Septimò circa illud: *Quid enim? Deum omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus annuntietur?* Primò dubitatur, quid ſupplendum eſt ad illud, *Quid enim?* Pendens eſt enim oratio. Deinde meritò dubitatur, cur permittat malis prædicari Euangelium, cum ſcriptum ſit: *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, &c.* Et, *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, quia non eſt à Domino miſſus.

Pſal 49.

Eccl.15.

Grammatica etiam illius ſententiæ: *Quod ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro:* Dubia enim huius verbi ſyntaxis videtur.

VIII. & IX. dubitationes

Octauò, quid eſt ꝙ ait: *Secundum expectationem, & ſpem meam*, an idem ſignificent illa duo vocabula: & quomodò ait: *Confido, ſcio, & expecto:* Nonò in illud: *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum*, dubitatur, quem ſenſum hæc verba efficiant: Et videtur hoc dictum aduerſari illi alteri ſententiæ Apoſtolicæ: Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri.

2. Cor.5.

Videtur ergò quòd id amet, quod refugit, vel id refugit, quod amat. Videtur enim, quòd amor Dei præferendus ſit proximi amori, ſed ad mortem impellit Dei amor, ad vitam autem amor proximi: ergò vt amor Dei, præferatur amori proximi: præponenda eſſet mors vitæ. Quomodò item dubitat quid eligat, an manere in Chriſto, an diſſolui, & eſſe cum Chriſto; cùm tamen ſciret Apoſtolus illud; Quò pugna fortior, & diuturnior, eò maiorem illi coronam reſpondere? Quare maioris meriti eſt pugnare, quam quieſcere.

Decima.

Decimò quæritur in illis verbis: *Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolũ credere, ſed pati pro illo*, quale donum ex illis ſit præferendum, an fides patientiæ, an patientia fidei.

Solutio primæ quæſt. Ab actione gratiarũ cur Paulus exorſus ſit.

Breuiter eſt ad ſingula aliquid dicendum. Ad primum igitur more ſuo exorditur Apoſtolus à gratiarum actione; in quo modeſtia, & inſinuatione vtitur ob duas cauſas: alteram, vt hoc argumento ſuam erga Philippenſes attentionem, & beneuolentiam (quo ad ſuadendum, ſemper eſt efficaciſſimum) declararet: alteram, vt præterita laudando, in poſte-

Gratiarum actio quid ſit: eius vtilitates

rum quoquead peragendum curſum adhortetur. Eſt autem gratiarum actio, cenſus, quem Deus pręcipuè à nobis exigit, nō quòd ipſe ſui cauſa humanis laudibus delectetur, ſed vt per hanc viam nos ipſi excitemur ad conſectandam noſtram ſalutem. Nam gratias agendo, teſtamur nos omnia è manu Dei, quibus vtimur, accepiſſe; & vt acceptis, & præſentibus donis contenti ſimus.

Quo Apoſtolus modò ſemper Philippenſiū memor in cūctis orationibus ſu ſ pro eis precaretur.

Admonet etiam nos obedientię ergaDeū debitæ, ne per inobedientiam noſtrū à nobis abalienemus benefactorem; & vt grati beneficijs acceptis, inuitemus Deū, vt plura nobis largiatur: nam qui pleni ſunt Dei donis, agendo gratias Deo, euacuantur, vt denuò impleantur.

Addit: *In omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens.* Quod ſimile eſt, ac ſi iam ob conuerſionem eorum, qui in inſulisOccidentalium Indorum ad Fidem veniunt, Deo gratias ageremus, dum illorum recordaremur. ¶ Et nota, gratiarum actionem cum precibus coniungi: quia indiuulſa ſunt, & ſeparari à ſe inuicem non poſſunt, ſi vtiliter eas habere volumus.

Preces cū gratiarū actione cur iunxerit.

II. Solutio dubitationis. Quid gratiarū actio ſuper cōmunicatione in Euangelio Chriſti.

Ad ſecundum: Gratias agebat ſuper cōmunicatione in Euāgelio Chriſti, id eſt, eò quòd perueniſſent ad participationem Euangelij, quod intelligit omnem doctrinā Euangelij: Deinde etiam perueniſſe ad propagationem eiuſdem, quia bonum acceptum in alios diffundebat. Non ergò agebat gratias quod annus eſſet fertilis, ꝙ omnia vili pretio vænirent, quòd eius vrbs eſſet præcipua earum quæ ſunt in prouincia Macedoniæ: quæ etſi dona Dei, pro quibus etiam debebantur gratiæ: ſed Euangelij communicatio maximum eſt omnium beneficiorum, quod poteſt alicui ciuitati contingere. Eſt enim Euangelium virtus Dei, in ſalutem omni credenti, quod nobis donat Chriſtus, quo accepto habemus Deum propitium, remiſſionem peccatorum, adoptionem in filios, & hæredes ſumus Dei, patet nobis cœlum, & ſeruamur in morte ad accipiendam cœleſtem hæreditatem. Et vbicunque eſt hæc communicatio, nihil poteſt abeſſe, nec captiuitas, nec gladius, nec fames, nec mors, deniq; neque diabolus, neq; infernus, niſi per nos ſteterit, & velimus ſuccumbere, & à gratia excidere. Pro hoc ergo tanto beneficio gratias agebat, & inſuper vt in eo dono confirmarentur, precabatur.

Rom. 1.

Infrà 8.

Ibidem.

A prima die quænam Apoſtolus pro

Et ait: *A prima die vſque nunc.* A prima die intellige, qua audiuerunt Euangelium, & reſponderunt vocationi. Et fuit talis Apoſtolica prædicatio non ex voluntate propria, ſed ex cœleſti reuelatione, de qua Actor. 16. dicitur. Eſt & alius ſenſus: Gaudeo quod omni officio mihi prædicanti Euangelium, adeſſe non ceſſatis, & nihil non faciatis, quò meorum laborum ſitis participes, vbique mecum laborantes, & cooperantes, dum legatos mittitis, & quæ neceſſaria ſunt, pro virili ſuppeditatis, idque nō vno die, aut altero, ſed perpetuo, ex quo credidiſtis Euangelio. Nam qui Martyri Chriſti, aut verbum Dei prædicanti, aut ei, qui religioſam in cœnobio vitam agit, neceſſaria ſuppeditant, ac pro eis peculiariter orant; eorum certè coronæ, & præmij participes fiunt, iuxta articulum Symboli de cōmunione Sanctorum, de quo ait Dauid; Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Hic ſenſus verus eſt, & veritatem continet; non tamen illum priori prætulerim, nec ita cum præcedentibus, & ſubſequentibus cohæret, vt mihi videtur.

Philippenſib. precaretur. *Act. 16.* Alter ſenſus nec incongruus.

Matth 10.

Pſalm. 118.

Ad 3. quæſt. Quod Deus in Philippenſibus cœpit, quodnam ſit bonū opus.

Tertiæ dubitationi reſpondemus, quòd Apoſtolus nihil ſibi peculiare arrogat, ſed cuncta Deo tribuit. Vocat opus bonū ipſam ad Deū per fidem Chriſti conuerſionem: nam nullū mirabilius, aut magis præclarum opus, quam creaturam ratione prȩditam per peccatū à Deo auerſam, ad Deū per fidem, & pœnitentiam redire. Et certū ſe habere aſſerit, ſiue confidit, ſiue perſuaſus eſt (id enim ſignificat πεποιθώς) quòd qui cœpit opus bonum, ipſe perficiet. Ex præclaris ſiquidem initijs, & progreſſibus inſignes futuros exitus coniectamus, non eſt enim Dei, imperfecta relinquere opera ſua, de quo ſcriptū eſt; Dei perfecta ſunt o- & omnes viæ eius iudicia, & de illo dici non poteſt; *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.*

Vnde Apoſtolus eorū noſſe potuerit in bono opere Dei cœpto perſeuerātiā vſq; in finē. *Deut. 32.* *Luc. 14.* Eius boni operis autorē Deū extitiſſe. *Act. 16.*

Quòd autem Deus incœperit, certum eſt, quia omne boni initium à Deo eſt excitandum, & adiuuandum: nam & per noctem indicauit ei viſionem, qua vir Macedo rogabat vt iret in Macedoniam, vt illi opitularetur: vnde die ſequenti ad eos naui profectus eſt. Et vide quam tenue extiterit prædicationis principium: nam ſedentes iuxta flumen extra portam ciuitatis, vbi erat oratio, allocuti ſunt mulieres, quarum vnam, Lydiam nempe purpurariam, conuertit Deus. Dicitur enim quòd eius Dominus aperuit cor intendere his quę dicebantur à Paulo.

Lydia purpuraria à Paulo cōuerſa quædā quaſi mulier Samaritana.

Perſpice ergò acutè lector, in Macedonia vnam fœminam ad fidem primò tactam fuiſſe, & per illam cæteros: quemad-

modum

Ioan. 4. modùm Dominus gradiens per ciuitatem Samariæ,ad portam eius Samaritanam cõuertit, & per eam reliquos ciues Samariæ. Ipſe ergò Deus Paulum euangelizantem miſit, ipſe audientis Lydiæ Paulum aures aperuit, & ex modico fermento totam maſſam conſperſit. Vide etiam impletum verbum viri Macedonis apparentis Paulo,& dicentis: *Transiens in Macedoniam, adiuua nos*: breui enim tranſiens prædicauit ibi: breui etiam tempore in Theſſalonica,& in Berœa permanſit,& ob tumultus contra ſe excitatos, ſe ſubducere fuit coactus.

1. Cor. 5. Galat. 5. Act. 16. Infra 17.

Boni operis nõ ſolùm initiũ & progreſſũ, ſed & cõſummationẽ Deo tribuendam contra Pelagianos. Ioan. 14. 2. Cor. 3.

Deinde illud annotare expedit contra Pelagianos, Deo nos debere non tantùm boni operis perfectionem, & initium ſed etiam operis totius conſummationem, cùm ſcriptum ſit: Sine me nihil poteſtis facere, & alibi; Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Sufficientia,inquit,noſtra, ſiue vlla in principio,ſiue in progreſſu, ſiue in fine conſideretur.

Cur Paulus frequẽter de die iudicij loqueretur. 1. Cor. 1.

Addit: *Vſque in diem Chriſti Ieſu*. Quo remunerabit omnes beuè operantes, ſicut & alio loco dicit; Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ſolenne eſt Paulo proponere diem iudicij quaſi in foribus,& in propinquo imminentis: quod ſæpè facit, vt diem illum ante oculos ſemper habeamus.

De⁹ oẽ bonũ op⁹ ſine nobis ac etiam nobiſcũ efficiat. B. Auguſt.

Quod verò dubitatum fuit, an perficiat opus hoc ſine nobis,an nobiſcum, reſpondet beatus Auguſtinus cap. 17. in princip. tom. 7. poſt medium, libro de Gratia,& libero arbitrio: *Cooperando*(*Deus in nobis*) *perficit, quod operando incipit. Quoniam ipſe vt velimus,operatur incipiens,qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apoſtolus: Certus ſum,quoniam qui operatur in vobis opus bonum,perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Vt ergo velimus,ſine nobis operatur,cum autem volumus,& ſic volumus vt faciamus, nobiſcũ cooperatur:tamen ſine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus,ad bona pietatis opera nihil valemus*. Hæc ille magnus Pater Auguſtinus.

Qui ſeoſus huius dicti: Sicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro o mnib⁹ vobis.

Subdit: *Sicut eſt mihi iuſtum, hoc ſentire pro omnibus vobis*. Hoc eſt; Ea quæ de vobis ſentio (quos ad profectum venire faciet Dominus vſque in diem poſtremum) ſic ſentio, ſicut iuſtum eſt me hoc ſentire de vobis,tum ex parte Dei, qui non incipit, vt imperfecta ſua opera relinquat: tum quia ego habeo vos in corde: non enim leue eſt diuini amoris ſignum, quando aliquis ſanctus, & Deo charus ſuſcipit alicuius protectionem, & ex corde pro illo ſupplicat Deo. Ita enim ſolet diuina prouidentia operari quæ vult: nam cùm alicui ſalutem dare decreuit, inſpirat in corda amicorum, vt pro illo intercedant ad Deum,& ſuſpiria,& orationes infundant.

Cur Paulus ſe habere Philippẽſes aſſerat nõ tãtum in corde,ſed etiam in vinculis ſuis.

Addit: *Et in vinculis meis*. Ad corroborationem perſuaſionis aſſerit, ſe eos habere non tantùm in corde, ſed etiam In vinculis,& confirmatione ſocios: quoniam illi miſericordia erga eius vincula, & tribulationes commoti ſunt, & participes paſſionum eius facti. Nam etſi aliqui reſiſterent Paulo,Philippenſes tamen & precibus pro eo ad Deum fuſis, & neceſſariorum ſuppeditatione, gratiæ qua Paulus abundabat, participes efficiebantur. Vnde Ambroſius hæc verba interpretans, ait: *Secus ſus de bonitate, & iuſtitia Dei, & de horum fide non ambigens, confidit quod Dei auxilijs adiuti perſeueraturi ſunt in fide vſque ad die Domini, in quo remunerandi ſunt perſiſtentes in fide*. Hæc ille.

B. Ambroſ.

An idẽ ſi de Philippẽſium in bono perſeueratione dubitaſſet, iniuſte fuiſſet iniuriam.

Quòd ſi quis interroget, ſi aliter ſentiret Paulus de Philippẽſibus,an iniuſtè feciſſet? Dicẽdum;proculdubiò iniuſtè ageret, qui de proximo non ſentit, vt ſentire debet, de eo autem, quem videmus Chriſti amore ſuccenſum,& bonorũ operum ſtudio feruenter vacantem, iniuſtè ageret,& ſuperbè qui eum damnationi obnoxium pronunciaret, ſi ſuperbus fuit Phariſæus ille, qui dicebat: *Non ſum ſicut cæteri hominum, & velut hic Publicanus*.

Luc. 18.

Ad IV. dub. Euangeliũ vt noſtra egeat defenſione, & confirmatione. Pſal. 144. Matth. 24.

Quartam dubitationem ſoluimus, dicendo Dei veritatem magis firmam eſſe, quam vt opus habeat noſtris viribus fulciri: nam vt mendaces ſumus omnes, non poteſt Deus eſſe verax. *Fidelis*, inquit, *Dominus in omnibus verbis ſuis*,& alio loco: *Cælum & terra tranſibunt,verba autem mea* (noſtra enim verba eſſe fluens,ac debiliſſimum ex ſe ipſis habent) *non præteribunt*. Cæterùm abſurdum non erit dicere, infirmas conſcientias talibus adminiculis in fide confirmari: habet autem hoc genus confirmationis relationem non ad Deum, ſed ad homines: quemadmodum noſtra experiẽtia diſcimus hoc ſaltem tot Martyrum cędibus fuiſſe perfectum; vt totidem quaſi ſigillis Euangelium in cordibus noſtris obſignaretur. Vnde Tertullianus dixit: *Semen* (Martyrum ſcilicet) *eſt ſanguis Chriſtianorum*,& apud Ioannem Dominus aſſeruit ſe non indigere teſtimonio Ioannis præcurſoris propter ſe ipſum,ſed propter eum qui eum audiebant: *Vos*, inquit, *miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium accipio, ſed hoc dico*, vt

Quid Martyres cõtulerint Euangelio. Tertul. in fine Apolog. aduer ſus gentes. Ioan. 5.

Supra 1.

vt ſalui ſitis. Et hic finis eſt primę periodi huius capitis, q̃ ſemper ſolet eſſe longior, vt in alijs epiſtolis oſtendimus.

V. Solutio quæſtionis. Cur Philippẽſes potius quã alios habere cuperet in viſceribus Ieſu Chriſti.
Pſalm. 7.

Ad quintum, circa illud: *Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti.* Vbi quia quod aſſerere volebat, occultum erat, & in corde deliteſcens, Deum inuocat, qui ſolus veritas eſt; & cordium ſcrutator. Et dicendo, quam cupiam vos, vel quam amem vos in viſceribus Ieſu Chriſti, captat beneuolentiam, & indicat quanto amore illos cõplectatur, & quanto deſiderio pro illis apud Deum intercederet. Nec parum valet ad doctrinæ fidem faciendam, cùm perſuaſus eſt populus à Doctore ſe amari. Et deſiderandi, pro amandi verbo ponitur, ſpecies pro genere. Et eleganti periphraſi viſcerũ Chriſti vtitur: viſcera enim, vitalia ſunt membra, & intima, quæ affectibus concuti ſolent, vel amoris, vel miſerationis, vel gaudij, vel triſtitiæ. Vnde commota ſunt viſcera veræ matris, vbi audiuit filium diuidendum; & viſcera Ioſeph commota ſunt ad fratrem Beniamin, & Diuus Paulus ſcripſit ad Philemonem pro Oneſimo: *Reſice viſcera mea, id eſt, filium Oneſimum.* Solemus enim filios noſtros cor noſtrum, & viſcera noſtra vocare. Scripturæq́; hanc metaphoram vſurpant pro affectibus, ad ſignificandos erga alios intimos, teneros, intenſos & maternos affectus noſtros. Viſcera Hebraicè rechamin רחמים Græcè *σπλάγχνα* dicuntur, & affectum purum, & ſyncerum ſuum ad eos, opponit carnali affectui quicunque.

Quę iſtiuſmodi ſit metaphora viſcera Ieſu Chriſti.
3. Reg. 2.
Gen. 44.
Eadẽ in Scripturis eſt frequens metaphora.

Alius ſenſus eſt: Quomodò cupiam vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti vallatos atque protectos Diuina miſericordia, vt intimè diligatis Chriſtum, & ab eo diligamini: nam anceps eſt vocabulum, In viſceribus Ieſu Chriſti, num de viſceribus, quibus Chriſtus nos proſequitur, an de illis, quibus D. Paulus Chriſtum diligebat, ſit ſermo. Dixit enim Zacharias; *Per viſcera miſericordia Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto:* Et Eſaias, *Vbi eſt*, inquit, *zelus tuus, & fortitudo, multitudo viſcerũ tuorum, & miſerationum tuarum? ſuper me continuerant ſe.* Oſtendit enim Deus ſua viſcera nobis, cùm pro nobis homo fieri, & viſcera hominis habere dignatus eſt, vt illa pro nobis in cruce effunderet, quando de pectore eius exiuit ſanguis & aqua, Et vt in Euchariſtię ſuę myſterio ea tanquam mater amantiſſima, edenda, & potanda nobis porrigeret; vt ſimiliter diſcamus eum ex intimis viſceribus diligere, qui petimus ab eo cum Dauide: Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis; & ne proximo noſtro propter Deum mendicanti viſcera noſtra claudamus; & vt impleamus præceptum Apoſtoli, dicentis: Induite vos ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ. Cùm ergò ſint viſcera Chriſti, & viſcera diui Pauli, quibus tum Chriſtum, tum Philippenſes diligebat: locus iſte proculdubiò magis de ardenti affectu Pauli per viſcera ſignificato eſt intelligendus, quam de viſceribus Ieſu Chriſti, quia ait: *Quomodo cupiam*, id eſt amẽ vos ſyncerè in viſceribus meis, quibꝰ Chriſtum ipſum proſequor, & vos propter illũ. Et explicans magis hæc viſcera, ſubiungit: *Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet.*

Altera ſolut. dubij propoſiti.
Luc. 1.
Eſa. 63.
Oſtẽderit nobis quando viſcera Deus.
Ioan. 19.
Supra 6.
Pſal. 50.
Coloſſ. 3.
Vnde viſcera Pauli, quam Chriſti hoc loco potius intelligantur.

Nam magna pars eius qui in viſceribus Chriſti alios diligit, vel alios in illis concupiſcit, charitas eſt, ſiue augmentum charitatis, ſicut etiam fides habet ſuum initium, & augmentum, & perfectionem: ita etiam charitas, qua alios complectimini, augmentum ſumit à Deo, qui propterea orandus eſt, vt hoc nobis præſtet, quod ipſe ſolus largiri poteſt, & qui magis quam nos ipſi, hoc præſtare deſiderat: quia nihil nouit nobis eſſe vtilius, atque charitatem, qua vna iuſtus eſt quicunque iuſtus eſt, & vna illa augeri virtutum omnium incrementum,

Paulus cur Deum oraret Philippenſiũ, vt charitas magis ac magis abũdaret.

Nec enim Deus omnem infirmitatem ſimul de eccleſia tollit, nec ſemel omnia bona dilargitur, quò homines vanam gloriandi occaſionem caueant, & eccleſia occaſionem habeat contra ſuam infirmitatem Deum ſemper inuocandi.

Addit: *In omni ſcientia, & in omni ſenſu, ſiue intelligẽtia* Græca vox prima eſt agnitio: nã charitas ex agnitione beneficiorum procedit, nec enim amor tendit in incognitum: altera vox eſt *ἐν πάντι αἰσθήσει*. Et cùm hic non inſenſibilia tractet, ſed intellectualia, & ſpiritualia; patet, ſenſum poſitum pro iudicio, ſiue mente: ſicut alibi, *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas*; &, *Quis cognouit ſenſum Domini?* Et iterum, *Senſum autem tuum quis cognouit?* Priori ergò voce ſignificat perceptionem rerum earum, quæ augere poſſunt in nobis amorem, poſteriori verò rerum perceptarum dijudicationem denotat, vt perfecta ſit cognitio, non naturalis, ſed quam per Spiritum ſanctum iuſtificati accipiunt.

Philippẽſium charitas cur abundare debeat in omni ſcientia.
Luc 24.
Rom. 11.
Eſai. 40.
Sap. 9.
Quid ſciẽtia quid ſenſus hoc loco.

Et idcò alludens ad actionem iudicij, ſubdit: *Vt probetis potiora.* Id eſt, vtiliora, & alijs præſtantia: nam homo charitatem habens, quæ non eſt abſque lumine, intelligentiam aſſequitur, vt cognoſcat quæ

Quid hoc: Vt probetis potiora, ſibi velit.

verius

Digitized by Google

1. Cor. 2.

verius eligenda ſuot, & alijs præferenda. Hinc dixit: *Spiritualis autem iudicat omnia, quia habet legem, & regulam ſcriptam in corde.*

Theſſ. 2.

Vnde ait: *Omnia probat: quod bonum eſt (ſiue quod melius eſt) tenete, Vt ſitis ſynceri, & ſine offenſa in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Syncerus qui ſit, & ſine offenſa.

Syncerus eſt, in quo oon eſt dolus, nec hypocriſis, ſed columbæ ſimplicitas: ſine offenſa verò, vel offenſione, vel inoffenſi, vt legit beatus Ambroſius tomo quinto, ſiue Græcè ἀπρόσκοποι, id eſt, qui nullam dant offendendi occaſionem, quantum fieri poteſt, niſi eſſet Phariſæorum offenſa. Et curate oc impingatis in dogma falſum, vel in ſcandalum proximi, ſed in offenſo pede pergite in vocatiooe veſtra, & ſcandala curſum veſtrum noo abrumpant, vel impediant.

B. Ambroſ.

Matth. 15.

Dies Chriſti quis Apoſtolo.

Et addit: *In diem Chriſti*, exhortaodo eos ad perſeuerantiam: & intelligit vitæ exitum de quo: *Eſto fidelis vſque ad mortem*; vel in vniuerſum Chriſti aduentum, vbi talibus dicet Dominus: *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum.*

Apoc. 2.

Matt. 25.

Repleti fructu (vel fructibus) iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam, & laudem Dei. Hoc ſermone apertè admittit Apoſtolus, per gratiam Dei oon ſolũ impleri poſſe legem, ſed etiam hoc fieri debere indicat, vt inueniatur homo in illa die plenus fructibus iuſtitiæ, hoc eſt operibus bonis, quæ à fidei iuſtitia oriuntur, ac propterea ſecurus eſt, vt poſſit comparere ante faciem Chriſti: quod quia non cõtigit homini ex ſe, ſed ex Dei dono, ſubdit: *Per Ieſum Chriſtum.* Et quia omnia vertuntur in gloriam, & laudẽ Dei cum gloria ooſtra, & meritum Chriſti à gratia Dei promanat, rectè ait, *in gloriam, & laudem Dei.*

Gratia Dei homini duo præſtat: eius finis, ſecundum Apoſtolum quis.

Quooiam verò ſimilitudinem duxit ab arboribus fructus proferentibus, & omoes nos oatura ooſtra ſumus ſylueſtres arboras & oleaſtri, dooec Chriſto inſiti ſimus, propterea ad bonos fructus proferendos Dominus hortatus eſt, vt ſibi inſeramur, *Sicut*, inquit, *palmes non poteſt ferre fructum à ſemet ipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis.*

Rom. 11.

Ioan. 15.

Sextum dubium diluimus, dicendo Apoſtolum in hac narratione digredi à præcipua propoſitione iam deguſtata ad vincula ſua, quorum vtilitatem, & commodum exponit, vt & ſic Philippenſes contra ſcandalum Crucis, & ob id quod à Nerone pateretur, coofirmet. *Scire*, inquit, *vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ſcilicet quam ad detrimentum.* Ac ſi diceret, Fides Romæ nihil patitur, ſed potius augetur. Et ſi hoc faciuot vincula, quid mors mea? nonoe maiora dabit incremeota, ſicut à Chriſti morte multus fructus ex graoo mortuo proceſſit?

Dubitationis ſextæ ſolutio.

Quorſum hoc: Scire vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Euangelij.

Ioan. 12.

Et profectum Euangelij interpretatur Theodoritus multitudinem credetium, in Chriſtum, & eius legem profiteotium. Rectè ergò ſancti palmis conferuntur, quę quò magis opprimuntur, tantò magis in altum ſe ſe erigunt. Accidit etiam Chriſtianis, & Euangelio, quod filijs Iſrael io Ægypto contigit; quò enim magis opprimebant eos Ægyptij, tantò multiplicabantur magis, Ita etiam Paulus dixit; Deo gratias, qui ſemper triumphat nos io Chriſto Ieſu, (id eſt triumphare oos facit) & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos io omoi loco. *Ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in cæteris omnibus.*

Profect⁹ Euãgelij Theodorito quis.

B. Theod p. 2.

Chriſtiani vt Iſraelitæ quomodo aucti & multiplicati.

2 Cor. 2.

Exod. 1.

Satanas & impij conati ſunt Euangeliũ deſtruere, ſed Deus cooatus illorum & ſpẽ fruſtratus eſt: idque rectè. Nam cùm antea Euangelium multis ignotum eſſet, & obſcurum, factum eſt, vt hac via innoteſceret, & illuſtraretur, tam in prætorio toto, id eſt, aula, ſeu regia Cæſaris Neronis, vt interpretatur beatus Chryſoſtomus homilia 2. tomo 4. quam io cæteris vrbis Romę partibus. Vocat vincula in Chriſto, & dubium eſt, an referatur ad præcedens verbum, hoc in ſeoſu: Manifeſta fierent per Chriſtum Deo diſpenſante; an verò ad vincula, vt ſit ſenſus: Vincula celebria, & manifeſta, quæ Chriſti cauſa geſto, & pro oomine eius, ſiue negotio eius. Quemadmodum ad Epheſios dixit: *Obſecro vos ego vinctus in Domino*, id eſt, pro Domino, & pro Domini cauſa tueoda: & hoc per traiectionem Hebræis familiarem; vt Pſalmo 137. eadem figura dicitur: *Magnificaſti ſuper omne nomen, eloquium tuum*, ita eoim Hebræa habent; id eſt, Magnificaſti eloquium ſupra omne nomen tuum: & Horatius dixit:

Quanta Dei prouidentia, Pauli vincula manifeſta facta fuerint Romę in omni prætorio.

B. Chryſoſt.

Quomodo accipiẽdum illud: Ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, &c.

Epheſ. 4.

Pſal 137.

Penè macros arſit, dum turdus verſat in igne.

Horat lib. 1. ſerm. Satyr 5. à medio.

Verbum autem illud, *In cæteris omnibus*, Græcè non habet præpoſitionem, in, ſed cæteris omnibus, ſcilicet hominibus, qui extra prætorium verſantur.

Prætorium verò pro aula, vel palatio Neronis, quod Auguſtale vocat Fabius accipitur: nam cùm Prætoris nomeo eſſet generale, ac magiſtratus omnes ſignificaret: qui præcipuum imperium habebat, vt Dictator, ſummus Prætor dicebatur. Manſit deinde conſuetudo, vt Prætorium vocaretur io bello Tabernaculum, vel Cõſulis, vel eios qui præerat; in vrbe verò Palatium

Quid prætorium, tabernaculum, palatium, teſte Quintiliano.

Fab. Quint. lib. 8. c. 2.

latium Cæſaris, ex quo Monarchiam Cęſares occupârunt: in quo Cęſaris officiales ius dabant; & Paulus appellauit, cùm dixit: Ad tribunal Cęſaris ſto, Cęſarē appello. ¶ Subdit: *Vt plures è fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui.* Fratres periphraſticè vocat Chriſtianos, atq; hic ſolet eſſe fruct⁹ miniſtrorum verbi, vt ex ea in doctrina Euangelij infirmi confirmentur, & ad cōfeſſionem Dei ſine vllo timore Dei prouocētur. Voluitq; Dominus inter ſæuitiam perſecutorū, vt appareret manus Dei, quę ſub infirmitate Crucis ſuos inuictos redderet. Vnde tormenta acerbiſſima ſuſtinentibus Martyribus, alij præſentes Spiritu Dei accenſi ad confeſſionem Filij prouocabātur, & ad inſultandum tyrannis: & Dominus de clamantibus pueris dixit: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Sed quia contingebat prędicare Chriſtum varijs de cauſis, & à quibuſdam non ſyncerè, ne exiſtimarent Philippenſes, omnes in veritate ambulare, & non deciperentur, ſubdit: *Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant.* Sed ne longiores in hac diſputatione ſimus, hanc quæſtionem in ſequentem diſputationem reijciamus.

Act. 25.

Luc. 9.

DISPVTATIO III.

In qua verba quæ proxima ſunt ijs, quæ iam explicauimus, per totū primum caput declarantur.

Qvales fuerint ex contentione, & inuidia prædicantes Euangelium Chriſti: qua ratione item illud incognitum & exoſum prędicarent illi.

VT ab vltimo loco ſuperius propoſita reſpondeamus, qui ex inuidentia, & contentione Chriſtum annunciabant, ſimulatores erant, & purè non agebant. Sed cùm annunciari non poſſit Euangelium, niſi ab intelligentibus, qua cauſa iſtos impellebat ad perſequendam, quam probabant doctrinam? Reſpondemus, cæcam eſſe ambitionem, imò rabidam belluam; quare non mirum, ſi falſi fratres tela ex Euangelio arripiant ad bonos, & pios verbi Dei miniſtros vexandos. Erant eo tempore, qui Paulo inuidebant, ſucceſſum in Euangelio, quod ab Ieruſalem, ac circumiacentibus regionibus ad Illyricum vſque verbum Dei impleuiſſet, qui ſucceſſus magnam illi gloriam pariebat. Sed qui illi inuidebant, eius gloriam extinctam cupientes; cœperunt prædicare Chriſtum; nouerant enim hac ratione Neronem magis in iram cōcitandum: nam cùm videret numerum Chriſtianorum quos pernicioſos Reipublicæ ſuæ ducebat, magis ac magis augeri, factum eſt vt furor Regis & cōmotio, in ipſius Pauli tanquam primarium prædicationis caput recideret.

Rom. 15.

Propter bonā verò voluntatem qui prædicarent Chriſtum.

Qui verò propter bonam voluntatem prædicabant, quæ Græcè dicitur εὐδοκία; illi ſunt, qui ſyncero animo, & ſancto propoſito ſemota omni hypocriſi, & contentione euangelizabant.

¶ Vbi nota, duas ſequentes clauſulas perturbatas eſſe, nam iuxta Græcorum codicum fidem ita legimus: Quidam quidem ex contentione Chriſtum annunciant, nō ſyncerè, exiſtimanaes ſe preſſuram ſuſcitare vinculis meis; quidam autem ex charitate, ſcientes quòd in defenſione Euangelij poſiti ſint. Et ita prima ex iſtis declarat priorem clauſulam. Latinus verò interpres priori loco enarrat poſteriorem ex iſtis, & ſecundo loco priorem paulò obſcurius, ſed tandem in idem recidit.

Ex cōtentione, & inuidia prædicantes, quo modo exiſtimarent preſſuram ſuſcitare vinculis Pauli.

Ait ergò: *Quidam quidem ex contentione,* explicans quod dixerat de his, qui ex inuidentia, & contentione, & non ſyncerè prædicabant: quod non eſt ad doctrinam, quoquo modo referendum, ſed ad animum, quia exiſtimabant ſe preſſuram ſuſcitare vinculis ſuis, putantes ſe illum maiori iracundiæ, Regis obnoxium reddere. Et Chryſoſtomus docet, hæc verba non de poſterioribus vinculis, ſed de prioribus quæ ipſe euaſit, intelligenda. Porrò Cyprianus epiſtola ad Iubaianum de hæreticis baptizandis, docet, hunc locum Pauli hæreticis non fauere: nec enim de hæreticis, vel Baptiſmo eorum agebat Apoſtolus, ſed loquebatur de fratribus, ſiue inordinatè, ſiue contra Eccleſiaſticam diſciplinam ambulantibus, ſiue Euangelicam veritatem de Dei timore non ſeruantibus. Porrò aliud eſt, eos qui in Eccleſia ſunt, de nomine Chriſti loqui, aliud eos, qui foris ſunt & contra Eccleſiam faciunt, qui in nomine Chriſti baptizabant. Quare qui hæreticis patrocinabantur, non debebant hūc locum Pauli proferre, in quo de fratribus habet ſermonem.

Hæreticis contra veritatem baptiſmi aut eccleſiæ nihil hunc locū Pauli ſuffragari, teſte Cypriano.

Subdit de altera parte: *Quidam ex charitate ſcientes quoniam in defenſione Euangelij poſitus eſt.* Quod eſt dicere: Cùm Euangelij ſit mihi reddendi ratio, & quòd in eo prædicando non quæram gloriam meam, eò quòd mandatum à Deo prędicandi acceperim, & ita mihi ſit facilis defenſio, & rationes quas redditurus ſum pro illo opere quod in mādatis accepi, ipſi promoueant; Chriſtum euangelizant.

Ex hac charitate qui Chriſtū annuntiarent.

Ad ſeptimum, cùm ait: *Quid enim!* ad ora-

VII. ſolutio quæſtionis.

Hæc particula: Quid enim? Dũ omni modo, &c. quo modo ſupplenda.

orationis perfectionem aliquid ſupplendũ eſt, nempè: Quid mea refert? aut, Quid mihi curæ eſt, quo affectu, vel quo modo alij Chriſtum prædicent, dummodò ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem prædicetur? Vbi occaſioni veritatẽ opponit. Certum eſt autem aliud intelligere per occaſionem, quàm vulgò ſignificet: Eſt enim Græca vox πρόφασις, quæ prætextum ſignificat, quę optimè ſcopo pręſenti congruit, id eſt, ſiue fictè, ſiue non fictè prædicationi Chriſti incumbant.

Iis verbis vt non ſimulatè Chriſtum annuntiantes, commendet Apoſtolus.

Ad dubium autem propoſitum, quia videtur Paulus probare eo ſermone ficto animo prædicantes, dicendum eſt, Apoſtolum quidem non gaudere de cauſſa vt cauſa eſt, id eſt, de fictione, vel prætextu, ſed in cauſa vt effectum continet, Apoſtolus reſpicit, id eſt, ad profectum Euangelij, non autem ad hypocriticam ipſorum prædicationem, aut improborum prædicatorum deſiderium. Quaſi dicat, Etſi illi vt me contriſtent, hoc faciant, ego autem gaudeo, & ſemper gaudebo æterno gaudio. Deus enim interdum malitioſis, & reprobis vtitur inſtrumentis, vt præclarum opus perficiat.

Qui verũ illud ſit: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccleſ. 15. Matth. 23.

Quod verò dicitur, *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*; intellige ipſi Prædicatori prædicanti: ſecùs illis qui audiunt. Vnde Dominus dixit: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate, & facite, ſecundùm opera verò eorum nolite facere.* Exemplum igitur nobis in Paulo propoſitum eſt, vt maximè omnium gaudeamus de prædicatione Chriſti, & profectu Euangelij, à quocunque id fiat: & tantum aberit, vt vllam huius rei gratia triſtitiam concipiamus, vt contrà verè gaudeamus, dummodò annuncietur Chriſtus, & ego ſim huius tanti boni cauſa, vel occaſio. Et ita Moyſes ad dicentes quod Eldad, & Medad extra caſtra prophetarent, reſpondit: *Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum?* Et Dominus apud Lucam, cùm Ioannes dixiſſet, *Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eÿcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum*, reſpondit: *Nolite prohibere, qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt.* Et hodie certè multum inſeruiret Prædicatoribus hanc doctrinam ante oculos habere, ne quid agant ex contentione, & æmulatione, & rariſſimi ſunt qui ex charitate, & veritate prædicent.

Num. 11.

Luc. 9.

Quibus maximè cauendum ne quid agant ex contentione, & æmulatione.

Per occaſionem (vt ait Paulus) qui Chriſtũ annuntient.

Annuntiant per occaſionem, ſiue prætextum, Chriſtum, qui non præcipuè propter Chriſtum hoc intendunt, ſed propter aliud, hoc eſt, ad aucupandam famam, pecuniam, vel gloriam. Vnde Beatus Auguſtinus ſermon. 49. de verb. Domin. cap. 5. & cap. 9. tomo 10. *Diligendus eſt paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro Sunt homines in Eccleſia, de quibus dicit Apoſtolus; Qui ex occaſione euangelizant, quærentes ab hominibus commoda ſua, ſiue pecuniaria, ſiue honorum, vel laudis humanæ: quomodolibet volentes accipere munera, euangelizant, & non tam ſalutem eius quærunt, cui annunciant, quã commodum ſuum.* Subdit Apoſtolus: *Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem per veſtram orationem, & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu Chriſti.* Ratio futuri gaudij redditur, quæ eſt ex ea notitia, quòd omnia illa, id eſt, eſſe alligatum, vel ab ipſis prædicari Chriſtum, aut etiam quòd inſidijs me petant, prouenient mihi ad ſalutem: quia diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, etiam illa quæ videbantur aduerſa, & contraria. Et hoc ait, per veſtram orationem, & ſubminiſtrationem Spiritus: nam per orationem mouetur Chriſtus ad ſubminiſtrandum Spiritum ſanctum, quo vno homo in omni preſſura fortis redditur. Et vide quantum ſe Apoſtolus demittat, cùm ob innumera, & præclara opera deberetur ſibi laus: per veſtram tamen, inquit, deprecationem, quæ mihi Spiritum promeruit.

B. Auguſt.

Quæ ratio fuerit Apoſtoli de fictorũ, & inuidorum hominum Chriſti prædicatione gaudendi.

Rom. 8.

Philippenſiũ pro Paulo orationis efficacia.

Ad octauam dubitationẽ. Spes & expectatio, hæ duæ voces quid differãt.

Ad aliud, quod dubitatum eſt ex illis verbis: Secundùm expectationem, & ſpem meam, quia in nullo cõfundar, &c. an idem eſſet ſpes, & expectatio, dicimus Græcas voces eſſe κατ' ἀποκαραδοκίαν, & ἐλπίδα. Et prima vox ſignificat intentam, & vehemẽtem, anxiamq; animi expectationem, qua quis capite etiã ipſo moto obſeruat, & circumſpicit, num vſquàm appareat id quod ſperatur, ſiue expectatur, iuxta illud, *Aſpicite & leuate capita veſtra: quoniã appropinquat redemptio veſtra*: Quæ vox inde dicta eſt, vt ait Theophylactus, & ex tribus dictionib. componitur, & habetur ad Roman. cap. 8. *Nam expectatio creaturæ, &c.* Et hoc loco docet Apoſtolus, non oportere ſolis aliorum precibus confidere, niſi aliquis quicquam à ſeipſo conferat.

Luc. 21.

Theophylact. Rom. 8.

Aliorũ preces pro nobis noſtro etiam proprio niſu iuuadæ ſunt.

Cũ ſpes, expectatio ſit futuræ beatitudinis, cur iſta diſcernit Apoſtolus.

Dices; Nonne ſpes, eſt expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proueniens? quare ergo diſtinxit, inter ſpem, & expectationem? Dicendum, ſpem motum appetitus eſſe rationalem in bonũ arduũ: at cùm quis ſperat aliquid, quod per ſe adipiſci poteſt, ſic ſpes eſt ſine expectatione: quando autem per alium, & periculum imminet, tunc ſpes eſt cum expectatione. Et ita nos expectamus per Deum, ſpẽ habẽtes in eo, quòd dabit quod petimus, & à

Pſalm. 39.
Apoſtolus in Domino ſperans, cui minimè confuſus.
Rom. 5.
Ecclеſ. 2.

malo imminẽti liberabit, de quo Propheta ait: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et ſubdit: *Quia in nullo confundar.* Quia ſpes non confundit; &, *Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt.* Ita ergo inſidiatores mihi non præualebunt: nam etiamſi me occiderint, in Domino ego ſperabo, & vicero.

Duo in Deo fiducia præſtat Deus vt magnificetur à nobis.

Sed in omni fiducia, ſicut ſemper & nũc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Fiducia Græcè eſt *παῤῥησία*, id eſt, libertas, quia non tantum hominem benè de Deo ſperantẽ, & expectãtem reddit, ſed etiam liberum, & audacem reddit ad faciẽdum, & patiendũ pro Chriſto. Et Deus quidem in ſeipſo nec creſcere, nec decreſcere poteſt, ſed in nobis, hoc eſt in cognitione noſtra, vel aliorum. Et dupliciter magnificatus eſt Chriſtus in corpore Pauli, primò portando & glorificãdo Deum in corpore ſuo, & pro eo, & Euangelio vincula, & plagas, & lapides tolerando: deinde exponẽdo illud vt hoſtiam pro Chriſti gloria, vt ille ſuum pro nobis poſuit. Atque ob id ſubiungit: *Siue per vitam, ſiue per mortem. Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus.* Et addit: *Sicut ſemper, & nunc.* Quibus verbis à præteritis gratiæ ſuæ experimẽtis fidẽ ſuam ſtabiliuit: nam probatio parit ſpem. Porrò in hæc verba Photius ita ſcribit: *Semper in Paulo magnificabatur Chriſtus,* & quando ipſum tradebat, vt vinculis ac flagellis miſerè affligeretur, & quãdo educebat eum, ac liberabat. Per illud namque confirmabatur, viresque ſumebat prædicatio, nequaquàm gaudẽs innumeris ſeipſum exponeret malis, cùm liceret ceſſando liberari. Ideo meritò magnificabatur Chriſtus, confirmato Euangelio. Rurſum autem dum extrahebãt, ac eripiebat ipſum è periculis, etiã inde magnificabatur. Niſi enim diuina quædam, & ſuper hominem eſſet gratia, quæ Paulũ liberaret, quomodo ſoluta fuiſſent vincula? quomodo aperta oſtia? quomodo innumera illa facta fuiſſent miracula? *Siue per vitam.* Quoniam eripuit me de ore Neronis. Siue per mortem. Quoniã vires mihi præſtitit, vt deſpicerem mortem. Hoc autem dicit, non tanquàm confeſtim moriturus, ſed ipſos cõfortans, ne vbi hoc accideret, turbarentur.

Dupliciter Chriſtũ Paulus magnificabit in corpore ſuo.
2. Cor. 11.
Rom. 14.
Suprà 5.
Photius apud Oecum. c. 2.
Chriſt⁹ quare ſiue per vitam, ſiue per mortem fuerit in Paulo magnificat⁹.
2. Tim. 4.

IX. ſol. quæſt. De ſenſu horũ verborũ: Mihi viuere, Chriſtus eſt & mori lucrum.

Nonam quæſtionem ſoluamus ſuper illis verbis: *Mihi viuere Chriſtus eſt; & mori lucrum.* Viuere & mori poſuit pro vita & morte, conſuetudine Græca: hoc eſt; Vita mea gloria Chriſti eſt, quatenus in omni mea actione glorificetur: & mors mea lucrum eſt, vel mortẽ pro lucro duco, quòd defunctus hac vita, Chriſtus mihi adfuturus eſt, qui dabit ſemetipſum mihi in vitam. Ipſe enim vera vita noſtra eſt, hoc pacto lucrabor illum, qui dixit: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Et ex hoc loco colligitur, dari ſtatim poſt mortem prẹmium vitæ æternæ. Si enim mors eſt lucrum Chriſti, ergo beatitudinẽ cõſequitur poſt mortẽ, qui ipſum lucratur. Atq; hoc idem annotauit Chryſoſtomus cum ſequacibus ſuis Theophylacto, & Oecumenio. Quod diligenter eſt memoriæ commendandum propter Græcos, qui vulgò id negare dicũtur: dummodò iuſtorum animæ ex hoc corpore diſcedentes nihil ſecum ferant purgandum.

Ioan. 12.
Matth. 16.
In eos qui iuſtos negant ſtatim poſt mortẽ beari.
B. Chryſoſt. ſerm. 3. 10. 4.
Theophylact.
Oecum. loco præſcripto.
Chryſ. ibid.

Proſpice etiam, Chryſoſtomum in Parte parænetica illius homiliæ multa præclara de Purgatorio, & de præcibus defunctorum tradere, quodque ab Apoſtolis fuerit inſtitutum, vt in celebratione liturgiæ fieret defunctorum memoria.

Alter propoſitę ſententię; Mihi viuere Chriſtus eſt, &c. ſenſus.

Deinde aduerte, quoſdam contendere, Chriſtum in vtroque orationis membro ſubiectum eſſe, lucrum verò prædicatum; vt tam in vita, quàm in morte Chriſtus ſit lucrum. Græcis enim frequentiſſimum eſt ſubaudire particulam *πρὸς*, vel *κατὰ*, vt ſit ſenſus; Mihi enim Chriſtus eſt & in vita, & in morte lucrum. Et eclipſis verbi inter Atticiſmos enumeratur.

Quã ſit probabilis ille.

Ἐμοὶ γὰρ κατὰ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ κατὰ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Sanè hic ſenſus minus videtur coactus, & melius cohæret cum proxima ſententia, & pleniorem continet doctrinam, indifferens videlicet ſibi eſſe & æquale, an viuat, an moriatur, quoniam Chriſtum habens, vtrumque lucro apponat. Idcirco aliqui putant hunc ſenſum præferendum: nam Chriſtus vnus eſt, qui & in vita, & in morte facit nos beatos; alioqui certè vita miſera nihilo eſt felicior morte, adeò, vt difficile ſit extra Chriſtum exiſtẽti definire, ſit ne vtilius mori quàm viuere: rurſus adſit Chriſtus, & vitam noſtram perinde, ac mortem benedicat, & erit vtraque fauſta, atque expetenda vt lucrum. Si vixero ergo, Chriſto vixero, & lucrabor: ſi moriar, Chriſto moriar, & Chriſtus etiã erit mihi lucrum, quia mortuus cum Chriſto coronabor.

Dictum Apoſtoli, quòd Chriſtus ſit ei mori lucrũ quàm paradoxum videatur.

Maximum autem verbum Pauli, & ſupra omnem ſenſum, & rationem eſt, quod dixit, Mori lucrũ; vt mortem, quę omnium ſenſuum, & omnium bonorum, & cõmoditatum, quæ iocundam vitam efficiũt, agnoſcitur priuatio, apprehẽdat tamẽ in hac priuatione lucrũ eſſe Spiritus, & meliorem

vitam,

vitam, & viuaciores ſenſus, & præſtantiora in æternum bona.

Ad Grãmaticã, quomodo conſtet hæc ſentẽtia: Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro.

Solutiones quorundam minus idoneæ.

Sequitur difficilis clauſula: *Quòd ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro.* Vbi primùm aliquid de Grammatica,& aliquid de ſenſu dicendum eſt. Si ergo legas, vt vertit Interpres, & Eraſmus: *Quòd ſi viuere in carne,&c.* tota particula hiabit propter coniunctionem ſequentem ϗ, ſiue Et, quam tamen Scholiaſtes Græcus negligit,& ſæpè ſuperfluit. Alij verò interpretãtur Et, pro etiam, vt ſæpè annotatum eſt:at εἰδὲ Græcus textus habet,& Scholiaſtes interpretatur pro ἐπειδὴ, id eſt, Quoniam verò, ſiue quandoquidem, vt ſit cauſalis particula. Alij verò ſubaudiunt: Si cõtingat viuere in carne, vt Eraſmus in contextu poſuit, quòd non decebat facere.

Sed certè magis expeditũ fuiſſet, ſi vertiſſet per interrogantem particulã εἰδὲ, pro an, vel vtrùm, vt ſit ſenſus: Vtrùm verò viuere, ea res ſit mihi operæpretium, vel fructus operis: nam Græcè neutraliter poſitũ eſt τοῦτο, id eſt, an ea res ſit mihi fructus operis, id eſt, operæpretiũ, ſiue res vtilis, & fructuoſa, in qua aliquis dignè operam ponat. Et ita ſentit Apoſtolus: Si viuo, cauſa Chriſti viuo: ſi morior, meo commodo, & lucro morior. Quòd ſi ipsũ viuere, res fructuoſa eſt,& vtilitatem adferre poteſt, quia viuendo Eccleſijs proſum, non profero meum commodum veſtro bono, vt dubitem etiam, vtrùm debeam eligere.

Eius dicti Græcorum intelligentia.

Secundùm verò Scholia Græca ſenſus eſt: Quãdoquidem viuere in carne, ad fructificandum conducit, nondum mihi ſatis notum eſt ac decretũ quid eligere debeam, vitamne, an mortem. Quo in loco Chryſoſtomus: *Quid dicis Paule? Cùm hinc abiens in ipſum cœlum migraturus ſis, atq; cum Chriſto futurus, ignoras quid eligere debeas?* Et infrà: *Et ſi innumeris bonis referta fuiſſent præſentia, propter Chriſtum tamen dilectum, ac deſideratum, ab illis liberatum iri cõcupiſcendum ſuerat. Papè, quis eſt hic Apoſtoli animus? Nihil illi par vnquam, vel fuit, vel erit. Futura metuis, innumeris malis obnoxius es, & apud Chriſtum tamen eſſe non vis?* Et poſteà facit Paulum reſpondentem: *Non,* inquit, *atque id propter ipſum Chriſtum, vt quos illi lucrifeci ſeruos, expeditiores conſtituam, & ſolidiores: & vt agricolationem illam quam plantaui, frugiferam reddam. Non audiſti me, Non quod mihi eſt vtile, ſed quæ ſunt proximorum quærentem? Non audiſti quomodo anathema à Chriſto fieri cõcupierim, quò id ipſum multi concederent? Qui illud volui, quomodo non multò ampliùs iſtud eligam, cùm mihi ipſi libẽter ex mora ac dilatione damnum inferam, quò aliqua poſſit illis contingere ſalus?* Hæc ille ſatis eleganter.

Chryſ ſer. 4. in princip.

Vnde Paulus velle potiùs debuerit mori & eſſe cum Chriſto, quã viuere.

1 Cor 10. Rom. 9.

Theophylactus verò coniunctionem, Si, interpretatur non vt ſit dubitantis, ſed aſſeuerantis, vt apud Catonem:

Si particula interdum affirmat. *Theophylact.*

Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt.

Id eſt, Si Deus eſt Spiritus, ſanè ſpiritu colendus eſt. Cumq; in hac fluctuatione ancipitis animi nõ conquieſceret, addit: *Quid eligam, ignoro. Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multò magis melius: permanere autem in carne neceſſarium propter vos.* Græca habent, συνέχομαι γὰρ ἀμφοτέρωθεν ἐκ τῶν δύο. Id eſt: Si vtriuſque rei tangor deſiderio, & vitæ, & mortis: eſt enim συνέχομαι, vtrinque teneor. Coarctari verò eſt, dum vnus dexteram tenet, alius ſiniſtram. Duplex eſt enim motus, alter naturæ, dictans non eſſe moriendum: nolumus enim expoliari, ſed ſuperueſtiri; alter gratiæ, qui mouet ad dilectionem, & viſionem Dei, & ideo cupit diſſolui. Et quia ait, *Multò magis melius:* Græca ita habent: πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. Ambroſius, Multò enim melius, & alij, Nam id lõgè optimum. Et cùm Paulus aliàs duplicare ſoleat comparatiuum, emphaſeos gratia, vt plurimũ exceſſum ſignificet, id iuxta Hebræum idioma accipiendum videtur, quod vtitur Pleonaſmo, Latinè diceretur, multò longeque melius.

Ioan. 4.

Quid illud: Coarctor autẽ è duobus: deſideriũ habens diſſolui, &c. Duplex motus in nobis.

2. Cor. 5.

Ambr tom. 3.

Agnouit B. Auguſtinus libr. 3. de doctr. Chriſt cap. 2. dubiam eſſe diſtinctionem, & vt exemplum ambiguę lectionis proponit. Primò, vt ſenſus ſit iam dictus: Vtriuſque rei tangor deſiderio, & vitæ, & mortis: alter verò, Coarctor è duobus: Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto: & ex eo quod ſequitur, Multò magis melius, colligit Auguſtinus, deſiderium habens eſſe transferendum ad ſequentia, & non ad præcedentia: idque probat particula, enim, vel γὰρ, quæ rationem reddit. Vt ſit ſenſus: Duo ſunt, quæ me compellunt, quorum vtrumque deſidero, nempè diſſolui, & eſſe cum Chriſto: alterum iudico neceſſarium, ſed non deſidero, nempè manere in carne, vel vt Græca habent in comparatiuo ἀναγκαιότερον, id eſt, magis neceſſarium.

Auguſt. to 3.

Quid hoc lóco, diſſolui.

Eſt autem hoc loco diſſolui, quando aliqua res in eas ex quibus conſtat partes reſoluitur, quã Græci ἀνάλυσιν vocant: & ſoluere à portu dicuntur nautæ profecturi: & alibi dixit: *Tempus reſolutionis meæ inſtat:* Simeon etiam, *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* Quanquam Tertullia. lib. de Patientia legat: *Cupio recipi iam, & eſſe cum Chriſto.* Legit enim ἀναλύεσθαι, non ἀναλῦσαι. Eſſe autem cũ Chriſto, eſt eſſe beatum, iuxta illud: Sic ſemper cum Dño erimus; & rurſus,

2. Tim. 4. Luc. 2. Tertull poſt medium to. 1.

Quid, eſſe cũ Chriſto.

1 Theſſ. 4.

Aude-

2. Cor. 5.

Audemus autem, & bonam volũtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

Quomodo Apoſtolus viuens quã moriens, & manens cum Chriſto, plus potuerit iuuare Philippenſes.

Fuit autem à principio propoſitum dubium, quomodo deſiderabat permanere in carne, quia in ea re contradiceret nonnullorum ſanctorum dictis, qui cùm hinc diſcederent, ſolabantur ſuperſtites fratres, promittendo ſe plus illis profuturos orationibus præſentes apud Deũ, quàm ſi manerent in vita eoſdẽ curantes. Sed dici poſſet id eſſe verùm, cùm iam labor eorum in hac vita perfectus eſt, & excurſus, non autem anteà: quæ res cùm ſub Dei cognitione poſita ſit, nos latere ſolet: at Spiritus aſſiſtens Paulo, multa ei reuelauit.

An hoc eligens Apoſtolos, plus Philippẽſes, quã Deum amaſſe videatur.

Deinde obijcies, primum deſiderium, quod erat eſſe cum Chriſto, oriri à Dei dilectione; ſecundum autem, quod erat permanere in carne, profectum erat à dilectione proximi: conſtat autem, maiorem eſſe, & meliorem dilectionem Dei, quàm proximi. Reſpondemus, duplicem eſſe Dei dilectionem, alteram cõcupiſcentiæ, qua volumus frui Deo, & in illo delectari, & hoc eſt bonum hominis: alteram verò amicitiæ, quã præfert etiam illi delectationi qua fruitur Deo, & hæc oritur ex perfectiori charitate, de qua: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Proponit nãque Paulus publicam vtilitatem Eccleſiæ priuatæ vtilitati ſuæ: nam aliam mercedem ille non optabat, quàm ſeruire gloriæ Ieſu Chriſti, & fratribus prodeſſe.

Rom. 9.

Cur vt ipſe inquit Apoſtolus, optauit permanere Philippenſibus.

Et hoc confidens, ſcio quia manebo. & permanebo omnibus vobis, ad profectũ veſtrũ, & gaudium fidei: vt gratulatio veſtra abũdet in Chriſto Ieſu in me per meum aduẽtum iterum ad vos. Verbũ confidens, Gręcè eſt πεποιθὼς, id eſt, cõfiſus: quo verbo Paulus Hebraizans ferè ſemper pro præſenti vſurpat, vt rectè verterit interpres cõfidens. Et ſenſus eſt: Scio quòd vobis ſum magis neceſſarius, & quòd manebo, & permanebo omnibus vobis; id eſt, ſuperſtes ero, & eripiat à poteſtate Neronis, & permanebo omnibus vobis: perinde ac ſi dicat, Iterum viſurus vos ſum, & permanebo ad fidei veſtræ profectum; id eſt, vt in fide veſtra proficiatis, ſiue quod de fide habetur, quod eſt verum gaudium: vt illi probè norunt, qui in contẽplationibus, & in puritate vitæ meditantes exercentur.

Philippenſiũ gloriatio vt abundauerit in Chriſto per aduẽtum Pauli iterum ad illos.

Vt gratulatio vel gloriatio veſtra abundet in Chriſto per meũ aduentum iterum ad vos. Nam cùm Philippẽſes gloriarentur, & meritò de tanto Doctore; illa gloriatio reflorebat ipſo iterum redeũte ad illos. Quod & factum creditur, nam poſt biennium, quo Romæ commoratus eſt, creditur Hiſpanias primùm peragraſſe, deinde in Græciam, & in Macedoniã viſitandi gratia ſuos reuertiſſe. Abundet, inquit, in Chriſto per fidem (in me) vobis reddito, vel de me, quod explicaui meum aduentum iterum ad vos.

Actor. vlt.

Quatenus mori Paulus optauerit, mors naturæ cum repugnet.

Ex his verbis in primis collige, magna prudentia dixiſſe Apoſtolum: *Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto,* & hæc duo coniunctim legi debent: quia per ſe mors nunquã eſt expetibilis, quia pugnat cũ ſenſu naturæ, ſed expetitur propter cauſam aliam. Nam ſunt qui mori cupiunt, ne quid aduerſum patiantur, qui deſperati ad mortem confugiunt tædio vitæ: fideles verò ad eam libenter properãt, quòd ſit liberatio à ſeruitio peccati, & tranſitus ad regnũ cęlorum: & huius rei cõſolatione formidinem vincunt. Væ autem illis, qui audito mortis nomine, nõ ſolùm expaueſcunt, ſed propè redduntur exanimes: cæterùm fides, & bona cõſcientia ad cogitationem, & mentionem mortis multum valet, & caput attollit, & nuntio ſuæ redemptionis lætatur.

Malã mortẽ horret, non bona, conſcientia.

Quid præſens hæc vita & temporalis Apoſtolo.

Deinde aduerte, Apoſtolum hic definire quid ſit vita tẽporalis, quid mors, & q̃d credentibus in Chriſtum poſt mortẽ accidat. Cùm enim dixit, Cupio diſſolui, ſignificat hanc vitam corpoream nihil aliud eſſe, quàm carcerem, in quo quis alligatus, & vinctus tenetur, ne habeat verã felicitatẽ, & ne viuat cum Domino ſuo. Qui ergo in ſeculo hoc agũt, vt in eo viui diuturno tẽpore permaneant, illi perinde faciunt, ac ſi captiui turri, aut carcere ſuo delectarẽtur, & cùm liberum eſſet, nollent egredi. Deinde ex vocabulo, diſſolui, manifeſtum eſt profanos homines errare, qui mortem hominis abolitionem vocant (quaſi totus homo intereat) & vltimam rerũ lineam. Paulus autem erudit nos, mortẽ nihil eſſe aliud quàm ſolutionem animæ à corpore, quam pijs omnibus pretioſam Chriſtus effecit, & per mortẽ deſtruxit eũ, qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum, & liberauit eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti, vel timori mortis.

Mortem ille diſſolutionẽ appellans, quod de Anima dogma confutet.

Hebr. 2.

Alia hæreſis quorundam, illo verbo, & eſſe cũ Chriſto, à Paulo reprobata.

Tertiò ſignificat Paulus, animas piorũ hominum poſt mortem & viuere, & feliciter cum Chriſto commorari vſque ad nouiſſimum diem, quo immortalia ſua corpora recipient. Quare pernicioſum eſt, & fallax deliramentum eorum, qui animas à corpore diuiſas dormire ſomniant, cùm apertè Apoſtolus frui Chriſti præſentia, cũ diſſoluuntur, aſſerat, & pij omnes animas ſuas, vel ſpiritus ſuos, cum ea imminet diſſolutio, Deo Patri commendare ſoleant, vt Domin⁹, & Stephanus fecere: Petrus quoque, *Qui patiũtur,* inquit, *ſecundũ voluntatem*

Luc 23.
Actor. 7.
1. Pet. 4.

Dei,

Dei, fideli Creatori commendent animas ſuas in benefactis.

Quorſũ hoc: Tantũ dignè Euangelio Chriſti conuerſamini.

Subdit Apoſtolus: *Tantum dignè Euangelio Chriſti conuerſamini.* Vtimur hac dicendi formula, cùm ad nouum ſermonẽ tranſimus: quaſi diceret Paulus: De me viderit Dominus quid magis expediat: vos verò curate, vt vita veſtra digna videatur Chriſti Euangelio quod profitemini. Et hoc loco iugulat eos, qui negant legem Chriſti nos poſſe adimplere. *Vt ſiue cùm venero & videro vos*, ſupplendum eſt verbum, quod Græca Scholia producunt, nempè, gaudeam vobis. *Siue abſens audiam de vobis, quod ſtatis in vno ſpiritu vnanimes.* Hac quoque ratione gaudeam, quod vos perſeueratis in vno, & eodem ſenſu. *Collaborantes*, ſiue vt Grȩcum verbum habet συναθλοῦντες, hoc eſt concertantes, quia militia eſt vita hominis ſuper terram. Concertant autem fidei, qui fide muniti, & cum illa certantes, diabolo, & carni, & mundo reſiſtunt: Aut qui pro ipſa Euangelij fide ſuſtinent omnia, ſi opus ſit.

Iob. 7.

Qui concertent fidei.

Spei virtus quanta.

Et in nullo terreamini ab aduerſarijs, quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc à Deo. Hoc prȩſtat ſpes æternorũ bonorum cum charitate coniuncta, vt contẽnant aduerſantes Iudæos, & hæreticos, atque adeò ipſos dæmones, & pro nihilo pendant eorum machinationes, & inſidias: & ſubdit: *Quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis.* Pro cauſa Grȩcè dicitur ἔνδειξις, id eſt, oſtenſio, demonſtratio, indicium, vel argumentum: & 2. Theſſ. 1. interpres vertit, exemplum: ait enim: In omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus quas ſuſtinetis, in exemplum iuſti iudicij Dei, id eſt, in oſtenſionem. Et vt aduerſari Euangelio, eſt cauſa perditionis meritoria, ita meritũ, & cauſa ſalutis in ijs eſt, qui patienter ſuſtinent. Et idem colligitur, ſi legas oſtenſionem, vel exemplum, quia ex cauſa oſtenditur effectus. Valet enim argumentum: Hic fidem perſequitur, ergo peribit. Item: Ille ſuſtinet pro fide; ergo regnabit. *Et hoc à Deo.* In his verbis eſt occupatio; ne id ſibi tribuant Philippenſes, aut ſuis meritis: quia tam ſalus ipſa, quàm ſalutis meritum, quod in conſtantia, & patientia veſtra ſitum eſt, à Deo eſt: & relatiuum illud, quæ, Grȩcum articulum, etiam fœmininum refert, ἥτις, non autem vocem oſtenſionis, ſiue cauſæ. Et ideo non dixit ὅπερ, id eſt, quod, quæ dictio fortaſſis clarior fuiſſet: quod illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis.

Qui Euangelij impugnationẽ impugnãtibus cauſam eſſe perditionis.

2. Theſſ. 1.

2. Tim. 2.

Salutẽ & ſalutis meritum in Philippenſibus cur Paulus eſſe dixerit à Deo.

Credere, & pati pro Chriſto, vtrumq; donum Dei eſſe, contra Pelagianos.

Ad poſtremã dubitationem in id: *Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eũ credatis: ſed vt etiam pro illo patiamini. Idem certamen habentes quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.* Pati ſimpliciter malũ eſt, quia eſt deficere, & priuari bono eſſe: ſed pati pro Chriſto, excellens eſt bonũ, & expetibile. Et audiant Pelagiani, & Phariſæi, qui iactabant vires ſuas, & in ſe confidebãt tanquàm ex ſe iuſti: nam ecce totũ Dei eſt, quòd credamus, quòd ſuſtineamus, quòd præmia æterna conſequamur; vt qui gloriatur, in Domino glorietur. In hæc verba ita ſcripſit Chryſoſtomus: *Mentem ipſorum ad modeſtiam inſtruit, dum omnia Deo adſcribens, & gratiam eſſe dicit, & gratuitum munus ac donum pro Chriſto pati: itaque nolite pudefieri. Gratuitum enim munus eſt, ac maioris admirationis, quàm ſit reuera mortuos excitare, & ſigna miranda patrare. Nam illic quidem debitor ſum, hic verò debitorem habeo Chriſtum. Itaque non ſolùm pudefieri non oportet, ſed gaudere etiam, tanquàm donationem gratuitam has virtutes habentem. Donationes, inquit: Non ſimili quidem & eadem ratione quemadmodum & alia. Nam illa quidem tota omninò Dei ſunt, iſta verò & noſtra. Sed quoniam & hic potior pars Dei eſt, proptereà totum ipſius eſſe dicit, non liberum tollens arbitrium, ſed ad modeſtiam illos, & animi gratitudinem inſtituens.* Hæc ille magnus Pater. Et rectè ſubiungit: *Quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.* Viderant enim Philippenſes admirabile certamen Pauli in carcere Act. 16. & nunc aliud audiebant nouum, cùm intelligerent eum Romæ in vinculis cum Nerone decertare. Et certè pro Chriſto pati, maius donum Dei eſt, quàm credere: quia in credendo, Chriſto non aſſimilamur, ſicut in patiendo pro eo, quemadmodum Chriſtus pro nobis paſſus eſt. Et de hoc dono patiendi pro Chriſto, gaudebant Apoſtoli, pro nomine, ſcilicet, Ieſu contumeliam pati. Et dum B. Ignatius in vrbem ad martyrium duceretur, Eccleſias, ad quas dictabat epiſtolas, rogabat, ne pro ſalute ſua orarent, nec deuorationem ſui à leonibus impedirent.

Luc. 18.

1. Cor. 1.

2. Cor. 10.

Chryſ. ſer. 4. tom. 4.

Quantum ſit donum Dei pati pro Chriſto, teſte Chryſoſt.

Qualẽ certamẽ viderint Philippenſes in Paulo, & nuper audierint ex illo.

Actor 16.

Ad vltimam dubitationẽ reſponſio.

Vtrum Dei donum maius ſit, Fides, an Patientia.

Actor 5.

Sed quid eſt datum pro Chriſto Philippenſibus, vt in ipſum crederent, cùm fides, & reliquȩ diſpoſitiones, quib. merita Chriſti nobis applicantur, nõ dentur ex meritis Chriſti, ſed ex miſericordia, & gratia Dei Chriſti meritũ præueniẽtibus? Ita enim viri Catholici philoſophãtur. Et illam vocẽ, pro Chriſto, quidam tãtùm ad verbũ Credendi referunt, & non ad pati, vt ſit hyperbatõ. Sed certè hoc eſt violentũ, in re aperta quærere hyperbaton: & B. Anſelmus aſſerit, fidem dari à Deo propter Chriſtum, id eſt, pro Chriſto: & Auguſtinus in libro de Prædeſtinatione Sanctorum, loquens de Apoſtolo, ait: *Auerſus quippe à fide, quam vaſtabat, eiq; vehemẽter aduerſus, repentè eſt ad*

Fidem, ac reliqua ad iuſtificationem neceſſaria ſubſidia, non ex meritis Chriſti, ſed ex diuina nobis gratia, & miſericordia prouenire.

Quorundam in his Apoſtoli verbis: Vobis datum eſt pro Chriſto, &c. ineptum hyperbaton.

Anſelm. hoc loco, tom 2.

B. Aug. ca. 2. ſub init. to. 9.

Actor. 9. *Galat. 1.* *Pſalm. 84.*

illum gratia potentiore conuerſus: conuertente illo, cui hoc ipſum facturo per Prophetam dictum eſt: Tu conuertens viuificabis nos: vt non ſolùm ex nolente fieret volens credere, verùm etiam ex perſecutore perſecutionem in eius fidei, quam perſequebatur, defenſione pateretur. Donatum quippe illi erat à Chriſto, non ſolùm vt crederet in eum, verùm etiam vt pateretur pro eo. Hæc ille. Nec tantùm fidem, & alias diſpoſitiones, verùm etiam ipſam prædeſtinationem in Chriſto, & propter Chriſtum conſecuti ſumus, cùm Apoſtolus dicat: *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius, in charitate, Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Annotat Iuſtinus martyr in libro Quæſtionum, & reſponſionum, ex hoc loco Apoſtoli: *Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in illum credatis, &c.* Ex ex altero loco ad Theſſal. 1. *Siquidem iuſtum eſt apud Deum, reddere ijs qui affligunt vos, afflictionem; & vobis qui affligimini, relaxationem nobiſcum in regno ſuo, colligi, infantes pro Chriſto paſſos dignos Dei gratia fuiſſe, & præmio laudis remuneratos.* Et de hoc Capite ſatis dictum ſit.

Electorũ ad gloriam prædeſtinatio vnde pendeat. *Epheſ. 1.* *B. Iuſtinus martyr q. 196 tom 3.* *1 Theſſ 1.* Infantes occiſi ab Herode vnde meritò iuſtificati, & glorificati teſte Iuſtino. *Matth. 2.*

DISPVTATIO IV.

In verba illa, cap. 2. *Si qua ergo conſolatio in Chriſto, &c. implete gaudiũ meum, vt idem ſapiatis:* & infrà: *In humilitate, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: non quæ ſua ſunt, ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, &c.*

I. dubitatio. AD hæc Apoſtoli verba declaranda, expedit in primis noſſe ſcopum in quem tendat. Secunda. Deinde quare tanta orationis grauitate, & vehementia vtatur, præſertim in re bona, & omnibus nota, hoc eſt in charitate commendanda. Tertia. Tertiò, qui fieri poſſit, vt quiſque alios ſibi inuicem ſuperiores exiſtimare debeat, cùm nobis conſtet multos eſſe inſignes peccatores, & multis rationibus nobis inferiores. Quarta. Quartò, quomodo idem poſſumus ſentire, quod & Chriſtus ſenſit, vel eundem effectum induere, quem ille habuit, cùm ille eſſet Deus & homo, nos verò puri homines; ille, homo innocentiſſimus, nos verò peccatores. Quinta. Quintò, quomodo dicitur Chriſtus fuiſſe in forma Dei; cùm diuinitas nõ ſit forma, aut pulchritudo, aut aliqua alia qualitas: & ob quã cauſam dicitur non rapuiſſe Dei æqualitatem, cùm Scriptura dicat: *Propterea ergo magis quærebant Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat Sabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo;* & Iudæi clamabant, *Nos legem habemus; & ſecundùm legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.* Sextò, cui rei aduerſetur illa particula, Sed, cùm ait, *Sed exinaniuit ſemetipſum:* Et ſi Chriſtus Deus erat, quomodo dicitur exinanitus, vel euacuatus, cùm ſummum ens, hoc eſt Deus, à vacuo, & ab inani & nihilo longiſſimè diſtet? Septimò, quare dicitur, In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo? an Chriſtus homo verus non erat, ſed imago tantũ hominis apparens, vt videntur verba ſonare, & Manichæus aſſeruit? Hæc pauca præſenti diſputatione abſoluentur, reliqua autem in proximè hanc conſequenti.

Ioan. 5. *Infrà 19.* Sexta. Septima.

I. dub. ſol. Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Primam ſoluimus dubitationem, dicẽdo, pleniùs nunc Apoſtolum ad ſtudium concordiæ cohortari Philippenſes, de quo in fine prioris Capitis dicere cœperat, & illuſtrari quadam amplificatione idem negotium perſequitur, producens potiſſimùm charitatis virtutem, ſine qua reliquæ animæ dotes languere prorſus, ac frigere inueniuntur.

Ad II. reſp. Cur tam vehemẽs & fortis Pauli ſit ad charitatẽ adhortatio.

Secundæ quæſtioni reſpondemus, iſtam exhortationem valdè eſſe patheticam, in qua omnibus vijs, ac rationibus obſecrat Philippenſes, vt concordiam mutuò inter ſe colãt, ne inteſtinis contentionibus ſcindantur; & ſciſſi ac diuiſi, pſeudoapoſtolorũ impoſturis ſint expoſiti. Semper enim diſcordijs ianua (Satanæ opera) aperitur ad ſpargẽdas impias doctrinas, ad quas amoliẽdas optima munitio eſt cõſenſus, & concordia. Ineſt autem in his verbis grauiſſima vis, quæ Græcè δεινώσις, vel δεινότης vocata eſt, quæ olim Demoſtheni tribuebatur. Nõ ſolũ enim monet, ſed etiã per Chriſtianorũ ſacra adiurat: quaſi dicat, Si q̃d valet apud vos exhortatio, quæ fit nomine, & mandato Chriſti, ſi quam mihi tot malis afflicto conſolationem impendere vultis. Et Græcè cõſolatio παράκλησις dicitur, vnde & Paracletus, Si cogitatis illam Spiritus ſancti communicationem, quæ vnum nos efficere poteſt: & hic eſt articulus Fidei de Sanctorum communione, quam efficit charitas. Amicorum enim omnia ſunt communia, ita vt quæ vnus habet, ſinguli habeant, & membrũ alteri mẽbro cõgaudet. Si quis humanitatis, & miſericordiæ vobis ſenſus eſt, qui ad ſubleuandas meas miſerias vos cõmouerat. Et Græcè legitur in nominãdi caſu: *Si quæ viſcera miſerationis,* ſcilicet habet

Propriũ amicitiæ ſeu charitatis. *1. Cor 12.*

hoc

Quid viſcera miſericordiæ Paulo.

hoc eſt, Si quis tali, ac tãto tenetur affectu, vt viſcera miſerationis dici poſſit, aut, Si quis eſt in quo viſcera, & commiſerationes locum habent. Et intellige per viſcera, illam teneritudinem charitatis, vnde commiſerationes, quæ ſunt effectus miſericordię, quaſi ex viſceribus ipſius miſericordiæ effluunt.

Implere gaudium meum quid ſit, vt idem ſapiatis

Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis. Id eſt: Quod de veſtra conuerſione concepi gaudium & auctum eſt, compleatur. Et modum explicat: *Vt idem*, inquit, *ſapiatis*, ſiue ſentiatis: id eſt, in dogmatibus fidei nulla ſit inter vos diſſenſio: & hęc congeries verborum ad epitaſim, & vehementiam facit.

Quam habere charitatẽ debeamus.

Subdit: *Eandem charitatem habentes*, Qua amari, & amare, inuicẽ ſtudeatis, & vt in vnum & idem creditũ, & dilectũ feratur veſtra dilectio. *Vnanimes, idipſum* (pro idem) *ſentientes.* Idem cõplectitur in actione, quę eſt affectus, & intellectus. Addit: *Nihil per cõtentionem, neq; per inanem gloriã* (& ſubaudiendũ eſt) *facientes.* Nam cõtentiones externæ ab appetitu inanis gloriæ promanãt, qua quis alteri vult ſuperexcellere aut genere, aut opibus, aut ingenio, aut doctrina.

Nihil facere per contentionem, & inanẽ gloriã quare debeamus, & quomodo.

Subdit huius morbi antidotum: *Sed in humilitate* (ſiue per humilitatem) *ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.* Quæ paulò apertius Græcè dicũtur: Sed in humilitate alij alios ſibi inuicem ſuperiores arbitrantes.

III. dub. ſolu. Quemadmodum nos velit Apoſtolus in humilitate ſuperiores nobis inuicem arbitrari.

Ad quæſtionem verò illã, Qui fieri poſſit, vt illum me ſuperiorem exiſtimem, quẽ ego multis modis inferiorem me eſſe certò ſcio, non ſolum in conditione, & doctrina, qua illum ſupero, ſed etiã probis moribus, cùm ille flagitioſus ſit & perditus ſuo, & aliorum iudicio, & factis ipſis manifeſtis, an vult fortè Apoſtolus, vt quæ perſpicuè nouimus, ſtupida aliqua ſimplicitate ignoremus? Dicimus nõ eſſe hãc Apoſtoli mentẽ, ſed longè aliam, quã declarãdo hoc ipſum explicat? *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum*, ſcilicet ſunt. Vult igitur Apoſtolus nos non intellectu ita exiſtimare, ſed facto ipſo & opere, vt ſcilicet quò quis maior eſt, eò magis ſeipſum ſubmiſſe gerat, ac deprimat propter proximũ, ita ille ſeruiendo, ac miniſtrando, vt minorem ſe oſtendat. Hanc compoſitionẽ perficit charitas, & humilitas, quę nihil contra veritatẽ molitur.

Eccleſ. 3.

Quale Chriſtus huius nobis humilitatis exemplũ reliquerit.

Audi modum, & rationem: nõ rectè diceremus, Chriſtum ipſum ita verè de ſe ſenſiſſe, vt exiſtimaret creaturam vllam ſibi eſſe ſuperiorem: abſit, ipſe enim quis nam eſſet? Et tamen, vt placeret Deo, ſe eò vſque demiſit, & ſubmiſit, vt ea omnia faceret propter nos, quæ ſolent qui minores ſunt, maioribus exhibere. Ipſe enim dixit, *Qui maior eſt in vobis: fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nã quis maior eſt. qui recumbit, an qui miniſtrat: Ego autẽ in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat.* Ita Chriſtus propter excellentẽ charitatem, & humilitatem ſuam, ſuperiores cęteros arbitratus eſt, non quidẽ ipſo intellectus aſſenſu, ſed ipſo facto præcingẽs ſe, & ſeruiẽs nobis.

Luc. 22.

Humiles quomodo eſſe nos velit Apoſtolus.

¶ Neq; docet Apoſtolus vt ignoremus ſcientiam, aut virtutes, quæ nobis inſunt, & quibus alios pręcellimus, aut vt dicamus alios nobis præcellere, quos verè cõſtat non precellere; ſed vt cũ omni excellentia noſtra ita nos geramus per humilitatem, & charitatẽ erga proximos, ac ſi verè illi nobis ſuperiores eſſent. Rectè dixit Sapiens: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiam.* Et Cicero lib. 1. Offic. de magnanimo loquens: *Rectè*, inquit, *præcipere videntur, qui monent, vt quãto ſuperiores ſumus, tãto nos ſubmiſſius geramus.* Vt intelligas hanc, virtutem non omnino ignoraſſe huius mundi ſapiẽtes.

Eccl. 3.

M. Tullius.

Alia ratio proximos noſtros in humilitate ſuperiores nobis arbitrandi.

Imò ſecũdum regulã Spiritus, proximi inferiores nobis reuera exiſtunt ſuperiores quia dum illis ſeruitium impendimus, non tàm illis, quam Chriſto, quem in illis recognoſcimus, qui proculdubio maior eſt omnibus, miniſtramus, iuxta illud, *Quãdiu feciſtis vni de his fratrib. meis minimis, mihi feciſtis.* Et cur quæſo Chriſtus miniſtrauit nobis, & illo pacto ſe reddidit in terris minorem, niſi quia reſpexit in nobis Patrem, quẽ qua parte homo erat, & ſeruus ipſius, agnouit ſe maiorem? Ecce, inquit, ſeruus meus, ſuſcipiam eum, vel, vt quidam vertũt, nitar illi.

Matth. 25.

Matth. 12. Eſai. 42.

Leues quędã cauſſæ alios nobis inferiores arbitrandi: & quænam ſolida tantum eſt.

Multi etiã falluntur, & inuoluuntur, qui ſe alijs maiores reputant: quidam enim ſcientia nituntur quæ inflat, & qua nõ placemus Deo. Alij generis nobilitati, ſed quæ vana eſt, & quæ timorem in animo gignit. Sola charitas eſt, qua Deo placere poſſumus. Quis autem eſt, qui ſuam, & alterius charitatem metiri audeat?

2. Cor. 8.

Ne nos vlli pręponamus quid iuuare poſſit.

Deinde cũ quiſq; tantus ſit, quantus eſt coram Deo, vt magnus aiebat Franciſcus; quis eſt qui omnino nouit ſuam, & alterius cauſam, qualis ſit coram Deo? Nam certè Paulus perſequebatur Eccleſiã Dei, & Stephanum omniũ manibus lapidabat, qui tamẽ in prædeſtinatione Dei illo ipſo Stephano maior erat. In his ergo aperta, & firma Dei ſententia eſt expectanda, & tunc verè apperebit quis ſit inferior, & quis ſuperior.

Actor. 9.

Virgo vt ſe coniugato merito poſtponet.

Adhæc qui virginitatis donum habet, aliũ quem videt matrimonio vtentem ſuperiorẽ putare debet, & multa bona cogitare eſſe in coniugato, quæ non videt. Nemo etiam putauerit virginitatẽ martyrio præferendã, vt Auguſtinus lib. de Sancta virginitate

B. Aug. c. 43 tom. 6.

docuit. Et certe multa iudicia falſa in his interuenire ſolent, quib. alijs nos timerè præferimus. Ad omnem ergo virtutem valde is eſt paratus, qui nulli ſe præponit, & Paulus optimè definit quæ ſit vera humilitas, illa ſcilicet, qua quiſq; ſeipſum alijs poſthabet, & alter alteri promptè cedit.

Ad omnem qui ſint virtutem paratiſſimi.

Modus ſuperbiæ omnis à nobis eradicandæ quidā impugnatur.

Decipiuntur tamen vehementer, qui ad ſuperandam omnino ſuperbiam, opus eſſe aſſerunt, vt quis credat, & vt certiſſimum conſtituat, ſe non ſolum eſſe omnium reuera ſceleſtiſſimum, ſed etiam eſſe propriè cauſam ſcelerum omnium quæ commiſſa ſunt ab initio mundi, etiam ab ipſis dæmonibus, & eorum pręterea, quæ vſque ad extremum iudicij diem admittentur. Sed certè multa inuoluit hæc ſententia, quæ cum veritate non poſſunt conſiſtere, & humilitas quæ mendacio nititur, ad ſuperbiam tendit.

Illud: Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, ad literā explicatur.

Vt quartum dubium diluamus, explicandū eſt illud: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.* Quę dilucidius Gręcè habētur, τῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, id eſt, hoc ſentiat, ſubaudi quiſq; in tertia perſona, vel quiſq; veſtrum. Et verbū ſentiēdi eſt illud ipſum, quod ſupra dixit: *Vt idem ſapiatis.* Reddit ergo vtriuſq; monitionis de charitate, & humilitate rationem ab exemplo Chriſti: *Quod & in Chriſto Ieſu,* ſubaudi fuit Chriſtus ſiquidem caput ad noſtrum, nos eius membra: debent autem membra ſui capitis ſententiā ſectari. Chriſtus, eſt dominus noſter, nos eius ſerui: debet autem ſeruus ſe ad domini ſui voluntatem comparare. Chriſtus eſt noſter Saluator, nos autē eius beneficio ſeruati: debēt autem qui beneficia acceperunt, declarare ſe gratos erga benefactores, vt virtutes eorū imitari, Chriſtus eſt nobis propoſitus in exemplū agendi & patiendi: exemplo ergo eius obedire debemus.

Membrorū munus quod atque ſeruorum, capſtuorumque.

Solutio quartæ quęſtionis propoſitæ. Quemadmodum nos idē in nobis ſentire debeamus, quod & in Chriſto Ieſu, nobis infinitis partibus maior.

Iubet igitur Apoſtolus ſingulos eundem ſenſum & affectū, qui fuit in Chriſto induere, nō quidem quatenus Deus purus erat, ſed quatenus homo, paſtor, magiſter, ſeruator, & exēplar noſtrū, nobis præluxit. Quod ſi ille tantus, ad quē collati vos, nihil eſtis, fecit ſe nihili propter vos, & deiecit ſe ad formam ſerui, imò ad mortem probroſiſſimā, quo noſtris commodis conſuleret: enitendum ergo vobis eſt, vt affectum huiuſmodi induatis, celando virtutes veſtras, & dona, ſiue naturæ, ſiue gratiæ, vt Spiritus quibus ad alta quæque, & ſublima ſecundùm ſeculum ſectanda, & expetēda ferri homines ſolent, comprimatis: vt omnes animi, & corporis dotes deijciatis: vt aliorum commodis, proprijs etiam neglectis, ſtudeatis. Hic eſt ſenſus planus, & literalis.

Hæc comparatio qualis ſit.

Et nota, nō eſſe propriè ſimilium comparationem, ſed maioris, & minoris humilitas enim Chriſti eſt, ex ſummo gloriæ faſtigio ſe deijcere ad infimam vſque ignominiā: noſtra verò eſt, falſa opinione nos non efferre, aut intumeſcere. Ceſſit ille ſuo iuri: à nobis tantùm requiritur, ne plus nobis ſumamus quam oportet.

V. dub. ſolut. Vt Chriſtus in forma Dei fuerit, cum diuinitas nullam formam habeat.

Chryſ. hom. 6 to. 4. Theod. par 2. Aug. tract. 17 in Ioan & alibi paſſim tom. 9. Ambr. tom 3

Ad quintum dubiū, circa illud: Qui cùm in forma Dei eſſet, dicimus ſenſum eſſe: Cum in natura deitatis verus eſſet Deus & perfectus: ita enim Chryſoſtomus cum ſuis interpretatur, & Theodoritus ait: Hoc eſt, Cū Deus eſſet, & natura Deus, & Patri ęqualis. Neq; dicit, Qui cū in forma Dei factus eſſet: ſed, *Qui cū in forma Dei eſſet:* & infrà: *Forma Dei, eſt Dei ſubſtantia.* Ita etiā Auguſtinus, & reliqui Patres Latini interpretātur, præter vnum Ambroſiū, cuius hæc ſunt verba: Formam ſumit pro ſpecie, vel figura, vt in forma Dei eſſe, ſit pręferre externo habitu, & figura multa diuinitatis indicia, & ſpecimina. Quem Eraſmus ſecutus eſt, minimè profectò ferendus, qui totum hunc locum obſcurare nixus eſt: hæc eius ſunt verba: Totus hic locus mihi videtur violētius torqueri ad Chriſti naturā, cùm Paulus agat de ſpecie nobis exhibita. Et producit, vocem μορφὴν externam ſpeciē ſignificare, vt Mar. 26. Sed alibi exponit verus Ambr. in epiſt. 47. ad Irenæum: vbi propoſitis his verbis Apoſtoli, ait: *Quid eſt, in Dei forma, niſi in plenitudine diuinitatis, in illa perfectionis diuinæ expreſſione: ergo cùm eſſet in plenitudine diuinitatis exinaniuit ſe, & accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanæ, ſicut Deo nihil deerat, ita nec hominis cōſummationi, vt eſſet perfectus in vtraq; forma.* Eodem modo exponit lib. 2. de Fide ad Gratianum.

Hunc locum Apoſtoli quā violēter torqueat Eraſmus artoſor diuinitatis Chriſti.

Marc. vlt. Ambr. to. 3.

Idem tom. 2.

Verùm vt concedam μορφὴν non ſignificare eſſentialem, vel naturalem formam quā vocant Theologi, & Philoſophi: quis nō videat, Paulū declarare quis fuerit Chriſtus ante aſſumptam humanitatē? nam ſtatim ſequitur, quod ſemetipſum exinanierit forma ſerui, hoc eſt forma hominis aſſumpta? alioqui hæc exinanitio non pertinebit ad aſſumptionem carnis, ſed ad vitęrationē quā ſecutus eſt homo cū iā eſſet factus. Et ſenſus eſſet, Nolite ſuperbire. ſed Chriſtum vobis proponite, qui cum Deus eſſet, in forma tamen hominis apparens, non vſurpauit ſibi ęqualitatem cū Deo, ſed Deum celauit, hominem exhibuit. Sed hoc detortū, & violentum videtur, & longè aliud eſt Pauli argumentum, nempe: Cum Deus eſſet, atq; in ea gloria, & maieſtate, quę Deo vni conuenit, nec in eo putarat ſe alienum quic-

Verus ſenſus atque germanus Apoſtoli producitur.

quam

quam vſurpare, tamen veluti depoſita hac gloriæ maieſtate, eò ſe demiſit, vt hominē aſſumeret, imò etiam vt Patri, nō tanquam æquali, ſed tanquā Domino ad ignominioſiſſimam mortem ſubeūdam ſeſe vltra demiſerit: & nos mortales, & infirmos ſeruos non pudebit arrogantię, qua noſtris fratribus excellere volumus? Hoc eſt Pauli argumentū grauiſſimum ac vehementiſſimum.

Formam potius, quàm Dei naturā, cur Paulus appellauerit.

Paulus ergo Chriſti naturam diuinam deſcripſit: quod etiam oſtēdit participium ὑπάρχων. Etſi autem nomine μορφῆς gloria & maieſtas Dei declaratur: tamen cum gloria Dei ſine ſacrilegio non poſſit ab ipſa diuinitatis natura ſeparari; non potuit Paulus melius Chriſti deitatē exprimere, quàm dicento in forma Dei fuiſſe, id eſt verum Deum extitiſſe. Sed cur Paulus non dixit, Θεὸς ὑπάρχων, quod erat clarius, hoc eſt, Deus exiſtens? Reſpondeo, quoties id fuit faciendum, toties fecit Apoſtolus: nam apertè Deum cum vocat c. 9. ad Rom. 2. Tim. 3. & Actor. 20. & Coloſſ, 3. & Dilectus 1. Ioan. 5. Nunc verò idem quoque dicit, cum duas illas Chriſti naturas, nō nudas, ſed ſuis qualitatibus veſtitas, diuinam ſcilicet cum gloria diuina, humanam verò ex ſua illa infirmitate & imbecillitate æſtimandas proponit. Qualitates denique ipſarum naturarū potius, quàm ſubſtantias conſiderare nos voluit, vt meritò Photius dixerit: μορφὴν Θεοῦ, potius quam Θεὸν: & μορφὴν δούλου, vel ὁμοίωμα ἀνθρώπου, potius quam ἄνθρωπον dicere voluit. Et certè nemo dixerit, Petrum & Paulum in forma Dei fuiſſe, cum tamen ſimilia, aut certè maiora quàm Chriſtus opera patrarunt.

Quare nō dixerit, Qui cū Deus eſſet, ſed in forma Dei.
Rom. 9.
2 Tim 3.
Act. 20.
Coloſſ. 2.
1. Ioan. 5.
Photius apud Oecum. c. 3.

Argumētum etiam Eraſmi imbecillum eſt: Si in forma Dei eſſe, ſit eſſe in natura Dei, ergo formam ſerui accipere, eſt naturā ſerui accipere: at Chriſtus nō eſt ſeruus, ſed filius. Sed facilè poteſt hoc ſolui; qui Chriſtus etſi ſeruus dici non poſſit, quaſi in eo ſint duæ perſonæ, quarum altera alteri ſubijcitur, vt dixit Neſtorius, nihil tamen prohibet, ſeruum dici iuxta alteram naturam, iuxta quam omnia quæ hominis ſunt, habet, excepto peccato: qua de re diſputat B. Damaſcenus lib. 3. c. 2. Oecumenius quoq; hoc loco ait: *Vide rurſum ferri Arrium. Nam poterimus ipſi dicere: Quid ſibi vult, Formā ſerui accepit: manifeſtum eſt idem eſſe, quod, Homo factus eſt. Igitur qui & formam Dei habere dicebatur, Deus erat: nam in vtroq; dicitur Forma. Videte etiam concidentem: Sabellium: Non rapinam arbitratus eſt vt eſſet æqualis Deo.*

Si formā, id eſt, naturam Dei (inquit Eraſmus) Chriſtus habere intelligitur quidni (quod impiū eſt) ſerui quoque dicetur habere naturam.
Damaſcen.
Oecum. ibid.

Et diligenter obſeruabis, prudēs lector, quòd cū dixit, Cum in forma Dei eſſet, ibi Deum accepit, prout, diuinitas eſt communis tribus Perſonis. Cum verò ait, eſſe ſe ęqualem eo, Deum poſuit naturaliter pro perſona Patris. Et cum dixit, *Qui cum in forma Dei eſſet*: illud, Cum, cauſaliter eſt accipiendū vt ſit ſenſus, Quia cum in forma Dei erat. ¶ Quemadmodùm ad Gal. 2. cum dixit: Sed neque Titus qui mecum erat, cum eſſet Gentilis, compulſus eſt circumcidi: id eſt, quandoquidem erat Gentiles.

His in verbis Cum in forma Dei eſſet, & eſſe ſe æqualem Deo quid obſeruandum.
Galat. 2.

Alterum dubium propoſitū fuit, Quid eſt, Nō rapinam arbitratus eſt: ſe eſſe æqualem Deo? Ad cuius dubij intelligētiam aduerte, Græcè legi οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, id eſt non rapinam duxiſſet: nam Aoriſtus in Indicatiuo ponitur pro optatiuo, etiam non expreſſa particula ἄν: vt ad Rom. 9. ηὐχόμην γὰρ ἐγὼ, pro ηὐχόμην γὰρ ἂν αὐτὸς, ἂν ἐγὼ ἀνάθεμα, & 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ἐγνώκασιν. Poteſt quoque ſeruari huius temporis ſignificatio, vt hoc ad priſtinam Chriſti gloriam pertineat, id eſt, cum eſſet in ęterna illa deitatis gloria conſtitutus, non ignorauit ſe in ea re (id eſt quòd Deo patri eſſet æqualis) nullam iniuriā cuiquam facere, ſed ſuo vti iure nihilominus tamen quaſi iure ſuo ceſſit, cum ſe velut in nihilum redigeret, aſſumpta forma ſerui. ¶ Sed quærit Eraſmus, quid magni tribuat Paulus Chriſto, ſi cum eſſet Deus natura, intellexit id non eſſe rapinæ? Reſpondetur. multa & maxima, quę ad eius ſcopum ſpectabant: nam hac ratione dixit antequam carnem aſſumeret, fuiſſe in forma Dei: diceret aliquid non verè, nec prorſus fuiſſe diuinam, ſed communicatione, vel gradu tantū aliquo, vel ex certo initio, vt dixerunt Arriani, vel ambitione vſurpatā, vt multi homines vſurparunt, ex qua fuerunt deturbati: ideò cum negat vllam in ea re fuiſſe rapinam, quòd Deo par eſſet, omnibus his blaſphemijs anſam pręcedit: nam par Deo ſine rapina nullus eſſe poſſet, niſi qui ſit omnibus modis Deus. Et cur dixit, Chriſtum hanc dignitatem non ignoraſſe? Vt intelligamus, iſtam ſubmiſſionem ab amore, & ſpontanea bonitate, ac voluntate profectam, atque vt omnibus ſit perfectum obedientiæ, & ſubmiſſionis, & charitatis exemplar.

Cur dixerit Apoſtolus, Non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.
Rom. 9.
1. Cor. 2.
Quæ magna laus Chriſti ſit Dei natura, dicere eum non rapuiſſe Dei æqualitatem.
Expenditur non dictum à Paulo: Qui cum in forma Dei eſſet, nō ignorauit ſuam diuinitatem.

De ratione diuinitatis illud cogita diabolū primū diuinitatē vſurpare voluiſſe cū dixit, *Sedebo in monte teſtamēti, in laterib. Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinē nubium: ſimilis ero Altiſſimo.* Adam verò ſuo modo diuinitatem ſurripere tentauit, dum ad vocē dæmonis dicentis: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum*, inflatus fuit in ſemetipſo, & illam cōcupiuit, de quo furto dixit Dauid in perſona Chriſti, *Quæ non rapui, tunc exoluebā.*

Dæmon, & Adam vti rapuerint diuinitatem infęlices.
Eſai. 14.
Geneſ. 3.
Pſal. 68.

Sed tanquam bonus latro pœnitentiam egit rapinæ, & capax ſalutis factus eſt; alter id eſt diabolus, tanquam malus latro, de rapina non doluit, neque pœnitentiam egit.

Diuinitatem qui ſibi arrogauerint.

Hinc homines vniuerſi peccato parentis corrupti ambitioſiſſimè deitatẽ affectarũt, vt Iupiter, Hercules, Apollo, Mercurius Alexander etiam filius Iouis appellari voluit: quemadmodum Domitianus & Deus, & Dominus vocatus eſt. Vnde Martial. ei blãdiens dixit.

Martial. lib. epigram. Horat. lib 2. epi. 1. in princ.

Edictum Domini, Deiq́; noſtri.

& Horatius in Epiſtola ad Auguſtum.

Romulus & Liber pater, & cum Caſtore Pollux.
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti:
Dum terras, hominumq́; colunt genus, &c.

& paulò poſt blandiens Auguſto, inquit:

Præſenti tibi maturos largimur honores:
Iurandaſq́; tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

Itaque diuitatẽ vel homines ipſi ſibi vſurpabant, vel ab alijs oblatam libenter ſuſcipiebant: quamquam Auguſtus admonitus à Sibylla, nomen Domini refutauerit. Iuſti verò, qui filij Dei dicuntur, non rapiunt diuinitatẽ, ſed gratis à Deo oblatã accipiunt: ita enim ſcriptum eſt, *Ego dixi, Dij eſtis & filij excelſi omnes:* &, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri:* & Petrus, *Per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ naturæ conſortes.* Et ſimiliter dicendum eſt de Angelis, & Moyſe, & Iudicibus, quibus in Scriptura deorum nomen tribuitur.

Auguſti modeſtia.
Iuſti cur filij Dei appellentur.
Pſalm. 81.
Ioan. 20.
Suprà 1.
2. Petr. 1.
Pſal. 49.
Exod. 22.

Senſus igitur eſt Apoſtoli: Non iudicauit vllam arrogantiam, agnoſcere ſe eſſe æqualem Deo, etiam quando dixit: Ego, & Pater vnũ ſumus. Et rapina, phraſi Hebręa, turpiſſimam denotat arrogantiam. Et hoc modo exponit Auguſt. tract. 17. in Ioan. & lib. 2. contra Maximum, cap. 5. Non putauit, inquit, eſſe vſurpationẽ rei alienæ, ſed vendicauit ſibi quod ſuum erat: erat enim natus Deus. Propterea, ſi hoc ſibi vſurpauit, nõ committebat rapinam, faciebat ſuo iure. Hæc ille in ſenſu.

Quid ſonet Hebræus rapina.
Ioan. 10.
Auguſt. to. 9. in princ. Idem tom. 6. circa fin.

Chryſoſtomus exponit, rapinam eſſe, cum ſumimus quod in nos non competit. Et addit, in rapina notari eſſe accidens, ex quo intelliqere nos oportet ſubſtantiã. Nã qui poſſidet raptum quiddam, non libẽter illud deponit apud alium, timens ne illud perdat. quam ſententiam æmulatus Oecumenius, habet: *Vbi quis aliquid rapuerit, non vult illud deponere, veritus ne ſibi pereat: at vbi quis naturale habuerit, & proprium libens illud deponit: nouit enim quod vbi libuerit, rurſus ipsũ accipiet.* Et Photi⁹ hoc eodẽ loco ait: *Maximè oſtenditur quòd Deus ſit, ex hoc quòd ſeſe demiſerit, ac humanitatẽ geſtauerit: nouerat enim quòd ex hac humiliatione nihil detrimẽti ſuſciperet ex diuina natura ſibi cõueniens diuinitati ſublimitas, Si verò hanc factitiam habuiſſet, timuiſſet vtiq́; ſeipſum humiliare, ne à dignitate vix dũ ſibi acquiſita excederet.* Hæc ille, perquam elegãter, Ambroſius etiam in lib. 2. de Fide: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo. Quod enim quis non habet rapere conatur. Ergo non quaſi rapinam habebat æqualitatem cum Patre, quam in natura ſui tanquam Deus & Dominus poſſidebat. Vnde addidit, Formam ſerui accepit, contrarius vtique ſeruus æquali. Æqualis ergo in Dei forma minor in ſuſceptione carnis, & hominis paſſione. Nam quomodo eadem eſſe poſſet, æqualiſq́; natura.* Hæc ille acute ſatis.

Rapina Chryſoſt. quid.
Chryſ. hom. 6
Oecum. c. 3. ante med.
Photius ibid.
Amb. tom. 2.

Sextò in verbis illis: *Sed exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens,* duo in dubium reuocata ſunt, alterũ de illa particula, Sed quæ Græcè dicitur ἀλλα; nam cum ſit aduerſatiua non videtur cui aduerſetur. Reſpondemus dupliciter. Vno modo Chryſoſtom. accepit, vt ſit nota connexionis, in hunc ſenſum: Chriſtus non dubitauit deitatem ſuam diſſimulare, vt etiam (id quod plus eſt) planè ſeipſum exinaniuerit. Altero modo Auguſtinus ſumit, vt ſit propriè aduerſatiua: Quia, inquit, Chriſtus natura Deus erat, nec iudicauit eſſe rapinam, ſi agnoſceret ſe æqualem Patri, idq́ue abſque omni arrogantia: nihilominus tamen exinaniuit ſe. Quæ ſignificatio exhortationi huic ad humilitatem magis conuenit, ob quam diſputationem de Chriſti diuinitate Paulus ſuſceperat. Hinc Auguſtinus contra Maximinum: *Intellige,* inquit, *Apoſtolum ideò dixiſſe. Non rapinam arbitratus eſt, eſſe æqualem Deo: quia non alienum arbitratus eſt eſſe quod natus eſt: ſed tamen quamuis æqualitatem Dei non fuerit arbitratus alienam, ſed ſuã, ſemetipſum exinaniuit.* Et in libro de Gratia noui Teſtamenti, tractans eadem verba: *Neque enim vſurpationis erat, vt rapina diceretur, ſed natura inerat vt eſſet æqualis, ſemetipſum tamen exinaniuit, non formam Dei amittens, ſed formam ſerui ſuſcipiens.* Hæc ille. Extat ſententia Zoroaſtris quæ circumfertur: Ηρπαοςε ὁ Θεὸς ἑαυτον ἐξωτερ πάντων. Id eſt: Deus rapuit ſe ipſum extra omnia, quia videlicèt Deus prima cauſa extra, & ſupra omnia eſt. At vbi incarnatus eſt, & homo factus eſt, eſt pars vniuerſi, & eam omnibus communicauit hominibus. Et ita particula. Sed, egregiè aduerſaretur: qui enim ſuper omnia, & extra erat ſua Deitate, iam factus eſt pars mundi per humanitatis aſſumptionem, vt ea quæ non rapuit, exolueret.

Ad VI. dub. reſpon.
Quo tendat illa aduerſatiua: Sed exinaniuit ſemet ipſum, &c.
Chryſ. ibid.
Auguſt. loco predicto.
Idẽ lib. 2 contra Maximinũ ca. 3. to. 6.
Idem ep. 120. ca. 4 tom. 2.
Quid illud Zoroaſtis: Deus rapuit ſe ipſum extra omnia.
Pſal. 68.

Alterum dubium erat, quomodo potuit is qui Deus eſt, exinaniri, aut, quod Græca vox denotat, euacuari, cùm Deus ſit ſuapte natura pleniſſimus, & in infinitum diſtans à nihilo, ſiue à vacuo, ſummumq́; ens,

Chriſtus natura Deus immutabilis idẽ & pleniſſim⁹, vt ſe ipſum exaninauerit.

& infi-

Digitized by Google

& infinitum? Reſpōdemus, Paulum ipſum explicaſſe hanc dubitationem, cum dixit, *Formam ſerui accipiens*, qua texit ſuam diuinitatem, & plenitudinem. Nō dixit, de forma Dei in formam ſerui mutatus, aut Deo in hominem cōuerſo, aut, Deo cum homine confuſo: neque dixit, ad vnum Chriſtũ Deum acceſſiſſe alium Chriſtum hominẽ, ſed eum ipſum, qui Deus erat, formam ſerui aſſumpſiſſe.

Eraſmi circa illud, formā ſerui accipiēs ineptus ſenſus reijcitur.

Sed quid forma ſerui intelligatur quęrit Eraſmus: neq; hoc referri putat ad diuinā eius naturam, ſed ad vitioſam eius qualitatem, quam forma tenus & ſpecie, non autem reuera aſſumpſerit, vt qui fuerit omnis peccati expers: Sed profectò hac ratione Pauli argumentum eneruaretur, & daretur hæreticis aditus ad eludendam humanæ naturæ Chriſti veritatẽ. Quis enim illi eōceſſerit, *μορφὴν*, de ea dũtaxat ſpecie, quę id eſſe videtur, quod reuera non eſt intelligi? Et quis nō videat, ſerui nomen imbecillā conditionem naturæ, nō autem vitioſam qualitatem ſignificare? opponitur enim ſerui forma, Dei formæ. Cùm verò ſeruitus ſignificat corruptionem, non cum Deo, ſed cum libertate confertur; & vix in Scripturis inuenitur abſolutè ſeruus, vt dicatur de eo qui peccato ſeruit.

Chriſtus quā ſerui formā acceperit.

Poſcit verò Pauli antitheſis, vt ſicut forma Dei dicitur auguſta illa diuinæ maieſtatis, & glorię ſpecies, quæ non poteſt à diuina natura ſeparari, ſic etiam formam ſerui interpretemur abiectam illam, & imbecillam hominis naturam, & cōditionem, tum in ſeſe, ſi cum Dei excellentia comparetur, tũ verò propter peccatum: quod etſi non aſſumpſerit Dominus, ſed aboleuerit, tamẽ imbecillitatem ex eo morbo promanātem, ipſam quoq; adeò pœnam horrẽdam ſumpſit. Et hoc eſt quod ad Roman. 8. dicitur: *Deus miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati*, id eſt paſſibilem hominem, & mortalem cùm ante peccatum homo poſſet nō pati, & non mori, ſicut etiam potuit non peccare.

Rom. 8.

De hac forma ſerui quid ſenſerint. Marcioniſtæ ſatis ineptè. *Ioan. 13.*

Marcion, & eius ſectatores explicabant: Chriſtus accepit formam ſerui, quādo pręcinctus linteo lauit pedes Diſcipulorũ ſuorum. Quem ſenſum reprobans Chryſoſtomus: *Aliud*, inquit, *eſt opus eſſe ſerui, & aliud formam ſerui accipere. Nam quamobrem aliqui non dixit, Serui fecit opus, id quod clarius fuiſſet. Nuſquam verò in Scriptura forma pro opera dicta eſt. Multum enim ab opere differt. Iſtud enim natura eſt, illud verò efficacia.* Sic ille. Eſt autem apud Ariſtotelem *μορφὴ*, in quarta ſpecie qualitatis.

Philoſoph. in Categorijs.

Quam verè Chriſtũ exinanitum dixeris, cuius tot ſignis, & prodigijs eſt oſtenſa diuinitas.

Poteſt ſecũdo in quæſtionẽ venire, quomodò exinanitus dicitur, qui tãtis miraculis coruſcauit, & Filium Dei ſe eſſe comprobauit? Cùm etiam Ioannes dicat: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Reſpondemus, carnis humilitatẽ fuiſſe inſtar veli cuiuſdam, quo Diuina maieſtas tegebatur: qua ratione nec ſuam transformationem prædicari voluit, niſi cum reſurrexiſſet à mortuis, teſte Euangeliſta; & cùm horam mortis ſentit appropinquare, orat Patrem. *Pater venit hora, clarifica Filium tuũ*, & ad Ro. 1. declaratur Filius Dei fuiſſe per reſurrectionem ex mortuis: denique dum vixit, ſic enituit imago Dei in Chriſto, vt tamen abiectus eſſe externo aſpectu, quippè opprobrium hominum, & abiectio plebis. Nam geſtabat formam ſerui, vt in ea Patri ſeruiret, & homini vnde & Miniſter circumciſionis vocatus eſt Filius enim Dei nō factus eſt, quamuis modo homo, ſed homo ſeruus; inter homines autem nihil abiectius ſeruo, & hęc eſt maxima capitis diminutio ſecundũ Iuriſconſultos. Seruus pendet ex alieno arbitrio: poteſtas vitæ, & necis eius ſita eſt in manu domini ſui, ita Chriſtus factus eſt homo; non dominus, ſed ſeruus, natus in ſtabulo, ſed reclinatus in pręſepi; parentes eius retulerũt ad eius redemptionem quinq; ſiclos, & par turturum; in Ægyptum fugerunt; labore manuum ſuarum eum educauerunt; medicatus eſt hominum morbis, peregrinat' de ciuitate in ciuitatem; lauit diſcipulorum pedes; hoc eſt ſeruum eſſe, non dominum.

Ioan. 1. *Matth. 17.* *Ioan. 17.* *Supra 12.* *Rom. 1.* *Pſal. 21.* *Rom. 15.*

Quid ſeruus Iuriſconſultis. *Luc. 2.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Matth. 2.* *Ioan. 13.*

Dubit. VII. ſolutio. Chriſtus verus homo cũ ſit, quare dicitur in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuentus vt homo.

Septima dubitatio fuit ſuper illis verbis: *In ſimilitudinem hominum factus: & habitu inuentus vt homo.* Vbi nemo cum hęreticis ſentiat, *ὁμοιώματος*, & *σχήματος*, id eſt ſimilitudinis & figuræ nominibus inanem, & imaginariam ſimilitudinem ſignificari, quaſi Dominus nō veram carnem, ſed eius ſimulacrum aſſumpſerit, cum apertè ex multis alijs locis reuincantur. Tamen adhuc dico, quòd cùm illa nomina ſint ſynonyma, ſicut & vox *εἰκὼν*, ſimilis erit eorum vſus atq; imaginis; & tamen Paulus imaginem vmbræ opponit ad Hebr. 10. Et ſicut non tantum vera fictis, aut ficta cum fictis, ſed etiā cum veris comparantur; ita his omnibus vocibus quæuis ſimilitudo, aut conformatio ſignificatur. Niſi fortè aliquis putet, Adamum homines veros non genuiſſe, quia dicitur Gen. 5. genuiſſe *κατὰ τὴν ἰδέαν καὶ εἰκόνα αὐτοῦ*, id eſt ſecundum imaginẽ, & ſimilitudinem ſuã, cùm tamen nomini ideę ad formas duntaxat animo conceptas à Philoſophis accommodetur, & Moſes illis vocibus ſit vſus ad ſignificandam ſummam ſubſtantię & qualitatum, vt ſic dicã, quaſi identita-

Hebr. 10. Quot modis comparatio fiat. *Geneſ. 5.*

Coloſſ. 1.

tẽ, vt Chriſtus dicitur imago Dei; & tamen imago ab eſſentia Patris non diſtinguitur.

Verus ſenſus Apoſtoli.

Significatur ergò, quòd Chriſtus non fuerit purus homo, erat enim homo Deus, etſi viſus ſit eſſe purus homo. Potuiſſet nãque Chriſtus hanc vitam tranſigere ſine animi triſtitia, timore, ac dolore, & ſine incõmodis corporis, vt frigore, fame, ſiti, & labore: ſed propter hominis ſalutem voluit ſimilis eſſe hominibus, abſque peccato tamen, vt dicitur ad Heb. 4. Et quod dixerat, *In ſimilitudinem hominum factus*, idem quaſi expolitione vſus alij verbis dicit, Habitu inuentus vt homo: nam hęc particula teſte Chryſoſtomo, præcedentem declarat, & interpretatur habitum pro ſpecie, & figura; eſt enim vox σχῆμα. Ambroſius verò refert ſpeciem in carne figurata: tota enim caro Chriſti habebat tale ſchema, quale & noſtra: quam etiã ad externã connerſationem refert Ambroſius. Sed Gręca vox facit magis pro ſententia Chryſoſtomi; eſt enim ſchema, vox quartæ ſpeciei qualitatis apud Ariſtotelem in Prædicamentis.

Hebr. 4. Illud: Habitu inuentus vt homo, variè patres interpretantur & qui probabilius oppinentur. *Chryſ. ſerm. 7.*

Auguſt. q. 73. tom. 4.

Auguſtinus tamen lib. Octogintarum quæſtionum, vult eſſe vocabulum vltimi Prædicamenti, vt etiã producit Magiſt. ſentent. lib. 3. diſtin. 6. Sed per difficile eſt hanc ſententiam tueri: nam etſi verum ſit, apud Latinos vocabulũ. Habitus ad illud Prædicamentum pertinere, Gręci tamẽ vetuſtiores philoſophi nõ habitum, vt Auguſtinus vult, ſchema, vel τὸ ἔχειν ſed ab habitu, ſiue veſtimento denominarunt. Vnde etiã quidam, teſte Magiſtro, occaſionem dederant vt docerent vnionem. Verbi cum natura humana, accidentalem fuiſſe: quæ diſputatio ceſſabit, ſi ſequamur Chryſoſtomum.

Quæ locutio ſit iſta: Habitu inuentus vt homo.

Quod verò dicitur, Habitu inuentus vt homo; Hebraiſmus eſt, pro eo quod eſt, habitus, aut cõſpectus, vel cognitus vt homo & hac phraſi ſæpè vtitur Apoſtolus vt ibi: *Hic iam*, inquit, *quæritur, inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*, id eſt, Si. Et alibi; *Inuenimur autem & falſi teſtes Dei*, id eſt ſumus, ad Gal. item, *Inuenti ſumus & ipſi peccatores*, ad Rom. etiam: *Velle adiacet mihi perficere autem non inuenio*; id eſt, Adeſt velle, nõ ad eſt perficere. ¶ Quamquàm, innentus, referri poſſit ad experiẽtiam corporalium actionum, & paſſionum, edendi, bibendi, laborandi, dolendi, & patiendi, & ſimilium. Illa verò particula, Vt modò rei veritatem, modò verò imaginem ipſam denotat: hoc autem loco, Chryſoſtomo interprete, ſignificat imaginem.

1. Cor. 4. Infrà 11. Galat. 2. Rom. 7.

Chryſoſt. loco product.

Quare inuentus vt homo dicitur Chriſtus.

Et benè dixit, vt homo: non enim erat vnus ex multis, ſed cum inter multos eſſet ſingularis, præ ſe tamen tulit, ac ſi eſſet quiuis alius, id eſt nudus & purus homo. Non ergo facit hic locus pro Marcioniſtis, qui dicebant. Chriſtum non eſſe verum hominem, aientes, Paulum dicere, habitu inuentum eſſe vt hominem, non autem natura hominnm eſſe; & eſſe vt hominem, non eſt verè hominem eſſe.

Senſus Theophylacti. *Ioan. 1.*

Addit Theophylactus, non acquieſcens opinioni Chryſoſtomi, Vt, ſumi pro re ipſa, ſiue pro veritate; quemadmodũ etiam accipitur Ioan. 1. cùm dicitur: *Vidimus gloriam eius, gloria quaſi vnigeniti à Patre.* Vnde & Laurentius Valla reprehendit interpretẽ, quod verterit, quaſi: in quo deceptus eſt, quia in ſimilibus loquendi modis, quaſi veritatem potiùs, quàm ſimilitudinem denotat. Dicimus enim, Incedit quaſi Rex; Agit tanquã Epiſcopus; Viuit vt religioſus; egreſſus eſt vt Princeps: in quibus nonniſi veritatem, non autem imaginem exprimere ſolemus, Quidam tamen ſimilitudinem retulit ad animum, figuram verò, vel habitum ad corpus nam figura propriè eſt rei quantę quãtitate molis. Et hęc ſint ſatis in præſenti diſputatione.

Defenditur illa interpretatio: Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à Patre. Quid ſit figura.

DISPVTATIO V.

In illa verba: *Humiliauit ſemetipſum. factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorũ & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*, & cætera vſque in finem capitis.

Prima dubitatio.

CIRCA Ea, quæ in hoc capite deſiderantur, primò dubitatur quò tendit illa humiliatio Chriſti vſque ad mortem, & ponderatio ſubiuncta, *Mortem autem crucis.*

Secunda.

Deinde, quomodò dicitur exaltatus, qui altiſſimus erat, & filius altiſſimi vocabatur; & quomodo datum eſt illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, cùm ipſe nomen Dei ante à poſſideret, cùm Deus verus eſſet. Et vnde omnis lingua confitetur Chriſtum eſſe in gloria Patris, cum multi infideles, & multi quoque Hæretici aliter doceant, & profiteantur.

Luc. 1.

Tertia.

Tertiò, quid eſt: Cum metu, & tremore ſuam ſalutem operari, cùm paulò inferiùs doceat, Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete; nõ enim ſtat metus, & tremore cum gaudio.

Philippenſ.

Quarta.

Quartò, quomodo Deus operatur omnia in nobis,

& velle,& perficere,nunquid ſine nobis,an nobiſcum? Et quomodo ait, pro bona volũtate,nũquid noſtra,an potius ſua? Quintò, qnomodo hortatur vt omnia faciamus ſine murmurationibus,cùm omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, non ſolùm murmnrantinm voculas, ſed & perſecutiones vel inuiti patiantur? Quomodo etiam ait, vt operemur ſine querela,cum cõſtet,Chriſtianos, quò ſunt perfectiores,eò maiorib⁹ ſubiectos eſſe delationibus,& querelis,non ſolùm Iudæorum,& Gentilium, ſed etiam ipſorum Chriſtianorum, & præſertim conſanguineorum? Sextò, quomodo, inqnit, *Sed etſi immolor ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ: gaudeo,& congratulor omnibus vobis, id ipſum autem & vos gaudete,& congratulamini mihi:* nam ſuperiùs dixerat ſe ſcire ſe manſurum in Philippenſibus, & permanſurum cum eis, & aduentum ſuum ad eos illis promiſerat. Quomodò etiam,ſi ſciebat ſe ad eos Timotheum miſſurum. Septimò, an illa ſententia: *Omnes quæ ſunt Ieſu Chriſti,* vera ſit in vniuerſum, quia etiam Timotheum, & Paulnm comprehenderet. Si verò ex parte ſalſa eſt,cur tantoperè aſſeueratur à Paulo? Poſtremò, qua de cauſa Epaphroditum vocat Apoſtolum Philippenſium, & miniſtrum neceſſitatis ſuæ:& quare cùm ægrotaret ad mortem, ab Apoſtolo operatione miraculorum prædito non fuerit liberatus. Hæc vniuerſa expediet præſens diſputatio.

Quinta. / 2. Tim 3. / Sexta. / Philip. 2. / Septima. / Octaua & vltima dubit.

Sit igitur primæ dubitationis ſolutio. Humiliauit ſemetipſum Dominus factus obediens vſque ad mortem,cùm Chriſtus Dominus per omnia ante incarnationem par & æqualis eſſet Deo:inuenit tamen modũ, & rationem, qua per formam ſerui aſſumptam poſſet ſubijci,& humiliari.

Ad primum dubium. De fine humiliationis Chriſti.

Et dicendo,ſemetipſum,oſtendit ſpontaneam ſubmiſſionem, & humiliationem: multi enim humiliantur ab alijs, ſed non humiliant ſemetipſos. Tales ſunt dæmones,& inuiti,& nolentes, qui potẽtioribus ſuccumbunt. Et declarat modum humiliationis ſuæ, cum ait: *Factus obediens vſque ad mortem.* Nam cum eſſet Deus, & Patri per omnia æqualis, nec eſſe poſſet vlla ratio obedientæ, per humanitatem aſſumptam factus eſt obediens. Et addit ad obedientiæ terminum, *Vſque ad mortem.* Quia accepit iniquam mortis ſententiam à Pilato. Et aliàs non eſt perfecta hominis mortificatio, niſi perueniat ad mortem: vnde illud: *Eſto fidelis vſque ad mortem, &, Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Quare ethnici, qui ad horam ſe mortificauerunt, aut ad tempus virtutẽ humilitatis, & obedientiæ coluerunt, grata deo officia non exhibuerunt.

Quare dicitur Domin⁹ humiliaſſe ſemetipſum. / Quomodo ſe humiliauerit, & quamdiu. / Ioan 19. / Apoc 2. / Matth. 24.

Et ad mortem, inquit, inclnſiuè: quia ille homo nnlla ratione debebat mori, qui eſſet à peccato immunis: accepit tamen à Patre,vt acceptaret mortem, ſi inſerretur. Vnde dixit: *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio: ſurgite, eamus hinc,* nimirum ad mortem, & ego ero primus. Imò non tantùm ad mortem vſque Chriſtus obediuit, ſed etiam poſt emiſſum Spiritum. Voluit lancea latus ſuum perforati, & obedire Pilato quantum ad depoſitionẽ corporis de cruce.

Vſq; ad mortem quare ſe Chriſtus hu- miliauerit. / Ioan. 14. / Ioan. 19. / Ibidem.

Quod autem ponderando, dixit: *Mortem autem crucis,* ſcitè locutus eſt,nam & Salomon etiam id expendit: Morte, inquit, turpiſſima condemnemus eum: & Cicero homo Ethnicus maxima verborum acrimonia Actio. 7. in Verrẽ, cũ agit de cruce Gabini ciuis Romani cruci à verre ſuffixi, ponderauit: *Facinus eſt,*inquit, *vinciri ciuem Romanum: ſcelus verberari, propè parricidium necari: quid dicam in crucem tollere: verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt.*

Illud: Mortẽ autem crucis cur additum à Paulo. / Sapient 2. / Mar. Tull. à med.

Et poſteà deſignans locum, in quo eum crucifixit: *Non poſt vrbem Meſſanam,*inquit, *in qua ſolebant plecti damnati ſed in ea, quæ ad fretum aſpiceret, ex qua Italiam cerneret, ac domum ſuam proſpicere poſſet.* Eſt enim mors crucis probroſiſſima,& ſeruis tantùm & latronibus debita. Vnde Horatius dixit.

II. Ratio. / Horat.

Non feci furtum: non paſces in cruce coruos.

Eſt etiam admodum moleſta, & contraria concupiſcentiæ carnis, & concupiſcentiæ oculorum, & ſuperbiæ vitæ. Et ſi expendantur circumſtantiæ loci temporis, & modi,& cauſæ, cum eſſe innocentiſſimus, intelligemus ignominioſiſſimam, & acerbiſſimam extitiſſe mortem. Vnde Chriſtus crucifixus, factus eſt non tantũ Iudæis ſcandalum,& Gentibus ſtultitia, ſed etiam coram Deo maledictio, Maledictus enim omnis, qni pendet in ligno. Et tale eſt,ac tantum hoc humilitatis exemplum, vt omniũ prorſus mentes ſuſpendere, & abſorbere debeat.

III. Ratio. / Ioan 2. / 1. Cor. 1. / Deut. 21. / Galat. 3.

Sed quia æquum erat, vt omnis qni ſe hnmiliat, exaltetur; addit id quod ſecundo loco dnbitatum fuit: *Propter quod & Deus exaltauit illum.* Ambroſius vertit iuxta veritatem Græcam, Superexaltauit, hoc eſt ὑπερύψωσε, quod eſt, inſigniter, ſiue vehementer exaltauit. Et vt obiecta quæ fecimus, diluamus, exaltatio hæc non reſpondet filiationi diuinæ, ſed humanitati, quæ humiliata fuit.

Ad II. dubit. reſpondetur Chriſtus cũ eſſet altiſſimus, vt potuerit exaltari. / Luc. 14. / Infrà 18.

Chriſtus in quo fuerit exaltatus.

Dices; Qua in re exaltauit? Reſpondent quidam, excitando eum à mortuis, impatibilitate, & non immortalitate donando, & conſedere eam faciendo ad dexteram ſuam in cœleſtibus. Alij verò magis probant, vt non ſit diuerſa, ſed eadem res eum ſequenti, id eſt, in hoc quòd donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: & caſus, illū, & illi, referunt Chriſtum hominem humi-

Quid denotet hęc particula: Propter quod & Deus &c. cauſam an conſecutionem.

liatum, & dictio illatiua, *Propter quod*, ſignificat, Chriſti humilitatē, & obedientiā tanti meriti & pretij extitiſſe apud Patrem, vt propter eam extulerit eum in ſummā ſublimitatem, & gloriam. Et ita omnes Græci & Latini Patres interpretantur præter vnum Caluinum, qui nouè explicat. Vt, propter quod, ſignificet conſequentiam, non cauſam, vt ſit ſenſus: Humiliauit ſe, & fact⁹ eſt obediens vſque ad mortem: & poſt hāc humiliationem & obedientiam Deus illum exaltauit.

Chriſtum ſibi in primis, tum nobis gloriam meruiſſe.

Et addit: Quoties Scriptura meminit mortis Chriſti, toties in nobis pretium ſtatuit, nec de alio merito loquitur, quàm quod ad nos redit. Quod ſanè falsò, & imperitè dictū eſt, cùm ſint nobiliſſimæ Scripturæ aliter docentes, quòd prima præmia ad ipſum redierint: vt illæ: *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatē: pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur.* id eſt, Pro merito laboris prēmio condigno ſaturabitur. Item; *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Id eſt, tantum ſanguinis effundet in redemptione, vt torrentem, de quo quis bibat, efficiat, & ob id inſignem triumphum de hoſtibus conſequetur. Simile eſt illud Pſalm. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* id eſt, Propter prædicationem, & ſudores in concionando poſitos, aſſequeris benedictionem Dei, & iterum, *Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, &c.*

Apoc. 5.

Eſai. 63.

Pſal 109.

Quid illud: De torrente in via bibit propterea exaltabit caput.

Pſal. 44.

Id etiam: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternū, quid ſignificet.

Diuinitatem (voce nominis illi diuini tus donati ſignatam) an Chriſtus meruerit.

Si quęras, an Chriſtus meruerit diuinitatem? meruit quidem diuinitatis celebritatem, quia dicitur, Dedit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen, id eſt, dignitatem, & celebritatē nominis. Nam omnibus linguis nomen id ſignificat, vt illud,

Iacet ſine nomine corpus.

Et alter:

Magna ſonaturum de nominis huius honorē,

Atque os

Virg. 2. Æn.

Hor. ſer. Sat. 4. ſub init.

Aduerſus Oſiandrum hæreticum.

Luc. 1.

Matth. 1.

Quod autem Oſiāder homo hæreticus refert ad nomen Ieſu, & confundit cum nomine Iehouath, ineptum eſt. Sed dices, cum antea ipſe Deus eſſet, & Filius Dei, & Ieſus, quomodo promereri potuit, quod prius habebat? Reſpondeo, Vt id quod vno iure habebat, multis, & alijs rationibus poſſideret. Mos etiam eſt Scripturæ ſanctæ, vt res eo tempore fieri dicatur, quando innoteſcit. Et ita quod ait, Dedit illi nomen, perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Pater fecit vt diuinitas eius, & nomen Ieſu quod habuit, toto orbe incaleſceret, & ab omnibus agnoſceretur paſſim, & prædicaretur Deus. Et ita interpretandum eſt illud, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te: & id: Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem*, & pręcipuè ſermo de nomine Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen: ſicut eius Perſona ſuper omnes perſonas, ſiue res nominatas, vt illi genuflectant, & Diuinum honorem expendant, qui per ſynecdochen exprimitur in genuflexione.

Qui loci eundem atque iſte ſenſum recipiant.

Pſalm. 2.

Actor. 5.

Et per Metonymiam nominat cœleſtes, terreſtres, & infernos, id eſt, Angelos, homines, & dæmones, qui, velint, nolint, diuinam Chriſti maieſtatem coguntur agnoſcere.

Et omnis lingua, vel, *Omne idioma*, Id eſt, quæuis gens, & populus, ſiue Angelorum, ſiue hominum, ſiue dæmonum. *Confiteatur* hoc, quod Ieſus Chriſtus eſt Dominus: idque in gloriam Dei Patris, vt legit Chryſoſtomus, & Græci codices habent, & Hieronymus interpretatur, id eſt, in natura, & gloria Deitatis, dum eiuſdem eſt gloriæ cuius Pater, quamuis frequens eſt apud Paulum, prępoſitiones illas εἰς & ἐν cōfundi, & priorem pro poſteriori poni.

Quid, omnem linguam confiteri Chriſtū eſſe in gloria Dei Patris.

Chryſ ſer. 7. circa med.

Hiero. in hæc verba. to. 9.

Vt tertię dubitationi ſatisfaciamus, pręmittenda ſunt verba illa quæ præcedunt: *Itaq; chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis, non in præſentia mea tantum.* Vbi Paulus exhortationem quam habuit de humiliatione, & exaltatione Chriſti, accommodat ad exemplum fidelium, & præſertim ad obedientiā imitandam; ac ſi dicat Chriſtus obedictiam præſtitit Patri vſque ad mortem, & euectus fuit in altum, ita vos eſtote Chriſti imitatores, vt cum illo euehamini: obedientiā Deo præſtate, id quod diligenter hactenus feciſtis, non tantùm eūm præſens eſſem apud vos, ſed etiam me abſente facite. Et laudes admiſcet exhortationi, vt efficacius obtineat quod vult.

Qualem à Philippenſibus exigat Dei obedientiam Paulus.

Cum metu, inquit, *& tremore veſtram ſalutem operamini.* Timorem vanæ gloriæ & contentioni opponit. Nolo vos, inquit, ſtudere contentioni, & inani gloriæ, ſed humilitati; hoc eſt, Volo vos veſtram ſalutem operari, quantumuis ſitis eruditi, & præclara dona habeatis. Eſt autem metus etiā in magnis viris, propter duo: alterū eſt ne fortè in ipſis aliquid ſit, quod in oculis Dei diſpliceat, & excidant ab eius gratia; alterum,

III. ſol. queſt. Cum metu, & tremore cur noſtram debemus ſalutē operari.

1. *Cor.* 9.

alterum, ne, etiamſi in gratia ſint, ab ipſa contingat illos excidere. Vnde illud, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Quorum neutrum admittunt Lutherani, qui docent vnumquemque certum oportere eſſe de gratia, & de perſeuerantia.

Contra Fidutianos hæreticos, & liberum hominis negantes arbitrium.

Deinde quid hic dicent, qui negant, liberum arbitrium, & opera bona eſſe noſtra? aut nos non poſſe aiunt vllum bonum operari, ſed ſine nobis agere Deum omnia in nobis? Si nihil operamur, ſed ſolum habemus nos paſſiue, & Dei operationem in nobis excipimus, aut ſi ſumus velut inſenſata inſtrumenta, cur inuitat vt operemur? Sed ſanè hæc eſt hæreſis amentium, qui ſibi verbis aduerſantur, cùm multa opere perficiant, quæ oppoſitam veritatem perſpicuè docent.

Quid metus, quid tremor.

Secundo modo operandi deſcribit, vt ſit; *Cum metu, & tremore.* Timor, qui futurorum malorum eſt, ad animum ſpectat; tremor externus eſt, ad corpus ſe diffundit, & vt ait Chryſoſtomus, auctio quædã eſt temporis. Et cùm innumera ſint mala, quæ homini poſſunt accidere, videndum eſt, de quibus malis hoc præceptum intelligat.

Chryſ. hom. 8 ſub init.

Quorum malorum cum metu noſtrã velit Apoſtolus ſalutem operari.

Matth. 10.

Sunt enim mala, quę à mundo nobis inferri poſſunt, id eſt, à mundanis, vt mors, bonorum direptio, proſcriptio, infamia, carcer: quæ timenda non ſunt, niſi quatenus à Deo veniunt, ob culpas, & peccata noſtra. Ideò iuſſit Dominus ne hæc timeamus, ſed eum tantum, qui poteſt & corpus, & animam mittere in gehennam. Deinde noſtrum eſt malum, omnium maximum, ſcilicet peccatum, quod eſt contra Dei mandatum: iſtud eſt ſummè, & ſuper omnia, timendum, & hunc timorem exegit Paulus, qui ex virtute, & charitate eſt. Alij autem timores etſi à Deo proficiſcantur, & poſſunt eſſe mali, & ſæpè ſunt, ſi hunc timorem peccandi comitem non habeant, ſed illum excludant. Ideò alias monet: *Si quis exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat.* Vbi deeſt timor, ceſſat oratio, qua ceſſante, homo mittitur in tentationem, & Deus meritò deſeri[illegible] timentem, ſed ſuperbè in ſeipſo gloriantem, aut ſtultè in ſola fide confidentem: at derelictus à Deo, non poteſt non tentationi ſuccumbere.

Dei timores qui mali.

1. *Cor.* 10. *Matth.* 6. *Infrà* 26.

Quinq; noſtri ſeculi hæreticorũ dogmata ex hoc Pauli loco quæ corruant.

Itaque hoc verbo oppugnatur nimia hæreticorum confidentia, qua abijciunt hunc tantum timorem: illi etiam, qui ſola fide nituntur: deinde qui ea libertate, qua confidunt ſe liberos ab omnibus præceptis legis: qui nõ poſſunt venire in hunc timorem, quia vbi non eſt lex, nec pręuaricatio. Confutantur tertiò, qui docent nos oportere cognoſcere & gratiam & perſeuerantiam noſtram.

Rom. 4.

Adhæc illi qui negant nos eſſe noſtræ ſalutis operarios; cum tamen Dominus dicat, *Voca operarios, & redde illis mercedem, &* hic, *Cùm metu, & tremore veſtram ſalutem operamini;* rurſum dominus, *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitã æternã,* Demum colligitur ex hoc loco ratio meritorũ in bonis operibus. Certum enim eſt, opus eſſe nouis operibus ad laborãdum in vinea, & illa ſalutem parere, quæ eſt in manu Dei; quod non fit niſi ratione meriti.

Matth. 20.

Ioan. 6.

Quomodo poſſimus eſſe metu, & tremore noſtrã ſalutem operari in Domino gaudentes.

Quod verò in contrarium fuit oppoſitum: Gaudete in Domino ſemper; &, Seruite Domino in timore; & exultate ei cum tremore, prædictis minimè repugnat. Hos enim duos affectus in præficiendis bonis operibus adeſſe oportet. Timendum quidem, quia multæ ſunt nequitiæ ſpirituales, quæ hominem impedire conantur, ne ſalutem conſequatur: Gaudendum verò quia propter Deum operamur, & quia pro temporali ſeruitio præbet vitam ęternam. Debent ergo pij omnes inter ſpem & metum operari: quia hoc eſt exultare cum tremore. Oecumenius quærit; Quomodo autem contingit tremere? Si conſiderauerimus quòd vbique adeſt Deus, omniaque audit, & intuetur: quodque graues exiguntur rationes, ac pœnæ.

Philip 4. *Pſal* 2. *Eccleſ. vlt.*

Quia artet ille tremor, ſecũdum Oecumenium. *Oecum ca* 5.

Ad IV. dub. reſpon. De ſenſu huius dicti: Deus eſt qui operatur in nobis & velle, & perficere.

Quartò dubitabatur circa illud: *Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere:* Cur ſcilicet fingitur mereri aliquis coram Deo pro eo quod in ſeipſo facit omnia? Si enim operatur in me & velle, & perficere, quod inde meritum comparo? Sed huic ſenſui nec verba fauent, nec vlla veritatis vmbra in eo eſt. Volumus enim nos, & operamur ſalutem noſtram, dum volumus, & operamur præcepta: & ſi Deus operetur vt velimus, illuminando, & ſuauiter monendo, ac trahendo, nos tamen ſumus qui volumus, cum poſſemus non velle, & poſſemus non operari. Nã multi ſunt qui nolunt, & qui reſiſtunt. Vnde Dominus per Ezechielem ait: *Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum.* Et nos ſumus qui facimus, & perficimus opera, ſed Deo ipſo cooperãte, & adiuuante, tum per gratiam, tum per externa auxilia. Et ſic operatur in nobis, vt nos quoque operemur cum eo. *Dabo*, inquit, *cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, &c. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Operatur ergo ille, vt & nos etiam operemur. Operatur quidem in nobis ſine

Ezech 18.

Infrà 37.

Quid operetur Deus in nobis ſine

nobis

ne nobis; vt verò coopetetur nobiſcum.

nobis: vt cum vocat, cum illuminat, cum excitat, & cum habitus gratiæ, & virtutum dignos creat, vel infundit: cooperatur verò nobiſcum, dum facit vt velimus acceptare gratiam Dei, & operemur opera fidei, & perſeueremus, & in afflictionibus patienter ſuſtineamus. Nos porrò ſine illo, & eius gratia nil penitus boni, ſiue interius, ſiue exterius operamur, ideo eccleſia precatur prima Dominica Trinitatis. *Præſta auxilium gratiæ tuæ vt in exequendis mandatis tuis & voluntate tibi & actione placeamus:* Nemo ergo extollatur, nemo ioflectur, ſed timeat: quia non eſt ipſe per ſe potens, niſi à Deo adiuuetur. Et ita Catholici loquuntur, cum hæretici inconſtanter, & confuſè loquantur, quaſi homo in Chriſto adhuc peccator inueniatur.

Pro qua nam bona voluntate, ſua an noſtra, Deus in nobis operetur & velle, & perficere.

Addit: *Pro bona voluntate.* Quod aliqui interpretantur de bona noſtra voluntate, vnde Auguſtinus libr. 1. Hypognoſticon. Operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate; ea vtique quæ eſt in eis, vt dixi, à Domino tam reparata, quàm præparata vt eſſet bona.

B. Aug. to 3. Hypognoſt c. 3. 10. 7. propo fin.

Sed in contrarium poſſemus obijcere: Si in nobis eſt bona voluntas, quod eſt illud velle, quod dat nobis? Græcè certè legitur εὐδοκία, quæ eſt bona voluntas, quæ etiam beneplacitum, & propoſitum vertitur ab ab interprete, & vt plurimum Deo in Scripturis tribuitur. Pro ſua ergo bona voluntate, qua ſic viuamus, vt ipſe vult, & requirit à nobis. Et vtitur illa voce Paulus, cum vult ſignificare nõ eſſe meritum noſtrum, ſed gratiam, & miſericordiam Dei. Græcè legimus ὑπὲρ εὐδοκίας, & illa Particula ὑπὲρ fini ſeruire ſolet. Et ita eſſet ſenſus: in hunc finem, vt Dei voluntas, & beneplacitum eius in nobis impleatur, vt ait OEcumenius: quemadmodum cum dixit: Tradidit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vbi etiam ὑπὲρ habetur, hoc eſt, ad abolenda peccata noſtra. Chryſoſtomus verò explicauit, pro bona voluntate, ſua ſcilicet aſſequenda & gratia eius impetranda, vt quę grata ſunt ei, præſtetis vos Philippenſes.

Epheſ. 1. Ibidem.

Oecum. ca. 3. à medio.

Chryſ hom 8. ante med.

Ad V. dob.

Quomodo tot inter perſecutores, & maledicos omnia facere ſine murmurationibus poſſimus.

Cypr. c. 14.

Quinta fuit dubitatio in illis verbis. *Omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei.* Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, hæc verbà ita citat: *Omnia autem pro dilectione facientes, ſine murmurationibus, & reputationibus: vt ſitis ſine querela & immaculati filij Dei.* Vbi præcipuè annotandum, addi verbum, pro dilectione: nam opera quæ ex illa proficiſcũtur, propriè ſunt opera renatorum, & filiorum.

Cùm ergo Apoſtolus dixiſſet, Deum, in nobis operari & deſiderium boni operis, & ipſius operis conſummationem; ne dicatur de eo, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare; ſubdit quomodo operetur: *Omnia autem facite ſine murmurationibus*; quod eſt dicere, Sic agite, vt aliorum ſtudia aliter operantium nequaquam reprehendatis. Non autem curandum eſt de alijs, qui de noſtris operibus murmurant. Nam vt Dominus dixit de muliere pia bonum opus redemptionis præſtante: *Bonum opus operata eſt in me. Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis* Et alio loco, *Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum.* Non enim curandum eſt de maledicis, quia omnia bona opera denigrant.

Luc 14.

Maledicorũ propriũ hominũ quid.

Matth. 26.

Supra 11.

Dicitur, Et ſine hæſitationibus, ſiue vt Græca vox habet, diſceptationibus, id eſt, abſque eo quod immiſceatis vos in aliorum operibus, neque diſceptando an hoc, vel illud præceptum Dei, vel Eccleſiæ ſit faciendum, an non. Denique vt quidam exponunt, abſque ſcrupulis, qui mentis ſerenitatem obnubilant. *Vt ſitis*, inquit, *ſine querela.* Id eſt, Tales, de quibus nemo conqueri poſſit, etiamſi maleuoli decepti arripiant occaſionem deferendi, & querelas apud iudices formandi. *Et ſimplices.* Non duplices. Et *Filij Dei.* Id eſt, pacifici, & benefici erga omnes.

Quid illud: Omnia facite ſine hæſitationibus.

Sine querela ſint ſint, ſimplices, & qui filij Dei.

Matth. 5.

Auguſtinus ſermo. 37. de verbis Domini. Filij Dei ſumus. Vnde hoc probamus? Dubitas quòd non dabit tibi bona ſua, qui non eſt dedignatus ſuſcipere mala tua? *Sine reprehenſione.* Id eſt, irreprehenſibiles, & inculpati. *In medio nationis prauæ & peruerſæ, ſiue tortuoſæ.* Prauam dixit, & tortuoſam generationem infidelium: eſt enim periphraſis Gẽtilium: ſicut Dominus Iudęos vocauit generationem malam, & adulterã, quæ à viro ſuo diſceſſit.

B. Aug. to 10.

Natio quæ praua & peruerſa.

Matth 12. Infrà 16.

Addit: *Inter quos.* Pro, inter quas, nempe gentes, quia relatio eſt ad rem, non ad vocem. *Lucetis.* Græca vox, & lucetis, & lucete, ſignificat, quia eſt Imperatiui modi Et lucete, magis quadrat exhortationi, & ita legit Cyprianus libro tertio, ad Quirinum, & Pelagius in commentariolis adſcriptis Hieronymo: & Ambroſius Paulum ait non hæc pronunciare vt fiant; ſed præcipere vt fiant. *Sicut luminaria* Græcè φωστῆρες, id eſt, faces, ſumpta metaphora à faris, vbi faces accenſæ nauigantibus portum quaſi prętendunt, in quem tuti appellere poſſint. Dixit Eſaias de Chriſti cultoribus; Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. Emicat enim lux Chriſtus in membris ſuis,

B. Cypr. c. 26. To. 9. operum D. Hierony.

Philippenſes quomodo ſicut luminaria lucerent in mundo.

Eſai. 60.

& alio

&alios in tenebris ambulãtes trahit ad bonam viam. Idq́ue Chriſtus ipſe docuit, cum dixit; *Sic luceat lux veſtra corã hominibus, &c.* Et ſicut Solis & Lunæ eclipſes magis ſunt obſeruabiles, quàm occultationes aliarum ſtellarum; ita ſi quis impius male viuit, pauci id obſeruant, & pauci de eo conqueruntur. Si verò quiſquam eorum, qui gloriantur de Euãgelio, vel leuiter peccauerit, mirum eſt quanta conuitia, & contumelias in eum iaculentur. Debent ergo qui Chriſtũ profitentur, alijs prælucere, ne Chriſtus, & ſui male audiant.

Math. 5.

Quos maxime ſoleat mundus obſeruare peccantes.

Propterea ſubdit: *Verbum vitæ continentes.* Id eſt, doctrinã ſalutis, etiamſi dæmon & mundus, hoc vitæ verbũ conetur ex nobis excutere. Theodoritus, verbum Continentes, ponderat Grecè haberi ἐπέχοντες id eſt, verbo vitæ attendentes: nam ita 1. Tim. 4. habetur, *Attende tibi, de doctrina:* vbi idem eſt verbum ἔπεχε. Qui autem verbũ vitæ continet, opera lucis operatur. Sed hoc præclarum eſt, vt qui vellicatur, non murmuret, neq; in dubium, aut hæſitationem cadat.

Philippenſes quod verbũ vitæ contineent.

Theod. par. 2

1. Tim. 4.

Addit: *Ad gloriam meam in die Chriſti.* Non enim Paulus quęrit gloriam, ſiue gloriationem, vt Græca vox καύχημα denotat) in hoc mundo. Non tantùm ergo vobis ſalutem acceſſitis, ſed & mihi datis amplam occaſionem de vobis gloriandi. *In die Chriſti*, Quia miſſis tempus pijs omnibus eſt dies iudicij. *Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.* Nam etſi beatus Paulus eſſet de ſuo curſu, & labore à Deo remunerandus, etſi in vacuum quãtum ad ad fructum audientium cucurriſſet; fit tamen aliqua maioris gloriæ acceſſio, cum effectum ſuum cõſequitur labor, & curſus. Et ita qui facit, & docet, magnus vocatur in regno cœlorum. Et alludit ad duas metaphoras, curſus, & laborantium, ſiue certantium, de quibus alio loco: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui.

Vbi tantùm vt ipſe ait, prædicationis ſuæ gloriam quæreret Paulus.

Cur ſe non in vacuum cucurriſſe apud Philippẽſes, nec in vacuum laboraſſe merito glorietur.

Matth. 5.

Sexto loco dubitatum fuit ſuper illud: *Sed etſi immolor ſuper ſacrificium & obſequium fidei veſtræ: gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Idipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.* Pro verbo obſequij Græcè eſt λειτουργία. Et Paulus prædicationis munus, quo Chriſto multas gentes acquiſiuit, & inter eas præcipuè Philippenſes, qui crediderunt, vocat liturgiam quandam ſacrauit enim illos, & obtulit illos Deo fide purificatos. Et addit; Super hoc etiam immolor, & mortem oppeto, per martyrium Deo pro vobis me ipſum offerens; *Gaudeo, & congratulor omnibus nobis*: quia propter fidem veſtram immolabor. Eſt enim verbum Græcum σπένδομαι, pro libamine offeror. Et libare, pars erat ſacrificij. Et vtitur in paſſiua ſignificatione. Et Apoſtolus vocat mortem ſuam, libationem, non qua reconcilientur Deo, ſed qua confirmentur in fide. *Idipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.* De tanto Dei dono, vt ita gaudium mutuum ſit, & mutua quoque congratulatio. Aitq́ue: *Super ſacrificium:* quia præterquam quod adolebatur victima ſanguinis aſperſio, ac vini etiam libatio adhibebatur. Id eſt: Nec dubitem ego velut libamentum interuenire. Eſtq́ue duplex metaphora; altera, qua ſe, id eſt, mortem ſuam vocat victimam, ſicut alibi ſicut: *Ego enim iam delibor, & tẽpus reſolutionis meæ inſtat:* altera qua victimam facit fidem Philippẽſium, ſicut etiam in Epiſtola ad Rom. vbi habet: *Propter gratiam, quæ data eſt mihi a Deo, vt ſim miniſter*, ſiue liturgus Chriſti Ieſu in Gentibus, ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & ſanctificata. Fides enim quaſi oblatio ipſa erat, nulla enim oblatio ſine mortificatione eſt, per quam Deo conſecramur; at fides intellectum mortificat, & captiuat in obſequium Chriſti.

2. Tim. 4.

Idẽ cur munus prædicationis ſuæ apud Gentes ſacrificiũ appellauerit.

Actor. 15.

Libamen quid: quale libamẽ ſuam mortem vocet Apoſtolus.

Quo alluſerit ille eũ ait: ſed etſi immolor ſuper ſacrificium, &c.

2. Tim. 4.

Rom. 15.

Fidei & mortificationis effectus.

2. Cor. 10.

Quod verò ſuperius dixit: *Manebo, & permanebo omnibus vobis*, non repugnat huic ſuæ immolationi: quia dixit ſe ad tempus manſurum, non perpetuò: ſed cùm eſſet, illi hinc migrandum, tunc ſe pro eorum fide immolandum, quod & factum eſt. Illud verò: *Spero autem in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos*, intellige; cum venire mihi non licuerit, mox vt videro quæ circa me ſunt, & quem exitum ſortiantur negotia mea, & vincula, quam primum mittam ad vos Timotheum, vt vos cognoſcat, & ſtatum veſtræ Eccleſiæ, & fidei. Volebat enim Apoſtolus diſtinctiùs noſſe quæ in Eccleſia Philippenſium à ſe deamata degererentur: quæ quidem non pugnat cum eo quod dixerat, ſe ad eos rediturum, & iterum viſurum eos: nam Pauli amor nuncios mittebat ad ſe, qui præpararent eius aduentum, ne imparatos eos offenderet. Ad laudem etiam Timothei ſpectat, cui reddit tam egregium teſtimonium Apoſtolus, neminem habere tam vnanimem ad opus Euangelij exercendum, & ad Philippenſium ſalutem ita ſolicitum.

Si ait cũ Philippenſibus ſe permanſurum Apoſtolus, cur tradit ſe immolari pro eis.

Idem ad eos cur ſuũ polliceatur aduentum, ſi erat miſſurus Timotheum.

Apoſtolicæ Timothei laudes inſignes.

Subdit: *Omnes enim quæ ſua ſunt quærũt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti.* Eſt autem tanti viri admirabile teſtimonium de his qui ſecum erant: & eo tempore id fortè accidit, cum viri ſtrenui non eſſent cum illo. Nam vt ipſe ait, in prima mea defenſione

2. Tim. 4.

nemo

nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt.

Quę ſua ſunt quærere, quod: & hoc quantũ malum ſit.

Quærere quæ ſua ſunt, eſt nihil aliud curare, quàm propria commoda, & nihil eorum quæ ſibi debentur, prætermittere. Sed hoc nimium eſt malum, cum propter propria relinquuntur ea quæ ſunt IESV CHRISTI: vt cum Epiſcopus, aut Princeps quærit obedientiam, honorem, reuerentiam, & ſubſidia quę ſibi debentur à ſubditis, & in hoc non peccant: at ſi negligant quæ ipſi Deo, vel Chriſto debent in ſe ipſo, vel in proximis, grauiſſimè peccant. Vt ſi omittant clementiam, benignitatem, commiſerationem, audiẽtiam, & iuſtitiam. Iniquum eſt enim propria tanto vigore exigere, & ad aliena quæ debet proximo, tanto ſomno ſtertere. Amabant ergo propriam quietem, & nullus erat, qui tam longã pręparationem vellet ſubire, vt Philippenſibus prædicaret.

Quęrant quę ſua ſunt quando licitè, vel illicitè paſtores animarũ.

Solutio VII. quęſt.

Vt verum ſit, omnes quærere quæ ſua ſunt, id eſt, non quæ Ieſu Chriſti.

2 Cor. 4.

Ioan 3.

Et quod ait, *Omnes*, intellige pro multos. Sicut & illud; Hic iam quæritur inter miniſtros, vt fidelis quis inueniatur. Omnibus enim tribuit, quod paſſim erat vulgare: ſicut quod Ioannes dixit de Meſſia; *Quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accepit*, id eſt, rariſſimi, ſiue pauciſſimi. Et omnes ex nobis ipſis, ſiue ex natura noſtra deprauata tales ſumus. Multi etiam eorum, qui viuunt ex rapina, vel vſura, non propria, ſed aliena videntur quęrere: ſed ſanè hoc eſt malè quærere aliena. At verò quia in CHRISTO IESV ſunt beneficia Eccleſiaſtica, reditus, decimę, oblationes; permulti hæc anxiè quærentes, quærunt non quæ vera, & pręcipua bona ſunt Ieſu Chriſti, ſed infima, & minora bona: nam maiora ſunt gloria & honor Dei, ædificatio Eccleſiæ, ad proximum liberalitas, & eleemoſynæ. Poſt promiſſum autem aduentum Timothei ad illos præparandos, promittit & aduentum ſuum, ne promiſſo aduentu Timothei ad eos cogitarent eum non eſſe venturum.

Quę minora, quæ vero maiora ſint bona Ieſu Chriſti.

Vlt. ſol. dub. Epaphroditus cur Apoſtolus Philippenſium nominetur.

Ad octauum ſiue poſtremum reſpondemus: Epaphroditum Apoſtolus mittere cogitabat, & rationem reddit cur tardius mittat. Vocat autem fratrem charitate, cooperatorem in propagando Euangelio, commilitonem, id eſt in rebus periculorum plenis adiutorem. Eſt enim verbum caſtrenſe συςρατιώτης. Vocat Apoſtolum Philippenſium, id eſt, quem legatum miſerant ad ſe: niſi fortè fuiſſet ex LXXII. diſcipulis, qui dicebantur Apoſtoli. Erat etiam Philippenſiũ Doctor, & Epiſcopus.

Vocat miniſtrum neceſſitatis ſuæ, quia per eum Philippenſes temporalia ſubſidia miſerant, quibus & ſe, & ſuos ſuſtentabant. Et vt expendit Theodoritus, Græcè habetur λειτυργὸς, id eſt, publici muneris executor, innuens, eos illam debere ei ſubuentionem, non ſecus atque illis qui publica munera obeunt, debentur collationes. Et hic fuit infirmatus vſque ad mortem, id eſt, non longè abfuit à morte. *Sed Deus miſertus eſt eius.* Largiendo illi ſanitatem.

Theod. par a

Non ſolum autem eius, verum etiam & mei. Nam propter cauſam meam ille miſſus fuerat. Et ita mei gratia mortuus fuiſſet, & deſtituta fuiſſet Eccleſia Philippenſium tam bono miniſtro. Et ſubdit: *Ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Hæc triſtitia non fuit incredulitatis, ſed charitatis, & qualis erat triſtitia Chananææ dicentis Chriſto, *Miſerere mei, fili Dauid, &c.*

Qualẽ Apoſtolo triſtitiam attulerit Epaphroditi ad mortem infirmitas.

Matth 15.

Quoniam propter opus Chriſti (id eſt, miſericordiam mihi impendendam) *vſque ad mortem acceſſit, tradens animam ſuam.* Elegãter quidam vertit, non habita ratione vitæ ſuæ: quia auſus eſt ſe periculo mortis exponere, & ad me vinctum accedere.

Mirus Epaphroditi in Paulum Romæ vinctum amor.

Quærit hoc loco Ambroſius, cur ad mortem infirmari Epaphroditum permiſerit Paulus, qui tamẽ ſuſcitabat mortuos, & cuius ſemicinctia, & ſudaria operabãtur ſanitates? Reſpondet, ſigna infidelium cauſa fieri, nec niſi pro fide Chriſti exaltanda, aut confirmanda. Deinde fideles expediebat varijs probari afflictionibus, vt ægritudine, liberorum amiſſione, pecuniæ ablatione, aut huiuſmodi, vt appareret quam eſſent ſtabiles. Et ſæpè cum ſancti Deum exorant pro infirmis, & aliorum neceſſitatibus, non ſemper exaudiuntur, quia nec eis ſemper expedit. Nec propterea ſanctorum orationes ſunt prorſus inutiles, quia melius eſt eius à Deo proſpectum, cui non impetramus quod petimus. *Vt impleret id quod ex vobis deerat, erga meum aduentum.* Hoc factum Epaphroditi ait fuiſſe ſupplemẽtum defectus ipſorum Philippẽſium, quia cùm procul diſſiti eſſent, operam ſuam Romæ impendere non poterant: vnde Epaphroditus Apoſtolus Philippenſium, vices illorum miniſtrando obibat. Et hæc ſint ſatis de præſenti diſputatione.

Cur ille permiſſus à Paulo miraculorum opifice tam grauiter infirmari.

B. Amb. 10. ſ.

Sanctorum pro infirmis, vel afflictis hominibus preces quare non ſemper exaudiat Deus.

(∴)

DISPVTATIO VI.

In Apoſtoli verba, Capit. 3. *De cætero fratres mei, in Domino. Eadem vobis ſcribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium. Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Nos enim ſumus circumciſio, ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes. Quanquàm & ego habeam confidentiam in carne,*& reliqua vſque in finem capitis.

I. Dubium.

EXPLICATA in primis verborum horum cum præcedentibus connexione, dubitatur primùm, quæ vtilitas ſit ſæpius vnum & idem inculcare? id enim ſolet eſſe moleſtum, vt moleſta erat Ioannem Apoſtolum geſtantibus diſcipulis illa frequens ſententia: *Filioli diligite alterutrum*: Deinde, quos vocat Apoſtolus canes, vel malos operarios, vel conciſiones. Tertiò, quid eſt, *Qui ſpiritu ſeruimus Deo*; & an legendum in dandi caſu, Spiritui, vt quidam legunt, an in auferendi; & quæ nam eſt hæc ſeruitus. Quartò, cur Apoſtolus gloriatur in carne, cùm hæc vana ſit gloriatio. Quintò, cùm ait: *Quæ fuerunt mihi lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta*, dubitatur, cùm Apoſtolus hæc de lege veteri tradat: quia videretur operi Dei detrahere, nam lex opus Dei erat. Sextò, quomodo aſſerit ſe iuxta legem conuerſatum eſſe ſine querela; cùm tamen ipſe ſe vocet filium iræ, & ſe dicat ambulaſſe in cogitationibus carnis. Septimò, in his verbis: *Non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu*, quæritur, an hic locus quicquam faciat pro hæreticis, quem tamen, tanquam fortiſſimum telum intorquent: an potius eorum ſententias iugulet, ac deſtruat. Octauò, ſuper illud: *Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum*; dubitatur, quomodo tantus Apoſtolus negat ſibi adeſſe perfectionẽ? Quòd ſi ipſe perfectus non fuit, quis ergo id ſperare poſſit? & quomodo infrà ait: *Quicunque perfecti ſumus, hoc ſentiamus?* Videtur enim hic Pauli ſermo aſſerere ſibi adeſſe perfectionem, quam ſibi paulò antè denegauerat. Nonò, in illud: *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad eo verò quæ ſunt priora, extendens me ipſum*, dubium eſt quid ſibi velit Apoſtolus per hanc metaphoram curſus, aut itineris: diuerſi enim diuerſa dicunt. Et cum ait: Ad deſtinatum perſequor brauium, ambigitur an liceat expectare præmium in operando, quod videtur ſeruile. Decimò, cum ait: Verumtamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus in eadem permaneamus regula, quærat quiſpiam, quis ſit iſte canon, vel regula, quam obſeruandam tradit Apoſtolus. Vndecimò, mirum videtur, qui ſe dixit nondum perfectionem adeptum, proponat ſe tamen alijs ad imitandum: in quo videtur ſibi aliquid tribuere. Duodecimò, in id: *Conuerſatio noſtra in cœlis eſt*, dubitamus quomodo poteſt in terra homo repens quaſi vermis, verſari in cœlo, à quo tamen tam longè diſſitus eſt & corpore, & animo.

Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Ephes. 2. Septimum. Octauum. Nonum. Decimum. Vndecimũ. Duodecimũ.

Hæc cũ præcedentibus quam aptè cohæreant.

In primis ad connexionem reſpondemus: *De cætero fratres mei, gaudete in Domino*; primum verbum, de cætero, Græcè τὸ λοιπὸν eſſe, id eſt. Quod ſuper eſt in his quibus ſolet finem imponere, vt annotaui aliàs. Et addit, *Fratres mei, gaudete in Domino*: nam ſi ego nunc moriar, & Euangelium ad augmẽtum perueniat, ac inimici pudore ſuffundantur, gaudere debitis in Domino: nam quæ accidunt, ad gloriam Domini Ieſu ſpectant. Quòd ſi Apoſtolus Epaphroditus vos recreauit; & ego à mœrore ob eius infirmitatem ſumpto liberatus ſum; gaudere etiam debetis. Et ſi hactenus triſtes fuiſtis, tum propter vincula mea, tum propter paſtoris veſtri ęgrotationem: nunc omnis triſtitiæ occaſio ſublata eſt, nam perſecutio Euangelio non officit: vincula quæ ego geſto, ſunt occaſio diuulgandi Euangelium: Spero me vobis redditum iri: Epaphroditus ad vos redit incolumis, Timotheum citò mittam. Gaudere ergo in Domino: quia vt extra Solem non eſt lux, ita nec extra Chriſtum vllum verum gaudium, aut vera pax. Et videntur hæc verba ſpectare ad caput ſuperius, & à ſequentibus eſſet inchoandum Capitulum: *Eadem vobis ſcribere, &c.* In quo pauciſſimis perſtringit, quod aliàs copioſis diſputationibus explanauit. Oſtendit enim, ad iuſtificationem ſatis eſſe Chriſtum, & ad meritum, nec requiri legem Moyſi, aut circumciſionem, aut opera.

Quibus de cauſis, vt Apoſtolus hortatur, Philippenſes gaudere debent in Domino.

Vbi tantum verum gaudium ſit, & pax.

Soluitur I. dubium. De cauſa repetitionis eandem rerum.

Quod verò Apoſtolus eadem ſæpius inculcet, minimè mirandum eſt: Paulus enim quæ viua voce prędicauerat apud Philippenſes, eadem nunc ſcripto cenſuit inculcanda. Nec id, inquit me pigebit facere, cum videam eſſe vobis tutum, & neceſſarium. Nam ſicut hortulum crebriùs irrigari eſt neceſſarium, quò fructum bonum proferat, ita etiam auditores pluuia verbi

Platonis dictum.

Dei irrigari indigent. Plato dicere ſolitus erat: *Si millies interroges, quatuor & quatuor quem numerum reddant, dicam ſemper, octo*: ita eadem diceda ad eaſdem interrogationes, etiamſi ad leuandum tædium, expediat vario modo illud vnum tradi, vt cũ dicimus eadem, nõ tamen eodem modo. Et nos pane, vino, & carnibus indies veſcimur, nec tamen pariunt faſtidium, quia vtilia, & neceſſaria ſunt: ita quæ bona ſunt, vt ille dixit, decies repetita placebunt. Et videtur hic locus facere contra eos, qui ita delicatas aures habent, & ita nouitatibus ſtudẽt, vt eadem audire, aut eadem repetere, quæ ſemel aut ſæpius dicta fuere, graue ſit illis ac permoleſtum.

Quorum repetitio minime moleſta, & grauis. *Horat.*

II. Soluitur dubitatio. Qui canes Philippenſibus cauendi.

Altera fuit difficultas circa illud; *Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem.* Ter repetit idem verbum in tribus illis nominibus: & fortaſſis hæc erat Apoſtolica monitio ad Philippenſes facta, dum prædicaret. Et videri, poſitum eſt pro, cauete, vt ibi; *Videte ne quis vos ſeducat.* Porrò canes appellat Iudaizantes, quos excitauit diabolus contra Chriſtum, ſub eius tamen ficto pallio incedentes, ſiue quia quod erat in Chriſto ſanctum, vel ſanctificatum, vt cibos, & alia, pollutum ducebant; ſiue quia reuertebantur ad vomitum ſicut canes, recedentes à ſancto quod acceperant mandato; & ad legem, quam ſemel euomuerant in Baptiſmo, reuertentes: At quia vt canes, quibus ſanctum non eſt dandum, detrahebant veritati, & homines veritatem prædicantes, vt Paulum, mordebant & lacerabant.

Matth 24. *2. Pet. 2.* *Prouerb. 26.* *2. Pet. 2.* *Matth. 7.*

Quos malos item operarios, atq; Cõciſionem cauere debebãt Philippenſes.

Deinde dicuntur mali operarij: quia prætextu ædificandæ Eccleſiæ non ſolùm non ædificabant, ſed deſtruebant, miſcere volentes cum Chriſtianiſmo Iudaiſmum. Denique conciſionem eos denominat, & Græcè κατατομὴν, & eſt alluſio, & agnominatio ad vocem περιτομὴν, id eſt, Circumciſionem, & vſurpat abſtracta pro concretis more Hebræo, vt, ſcelus pro ſceleſto. Nec proprio, ſed alieno vocabulo eos appellauit, in contemptum. Quia conciditur, inquit Chryſoſtomus, quod inutilè, & temere, & præter artem inciditur; circumciditur verò, quod expolitur reiectis ſuperuacaneis. Et ſignificat ſchiſmata, & ſciſſiones, quas ob circumciſionem, & legem retinẽdam faciebant. Hinc Hieronymus in Michæam ait: *Nequaquam iuxta Apoſtolum vocaris circumciſio, ſed Conciſio.* Hæc ille.

Chryſ. ſer. 10. tom. 4.

Hiero. in c. 5. Mich. initio, tom. 6. *Ignat. epiſ. 12. circa med.*

Thoes Plinio quid. Quales Hæretici, & Iudaizantes Ignatio.

Alludit ad hæc verba B. Ignatius ſcribens ex Philippis ad Antiochenſes: *Videte,* inquit, *malignos operarios, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, quorum gloria in confuſione eorum. Videte canes rabidos, ſerpentes ſuper pectus repentes, dracones ſquamoſos, & aſpides, baſiliſcos, ſcorpiones. Hi cum ſunt thoes,* id eſt, genus luporum maxime mordax, & ſanguinarium, vt ait Plinius, quod maximè inſidiatur ceruis. *Et ſimiæ humana imitantes.*

Plin. li. 8. c. 34.

III. quæſtio. ſolut. De ſenſu huius dicti: Nos ſumus circũciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo. *Geneſ. 17.* *Leuit. 12.*

Tertiæ dubitationi reſpondemus circa illud: *Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo.* Poterat obijci Iudæos habere præceptum Circumciſionis à Deo, & circumciſos vocari voluit: & reſpondet. Nos potius ſumus circumciſio, hoc eſt, circumciſi, qui non vnius membri pelliculam, ſed totius carnis vitia reſecamus. Illi vocentur conciſio, vel cõciſi, qui circumciſione abutuntur, & extra tempus ſuum protrahunt, cum iam terminum habuerit.

Huius loci: Nos ſumus circumciſio, qui Spiritu ſeruim° Deo, varia lectio proponitur ac ponderatur. *Chryſ. prædicto ſerm.* *Aug. c. 1 in prin. to. 10.*

Subdit: *Qui* (cauſalis eſt pro Quia) *ſpiritu ſeruimus Deo.* Græcè habetur, οἱ πνεύματι λατρεύοντες τῷ Θεῷ: ſpiritũ opponit carni, vt ſæpè aliàs facit Apoſtolus. Spiritu ergo, hoc eſt ſpirituali cultu, id eſt, fide, ſpe, & charitate. Et λατρεία eſt sũma ſeruitus, quia Deũ colimus: vnde oppoſitũ ei° ἰδωλολατρεία, cultus eſt ſummus Deo competẽs, & creaturæ redditus. Chryſoſt. interpretatur, πνεύματι, πνευματικῶς, hoc eſt, ſpiritualiter. Auguſt. tamen ſer. 15. de verb. Apoſt. ediſſerẽs hunc locũ, legit, *Nos ſumus circumciſio, qui ſpiritui Dei ſeruimus.* Et ſubdit: *Scio pleroſq́; codices habere. ſpiritu Deo ſeruimus: verum plures Græci, quantũ ego obſeruare potui, hoc loco habent, ſpiritui Deo ſeruimus* Ambr. verò li. 2. de Spiritu S. ca. 6. nullo modo noſtram lectionem probat, ſed vult nos ſequi Græcos codices, qui habẽt, Spiritui Dei ſeruim°: quæ lectio diuerſa eſt ab vtraq;, qui proponit Auguſt.

Ambr. to. 2. inter med. & fin.

I. Ratio Ambroſij pro hac lectione. Qui ſpiritui Dei ſeruim°, infirmatur.

Et quod ad Ambroſiũ attinet, ſciẽdum, Græcos codices, vt ab ipſo citantur, nihil pro ipſo facere: nam modũ, quem nos per auferendi, Græci per Dandi caſum efferũt, vt qui careant Ablatiuo. Hinc colligimus, quòd Apoſtol° Spiritui mox opponit carnem. Sed & vis cauſalis nulla penè erit, ſi Græcam vocem cum Ambroſio vertamus per Datiuum, & Græca Scholia, & Syriacus codex interpretantur in dandi caſu, id eſt, Qui ſpiritualiter ſeruim° Deo, vel qui ſpiritualiter circumcidimur. Si ergo Spiritus, modum deſignat dictum, colligimus ipſos legiſſe, Deo, non Dei; vt mirum ſit, Auguſtinum dicere, Græcos codices ferè omnes legere in Genitiuo. Quod verò Ambroſius docet, Græcos codices habere, Spiritui ſeruimus Deo, veriſimile eſt hoc dictum ab ipſo eſſe, quia volebat aſſumere argumentum pro aſtruenda Spiritus diuinitate. Sed certè non erat hic locus aptus ad probandã

I. Ratio ad probandum, inde Spiritus ſancti diuinitatem minime deduci.

Spiritus

Spiritus ſancti diuinitatem:tum quia *πνεύματι* ſine articulo vllo dixit;cum tamen Athanaſius libro ad Serapionem doceat,nomen abſolutum Spiritus tunc diuinitatem ſignare,cùm apponitur articulus,& dicitur *τὸ πνεῦμα*. Deinde hic nō ponitur pro Spiritu ſancto,ſed pro humana mente,vel humano ſpiritu, ſicut alibi dicitur, Deum in ſpiritu, & veritate adorandum: & iterum, *Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio in Spiritu meo.* Tertiò,quia Ambroſius in hūc locum ſcribens, aliter illum interpretatur,atque fecit in libro de Spiritu ſancto:*Manifeſtum eſt*,inquit,*quia credentes ipſi circumcidunt cor ſuum, vt amputata erroris nebula, aſpiciant, & agnoſcant Dominum creaturam, & hoc eſt ſpiritu Deo ſeruire.* Hæc ille.

B. Atha. to. 3.

II. ratio.

Ioan. 4.

Rom. 1.

III. ratio.

B. Amb. to. 5.

Ex quo liquere poteſt, hos commentarios, qui nomine Ambroſij circumferuntur, non eſſe proprium fœtum Ambroſij, cùm toties ſibi contradicat,in alijs proprijs libris aliter legens,& interpretans.

Ambroſium cuius nomine circumferuntur, enarrationem in Paulum,autorem non eſſe, quid arguat.

Subdit:*Et gloriamur in Chriſto Ieſu,& non in carne fiduciam habentes.* Id eſt: Non gloriamur in Abraham, vel in Moyſe, ſed in Chriſto Ieſu, qui gloriam dedit ſpiritus, vt carnis gloria exinaniretur, & cuius Chriſti ipſe etiam Abraham, & Moſes indiguerūt. *Et non in carne fiduciam habentes.* Declarat quid ſit illud gloriari in carne, cum ſubdit, *Circumciſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis,&c.*

Quid in Chriſto gloriari, & nō in carne habere fiduciam.

Quod attinet ad quartum dubium in his verbis: Quanquam ego habeam confidentiam in carne, vel gloriationem; dicimus, Apoſtolùm non omnino aſſerere, ſe in ijs carnis Prærogatiuis gloriari. Eſtque modus potentialis loquendi, quaſi dicat, Non deeſt mihi modus gloriandi, ſi modò velim: nec quiſquam putet, damnare me circumciſionem, quaſi Gentilis ſim: nam ego ſanè, ſi liceret, generis mei nobilitatem, & gloriam in Iudaiſmo narrare poſſem, ſi quis eſt alius qui apud vos verſetur: non enim ego condemno quæ non habeo: nam ſi quis gloriari poteſt in carne, ego maximè, qui circumciſus ſum octauo die, ſiue vt Græcè habetur ſignificantiùs, *περιτομῇ ὀκταήμερος*, id eſt, ad literam circumciſio octauæ dici. Circumciſionem ſe vocat pro circumciſo, per Metonymiam, quod raró, aut nunquam inuenitur de aliquo in ſingulari. Et octaua die; ne putetur proſelytus vel ex proſelytis natus. *Ex genere Iſraël.* In caſu Nominandi Iſraël dixit, id eſt, Iſraëlita:non adoptione,ſed ex genere.Et ne quis putet, eum,Iſraelitam genere ex decē tribubus, ſubdit: *De tribu Beniamin,* Probatiſſima, ſcilicet, quæ nunquam à cultu

Ad IV. dubitat. reſpōſio. Quare Paulus in carne, cū hæc vana ſit gloriatio, glorietur.

Cur idem octauo die ſe aſſerit circūciſum: & qualis fuerit Iſraëlita.

Quare de tribu Beniamin dicatur, & Hebræus ex Hebræis.

veri Dei receſſit, quia ſe cū tribu Iuda coniunxit. Tertio addit: *Hebræus ex Hebræis.* Antiquius eſt enim nomen Hebræi,quàm Iudæi, id eſt, ex ſtirpe Abraham, vel Heber, vnde dicti Hebræi. OEcumenius verò interpretatur, Nactus cognitionem linguæ Hebrææ, quàm multi ignorabant, & præter hæc quatuor, quæ aliena erant, & communia cum multis, & non animi, ſed corporis, ſubiungit ea quæ propria erant: *Secundum legem*,inquit, *Phariſæus*, Quæ erat apud legis profeſſores probatiſſima ſecta, cuius erat legem interpretari; vnde & Hebraicè פרושים peruſſin dicuntur doctores, & interpretes legis, & ſcripturas tractantes. Non ſum ergo Sadducæus,aut Eſſenus, aut Herodianus; erat enim vocabulum honeſti ordinis;alioquin Apoſtolus in ſuam commendationem non produxiſſet vel hic, vel Actor.26. vbi ſcripſit: *Secundum certiſſimam ſectam noſtra religionis* (vel, vt Græca habent, exquiſitiſſimam hæreſim) *vixi Phariſæus*.Et quia poterat quis eſſe Phariſæus,& non admodum zelotes, addit: *Secundum æmulationem*; id eſt, ſtudium, & zelum, perſequens Eccleſiam Dei, & literas deferens ad ſummum ſacerdotem ad capiendos, & vinciendos Chriſtianos, qui à lege defecerant. Et mirum eſt, Apoſtolum Eccleſiæ perſecutiones computare inter opera ſua bona. Et quod omnia commemorata excedit, & maxima laus eſt, *Secundùm iuſtitiam quæ in lege eſt, conuerſatus ſine querela.* Vult dicere Apoſtolus. Nemo mihi obijcere poteſt, quòd in vlla parte prætermiſerim legem; præſtiti totam,quantum præſtari poteſt ſine ſpiritu.

OEcum. c. 3.

Cur ſecta Phariſæus.

Actor. 26.

Quid eſt: Secundum æmulationem Phariſæus.

1. Cor. 15.

Actor. 9.

Ad VI. dub. Vt fuerit in lege Apoſtolus conuerſatus ſine querela, cum perſecutus ſit eccleſiā Dei.

Cauendum tamen hoc loco, quod quidam aſſeruerunt Paulum aſſeuerare,ſe omnino ſecundùm legem fuiſſe conuerſatum, qui tamen contra legem perſecutus erat CHRISTVM in Eccleſia ſua. Non hoc dicit; ſed tantùm ſe non fuiſſe ſub vlla iudiciorum legalium querela. Non enim fuit accuſatus furti, aut adulterij, aut homicidij quod lege puniretur. Caue etiam, ne idem exiſtimes dictum de parentibus Ioannis Baptiſtæ Luc. 1. Erant autem ambo iuſti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis,& iuſtificationibus Domini ſine querela. Nam Paulus non ait hic,ſe iuſtum ante Deum fuiſſe, quia ambulaſſet in omnibus mandatis Domini: imò oppoſitum dicit, cum ait ſe fuiſſe filium iræ, & ſeruiſſe cogitationibus carnis.

Falſa quorūdam,& inepta ſolutio reijcitur.

Luc. 1.

Epheſ. 2.

Sequitur: *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Do-*

Huius dicti: Quæ mihi fuerūt lucra, hæc arbitra-

tus ſum propter Chriſtũ detrimenta, inepta ſententia.
Aug.ſer.15. de ver. Apoſt. cap. 5.
Amb.hoc loco
OEcum.c.5.

mini mei. Hic ſermo, vt monent Auguſtinus, Ambroſius, & Greca ſcholia, per comparationem eſt accipiendus, & non abſolutè: quia inter cætera quæ pro damno ducit, etiam legem enumerat, ſiue iuſtitiam legis. De qua ſi abſolutè quæratur, reſpondendum eſt, quòd & ipſa bona ſit, ſicut & lex bona. Ita bonum erat, & vtile ſub pædagogia legis viuere.

Verus ſenſus qui ſit.
Actor. 22.

Eſt ergo ſenſus; dum ego vitam, quam in Iudaiſmo egi, confero ad Chriſtum, & dum cognitionem, quã hauſi è Gamaliele, cum doctrina Euangelica comparo, planè pro damnis duco; tanta eſt cognitionis præſtantia Euangelicæ, & vitæ puritas. Lucra, erant illæ dictæ carnis gloriæ: ſic enim illi videbantur, antequam illuminaretur baptiſmo. Verùm poſtea ea omnia nouit eſſe detrimenta. Et verè iudicabat, quia illa ad carnem affectio aduerſabatur Chriſto, qui præferendus erat omnibus huius ſeculi diuitijs, & honoribus.

Propter quã eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti exiſtimabit Apoſtolus omnia legalia detrimentũ eſſe.

Et latiùs explicans, ſubiungit: *Verum tamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei.* Verbum veruntamen, corrigentis eſt, & amplificantis: vnde alij vertunt, Quinimo, vel Quin etiam: ac ſi dicat, Parum dixi quòd vitam, quam in Iudaiſmo duxi, damnum eſſe ducam: dicam plus: Omnes omnino opes, theſauros, philoſophiam, honores, damnum eſſe arbitror, propter eminentem ſciẽtiam Ieſu Chriſti, id eſt, fidem, quæ eſt ſcientia eminens; vel propter eminentiam cognitionis, vt habent Græca. Et quoniam priùs dixerat per præteritum, arbitratus ſum; nunc quoque de præſenti ait, exiſtimo, vel arbitror. *Omnia detrimentum feci.* Alij vertunt, *Omnium iacturam feci.*

Si lex Moyſi detrimentũ ſuit, quomodo eius (quæ rerum eſt vtilium) iacturã fecit Apoſt.
Phot.apud OEcum.c.5.

Quærit Photius apud OEcumenium, Si omnia damnum eſſe ducis ô Paule, etiam ipſa quæ corporaliter in lege ſeruantur propter excellẽtiam cognitionis Chriſti: quomodo ſtatim dicis, Propter quem omnium iacturam feci? non eſt damnum abijcere. Hoc enim potius eſt lucrum facere, nempe à damno liberari, ſed potius quarundam vtilium rerum abiectionẽ ſignificat. Quomodo ergo cum ea abijcis quæ ducis eſſe damnum, ais, iacturam feci? Et dicimus quod non ſimpliciter hęc damnum eſſe dicebat, ſed ad comparationem perfectioris ſecũdum Deum cognitionis, quandoquidem in ſe lucrum ea eſſe exiſtimabat. Ideò damnum quidem eſſe arbitror cõparatione meliorum: feci autem iacturam in ſe, & quantum ad legis naturam.

OEcum.ibid.

Et OEcumenius: Animaduerte, inquit, quòd non dixerit; Damnum eſt, ſed Arbitratus ſum dãnum eſſe. Etenim his qui literæ adhærẽt, & à Chriſto diſcedunt, damnũ conciliat, non ex propria natura, ſed propter illorum inſcitiam, qui ipſa male vtuntur. Siquidem etiam auro, & plumbo propoſitis, vbi neceſſe ſit vnũ è duobus eligere, ſi quis plumbum elegerit, damnum paſſus eſt: nõ quòd damnum ſit ex natura plumbi, ſed ob priuationem eius quod melius eſt. Simili propemodum exemplo vtitur Theophylactus.

Lex Moyſi quatenus pernicioſa.
Theophylact.

Quid ſit: Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

Cum verò ait: *Arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Vox, ſtercora, Græcè eſt σκύβαλα, quæ rudera, & reiecta, & duriora ſtercora quæ egeruntur, ſignificat, eſtque hyperbole, & ſimiliter per comparationem accipienda. Duco ergo omnia pro ſtercoribus, vt Chriſtum lucrifaciam: legalia enim cum magna difficultate egeſta ſunt, & fœtent coram Deo, & Angelis, & ſanctis hominibus.

Alter Sedulij ſenſus.

Sedulius ita interpretatur: Stercora ſunt quæ eijciunt homines, vel cætera animalia ex vtero, cùm quod forte, & ſolidum eſt ad confirmandum, & ſatiandum corpus, remanet intus: ſic litera legis eijcitur, & ſenſus ſpiritualis ad cibum animæ in corpore Eccleſiæ remanet.

III. D.Hieronymi.
Tomo 4.

Hieronymus tamen in caput 2. Habacuc prophetæ: *Non*, inquit, *quòd lex vetus, vt Manichæi arbitrantur, ad comparationem Euangelij ſcybala computetur: quod impium eſt dicere, cum vnius Dei vtrumq; ſit teſtamentum; ſed quod doctrinæ Phariſæorum, & præcepta hominum, & deuteroſis Iudæorum ſtercora dicantur ab Apoſtolo.*

Primus Moſaicæ legis vſus ante Chriſtum, qualis Oecumenio.

OEcumenius etiam his quæ ſuperius dixerat, hæc adiungit: *Reiectamenta, dicta ſunt tritici culmus: ſed dum nondum apparet triticum, neceſſarius eſt calmus, tanquam futuri tritici conſeruatiuus: vbi verò apparuit, inutilis eſt culmus hominibus. Ita & lex, donec incarnaretur Chriſtus, erat vtilis, nam ad ipſum tranſmittebat: cum autem iam apparuit, ſuperflua eſt quantum ad hoc quod eſt corporaliter obſeruari quæ in ea ſunt. Erat autẽ & alio modo vtilis lex ante Chriſtum. Etenim plus quidem ſapientiæ habebat, quàm Græcorum dogmata: craſſior autem erat quam philoſophia quæ in Chriſto eſt. Media itaque inter idololatriam, & fidem in Chriſtum interpoſita iuuabat, ſenſim ab idololatria ſubducens, & à craſſitie quæ inde erat, & aptiores reddens, vt apparenti Chriſto crederent. Quoniam ergo quod ſuum erat, compleuit, & ad Chriſtum tranſmiſit, deinceps inutilis, & ſuperflua eſt ad hoc corporaliter obſeruetur: quemadmodum, & puero vbi ad virilem peruenerit ætatem, puerile veſtimentum, aut educatio. Verùm quare omnino duxiſti eam eſſe damnum, aut reiectamenta ô Paule? Quia ad multum tempus cum damno priuauit me Chriſto, literæ inhærentem.* Hæc ille.

Alter vſus.

Quod ex lege ſit paſſus damnum Apoſtolus.

Cur neceſſaria nobis Chriſti iuſtitia, & vnde comparetur.

Septimum dubium fuit in his verbis: *Vt & inueniar in illo* (Hebraiſmus eſt, id eſt, exiſtam) *non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide, &c.* Vt propoſita quæſtio diſſolnatur, præmittendum, quòd homo qui inuenitur in Chriſto, vt membrum eſt inſitum illi, debet ex eius plenitudine accipere, vt ſit naturæ concors Diuinæ: ſumus autem tales per hoc quòd ab eo iuſti efficimur. Et cùm duplex ſit iuſtitia, quædam quæ ex viribus naturæ noſtris, & lege monſtrante, & cogente comparatur, quædam verò ex fide Chriſti, & gratia: ſanè illa prior iuſtificat neminem, neque poteſt iuſtificare, quia non eſt vera iuſtitia, ſed apparens, cum nec renouet intus hominem, ſed ſinat vnum & eundem eſſe qui prius erat, hoc eſt iniuſtum, peccatorem & pronum ad omne malum, ac proinde Deo nō placet. Vnde ſi quid facit homo in eo ſtatu ſecundùm mandatum legis, non facit illud ex fide, vel charitate, ſed vel ex timore, vel pudore, vel humanæ gloriolæ mundi amore, licèt bonum appareat coram hominibus, qui vident ea quæ foris patent. Ideo hanc iuſtitiam vili pendens, ait: *Non habens meam iuſtitiam*, quæ ſcilicet, ex viribus meis proficiſcitur.

2. Pet. 1.

Naturalis quæ ex lege eſt, qualis ſit noſtra iuſtitia.

1. Reg. 16.

Quid iuſtitia fidei: eiuſdē effectus.

Subdit: *Quæ ex lege eſt.* Vel terrente minis, aut temporalia præmia promittente. Eſt & alia iuſtitia, quæ valet coram Deo, quæ dicitur ex fide, quia per fidem comparatur, quæ cordi inhæret, & cor renouat, & ad cuius aduentum recedit peccatum, & imaginem integram Dei reſtituit. Hæc autem deſcendit de cęlo, & donum eſt charitatis, quod omnibus ad æmulandum proponere ſolet: facitque hominem Dei legem approbare, & in illa condelectari ſecundùm interiorem hominem: facit quoque libenter, & ſtrenuè aperari, non pudore, aut timore, aut mundi amore: & in hac Apoſtolus gloriatur, repudiata illa externa, quæ panno menſtruatæ, aut ſtercori comparari poteſt.

Rom. 7.

Eſai. 64.

Ad VII. quæſtio. reſponſ. De iuſtitia fidei, quā falſo Lutherani imputatiuā intelligunt.

Et per iuſtitiam quæ eſt ex fide, non intelligas, vt Hæretici faciunt, illam Chriſti Ieſu imputatam, ſed illam quæ venit per fidem in Chriſtum, reputantem illam fidem nobis ad iuſtitiam, & quæ nobis inhæret.

De iuſtitia fidei quid fabulati ſint Poëtæ non procul à veritate.

Ierem. 23.

Olim in fabulis Poëtarum latebat aliquid veritatis Theologicæ ex vetuſtis traditionibus profectum. Dicebant enim, Aſtream, id eſt, iuſtitiam è terra exulaſſe, & in cœlos euolaſſe. Et ita euenit: nam per Adæ peccatum exulauit: ſed iterum oportuit redire in terras, ſicut docent Prophetæ. Ita enim Ieremias dixit: Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtitia noſtra; & Daniel, *Donec adducatur iuſtitia ſempiterna*: Dauid quoque, *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis*; Item Eſaias, *Et iuſtitia oriatur ſimul: ego Dominus creaui eū.* Et Chriſti iuſtitia dicitur ex Deo ꝓcedere.

Dan. 9.

Pſalm. 71.

Eſai. 45.

Duplex iuſtitia fidei.

Et ait: *Iuſtitia in fide*: Id eſt: cuius fundamentum, & radix eſt fides, & ſine illa non poteſt conſiſtere. Et loquitur tum de prima iuſtitia, qua quis ex impio fit iuſtus, tū de illa, qua quis iuſtus auctior fit in iuſtitia. Quod ſi dicas; Quid hic agit hæc fides? reſpondet: *Ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionū illius.* Hoc eſt: illa fides parit illud, quo incendatur charitas noſtra, nempe notitia Chriſti, Et quid eſt notitia Chriſti, niſi notitia diuinę, ac Paternę dilectionis, de qua Dominus dixit. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret? &c.* Quis ergo tanta dilectione prouocatus, tanti benefactoris, & amatoris amore non accendatur?

Vtraq. fides via præſtat.

Ioan. 3.

Ex fide vt cognoſcamus virtutem reſurrectionis Chriſti.

Subdit: *Et virtutem reſurrectionis eius.* Loquitur vt Phariſæis, nam aiūt quidam, Phariſæi in ore habebant reſurrectionem ſed non nouerant illam Chriſti noſtræ cauſam exiſtere. Vocat ergo reſurrectionem Chriſti, qui facit nos à peccato reſurgere, ita vt poſſimus perſuaſam habere eius perfectam virtutem, qua faciet vt reſurgamus in corpore glorioſo. Vnde & cū multis corpore ſuſcitatis reſurrexit Dominus.

Philip. 3.

Matth. 27.

Quomodo etiam per eandē fidem cognoſcam⁹ ſocietatem paſſionum Chriſti.

Et ſocietatem paſſionum illius. Id eſt, notitiam, qua docemur illud; Si compatimur (in præſenti vita) & conglorificabimur in futura per paſſionum noſtrarum merita. Et qui iuſtitiam in hac fide habet innixam, iam conformatur, & cōfiguratur ipſi Chriſto in morte: nam oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Ideò ſubdit: *Configuratus morti eius.* Granum enim frumenti, antequam fructum edat, oportet in terram cadat, & moriatur. Nam ſi cōmortui ſumus, & cōuiuemus. Si ſuſtinuerimus, & conregnabimus. Quam cōfigurationem Hæretici nouis dogmatibus nituntur abolere. Ideò oleum peccatorum addentes, impinguant caput præuaricantium, & illo de ſola fide dogmate non contendunt niſi vt homines huic ſeculo, & non Chriſto conformentur. Sed vera eſt noſtri Bernardi ſententia: Non decet ſub capite ſpinoſo membrum eſſe delicatum.

Rom. 8.

Luc vlt.

Quare debeamus cōfigurari morti Chriſti.

Ioan. 12.

2. Tim. 2.

Pſalm. 140.

B. Bernard.

Chriſto Domino quando Paulus, & nos omnes occurremus ad quā reſurrectionem ex mortuis.

Si quo modo occurrā ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis. Proprio verbo vtitur, cū dicit, Occurram: nam venienti ſponſo, & ſponſę in illa die, oportebit prodire obuiam ei, & vt alibi ait, *Rapiemur cū illis in nubibus obuiā Chriſto in aëra*; & iterū, *Donec occurramus om-*

Math. 25. 2 Theſſ. 4. Epheſ. 4.

Qualis hic ſermo Pauli ſit: Si quo modo occurram, &c.

ues in virum perfectum, in menſuram ætatus plenitudinis Chriſti. Et eſt ſermo de reſurrectione iuſtorum. Cum ait, *ſi quo modo occurram*, non eſt verbum dubitantis, ſed modeſtè de ſe loquentis: nemini enim eſſe dubium debet, configuratum morti Chriſti, configurandum iri vitæ eius, quæ eſt æterna. In eo autem dubitatio cadere poteſt, ſi illa cõfiguratio cum Chriſto in hoc ſtadio, & curſu, poſſit ceſſare per negligentiam, vel ingratitudinem. Nam ſcriptum eſt: *Si quis ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*; & rurſus: *Ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Et inſinuatur hoc falſum in Paulo fuiſſe, cui ſalus fuerat reuelata.

1 Cor. 10. Supra 9.

Ad VIII. dubitationem reſpondetur.

De ea, quam ſibi tãtus Apoſtolus deeſſe teſtatur perfectione iuſtitiæ.

Octauò dubitatum fuit: *Non quod iam acceperim, aut imperfectus ſim; ſequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu:* Ex verbis ſuperioribus non poterat colligi abſque dubio Paulum eſſe conſummatum, cum diceret ſe ſpectare ad illam reſurrectionem, quæ futura eſt in vltima conſummatione.

Hominis cõſummatio duplex, & cuius nunc illarum mentio fiat.

Dicẽdum ergo eſt, duplicem eſſe hominis conſummationem. Primam, quæ contingit expleto huius vitæ curſu, quando anima coronam apprehẽdet ſuam; alteram, qua tantiſper manet, dum liceat recipere corporis cõſummationem: quam nondum apprehenderat: & de hac non loquitur hic Apoſtolus, quia ſtigmata Dñi Ieſu portabat in corpore ſuo, plenus afflictionibus & tribulationib⁹: ſed eſt ſermo de priori curſus ſui cõſummatione, ne qs crederet perinde eſſe perfectum, atq; illos, qui mortui ſunt, & qui nihil aliud expectãt pręter corporis glorificationem. Nam poterat hoc aliquis de Paulo ſuſpicari. Ideò ſubdit: *Non quòd iam acceperim*, ſcilicet, primam ſtolam, ſecurus de altera: *aut iam perfectus ſim*, ſicut illi, qui dormierunt in Chriſto: adhuc enim ego ſum in curſu, & in ſtadio.

Galat. 6.

Quem ſequeretur Paulus.

Sequor autem, ſi quomodo comprehendam. Quem ſequeris Paule? Illum, qui dixit, *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Sed quò ille tendit? Vadit Romam iterum crucifigi. Ipſe iamdudum præceſſit nobis relinquẽs exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Sector autem eum. Sed cur ſectaris? Vt cõprehendam Chriſtum ipſum, qui comprehenditur perſeuerantia in curſu ad finem vſq; vitæ. At quo pacto comprehendetur? Illo eodem modo, quo ego comprehenſus fui ab ipſo. Comprehendit ſiquidem Ieſus Paulum, cum illum perſequebatur: Chriſtus Paulum ſequebatur, vt eum fugientẽ à ſe comprehẽderet. Et tandem comprehendit ad credendum, & portandum nomen eius coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſraël. Et ita lucratus eſt Paulum, patiendo, & moriendo in cruce pro eo, quia tunc ad ſe omnia traxit, & Paulũ cõprehendit. Ita debebat Paulus Chriſtũ comprehẽdere quaſi fugiẽtem, & euntem ad mortem duram, vt nos præcingamur, & ducamur quò minimè vellemus. Multi fugiunt, & non comprehẽdunt, quia non imitantur Chriſtum: multi etiã non ſunt idonei, qui necdum ſequũtur, ſed ſeſe illi vocanti opponunt. Alij verò non ſunt ad talem comprehenſionem idonei, vt diſcipuli, quib. non dixit ſimpliciter: *Vos non poteſtis venire*, ſed addit, modò, innuẽs poſtea vẽturos: ſicut Petro dixit, nõ potes me modò ſequi, ſequeris autẽ poſtea.

Ioan. 8. 1. Pet. 2.

Quare ſequeretur. Modus eũ comprehendi quis. In quo Paul⁹ vt ait ab eodem fuerit cõprehenſus.

Actor. 9. Ibidem.

Ioan. 12.

Quẽ Paulus comprehendit, qui minime comprehendant.

Infrà 21.

Ioan. 13.

Ad IX. dubitationem reſponſio.

De duabus, curſus nimirum, & itineris, adhibitis à Paulo metaphoris.

Nono dubio reſpondendum: *Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. Vnum autem, quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens; ad ea verò quæ ſunt priora, extẽdens me ipſum.* Nondum, ait, arbitror me comprehendiſſe, quia nõdum expleui curſum vitæ, & meriti. Contra hæreticos, qui dicebant ita venire poſſe hominem vſq; ad perfectum, vt addi quicquam ſupra non poſſit.

Paulus quod vnum impẽderet, aut expectaret.

Quod ait: vnum, per Eclipſim dictũ eſt, & ſubaudi, impendo, vel expecto, tanquam non ignarus vnum eſſe neceſſariũ. Ad plura enim in pręſenti vita diſtrahi, remoratur currentem. *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens; ad ea verò quæ ſunt priora, extendens meipſum.* Id eſt, ea quæ anteceſſerunt, & quæ reſpuimus vt ſtercora, hoc eſt, bona mundi, & terrenorum gloriam, quæ promittebat lex, obliuiſcens, & reſpuens. Ponit enim ſimilitudinem currentis, qui dum currit in ſtadio, non debet retro aſpicere, aut cogitare quantum effecerit, ſed quantum ſupereſt agendum. Qui retro aſpicit, non eſt aptus regno Dei. *Memores*, inquit Dominus, *eſtote vxoris Lot.* Vel obliuiſcebatur ea quæ retro erant, id eſt, bona, vel mala, quæ fecerat ad illum vſq; diem. Hoc namq; eſt perfecti viri, dum in via eſt, primùm obliuiſci mala, & peccata, tãquam iam omninò per Chriſtum deleta, nec aliàs dubitans de remiſſione eorũ, ad perfectũ peruenire poſſe. Debet ẽt bona quæ facit, obliuiſci, id eſt, nihil pendere, tanq̃ nihil ſint, nec condigna cœleſti præmio: nec omninò comparãda cum obligatione quã habet homo ad reddendũ Deo obſequiũ, & Latinè cultũ; & propterea debet ſe extendere ad priora. ¶ Vbi nota verbũ, ἐπεκτεινόμενος, q̃ ſignificat extenſus, i. qui pedibus nõ currentibus extẽdit ſe corpore ad ſcopum, vt cũ manu attingat, i. extendit ſe ad perfectiora, creſcẽdo de virtute in virtutẽ. Nam hic eſt mos curſorũ, non metiri quantum viæ confecerint, ſed quãtum ſuperſit ad metã attingẽdam, cernere.

Luc. 10.

Quænam Paulus quæ retro ſunt obliuiſceretur.

Luc. 9.

Alter ſenſus.

Perfecti viri viatoris duplex officiũ.

Quomodo Paulus ad ea quæ ſunt priora, extenderet ſeipſum.

Nam

Nam hærere peccatis præteritis an ſine remiſſa vel conſiderare bona quæ geſſimus, plurimi ea faciendo, aliud non eſt quam profectum noſtrum remorari.

A d deſtinatũ quod perſequeretur idẽ.

Subdit: *Ad deſtinatum proſequor*, Id eſt, ad ſignum præfixum, vt vox Græca ſignificat, quod declarat eſſe brauium ſupernæ vocationis, id eſt præmium curſus, quod erat veſtis palmata. Hic ergò erat ſcopus Apoſtoli.¶ Vbi ergò ſunt, qui reſpicere ad mercedem in operando vituperant, ſed purè, & ex mera charitate benè eſſe operandum docent, quaſi ſit impurum ſupernę mercedis intnitu operari? Et verum quidem eſſet, ſi homo in ſe ſiſteret, & non hanc ſui præmij ſpem in gloriam Dei tandem referret. Alioqui bonns mercenarius eſt teſte Ambroſio qui propter Dei gloriam, & ſuam operatur; quia membri, ac diſcipuli gloria, in gloriam capitis & magiſtri recidit, quæ eſt omnium finis.

B. Ambroſ.

Solutio X quæſtionis. De eo quod Paulus ſe nũc vocat perfectum, quem ante dixerat imperfectũ.

Soluamus decimam dubitationem: *Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus, & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus reuelanit.* Iam hic Apoſtolus ſe perfectum vocat, & ſe cum alijs adiungit, cùm paulò antè ſe perfectum negauerit. Sed diſtingue perfectionem eſſe quandã viæ, quæ in via, & in curſu conſideratur. Eſt & alia perfectio conſiderata ſecundum animam, non ſecundùm corpus. Erit & alia perfectio noſtra in patria, cùm carnem noſtram eò detulerimus. Loquitur ergò Apoſtolus de perfectione, quæ poteſt in via contingere, quæ ex conſtanti fide, & charitate nõ ficta, ſed tali, quę pellat timorem, perficitur. Et ſentire apud Apoſtolum, eſt experimento certo probare, tum intus in corde, tum extra per opera. Sentiamus ergò quòd oporteat ea quæ retrò ſunt obliuiſci; ad ea verò quæ à fronte ſunt, nos extendamus: Hoc probare in ſcipſis, perfectorum eſt.

1. Tim. 1.

1. Ioan. 4.
Sentire quid Apoſtolo.

Profectũ in obediẽtia, & patientia facientes: qu d à Domino cõſequantur.

Et conuertens ſermonem ad imperfectos ait: *Et ſi quid aliter ſapitis*, (vel ſentitis, quia eſt idem verbum Græcum quod ſuperius) *cum nondum ſitis perfecti, etiã hoc Deus vobis reuelauit*. Id eſt, ſi profeceritis in obedientia ambulantes, & fueritis patientes. Multa enim ſunt, quæ ab initio conuerſionis noſtræ probamus, quæ poſtea non prodeſſe cognoſcimus. Et aduerte haberi in Græco, reuelabit, de futuro, & Auguſtinus ſerm. 15: de verbis Apoſtoli ita legit, quanquam li. 2. contra Creſconium Grammaticum cap. 31. & epiſt. 68. De corrigendis hæreticis, legat de præterito, reuelauit. Corrigendus eſt tamen Auguſtinus per Auguſtinum, cum etiam circumſtantiæ literæ planè exigant futurum.

B. Aug. c. 15. & vlt.

Subdit: *Veruntamen ad quod peruenimus, idem ſapiamus, ut eadem permaneamus regula.* Videtur eclipſis deeſt enim, id interim ad quod peruenimus, retinere ſtudeamus. Et explicans quid ſit illud: vt idẽ ſapiamus, ait, in eadẽ permaneamus regula. Et particula, Vt, expletiuè accipitur, ita vt ſapiamus, & permaneamus, Græcè ſint infinitiui modi: ad quod peruenimus, ſcilicet retineamus. & quid eſt hoc? idem ſapere, & eadẽ regula incedere, nõ enim ſatis eſt ſcire abſq; facto. ¶ Et dubium eſt, an de vita, an de doctrina hoc ſit accidiendum. Sanè Theophylactus primò exponit de vita, deinde de doctrina, Cõtrario modo Oecumenius, primò de doctrina, poſtea de vita. Et veriſimilius eſt hoc de dogmatibua tradere Apoſtolum, vt ſenſus ſit; Contineamus nos intra eãdem fidei regulam, vt non ſint in vobis ſchiſmata, & nemo fingat noua dogmata. Et quod hic dicit: Permanere in eadem regula interpres ad Gal. 6. vertit, ſequi regulam, ſiue vt Grecè habetur ϛοιχεῖν, & c. 5. eiuſdem cp. Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus, vbi ϛοιχεῖν vertit incidere, & ſtare in ordine ſuo. Circa ea igitur, quæ in eccleſia ſunt clara, & determinata (ad hæc enim perueniſſe dicimur debemns eodem canone teneri ad credendum, & ad agendum ea, quæ nos ad vitam ęternam conſequendam conducunt.

Quid ſupplẽdũ in hac ſententia: Verũtamẽ ad q̃ peruenimus, idẽ ſapiamus in eadem permaneamus regula.

Duplex eius ſenſus Theophylacti, & Oecumenij.

Gal. 6.
Suprà.

Ad id, de quo vndecimò dubitatum fuit: *Imitatores mei eſtote fratres*, Videtur loqui ad imperfectos, & de vita, non de doctrina ſecundũ Chryſoſtomum, & hoc idem docet verbũ ambulãdum, quod perpetuò ad vitã pertinet, & Græcè legitur *συμμιμηταί*, id eſt coimitatores mei eſtote, & imitamini me vna cũ cęteris, qui me imitantur. *Et obſeruate eos qui ita ambulant*, ſcilicet ad imitationẽ: ſumitur enim in bonam partem obſeruare. *Sicut habetis formam noſtram*, Græci habent Sicut habetis formam nos, vt non formam de ſcriptis, ſeu de literis mortuis accipianr, ſed de literis viuis, quæ ſunt mores probi, & opera lucentia ad æmulationem. *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis*: Cũ dixiſſet, obſeruate eos, qui nõ ita ambulãt. Et abrũpit ſermonẽ vt iratus, id eſt, Aliter atq; ego in otio, & quiete, & luxu verſantur. Quos inimicos crucis Chriſti vocat, & tangit pſeudapoſtolos, qui abijciunt id quod crucis Chriſti erat: nam vt vitarent opprobria, deſerebat Euangeliũ; & vt perſecutionem fugerent, miſcebãt cũ lege Euangeliũ. Quemadmodũ noui hæretici techna penè ſimili, dum iactant ſe nolle iungere legem cum Euangelio, mutilãt Euangeliũ, & bonã eius partem tollũt. Nam ipſi Euangeliũ puram eſſe omninò promiſſionẽ docent, nul-

Vndecimi dubij ſolutio. Si Paulus eſt vt ait imperfectus, cur ſe alijs ad imitandum proponit.

Quid ſignificet: Sicut habetis formã noſtram, ſiue nos, Pſeudapoſtolos cur vocet inimicos crucis Chriſti Paulus.

Hæretici nouelli, eorũ inſtat, vt ſanctũ eludãt Euangelium atq; peruertant:

la alia conditione, niſi ſola fide vallatam: vt ſolùm eredẽti prima iuſtificatio, & ſalus æterna eontingat: de eruee tamen faciũt verbum nullum, cùm tamen Chriſtus dixerit.

Luc. 14.

Qui non baiulat crucẽ ſuã, & venit poſt me, non poteſt eſſe meus diſcipulus: ipſi verò ex ſola fide cõparant ſibi iuſtitiã, & vitam æternã, & retinent diſcipulorum nomẽ, vt quid ſemotũ ab Euangelio diſſimulent; aut ſi præ pudore aliquid de Euagelio tractant, frigidiſſimè tractãt. Nos verò in duas ſecamus partes Euangeliũ: primã quę cõtinet iuſtificationis promiſſionẽ credenti, & ſecundam, quę habet promiſſionẽ regni cœlorũ operanti per dilectionẽ, quã partẽ ipſi abijciũt, quaſi hoc nõ ſit Euangeliũ, aut quaſi Paulus cùm legem explodit, oẽm legem explodat: quòd Apoſtolus deteſtatur, dicens;

Rom. 3.

Legem ergo deſtruimus per fidẽ? Abſit: ſed legem ſtatuimus. Iſti verò cùm deſtruant legẽ per fidẽ, non loquũtur de fide quam Paulus prędicabat, nã per eã lex non deſtruebatur, ſed ſtatuebatur.

Lex Moſis ab aduẽtu Chriſti quatenus deſtructa.

Lex quidem Moyſis deſtruebatur, quatenus erat Moyſis, id eſt, quatenus ceremonias, & iudicia complectebatur; nõ autem ea quę pertinet ad charitatem Dei, & proximi, ad quam omnes Prophetæ reſpiciunt, & Dominus dixit: In his duobus mandatis, vniuerſa lex pendet, & Prophetę.

Matth. 22.

Pſeudapoſtolorum crucẽ Chriſti perſequentiũ, cur finis interit⁹.

Subdit: *Quorum finis interitus: quorũ Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorũ qui terrena ſapiunt.* Finis, eſt interitus, quia ad extremũ perdẽtur, & eorum Deus eſt venter, qui propterea ieiuniorũ pręcepta nõ recipiunt, & delectũ eiborum, vt ventri, quem pro Deo elegerunt, inſeruiãt. Id enim cuiq; Deus eſt, quod prę cęteris colit, cui præ cæteris ſtudia ſua impendit. Ita ad Rom. ſcribens, de ſimilibus dixit,

Rom 16.

Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Et vt deſignaret ea quę ſub ventre ſunt, ſubdit:

Quid illud: Et gloria in confuſione ipſorum, ſecundum Auguſtinum.

Et gloria (id eſt gloriatio) *in cõfuſione eorũ qui terrena ſapiunt.* Apud Auguſtinũ ſer. 15. de verbis Apoſtoli c. 2. ſic legimus: *Et gloria in pudendis eorum,* & interpretatur, vt pertineat cõceſſionẽ, de qua ſe Iudæi iactabant, & quæ celebratur in ea corporis parte, in qua eſt libidinis ſeminariũ, cuius nos maximè pudet. In membris ergò pudendis circumciſis gloriantur.

Alter ſenſus. Chryſ. ſer. 13.

Sed hunc ſenſum reijcit Chryſoſtomus, dicens: de circumciſione quidam hoc intelligunt. Ego verò nõ hoc dico, ſed hoc eſt quod dicit Apoſtolus: *In quibus debeant pudefieri, in illis etiã gloriãtur,* hoc eſt in peccatis, & rebus turpibus. Idẽ cum Chryſoſtomo tradunt eius diſcipuli Theophylactus, & Oecumenius, & vterq; ſenſus bonus eſt.

Oecum. c. 3. ſub finem.

Qui terrena ſapiant.

Addit Apoſtolus; *Qui terrena ſapiũt.* Id eſt: Qui ſtudent, & afficiuntur opibus terrenis accumulandis, & voluptatibus captandis: quorum ſtudiũ ex oppoſito ponit cœlum, cũ ait: *Noſtra aũt conuerſatio in cælis eſt.* Via non diligitur, niſi quatenus cõducit ad patriam.

Ad 12. quæſt. Noſtra quomodo conuerſatio in cœlis ſit, qui in terra verſamur.

Vnde, vel ex quo, ſcilicet cœlo, *Saluatore expectamus Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ.* Saluatorem, ait, ſcilicet vniuerſalem, & remuneratorem. Nihil enim animum ita in bono roborat, atq; reſurrectionis memoria. *Qui reformabit* (vel Grecè transformabit) *corpus humilitatis noſtræ.* Pro eo quod eſt, corpus humile & abiectũ, quod mille modis atteritur, quod mille miſerijs, & corruptioni eſt obnoxium.

Corpus humilitatis noſtræ qualia Chriſtus reformabit configuratum corpori claritatis ſuæ.

Hoc, inquam, immutabit, vt ſit conforme corpori ſuo elaro. Et quia magnificum eſt hoc opus, quod corpus noſtrũ ſit futurum conforme illi Chriſti viſo in transfiguratione;

Matth. 17.

ne quis diffidat vel deſperet, producit rationem: *Secundum operationem virtutis ſua, qua etiam poſſit ſubijcere ſibi omnia.* Etiã ipſam mortẽ. Fiet ergò quòd iubebit de corporibus noſtris fieri, vt ſit ita ratio perſuadens potentiam reſurrectionis, & immutationis corporum. Et hactenus de tertio capite huius epiſtolæ.

DISPVTATIO VII.

In illa verba cap 4. *Itaq; fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi. Euodiam rogo, & Syntychem deprecor, idipſum ſapere in Domino. Etiam rogo & te Germane compar, adiuua illas,* & reliqua.

I. dubium.

PAVCA, atq; illa quidem nõ admodum magni momẽti dubia occurrũt in hoc poſtremo eapite. Primum de conſequentia horum verborũ ad ſuperiora.

Secundum & Tertium.

Deinde quæ ſunt hæ mulieres, quas hortatur ad cõcordiam. Tertiò an legendum, Germane compar, an, Germana, ita vt hinc ſolidè accipi poſſit, Paulum habuiſſe vxorem.

Quartum,

Quartò, quis ſit iſte liber vitę, in quo ſunt ſcripta nomina Apoſtolorũ; & nõ tantum Apoſtolorum, vt Luc. 10. ſed & eorum qui adiutores fuerũt Apoſtoli, vt hic dicitur.

Quintum.

Quintò circa illud. *Gaudete in Domino ſemper,* dubitatur quorſum ad hoc adhortatur, ad quod vix poteſt homo pertingere, cui & tot extant lugendi cauſæ; & ſuperius dictum ſit:: *Cum metu, & tremore veſtrã ſalutẽ operamini.* Quid itẽ opus eſt noſtras petitiones innoteſcere apud Deũ, cùm à Deo cognoſcantur magis quam à nobis ipſis.

Sextum ac Septimum.

Sextò, quæ eſt iſta pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, ſiue in-

tellectum

tellectum. Septimò, quo tendit in illa exhortatione: *De catero fratres, quacunque ſunt vera, quacunque pudica, quacũque iſta, &c.* Octauò, quæ eſt metaphora; refloruiſtis, vel reuiguiſtis pro me ſentire. Nonò quid eſt, *Scio humiliari, ſcio & abundare, &c. & ſatiare, & eſurire, & abundare, & penuriam pati, et. Omnia poſſum in eo qui me confortat.* Decimò quid eſt ratio dati & accepti. Vndecimò qui nam illi, qui de Cæſaris domo ſalutabant Philippenſes, & an expediat in aulis Principum eſſe viros ſanctos, & religioſos: quia id videtur Chriſtus reprobaſſe, cùm dixit: *Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regũ ſunt.* Hæc ſunt illa quæ ſunt aliqua explicatione & meditatione digna.

Octauum ac Nonum.

Decimum ac Vndecimum.

De connexione in primis dicimus poſtquam Paulus multa docuit, quę ad dogmata ſpectabãt, addere nũc ſuo more exhortationes cõmunes omnibus, alias verò peculiares quibuſdã tantũ, vt cõſtanter in Euangelica doctrina perſeuerent. Et blandis ſermonibus in eorũ affectus ſe inſinuat, qui tamen non ſunt adulationis, ſed ſynceri amoris ſymbolum. *Itaque fratres,* inquit *chariſſimi, & deſideratiſſimi;* Hæc Græcè nomina ſunt, non verba, vel participia, quæ minus ponderis habent, id eſt ἀγαπητοὶ, καὶ ἐπιπόθητοι. Et ita dixit Sinon ille Virgilianus:

Ad I. dub. De continuatione dictorum.

Pauli charitas erga Philippenſes.

Virgil lib. 2. circa princ.

Nec dulces natos, exoptatumque parentem.

Gaudium meum, & corona mea, Laudem exhortationi admiſcet, quò faciliùs perſuadeat; hoc eſt materia gaudij mei, quod in fide per meam prædicationem ſemel acceptam illibati à pſeudapoſtolorum fermento, & immoti perſtiteritis,

Gaudiũ ſuũ, & coronam ſuam idem cur vocet Philippenſes.

Coronam verò vocat ſuam, quòd ob labores in prædicatione Philippenſium ſuſceptos in die iudicij reddendam ſibi ſperabat coronam. Tunc enim apparebit fructus laborum ſuorum: *Sic eſtote in Domino chariſſimi.* Id eſt: Ita perſeuerate in fide, vel potius in hac ſpe glorioſæ reſurrectionis, quia præceſſerat, reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.

Ad ſecundum: ex his quæ ſubiungit, cõſtat, has duas mulieres non fuiſſe vulgares, ſed nobiles, & præcipuas, & quæ habebant aliquid publici muneris, etſi nõ cõſtet quale id fuit. Conſtat etiam, illas parũ inter ſe conueniſſe: quas Paulus obſecrat, vt idem ſentiãt in Domino, id eſt vt cõcordes ſint. Neq; videtur quod fuerit illarum diſſenſio de dogmatibus, ſed potius animorum diſcordia: & fortè mulieres iſtæ Iudęæ erãt, etſi nomina Gentilia ſint, & Græca. Sicut iã mos erat Iudæorum, ex quo commiſceri cum Gentibus cœperunt, aſſumere nomina Græca. Aut veriſimilius eſt, fuiſſe Philippenſes, quia primam concionẽ habuit Paulus ad mulieres extra portam iuxta flumen; vbi etiã ſolebat oratio fieri, Lydiamq; purpurariam Apoſtolus Chriſto lucrifecit. Et dicit eas mulieres ſecũ laboraſſe, vt potius vt Græcè dicitur, decertaſſe in Euangelio, ſcilicet propagãdo: & cum edoctæ fuiſſent ab Apoſtolo, aliquid poſtea ſimultatis inter eas interceſſit: & ideò eas ad concordiam redigere conatur.

II. dubij ſolutio. De Euodia, & Syntiche mulieribus inter ſe diſſentiẽtibus quęnam illæ fuerint.

Altera ſolut:

Act. 16.

Etiã rogo & te germane cõpar, adiuua illas, &c. Prima dictio, Etiam, non eſt copulatiua ſed affirmatiua, quæ Græcè καὶ dicitur, de qua Terentius in Andria:

Terent. in Prologo.

Faciunt hæ intelligendo, vt nihil intelligant. Et Chriſtus apud Matthæum: *Intellexiſtis hæc omnia? dicunt ei, καὶ Domine:* id eſt etiam, vel certè. Vertitur enim, ſanè, & etiam.

Matth. 13.

Altera vox eſt Compar, quæ Græcè dicitur σύζυγος, & ſonat eum, qui idem ducit iugum cum alio: vnde & nõnulli Græcorũ de vxore Pauli interpretati ſunt præſentem locum, quos Eraſmus, & Faber Stapulen. ſecuti tranſtulerunt: Et te Germana cõpar; nam volunt vxorem Pauli dictã fuiſſe Germanã; Sed huic ſententiæ opponũt ſe permulti Patres, & in primis Chryſoſtomus *Quidã dicũt eum hic obſecrare vxorẽ ſuã, ſed nõ eſt:* Ita ille nullam afferens ſui dicti rationẽ Theodoritus: *Comparem autem, ſeu cõiugem nonnulli ſtultè exiſtimarunt eſſe vxorẽ Apoſtoli, non attendentes ea quæ ſcripta erant in epiſtola ad Corinthios, quod ſcilicet ſe retulerit in numerum cœlibum. Dico enim iis qui matrimonio iuncti non ſunt, & viduis, Bonum eſt eis ſi maneant ſicut ego. Et clarum quidem eſt, quod ſi eſſet cœlebs, hoc eſt, qui nunquã duxiſſet vxorẽ: ſiue viduus, vxorem nõ habebat: vxorẽ autem nunquã eũ duxiſſe eſt verius. Adoleſcens enim vocatus eſt.* Hæc ille, afferens duas rationes in contrarium. Theophylactus verò ait: *Nonnulli hic in errorem inducti, aiunt Paulum hic propriam ſuam cõiugẽ adhortari, atq; precari: verumenim uero hoc eſſe haudquaquam poteſt. Vt enim alia prætermittam, ſi ſuam vxorem intelligere voluiſſet, debuiſſet dicere genere fœminino. γνησία σύζυγε, id eſt germana coniux.*

Ad III. dub. An legendũ ſit: Etiã rogo, & te Germane compar, an, Germana compar.

1. Cor. 7.

III. Theophylacti ſed infirma.

Sed hęc ratio parum ſtringit, nam vox γνήσιος συζυγὸς cõmunis duorũ eſt. Et certè Gręca ſcholia apud Oecumeniũ apertè habẽt, Græcè poſſe in fœminino genere accipi. Et B. Chryſoſtomus explicãs hunc locũ habet: Non de vxore ſua loquitur, verũ honorat mulierem, aut virum quoque vnius ex his mulieribus: At verò Oecumenius efficaciorem reddit rationẽ: *Fatua eſt,* inquit, *cogitatio dicentium hoc de vxore Pauli accipiendum. Qui enim fieri poterat vt ipſam & peregrinam, & alien genam Philippis reliquiſſet, & non in Tarſo, vbi natus erat, neque Ieroſolymis, vbi*

VI. ratio Oecumenij. Oecum. c. 5. initio.

Act. 22.

fuerat

fuerat enutritus? Hęc ille. Certè Philippos nō ſæpius quam bis ingreſſus Apoſtolus fuiſſe legitur: vbi nūquam duos menſes integros manſiſſe credibile eſt. ¶ Porrò argumētum ex vocabulo συζυγὸς ſumptum debile eſt, & nullius momenti: nam etſi συζυγὸς idem ſit, qui συνεζυζώμενος γύναικι, id eſt ligatus vxori; extenditur tamen ad alios alia ratione coniunctos. Vt Ariſtophanes in Pluto vocat eum, qui eiuſdem conſilij ſocius eſt, & particeps; συζυγὸν. Item apud Nōnū Palapolitanū Ioannis Euangeliſtę paraphraſtē legimus: *Chriſtus*, inquit, *ſe vocat συζυγὸν Patris ſui*. Ita hic poſſumus aſſerere, Apoſtolū intelligere de iugo in propagando Euāgelio: quod redditur probabile, ſi inſpiciamus ad ſimiles alias voces, quibus in hac epiſtola vtitur, συνεργὸν, id eſt cooperariū συστρατιώτην, id eſt cō militonem, & συναθλητὴν, id eſt coathletam: vt ergò illa ſunt humanitatis, & ciuilitatis vocabula, ita & hoc, Citatur à Fabro Stapulen. B. Ignat. epiſt. ad Philadelph. pro Paulo cōiugato. Sed huic opponitur vetuſtus codex Vaticanus, in quo nihil habetur de Paulo cōiugato, & ita videntur ſuperfluere in Gręcis codicib. ita etiā ſimpliciter nō habetur in codice Anglicano, quē producit Alfonſus de Caſtr. in li. de hęreſibus. Rurſus producitur Clemens Alexan. lib. 7. Strom. vbi hic locus citatur pro Pauli vxore. Sed ſciendum eſt, Clementem id facere, cùm vndiq; colligit argumenta contra eos, qui nuptias damnabant.

Act. 16. infrà 20.

Nōnus in c. 14. Ioannis.

Fabri Stapulen. ab autoritate, pro Paulo cōiugato argumenta ſoluuntur.

Clem. Stromat. tom. 2.

Iam verò ſi rationibus agamus, illud primum conſtituo tanquam indubitatum, B. Paulum, ſi ante cōuerſionem vxorem non babuit, nūquam poſtea habuiſſe: nā habens demādatam prædicandi per vniuerſum orbem prouinciā ſtultitia, atq; adeò inſignis impudentia fuiſſet, ſi contra Chriſti, atque ſuā ipſius doctrinā facto contrarius extitiſſet, & duxiſſet vxorē. Deinde cū priorem ad Corinthios ſcriberet Paulus, tūc ſe fuiſſe cœlibem, aut viduū cōmemorat. Dico, inquit, nō nuptis & viduis: Bonū eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego. At eam epiſtolam ſcripſit Epheſi, cùm diſceſſum iam pararet, & non multò poſt Ieroſolymam profectus eſt, ideò & coniectus eſt in vincula, & Romā perductus. Certè alienum ducendæ vxoris tempus fuiſſe, quod partim in itinere, partim in vinculis conſumpſit, nemo non videt: & ſubeunda vincula, & carceres iam eo tempore accinctus erat Actor. 20. & 21. Adhæc quam felix cōiux illi marito fuiſſet, iniurijs, verberibus, plagis, & ſtigmatibus, ſummaq; inſtabilitate, & egeſtate circundato? delicioſæ profectò, & fertiles illæ nuptiæ fuiſſent.

I. ratio ad probandū Paulū à cōuerſione præſertim cœlibē extitiſſe

II. ratio.

1. Cor. 7.

Act. 21.

Supra 21. Infra 21.

III. ratio.

Deinde euinci poteſt, & perſuaderi non proteruienti, neminē Apoſtolorū, & diſcipulorū Chriſti, qui eū ſecuti ſunt peculiari ſequela, nuptias nedū contraxiſſe, ſed etiam iā cōtractis renūciaſſe. Sed ſi quis me roget abſolutè loquēdo. Habuit ne Paulus vxorē an ſecùs? Reſpōdeo nōnullos ex noſtris aſſeruiſſe illū cœlibem extitiſſe, vt Hieron. ad Euſtochiū de Cuſtodia virginitatis, Theodori. Ambr. Hilar. in Pſal. 137. & plerique alij, & B. Brigitta li. 2. c. 7. initio: *Petrus*, inquit *fuit allegatus coniugio, qui videns coniugium cū officio clerici non poſſe conuenire, & rectitudinē mentis ſuæ in incontinentia periclitari perpendens, ſeparauit ſe quantum ad commixtionem à coniugio, quamuis licito, & perfecta mēte adhæſit mihi Paulus autem caſtitatem ſeruauit, & ſe immaculatū à toro cuſtodiuit*. Hæc illa ſancta ex reuelatione Dei ad eam loquentis. ¶ Alij verò antiquiores, & Grę ci Patres maritum eum faciūt, vt Ignatius ad Philadelphiēſes, ſi non fuit corruptus, Clemens Alex. lib. 7. Stromatum, & Origenes in initio epiſtolæ ad Rom. & Euſebius Cæſarien. & quidam nunc ex recentioribus.

Apoſtoli omnes, & diſcipuli à Chriſti ſequela cœlibes vixēre.

Paulus cœlebs à quibus aſſertus.

B. Hier. epiſt. 22.

Qui Paulum fecerint coniugatum.

Etſi daremus eum fuiſſe coniugatū, qui dicitur συζυγε γνησιε, fœminam potius quā virū denotat: quod ex eo conſtat, quia propriè συζυγος, eſt alligatus coniugi, & quia rogat vt adiuuet eas mulieres, quæ ſecum laborauerunt in Euangelio. Hoc autem potius ſpectare videtur ad mulierē, non ad virum: nec enim honeſtum eſt virū ſe admiſcere cum mulieribus ad officiū fœminarū, quod officium denotare videtur [illegible], vt cum illis laboret, non autem perinde honeſtum eſt virum laborare cum alijs viris, atq; fœminam cum alijs fœminis. Nec hoc fauet hæreticis, imò magis eos percutit: quia non ſolum Apoſtoli non ducebant vxores: ſed quas primum acceperant, propter munus Apoſtolicum renunciarunt, ipſis vxoribus, vt par eſt credere volentibus, & conſentientibus. Difficillimum ſiquidem fuiſſet illos Chriſtum per totum orbem prædicantes opera matrimonij exercuiſſe & filios propagaſſe.

Apoſtolos cur cœlibes oportuerit eſſe, contra Lutheranos.

Pondera verbum: *quæ mecum laborauerunt*, Gręcè dici decertarunt, vel potius concertarūt: quia pericula, & labores tolerauerant pro Euāgelio propagādo, *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis*: Clemēs fuit quartus vrbis Romę Epiſcopus: de quo Euſebius lib. 4. hiſtor. Eccl. c. 4. Ex quo elicies, vnam & eandem Eccleſiam plures habuiſſe verbi Dei miniſtros: nec vni impoſita fuiſſe omnia Eccleſiæ onera, quod ſummū eſſe ſolet incōueniens. Hinc ridiculum eſt, quod Cēturiatores ridēt tanquā fabulā, quod Petrus

Mulieres illæ à Paulo cur dicantur pro Euangelio decertaſſe.

Quis ille Clemens adiutor Apoſtoli.

trus

trus Clementem paulò ante mortē Romanum ordinauerit Epiſcopum: nam Paulus in hac epiſtola ſuum vocat cooperariū, nō autem Pontificem Romanum, aut Epiſcopum vniuerſalem, aut caput eccleſię. Sed ignorant iſti boni viri, quòd Petrus hanc epiſtolā ſcripſerit ex vrbe, & ex vinculis, à quibus liberatus, vixit ferè per decenniū. Illo autem tempore erat quidē cooperator Pauli Clemens, nō autem nouerat eſſe ordinatum eccleſiæ Romanæ paſtorem: nam Petrus iam proximus morti illum ſibi ſucceſſorem futurum declarauit.

Quartæ ſolutio quæſtionis.
De libro vitæ Apoſtolorū, & adiutorum Pauli omnia continente, quis ſit.

Ad quartam interrogationē de libro vitæ dicēdum, Scripturam loqui de Deo per antropopathiam: dicitur enim habet librū, in quo omnia electorum nomina conſcribit, ne memoria excidant. Dauid vocat Sephere chaijm, & Gręcè βίβλος ζωῆς, ab Ezechiele vocatur, Scriptura domus Iſrael; & Arcanum Domini. Quaſi dicat Apoſtolus: Etſi omnia nomina expreſsè non ſcribam, ſcripta ſunt tamen in libro vitæ.

Ezech. 13.
Suprà 7.

Et communiter Auguſtinus, B. Thomas cum reliquis Scholaſticis per librum vitæ intelligunt librum prædeſtinationis. Sed addimus etiam nomina reliquorū fidelium ſcribi, quæ tamen nomina deleri poſſunt. Vnde Eccleſia orat, vt fidelium nomina liber prædeſtinationis adſcripta retineat. Alioqui orare, vt nomina prædeſtinatorum fixa & firma ibi maneant, ſuperfluū videretur, cum oratio non fiat, nec fieri ſolita ſit pro his quæ iam ſunt decreta, & mutari non poſſunt, quamuis in ſpecie orare pro illis, qui ſunt prædeſtinati, dum certò nobis non conſtat eos eſſe prædeſtinatos, facere liceat: & ea ratio ad nos reuertitur, & nobis prodeſt. Adhæc de quibuſdam eſt oratio, ſiue prophetia, quæ ait: Deleantur de libro viuentium, quæ non poteſt pertinere ad prædeſtinatos. Et Apoca. 3. dicitur: *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo de libro vitæ.* Quantum ergò ex Scripturis colligitur, liber vitæ continet omnes, qui dederunt nomina ſua Deo, & Chriſtū ipſum profitentur, & ſub quo duce eſt eſt vita noſtra. In eo enim omnes viuimus, ſi in militia poſiti ad caſtra hoſtium nō tranſfugerimus. Et de hoc libro multi deleri poſſunt, ſed in finem ſeruabitur huiuſmodi circumſcriptio, quia iuxta Danielem, omnes ſalui fient, qui in tempore illo inuenti fuerint ſcripti in libro vitæ, & eccleſia orat, vt omnium fidelium (non ait prædeſtinatorum) nomina liber prædeſtinationis ſcripta retineat. Et quid aliud eſſet orare pro eo qui prædeſtinatus eſt, quàm vt prædeſtinetur, & vt fiat vt pręordinatum eſt? Et primus qui vſus fuit voce libri, ſcilicet vitæ, fuit Moſes, qui dixit, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Theophylactus addit, eſſe etiam librum mortis pro ijs, qui in peccata labuntur etiamſi alij id negent.

In eo libro etiam, non prędeſtinatorum nomina continetur.
B. Aug. li. 20. de ciui. Dei. c. 14. tom. 5.
D. Tho. hoc loco lect. 1. & 2. lib. 10. 16.
I. ratio.
II ratio.
Pſal. 68.
Apoc. 3.
Aliter prędeſtinati, aliter non prædeſtinati in eo libro conſcripti ſunt.
Dan. 12.
Qui primus libri vitæ vocem vſurpauerit.
Exod. 32.

Et Apoſtolus videtur idem tribuere his mulieribus, quod Chriſtus dedit diſcipulis cùm dixit, *Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Sed vnde hoc arcanum tam abditum nouit Apoſtolus? Reſpondemus, ex ſignis id potuiſſe colligere. Vbi enim relucere videmus adoptionis notas, eos habemus pro Dei filijs, donec libri aperiantur, qui omnia penitus patefaciunt. Solius Dei eſt nunc ſuos cognitos habere, & tandē ſegregare eos ab alijs: ſed noſtrum eſt ex charitate pro agnis iudicare eos omnes, qui Chriſto paſtori libenter ſubijciuntur, & ſe in eius ouile aggregant, nec facilè ſe inde abduci permittunt.

Vnde adiutorū ſuorū nomina Apoſtolo innotuerit in libro eſſe vitę cōſcripta.
Luc. 10.
2. Tim. 3.
Matt. 25.

Quintum dubium ſoluendum de eo, cū ait: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete.* Repetitur in Domino eſſe gaudendū: quod & Anadiploſi nunc exaggerat, dum geminat bonam precationem, quæ ingentis ſui deſiderij ad eos eſt oſtenſio. Quòd ſi obijcias: *Beati qui lugent: Et, væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis, Et, Cum metu & tremore veſtrā ſalutē operamini:* Reſpōdeo, Chriſtum luctum mundanum non pręcepiſſe, vt lugeamus videlicet in amiſſione cō ſanguineorum, vel affiniū: ſed ſpiritualem luctum indixit, cùm dixit: *Beati qui lugent,* ſcilicet peccata propria, aut aliena. Neque Paulus mundanum docet gaudium, ſed ait, Gaudete in Domino, id eſt, Gaudio ab ipſo inſpirato, de quo dicitur: *Exultauit Ieſus in Spiritu ſancto:* & de ipſo Domino vt obiecto tanti gaudi B. Virgo cecinit, *Exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo,* & rurſus: *Lætetur Iſrael in eo qui fecit eū, & filiæ Sion exultent in Rege ſuo.* Et iterum replicat, *gaudete*: quia verum, & neceſſarium eſt gaudium. Et ſerui Dei duplex habent gaudium: vnum de Deo in ſe, quod ſua babeat appropriata, & internas operationes, cui congratulātur, & congaudēt, iuxta illud: *Benedictio, & claritas & ſapientia, & gratiarū actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorū, Amē.* Iterum, *te decet hymnus Deus in Siō, & tibi reddetur votum in Ieruſalem.* Rurſus gaudent de Dei donis, & beneficijs, & creaturis, illum vt artificem in eis videndo, & in opere eius ſeſe delectando, iuxta illud: *Quia delectaſti me Domine in factura tua, & in operib. manuū tuarum exultabo;* & iterum, *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti, &c.*

AdV. dubit. Quomodo in tot, ac tantis malis vitæ huius gaudere iuxta Apoſtolum in Domino valeamus.
Matth 5.
Luc 4.
Philip 2.
Duplex gaudium quodnam illud.
Luc. 10.
Suprà 1.
Pſal. 149.
Apoſtolus cur iterum in Domino dicat eſſe gaudendum.
Apoc. 7.
Pſalm. 64.
Pſal 91.
Pſalm. 8.

Iubet etiam bis gaudere: nimirum quia

II. ratio iterū gaudendi.

fecit

Pſal 94.

ſecit nos,& factos regendo conſeruat,quia fęcit,& refecit:quia largitur præſentia dona in re ipſa,futura verò in ſpe,&meritò,& arrha;& quia nos ſcripſit in libro vitæ, ſicut dixit Dominus Apoſtolis:& quia nos ad regnum ſuum & gloriam vocauit. Rurſus bis,quia iuſtificat in præſenti,&magnificat in futuro:& quia in proſperis,& in aduerſis ſeruat,& facit vt eum Geminiano Epiſcopo Mutinenſi dicamus:*Bene venerit flagellum Dei.*Bis item gaudendum,quia propter Dominum operamur,& legem ſeruamus, & quia pro eius nomine aliquid patimur, ſicut illi, Qui ibant gaudentes à conſpectu concilij,quouiam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et quò ſaecultas gaudens amplior eſt;eò & obiectũ ſenſui ſuauius,& vnio facultatis eum obiecto diuinior. Abſq; comparatione plus gaudebat Ioannes Baptiſta in carcere, quam Herodes in conuiuio natalis ſui: quia non eſt pax,vel,vt litera habet Hebrça,*Non eſt gaudere impys,dicit Dominus.*

Luc.10.
1.Theſſ.2.
III.& poſtrema.
Act.5.
Matth.14.
Eſa.57.

Modeſtè cur nobis gaudendum in Domino.

Et quia eſt modus quidam gaudendi in Domino admixtus timori,& tremori,propterea ſubdit: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.*Ita vt gaudium modeſtiã non tollat, aut modeſtia gaudij ſenſum imminuat,ſed vtraq; ſemetipſa cõſeruent : quẽadmodum Iuſtinus docet lib. Quæſtionũ, q.70.Baſilius verò in Regulis breuioribus cap. 163.*Cuiuſmodi eſt,*inquit,*quod in Domino gaudium eſt:& quid eſt quod facientes gaudere debeamus?*Reſpõſio:*In his quæ ſecundum mandatum Domini fiunt,gaudere,eſt in Domino gaudere. Quocirca quandocunque mandata Dei exequimur,aut propter nomen Domini aliquid patimur,gaudere,& gratulari inter nos debemus.*Hæc ille.

B.Iuſtin.martyr. to 3.
D.Baſil.to.2.
Quale ſit quod in Domino gaudiũ eſt,& quid eſt quod faciẽtes gaudere debeamus ſecũdum Baſiliũ.

Quod ergò ait:*Modeſtia veſtra:*Græcè dicitur τὸ ἐπιεικὲς pro eo quod eſt ἐπιείκεια, ꝙ interdum ſignificat æquitatem, quam Ariſtoteles libro 5. Ethicor. vocat partem iuſtitiæ: interdum verò modeſtiæ virtutem, quæ moderatur externam conuerſationem linguam,inceſſum,cultum, &c. Interdum etiã animi moderationem denotat,&manſuetudinem, vt etiam dura æquo animo feramus,& ita hic accipitur,quia ſermo eſt de perſecutionibus ſerendis. Et hæc tanta eſſe debet in nobis,vt etiam ab ethnicis ſit agnoſcenda,& perſpicienda, vt ad Chriſtum conuertantur.

Modeſtia plura ſignificat, & quid hoc loco.
Philoſop.c.10.
initio to 3.

Subdit:*Dominus enim prope eſt.*Vt enim homines in officio contineantur, ſeq; modeſtè gerant,nil ęque validum,atque vehementi cogitatione apprehendere Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum propè nobis adeſſe. *Venıet,*inquit,*Dominus ſerui illius in die qua non ſperat,& hora qua neſcit,& diuidet eũ, partẽque eius cum infidelibus ponet.* Hinc Auguſtinus. *Etſi ſuper omnes cœlos aſcendit corpore,non receſſit maieſtate.Vbique præſens eſt, qui fecit omnia.*Et alio loco:*Ille enim,qui aſcendit in cælum,vt tolleretur ab oculis veſtris, promiſit vobis dicens,ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.*

Quam vtile Deũ cogitare vbiq; pręſentem.
Luc.12.
B.Aug.ſerm.37 de verb. Domini c.3.
Idem in Pſal. 6 circa med. tom.10.
Matth vlt.

Et quia temporalium ſolicitudo gaudium noſtrum ſolet interrumpere, & modeſtiam ſrangere,ſubdit: *Nihil ſolıciti ſitis. ſed in omni oratione,& obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.*Tollit in primis ſolicitudinem de rebus temporalibus : nam ſolicitudinem de ſpiritualibus mirificè ſolet commendare,& ad eam ſectandam cohortari. Nomen obſecrationis ponitur pro voce deprecationis,qua mala à nobis deprecamur. Et in omni oratione eſt aliqua petitio eorum quæ bona ſunt,& ſalutaria,& quæ ſint ipſius orationis materia. Et ſeptem petitiones continentur in oratione Dominica, vt ait Auguſtinus. Nemo etiã percipit beneficia:niſi ingratus de acceptis exiſtat.Ideò adiũgitur: *Cum gratiarum actione,* Adiungitque:*Innoteſcant apud Deum.*Quæ verba ponderans Auguſtinus ad Probam de orando Deo:*Poſtulationes,*inquit,*veſtræ innoteſcant apud Deum, non ſic accipiendum eſt,tanquam Deo innoteſcant,qui eas & antequã eſſent, vtique nouerat, ſed nobis innoteſcant apud Deum,per tolerantiã non apud homines per iactantiam. Aut fortè etiam innoteſcant Angelis , qui ſunt apud Deum, vt quomodo eas offerant Deo,& de his cõſulant, & quod eo iubente implendum eſſe cognouerint, ſicut oportere ibi cognouerint,hoc nobis vel euidenter,vel latenter apportent.Dixit enim Angelus hominı:Et nunc quando orabas tu, & Sara, ego obtuli orationem veſtram in conſpectu charitatis Dei.*Hæc Auguſtinus.

Quam curã & ſolicitudinẽ Apoſtolus nobis ſuadeat.
In omni oratione cũ gratiarum actio ne petitiones noſtrę cur debeant innoteſcere apud Deum
Matth 6.
B. Aug.epiſt. 121 c.11 & ſequentibus & alibi to.2.
Idem ibidem. cap.9.
Angelis teſte Auguſtino vt innoteſcant petitiones noſtrę apud Deum.
Tob. 12.

Quod ergò ait,*Innoteſcant:* vel eſt vt ea petantur,quæ Deus libenter largiatur , & digna ſint eius exauditione : nam tunc innoteſcere apud Deum dicuntur,cum illa reſpicit,& admittit exaudiendo: vel exhortatio ad petendum ſimpliciter,etſi enim Deum noſtræ indigentiæ, & neceſſitates minimè lateant, vult tamẽ à nobis rogari,vt nos noſtras miſerias agnoſcentes, & confitentes, humiliemur ei,& impetremus : alioqui ſe Deus gerit nobiſcum ad modum neſcientis. Vnde Propheta conſulit:*Reuela Domino viam tuam,& ſpera in eo,& ipſe faciet.*

Petitiones itẽ noſtrę quomodo innoteſcant apud Deum.
Pſal 36.

Sextæ dubitationi reſpondendum circa illud:*Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum , cuſtodiat corda veſtra , & intelligentias veſtras.* Rectè pax ponitur propter tumultus perſecutionum, & acerbitatem perſequentiũ. Et pax Dei eſt,quę à Deo eſt,& non eſt im-

Ad VI.dub. Quæ ſit pax Dei exuperãs omnem ſenſum.

piorum,& peccatorum,ſed eorum,qui innocenter viuunt,& quos cõſcientia nõ reprehendit. Hæc pax dicitur exuperare omnem ſenſum,id eſt intellectum hominis: quia nemo nouit illam,niſi qui accipit.

Alter ſenſus.

Alij interpretantur: qua Deus ex irato factus eſt placatus humano generi,id eſt ipſa dilectio,qua eripuit nos ab ira. Illa enim eſt pax Dei,quæ cauſa eſt vt iuſtificati ex fide pacem habeant ad Deum, de qua Dominus:Pacem meam do vobis,& de qua videtur hic eſſe ſermo. Quanquam Auguſtinus intelligit de illa Dei ad nos pace, quæ ſuperat omnem intellectũ. Porrò illa,quã nos habemus ad Deum,à nullo intellectu comprehendi poteſt,vel hominis, vel Angeli.Sic enim Auguſtinus exponit: *Superat omnem ſenſum,vtique noſtrum,non eorum, qui ſemper vident faciem Patris. Nos autem quantumcunque ſit in nobis intellectus humanus ex parte ſcimus, & videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.Cum vero æquales Angelis Dei fuerimus,tunc quemadmodum & ipſi videbimus faciem ad faciem,tantamque pacem habebimus erga eos,quantam & ipſi erga nos, quia tantum eos dilecturi ſumus, quantum ab eis diligimur.* Hæc ille.

Epheſ.3.
Rom. 5.
Ioan.14.
Pax Dei quęnam Auguſtino. & quemnam ſenſum exuperet.
Augu.in enchiridio c. 62. to 3.ſub init.
Matth.18.
1 Cor.13.
Luc.20.

Sed non cogimur ſic interpretari, ſi rectè conſideremus filum Paulinæ orationis, & alterum locum Pauli huic ſimilem conferamus. *Arma iuſtitiæ noſtra,* inquit, *non carnalia ſunt,ſed potentia Deo,ad deſtructionem munitionum,conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.* Illud ergò,Exuperat, referendum videtur ad intelligentias aduerſariorum, & ad eorum robur,& vim. Pax ergò Dei exuperat ſenſum,hoc eſt intellectum: quod poſitum videtur pro machinationibus ingeniorum & verſutiarum,quæ ab Ethnicis excogitãtur aduerſus Chriſtianos,quaſi diceret Apoſtolus: Contra omnia omnium ſtudia oppono vnam Dei pacem, oppono tranquillam cõſcientiam:illa plus poteſt, quam omnes hominum machinationes. Vnde Ambroſius ſic interpretatur: *Qui cum Deo habet pacem, non timet omnem mentem aduerſam: tutus enim eſt pace Dei.* Et Primaſi⁹: *Vel pax Chriſti,qua pro perſequentibus orabat, recogitata,omnẽ mentem furioſam exuperat,& inclinat.* Hoc agnoſcitur in Tiburtio: *Applica,* inquit ad Torquatum, *aculeos, appende Chriſtianos,percute,incende adhibe vniuerſa,& diſcerne quicquid libet. Omnis nobis vilis eſt pœna,vbi pura comes eſt patientia.* Vel exuperat omnem intellectum:quia nihil humano ingenio magis aduerſatur, quam in ſumma deſperatione nihilominus ſperare,in maxima penuria videre opulentiam,in extrema imbecillitate nõ ſuccumbere, ſed promittere nobis nihil defuturum,cũ omnibus deſtituimur. Et ne ad ſenſum corporis torqueat quod hic dicit;Superat omnem ſenſum,ait,Græcè νοῦν,vnde νόημα, id eſt intelligentiam: & alibi,*In captiuitatem redigentes omnem intellectum,&c.*

Quid in eum ſenſum obijci poſſit.
2. Cor. 10.
Quorſũ iuxta Apoſtolum, pax Dei omnem ſenſum exuperet.
Ambr.tom.5.
Primaſius Auguſtini diſcipulus hoc loco.
Pacis Dei victricis illius in Tiburtio martyre euidens argumentum.
Quid rurſus pax Dei omnem ſenſum exuperans.
2.Cor.10.

Cuſtodiat autem, verbum eſt militare,in Græco ὑπερέχειν,&ſignificat cuſtodiã,qualis eſt in obſeſſis ciuitatibus,vel in caſtris,ſiue præſidijs. Hæc ergò pax cuſtodiat corda veſtra,& affectus omnes,& appetitus volũtates. Et intelligentias cuſtodiat quantum ad facultates, & intellectus actiones, ne fraude aliqua excidatis à Deo per errorem, vel hæreſim: Et hoc, *In Chriſto Ieſu*, Id eſt, vt maneatis in Chriſto,ſiue per Chriſtum, Et illud: *Cuſtodiat*,non eſt precatio, vt opus ſit futurum tempus in optatiuum vertere, id eſt, Vtinam cuſtodiat,ſed promiſſio Pauli eſt,quòd Deus cuſtodiet:in qua cuſtodia fructum oſtendit firmæ in Deum fiduciæ, & inuocationis, ac ſi dicat, Id ſi feceritis, pax Dei cuſtodiet mentes veſtras, & corda veſtra.

Pax Dei quomodo cuſtodiat corda, & intelligentias noſtras.
Illud ne precatio. an promiſſio Pauli ſit,

Et addit dictorum epilogum elegantẽ, *De cætero fratres,quæcunque ſunt vera,quæcunque pudica,quæcunque iuſta,quæcunque ſancta, quæcunque amabilia ,quæcũque bonæ famæ,&c.* Hic ſeptimæ dubitationi reſpondetur. Efficaciam habent hæc verba ex corde Pauli ardenti prodeuntia. Quæcunq; ait,vera. Id eſt,aliena ab hypocryſi. *Quæcunq; pudica*,idẽ eſt ac honeſta,& caſta. *Quæcunq; iuſta.* Iuſtitia,virtus eſt ſpecialis, reſpiciens ad reddendum vnicuique quod ſuum eſt. *Quæcũque ſancta.* Nam ἁγνὰ legit interpres,cũ modò habeatur ἅγια,id eſt pura, & pia ad Deũ colendum relata:& vtraq; eſt bona lectio. *Quæcunque bonæ famæ.* Id eſt: Quęcunq; faciunt ad bonam famam,vel ad bonum nomen. *Si qua virtus.* Græcè eſt ἀρετὴ, quę pugnat cum vitio,ſicut δύναμις,quę cũ imbecillitate. *Si qua laus diſciplinæ.* Sunt hęc in omnium hominum mentibus impreſſa, videlicet eſſe virtutem & virtutis pręmium, quod eſt laus & honor. Diſciplinę vox non eſt in Græco,ſed nihil refert. *Quæcunque*, id eſt,ſi qua eſt laudabilis diſciplina. *Quæcunque amabilia*,id eſt amore digna, & hęc ſunt honeſta. *Hæc cogitate.* Quod eſt, Meditamini hęc,&exercete vos in his ſtudioſis actionibus. *Quæ & didiciſtis,& accepiſtis,& audiſtis,& vidiſtis in me*:Didiciſtis auditu, accepiſtis imitatione. Vidiſtis,ait,in me:Sciebat enim ſe non minus factis,quam verbis docuiſſe,& expreſſiſſe Euangelium; *Hæc agite,& Deus pacis erit vobiſcum.* Id eſt,qui donat pacem conſcientiæ: Vides ergò vnde comparetur pacata, & quieta noſtra conſcientia. Hæc eſſent noſtri ſeculi conuenti-

Ad VII. quęſtion. reſp. De cauſa exhortationis huius Apoſtolicę: De cętero fratres quęcunq; ſunt vera, quęcunq; pudica,&c.
Quęnã vera Apoſtolo pudica,iuſta,& ſancta,& quę ſint bonæ famæ.
Quam ad virtutẽ idem, & laudẽ honeſtat Apoſtol⁹.
Vt docuerit ille apud Philippenſes.
Deus pacis quare non ſit

cũ hæreticis teſte Paulo.

culis hæreticorum proponenda, vt diſcant ad quę opera bona hortetur Paulus eos qui Chriſti fidem profitentur, & an præter ſolam fidem aliud exigat. Vbi enim nõ eſt eadem diſtinctio veri & falſi, iuſti & nõ iuſti, ſancti & non ſancti, amabilis & non amabilis, bonę famę & infamię, virtutis & vitij: imò contra alij aliud verum dicũt, alij aliud honeſtum: non poteſt eſſe pax, ſed ſchiſma, & non poteſt ibi eſſe Deus pacis, ſed Satanas diſſenſionum autor.

Ad ea etiam quę ſunt bonæ famæ cur Apoſtolus hortetur Philippenſes.

Auguſt. 22. initio, to. 4.

In his etiam perpende, Apoſtolum non tantùm exigere ea quæ ex ſe bona ſunt, ſed etiam quæ ſpectant ad bonum nomen, & famam. Vnde Auguſtinus ad Iulianam de bono viduitatis: *Sancta innuptarum conuerſatio, canta etiam debet eſſe, ne forte cum mala vita non ſit per laſciuiam, mala ſit fama per negligentiam. Nec audiendi ſunt ſiue viri ſancti ſiue fœmina, quando reprehenſa in aliquo negligetia ſua, per quam fit vt in malam veniant ſuſpicione, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicũt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiã, exiſtimationem hominum nõ imprudenter ſolum, verum etiam crudeliter contẽnentes: cum occidunt animas aliorum: ſiue blaſphemantium viã Dei, quibus ſecundum ſuam ſuſpicionẽ quaſi turpis quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum: ſiue etiã cum excuſatione imitantiũ, nõ quod vident, ſed quod putant:* & infra, *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.*

Qui negligit famã, qualis, Auguſtino.

Ad VIII dub. De ſenſu huius dicti: Gauiſus ſum in Domino vehemẽter quoniã tandẽ aliquando refloruiſtis.

Vt octauum dubium diſſoluamus, explicanda ſunt verba, quæ præcedunt de eleemoſynis miſſis à Philippenſibus ad Paulum. Et primum ait: *Gauiſus ſum in Domino vehementer*, id eſt, Gloriatus ſum, & gaudiũ non vulgare concepi, eo modo, quo pij ſolent gaudere ſecundùm Deum: *Quoniã tandem aliquando refloruiſtis.* Vbi ſignificat, eos aliquando torpuiſſe, & ab officio præſtando ceſſaſſe; eſtque laus miſta vituperationi. Et refloruiſtis, ait, vel potius reuiguiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis, id eſt, vigorem accepiſtis in ſentiendo pro me ſumpta metaphora ab arboribus, quæ æſtate florent, appropinquante hyeme areſcunt; redeunte rurſus æſtate reuireſcunt. *Sicut & ſeutiebatis.* Id eſt: Sicut olim ſentire ſolebatis vel vt Græcè habetur, in eo, in quo ſolebatis eſſe ſoliciti, videlicet in cura corporis mei. *Occupati autem eratis.* Excuſantis eſt, id eſt, Tametſi nõ miſiſtis hactenus, id fuit, quòd occupati fueritis, vel quod non ſuppetebat quòd mitteretis, ob rem veſtram anguſtam; vel quod deerat opportunitas mittentis.

Vnde hæc ſumpta tranſlatio.

Apoſtoli modeſtia.

Eiuſdem temperantia.

Subdit: *Non quaſi propter peunriam dico*, id eſt, Non hæc ſcribo quaſi penuria laborẽ vel quòd deſit mihi aliquid: nam etiãſi vos nihil miſiſſetis, nihil tamen defuiſſet. Subdit rationem: *Ego enim didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe.* Significat, ego ita ita didici, cohibere animũ intra metas rationis, & ita experimento certo noui contentus eſſe præſentibus, id eſt his quæ ſunt ad manum. Et ita idem eſt ſufficiens, quod contentus. Certè quã pauciſſimos viros hodie videas, etiam ſpirituales, ſua ſorte contentos.

Ad IX. quæſt. Quid ſignificet: Scio & humiliari, ſcio & abundare, &c.

Et explicans hoc dictum ſubdit: *Scio & humiliari, ſcio & abundare.* Senſus eſt: Noui humiliari, ſiue attenuari, cum vix adſunt ad victum neceſſaria, & ea quæ naturæ neceſſitas poſtulat. *Scio & abundare.* Quomodò ſcilicet me geram in rerũ copia & abundantia. Ille autem reuera verè nouit abundare, qui ea, quæ ſuperflua ſibi ſunt, in alios amore Chriſti refundit: qui verò reponit, aut retinet, non nouit abundare. Et hęc explicans, ait: *Et in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & peunriam pati. Et omnia poſſum in eo qui me confortat, ſiue per Chriſtum, qui me corroborat.* Vult dicere: Noui modum tenere, ſiue vbi nimium ſit, ſiue minus. Et vtrumque difficile eſt, ſed difficilius prius: Siquidem nouerunt multi eſurire, ſatiari nequaquam. Neque penuria me deijcit, neque affluentia relaxat. Idem multis verbis ſignificat, vt oſtendat ſe non pendere à Philippenſibus. *Omnia*, inquit, *poſſum* (non in me, nec ex me) *ſed in eo qui me corroborat.* Id eſt, per eum, qui me potentem reddere poteſt: per eum poſſum omnia facere, & omnia pati, omnia deuorare aduerſa, & concoquere: quia ipſe me ſua munificentia ſeruat, ne vel in proſperis intumeſcam, vel in aduerſis animum abijciam. Qua igitur fronte audent hæretici dicere, adiuuante Chriſto, Dei præcepta eſſe impoſſibilia, aut nullis nos poſſe tentationibus reſiſtere?

Qui verè nouerit abundare.

Pauli Apoſtoli ad vtramque fortunã, proſperã & aduerſam animi præparatio ſingularis.

Vnde tantã hauſerit ille virtutem.

Veruntamen bene feciſtis cõmunicantes tribulationi meæ. Id eſt: Etſi ego rẽ hanc nõ magnopere curem, quia ita cõpoſitus, vt nouerim penuriam pati: vos tamen bene feciſtis cõmunicando tribulationi meæ, quę non erat aliud quam victus penuria, quæ ſanè grauis eſt tribulatio.

Cur inã Pauli tribulationi communicauerint Philippenſes.

Decimum fuit dubium propoſitum in his verbis: *Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio Euangelij, quando profectus ſum à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli.* Enumerat Apoſtolus alias benedictiones (ſic enim eas vocat, atq; ſubuentiones) & quas ab alijs eccleſijs, pręterquam à Philippenſibus non acceperat. A Corinthijs quidem, quia auari erant, & nonniſi cum tædio, & moleſtia miniſtraſſent: Theſſalonicenſes verò, quia erant otio dediti: ideò laborabat Apoſtolus inter eos, vt illis exemplum

Ad X. dub. Quę nã ratio dati & accepti.

Cur Philippẽſiũ ſola, non Corinthiorũ aut Theſſalonicenſiũ Eccleſia cõmunicauerit Apoſtolo.

2. Theſſ. 3.

laborandi relinqueret.

Philip 4. Act 10. Infrà 27.

Philippenſes verò & præſentes, & abſentes, liberales cum eo extiterunt. Et tempus ipſum deſignat, quando è Macedonia, id eſt, è Philippis profectus peruenit Theſſalonicam, quo tempore bis accepiſſe ab eis in vſus ſuos fatetur. Eſtque ſumma laus illorum, ab initio cœpiſſe Apoſtolo communicare.

Quid ſignificet: Nō quia quæro datū, ſed requiro fructum, &c. *1. Cor. 9.*

Et ne ipſe quaſi rem debitam videri poſſet exigere, aut ex quadam quaſi præſcriptione, ſubdit: *Non quia quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra.* Quia pro ſpiritualibus dediſtis mihi tēporalia, vt exigebat Apoſtolatus mei miniſterium: non autem, vt faciunt negotiatores, qui temporalia pro temporalibus mutuo accipiunt, & hæc eſt apud illos dati, & accepti ratio. Stipendium enim eſt quod defertur Euangeliſtæ, ſiue paſtori, non aūt eleemoſyna. Si autem eleemoſynā largitus eſt, ſciat, eleemoſynam dare, eſſe fœnerari Deo qui pro me ſoluat, & cumulatam mercedē retribuat. Et hoc dico, non quòd requiram donum, ſiue munus, quia gratis prædicabat, vt Dominus dixit, *Gratis accepiſtis, gratis date*: ſed requiro fructum exuberantem, qui redundet in rationem veſtram, ſiue vtilitatem veſtram.

Prouer. 19. *Matth. 10.*

Habere pro recepere.

Habeo autem omnia, & abundo repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis, in odorem ſuauitatis hoſtiam acceptam, placentem Deo. Primū verbum huius periodi eſt, Habeo, quod Græcè eſt ἀπέχω, quod eſt ab aliquo, recipere veluti cenſum, aut redditum quid ex aruis: aut ex domibus conductis. Et ſignificat, totam hanc rem habere rationem debiti, non puræ eleemoſynæ, vt annotant, tam Chryſoſtomus, quam Græca ſcholia. Ideò interpres noſter Matth. 6. melius vertit illud verbum Græcum, quam hic: dixit enim, Receperunt mercedem ſuam, & ita hic dicendum erat, recipio, & abundo, ſicut, & Cyprianus infra citandus vertit: cùm dixit, *abundo*, ciuiliter dictum videri poteſt: vt etiam cùm dixit: *Omnia*, qui fortè pauca acceperat: Et ita abundo, vt poſſim alijs tribuere. Sicut egentes, inquit, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Neſcio enim quomodo diuina prouidentia fieri videmus, vt qui vberiores Eccleſiarum fructus percipiunt, abundantius ſint ære alieno obſtricti, & in eis magis accenditur illa, quæ nunquam expletur, cupiditatis ſitis. Contra verò qui hæc lucra ſpernunt, vt ſua, vel tenuiori ſorte vtuntur, ſunt contenti, & læti, & ita abundant, vt poſſint eſſe alijs auxilio.

B. Chryſoſt. ſerm. 10. Oecum. c. 6. Matth. 6. *2. Cor. 6.*

Pauli inſtar habeant qui omnia, & abundāt nihil habentes.

I. ratio, cur Paulus Philippenſiū erga eum beneficētuam hoſtiam nominauerit. *Eccl 4.*

In odorem, inquit, *ſuauitatis, hoſtiam acceptam.* Alludit ad veteris Teſtamenti ſacrificia, quæ tantum ob fidem & animum offerentium grata erant magis quam propter ſeipſa, quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Significatur etiam, quod quæ offeruntur Dei miniſtris, non tam ipſis offeruntur, quam ipſemet Deo: & ideò digna ſunt quæ oblationes & hoſtiæ dicantur Deo gratiſſimæ, & ſpirantes ſuauiſſimū bonæ voluntatis odorem coram Deo, & pietatis ad lucrum æternæ vitæ. Et cùm dicitur, *in odorem*, Græcè præpoſitio illa, *in*, neque Cyprianus illam agnouit, qui libro de Oratione Dominica ita legit: Saturatus ſum, inquit, recipiens ab Epaphrodito ea quæ à vobis miſſa ſunt, odorem ſuauitatis, ſcilicet ſpirantia.

II. ratio. *D. Cypria.*

Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum. Græca habent de futuro, implebit: & non deſiderium, ſed neceſſitatem, vel indigentiam, Quia enim dixerat, *Repletus ſum beneficijs, viciſſim ego precor, vt Deus impleat omnes indigentias animi, & corporis veſtri.* Et annotat Chryſoſtomus, in quibuſdam codicibus legi χαρὰν, id eſt, omnia gaudia veſtra, in alijs verò χρείαν, id eſt, omnem indigentiam, vt diximus. Addit: *Secundum diuitias ſuas.* Id eſt, non parca manu, vt homines ſolent, ſed pro omnibus ſuis opibus, quia ditiſſimus eſt. *In gloria.* Id eſt, cum gloria, vt ſimul nos reddat glorioſos, & admirabiles alijs. Et hoc in Chriſto Ieſu, hoc eſt per Chriſtum Ieſum. Qua ſententia idem exprimitur, quod Act. 4. vbi dicitur, quod nullus egens erat inter fideles.

B Chryſ præ dict. ſerm. Dei munificentia. *Act. 4.*

Ad XI. dub. Quibus de domo Cæſaris ſanctis mittat ſalutē Apoſtolus.

Vltimo dubio reſpondemus in hæc verba: *Salutate omnem ſanctum.* Id eſt baptizatū & gratia Dei mandatum. *Salutant vos qui mecum ſunt fratres.* Scilicet ſancti, qui ſparſim habitant in vrbe Roma. *Maximè autem qui de Cæſaris domo ſunt.* Id eſt, qui verſantur in aula Neronis. Vbi primùm innuit, Euangelium penetraſſe aulicos, & familiares Neronis. Et ita corroborat Philippenſes in fide ſuſcepta à familiaribus Cæſaris, quod erat Deum regnare in medijs inferis, vel dominari in medio inimicorum ſuorum. Hos inter creditur fuiſſe Seneca præceptor Neronis, quod mutuæ vtrinſq; ad alterum ſcriptæ epiſtolæ teſtantur. Eraſmus tamen illas vt nothas, & pſeudepigraphas notauit. At verò ſi Eraſmi autoritate moueremur, & eum pro legitimo librorum cenſore reciperemus, nedū bona pars Hieronymi, & Cypriani, & Auguſtini voluminum nobis periret, ſed & quædam pars librorum canonicorum probatiſſima & confirmatiſſima. Sed mirum eſt, Hie-

Cur illos ſalutauerit. *Pſal. 109.*

Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum epiſtolas nō eſſe, vt Eraſmus mētitur, ſuppoſititias, ac ſpurias.

Hieron. lib. de Script. Eccle. tom 1.

ronymum doctiſſimum recenſuiſſe Senecam inter ſcriptores Eccleſiaſticos, propter vnam ſententiam Senecæ ad Paulum, & Eraſmum ob id reieciſſe. Auguſtinus quoque eas epiſtolas epiſtol. ad Macedonium producit, & comprobat, ſicut & Linus in Martyrio beati Pauli, ſi tamen eius ſit liber ille. Et mirum eſt, exiſtimare, aliquem fuiſſe tam impudentem, qui tales epiſtolas fingere de ſuo capite non ſit veritus. Certè ſi verum amamus, quod attinet ad materiam illarum Epiſtolarum Pauli ad Senecam, non multum diſtare videntur ab illis Ioannis Euangeliſtæ ad Electam Dominam, & ad Caium, aut Apoſtoli Pauli ad Philemonem.

B. Aug. epiſt. 54. ante med.

Linus Pap.

Pauli ad Senecam epiſtolę quibus ſimiles.

Seneca quoq; in vna ex illis epiſtolis tradit librum de Verborum copia inſcriptum ad Paulum miſiſſe. Et ita in quibuſdam vetuſtis codicibus inuenimus, etſi nune temporum, & hominum malitia ille titulus ſit deletus.

Epiſt. 4.

Quærit hoc loco beatus Thomas, vt à principio fuit dubitatum, an in aulis Principum expediat eſſe aliquos viros pios, & religioſos? Dominus enim dixit, Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt, & Petrus in aula Eccleſiaſtica Chriſtũ negauit. Dicendum tamen eſt, hoc interdum expedire, & admodum vtile eſſe, vbi morentur ſancti non propter delicias, & concupiſcentiam carnis fouendam, ſed quomodò Ioſeph in domo Pharaonis fuit, & Daniel cum tribus pueris in domo Nabuchodonoſor, & Mardochæus in domo Aſſueri Regis, qui latiſſimum habebat imperium in centum vigintiſeptem prouincias: quemadmodum etiam Nehemias fuit in domo Artaxerxis Regis. Omnes enim hi conſilio, autoritate, & ſuggeſtione præueniebant multa mala, & peccata, quę committerentur, niſi adeſſent. Deinde, vt multa bona promouerent, vt ad Sunamiten dixit Eliſæus. Quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotium, & vis vt loquar Regi, ſiue Principi militiæ? Poſſunt ergò ſerui Dei pauperum negotia apud Reges agere. Denique id etiam vtile eſt, vt ipſorum ſaluti, & conuerſioni inſeruiant, quemadmodum Nabuchodonoſori Daniel prædixit quod eſſet in bouem commutandus, & ad tempus.

An expediẽs ſit, viros pios ac religioſos in aulis Principũ verſari.

Matth. 11.

Infrà 26.

I. ratio.

Gen. 4.

Dan 1.

Eſther. 2.

2. Eſd. 1.

II ratio.

4. Reg. 4.

Tertia & vlt.

Dan. 4.

Diſcamus igitur, quòd ſi illi, qui erãt domeſtici Neronis, qui peculiariter Chriſtianis infenſus & infeſtus erat, Euangelio crediderunt, nihil formidine Imperatoris prę grauati, quid nobis facere conueniat, qui procul ſumus à Cæſaris tyrannide prę illis, qui quotidie illi aſſiſtebant, nihil tamen formidantes vincula Pauli.

Quorũ fidei conſtantiam imitemur.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum Spiritu veſtro, Amen. Subſcriptio eſt manu Apoſtoli firmata. Et Græcè in fine habetur:

Scripta Romæ, & miſſa ad Philippenſes per Epaphroditum, qui erat eorum Epiſcopus.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI AD COLOSSENSES.

DISPVTATIO I.

Vbi diſſeritur, quæ ſit hæc ciuitas Coloſſenſium, quæ occaſio ſcribendi, & quod epiſtolæ ſit argumentum.

HÆc ad Coloſſenſes epiſtola breuis quidem eſt, ſed difficilis & in verbis, & in ſenſis interdum admodum ſubobſcura. Et vt lucem illi ingeramus, in primis profitemur epitomẽ quẽdam eſſe epiſtolę ad Epheſios ſcriptæ: nam eaſdem res videtur tractare, & interdum eiſdem ferè verbis, ita vt qui illam rectè teneat, facilè poſſit ad præſentis quoque epiſtolæ intelligentiam peruenire. In hoc tamen ab illa ad Epheſios differt, quod apertius doctrinam pſeudapoſtolorum iugulat, & abolitas legis cerenonias, quæ nihil ſpirabant niſi elementa, id eſt res huius mundi terrenas damnat.

Qualis hæc epiſtola Coloſſenſium.

Cũ illa ad Epheſios quid cõmune habeat, quid diuerſum.

Tres autem fuerunt in prouincia Phrygiæ vicinæ ciuitates, quarum in hac epiſtola mentionem facit, nimirũ Laodicea, Hierapolis, & Coloſſæ. Sic enim in plurali vocatur, ſicut Athenæ, & Thebæ. Nam Laodiceæ meminit cap. 2. & 4. Hierapolis etiam meminit cap. 4. In qua vrbe ſepultus Apoſtolus Philippus quieuit, vt teſtatur Euſebius. Coloſſæ verò ſunt apud Licum Fluuium in Phrygia. Has tres ciuitates ſub Imperio Neronis terræmotu cecidiſſe, Paulus Oroſius teſtis eſt: inſigne profectò diuini iudicij ſpectaculum, ſi tamen nobis oculi ad videndum non deeſſent. Conciderunt

Quæ illę, quarum hic meminit Apoſtolus, Laodic, Hierapolis, & Cololoſſæ, ciuitates.

Euſebius in Chroni. to. 2.

Paul. Oroſ. li. 7. Ormeſt c. 7.

Digitized by Google

Quo tẽpore ſcripta hæc epiſtola.

autem hæ ciuitatis anno decimo Neronis, vt Euſebius refert in Chronico, & ante per aliquot annos hæc epiſtola fuit conſcripta, quia vincula, quorum facit hic Paulus mentionem, fuerunt prima illa, quæ ipſe euaſit, nempè in quarto anno Neroois, de quibus diſputandum erit in 4. cap. epiſto. 2. ad Timotheum.

Vnde nouerit Coloſſenſes Apoſtol⁹. A quo dicti Coloſſenſes ſecundum aliquos.

Etſi verò Paulus Coloſſenſes nunquam vidiſſet, prędicauerat tamen Epheſi multis annis, ita vt tota Aſia potuerit illius verbũ audire, maximè verò qui erant ex vicinis Epheſi ciuitatibus. Vnde fabula eſſe videtur, quòd Cyrus Prodomus, & alij putârũt, ſcriptam hanc epiſtolam ad Rhodios, vbi erat Coloſſus Solis 70. cubitis altus, hoc eſt iuxta Feſtum Pompeium, pedes quinque & centum habens, cuius pollicem vix pauci potuerunt à qua ſtatua, ſiue coloſſo putant dictos Coloſſenſes. Et fuit illud opus à quodam diſcipulo Lyſippi annis 12. perfectum pretio 300. talentorum: ex cuius ſtatuæ collapſæ ære Magnus Sultanus nongentos camelos onerauit, & in Alexandriam detulit.

Coloſſenſes ab Rhodienſibus eſſe diuerſos.

Oecu in præfat. huius ep.

Strabo lib 12.

Sed contra hoc facit, qnòd Rhodij inſulani ſunt, & non dicuntur Coloſſenſes, ſed Rhodienſes: & nõ erant illi vicini Hierapoli, aut Laodicęę; de quibus ciuitatibus, tanquam vicinis ipſis Coloſſenſibus, hic mentionem facit. Et Oecum. ait: *Hæc ciuitas eſt Phryghia, quæ nunc Chona appellatur.* Scribit Strabo, aquas prope Laodiceam in fluminibus lapideſcere, etſi poculentę ſunt: & apud Herapolim aquam quandam eſſe tingendis lanis idoneam, quę ex radicibus tincta, cum his decertat, quę ex vermiculo purpuraque tinguntur.

Iidem quos habuerint fidei Chriſtianę doctores, ac præceptores,

Coloſſ. vlt.

Cùm igitur Coloſſenſes credidiſſent in Chriſtum, & conſtantes in fide forent, nam etſi à Paulo cogniti non fuiſſent, nec eius prędicatioocm audiſſent, fuerunt tamẽ inſtituti per Epaphrà, qui creditur fuiſſe Coloſſenſis, & Archippũ eorum Epiſcopũ, de quo dicitur: *Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.* Cùm inquã Coloſſenſes in Chriſtum credidiſſent, & conſtantes eſſent in fide: non defuerũt tameo pſeudoapoſtoli, qui eos ad Moyſen, & legalia reuocarent, Chriſtum cum Moſe miſcentes, & cum luce Euangelij legis vmbras retinẽdas eſſe docentes: ad quod obtinendũ ſubdolis, & captioſis argumentis ex Philoſophiæ principijs petitis vtebantur.

Prima pars argumẽti huius epiſtolæ.

Quare Apoſtolus de illorũ ſtatu per Epaphroditũ certior factus, has ad illos literas direxit, in primis illis gratias agens, quòd à tenebris tranſiſſent ad lumen veritatis. Deinde fidei incrementũ illis precatur à Domino, & oſtendit illis nonnihil deeſſe, vt ſibi vitam ſternant ad firmiorẽ catecheſim: diuinam ergò eos gratiam ſuis elogijs prædicat, ne eam paruifaciant. Atq; his poſitis fundamentis, grauiter hortatur, ne ab hac doctrina relabantur ad ceremonias, quas falſi magiſtri ſibi obtrudebant.

Secuodo deinde capite clarius patefacit quam habuerit ſcribendi cauſam, nempè vt occurreret periculo, quòd illis inſtare videbatur, vbi de ſuo amore [illegible]biter tractat, vt agnoſcant ſuam illi eſſe curę ſalutẽ, docetq; in Chriſto omnia eſſe inuenienda, quæ ad perfectam valeant abſolutionem: in eodem eſſe verã ſapientiam, & veram legis cõpletionem, & nominatim de ciborum abſtinẽtia, & de circumciſione, & de alijs externis exercitijs loquitur, quibus perperam cultum Dei alligabant: idem de prępoſtero Angelorum cultu, quos in locum Chriſti ſubrogabant. Et vt autor eſt Theodoritus, Apoſtolus in pluribus epiſtolis ſignificat, mediationem ad Deum Patrem; & reconciliationem contigiſſe hominibus per Filiũ. *Vnus Deus*, inquit, *& vnus mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus*, & rurſus, *Per quem nunc reconciliationem accepimus*: & Dominus ſeipſum oſtiũ, & viã appellat: neq; enim alio modo niſi per ipſum, & in ipſo contingit cuiquam acceſſus ad Patrem. Propter hoc namq; cùm Deus eſſet, homo factus eſt, vt inter Deum & hominem mediator exiſteret, qui & hoc & illud eſt. Verùm exiſtimabaot Coloſſenſes per Angelos haberi acceſſum ad Patrem, & non per Chriſtũ. Deinde multas habebant Iudaicas, & Græcas obſeruationes, dies obſeruãtes, & temporum opportunitates, & quæcunq; huiuſmodi erant: quę omnia ſcribendo epiſtolam corrigit. Hęc omnia Theodoritus in Prooemio quod huic epiſtolæ præfigitur eius nomine apud Oecumenium.

II. pars.

Theodoritus p. 2.

1. Tim. 2. Rom. 5. Ioan. 10. Infra 14.

Cur Deus homo factus ſit.

Quoſnã Coloſſenſes à pſeudoapoſtolis hauſiſſent errores, teſte Theodorito.

III. pars argumenti.

In tertio capite, vanis obſeruationibus, ad quarum cuſtodiam fideles redigere volebãt, opponit vera pietatis officia, quibus nos occupari vult Dominus, & à fonte ipſo orditur, nempè à mortificatione carnis, & vitæ nouitate: inde in varias diffunditur exhortationes, tum generales, & omnibus accommodas, tum priuatas, quæ ad quoſdã homines ſpectant pro ratione vocationis. Et tandem 4. cap. ſalutationibus mutuis hinc inde miſſis, terminatur doctiſſima hęc epiſtola, quę breui compendio totam fidei Chriſtianæ ſummam complectitur, & argumentis validis & demonſtrationibus, itẽ perſpicuitate, & rerum grauitate ſublimis eſt, & ſtylus rei grauitatem, & ſublimitatem aſſequitur. Nec ſemper ad nobis notos,

Quarta atq; poſtrema.

Quos ad abſentes ſcribere ſoleamus.

& familiares ſoliti ſumus ſcribere, ſed interdum etiam ad ignotos, nobis tamen beneuolos, & amicos. Quemadmodum ergò Romanis, apud quos nondum fuerat Apoſtolus, grauiſſimam, & eruditiſſimam epiſtolam miſit, ad eum modum hanc quoq; elegantem, & per omnia præclaram Coloſſenſibus, quos de facie non nouerat, epiſtolam dedit.

Rom. 1.

DISPVTATIO II.

In verbis Apoſtoli ad Coloſſ. 1. *Gratias agimus Deo, & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orã tes. Audientes fidem veſtrã in Chriſto Ieſu, & dilectionem quam habetis in Sanctos omnes, propter ſpẽ, quæ repoſita eſt vobis in cælis, quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij: quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit ſicut in vobis, &c.*

Lib. 1 diſput. in Paulum.
I. dubitatio.

QVIA alio loco de ſalutatione huius epiſtolæ egimus, primum hic dubitamus de cauſis gratiarum actionis, & orationum, quas Apoſtolus pro Coloſſenſibus fundebat. Deinde quid eſt: *Dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine*: idem enim videtur eſſe ſors, & pars in ſacris literis. Tertiò, quomodo eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ: in quo eſt redemptio, & remiſſio peccatorum, & quale ſit hoc regnum, an præſentis eccleſiæ, an futuræ, an potius vtriuſque. Et quomodò Chriſtus dicitur Filius dilectionis, cum etiam ipſe ſpiritus ſanctus ſit dilectio, in qua Pater Filiũ, & Filius Patrem diligit.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quartò, vt ſit Chriſtus imago Dei inuiſibilis, cùm CHRISTVS homo ſit viſibilis, & viſibile non poſſit id quod inuiſibile eſt repræſentare, vel inuiſibile ipſum reddi viſibile. Quintò, quid eſt dicere, Chriſtum eſſe primogenitum omnis creaturæ, cùm ipſe minimè ſit creatura, ſed Deus creator: & quomodò in ipſo, ſiue per ipſum condita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra? nunquid Chriſtus, quatenus Deus eſt, condidit vniuerſa? Et quomodo omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt? videntur enim verba obſcuriſſima & ſublimiſſima. Sextò, quomodo Chriſtus eſt caput corporis Eccleſiæ, & principium, cùm illa habuerit principium ab Abel, & Chriſtus poſt illum extiterit? Septimò, quomodò vocatur primogenitus ex mortuis, cùm conſtet multos ante eum ad vitam ſuſcitatos? Octauò, quo pacto ipſe in omnibus primatum teneat, & quem primatum. Nonò, qua ratione in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & quænam eſt iſta plenitudo. Decimò, vt placuerit per eum reconciliari omnia in ipſum: & quomodò pacificauit per ſanguinẽ crucis ſuæ ſiue quæ in terris, ſiue quę in cęlis ſunt: nunquid fudit ſanguinem pro redimendis Angelis qui in cœlis ſunt: quemadmodum pro hominibus qui in terra? ſed his omnibus, & ſingulis tentandum eſt, vt pro virili ſatisfaciamus, quia magnę videntur dubitationes, & ſi diſcutiantur, operæ pretium ſecum ferre videtur. Et planè hoc procemium; in quo tam latè de Chriſti prę rogatiuis philoſophatur, ſua altitudine, & myſteriorum profunditate, & Hebraicis phraſibus, & ſolita ſua prolixitate obumbratum; ſuum ſtatim prodit autorem, hoc eſt Paulum Apoſtolum, vehementem, & copioſum Chriſti laudatorem. Vt non immeritò poſſit hoc exordium cum illis & ad Romanos, & ad Hebræos, & ad Epheſios comparari. Erat enim ad has laudes Ieſu Chriſti propenſiſſimus, quò agnitis immẽſis eius, & innumeris erga nos beneficijs, ad eius amorem incaleſceremus, & à perpetuis eius præconijs, & laudibus nunquam ceſſaremus.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima, & vltima.

Paulum Apoſtolũ eſſe huius epiſtolæ ſcriptorem, non alium quenquam.

Cur ſeſe Apoſtol' in Chriſti ſeruatoris noſtri laudes effunderet.

Primo igitur dubio reſpondemus, ſolitum Apoſtolum, cùm epiſtolæ tractatum aggreditur, in laudes eorum, ad quos ſcribit, effundi, vt ita captet beneuolentiam & attentionem. Ita hic pręmittit bona Coloſſenſium, tum quæ iam actu habeant, vt materiam gratiarum actionis: tum illa quæ eis deſiderabat, vt materiam orationis. Et proponit prima ſententia gratiarum actiones, & orationes pro illis. Prædicat enim Paulus fidem, & dilectionem fidelium qui ſunt Coloſſis, cùm ait: *Audiens fidem veſtram, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes*, quò eos ad pergendi alacritatem, & conſtantiam melius accendat. Et gratulatur eis ob cognitionem Euangelij, & ſpem vitæ æternæ. Semper autem gratulationis loco ponit gratiarum actionem, quò doceat in omni gaudio protinus debere nobis occurrere diuinæ memoriam bonitatis: quia eius beneficium eſt, quicquid nobis lætum, & fauſtum contigit. Et ſuo exemplo nos tacitè commonefacit, vt non tantum ea, quæ nobis, ſed & quæ alijs contulit Dominus munera, gratiarum actione proſequamur. Et applicans, cui Deo gratię agendę ſint, inquit: *Deo & Patri*

Ad I. dubit. reſpon. Coloſſenſes, vt & alios omnes quibus ſcribebat, Paulus eorum laudes in epiſtolarum initijs.

Quid gratuletur Coloſſenſibus Apoſtolus, & quare.

Domini

Digitized by Google

Deus qualis Ieſu Chriſti Pater.

Domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, illi tantùm, qui eſt Dominus omnium, ſed peculiariter eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo ſe nobis, tanquam in proprio, & naturali ſibi Filio, tribuit agnoſcendum, hic ſenſus gratiarum actionis perſoluendus eſt.

Sua pro Coloſſenſibus quam faciebat oratione perpetua quid teſtetur Apoſtolus.

Addit: *Semper pro vobis orantes*, id eſt: Gratias agimus Deo ſemper, dum pro vobis orantes, vel quoties pro vobis oramus: ita vt gratiarum actio, & oratio coniuncta ſint. Et ſignificat nihil eſſe tam perfectum in hoc mundo, vt non ſemper aliquid deſit; nam & Eccleſia perpetuo eget progreſſu, & incremento, quod oratione eſt impetrandum. Qui enim optimè cœpit, poteſt quotidie centies deficere. Illud aduerbium, *Semper*, interpretatur egregiè beatus Auguſtinus in libr. 20. de Hæreſibus ad Quoduultdeum, contra Euchitas, qui ſic ab orando appellati ſunt. Tantum enim orabant, vt eis qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Nam cum Dominus dixit: *Oportet ſemper orare, & non deficere:* & Apoſtolus: *Sine intermiſſione orate:* quod ſaniſſimè ſic accipitur, vt nullo die intermittantur certa tempora orandi; iſti ita nimis hoc faciunt, vt hinc iudicentur inter hæreticos nominandi. Sic ille.

Euchitarum hæreſis vnde. *Aug. hæreſ. 57 tom. 6 initio.*

Luc. 18. *1 Theſſ. 5.* Illud: Sine intermiſſione orate, quomodo accipiendum, teſte Auguſt.

Audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu. Græcè eſt præteriti temporis ἀκούσαντες, id eſt, poſtquam audiuimus fidem veſtram, vel audita fide in Chriſto Ieſu, id eſt, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *Et dilectionem quam habetis in ſanctos omnes.* Audierat enim ab Epaphro, ait Chryſoſt. Et fides eſt in Chriſto, non in Simone Mago, aut Angelis, quos ille inducit ex philoſophia Platonis: & fides in Scripturis perpetuò reſpicit Chriſtum. Vel expreſſo tanto nomine, vt in procemio dixit, Fidelibus in Chriſto Ieſu, vel ſuppreſſo nomine, & implicito, & ſic Adam fuit fidelis in Chriſto, cùm audiuit ſemen mulieris contriturū caput ſerpentis, & Abraham ſub nomine ſeminis ſui benedicti, & Iacob, & Moſes in nomine illius qui mittendus erat. Sicut ergò fides reſpicit Chriſtum, cuius eſt obiectum, & quæ Chriſti meritis nititur, vt tantum poſſit; ita dilectio reſpicit omnes ſanctos: nam eius eſt benemereri de omnibus Sanctis, vt ad Epheſios, & in Epiſt. ad Philemonem, & hoc in loco explicat: vt coniectari poſſit has tres epiſtolas vno impetu de vinculis ſcriptas. Subdit: *Propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis*, id eſt, præmia beatitudinis ſperata, & repoſita in cœlis, quemadmodum alibi ait: Expectantes beatam ſpem, id eſt bona ſperata. *Quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij*, id eſt, per veracem Euangelij ſermonem, quem vobis diſpenſauit Epaphras. Hos locos hæretici ſupprimunt, dum negant nos poſſe in bonis operibus intueri ad mercedem æternam. Finis enim dilectionis noſtræ præmium eſt in Domino: nam propter coronam optatā & ſperatam certatur: *Quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mūdo eſt, & fructificat, & creſcit.* Mundi vniuerſi nomine veniūt Gentes in noſtro hemiſpherio notæ; ſicut dicitur exiſſe edictū à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Eſtq; hyperbole, cùm infra ait: prędicatum eſſe in vniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt. Et ait fructificare: eo qđ efficaciter operabatur in hominum cordibus. Creſcere verò (quod ſoli codices Latini habent, eo ꝙ illud multi indies amplectuntur. Et directè hortatur, ne ab eo ſe dimoueri patiantur, quod ſemel rectè complexi ſunt. Obliquè verò laudat, vt audientes multos ſe habere huiuſmodi dogmatis conſortes confirmentur in fide, & in multitudine credētium. Videbat enim tot vatum antiquorū compleri oracula, quæ regnum Chriſti ab Oriente ad Occidentem vſque diffundendum oſtendunt. *Sicut in vobis, ex ea die qua audiſtis.* Laudat eorum docilitatem, quòd ſtatim amplexi ſunt verbûm Dei: Laudat & conſtantiam, quòd in ea perſtiterint. *Et cognouiſtis gratiam Dei in veritate*, id eſt, Verè cognouiſtis gratiam per experientiam externam, & internos affectus. *Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro.* Huius Apoſtolici viri nulla alibi fit mentio, niſi hic, & inferius capite 4. vbi ait: *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu.* Vt proinde dicendum ſit, diſtinctum eſſe ab Epaphrodito paſtore Philippenſium, de quo capite 2. ad Philippenſ. dictum eſt, & in fine epiſtolæ dicitur: *Scripta eſt ab vrbe Roma per Epaphroditum.* Hic autē Epaphras primus fuit, qui Coleſſenſibus prædicauit, & ad fidem traxit. Huius doctrinam & autoritatem Apoſtolus hoc loco confirmauit, ne dubitarent propter miniſtrum, qui nō erat vnus ex Apoſtolis. Subdit: *Qui eſt fidelis pro vobis miniſter.* Id eſt, firmus depoſiti cuſtos, & miniſter, & propagator talenti ſibi crediti. *Qui etiam manifeſtauit nobis dilectionem veſtram in Spiritu.* Significat, ſpiritualem veſtram dilectionem, qua me nō propter mundum, aut carnem, ſed propter Deum complexi eſtis. Ita interpretatur Chryſoſtomus. Et hactenus locutus eſt de materia gratiarum actionis: nunc de materia orationis, quid pro eis deprecetur, ſubiungit: *Ideò & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis orantes,*

A quo audierit Apoſtolus Coloſſenſiū fidē in Chriſto Ieſu. *Chryſ. hom. 1. tom. 4.*

Fidei obiectum & dilectionis in Scripturis quod.

Geneſ 3. *Infrà 22.* *Infra 49.*

Epheſ. 1. *Philem.*

Quænā ſpes nobis in cœlis repoſita.

Tit. 2.

Cōtra Lutheranos, æternam propter mercedē poſſe nos operari negantes.

Euangelium Chriſti vt ſit vniuerſo mūdo, & quomodo fructificet & creſcat. *Luc. 2.* *Coloſſ. 1.*

Illud fructificare, & creſcere Paulus cur dicat etiam in Coloſſenſibus.

Quis ille Epaphras, à quo didicerunt Coloſſenſes verbum veritatis. *Coloſſ vlt.*

Philip 2.

Epaphras vt fuerit fidelis Coloſſenſiū miniſter: eūdem quid dilectio in Spiritu Apoſtolo manifeſtatā.

Chryſ. hom. 1. in hūc locum.

& poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali, vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei, &c. Materia ergo orationis eſt, vt implerentur agnitione voluntatis Dei: deinde vt bonos fructus pariant. Tertiò, vt Deus confirmare eos vellet in omni patientia, & longanimitate cum gaudio, vt ſcilicet, crucem ſuſtinere poſſent. Quartò, vt Deo pro hac quoq; gratia, quam conſecuti ſunt, gratias agant. *Ideò & nos*, inquit, *ex qua die audiuimus*, veſtrũ ſcilicet, in Chriſtum ingreſſum, non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes: pro eo quod eſt, orare, & poſtulare: nam ita participijs Græci exprimunt infinitiuum modum. Et frequenter orare, eſt, cùm eſt opportunum petere, & cum perſeuerantia, quæ eſt vna de conditionibus bonę orationis. Multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Pro vobis, inquit, non contra vos, vt quidam faciunt: nam etiamſi indigni, & faſtidioſi ſimus in loquendo, tamen Deus amat nos andire ſemper. Et Principes magna quidẽ cum difficultate æquitatem, & iuſtitiam poſtulantes audiunt. Benè ait, pro vobis; quia oratio debet eſſe communis: & perſeuerantia non tantùm deſiderium, ſed & attentionem noſtram oſtendit.

Quænã pro Coloſſenſib. à Deo Paulus oraret.

Græciſmus.

Iacob. vlt.

Oratio qualis eſſe debeat.

Vt impleamini agnitione Dei. Quo verbo indicat, illis adhuc nonnihil deeſſe, vt ſibi ad inſtituendos eos viam ſternat. Ideò impletionem petit voluntatis Dei, quam ex parte didicerant; & vt magis addiſcant, quòd nonniſi per Chriſtum reconciliatio illis contingeret, non autem per Angelos, vt Simoniani docebant, teſte Chryſoſtomo. Quia enim cor capax eſt plenitudinis, quãdo non eſt plenum, affligitur, & Deus, & mediator Chriſtus ſunt pleni, atque perfecti: hinc impletionem petere deberemus, vt gaudium noſtrum ſit plenum. Et plenus Deus, odit vacuum, vt natura, & Scriptura docet: *Omnia*, inquit, *vanitas, & afflictio ſpiritus*; & alibi: *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Impletio autem eſt ſecundùm capacitatem, & vnitatem deſiderij: quia oleum diuinæ miſericordiæ ſiſtit, vbi deeſt vas vacuum: & Deus pro voto noſtro eam dilatat, ita vt initio paruo cor impleatur, poſteà verò magno egeat. *Dilata*, inquit Deus, *os tuum, & implebo illud.* Ideò inter impletionem Chriſti, Marię, & Eliſabeth, & Stephani, qui dicuntur pleni gratia, & Spiritu ſancto, multùm intereſt: ſicut maiori cibo eget vir, quàm infans. Et cùm velit nos impleri; prima, & potiſſima pars hominis eſt intellectus, qui cognitionis ſolius eſt capax: non enim intellectus impletur tritico, aut pecunia. Et inter omnes cognitiones illa diuinę voluntatis potiſſima eſt, qua quaſi optimo liquore, & balſamo impletur. Nam hæc eſt occultiſſima, de qua Salomon: *Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?* & iterum: *Quis cõſiliarius eius fuit?* Nam ſi cauſæ naturales nobis tam occultæ ſunt, multò plus prima cauſa. Ac de Deo quidem plus nouimus quòd omnia ſciat, quàm quid velit, quia neceſſariò & naturaliter omnia ſcit, & liberrimè extra ſe omnia vult. Deinde altiſſima eſt, & omniũ cauſa voluntas Dei, in qua ſola omnes quæſtiones, dubitationes, & interrogationes ceſſant, cùm dicimus, Deus ita voluit. Tertiò eſt generaliſſima, quia vnctione quadam omnia continet. Nam in naturalibus ideò hæc creatura huius eſt naturæ, & ingenij, & alia alterius, quia ita Deus voluit. Nec enim vacuũ verſus centrum inuenitur, vt ob eam cauſam terra potius quam ignis ibi eſſe debeat, ſed huius rei cauſa vltima eſt Dei volũtas. Omnis quoq; Theologia, etiam ſupernaturalis, inde progreditur, nam inde eſt ſciẽtia de proceſſione Filij à Patre, & Spiritus ſancti à Patre & Filio, vniuerſi quoq; creatio, inſtauratio hominum, & reconciliatio, ac demùm glorificatio. Omnis quoq; ſcientia moralis inde oritur: nam boni mores, vel mali non ſunt, niſi quia conſentiunt diuinæ voluntati, aut ab ea diſſidẽt. Quartò eſt vtiliſſima cognitio, quia inde omnis mali, & vitij, vel minimi, fuga ortum habet: vt cæcus domum euerrẽs, ſemper aliquas paruas ſordes relinquit, quæ cognitionem eius fugiunt. Hinc etiam virtutum omnium augmẽtum, maximè verò fidei, quæ omnia de omnipotẽti Dei voluntate promptè credit. Inde ſpes æternorum bonorum excitatur in nobis; & amor, cognita æterna Dei charitate ad nos; & obediẽtia, cognito tanto Domino, cui meritò eſt parendum. Quintò, dulciſſima eſt hæc cognitio, quæ in omni re, quæ contingat, conſolari nos poteſt, hoc ipſo quod nouimus à Deo eſſe profectam; cùm tamen humana ſcientia arida ſit, & omninò ſine guſtu & calore, & per eam nemo aſcendat ad Deum. Sextò, huius ſciẽtiæ doctor optimus eſt Spiritus ſanctus, qui ſolus ſcrutatur profunda Dei, & ſecreta regni ſui; quod cõſiſtit in hoc, vt fiat volũtas Dei. Septimò, multos habet ſectatores hęc ſciẽtia: nã primò eã ſectator autor eius Deus, qui diſponit omnia prout vult, & agnoſcit eam certiſſimam regulam noſtræ volũtatis, ſecundùm illud: *Virga directionis virga*

Cur Paulus orauerit Coloſſenſes, vt implerentur in agnitione Dei.

Ioan. 15.
Infrà 16.

Nos quoque vt impleamur cur Deũ oremus: & quomodo Deus nos impleat.

Pſalm. 4.
Eccleſ. 1.
Pſalm. 18.
Ioan. 1.
Luc. 1.
Ibidem.
Actor. 16.
Infrà 7.

Quæ pars hominis egeat impleri agnitione Dei.

Sapien. 9.
Rom. 11.
Eſai. 40.

I. Ratio diuinã cur debemus agnoſcere voluntatẽ.

Secunda.

Tertia.

Quorum ſiue naturaliũ, ſiue ſupernaturaliũ operum ratio è ſola pendeat voluntate diuina.

Quarta ratio

V. ratio.

VI. ratio.

1. Cor. 2.
Matth. 6.

VII. ratio.

Diuinæ qui profiteantur ſcientiam voluntatis.

regni

regni tui. Deinde maximus diſcipulus eius Chriſtus homo eſt qui dixit: *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me*; Et, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Angeli etiam omnes potentes virtute, facientes verbum Dei, ad audiendam vocem ſermonum eius; &, *Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius.* Omnes etiam boni viri in hoc maximè ſtudent, vt ſe diuinæ voluntati accommodent, præſertim cùm ſint in Eccleſia, de qua apud Eſaiam dicitur: *Vocaberis Voluntas mea in ea* Omnia etiam ratione carentia, imò etiam ſenſu eius ſuo modo faciũt voluntatem: quia *Præceptum poſuit, & non præteribit,* & alibi: *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi.* Denique habet hæc ſcientia pro impugnatoribus ſtultiſſimos dæmones, & damnatos homines: qui tandem confundentur ſua die, & non euadent voluntatem Dei. Non eſt enim ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominũ; & Eſaias: *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.*

Ioan. 6. Pſalm. 102. Ibidem. Eſai. 62. Pſalm. 148. Pſalm. 118.

Quos habeat aduerſarios hæc ſcientia diuina.

Prouerb. 21. Eſai. 46.

Subdit Apoſtolus: *In omni ſapientia, & intellectu ſpirituali.* Explicat ſpeciem cognitionis voluntatis Dei, & vna eſt donum ſapientiæ, qua implemus, & guſtamus, & amamus Dei voluntatem: altera eſt intellectus ſpiritualis, id eſt, ſpiritualia penetrans, quo quaſi dentibus mandimus, & manducamus ſpeculabilia, & moralia. Græca pro intellectu habent σύνεσιν, id eſt, prudẽtiam, ob quam practica guſtamus: ſicut ſapientia, ea quæ ad ſpeculationem faciunt, quæ ſunt cauſa bonæ praxis. Et dicendo, Spirituali, diſtinguit inter prudentiam, & prudentiam; & ſapientiam, & ſapientiam; ad differentiam carnalis prudentiæ, & carnalis ſapientiæ. Nam prudentia carnis, vt alibi ait, mors eſt, prudentia autem ſpiritus, vita, & pax.

Sapientia, & intellectus ſpiritualis, quid conferaut ad agnitionẽ diuinæ voluntatis.

Duplex prudentia, & ſapientia.

Rom. 8.

Vt ambuletis dignè Deo. Id eſt, amore comparato ex amore Dei: humilitate verò ex Dei potentia conſpecta: cautela verò vitiorũ, ex hoc quod habemus eum ſemper præſentem: & vt appareat in vita noſtra non fruſtra nos à Deo edoctos fuiſſe. Ambulamus dignè Deo, cùm ipſi per omnia placere ſtudemus cogitationibus, dictis & factis noſtris. Non autem placet Deo arbor culta, quæ aut nullos, aut acerbos, & ſylueſtres reddit fructus.

Ambulare dignè, Deo quid.

In omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. Omnia bona opera fructus ſunt fidei, & amoris, quia illa præcepit Deus, qui ſolus bonus eſt, & qui fiunt à bonis, & iuſtificatis. Quia ipſius ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparauit. ¶ Creſcentes etiam in ſcientia Dei: quia vt rectè dictum fuit à Beato Franciſco, Tantùm ſcientiæ ſibi quiſque comparauit, quantum operatur. Scientia enim illa, qua Deum cognoſcimus, fructus eſt boni operis: nam in manibus abſcondit lucem, vt dixit Iob; & Dominus: *Si quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoſcet de doctrina vtrùm ex Deo ſit, &c.* Addit: *In omni virtute confortati, ſiue omni robore corroborati, ſecundùm potentiam claritatis eius.* Scientia enim Dei fortes, & robuſtos facit, vt vel ipſa morte ſint fortiores, de quo etiam ad Epheſ. dixit: *Det vobis ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine.* Et phraſis Hebræa eſt, potentia claritatis, pro potentia clara, & glorioſa, qua in reſurrectione vſus fuit, & qua nobis opus eſt dum regnant hæreſes. Gloria enim eius nobis propoſita eſt in præmium, & coronam. Et ita fortis eſt in nobis, vt ſpem excitet admirabilem ad alacriter patiendum, & ad ſuſtinenda cuncta extrema: non ſecùs atq; generoſi milites accenduntur, cùm ad pretioſa hoſtium ſpolia reſpiciunt.

Opera bona vnde proficiſcãtur, quotumque illa tantùm ſint.

Luc. 18. Epheſ. 2.

Qui creſcant in ſcientia Dei.

Iob. 36. Ioan. 7.

Scientia Dei quales homines efficiat.

Cant. 6. Epheſ. 3.

Potentia claritatis quid more Scripturæ.

In omni patientia & lõganimitate cum gaudio. Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Ita vt patientia tribulationum ſit coniuncta cum gaudio interno, & conſolatione: quanquàm ſcholia Græca gratiarum actionem coniungant cũ ſequenti clauſula prædicta: Gratias, inquit, agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit, &c. de quo, ſecundo loco dubitatum fuit. Et videtur Apoſtolus redire ad materiam gratiarum actionis, quia enumerat maxima beneficia, quæ à Deo per Chriſtum accepit.

Scientiæ Dei vitius quãta.

Verbum reſpondens illi, dignos nos fecit, Græcè eſt ἱκανώσαντι ἡμᾶς, quod eſt, idoneos, ſiue ſufficientes nos reddidit. *In partis ſortis ſanctorum.* Id eſt, in participationem hæreditatis, quæ hic contingit Chriſtianis. Et hoc *in lumine*, hoc eſt, per lumen fidei, & agnitionis, quod mundo veniens ad nos Chriſtus introduxit.

Ad II dubiũ. De ſenſu huius dicti: Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine.

Hæreditatem nomine ſortis expreſſit: quia gratuita Dei bonitate, & non vllis noſtris meritis nobis quaſi ſorte obuenit, de qua dictum eſt: Et inter ſanctos ſors illorum eſt; & damnati, dum eſſent in vita *Hæc eſt*, inquit, *pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra.* Sors enim ſanctorum ſunt illi, qui dicunt: *Sors mea Dominus*; Et, *Dominus pars hæreditatis meæ*; & rurſus: *Hæreditas mea præclara eſt mihi.*

Sap. 5. Sap. 2.

Sors ſanctorum quinam ſint.

Pſalm. 15.

Ac de præterito dixit, fecit: quia iam fecerat, dando gratiam in baptiſmo, in quo rege-

Quãdo Deus nos dignos fecerit partis

ſanctorũ in lumine, teſte Dionyſio.

regeneramur, & hæredes efficimur, in quo & illuminamur à Deo, vt à B. Dionyſio vocetur ſacramentum Illuminationis. Nam lib. de Eccleſiaſtica hierarchia, cap. d. Baptiſino, ad hunc Pauli locum alludens, ait: *Hunc itaque accedentem* (ſcilicet ad baptiſmum) *Diuina Maieſtas in ſui conſortium intus admittit, eiq; lucem ſuam* (id eſt fidem) *perinde ac ſignum aliquod tradit, ſanctum efficiens, & ſanctorum ſortis, ordinisq; participem.* Hæc ille, veluti explicans Apoſtoli verba.

Solutio tertiæ quæſt. De modo quo De^9 nos eripuit de poteſtate tenebrarum.

Ad tertium reſpondemus, quòd vbi primum Apoſtolus beneficium gratiarum actionis noſtræ, quod eſt bonum ſperatum in gloria, abſoluit, iam ſecundum aggreditur, quòd videlicet eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ. Id eſt: Liberauit ex ſeruitute dæmonum, qui tenebræ dicuntur, iuxta illud: *Hæc eſt hora veſtra (ô Iudæi) & poteſtas tenebrarum*, hoc eſt dæmonum per vos operantium, & contra me per ora veſtra clamantium. *Tolle tolle, crucifige eum.* Sunt autem tenebræ, quia in illis non lucet Chriſtus veritas: & quia ipſi ſunt dilectores, & fabricatores mendaciorum, idololatriæ, & falſorum dogmatum exiſtunt: deniq; propter tenebras quas effundunt hominibus, & ad peccata alliciunt, & per peccata tenebroſa regnare ſolent. Tertium beneficium eſt, quia tranſtulit in regnum filij dilectionis Chriſti. ¶ Regnũ enim Chriſti per oppoſitum, regnum eſt lucis, & regnat per lucem fidei, & prudentiæ in nobis. Vnde dixit: *Ego ſum lux mundi*; *Et, Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*, & trãſtulit ex Adam patre, qui habuit ducem Satanam, & ſolicitatorem ad peccãdum: quare & cùm peccaſſet, à Deo ſe abſcondit. Et omnis peccator conſcientiam accuſantem odit, & Dominus conqueſtus eſt, quòd cùm veniſſet lux in mundum, dilexerunt tamen homines magis tenebras, quàm lucem; &, *Omnis qui malè agit* (id eſt, qui delectatur malè agendo) *odit lucem*, veritatis accuſantis, & lucem conſcientiæ reprehendentis.

Luc. 22.

Ioan. 19.

Cacodæmones tenebræ tripliciter appellantur.

Quale ſit regnũ Chriſti, in quod ſumus trãſlati.

Ioan. 8. *Ibidem.* *Infrà 9.*

Geneſ. 3.

Ioan. 3.

Cur potius Chriſtus, quã Spiritus ſanctus filius dilectionis appelletur.

Dicitur Chriſtus Filius dilectionis Patris, non Spiritus ſancti; quia dilectio non ſolet propriè, & naturaliter ſumi, id eſt, pro Spiritu ſancto, ſed eſſentialiter pro amore communi tribus perſonis. Filius ergo dilectionis dicitur, hoc eſt Filius ſingulariter dilectus, etiam quatenus homo eſt: nam dilectionem Dei ad ſe, & pro ſe ad mundum explicauit, cùm dixit Pater: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et ita hoc regnum Chriſti eſt regnum potentiæ Patris; & ſapientiæ Filij, & bonitatis & amoris Spiritus ſancti: quia extra ſe omnia opera-

Matth. 3. *Infrà 17.*

tur B. Trinitas. Et ciues huius regni pręſtare virtute, & ſapientia, & bonitate debent. ¶ Quartum beneficium: *In quo* (ſcilicet Chriſto, & non in vllo Angelo, vt tradit Simonis ſchola) *habemus redemptionem* (& in Græco textu additur, *per ſanguinem ipſius*) *remiſſionem peccatorum.* Id eſt: Habemus libertatem à peccati, & dæmonis ſeruitute, non autem à Romanis, aut ab homnibus, quos nacti ſumus dominos quoquo modo noſtros. Et hęc per Chriſti ſanguinem. Redemptio Græcè dicitur ἀπολύτρωσις, & pretium eſt quod penditur pro redemptione: atque hæc facta eſt per ſanguinem Chriſti in cruce fuſum, & in Euchariſtia potatum, ne tantùm myſterium poſſit nos ipſos latere, aut ignoratum nobis manere. Aitq́ue appoſitiuè redemptionem, remiſſionem (id eſt, quæ eſt remiſſio) peccatorum. Idem ipſum dixit ad Roman. 3. & ad Epheſ. 1. niſi quòd poſt in poſteriori loco παραπτώματα habetur, hic verò, & ad Roman. 3. ἀμαρτίας, quas voces Paulus ſæpè confundit: quod docet horum locorum collatio, & non opus eſt particula, Et, ſi legas per appoſitionem, vt dixi, ſed abundet more Hebræo.

Quid habere redemptionẽ in Chriſto per ſanguinẽ ipſius.

Rom. 3.

AdIV. dub. Chriſtus cũ ſit homo, quomodo ſit imago Dei inuiſibilis.

Fuit quarto loco dubitatum, quo modo ſit Chriſtus imago Dei inuiſibilis, &c. vbi deſcribit perſonam Chriſti, quem verum Deum, & verum hominem eſſe fatetur, & quaſi per occupationis figuram de eius gloria, & magnitudine verba facit, ne quis diceret, Quomodo tãta beneficia Dei per Chriſtum contingere potuerint, cùm homo abiectus, & contemptus fuerit habitus in hoc mundo?

Aliter Chriſtus, aliter cęteri homines ſunt imago Dei inuiſibilis.

De Chriſto ergo ſingulariter & eminẽter dicitur quòd ſit imago Dei inuiſibilis, de nobis verò dicitur, quòd conditi ſumus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Paulus etiam ad Corinth. virum imaginem, & gloriam Dei vocat, ac proinde velare caput ſuum non debere. Sed hic Chriſtus imago Dei inuiſibilis vocatur à Paulo, vt intelligamus, eundem Dei Patris, qui eſt inuiſibilis, gerere ſimilitudinem, & imaginẽ, quia eſt naturalis, & conſubſtãtialis imago, hoc eſt Filius Patrem perfectè repræſentans, vt quodcunq; eſt in Patre, poſſit & in Chriſto videri, ſecundùm illud: *Philippe, qui videt me, videt & Patrem.* Vir autem dici poteſt imago Dei viſibilis, id eſt, Chriſti, qui quatenus homo eſt, non eſt perfecta Dei inuiſibilis imago. Et cùm dicitur Deus inuiſibilis à nobis hominibus, & ab Angelis, hoc etiam limitãdum eſt, ſecundùm ſcilicet vires, quas Angeli & homines in creatione acceperunt. Nam ſecundùm vires gratię, & gloriæ.

Geneſ. 11. *1. Cor. 11.*

Hic propoſita ſoluitur dubitatio.

Ioan. 14.

Deus quatenus ſit hominibus, & Angelis inuiſibilis.

Matth 18.
1 Ioan. 3.

N. ſi Chriſt⁹ verbum Patris, eſſet inuiſibilis ipſe quoq; quid inde.

gloriȩ Angeli ſemper vident faciem Patris, qui in cœlis eſt, & homines ſua die intuebuntur ſicuti eſt. Et quemadmodùm Pater inuiſibilis eſt, ita & Filius eius inuiſibilis; alioqui non eſſet eiuſdem naturæ cum Deo, & conſequenter non eſſet filius, quia filius eſt eiuſdem naturæ cum patre ſuo, ita Filius eſt imago Dei innifibilis, ac per hoc etiam ipſa imago ſub viſum non cadens, nam quomodo aliàs repræſentare Deum poſſet inuiſibilem? Hinc Paulus ad hoc aſpiciens, dixit: Imago Dei inuiſibilis, vt non ſolùm deitatem, ſed vt ſic dicam, etiam inuiſibilitatem in imagine intelligeremus; & ne putaremus Chriſtum eſſe imaginem viſibilē, ſicut Deus eſt inuiſibilis. Deinde etiam nō dixit, Imago Patris inuiſibilis, ſed, imago Dei inuiſibilis: quia non paternitatem, ſed deitatem inuiſibilem accepit Filius à Patre. Eſt enim Filius, nō Pater, productus à Patre inuiſibili, vt ſit ei ſimilis in deitate inuiſibili: ergo tam diſtinctio perſonarum imaginis Filij à Patre Deo inuiſibili, à quo procedit, quam ſubſtantialis deitas imaginis ſignificatur, cùm dicitur de Filio, quòd eſt non accidentaliter, ſed ſubſtantialiter imago Dei inuiſibilis.

Ad V. dubiū. Si Chriſtus eſt creator, quare primogenitum omnis creaturæ eum Apoſtolus vocat.

Soluamus quintum dubium circa illud: Primogenitus omnis creaturæ. Dicimus, Arrianos ex hoc loco argumenta collegiſſe contta Deitatem Filij: tum quia appellatur Filius dilectionis ſuę, tanquam ſit filius genitus ex libera dilectione: tum quia dicitur imago Dei inuiſibilis, tanquam ſit imago, in qua videatur Deus: tum denique ex hoc quòd dicitur Primogenitus omnis creaturæ: vnde argumentum conflabant, tanquam Chriſtus ſit primogenitus inter omnes creaturas. Sed vt alia pro more ſuo torquent, & inuertunt, ita hoc. Non enim ait Apoſtolus πρωτόκτιστος πάσης κτίσεως, vel πρωτοκτισθείς, vt Ambroſ. annotauit, hoc eſt, Primò creatus omnis creaturæ, vt vel inuiti debeant intelligere differentiam in hoc, quòd omnis creatura, vt vox ſonat, creata eſt, Filius autem de ſubſtantia Patris eſt genitus.

I. Ratio pro æternitate Filij Dei aduerſus Arrianos. *Amb. hoc loco tom. 5. & lib. 1. de Fide. cap. 4. tom. 2.*

Ioan. 1.
Secundum, ac tertium.

Denique ſi per ipſum factum eſt quicquid factum eſt, vt ait Euangeliſta, ipſum genitum oportet eſſe, non factum. Tertiò, qui non eſt omnibus modis æternus, nec Deus quidem eſt. Et hoc notandum eſt in Michaelem Seruetum, qui dicebat, Chriſtum non eſſe Filium Dei, niſi reſpectu duntaxat humanæ naturæ, ideóque æternum eſſe negabat: adeò vt iam moriturus Seruetus, æternum eſſe, aut æternum recipere recuſauerit. Sed vbi illud: *Egreſſus eſt ab initio, à diebus æternitatis?* & illud: *Ab initio & ante ſecula creata ſum?* Et, *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum.* Et, *Ante Luciferū genui te?* Item, *Regi ſeculorum immortali, & inuiſibili?* Et quomodo Filius quem nondū genuerat, condidit ſecula?

Impius Michaël Seruetus, vnde Chriſtum æternum eſſe negauerit.

Micha 5.
Eccleſ. 24.

Prouerb. 8.
Pſalm. 109.
1. Tim. 1.

Verbi Apoſtolici: Qui eſt Primogenitus omnis creaturæ, prior ſenſus.

Eſt ergo huius literæ duplex ſenſus: alter, quòd eſt genitus ante omnes creaturas, cùm prius ſignificatum ſit nobis, quòd productus eſt Filius Dei: nunc verò deſignetur eius æternitas ex hoc, quòd eſt genitus ante omnem creaturam, & ita excluditur error Arrij ponentis Chriſtum primam creaturam. Et primogenitum vocat ſecundùm æternam generationem, nō reſpectu poſteriorum, quaſi alij poſt eum geniti fuerint: attamen iuxta morem Scripturæ, primogenitus dicitur, ante quē nullus ſit procreatus, non autem poſt quem alius ſit productus. Quamobrem dum ait: Primogenitus omnis creaturæ, nō reſpicit creaturā ſecundùm generationis modum, ſed eo modo, quaſi dixiſſet, Natus ante omnem creaturam. Nam quod ęternum eſt, præcedere debet omne creatum. Et ita accipiendum eſt illud, quod Sapientia ipſa de ſe dicit: *Ego ex ore Altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.* Et Theodoritus explicans hæc verba, ait: *Eſt ergo Primogenitus omnis creaturæ: non quòd ſororem habeat creaturam, ſed quòd ante omnem creaturam ſit genitus. Quomodò enim fieri poſſet, vt idem eſſet frater creaturæ, & opifex? Si enim, vt dicunt hæretici, eſt creatura; habet creaturam ſororem. Fieri autem non poteſt, vt idem ſimul eiuſdem ſit frater, & opifex. Eum autem opificem vocat ſacra Scriptura. Quòd ſi opifex, non ergo frater.* Hæc ille.

Quem ſoleāt Scripturæ primogenitū appellare.

Eccleſ. 24.

Si Chriſtus eſſet creatura, quid inde.

Alter ſenſus eſt eorum, qui non ſatis exploratum habent, an prior ſenſus, etſi vera contineat, ad mentem tamen ſit Apoſtoli. Nam cur dixiſſet primogenitum iuxta diuinam naturā, cùm non ſolùm nullus poſt eum genitus ſit, ſed nec vllus gigni potuerit? Primogenitus autem ſemper habet reſpectum poſteriorum, qui poſt oriuntur, ſaltem ſecundùm poſſibilitatem quæ cogitatur in mente: abſurdum autem eſt hoc cogitare de Deo.

Poſterior ſenſus priorem impugnans dupliciter.

Adhæc nō idem videtur ſignificare, Primogenitus ante omnem creaturam, quod ſignificat, Genitus ante omnem creaturā; ſed quod inter creaturas ipſe ſit primogenitus. Nam & de creaturis etiam dicitur quòd ſint genitæ, non quidem ea ratione, qua creatæ ſunt ab initio, ſed quatenus adoptatæ. Nam Iacobus ait: Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Quare Chriſtus verè dici poteſt, quatenus homo eſt, aliquam primatus prærogatiuam habere. Nam

II. Ratio confutationis.

Iacob. 1.
Qua ratione Chriſtus vt homo, à Deo Patre genitus ſit.

ipſe

ipſe in eo quòd homo eſt, ſanctificatus à Patre dicitur præ illis eximiè, quia ſanctificatio nihil eſt aliud, quàm quædam ſpiritualis generatio per Spiritum ſanctum facta: vnde & reſurrectio dicitur generatio. Ita enim Paulus interpretatur illud: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, in die ſcilicet reſurrectionis. Hæc enim generatio fuit ſanctificatio quædam, & plenitudinis Spiritus ſancti collatio reſpectu cæterorum, qui & ipſi per Spiritum ſanctum adoptati ſunt. Et hæc inter Chriſtum & alios aſſignatur differentia, quòd etſi ſit ſanctificatus, non dicitur filius Dei adoptiuus, ſed naturalis, tametſi hoc habuerit ille homo gratiosè, vt eſſet naturalis Dei Filius propter vnam hypoſtaſim, in qua ſunt duæ illæ naturæ vnitæ. Filiatio enim conuenit hypoſtaſi, quoniam de perſona dicitur quòd ſit Filius, non de natura. Et ſecundùm hanc rationem Chriſtus poteſt dici Filius ſecundùm omnem ſanctificationem, ſicut dicitur primogenitus mortuorũ; & ad Roma. *Vt ipſe primogenitus in multis fratribus.*

Ioan. 10.
Actor 13.
Pſalm. 2.
Eſai 11.
Luc. 4.

Chriſtus homo cũ ſit, vnde naturalis dicatur, non adoptiuus Filius Dei.

Apoc. 1.
Rom. 8.

III. ſenſus.

Tertius ſenſus eſſe poſſet, quòd eſt primogenitus poſſeſſiuè omnis creaturæ: nam deſcriptio modo quo genitus eſt Filius, deſcribitur eius vniuerſale dominium, non cęli, aut terræ, ſed vniuerſæ creaturæ, quòd maius eſt. Nam vt primogenitus regni, vel imperij, eſt dominus regni, vel imperij, ita primogenitus omnis creaturæ, quia eſt genitus dominus omnis creaturæ: ius enim primogenituræ eſt dominium hæreditatis paternæ.

Iam aduerſus Eraſmum illud ſuccurrit: quia legit πρωτοτόκος cum accentu in penultima, & non πρωτότοκος in antepenultima: nam hæc vox ſignificat primogenitum, altera verò cum accentu in penultima ſignificat eam, quæ primò eſt enixa, quæ primipara dicitur, vt ſit ſenſus, Chriſtum omnia tanquam matrem produxiſſe, & ab eo primo omnia condita. Sed huic ſenſui profectò repugnat perpetuus codicum Græcorum, & Latinorum conſenſus, & tollit diſcrimen quod eſt inter generare, & creare, ſeu condere.

Vnde Chriſt⁹ ſit primogenitus omnis creaturæ, ſecundũ Apoſtolum.

Subdit Apoſtolus: *Quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, &c.* Probatur primogenitus omnis creaturæ ex eo, quòd omnia creata ſunt in ipſo, hoc eſt in imitatione ipſius, vt efformata ad imitationem formæ, ſiue exemplaris. Ita enim interpretatur Beatus Thomas. Atque ex hoc euincitur, quòd ipſe ſit Dei ſubſtantialis imago: quia conſtat omnia creari ad imitationem diuinæ naturæ. Ex hoc namque, quod id eſt proprium diuinæ naturæ, conuenit Filio, ſcilicet, ad eius exemplar, & imitationem reliqua condi, infertur quòd eſt imago Dei, nempè Deus: & ex eo quòd omnia creata condidit ad imitationem ipſius Filij, infertur quòd eſt genitus ante omnem creaturam, & genitus Dominus eſt vniuerſæ creaturæ, licèt hunc ſenſum quidam reijciunt.

B. Tho. lect. 4. tom. 10.
Idem cur ſit imago Dei inuiſibilis.

Quod ait: *In ipſo*, quidam interpretantur, *per ipſum*: quod refellitur, quia mox ſubiungit: *Per ipſum, & in ipſo.* Alij verò, in ipſo, veluti in exemplari, vt diximus, quia in illo ſunt omnium rerum creabilium formę, ad quarum exemplar ſunt omnia condita. Sed ſi res ita ſe habet, non erat dicendum, in ipſo, quia in exemplari nihil fit, & quod fit inde potius educitur. Vel potius debuit dicere, ſecũdùm ipſum, quia ſecundùm ſignificat cauſam exemplarem.

Huius particulæ, in Chriſto condita ſunt vniuerſa, duplex interpretatio reijcitur.

Sed melius eſt, vt dicamus per ipſam facta eſſe omnia, quia cum Patre Filius omnes creaturas condidit. In ipſo autem ſunt condita omnia, tanquam decreto capite, & fundamento, in quo cuncta collocarentur, atq; conſiſterent: quare & principium dicitur creaturæ in hac ſignificatione, quia illi annectuntur Dei creaturæ per fidem, & tanquam palmites in vite in eo manent, & neceſſarium ſuccum trahunt.

Tertia proponitur longè melior, ac probabilior.

Ioan. 15.

Nemo verò turbetur, ſi ipſe venerit in mundum poſt multos ſanctificatos: quia nullus ſanctificatus eſt, qui non ex eius plenitudine acceperit. Ille namque in diuina prædeſtinatione ante omnes fuit, de quo Ioannes Baptiſta, *Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat:* vt inueniatur primogenitus Angelorum, cùm ipſi in illo conditi ſint, ſanctificati & glorificati.

Quomodo Chriſtus eſt primogenit⁹ omnis creaturæ, cũ angel., & plerįq; ſancti ſint illo priores.
Suprà 1.

Inuiſibilium hic recẽſet Apoſtolus quatuor ſpecies. Prima eſt primæ hierarchiæ, ſecunda & quarta ſecundæ, tertia verò, id eſt, Principatus, tertiæ hierarchiæ, quæ Simon Magus tradebat condita per Enneadem: Viſibilia, hoc eſt Mundus, & Homo, per Angelos, vt docet Epiphanius in Simonem, & in Baſilidem; cuius doctrina hic ab Apoſtolo reprobatur. Nec ſemper ab ordine nominationis valet argumentum ad demõſtrationem dignitatis excellentioris ſumendam. Vnde interdum Pater prænominatur Filio, & ſæpè Filius Patri, interdum verò Spiritus ſanctus vtrique præponitur. Inuiſibilia etiam ſignant materiam informem, quam Septuaginta vocant ἀόρατον, & cœlum empyreum, & eius habitatores quos nominat.

Quatuor genera inuiſibilium in Chriſto conditorum.

Epiph. in hæreſim in ordine 21.

Chriſtus vt ſit ante omnia, & omnia in ipſo conſtent.

Et ipſe eſt ante omnia, & omnia in ipſo conſtant. Græcè enim legitur vbique πάντα. Et eſt ſermo de Chriſto, quatenus Deus eſt; dixerat enim ſuperius de vniuerſis, quòd condita eſſent per ipſum; nunc ait: quod ipſe eſt ante vniuerſum. Et non ait: Ipſe ante omnia factus eſt, ſed ſimpliciter ipſe eſt ante omnia. Subdit: *Et omnia in ipſo conſtant.* Id eſt, Omnia in ipſo cōſeruantur. Et quia Græcè dicitur εἰς αὐτὸν, & pōt verti ἐν αὐτῷ, id eſt, ſibi; reſpondere enim ſolet. ל. Hebræum præpoſitioni Græcè εἰς. Ideò diuus Chryſoſtomus homil. 3. ante medium ait, quòd in ipſum pondet omnium hypoſtaſis. Quaſi dicat, nō ſolùm omnia per ipſum creata ſunt, ſed per ipſum conſeruata; adeò, vt ſi cura ipſius deſtituerentur, omnia perirent.

B Chryſoſt.

Ad VI. dub. Caput Eccleſiæ quo modo ſit Chriſtus. Epheſ. 1.

Sextò dubitatum fuit in his verbis: *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.* Hoc de capite eccleſiæ explicatum fuit ad Epheſ. 1. Et caput vocat, quia ex ipſi tanquam ex capite ſpitituali fluunt gratiæ in nos omnes, qui eius membra ſumus. Reliqua lege ibi, ſi velis.

Ad ſeptimū. Quam verè Chriſtus primogenitus ex mortuis.

Ad ſeptimum circa illud: *Qui eſt principiū primogenitus ex mortuis.* Senſus eſt: Chriſtus eſt principium, vnde proceſſimus, & in quo conſiſtimus, quamquam Græcè non ἀρχὴ, vel ἀπαρχὴ legiſſe videatur Theodoritus: nam interpretatur: Qui eſt principiū, pro eo quod eſt, Qui ſurrexit à mortuis. Vnde ſubiungit Primogenitus mortuorū, ſiquidē primitiæ (quas ἀπαρχὴν vocat Græcus codex) præcipua quæque ſunt; & ideò in hoſtiam offeruntur, quarum oblatio totam maſſam ſanctificabat.

1. Cor. 12.

Et confirmatur hic ſenſus, quia alibi appellatur Chriſtus ἀπαρχὴ, ſiue primitiæ dormientium. ¶ Primogenitum autē non tam in anticipatione temporis, quàm in maturitate perfecta fructus conſideratur. Nam & Chriſtus dictus eſt primitiæ dormientium, nō quia primus reſurrexit, ſed quia primus perfectiſſimè ſua virtute non amplius moriturus reſurrexit. Et ideò dicitur primogenitus ex mortuis, quòd eum vt primitias debeat ſubſequi φύραμα; id eſt conſperſio, ſiue maſſa, quæ fuit in Eccelia illa primitiuorum, ſeu primogenitorum, de qua ad Hebr. 12. Et reſurrexit vt caput Eccleſiæ totius, hoc eſt, tanquam in cauſa reſurrectionis totius carnis.

Rom 6.

Hebr. 12.

Octauæ ſolutio quæſt. Qualem teneat Chriſt' primatum in omnibus.

Octauæ dubitationi reſpondendum, cum dicitur: *Vt ſit in omnibus ipſe primatū tenens.* Græcè πρωτεύων, & 1. Io. 3. ὁ φιλοπρωτεύων, id eſt, in quouis ordine, nō tantū creationis ab initio, verumetiam reparationis, & inſtaurationis: nec tam in operibus naturæ, quàm gratiç. Et in ordine viſibilium, & inuiſibilium creaturarum. Vnde manifeſtatur, ipſum ad nos venturum fuiſſe, etiamſi Adam minimè peccaſſet. Primatus enim iſte non ex ea parte tantùm conſiderandus eſt, qua Deus erat, ſed qua homo erat etiamſi ratio, & cauſa primatus huius hominis, ipſa Deitas extiterit. De hoc primatu dicitur: *Et in omni populo, & in omni gente primatum habui*, id eſt, Ab initio dominatus ſum, & in omni populo Iudæorum, & Gentilium, id eſt, Regebam omnia, & gubernabam tanquam primus.

Eccl. 24.

Nonæ quæſtion. ſolut. De plenitudine diuinitatis in Chriſto inhabitare.

Nonum dubium expediamus: & notandum, nōnullos codices habere: *Omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare.* Sed deprauati fuerunt: nam tam in Grçcis codicibus quàm in Latinis deeſt verbum diuinitatis. Chryſoſtomus etiam ait quoſdam intelligere de plenitudine diuinitatis, ergo ipſe non habebat in textu Græco, diuinitatis, quemadmodum Latini, Lyranus, & Dionyſius Carthuſianus prius de plenitudine gratiæ, deinde de plenitudine diuinitatis interpretantur.

Quæ ratio ſit, cur Chriſtus in omnibus primatū teneat, teſte Paulo.

Reddit autē rationem Apoſtolus, quare Filius primatum teneat in ordine gratiarum: quia in ipſo Chriſto homine complacuit omnem gratiarum plenitudinem inhabitare: & prima gratia, quòd ſit primus, & principium, & caput Eccleſiæ.

In anima Chriſti inhabitauerit cur omnium plenitudo donorum.

Pondera verbum, *Complacuit.* Vt excludat omne meritum, non enim meruit anima Chriſti plenitudinem gratiarum, ſed illa poſita, orta ſunt merita. Et non dicit tantùm plenitudinem, ſed, omnem plenitudinem, vt nihil gratiæ intelligamus illi defuiſſe: & omnia dona, & chariſmata pleniſſimè habuiſſe intenſiuè, & extenſiuè. Et ait: *Inhabitaſſe*; vt intelligamus omnem plenitudinem gratiarum, non ad tempus, vt in alijs ſanctis, ſed perpetuò fixas in Chriſto manſiſſe, quemadmodum Eſaias dixit: *Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, &c.* & Ioanni Baptiſtæ dictum eſt: *Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.*

Ioan 1.

Secundum Oecumeniū, quid inhabitare. Oecum. c. 4.

Quod ergo Eſaias dixit: *Requieſcet*, & Ioannes, *Manere*, expreſſit hic Apoſtolus per verbum Habitandi. Ponderat Oecumenius, non in modum habitus inhabitaſſe, ſed per modum ſubſtantiæ: ſicut anima in corpore, non anima factus corpori, ſed in corpore, in illo quod animatum erat, vnitus, quomodo vnitur anima corpori, &c. non vt efficacia quçdam, ſeu operatio, ſed ſubſtātia. Hçc ille. Et hic ſenſus de ple-

Digitized by Google

nitudine donorum, & gratiarum quadrat, quia Ioan. 1. dictum eſt: *Vidimus eum plenum gratia, & veritatis: &, De plenitudine eius nos omnes accepimus.*

Ioan. 1.

Omnes plenitudo in Chriſto qualis inhabitet, iuxta Theodoritum.
Epheſ. 1.

Theodoritus per omnem plenitudinē, quæ Epheſ. 1. eſt, ipſa Eccleſia interpretatur. Ita quoque in hoc loco exponit: quia quodammodò Eccleſia in Chriſto inhabitat, & Chriſtus in ea, propter ſummam capitis cum corpore coniunctionem. Alij verò referunt omnem plenitudinem ad Deitatem, ſicut capite 2. huius epiſtolæ ait: *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*: quia etſi non poſſit diuidi in partes, & communicari nobis diuiſim, tamē ob id dictum eſt, quòd diuinitas nullum ſibi donum retinuit, quod non Chriſto contulerit, vt explicetur humanitas peculiare, & ſingulare templum, in quo Pater ſibi complacuit.

Alter ſenſus.
Coloſſ. 2.

Decimū dubiū diluitur. De modo pacificationis omniū ſiue terreſtriū, ſiue cœleſtium per ſanguinē Chriſti.

Ad poſtremum illud; *Et per eum reconciliare omnia in ipſo, pacificans per ſanguinē Crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Hic in primis reprobatur iterum doctrina Simonis, qui faciebat Angelos mediatores. Nam per vnum Chriſtum voluit Pater reconciliari omnia extra ſe, & per ſanguinem eius fuſum in cruce, vel oblatum Patri per ſacerdotem: ex quo pacificata omnia quę in terris, & quæ in cœlis. De cœlis certum eſt: quia factum eſt prælium magnum in cœlo, & omnia ſunt pacificata in ſpe regni futuri, per quod reparari debebant Angelorū ruinæ: quod declarauit Dilectus poſt enarratam illam deiectionem, cum ait: *Nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius.* Attamen cùm poſteà inuidia diaboli labefactata eſſet peccato terra, & corruiſſent omnes homines, nō modò tutbatum eſt regnum, ſed etiam omninò deperditum, niſi ipſe Chriſtus de integro ſibi regnum comparaſſet. Cœlum deplorabat ſuos ciues, dum nec Angelos ſuos qui ceciderant, videret; & quia ad reparationem loco illorum inſtituti erāt homines, quos tamen deturbatos arte diaboli cerneret, rurſus Chriſtus, vt dixi, qui ſanguinem ſuum pacificauit omnia: quia vt etiā in Apocalipſi dicitur, vicerunt ipſos dęmones propter ſanguinem Agni.

Apoc. 12.
Pſal. 109.
Apoc. 12.
Sapient 3.
Geneſ 3.
Rom. 8.
Apoc. 12.

Qui negare videantur, pacificaſſe omnia Chriſtū, quæ in terris ſunt.

Sed quomodo pacificauit omnia in terra, non ſatis apparet, ſi vera eſſet illa ſententia eorum, qui dicunt, Chriſtum fudiſſe ſanguinem pro ſolis electis, & prædeſtinatis, ita vt in illa vniuerſa generis humani maſſa ante vlla præuiſa merita, aut demerita aliquos ſecreuerit, ac prædeſtinauerit, reliquos verò nō prædeſtinatos in ſua perditione dimiſerit. At hoc profectò non eſt pacificare omnia quæ in terra, ſed æterna Dei ira māſiſſet ſuper eos, quibus cum pacem nequaquam fecit, aut facit. Quare dicendum eſt, Chriſtum pacificaſſe omnia, quod ad ſe attinet, & niſi quiſque ſua ſponte in nouum crimē incideret, pacem illam non perderet, & nullus propter peccatum illud vetus pœnas æternas lueret. Et de his ſatis.

Si pacificauit omnia Chriſtus quæ in terris ſūt, vnde tot reprobi, atq; damnati.

DISPVTATIO III.

In verba illa Apoſtoli: *Et vos cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu, in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem, exhibere ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles corā ipſo. Si tamen permanetis in fide fundati, & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelij quod audiſtis, &c.* vſque in finem capitis.

Ratio Apoſtolici contextus.

HACTENVS Apoſtolus graphicè, & ſuis, vt aiunt, coloribus Chriſtum depinxit, & potiſſimum varijs argumentis euicit quòd Filius Dei ſit; docuit etiam, quòd per huius Filij plenitudinem Deo Patri placuit omnes abſoluere iuſtificatos, & quæ hactenus dixit, ſpeciatim iam accommodat ad Colloſſenſes, vt ſcilicet agnoſcant ſeipſos eſſe, quos Deus Pater participes facit ad participandam ſortem ſanctorum in lumine; quos etiam de poteſtate tenebrarum eripuit, & tranſtulit eos in regnum Filij dilecti: quos Chriſtus redemit ſuo ſanguine, quorum & eſt caput, & apud Deum mediator. Et quò maiori alacritate hoc beneficium per Chriſtum exhibitum participiant; commonefacit eos vitæ prioris, & quales aliquando fuerint ante illuminationem fidei. Eadem omninò bis ad Ephcſios commemorat Apoſtolus.

Prima dubitatio.

Dubitatur ergo primò, quid eſt: Cùm eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu, in operibus malis: nam inimici efficimur non ſenſu, ſed voluntate: ſed quid eſt corpus carnis, an fortè eſt aliquod corpus ſine carne? Et quomodo exhibet nos inculpatos, & immaculatos, & irreprehenſibiles, cùm ſemper, dùm viuimus, peccatores ſimus, & in magnis periculis verſemur: quomodo igitur inculpati ſimus, cùm in multis, teſte Apoſtolo Iacobo offendamus omnes, & indigeamus petere miſericordiam pro eorum remiſſione?

Iacob 3.

Secunda.

Secundò dubium eſt in illud, *Qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis,& adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius,quod eſt Eccleſia*: dubitatur enim, quidnam defuit paſſioni Chriſti, de qua ſcriptum fuit, *Opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam*: & qui dixit in Cruce, *Conſummatum eſt*;& Apoſtolus: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos*. Operi autem perfecto, & conſummato nihil deeſſe videtur. Et an hic locus quicquam faciat pro indulgentijs tuendis,quas Pontifices in beneficium omnium concedere ſolent.

Ioan 17. Infrà 19. Hebr. 10.

Tertia.

Tertiò dubitatur an illis Apoſtoli verbis: *cuius factus ſum ego miniſter, vt impleam verbum Dei*; ciuſnam ſe dicit miniſtrum, ipſius Eccleſiæ, an capitis Eccleſiæ? quid rurſus eſt implere verbum Dei? nunquid eget noſtra opera, vt ipſum impleatur, an non potius nos eo indigemus, vt impleamur? Et quale eſt hoc miſterium à ſeculis abſconditum, & nunc pateſactum ſanctis?

Quarta.

Quartò, quid eſt quòd ait: *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Domino noſtro Ieſu Chriſto*. Hæc autem breuiter ſunt expedienda,& illuſtranda.

Primæ quæſtionis ſolut. Vt fuerint Coloſſenſes alienati à Deo vero & inimici ſenſu

Ad primum igitur reſpondemus, vocare Apoſtolum Coloſſenſes alienatos à Deo vero, qui dijs plurimis & ſimulachris mutis excæcati ſeruiebant. Et inimicos ſenſu, vel potiùs mente, vt ſæpiùs annotauimus, vt fortè dicas cum Nicoalo Lyrano, pertinere ad corporis ſenſum: quia totus homo quantus quantus, à Deo diſſidebat, & corruptiſſimus erat, & opera inimici præſtabat, & erant inimici actiuè, & paſſiuè, quia tales nos omnes ſumus extra Chriſtum.

Nicolaus de Lyra.

Mala cur opera Coloſſenſium, & vnde prouenerint.

¶ Et vocat opera mala, quia probabant ea, & conſentiebant peccato, etiam ſecundùm partem hominis ſuperiorem, quæ eſt mens & voluntas.

Significatque fontem operum, & cogitationum noſtrarum tali veneno fuiſſe infectam, vt nihil aliud potuerit homo de ſe fundere, quam mortifera. Hos itaque ait reconciliatos, non per Angelos, ſed per ſe ipſum; & non ex operibus, cùm mala eſſent, nec operari bonum poſſent. Et, *Nunc*, inquit, tempore Noui Teſtamenti poſt illuminationem, & fidem, qua apprehendimus reconciliationem, & pacificationem.

Qualis hæc phraſis, reconciliauit in corpore carnis.

Hebr. 5.

In corpore carnis. Locutio videtur in ſpeciem abſurda, & perinde eſt ac dicere, Corpus humanum, quod commune habuit Deus nobiſcum. Ita dicitur ad Hebræos 5. *Qui in diebus carnis ſuæ*; id eſt, Dum ageret in mortali corpore ad differentiam corporis Eccleſiæ, de quo infra ait: *Pro corpore eius quod eſt Eccleſia*.

Coloſ. 1. Epheſ. 1.

Quantũ hoc verbo dãnet errorem Apoſtolus.

Tulit ergo corpus carnis, & in eo non in apparentia paſſus eſt. Et dicimus in hæreſim Archonticorum, qui negabant Chriſtum verè paſſum, niſi tantum hominum exiſtimationem. Idem in Baſilidem tradit ex eius ſententia Epiphanius, Chriſtum in phantaſia tantum apparuiſſe, nec veram carnem ſuſcepiſſe, nec paſſum, aut mortuum, ſed eius loco Simonem Cyrenenſem.

B. Epipha. in hæreſin 24. ante medium

Sed addit Apoſtolus: *Per eius mortem*. Vt oſtendat paſſionem perueniſſe ad mortem, & vt moriendo victimam perfectam Deo offerret.

Coloſſenſes quate Deo reconciliati dicantur per mortẽ Chriſti.

Reconciliationis Coloſſenſiũ finis quinam: idẽ quomodo ſancti.

Epheſ. 1.

Exhibere (id eſt exhiberet) *vos ſanctos, & immaculatos,& irreprehenſibiles coram ipſo*. Similia tradit ad Epheſæos 1. Eſt autem hic finis reconciliationis Chriſti. Et quia prius locutus eſt de prima ſalutis noſtræ parte, id eſt, de peccatorum remiſſione, & de reconciliatione, aggreditur ſecundam, quæ ſpectat ad vitæ nouitatem. Sanctos ergo vocat purificatos Spiritu; & hæc ſanctitas, duntaxat inchoatur, & indies progreſſus facit, ſed non erit ante perfecta, quam Chriſtus ad omnium inſtaurationẽ apparuerit.

Qui ſint immaculati,& irreprehenſibiles.

Apoc. 12.

Ait ergo, immaculato, Græcè *ἀμώμους* id eſt,quos nec Deus ipſe Momus, & accuſator fratrum ſuorum poſſet reprehendere. Irreprehenſibiles verò, quos ipſa conſcientia non mordeat. Et hoc coram ipſo Deo, ſiue oculis Dei. Et hoc ad differentiam aliorum, qui videntur ſancti, & irreprehenſibiles coram mundo, quos tamen Deus pro talibus non habet. Et dum viuimus, exhibat nos ſanctos, non per imputationem Hæreticorum, ſed virtute. *Immaculati, & irreprehenſibiles*. Id eſt, abſque macula criminis lethalis, ſignificati in illis duabus vocibus. Nam & peccatum hominem maculat,& reprehenſioni aliorum obnoxium reddit. Atque in hoc ſenſu nos eſſe poſſe immaculatos in hac via, certum eſt, quia id affirmat Spiritus ſanctus,cum ait: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini; & Frater Domini: *Religio munda,& immaculata apud Deum & Patrem*, hæc eſt viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Poteſt ergo iuſtus Dei gratia id aſſequi, vt immaculatum ſe ab hoc ſeculo, & eius concupiſcentijs cuſtodire valeat. Et hoc non eſt opus quòd omni prorſus culpa,etiam veniali vacet, quod hæretici videre nolunt.

Pſalm. 118. Iacob. 1.

Contra Lutheranos negantes nos poſſe abſtinere peccatis.

Perperam igitur Pelagiani hoc loco abutebantur, vt excluderent gratiam remiſſionis peccatorum, fingentes perfectionem in hoc mundo, vt ita ſuperuacua redderetur DEI miſericordia. Et ne putarent Coloſſenſes, huiuſmodi fructus ſe poſſe edere ex gratia Chriſti ſine propria coöperatione; addit: *Si tamen permanetis in fide fundati, & ſtabiles.* Si tamen, pro, Siquidem, accipiendum eſt, nam affirmantis eſt, vt ad Epheſ. 3. Et ſenſus eſt: ſiquidèm perſeueratis habendo fidem pro fundamento doctrinæ, & vitæ veſtræ. Et Epheſios vult idem Apoſtolus radicatos, & fundatos in charitate, hic verò in fide. Sed intelligendum fidem viuam. Timebat enim Apoſtolus, ne Coloſſenſes ſuſciperent Simonis magi doctrinam. Subdit: *Et immobiles à ſpe Euangelij.* Nō ſatis eſt perſeuerantia in fide, ſed exigitur immobilitas ad ſpem euangelizata, hoc eſt, vt immobiliter ſperetur beatitudo: parum enim eſſet credere, niſi adeſſet ſpes immobilis cœleſlis patriæ. Quòd autem talis nobis inſit, ſpes à charitate eſt, quia ſpes non confundit, ob id quod charitas diffuſa eſt per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Atq; ita coniungit tres virtutes Theologicas.

Epheſ. 3.

Ibidem.

In qua fide fundati & ſtabiles permanerent Coloſſenſes, ac immobiles in ſpe Euāgelij.

Eiuſmodi nobis ſpes vnde proueniat. *Rom. 5.*

Quod audiſtis (ſcilicet ab Epaphra fidei miniſtro) *quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt.* Hoc dictum intellige per hyperbolen, quia B. Auguſtinus epiſt. 78. ad Heſychium tom. 2. teſtatur, nec dum ſuo tempore fuiſſe vbique prædicatū: tunc enim propagabatur Euāgelium. Hoc autem dixit, ne putarent Coloſſenſes fidem ſuam aliquando mutandam: quia iam ab omnibus erat recepta. Non potuiſſet autem tam citò fides penetrare per vniuerſum orbem, niſi omnes Gentes ſub vno imperio Romano fuiſſent. Ideò Chriſtus magna ſapientia non venit niſi eo tempore, quo Romanum Imperium rerum potiebatur; idque agnoſcens Eccleſia, in die Paraſceues ita ciuit: *Deus qui ad præparandum æterni Regis Euangelium, Romanum Imperium præparaſti, &c.* Hoc idem docet Ambroſius, ſiue potius Proſper, in lib. de vocatione Gentium.

Vt verū ſit, prædicatum Euangelium Chriſti in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt. *B. Auguſt.*

Proſper. Epiſ. lib. 2.

Illud autem quod ſubdit de omni creatura quæ ſub cœlo eſt, figura eſt Pleonaſmos, & perinde eſt ac ſi dicat: Omni creaturæ quæ vſpiam eſt, nec enim hic cœlum opponitur terræ. Ita Acto. 2. dictum eſt: Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt; & Petrus: Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et hæc eadē phraſis reſpondet alteri, quam frequenter vſurpat Salomon in libro Eccleſiaſtes, cùm ait: *Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub Sole?* Et infrà: *Vidi cuncta quæ fiunt ſub Sole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus.* Et vtraque phraſi vti ſolet Homerus, qui habet:

Quales hæc locutio: Qđ prędicatū eſt in vniuerſa creatura quæ ſub cœlo eſt. *Actor. 2.*

Infrà 4.

Eadem cui ſimilis.

Eccleſ. 1.

Ibidem.

Αἱ γὰν ὑπ' ἠλίῳ κ' οὐρανῷ ἀςέροεντι

Καιἐτ οὐσι πολῆες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.

Hæc omnia hæretici, qui à ſola fide pendere volunt, non ponderant; ideò ſe ipſos, & alios, qui illis fidem habent, vera Chriſti fide ſpoliant.

Cuius (inquit) *factus ſum ego Paulus miniſter.* Nimirum principalis, quia erat Apoſtolus, & Doctor Gentium. Et ideò ſubiūgit: *Qui nunc gaudeo in paſſionibus ſiue afflictionibus pro vobis Coloſſenſibus*, vt hæc afflictio pertineat ad omnes gentes, quarum conuerſionem ad Chriſtum impediebant Iudæi. Gaudium autem Apoſtoli in afflictionibus manifeſtè indicabat, Paulum verum eſſe Chriſti Euangelij miniſtrum, qui patienter tolerabat pro membris Chriſti. Quod dixit, ne Coloſſenſes terrerentur perſecutionibus.

Qualis Paulus Euangelij Chriſti miniſter. Idē cur in paſſionib' pro Coloſſenſibus gaudeet. *1 Tim 2.*

Vt ſecundum dubium diſſoluamus, tractanda eſt diligenter hæc clauſula, & ab hæreticis ſenſibus vindicānda.

Ad II. dub circa illud: Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, &c.

Et, *Adimpleo,* inquit, *ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Cuius dicti, ſimplex expoſitio eſt: Chriſtus non omnia in ſuo corpore perfecit. Non enim ipſius paſſio ſufficit ad conuerſionem Gentium, ſi non prædicetur Euangelium. Quod ergò hic deeſt, adimpleo, monendo, prædicando, docendo, ſcribendo: quod dum ſtudeo ſedulò facere, multa cogor dura, & grauia perpeti. ¶ Sed minimè videtur hic eſſe ſenſus Apoſtoli, qui loquitur de paſſionibus Chriſti, quibus addi vult noſtras quæ deſunt, & quas ipſe indies ſuſtinebat in vtilitatem Eccleſiæ. Deerat ergo membrorum conformitas ad caput, & Chriſtus qui olim paſſus eſt in ſe ipſo, & amplius pati non poterat, quia immortalis factus eſt, voluit Paulum pro ſe pati, aut potius ſe in Paulo pati.

Impugnatur hæc ſolutio.

Sed iam expēdamus verba ſingula, Græca ita habent: Καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑςερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριςοῦ. Vbi inprimis, Et, cauſale eſt, & idē valet quod, quoniam: reddit enim rōnem cur patiendo lætus ſit nimirū quia ſocius Chriſti, qua ſocietate nihil beatius, aut glorioſius: afflictiones enim ſanctorum dicuntur eſſe Chriſti, quia ſancti mēbra ſunt Chriſti, iuxta illud: *Saule Saule*

Et, pro quia, more Scripturæ Cur Chriſti ſint paſſiones ſanctorum.

Actor. 9.

quid

quid meperſequeris? Verbum autem ἀνταναπληρῶ compoſitum eſt ex duabus præpoſitionibus,& verbo, altera quæ vicem denotat pro altero implentis,vel ſupplentis, & dicitur ἀντὶ, altera eſt ἀνὰ,quæ repetionem inſinuat, & frequentationem; & deſignat vice Chriſti implere ea quę in carne ſua deerant. Quod autem vertit interpres,ea quę deſunt, in Græco eſt, ὑστερήματα. Et dicendo, *In quo carne mea*, ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti: in ſpeciem ſignificet aliquid imminutũ fuiſſe in paſſione Chriſti. Quare huic interpretationi ſe exponunt Bulingerus,& Beza,& interpretantur; Suppleo ea quę ſuparant afflictionibus Chriſti, non quæ deſunt: nam ὑστερήματα vocant Græci nõ modò ea quæ deſunt,ſed & poſteritatem & reliquias: quo verbo reliquiarũ vſus eſt Ambroſius, dicens: *Suppleo reliquias preſſurarum Chriſti in carne mea. Significat ergo (aiunt) hoc loco ea quæ ſuperſunt, & quæ poſterius relicta ſunt. Chriſtus autem, inquit, paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Has reliquias expleſſe ſe dicit Apoſtolus.* Et paulò ante inquit Bulingerus: *Detorſerunt blaſphemi quidam homines hunc locum in contumeliam abſolutæ ſatisfactionis Domini Ieſu, quaſi illius merito nonnihil deſit, quod per noſtras vires, per noſtras afflictiones, perq; egregia noſtra opera meritoria ſuppleri poſſit. Verum animus horret ad tantam blaſphemiam. Peccatur hac expoſitione in præcipuum dogma Chriſtianæ Fidei. Omnes enim Scripturæ, & ſancti homines ab exordio mundi teſtantur pretioſo Chriſti ſanguine dilui peccatum totius mundi. Et idem hic Paulus alibi non reputat afflictiones præſentis temporis quicquam facere ad gloriam futuram, quæ reuelanda eſt: & omnis ſenſus ſuggerit, nullam eſſe collationem rerum tenerarum ac viſibilium, ad cœleſtes, ac perfectiſſimas.* Hæc ille verè blaſphemus contra Catholicos & & rectæ fidei cultores.

Ambr. hoc loco, tom. 5.

1. Petr. 2.

Bulingeri in Catholicos blaſphema.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Defenditur hæc lectio. Adimpleo ea quæ deſunt.

Sed iam excutiamus quid ſit ὑστερήματα, & ſacris literis venemur quæ ſit eius propria ſignificatio. Ipſi aiunt, non modò ſignificare quæ deſunt, ſed etiam quæ ſuperſunt, quæ poſt relicta ſunt. Qua fronte ſuggillant interpretem, qui dixit: Ea quæ deſunt, cùm vel ipſis teſtibus vox ipſa hoc maximè ſignificet? Imò verò omnes linguæ Græcæ eruditi ita interpretantur, imò nec aliter, niſi quis deſipiat, poſſit interpretari. Cùm enim Apoſtolus dicat ſe ſupplere, quid eſt quod ſupplet, quod ſuperabundat, an quod deeſt? Et ita id maximè ſignificat quod poſterius relinquitur, quia hoc poſterius deeſt priori.

Nec etiam ibi dabimus tanquam verum, quòd ſignificet ea quæ ſuperſunt, niſi ea ratione, qua quæ ſuperſunt, ſed poſterius ſunt ventura. Adhæc eadem voce vtitur Apoſtolus 1. Theſſalonicen. 3. vbi ait; ſe complere ea quæ deſunt fidei eorum: quis hic diceret niſi ſtultiſſimus, ſignificare ea quæ ſuperſunt, cùm ea quæ ſuperſunt, non ſuppleantur, ſed potius ea quæ deſunt? Amplius ad Philippenſ. 2. de Epaphrodito verba faciens: vt impleret, inquit, id quod ex vobis deerat, erga meum obſequium Græcè ita habentur, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν, &c. Et 2. Corinth. 11. τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοί. Quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. Et 2. Corinth. 9. Miniſterium huius officij, non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat; quæ Græcè habentur: οὐ μόνον ἐστὶν προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων. Et 1. Corinth. 16. Quoniam id quod nobis deerat, ipſi ſuppleuerunt. ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. Vbi nota, perpetuò poni ὑστέρημα cum eodem verbo quod hic ponitur ἀνεπλήρωσαν.

1. Theſſ. 3.

Philip. 2.

2. Cor. 11.

Supra 9.

1. Cor. vlt.

Adhæc Marci 12. dicitur vidua pauper plus omnibus miſiſſe qui miſerunt in Gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt; hæc verò de penuria ſua (ſiue vt Lucas inquit, quod deeſt illi) omnia quæ habuit, miſit, totum victum ſuum. ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς πάντα τὸν βίον.

Marc. 12.

Luc. 21.

Vbi non poteſt intelligi ſupereſſe, quia id iam deerat alijs diuitibus, illa verò ex penuria ſua. Et hæc mihi dicta ſint de propria huius vocis ſignificatione, cùm ipſi nequeant vllum Textum in contrarium producere.

Sed iam vrgeamus Bulingerum: Quæ ſunt illæ reliquiæ, quas ſe ſupplere hic Apoſtolus teſtatur? Exemplum, ait, quod reliquid Dominus nobis. Sed certè exemplum vllum quod reliquit, non ſuppletur, neque ſuppleri quidem poteſt, cùm exemplum tam perfectum fuerit, vt nihil illi defuerit, etiamſi maximè poſteris relictum fuerit.

Non poſſe exemplum Chriſti implendi quæ deerant, paſſiones intelligi, contra Bulingerum.

Dicit rurſus, imitationem Paulum ſuppleſſe, quæ ſupererat, cùm dixit: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* at verò quomodo per hanc imitationem iniuria non fiat perfectiſſimo Chriſti exemplo. Si enim datus eſt nobis in exemplum, & illi oportuit adiungi Paulum in exemplum, & ipſummet ſe exhibere in exemplum? nunquid Chriſti exemplum imminutum fuit? Abſit. Vt igitur non obſtitit perfectiſſimo capitis Chriſti exemplo, ſi & alij excellentiores imitatores valerent, ſe alijs in exemplum præbere, ita perfectiſſimis

Contra eiuſdem dictum: Paulus Chriſti imitatio nem ſuppleuit.

1. Cor. 11.

Philip. 3.

Chriſti in Sãctos munificentia.

ſimis eius meritis, & ſatisfactionibus non derogat, cùm aliorum merita, & ſatisfactiones pro alijs comparantur, & proſunt. Nam vt hoc illi poſſent, ipſe Chriſtus meruit, & vt efficerent, ipſe voluit, ipſe dedit, atque eoſdem adiuuit.

Et ne noua & peregrina doctrina videatur, audi quid Eccleſia de ſatisfactione m meritis Chriſti ſentiat, & alijs credendum tradat.

Eccleſiæ de ſatisfactione & meritis Chriſti ſententia Catholica, & orthodoxa.

Docet ſiquidem Eccleſia, Chriſtum redemptorem noſtrum ſua morte & ſatisfactione, ſuęque paſſionis meritis operatum omnibus remiſſionem peccatorum: verùm hoc non abſolutè, ſed ordinatè iuxta debitas, & opportunas conditiones, ſi videlicet merita illa applicentur, & gratia donetur, per quam quis ſtatuatur in Chriſto. Applicatio autem illorum meritorum per fidem, & Sacramentum contingit. Vt ergo quidam ad fidem veniant, & ſuſcipiant Sacramenta, proſunt orationes, & merita ſanctorum. Quòd autem recipientibus baptiſmum, tollantur prorſus omnia peccata, ſola Chriſti paſſio, & ſatisfactio operatur, idque nemu Catholicus negat.

Epheſ. 1. *Coloſſ. 1.*

Quos iuuant Sancti ſuis precibus & ſatisfactionibus poſſint, & vnde id habeant.

Eſai. 1.

Qui verò iam ſunt per fidem, & Sacramētum Chriſto inſiti, & corpori Chriſti, quod eſt Eccleſia, membra Chriſti capitis facta, ſi peccato ſuccumbant, Sanctorum eis orationes, & paſſionęs prodeſſe poſſunt, vt reuertantur, & viuant, neque de hoc vllum eſt dubium in Eccleſia. Nam ecce Saluator Matth. 9. precibus, & fide aliorum mouetur, vt paralyticum à morbo peccati ſanet. Quòd ſi oratio Sanctorum ad hoc prodeſt, nunquid paſſioni Chriſti infertur iniuria, vel precibus eius pro nobis, tanquam aliquid illis defuerit? Abſit. Nam per orationem Chriſti obtentum eſt, vt & orationes Sanctorum valerent, & cuncta tandem referenda ſunt ad eius merita. Vnde & Sapientum in Eccleſia Dei omnis oratio, in qua interceſſiones Sanctorum implorantur, ita concluditur: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.*

Sanctorū nobis paſſiones quatenus proſint.

Eodem modo ſe res babet in ipſis ſatiſfactionibus à reatu pœnarum. Proſunt quidem nobis afflictones Sanctorum, vt pœna nobis debitæ hoc modo per illos dimittantur, vel ſoluantur: at quòd ſic nobis proſint, non niſi de ipſius Domini meritis proceſſit, vt & merita Sanctorum, merita illius cenſeautur. Nam totum corpus Eccleſiæ vnus eſt Chriſtus, qui dicitur myſticus, quem totum oportet eſſe plagis, & afflictionibus à planta pedis vſque ad verticē capitis repletum: tum ad ſatisfaciendum

Eſai. 1.

pro peccatis, tum ad promorendam gloriā. Et propterea ait: *Qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis*: hoc eſt, quoniā vobis proſunt: quia adimpleo, aut ſuppleo quę adſunt, aut quæ addenda ſuperſunt. Sic enim deſunt paſſionibus, quas Chriſtus pertulit, illę Pauli, quas, dicit, *Suppleo in carne mea*, id eſt, in exteriori homine: nam interior gaudet pro corpore eius quod eſt Eccleſia. Nouerat ipſa experiētia Apoſtolus hanc doctrinam, qui alibi dixit: *Omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur.* Et quando occurrens illi Chriſtus, dixit: *Saule Saule, quid me perſequeris.*

Quid ſupplere Apoſtolū Chriſti paſſiones in carne ſua.

2. Tim. 2.

Actor. 9.

Pauli pro Eccleſia illis Chriſti quid contulerint paſſiones.

Dices: Non ergo ſatis pertulit Cbriſtus ad abſolutiſſimam ſatisfactionem, vt neceſſarium etiam fuerit Paulū pati. Reſpondeo, Chriſtum abundantiſſimè & cumulatiſſimè feciſſa ſatis ad redimendam, & reconciliandam Eccleſiam, iuxta illud: *Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eū redemptio*: &, *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed & pro totius mundi.* At poſt reconciliationem cùm membra ſua ſponte relabuntur in peccata, atque alios reatus, vt ipſi denuò reconcilientur, non habent primariam ſatisfactionem, quam ab initio habuerunt per baptiſmum Cbriſti, ſed aliam per pęnitentiæ Sacramentum: non quòd paſſiones illius & merita exhauriantur, cùm ſint immenſa, & infinita, ſed quia non decet, vt ſit viliter, & tanto contemptu expendantur, & ita non ſemel, ſed ſepties, aut decies, aut cēties, aut millies Chriſtus crucifigatur, ſed vult Dominus quemq; ex ſuis paſſionibus ſibi ſatisfacere. Quod æquiſſimum eſſe ex eo conſtat, quòd quemadmodùm in priori Sacramento baptiſmi nulla imponitur ſatisfactio, ita in Sacramento pœnitentiæ imponitur pro peccatis ſatisfactio ex Chriſti inſtitutione, vt antiquiſſimi Canones pœnitentiales, & veteres Patres, & Concilia teſtantur.

Pſalm. 129.

1. Ioan. 2.

Baptiſmi, & pœnitentiæ Sacramenta quid differāt.

Eſt etiam & rationi conſentaneum, vt alia ratione applicentur Chriſti ſatisfactiones per baptiſmum, & alia per reconciliationis miniſteriū: quia peccata ante baptiſmum admiſſa oriebantur ex mera ignorātia, & fragilitate, & infirmitate hominis. Nam bomo ſine Chriſti fide, quæ illuminat tenebras mētis, erat & ſine gratia, quæ motus concupiſcentiæ moderatur, & difficultatem benè operandi tollit. Idcircò quę poſt lumen fidei, & gratiæ diuinæ robur, crimina perpetrantur, grauiori ſupplicio digna ſunt, ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinqnendi. Voluit ergo Deus, vt membrum Chriſti poſſet per ſe ſatisfa-

Alterum diſcrimen.

Baptiſmi cum mutus pœnitentiæ Sacramento.

cere

facere. Et cùm Eccleſia, quæ vnum eſt corpus, multa ſunt membra, voluit pro ſua bonitate vt vnum pro alio pati, & ſatisfacere poſſet: qui pœnæ æternæ in temporales ſatisfactiones per diuinam gratiam, quæ in baptiſmo confertur, commutantur: & ita

Satisfactiones Sanctorum quales.

propter colligationem in vno Spiritu fit, vt quod vnum membrũ pro alio ſoluit, ipſum perſoluiſſe apud Deum cenſeatur: quod in foro miti & ciuili cõtingit, vbi debita vni⁹ in carcere detenti, ſi pro eo ab alijs offerantur, acceptari ſolent. Ita ſanè pœnæ temporales peccatis debitæ vel hic, vel in Purgatorio detentis remittuntur, cùm ab alijs fratribus, & commembris Deo pro ijs offeruntur. Et quia maiora, & uobiliora Chriſti membra poſt ſuam recõciliationem innocenter viuentia, & multas afflictiones perferentia, vt magis ſuo capiti conformarentur, voluit Deus (& hoc per merita ipſius Primogeniti) vt illorum ſatisfactiones cederẽ in bonum, & ſanctificationem aliorum membrorum, quæ illis indigen⁹, quod ad maiorem Chriſti gloriam ſpectat.

Actor. 20.

Et Ieſus Saluator primò Ecclaſiam ſuo ſanguine acquiſiuit: acquiſitam verò non ſolùm vult conſeruare, & ei prodeſſe, ſed etiã

Qualis Sanctorum communio.

diſpoſuit vt membrum à membro iuuaretur, & aliud ſanum, & diues pro alio infirmo, & egente ſatisfacaret. Atque hæc eſt cõmunio Sanctorum in Apoſtolico Symbolo: vnde quod eſt ad maximam Chriſti gloriã, hoſtes fidei calumnioſiſſimè in detrimentum conuertunt.

Deſunt ergo paſſiones Chriſti, non quia ſit ad ſummum paſſus, vel in cuius meritis adſit aliquis defectus, quaſi non abundauerit in meritis ſupra omnem modum, ſed quia non vult ſic expendi merita ſua, niſi præſcripto modo, vt locus detur Sanctis ad ſatisfaciendum, & ſupplendum quòd alia via contrahitur de ipſis Chriſti meritis, nã Sanctorum merita, Chriſti ſunt merita. Ex

Eccleſiæ theſaurus vnde ſit.

his ergo meritis, & ſatisfactionibus, quę ſuperſunt Virgini, Apoſtolis, & Martyribus, & alijs eximijs Chriſti Confeſſoribus, conflatur theſaurus indulgentiarum ad pœnas temporales ex peccato debitas in hac vita, vel futura exoluendas: cuius diſpenſatio Romano Pontifici pro ſua prudẽtia tradita eſt. Et de hoc loco ſatis ſit diſputatum.

Tertij dubij ſolutio. Cuius ſit factus Paulus miniſter, Eccleſiæ, an capitis Eccleſię

Ad tertium in id quod ſequitur: *Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdùm diſpenſationem Dei quæ data eſt mihi in vobis, vt impleam verbũ Dei, &c.* Dicit ſe Eccleſiæ miniſtrum, qui paulò antè ſe vocauerat miniſtrũ Euãgelij: vbi de re quę diſpenſatur, eſt ſermo, hic verò de perſonis, in quarum gratiã miniſtrabat, quæ erant Eccleſia. Poteſt etiam dici miniſter Eccleſiæ, id eſt capitis Eccleſię, ſcilicet Epiſcopi. Sic & nos tales miniſtri ſu⁹mus ordinati ab Eccleſia, id eſt, per vnum ſummum & primarium Eccleſię paſtorem.

Rom. 11.
1. Tim. 2.
Quomodo Apoſtol⁹ impleuerit verbum Dei.
Matth 21.

Addit: *In vos.* Vel erga vos Gentiles. Erat enim Gentium Apoſtolus à Deo electus. *Vt impleam verbum Dei.* Qui dixit ſæpè ſe ad Gentes vſque peruenturum. Et comminatus eſt Iudæis, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Vel, Vt impleam rete Euãgelij multis & magnis piſcibus. Ita, alibi ait, *vt ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti.* Vel denique repluit verbum Dei, ardua, & obſcura eius myſteria explicando, & aperiendo, quo hominnes confirmatiores in eo reddantur.

Rom. 15.

Myſterium Euangelij Chriſti vt fuerit abſcõditum à ſeculis.

Subdit appoſitiuè: *Myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis, & generationibus.* Quã appoſitionẽ indicat articulus præfixus nomini Myſterium. Hoc myſterium abundè declaratum fuit in Epheſ. 3. Et, à ſeculis intellige ab initio ſeculorum: vel quod veriſimilius eſt, à filijs huius ſeculi; quia ſubdit, generationibus, quæ in ſeculis variæ extiterunt. Erat enim Iudæorum generatio, alia Ægyptiorum, Perſarum alia, alia Græcorum, &c. imò etiã alia Angelorum, vt dicitur ad Epheſ. 3. *Nunc autẽ manifeſtum eſt Sanctis eius.* Nam id quod olim erat tenebris, & velis quibuſdam obtectũ, & celatum, nunc tandem voluit detectum, & reuelatum fieri ijs omnibus qui dignos ſe eius agnoſcendę exhibent, & aures ad audiendum accommodant. *Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramẽti huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ, quem nos annuntiamus.* Id eſt: Me elegit, vt annũtiarem vobis, quæ ſit opulẽtia gloriæ annuntiati myſterij.

Quibus illud fuerit manifeſtum Sanctis eius.

Et vt Oecumenius exponit, loquitur, de Incarnatione, & vocatione Gentiũ, & in vniuerſum de toto Euangelio. Vocibus autem diuitiarum, & glorię, amplificat Paulus dignitatem, pretium, excellentiam, & magnificẽtiam Euangelij, quod alibi dicitur theſaurus, & margarita. Et faciunt hæ voces ad tollendum offendiculũ contemptùs: ſicut alibi dixit, Euangelium eſſe virtutem Dei in ſalutem omnium credentiũ. Et ampliùs declarãs, ait: *Quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ.* Hoc eſt myſterium, & diuitię glorię, quòd Chriſtus ſit ſpes glorię inter Gentes, & quòd non tantũ ſit Hebręorum, ſed etiam Gentium ſaluator, de quo: *Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.* Et qui Chriſtum habent ſpem gloriæ, ſciãt ſe omnia prorſus habere, & nihil ad plenam beatitudinem ſibi deeſſe. Relatiuum, Quod, referendum

Oecum. c. 1

Quid diuitię & gloriæ Sacramenti Euangelij.
Matth 13.
Ibidem 46.
Rom 1.

Spes gloriæ cur Chriſtus.

Pſal 64.

eſt ad miniſterium. Si verò legatur, Qui, vt Græca litera habet, nempè ὃς, ad diuitias, quæ Græcè ſunt maſculini generis, & in ſingulari nempè πλοῦτος, referendum eſt: quoniam arrha Spiritus, quæ datur Chriſtianis, non eſt aliud quam Chriſtus fide, ac dilectione receptus, qui ſolus longè ſuperat omnes mundi diuitias, etiã cum perſecutionibus. Sed has feliciſſimas diuitias nemo attinget, niſi primò à terrenis, & perituris liberet animum ſuum, & Chriſtum abſolutè ſequatur: tunc enim inueniet pretioſam margaritam, & theſaurum abſconditum in hac vita. *Nemo enim eſt*, ait Dominus apud Marcum, *qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, ant matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium: qui nõ accipiet centies tantùm nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores & filios, & agros cum perſecutionibus, & in ſeculo futuro vitam æternam.*

Arrha Spiritus quid ſit. *Marc. 10. 2. Cor. 1.*

Quid faciemus, vt Chriſti diuitias aſſequamur. *Matth 13.*

Marc. 10.

Quartæ duhitationi reſpondeamus circa illud: *Quem vobis annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia: vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.* Prima vox Grçca eſt νουθετοῦντες, quæ ambigua eſt ad, Caſtigantes ſeuerè & & asperè, & ad blandè monentes: & vtroque opus eſt pro tempore, & loco. Addit: *Docentes in omni ſapientia:* Nam doctrina omnibus eſt neceſſaria omni tempore, per quam homo ad Deum dirigatur. Et Oecumenius annotat: *Non neceſſario*, inquit, *cogentes, ſed veluti patres adhortantes. Nam & hoc Dei myſterium eſt, vt ijs qui in terra ſunt perſuadeatur, trahantur, & non cogantur.* Et in omni, ſiue cum omni ſapientia, alludens ad Gnoſticos, iactantes omnem ſapientiam. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.* Non in Angelis, vt Simon Magus docebat, ſed in Chriſto, ſiue eius fide, & cognitione. Interpretatur autem Clemens Alexandrinus lib 5. Strom. Non omnem (ait) hominem abſolutè, quoniã nullus eſſet infidelis, ſed nec omnem qui credit, perfectũ in Chriſto, ſed omnem dicit hominẽ, perinde ac ſi diceret, Totum hominem, vtpote ſanctificatam corpore, & anima. Ita ille. Nam hic modò iuſtificatur animus, & reſurgit à peccato: deinde reſurget in corpore, exuta omni mortalitate, & peccabilitate. Et hoc verbum diligenter eſt annotandum contra eos, qui ſe ſolent excuſare, dicentes, Nõ poſſumus omnes eſſe perfecti, & renũciare omnibus quæ poſſidemus. Sed contrarium docet Apoſtolus.

Ad IV. dub. De ſenſu huius dicti: Vt exhibeamus omnẽ hominem perfectũ in Chriſto Ieſu.

Cur docendi homines in omni ſapientia.

Oecum c. 1.

Gnoſtici, & Simon Magus notãtur à Paulo,

Clem tom. 2.

Idem cũ ait, Vt exhibeamut omnem hominẽ perfectum. &c. quos arguat, ac reprehendat.

Et non dicet abſolutè, perfectum; ſed, perſectũ in Chriſto, in quo qui exiſtit, dicitur perfectus, ſi manet in charitate. Et in Chriſto omnis noſtra imperfectio per ſynceram confeſſionem abſorbetur, vt perfectus omnis is dicatur, qui agnoſcit, & confitetur ſuam imperfectionem. Et ſunt in Eccleſia Dei varij perfectionis gradus. Primus eſt obſeruantium præcepta, de quibus Matth. 5. poſt mandatum de dilectione dicitur: *Eſtote ergo vos perfecti.* Secundus gradus eſt regularium profitentiũ, præter præcepta, etiam conſilia, quæ ad ſtrictiorẽ perfectionem faciliùs conducunt, de quibus Dominus, *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habet, &c.* Tertius gradus eſt epiſcoporum, qui exigit opera charitatis ſumma atque perfecta, quorum eſt ponere animã pro ouibus ſuis.

Perfectus qui ſit in Chriſto Ieſu.

Tres gradus perfectorum in Eccleſia Dei. *Matth 5.*

Infrà 19.

Vide ergo Apoſtolum monentem omnem hominem, docentem omnem hominem, & denique exhibentem omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu, ſubdit: *In quo & laboro, certando ſecundùm operationem eius, qui operatur in me in virtute.* Verbũ, Secundùm operationem, Græcè eſt, Secundùm energiam, id eſt vim æternam, quam ipſe (ſcilicet Chriſtus) in me operatur, ſiue quç operatur in me per virtutẽ, ſeu in virtute prædicandi, ſeu operandi ſigna, vel ſuſtinendi propter eum cum potẽtia. Hic eſt ergo finis laborum Chriſti, & Apoſtolorum, vt per eos perfecti euadamus in Chriſto Ieſu, ad omne opus bonum inſtructi.

Ioan 10. 1. Ioan. 3.

Quid certare ſecundum operationem eius qui operatur omnia in virtute.

DISPVTATIO IV.

In ea verba, Cap. 2. *Volo enim vos ſcire, qualem ſolicitudinem habeã pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiceæ, & quicunq; nõ viderunt faciem meam in carne, vt conſolenter corda ipſorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem myſterij Dei Patris Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*, &c. vſque ad: *In quo & circumciſi eſtis, &c.*

EXPLICATA connexione horum verborum cum præcidentibus, dubitatur in primis, quomodo ait Laodicenos non vidiſſe faciem Pauli, cùm tamen conſtet, epiſtolam priorem ad Timotheum, ſcriptam fuiſſe ex Laodicea, & fuit prius illa ſcripta, quàm hæc ad Coloſſenſes. Deinde quomodo in Chriſto ſint omnes theſauri ſapiẽtiæ, & ſciẽtiç Dei abſconditi,

I. dubium.

Secundum.

Tertium.

diti, cùm humanitas finita capax eſſe nequeat infinitæ ſcientiæ. Tertiò in illud; *Nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum,* quæritur, quæ ſit iſta ſublimitas, & an liceat Sanctis Dei viris rhetoricis ornamentis, & figmẽtis verborum illuſtrare ſua ſcripta ad maiorem perſuaſionẽ.

Quartum.

Quartò dubium eſt quomodo erat corpore abſens, & ſpiritu præſens, gaudens, & videns ordinem Coloſſenſium, & firmamentum fidei eorum, cùm hæc ſub aſpectum nõ cadant.

Quintum.

Quintò dubium eſt circa illud: *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam.*

Sextum.

Sextò quod intelligat per traditionẽ hominum, & per elemẽta mundi, & nõ ſecundũ Chriſtum; & an ita aliquid dicatur contra Eccleſiaſtica inſtituta, quę ſunt traditiones ab hominibus conditæ, vt hæretici docent.

Septimum.

Septimò quomodo in Chriſto inhabitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: nunquid deitas ipſa corpus eſt? quomodo ergo dicitur Deus inuiſibilis, & Chriſtus imago Dei inuiſibilis? Adhæc quomodo ait, Omnis diuinitas, cùm omnis ſoleat colligere multitudinem: nunquid plures deitatem poſſident, & plures ſunt Dei?

Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Ad primum reſpondemus, Apoſtolum hactenùs commendaſſe ſtatũ gratiæ, & autorem eius, hoc eſt Chriſtum, hoc verò loco protegit eos contra ea, quę illi ſtatui aduerſabãtur, hoc eſt contra doctrinam corrumpentem Chriſti Euangelium, & quantum ad fidem; & quãtum ad bonos mores. Et exordiolo quædam præparat beneuolẽtiam, docens ſe iſta inuandi ſtudio ſcribere, imò apud ſeſe decertare, ſeque magna ſolicitudine teneri, quo animi ipſorum rectè habeant, atque indubitata fide nouerint, omnia in ſolo Chriſto inueniri.

Proprium boni paſtoris.

Et ait: *Volo enim vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis.* Vel potiùs quale certamen: legimus enim Grꝙcè ἀγῶνα. Et non ait: qualem, ſed quãtam ſolicitudinem, vel, quãtum certamen. Et hoc eſt boni paſtoris præeſſe in ſolicitudine, de qua alibi ait: *Inſtantia mea quotidiana, & ſolicitudo omniũ Eccleſiarum:* & Romanis dicebat: *Solicitudine nõ pigri. Ait: Pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiceæ.* Alij vertunt illud, *pro ijs,* de his, eſt enim Græcè περὶ, quæ vox propriè id ſignificat. Et quia vulgus putat nullam eſſe dilectionem inter ignotos; extenuat notitiam, quæ contrahitur ex aſpectu, & cõſuetudine. Eſt enim inter Dei ſeruos alius aſpectus quàm carnis, qui amorem verum conciliat.

2. Cor. 11. Rom. 12.

Apoſtoli pro hominibus de facie ignotis ſolicitudo quid denotet.

Erudimur autem exemplo Apoſtolico pro ijs angi, & ſolicitudine teneri, qui nobis ex facie viſi non ſunt: quia charitas, quę nos facit eiuſdem corporis membra, amicitiam, & affinitatem æſtimat ex ſpiritus vnitate, non ex corporum ſimilitudine, aut ſanguinum conformatione.

Ad illud verò, quomodo Laodiceni non viderint faciem Pauli, cùm conſtet, epiſtolam primam ad Timotheũ inde ſcriptã fuiſſe, vt indicat in fine inſcriptio Grꝙca. Idcirco quidam hanc Laodiceam tribuerunt Galatiæ, cuius hic mentionem facit Paulus, cùm tamen hæc Laodicea ſit metropolis Phrygiæ Pacatianæ. Coguntur ergo qui in hac ſunt ſententia, duplicem facere Laodiceam in Aſia minori, cùm tamẽ præter vnam ſcriptores non celebrent. Adhæc Timotheum Paulus Epheſi reliquerat, vt declarãt eius verba: Cum irem in Macedoniam: tunc enim illam epiſtolam ex itinere ſcripſit, priuſquã illuc appuliſſet, aut quando iam profectione ſua perfecta reuerſus eſt. Atqui longiùs diſtare videtur à Macedonia Laodicea, quam ab ipſa Epheſo: neque veriſimile eſt in reditu, præterita Epheſo, Laodiceam ſe contuliſſe, præſertim cùm illic eum multæ cauſæ vocarent. Itaque veriſimilius eſt, illam primam epiſtolam ad Timotheum aliunde eum ſcripſiſſe, niſi aſſeras eum Laodiceam per tranſitum diſcurriſſe, vbi neque prædicauerit, ſe cognoſcẽdum illis præbuerit.

Ad I. dubiũ. Laodiceni vnon viderint Pauli faciem in carne, vt ipſe teſtatur, cùm Laodicæa priorem ad Timotheum deſtinant.

I. ſolutionis incommoda.

Altera ſolutio probabilior.

Vt conſolentur corda ipſorum. Id eſt, vt corda illorum conſolationem accipiant. Abuſus ex verbo conſolandi paſſiua ſignificatione, ſicut & alia facit. Et ait: Inſtructi in charitate, pro quo Grꝙcè legitur *συμβιβασθέντων*, hoc eſt, compactorũ in morẽ membrorum vnius corporis, ſeu partium vnius ædificij aptè coherentium inter ſe per charitatem. *Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus.* Hoc loco non eſt vox πλήρωμα, quæ poſita eſt capite priori, cũ dixit: *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare,* ſed πληροφορία, quæ vox nõ ſignificat ſimpliciter plenitudinẽ, ſed, quoties alicui pleniſſimè perſuadetur, & certiſſima fit fides, ita vt nihil iam dubitet. Eraſmus vertit, *In omnes diuitias certæ perſuaſionis.* Et non ait ſimpliciter, certæ perſuaſionis: ſed præmittit, in omnes diuitias, id eſt, vt in omnib' perſuaſi ſitis eorum, quæ ſpectant ad agnitionem myſterij Dei, & Patris, hoc eſt generationis æternę, incarnationis ex tempore, & ſanctificationis per Spiritum. Vult enim nos ita de Chriſti negotio eſſe inſtructos, vt nos eſſe Patri recõciliatos, & habere per ipſum acceſſum ad Patrem credamus. Neque propter Iudæos aliter docentes, neque propter Simonis Magi familiam, & alios hæreticos quicquam hæſitemus.

Coloſſenſes & Laodiceni quomodo inſtructi eſſent in charitate.

Quid ſignificet: In omnes diuitias plenitudinis intellectus.

Ad ſecundum dubium circa illud: *In*

quo

II. quæſt. fol. Quemadmodum ſint in Chriſto hominem omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

Chryſo ho. 5.

Quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſciētia, abſconditi, dicendum eſt, Chryſoſtomum in primis docere, hęc verba dicta contra ſcholam Simonis, vnde orti ſunt Gnoſtici, qui iactabant falſi nominis ſcientiam. Nomen Dei, naturam ſignificat, Patris verò nomē, perſonam, ſi de Trinitate eſt ſermo: etſi poſſit eſſe amoris nomen, quo adoptauit nos Deus: qui ſenſus non eſt abijciendus, quia inferius nulla mētio de Trinitate, ſed de Paterno erga nos amore.

Chriſti notitia q̃ beata.

1. Cor. 2.

Eſt igitur maxima ſcientia, noſſe Chriſtum, de quo alio loco dixit: *Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.* Nam ſub crucis humilitate, & verborum ſimplicitate deliteſcunt infiniti theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Deus enim habet tum ſui ipſius, tum omnium rerū notitiam: hęc cōparatur theſauro, de quo liber Sapientiæ: *Infinitus enim theſaurus eſt hominibus:* theſaurus, autē eſt, diuitiæ congregatæ in vnum locū. Nam quæ effuſæ ſunt, non dicuntur theſaurus. Deus ſiquidē effudit ſapientiā ſuam ſuper omnia opera ſua, ſed ea ratione non eſt theſaurus, nec eius habet rationem, niſi quatenus ponūtur in vno, ſcilicet Chriſto, qui eſt Verbū, vel ſapientia diuina. Eſt autē Sapientia, cognitio diuinorum, ſicut ſcientia, creaturarū cognitio. Et quicquid de Deo ſciri poteſt pertinens ad ſapientiam, totum Deus abundanter in ſe cognoſcit. Quicquid verò poteſt de creaturis intelligi, cognoſcit in ſe ſupereminenter: quicquid autem in ſapientia Dei eſt, eſt in Verbo ſuo, quia vno ſimplici intellectus actu cognoſcit omnia, quia in eo non eſt ſapientia in potentia, aut in habitu. Et rectè ait, *abſconditi,* propter lippos oculos noſtros, qui naturaliter ad hoc tam excellens intellectus obiectum intueri non valent, vel abſconditi ſunt velamine creaturæ, quę niſi per ſimilitudinem quandam non poteſt ad diuina aſſurgere. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Vel abſconditi ſunt velamine carnis, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, aut Crucis pallio & vilitate, aut velo occidentium, aut ſpecierum in Euchariſtia; aut prædicatorum contemptu; tales enim fuerunt Apoſtoli, Iudæi, pauci, illiterati, inermes, ignobiles, & pauperes, & omni humanæ eloquentiæ, aut fortunæ præſidijs deſtituti.

Sapien. 7.

Theſaurus quid.

Eccli. 1.

Sapientiæ, & ſcientiæ diſcrimen.

Illi Chriſti Theſauri ſapiētiæ & ſciētiæ cur abſconditi.

Rom. 1.

Ioan. 14.

Quam multiplex in Chriſto ſcientia, theſauri appellatione digniſſima.

In Chriſto præterea eſt ſcientia diuina, quatenus Deus eſt, non minor illa, quam poſſidet Pater, cùm illam eādem poſſideat: at quatenus homo, ſcientiam habebat viſionis beatam, etiam ſuper illam omnium, qui iam comprehendunt: ſcientiam quoque propheticam, & infuſam à Deo, per quam Prophetæ eleuati ſunt ad cognoſcendum ea, quæ multis poſt ſeculis euentura erant. Habuit etiam ſcientiam humanam, id eſt experientiam acquiſitam, qua vno cogitatu, aut vno ictu oculi maiorem ſcientiam comparabat, quàm omnes mundi philoſôphi, & ſapientes. Eſt præterea in quolibet Fidei articulo, vt Trinitatis, Incarnationis, Mortis, Euchariſtiæ, infinita quædam, & multiplex ſapientia, quæ admirabilem, & magnificentiſſimum produnt Diuinæ ſapientiæ theſaurum.

Ad III. dub. De verbis illis: Nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonū, & c. quid ſignificent.

Tertiæ dubit. in illud: *Hoc aūt dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum,* reſpōdemus: Apoſtolus præfatus erat hactenùs, & multis modis conciliauerat ſibi beneuolentiam, & autoritatē: nunc ingreditur ſcopū epiſtolæ, vt muniat Coloſſ. contra duas familias, ſcilicet & Iudaizantium, & Simonis Magi, & cùm ait, *Hoc autem* dico, ſignificat: Explico tandem quò tandem. Porrò illud verbum, *Nemo vos decipiat,* Græcæ voci παραλογίζηται reſpondet, hoc eſt, falſa ratiocinatione imponere: & ſublimitati ſermonum, Græca vna dictio, quæ eſt πιθανολογία, id eſt, probabilitas, vel perſuaſibilitas verborum. Et quoniam dupliciter poſſumus alterum decipere, nempe & verbis, & rebus ipſis: Primò remouet verborum cultum, & ornatum eloquentiæ, cuius fuerunt ſtudioſiſſimi etiam Corinthij. Sed regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute, & veritate, quæ penetrat ad cor: & omnes Hiereſiarchæ deſerto ſermone, & perſuaſorijs humanæ ſapientiæ verbis nituntur: adiuuantur enim à diabolo, qui rhetor eſt, & ſophiſta egregius, & tales multos nobis hæc tempeſtas parturiuit. Nemo ergo facundia vos ſeducat, neque Demoſthenes, neque Cicero, neque Iſocrates, neque Hortenſius.

Deceptio duplex eſt.

1. Cor. 4.

Supra 2.

Proprium hæreſiarcharū quid.

Etſi verò ſchola Simonis Magi eloquentia non oppugnaret Fidem, propterea probabilitas hęc referenda eſt ad principia Philoſophiæ, & ſapientiæ humanæ, vel ad nomina illorum cœlorum, & Poteſtatum, quæ poëtico more ab eis efficta erant: vt æones, ænean, σιγὴ, bythus, pleroma, & alia his ſimilia: quæ adeò noua erant, vt nōniſi ſcripto tradi poſſent, quæ ipſos cogitaſſe, docet Epiphanius in Baſilidem, vt hac ratione fidem conciliarent ſuæ ſcholæ apud ſimplices.

Quibus armis Simon Magus cum ſuis oppugnaret fidem.

B. Epiph. in Hæreſin. 24.

Qui maximè fidem, & religionem Chriſtianā eloquētiæ viribus

Non eſt autem peccatum vti rhetorico ſermone. Nam Gregorius Nazianz. Hieronymus, Cyprianus, Ambroſius, Lactantius, Baſilius, & Chryſoſtomus, & Leo

noſter

propugnauerunt.

noſter Romanus eloquētiſſimè ſuper alios ſcripſerunt: nec defuerūt noſtra tempeſtate, qui Demoſthenis vim, & acumen & facundiam ſuperatam à Gregorio Nazianz. aſſueuerunt. Sed in eo peccatur, quòd ad vana, & peccata perſuadenda, tali abutuntur eloquētia. Et vt Chriſtus ab initio nonniſi pauperes, & ſcientia deſtitutos ad ſe vocauit, poſteà tamen & diuites, & ſapientes in Eccleſiam aſciuit; ita etiam eloquentes, & facundia præſtantes in Eccleſia eſſe voluit.

Paulo quæ vi uoſi ſermonis ſublimitas.
1. Cor. 2

Ad quartum, erat Paulus corpore abſens, & ſpiritu præſens eo modo, quo, teſte Ambroſio, Eliſæus præſens erat ſpiritu, & & videbat quid Giezi miniſter eius ageret apud Nahaman Syrum. Et cęlitùs particulari dono Apoſtol' fuit prędi tus, quo propheticis oculis, & in ſpiritu videbat quo in ſtatu Eccleſiæ verſarentur. Curam enim de illis habebat, nec vbique corpore præſens eſſe poterat. Idem Corinthijs ſcribit: *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, &c.*

IV. Solutio quæſtionis. abſens corpore Paulus, vt eſſet ſpiritu præſens cum Coloſſenſibus.
Ambroſ. hoc loco.
4. Reg. 5.
1. Cor. 5.

Notent autem illi, quibus commiſſa eſt cura paſtoralis, & potiſſimum mercenarij, qui corpore quidem præſens ſunt, non vt emundent conſcientias, ſed vt emungant crumenas, charitate verò, & ſolicitudine lōgè abſunt. Veri verò paſtores, qui ex cauſa legitima abſunt, dent operam vt Paulum imitentur ſpiritu pręſentem ouibus, à quibus aberat corpore.

Hanc Pauli curam & prouidentiam paſtoralem in quibus maximè deſinere

Videns ordinem veſtrum, & firmamentum quæ eſt in Chriſto fidei veſtræ. Videns, ait, id eſt comprobans ordinem veſtrum. Et non ait, fidem, vel vitam veſtram ſed ordinem, cuius maximam curam Apoſtolus habebat, illumq; òbſeruari præcipiebat: quemadmodum etiam & beatus Ignatius, vt poſſumus ex eius Epiſtolis, quas ſcripſit ad Tharſenſes, Philippenſes, & Epheſios colligere, in quibus pręcipuè monet Chriſtianos, vt Diaconos, Presbyteros, & Epiſcopos ſuos agnoſcant, & vt illis ſe propter Chriſtum ſubijciant, illisq; per omnia obtemperent.

Quid Apoſtolū videre ordinem Coloſſenſium.

Vocem verò ordinis, quam Paulus vocat τάξιν, rectè meo iudicio interpretantur Gręca ſcholia εὐταξίαν, id eſt bonum & pręclarum ordinem, de quo idem Apoſtolus; Cætera, inquit, cùm venero diſponam; & iterùm, Omnia rectè, & ſecundùm ordinem fiant in vobis. Et paulò antè. Non eſt Deus diſſenſionis (Græcè ἀκαταστασίας, id eſt, cōfuſionis, & ordinis turbati) ſed pacis. Fuit ergò Apoſtolis magna cura huius ordinis ſeruandi, & retinendi, etiam in rebus adiaphanis, conſtitutis tamen ad Eccleſiæ pacem, & trāquillitatem. Subdit: Et firmamentum fidei veſtræ. Hoc eſt ſoliditatem, & firmitatem, qua ſe tanquàm columnas Hæreticis, & nouis dogmatibus opponebant. ❡ *Sicut ergò accepiſtis Ieſum Chriſtum Dominum, in ipſo ambulate, radicati, & ſuperædificati in ipſo, & confirmati.*

Ordo ille qualis eſſet.
Oecum. c. 0.
1. Cor. 11.
Infrà 14.
Ibidem.

Firmamentū quod fidei Coloſſenſiū

Tribus metaphoris fidei conſtantiam exprimit. Comparat enim Euangelij purā doctrinā certæ viæ, quam quiſquis tenuerit, ſit extrà omnis erroris periculum. Secunda ab arboribus, quæ in terra radices iaciunt. Tertia metaphora eſt fundamenti: nam domus ſine fundamento, mox corruit. ❡Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtum prædicatum ab Epaphra, ita retinete, perinde ac ſi modò quis populo perſuaderet, vt eam teneat fidem, & ea credat quæ credidit ante Lutherum natum.

Eorundē fidei firmitatis triplex exemplū Apoſtoli

Et aptè Chryſoſtomus in hunc locum ſcribens, ait: *In ipſo ambulate. Nam ipſe via eſt, quæ ad Patrem ducit, non Angeli.* Similia eius diſcipuli Theophylactus, & Oecumenius. Quæ opus eſt obſeruare, quia apertam dant ſignificationem, agi contra Angelos Simonis Magi, & Platonicorum. ❡*Radicati, & ſuperædificati in ipſo.* Id eſt: Volo vos in vno Chriſto radices agere, & illi ſoli niti tanquàm fundamento, & in illo creſcere, non in alio. ❡ *Abundantes in illo in gratiarum actione.* Opera bona ſunt, quæ hanc radicationem, & ſuperædificationem, & confirmationem fidei operantur, vt docet beatus Petrus: Satagite, inquit, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. Et abundat in fide, quæ per charitatem operatur: Et in gratiarum actione, id eſt, cum illa, vel per illam; quæ conſeruat, & auget dona: alioqui quæ data ſunt, meritò auferuntur. Et religio Chriſtiana non eſt ſita in ſcietia cœlorum, aut elementorum, vt volunt Gnoſtici, ſed in benedictione Dei, & contemplatione, & gratiarum actione.

Coloſſenſes cur ambulare debetent in Chriſto.
B. Chryſo. ſer. 2. in princ.
Ioan. 14.
Theophyl.
Oecum. c. 6.

Radicati & ſuperædificati, quomodo ſimus in Chriſtum ſecundum Apoſtolum.

2. Petr. 1.

Galat. 5.

Quinto dubio reſpondetur: Paulus poſtquàm monuit, ne per eloquentiam, aut perſuaſibilem ſermonem ſeduci patiantur, nunc rurſus monet vt caueant ne decipiantur, vel ne captiui, & præda fiant per laqueos philoſophiæ, & verba ad fallendum compoſita. Eſt enim verbum Græcū aliud à ſuperiori, nempè συλλαγωγεῖν, quod eſt, in prædam redigere. Et eſt ſenſus: Caueте ne quis Gnoſticorum, aut familiæ Simonis in Philoſophia inſtructus vos à diſputatione vocatos aggrediatur, & tanquàm pictos, & ſuperatos in prædam abducat. Non enim timebat, ne in Paganiſmū relaberentur. Et apto vocabulo voca

Gnoſtici quidnam impij Chriſtianæ fidei conſtituerēt fundamentum.
V. Solutio quæſtionis.
De vitandis decipiētibus per philoſophiam & inanē fallaciam.

Gnoſti

Gnoſtici vnde prædones Apoſtolo. *Act. 20.*

Gnoſticos, prædones: quia vt ipſemet Paulus alibi dixit de Hæreticis: *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, ita vt abducant diſcipulos poſt ſe.*

Idem philoſophiam cur inanem fallaciam appellauerit. *1. Tim. 6.*

Quia verò Philoſophia res pulchra videtur, & honeſtum vocabulum eius habetur; adiecit Apoſtolus: *Et inanem fallaciam,* quaſi interpretãs quod dixerat: Et illa coniunctio, & accipitur pro, id eſt, Alibi vocat falſi nominis ſcientiam. Nam res pernicioſa ad ſalutem, non meretur nomen ſcientiæ.

Hoc genus philoſophiæ Paulo tãtum eſſe damnabile. *Clem. Alex. ante med. tom. 2.*

¶ Hoc ergo loco non damnat omnem philoſophiam, ſed inanem, id eſt abuſum eius. Vt enim vinum, poteſtas, pecunia, & nobilitas, bona quidem per ſe ipſa ſunt, ſed vitio abutentium mala fiunt; ita etiam Philoſophiæ ſcientia. Et ſanè Clemens libro 1. Stromatum, hæc verba Apoſtoli tractans, ait: *Philoſophiam dicit, nõ omnem ſed Epicuream, cuius etiam meminit Paulus in Actibus Apoſtolorum, reprehendens: quæ tollit prouidentiam, & in Deorum numerum refert voluptatem, & ſi qua alia honore affecit elementa, quæ eis non conſtituens cauſam efficientem: ne viſione quidem apprehendit opificem. Quin etiam Stoici, quorum ipſe quoque meminit, non rectè dicunt, Deum, cùm ſit corpus, viliſſimam peruaſiſſe materiam.* Libro etiam 6. Strom. de inani philoſophia loquens: *Alia,* inquit, *ſuffurati ſunt,* (ex noſtris ſcilicet) *Alia verò malè audierunt. In alijs autem aliqua quidem dixerunt, imitantes, ſed ea non reddidere perfecta: alia quidem humana coniectura, & ratiocinatione, in quibus etiam elabuntur.* Hæc ille.

In quã multis eam notet Alexãdrinus Clemens. *Idem inter med. circiter & initium.*

Leuit. 11. Deut 14. Falſa ratio & inanis quorũdam, vetitæ carnis ſuillæ.

Quemadmodum de ſue Polycarpus in epiſtola ad Philippenſ. de quibuſdam tradit, qui putabant ſuem edi prohibitum, quod cùm veſcitur, non agnoſcit dominum: cùm eſurit, grunnitum emittit ad dominum: & rurſus: *Si aliquid acceperit ad eſum, rurſus ſiſtit grunnitum. Hæc eſt natura ſuis. Falſum tamen eſt, vetare Moyſen ſuilla veſci carne propter hanc proprietatem veram quæ ex natura ſuis exiſtit, quæ ſic eſt ex elementorum concretione compoſita, ac temperata.* Hactenùs ille.

In vniuerſum à Paulo philoſophiã minimè dãnari. Ad VI. dub.

Clem. Alex. D. Aug c. 7. tom. 1.

Quis autem negauerit in ſcriptis Ariſtotelis, & Platonis, in Ciceronis & Senecę, & Plutarchi libris & ſapienter dicta, & acutè, & ſolidè collecta, quæ noſtris ſimillima eſſe videntur; imò potiùs à noſtris ſcripturis magna ex parte hauſta, vt per totum librum ſextum Stromatum docet Clemens. Certè Auguſtinus lib. 8. Confeſſionum apertè teſtatur, ad fidem Chriſti complectẽdam plurimum ſe adiutum per Dialogum Ciceronis inſcriptum Hortenſij nomine.

Quæ ſit hominũ traditio, & elemẽta mundi, nõ Chriſti, vitanda.

Sextæ dubitationi ſatisfit dicendo, multas fuiſſe hominum traditiones, quæ in Græcis gymnaſijs regnabant, quæ fidei noſtræ obſtabant. Verbi gratia: Ex nihilo nihil fieri: A priuatione ad habitum non eſſe regreſſum: Accidentis eſſe eſt in eſſe; & oportere intelligentiam phantaſmata ſpeculari; &, Mundum eſſe æternum. Ex quibus principijs, niſi ſobriè intelligantur, Fidei noſtrę ruunt fundamenta. Nam ex primo & vltimo, Mundi creatio tollitur. Neque par eſt, vt creatura certet de æternitate cum Deo, vt non minus ſit æterna quam Deus. Et ſi artificiale agens non operatur niſi in materia formata, & naturale prærequirit materiam vt agere valeat: quid mirũ ſi Deus, qui in infinitum diſtat ab arte, & à natura, altiori modo quàm illa operetur, nulla poſita materia?

Contra illud principium Philoſophiæ: Ex nihilo nihil fit.

Ex altera traditione, quòd à priuatione ad habitum non ſit regreſſus, maxima miracula Chriſti eluderentur, vt cordium illuminatio, ſurdorum, & mutorum reſtitutio, & mortuorum reſurrectio. Quare illa dignitas ad agentia naturalia referatur, nõ autem ad Deum.

Id etiam impugnatur: A priuatione ad habitum non eſt regreſſus.

Ex tertia traditione ſacramentum altaris nobis periret: nam ſpecies, ſeu accidentia ſine ſubiecto exiſtunt, non quidem vlla virtute naturali, ſed Diuina.

In illud: Accidentis eſſe eſt ineſſe.

Ex quarta traditione ſequi neceſſariò videtur, hominis animũ poſt mortem interire, quia nõ habet phantaſmata, quibus ſe ad intelligendum agat. Sed intelligunt iſti, quod vt Angeli per ſpecies inditas cognoſcunt, ita animæ ſeparatæ per ſpecies à Deo infuſas: quemadmodũ diuinitus multas infundit virtutes, quibus ornamur, & euehimur ad ſupernaturalia agnoſcenda, ſiue ſperanda, ſiue operanda.

Falſum eſſe: Oportere intelligentem phantaſmata ſpeculari.

Illæ ergo dignitates philoſophicæ aut falſæ ſunt: aut ſi veræ, ſecũdùm tantùm cauſas naturales admittendæ. Nulla enim prçter Deum, effectrix cauſa poteſt generare, vel creare ex nihilo, hoc eſt ex nullo poſito ſubiecto, vel per modum generationis. Nec poteſt etiam reſurrectio mortuorũ ex naturę poteſtate proficiſci, aut viſus perditus reſtitui, aut accidens ſine ſubiecto exiſtere, aut intellectus ſine phantaſmate ſpeculari. At omnipotenti Deo hæc impoſſibilia eſſe, nulla vel apparens ratio perſuadet; & tamen nõnulli Philoſophi ſecùs falſo impieque ſenſerunt. Et horum errorum cauſa fuit hominũ traditio, ait Paulus, quia falſa illa, & inania ſumpſerunt principia. Et ita idem Clemens lib. 1. Strom. iam citato poſteà concludit: *Traditionem autem humanam, canoras dicit nugas, quæ verſantur in ratione*: Et paulò poſt: *Quæ eſt enim ſecundùm diuinam traditionem philoſophia, cõ-*

Qualẽ axiomata illa cõtineant veritatem.

Clem. Alex. De mundo tollẽtes prouidentiam, quid etiã neceſſario tollant.

ſtituit,

ſtituit, & confirmat prouidentiam, qua ſublata, videtur fabula Seruatoris œconomia. Hæc ille. Et certum eſt, in Euãgelijs per traditiones humanas ea denotari dogmata, aut decreta quæ cum diuinis pugnant.

Quid, traditionẽ hominum eſſe ſecundum elementa mũdi.

Quod ſi obijcias, Nonne illæ traditiones Philoſophorum rationibus ſuis conſtant? Reſpondet Apoſtolus, illas eſſe ſumptas ſecundùm elementa mundi, id eſt, ab ordine, & cauſis quæ in mundo conſpiciũtur. Cum enim viderent nihil produci in eſſe, niſi prius exiſtente materia, dixerunt abſolutè mundum non potuiſſe produci, ſed fuiſſe æternum: & cum nullum viderẽt à priuatione ad habitum regreſſum, ſimpliciter id fieri poſſe negarunt. Et cum cõtemplati fuiſſent, proprium accidentis eſſe ipſum ineſſe, crediderunt hoc venire in eius rationem & eſſentiam. Sed non ita eſt: aliud enim eſt accidens, aliud ſubſtantia. Et licèt accidens ob imbecillitatem ſui eſſe, non queat per ſe naturaliter conſiſtere: qui tamen dedit eſſe cuiquẽ rei, poteſt inualida ſuſtentare. Et qui eſt dominus ordinis, & cauſarum, non alligauit ſibi manus, quo minus valeat præter illum ordinem, & prę-ter illas cauſas operari.

Quid verò, traditionem hominũ non eſſe ſecũdum Chriſtum.

Manifeſta ergo eſt Philoſophorum fallacia, qui ex his elementis conſtituerunt ſibi principia iuuantia ad intelligentiam virium naturalium: ſed non aduerſus omnipotentiam Dei, quæ accipitur ab altiori principio, nempe Chriſto, de quo ait; *Et non ſecundùm Chriſtum.*

Luc. 1.
Pſalm. 134.

Eſt autem iſtud: *Secundùm Chriſtum*, non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbũ, &, *Omnia quacunque voluit Dominus, fecit in cœlo, & in terra, in mari & in omnibus abyſſis:* Illum eſſe fontem vitæ, & reſurrectionis, & non tantum Chriſto omnia eſſe poſſibilia, ſed etiã omni in Chriſtum credenti. Quod etiam ipſo facto ipſe, & in ſuis maiora ſe operantib. certiſſimo comprobauit experimento. Et Clemens per elemẽta huius mũdi, intelligit eos Philoſophos, qui colebant elementa: nam Diogenes Aërem, Thales verò Aquam, Hypposus ignẽ, alij Terram, alij Solem, alij Cœlum, & Lunam, & Aſtra.

Marc. 9.
Elemẽta mũdi quæ Clementi.
Clem. Alex. lib 1. Strom. inter initiũ, & medium.

Non hic Apoſtolum (vt quidam arguntur) dãnare ſcientias ſeculares.

Deinde ex hoc loco quidam per oppoſitum damnarunt ſcientias omnes, quę naturali lumine conſtantur: quia hic damnatur philoſophia, aut ſaltem damnari videtur. Sed certè hic vera philoſophia non dãnatur, ſed illa, quæ per hominum placita, & traditiones cõficitur, quæ aduerſatur Deo, & in vera ratione naturali non conſiſtit. Alioquin lumen Diuinum lumini naturali non contradicit, ſed fauet, & illi præmittitur. Quòd ſi careremus lumine naturæ, quomodo poſſet adijci ſupernaturale? Et ipſemet Apoſtolus frequenter naturalibus rationibus fulcire ſolet, quæ valent apud homines ad ea perſuadenda, quæ ſunt ſuper ordinem ipſius naturæ. Quomodo itẽ Reſpublica adminiſtrari poſſet ſine legum peritia? aut quomodò corpora malè affecta ſeruari poſſent, ſi de medio tolleretur medicina? Et ita de cæteris artibus, & diſciplinis, quę Dei ſunt dona. Vſq; adeò, vt quoſdam artes mechanicas profitentes Spiritu ſuo impleuerit, vt Ooliab, & Beſeleel ad omnia opera æris, & ferri.

Illatum neceſſitas & vtilitas.

Exod. 31.

Traditionem hominũ Hęretica prauitas Eccleſiaſtica intelligit inſtituta.

Detorquent tertiò hũc locum Hæretici contra Eccleſiaſtica inſtituta, & præcepta dicentes, quòd vt olim pſeudapoſtoli partim ad præſidia humanæ ſapientiæ confugiebant, partim circumciſionem, & legalia ſacrificia vrgebãt, quaſi ad iuſtificationem, & veram iuſtitiam comparandam Chriſtus ſatis non eſſet; ita quoq; hodie videre liceat multos qui dicunt opus eſſe ad conſequẽdam vitam beatam per vires liberi arbitrij, aut opera meritoria, & ſatisfactoria, aut Monachatus regulas, aut Diuorum inuocationes, aut Miſſas, aut Indulgentias, & ſimilia, Chriſti vero ne meminerũt quidem: Quæ omnia, vt inquit Pomeranus apud Auguſtinum Marloratum, complexus eſt.

Impugnatur hæc ſententia.

Sed ſanè impiè admodùm, falſò, & pueriliter ludunt. Quid enim magis ſtultum, quàm dicere, ex Philoſophia veniſſe Monachatum, Miſſas, Indulgẽtias, aut Diuorum inuocationes, & venerationes? Et cur olim cùm florebat in Græcia Philoſophia, non fiebant Monachi, non cantabant Miſſas, & non accipiebãt Indulgentias? Et quid quęſo magis impium, quàm dicere, nos per has traditiones à Chriſto abduci, quibus reuera fit, vt illi arctiſſimè copulemur? Et quid impudẽtius, quam obijcere, nullam Chriſti mentionem fieri apud nos, cum in omnibus orationibus, & ceremonijs explicetur Chriſtus, & genuflexione, & capitis demiſſione, & in templo, & extra, & crucis veneratione colatur, & adoretur perpetuò apud nos Ieſus? Et quid quęſo eſt Miſſa, niſi oblatio incruenta ipſius Chriſti? Et quid ſunt indulgentiæ aliud, niſi diſpenſatio membrorum Chriſti, & ſanctorum? Et quid eſt monachatus, niſi ſtricta ſequela Chriſti, & Euangelicæ veritatis perfectio, & ſuccus? Itaque planè ſe produnt cæcos, & mendaces, & malignos diuinorum operum, quæ in gloriam Dei tendunt, interpretes.

Chriſti cultus quateuus in Eccleſia.

Ad VII. quęſtionem.

Septima fuit dubitatio ſuper illis verbis: *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Quia enim dixerat: *Et non ſecun-*

De modo, quo in Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

ſecũdùm Chriſtum, ſubiungit quis hic Chriſtus, quem omnibus philoſophiæ ſectatoribus opponit. Explicat enim, eum eſſe, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Mirus & inauditus dicendi modus, ſicut & res ipſa quæ explicatur, admirabilis eſt, & ſupra omne miraculum poſita.

Primùm, quòd in Chriſto inhabitet Diuinitas: non enim conſuetum eſt dici vlla in re ſecundùm naturam ipſius inhabitare Deum; at Deitatem eſſe quidem per virtutem, & præſentiam, & eſſentiam in omni re dicimus; inhabitare verò in Scripturis nõ dicitur, niſi in his qui templa Dei peculiari gratia ipſius conſtituti ſunt: vt cum dicitur: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis*; & Apoſtolus; *Sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus.* At in nullo homine dicitur habitare plenitudo diuinitatis niſi in Chriſto.

Deitas quos tantum inhabitet, more Scripturæ. *Apoc.21. 2.Cor.6. Leuit.26.*

Adhæc etſi de quibuſdam dicatur eſſe Deo plenos, at plenitudinem Dei eſſe in illis, nequaquam. Et quod maximum eſt, corporaliter, id eſt, ſecundùm carnem; nam illud propter vnionem naturarum ſingulariſſimũ Chriſti eſt priuilegium: quia Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, ſiue vt Græca vox habet, ἐσκήνωσε, id eſt, tabernaculum fecit in nobis.

Solius Chriſti proprium quid ſit. *Ioan 1.*

Pondera illam cauſalẽ Enim: nam quia in Chriſto eſt omnis plenitudo diuinitatis, bene ſequitur: Traditiones ergo hominũ, aut elemẽta mũdi ne ſequamini, ſed Chriſtum Deum.

Traditiones hominum & elemẽta mũdi cur minime ſequẽda.

Deinde expende verbum, *inhabitauit*, ex quo Neſtorius duas in Chriſto perſonas, conſtituebat. *Si Deitas*, inquit, *inhabitat in Chriſto, ergo alia opus eſt hypoſtaſi, id eſt, Dei inhabitantis, alia eius quod inhabitatur, id eſt, corporis.* Sed manifeſtè peccat hoc argumentũ: nam vt anima noſtra in corpore inhabitare dicitur, nec tamen propriam habet ſubſiſtentiam, ſed vna & eadem eſt hypoſtaſis, & perſona tam corporis, quàm animę: ita humana Chriſti natura non habet diſtinctam hypoſtaſin ab illa Verbi, ſed hæc & Verbi ipſius, & humanę naturæ eſt perſona.

Neſtorij de duabus Chriſti perſonis ſenſus refellitur.

II. ratio.

Adhæc quod ait, Deitatem corporaliter inhabitare, ſatis inſinuat modum illius Diuinitatis, quæ eſt à corpore participata. Id enim denotat, Corporaliter. Nam proptereà non deſinit eſſe Deitas, neque confuſio vlla facta, ſeu commixtio putanda eſt, quia dixit, inhabitare: qui enim inhabitat, non confunditur, aut miſcetur rei quam inhabitat.

Oecum ca 6. à medio.

OEcumenius hunc locum ediſſerẽs, ait: *Quomodo autem contingit & in carne ſubſtantialiter inhabitare Deum Verbum, & ſecundum perſonam ipſi vniri, ac vbiq; eſſe, non in ipſa concluſum? Tale quid factum eſſe intelligamus, quod etiam in luce accidit: omnis tamen imago, omneq; exemplum longe abeſt ab ipſa veritate. Quomodo enim fieri poteſt vt ſenſibilia repræſentent diuina? Dicendum tamen eſt: Quemadmodum lux in initio ante cætera producta, cum incorporea, & immaterialis eſſet, in corpore tamen Solari continetur, & corporea quodammodo facta eſt: attamen etiam cum in ipſo eſt, non prohibetur, neque impeditur quin omnia illuminet: Ita & Deus Verbum qui in principio carnem non habebat, incarnatus non prohibetur etiam carni vniri ſecundùm perſonam, ſic vt in ipſa non concludatur, ſed omnia impleat. Et ob id, vt opinor, ipſe Dominus ſe ipſum lucem appellat: & Malachias Solem iuſtitiæ eum appellauit: præterea & Pſalmographus qui ait: Cecidit ignis ſuper eos, & non viderunt Solem.* Hactenus ille, pulchro exemplo rem obſcuram explicans.

Deus Verbũ in carne ſubſtantialiter quomodo inhabitet ſecũdum OEcumenium.

Geneſ.1.

Ioan.3. Infrà 0. Infrà 9. Malach.4. Pſalm.57.

Tertiò pondera quod ait: Omnis plenitudo diuinitatis (id eſt, plena diuinitas) inhabitat: non quòd plures ſint diuinitates, aut multiplicari poſſint, ſed quòd tota diuinitas Verbi quanta eſt, in ipſo inhabitat Chriſto. Non tamen ipſam ex hoc concluſam intellige, ſiquidem totus Filius Dei incarnatus eſt, & totus eſt cum Patre: cumq; corpore circumſcriptus ſit, diuinitate tamen remanet incircumſcriptus.

Quid, Omnem plenitudinem diuinitatis in Chriſto inhabitare.

Quartò expende aduerbium, Corporaliter. Primò ergo, corporaliter, idem eſt, quod, reuera, & ſecundùm ſubſtantiam, & non tantùm habitu, vel figura, vel vmbra, vt olim in Angelis perſonam Dei gerentibus apparebat, & in propitiatorio, & in nube, & in templo. Qui quidem ſenſus probabilis eſt, quia paulò poſt in hoc capite habet: *Quæ ſunt vmbra futurorum: Corpus autem Chriſti.*

Corporaliter inhabitare, quid ſecũdum Auguſtinum.

Et ita Auguſtinus in Epiſtola ad Dardanum interpretatur, dixiſſe corporaliter, non quòd Deus ſit corporeus; ſed corporalitus, hoc eſt non amplius in vmbris. Itaque habitat Verbum non ſecus atque anima in corpore; hoc eſt inconfuſe, & indiuiſe. Et ita non tam opponitur vmbræ, quàm ei, quæ eſt inhabitare ſecundùm energiam. Et notum eſt quomodo Diuinitas inhabitat quoſuis iuſtos, & hi corpus accipiunt, quale noſtrum eſt. Hoc ſenſu in Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, ſic, vt Diuina natura ſit vnita humanæ naturæ in vna Verbi hypoſtaſi. Et quia tota Diuinitatis plenitudo inhabitauit Chriſti corpus, & Verbum tantùm dicitur incarnatũ; ſequitur in qualibet Diuinarum Perſonarum totam eſſe Deitatis naturam, quæ im-

B. Aug. Epiſ. 57. tom. 2.

Verbi in carne inhabitatio qualis.

Quomodo Deus Verbũ, nõ Pater, aut

Spiritus ſanctus, in Chriſto inhabitans.

Cur potius plenitudo deitatis Græcè, quam diuinitatis in Chriſto dicitur inhabitare.

Quare inhabiter, nõ autem commoretur in Chriſto diuinitas.

Matth. 2.

M. Tull. lib. de ſeneƈt. à medio.

1. Pet. 2.

partibilis eſt & indiuiſa. Et vbicunque eſt Diuinitas Verbi, ipſi etiam inhabitant Pater, & Spiritus ſanctus: ſed non vt terminent incarnationem, vt Verbum facit. Perſona verò diuina non eſt pars diuinitatis, ſed plenitudo potius, ſeu integritas, & vniuerſitas diuinitatis: adeò, vt perinde fuerit vnam ſolam Perſonam incarnari, atque totas tres Perſonas humanam naturam aſſumere, cũ in qualibet ſit tota Diuinitas. Et quia Græcè dicitur θεότης, vt habet Paulus, & non θειότης, hoc eſt Deitas, non Diuinitas, quæ qualitatem quandam potius, quam naturam videtur ſignare: prius verò vocabulum magis ſubſtantiam, quàm qualitatem deſignat: κατοικεῖ, id eſt, inhabitat, coniunctionem declarat; nõ temporalem, ſed perpetuam. Vnde non dicit κατῴκησεν, vt Matth. 2. quod habitauit in Nazaret. Apud Græcos ſiquidem differunt παροικεῖν, & κατοικεῖν, ſicut apud Latinos habitare, & commorari. Vnde Cicero: *Commorandi natura diuerſorium nobis, non habitandi, dedit*, & Petrus παροικίαν, noſtram vitam eleganter vocat. Sicut è contrario Pſalm. 86. legimus de futura vita: *Sicut habitantium omnium habitatio eſt in te*, & ibi habet κατοικία, quia Beatorum perpetua eſt mãſio. Adhæc ſancti per partes acceperunt diuina munera, & gratiam: nam quidam prædicunt futura, vt Prophetæ: quidam Apoſtolicam gratiam obtinuerunt, alij verò gratiam ſanitatum, alij diſcretionem ſpirituum, alij operationem miraculorum: at in Chriſto homine non aliqua pars, ſed tota Diuinæ naturæ cum omnibus gratijs, & muneribus ſe infudit plenitudo, vt inhabitaret illam domum Humanitatis ad vtilitatem ſuam, & noſtram. Hinc Auguſtinus ad Dardanum, tractans quomodo Deus ſit vbiq; ait: *Quid ergo eſt? Hoccine intereſſe arbitramur inter caput, & membra cætera, quòd in quolibet quamuis præcipuo membro, velut in aliquo magno Propheta, aut Apoſtolo, quamuis Diuinitas habitet, non tamẽ ſicut in capite, quod eſt Chriſtus, omnis plenitudo diuinitatis? Nam & in noſtro corpore ineſt ſenſus ſingulis membris, ſed non tãtus, quãtus in capite, vbi prorſus omnis eſt quinquepartitus. Ibi enim & viſus, & auditus, & olfactus, & guſtus, & tactus.* Hæc ille. Et Hieronym. explicans illud Eſaiæ, Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ait: *Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinẽ diuinitatis habitare corporaliter*, nequaquam per partes, vt in cæteris ſanctis, &c.

Alter modus inhabitandi in Chriſto corporaliter.

Aug. Epiſt. 57 in fine.

Alia in Chriſto, alia eſt plenitudo diuinitatis in ſanctis.

Hiero in c. 11. Eſaiæ. tom. 5. initio.

Chriſtum Apoſtolus cur dicat eſſe caput omnis principatus & poteſtatis.

Subdit: *Et eſtis in ipſo repleti, qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis.* E regione igitur ad philoſophiam ſecundùm traditionẽ humanam explicat notitiam, qua repleti erant Coloſſenſes tanquam membra, & corpus ipſius Chriſti, qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis; id eſt, Non eſt quod vobis aſciſcatis Angelos, quos tradit ſchola Simonis. Nam etſi magni ſint, vt principatus, & poteſtates, illorum omnium tamen caput eſt Chriſtus, & illis omnibus supereminet, non ſecus atq; caput membris ſuis, & cõditor opificijs, & vt dominus ſeruis. Quod etiam ad Epheſ. 1. deſcripſit, cùm dixit: *Conſtituens eum ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem Principatum, & Poteſtatẽ, & Virtutem, & Dominationem:* vt quanta eſt differentia inter philoſophicam traditionem, & fidei notitiam acceptam à Chriſto, tanta ſit inter Angelos, & inter Chriſtum differentia. Et caput hoc loco ſignificat principem, ſiue dominum, vel Regem, Hinc illud, *Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſraël factus es?* & rurſus; *Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & nõ in caudam*, & velut explicans, ſubdit: *Et eris ſemper ſupra, & non ſubter*, & Apoſtolus, *Caput mulieris, vir.* Et de his ſatis.

Epheſ. 1.

Quid, eſſe caput omnis principatus, & poteſtatis.

1. Reg. 15.

Deut. 28.

1. Cor. 11.

DISPVTATIO V.

In illa verba: *In quo & circumciſi eſtis circumciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Chriſti, cõſepulti ei in baptiſmo in quo & reſurrexiſtis per fidẽ operationis Dei, qui ſuſcitauit illũ à mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ conuiuificauit, cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci*, & cætera vſque in finem Capitis.

I. Dubitatio.

MVLTA, & ſubobſcura ſunt, quæ hoc in capite continentur. Et explicato prius ordine, dubitatur primum, quid eſt: *Circumciſi eſtis circumciſione non manu facta, & conſepulti ei in Baptiſmo, in quo & per fidem reſurrexiſtis.* Numquid ad circumciſionem tenemur in Euangelio? Secundò, quid eſt delere chirographum decreti, quod aduerſus nos erat; & quid propriè ſignificet chirographum: & quare dicit, decreti in Genitiuo, Græcè verò in Datiuo in plurali τοῖς δόγμασι: Quomodo etiã dicitur tuliſſe illud de medio, & affixiſſe cruci. Et qui ſunt illi principatus & poteſtates, quas traduxit in ſemetipſo. Tertiò, in illis verbis: *Ne-*

Secunda.

Tertia.

mo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, dubium eſt, de quo delectu ciborum aut dierum loquatur Apoſtolus: nam nos certo tempore abſtinemus à carnibus, ouis & lacticinijs, & caſeo; certo quoque tempore feſta recolimus. Quomodò illa etiam erant vmbra futurorum, corpus autem Chriſti.

Quarta.

Quartò, quid eſt ſeducere in humilitate, & religione Angelorũ; & quis ille fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput ex quo totum corpus, &cæt.

Quinta.

Quintò ſuper illud; *Quid adhuc tãquam viuentes in mundo decernitis, Ne tetigeris, neq; guſtaueris, neque contrectaueris: quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu*: nam hæc verba certè implicata, & obſcura videntur. Et bis dicitur, Ne tetigeris, neq; contrectaueris; vnde videtur alterum ſuperfluere. Et quid eſt dicere, omnia eſſe in interitum ipſo vſu; nã potius abuſus eſt cauſa interitus, quam boni vſus.

Sexta.

Demum poſtrema verba: *Quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientia in ſuperſtitione: & humilitate, & non ad parcendum corpori, nõ in honore aliquo ad ſaturitatem carnis*, non ſatis rectam grammaticam habere videntur: quia vt Hierony. ait, illi aduerbio, Quidem, nihil reſpondet: vnde ad imperitiam grammaticæ ille in epiſtola ad Algaſiã retulit: neque ſenſum niſi valde perplexum continent; proinde magna diſcuſſione indigent, vt lucem aliquam accipiant.

Hier Epiſt. 61. q. 10.

Ratio cõnexionis dictorum cum dicendis.

Scopus igitur facilis eſt: hactenus enim egit de ſubtilitate ſermonis, deinde de philoſophia fallaci contra ſcholam Simonis, iam in reliquis vrget Iudaizãtes, qui legem Moſaicam iam extinctam reuocabant ad vitam, proinde rectè eos vrget his verbis, cũ ait: *In quo & circumciſi eſtis*, id eſt, Quid ſibi volunt iſti, qui tãtoperè vos vrgent; niſi vt circũcidamini? Quaſi diceret Apoſtolus. Vos Coloſtenſes nõ indigetis Moſaica circũciſione, qui circumciſi eſtis per Chriſtum petram. Et, in, capitur pro, per, vt frequẽter ſolet. Et quod ait: *In expoliatione corporis carnis*, ſignificat, per exutionem veteris hominis, quẽ vocat corpus carnis, ſiue vitam, quæ eſt in peccatis. Et corpus carnis vocat corpus carneum, in quo nihil eſt adhuc ſpiritus. Ita ſuperiùs dixerat: Nunc autem recõciliauit in corpore carnis eius per mortem. Auguſtin. lib. 14. de Trinitate ait: *Non duas vtiq; res intelligi voluit, quaſi aliud ſit caro, aliud corpus carnis: ſed quia corpus multarum rerum nomen eſt, quarum nulla caro eſt; Nam multa ſunt excepta carne corpora cœleſtia, & corpora terreſtria: corpus carnis, dixit corpus quod caro eſt; ſic itaque ſpiritum mentis, eum ſpiritum, quæ mens eſt.*

Ad I. Dubiũ. Quorsũ id: In quo & circumciſi eſtis circumciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, &c.

Coloſſ 1.
Aug. ca. 16. à medio tom. 3.

Corpus carnis quòd Auguſtino: & corpus peccatorum.

Verùm Auguſtinus in epiſtola ad Paulinum in ſolutione ſeptimæ quæſtionis producit aliam lectionem: In expoliatione, inquit, corporis peccatorum carnis. Vocat autem corpus peccatorum, id eſt, corpus peccatis obnoxium. Et Genitiuus ille, Carnis, deſignat qualitatem peccatorum, nimirum carnis. Græca conſtanter legunt, Corpus peccatorum carnis.

Idem epiſt 59. procul à medio tom. 2.

Sequitur: *Sed in circũciſione Chriſti*. Græcè non eſt particula, ſed, neq; in multis codicibus correctis, & ſine illa particula legit Clemens Alex. lib. 3. Strom. & alij. Ideò Lyranus illa voecula permotus, quod pręcedit, in expoliatione corporis carnis, retulit ad circumciſionem Iudaicam, cum ſit referẽdum ad Chriſtianã. Amplificat ergo Chriſti circumciſionem, quod nõ fiat manibus vt Moſaica. Deinde quòd non tantũ vnam corporis particulam, ſed omnem carnem præcidit ab omnibus, & ſuperfluis, & immoderatis concupiſcentijs.

Huius lectionis incõmodum: Sed in circumciſione Chriſti, proponitur.
Clem. tom. 2.

Chriſti circũciſio dupliciter ab illa Moyſi diſtinguitur.

Stat ergo oratio, legendo per appoſitionem, in circũciſione Chriſti. Et quę ſit hęc circumciſio, explicat dicendo: *Conſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei*. Quã ſuperius dixerat circũciſionẽ, modò vocat ſepulturã, In Baptiſmo enim ſepelitur vetus homo, & aquis obruitur, vt non poſſit amplius exercere actus eius quod ad Rom. 6. & alijs in locis ſæpè dixit. Addit: *In quo & reſurrexiſtis*. Vt non ſolũ liberati ſint à vitijs per Chriſtum in Baptiſmo, ſed etiam nouã ibi vitam induerint, ita vt nouos motus ſpiritus ad officia virtutũ ſentiãt. *Et per hoc fidem operationis Dei*. Quod primũ dederat Baptiſmo, nũc tribuit fidei operationi: hoc eſt, per fidem operatorium non otioſam, neq; deſidem, ſed quæ reddit ad negociandum, & agendum propenſum. Et hæc fides eſt Dei, id eſt, à Deo, vel de Deo: vel, per fidem quæ operatur in nobis. Sed prius eſt multo probabilius. *Qui ſuſcitauit illum à mortuis*. Hoc eſt: Ita vt omnia quæ in Chriſto fecit ſuſcitato, operetur & in nobis ſecundum ſpiritum: quaſi dicat, Nõ eſt quod redeatis ad legem, cuius præcipuum caput eſt circumciſio, quæ in hunc finem fuit data, vt eſſet figura rei abſentis.

Chriſti circũciſionẽ Apoſtolus eur nominet ſepulturam.

Fides operationis Dei quid.

Finis circũciſionis legalis.
Geneſ. 17.
Leuit. 12.

Qui ergo poſt Chriſti aduentum illam figuram vult retinere; completum fuiſſe negat quod figurat, & præſentiam veritatis abolet. ¶ Conuincit porrò hic locus Anabaptiſtas: nam Baptiſmus ſucceſſit circumciſioni, quæ ſemel tantum dari poterat: nã Baptiſmus, noſtra eſt ſpiritualis circumciſio. Et ſepeliri plus eſt quàm crucifigi: quia ſepelitur mortuus, non crucifixus, dum viuit: & ſepultura continuus eſt mortificationis progreſſus.

Contra Anabaptiſtas repetentes Baptiſma.

Ante ſolutionẽ ſecundę dubitationis de

chiro-

chirographo decreti deleto, explicemus verba quę pręcedunt, nimirũ: *Et vos cũ mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ.* Similia hęc ſunt ijs, quæ habẽtur ad Epheſ. 2. Mori in delictis in Ablatiuo, eſt, Mori per delicta. Vſurpant. n. Hebræi in, pro per iuxta illud, *Si nõ credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro,* id eſt, per peccatum. In Datiuo verò eſt, viuere gratiæ Dei, per quã extincta ſũt peccata. *Et præputio carnis veſtræ.* Alloquitur Coloſſẽſes incircumciſos carne, & ſpiritu, quia erãt in ſtatu infidelitatis. Et præputiũ carnis nullũ eſt, ſed præputiũ ſpirituale & hoc erat obturatio auriũ ad verbũ Dei. Vnde Stephan' vocat in circũciſos corde, & aurib. Iudæos incredulos, hoc autem peccatũ ſolus Chriſtus tollere potuit. ¶ *Conuiuificauit cum illo, donãs vobis omnia delicta.* Ecce quod vocauerat prius præputiũ carnis, dictũ per Metonymiã, quo delicta carnalia ſignificantur. Hinc Auguſtinus ad Paulinũ: *Delicta autem carnalia,* inquit, *nominauit etiam inuidiam, & ambitionem, &c.* ad quæ nos perducit hæc caro corrupta. Verbum, donare, quod Græcè eſt χαρίσασθαι, vſurpatur à Paulo pro condonare, & ignoſcere, & ad Epheſ. Donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis; Chriſtus etiã, Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque, id eſt, remiſit debitum.

Epheſ. 2. Mori in delictis, & mori delictis; in Datiuo, differunt. *Ioan. 8.* Præputium ſpirituale quod. *Actor. 7.* Præputium carnis quid ſit Apoſtolo. *Aug. epiſt. 50. in ſolut. 7. quæſtionis.* *Epheſ. 4.* *Luc. 7.*

Delens quod aduerſus nos erat, chirographum decreti. Huic dubitationi vt plenius ſatisfacere valeamus, declarãdũ in primis quid ſit chirographũ tũ apud Gręcos, tũ apud Latinos, qui ex Græcis accepérũt. Deinde quid rei hoc loco referat, & repræſentet. Tertiò an legẽdũ ſit in Genitiuo, decreti, an decretis, vt habet Gręca litera. Quartò explicãda eſt hęc Pauli ſentẽtia, & exẽplo aliquo inſigni illuſtrãda. Poſtremò aliquid circa Grãmaticã eſt attingẽdũ, vt agnoſcamus viã, & rationem, qua verba magis cõſtare poſſint.

De chirographo, decreti quæſtiones ſoluendæ.

In primis igitur chirographum eſt, ſcriptura propria manu cõfecta (vt nomẽ denotat) per quã ſe quiſq; ad aliquid ſoluendũ, vel faciendũ obligatum agnoſciti quod proinde ſcriptum à ſeipſo negare nõ valet. Verbi gratia, Tobias ſenior tradidit mutuo Gabelo certum põdus argenti ſub chirographo. Tobias quoque iunior debitam pecuniæ quantitatem à Gabelo accepit, & reſtituit illi ſuum chirographum, quod de more diſcerpi ſolet. Sunt aliæ huic ſimiles voces, ſyngrapha enim generalior eſt vox, & cautionẽ cùm propriæ manus ſcriptura cõtrahentium ad pactorum fidem ſeruandã denotat. Apocha verò, eſt ſcriptura, qua creditor aſſerit ſibi eſſe de pecunia debita ſatisfactũ per enumerationem; ſicut acceptilatio, eſt gratia remiſſionis, qua perinde habetur debitũ acceptum, quam ſi perſolutum fuiſſet. Et de nomine ſatis ſit dictũ.

Chirographum quid nomine. *Tob. 1.* *Infrà 9.* Quid ſyngrapha, Apocha & Acceptilatio.

Quod ad rẽ attinet, quod ſecundo loco erat declarãdum, aſſerimus, quoſdam ſenſiſſe hic ſermonem eſſe de decretis, ac placitis, quæ ab initio cũ primis parẽtibus noſtris Adam & Eua Deus iniuit. Decreuit enim: *De ligno ſciẽtiæ boni & mali ne comedas, in quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* Hæc erant decreta quę inſcripſit in cordibus eorũ, & hoc chirographũ erat contra nos, tã Gentiles, quã Iudæos. Et quoniam nos, Adã comedente, comedimus de vetito fructu, & illo peccãte peccauimus, inuenimur rei mortuis: & Chriſtus hoc chirographum pro ſua incõparabili charitate dilacerauit, & affigẽs cruci ĕ medio ſuſtulit, & ſolutionẽ eius in ſeipſo accepit, vt cum ſua carne crucifixum maneret, & mortuum, & nos per eius reſurrectionẽ vitã reſumeremus. Quod vbi fecit Ieſus, expoliauit principatus, & poteſtates, & ab eis prædam abſtulit, nimirũ nos omnes qui premebamur tyrannide. ¶ *Traduxit confidenter palam.* Hoc eſt, magna libertate, & confidentia oſtentauit eos palam ſuperatos, vti ſolent victores facere deuictis hoſtibus. Soliti enim erant in triumphum ducere gẽtes deuictas, iuxta illud Poetæ de Auguſti triumpho:

Quid re chirographum. *Geneſ. 2.* *Infrà 3.* II. dubitationis propoſita de chirographo decreti quod erat contrariũ nobis à Chriſto deleto, cruciq; affixo prima ſolutio. Quomodo Chriſtus expolians principatus & poteſtates, traduxerit cõfidenter palã, triumphans illos in ſemetipſo.

— *Incedunt victæ longo ordine gentes,*
Quam variæ linguis, habitu tam veſtis, & armis,

Verg. lib. 8. Æn. in fine.

Subdit: *Triumphans illos in ſemetipſo.* Id eſt: Nõ alicuis militum ſuorum viribus: aut auxiliarib. copijs, & armis, ſed propria virtute. Legit enim interpres ἐν αὐτῷ: quemadmodum etiam legit Orige. hom. 9. in librum Ioſue. Et inſtigante diabolo, vt per Iudęorũ ora irritaretur Dominus in cruce, cum dicebant, *Si Filius Dei es, deſcende de cruce;* &, *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere,* deſcendere, & ſaluum ſe facere noluit, ſed expectauit Dominum, qui è ſepulchro reuocauit eum ad vitam: & ita triumphum egit de hoſtibus, & prædam de manu eorum abſtulit. *Ego ſum,* inquit, *ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor;* &, *ego qui loquor iuſtitiã, & propugnator ſum ad ſaluandum.*

Orig. hom. 1. *Matth. 27.* *Sap. 2.* *Eſai. 43.* *Infrà 64.*

Hic ſenſus maxime placet, quia præter Patres, qui illum aſſerunt, vt paulò ante dixi, Græca etiam litera confirmatur, quæ habet, *Donans nobis omnia delicta,* non autem, vobis. Neque dixit, Delens quod aduerſus vos erat chirographum decreti, ſed aduerſus nos. Nec opus eſt reſtringere Apoſtoli verba ad Iudæos tantùm: potius enim loquebatur ad Gẽtes, quarũ erat Do-

Ponderatur hic ſenſus.

1. Tim. 2. Rom. 11.

ctor, & Apuſtolus, & in quarum gratiam præſens epiſtola ſcribitur.

Alter ſenſus de chirographo decreti.

Secundò, fuit qui hæc Apoſtoli verba referant ad legem Moſaicam, quantum ad eam partem quę in decretis cõſiſtebat: nam decreta propriè vocat, quæ ex placito decernentis fiunt, & quorũ tranſgreſſio peccatũ ſit, nõ quòd aliàs ſuapte natura peccata eſſent, ſed quia decreto erãt interdicta: vnde δόγμασι, id eſt, decreta dicuntur, à verbo δοκεῖν, quòd eſt ordinare, ſiue decernere, ſiue dogmatizare.

Lex Moyſi quare poſitiua.

Quia lex igitur Moſis erat poſitiua, id eſt ceremonias, & iudicia habebat, plurimæ erans tranſgreſſiones Iudæorũ; ac proptereà chirographũ ſtabat aduerſus illos validũ, & firmũ: ſcriptura enim legis quaſi chirographũ quoddã erat, in quo ambæ partes ſe obſtrinxerant pactũ ſeruare. Nam Iudæi promiſerãt; *Omnia quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes:* quòd ſi quid omitterẽt, ſubdiderũt ſe maledicto legis. *Maledictus*, inquit, *omnis qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Et circumciſio ipſa inſtar erat cuiuſdam chirographi, qua quis propria manu ſubſcribebat decretis ſeruandis, qua circũciſio vniuerſæ legis ſeruãdæ profeſſio erat, iuxta illud; *Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.*

Exod. 24.
Deut. 27. Galat. 3.
Infrà 5. Actor. 15.

Hoc chirographum erat aduerſus nos: quia lex erat iugum illud, quod neque patres noſtri, ait Apoſtolorum princeps, neque nos portare potuimus. Et quia excitabat concupiſcentiam, vt niteremur in vetitum.

Quã probabilis hæc ſententia.

Hic ſenſus verus cõprobatur & ex præcedentibus quæ dixit de circumciſione, nimirum: Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti; & ad Epheſ. Legem, inquit, mandatorum decretis euacuans. Et quia dixit in cruce: *Cõſummatum eſt*, intelligimus Moſis quaſi chirographum quod vrgebat Satanas, deletum eſſe, & diſcerptum. Et vt vetus illud teſtamentum fuit chirographum, ita nouũ in corde ſcriptum, & non in tabulis lapideis, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, quaſi apocha ſcriptum fuit. Nam per illud intelligimus omnia noſtra peccatorum debita, & pęnas & ſupplicia, ad quę propter illa tenebamur nobis fuiſſe gratis remiſſa per Chriſtum.

Epheſ. 2.
Ioan. 19.
2. Cor. 3.

III. ſenſus nõ ineptus.

Tertiò ſunt alij, qui aliter interpretantur, neque reſpicientes ad Adam, neque ad Moyſen, in hũc modum: Deleto chirographo rituum, ac ceremoniarum, quæ contra nos erant, & abolitis illis, quæ tanquam aliquo chirographo noſtra manu ſubſcripto nos premebant, nam ritus legales ſeorſum conſiderati ab eo quod adumbrabant, id eſt, à Chriſto, vt ab eis conſiderabantur qui per eos non Chriſtum adumbrati, ſed per Chriſtum nobis ſalutem præſtari contẽdebant, aliud non erant quàm miſeri hominis conditio, & publica delictorum confeſſio. Nam expiationes, ſacrificia, ſanguines, lotiones, capitalem publicè teſtabantur. Chriſtus igitur cum ab ijs ſuo ſanguine nos expiauerit, ac repurgauerit, dicitur chirographum deleuiſſe: nõ enim perſolutio ad vltimum vſq; quadrantem ære alieno, manet firmum chirographum: aut ſi manebat integrum chirographum apud bonæ fidei creditorem, qualis eſt Deus, idque ex debitoris conſenſu, quis perſolutum æs alienum eſſe dixerit?

IV. Senſus.

Quartus ſenſus eſt aliorum, qui potius videtur ſpiritualis, & myſticus, quam literalis. Scribit enim Origenes homil. 13. in Geneſim in fine: *Peccati literas nos ſcribimus. Audi Apoſtolum dicentem: Delens, inquit, quod aduerſum nos erat chirographum in decretis, &c. Iſtud quidem quod dicit chirographum, peccatorum noſtrorum cautio fuit. Vnuſquiſq; etenim noſtrum, in his quæ delinquit, efficitur debitor, & peccati ſui literas ſcribit.* Idem videtur docere Plato, qui libr. 9. de Repub. *Quoties peccas*, inquit, *toties te veluti catena reuinctum nequiſſimo, & ſpurciſſimo domino pro mancipio tradis.* Hæc ille in ſenſu.

Orig tom. 1. in princ.

Peccãs qualẽ incurrat ſeruitutem, Platoni.

Addit Origenes, hos libros eſſe, qui aperiuntur apud Danielem, & Eſaiam huc ſpectaſſe, cùm dixit: *Ecce ego deleo ſicut nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua.* Chriſtꝰ enim in ſua paſſione hoc chirographum affixit cruci, vt has tabulas deleret, quæ cõſcientiam accuſant, aut defendunt. Et Plato in Gorgia ita habet: *Quemadmodũ qui toto corpore vlceribus ſcatet, & carcinomatis, foris verò ſpecioſis obambulat nitidis veſtibus, & fallit, celatq; morbum obuios, cum ponit veſtes incurrunt in omnium oculis carcinomata, ac fœdiſſima vlcera quæ celabat: ſic qui animo vitijs eſt & flagitijs inquinato, qui vitijs madet, quamuis bonis corporis exterius niteat, tamẽ cum ponet corpus quaſi veſtimentum, & animo ſuo ſe ſiſtet iudici, tunc aperientur animi vlcera.*

Dan. 7.
Eſai. 43.
Rom. 2.

Eiuſdẽ de vitioſo homine, & flagitioſo elegãs homoiõis.

Quod tertio dicitur in Græca litera δόγμασι; ſupplenda eſt præpoſitio ἐν, vt ſignificetur ipſum chirographũ in ritibus ſitum. Alij verò Dandi caſum aiunt poſitum pro illo Gignendi, idiotiſmo Hebræa, chirographum decretis, pro, decretorum; vt, *Pſalmus ipſi Dauidi*, pro ipſius Dauidis. Et Paulus, σκόλοψ τῇ σαρκὶ, id eſt, ſtimulus carni meæ, pro carnis meæ. Et M. Cato hanc loquendi rationem in libris de Re ruſtica vſurpauit, ait enim: *Ornamenta bobus*, pro, ornamenta boum; & *Inſtrumenta ruſticis*,

Legendũ ne: Delẽs chirographum decreti, an, decretis.

2 Cor. 12.
M. Cato.

pro,

pro, inſtrumenta ruſticorum. Et ita non erit opus ſuppleri præpoſitionem *ἐν*.

Imperatoris Hadriani liberalitatis exemplum inſigne.

Iam quarto loco propoſitum abſoluendum eſt, & aliquo illuſtri exemplo explicandum. Ælius Spartianus in Adriano de eius liberalitate ſcribit: Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam, quæ fiſco debebatur, priuatis debitoribus in vrbe atque Italia: In prouincijs verò etiam ex reliquijs ingentes ſummas remiſit, ſyngraphis in foro diui Traiani, quò magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis. Hæc verò infinita pecuniarum ſumma quanta eſſet, apparet ex inſcriptione, quæ in foro diui Traiani legebatur: *Imp. Cæſari diui Traiani Parthici Fi. diui Neruæ nepoti Traiano Auguſto Pontific. Max. Tribu. Poteſt. 2. Conſul. 2. quoniam omnium principum, & ſolus remittendo H.S. nouies millies centena millia N. debitum, &c.* Quæ ſanè ſumma ſi ſecundùm computationem Budęi ad noſtram monetā redigatur, efficit. 27. milliones ducatorum aureorum. Quæ planè ſumma etſi ingens ſit, & incōparabilis; parua tamen eſt, ſiue nulla, ſi conferatur cum immenſa, & infinita magnitudine liberalitatis diuinæ, quæ non pecunias, ſed atrociſſimas peccatorum innumerabilium iniurias, quibus grauiſſimè offenditur Diuina Maieſtas, non in foro Traiani, ſed in monte Caluario per Chriſtum Filium eius munificentiſſimè remiſit, ac condonauit.

Quanto maior Chriſti Domini liberalitas extiterit chirographi decreti delentis.

Quo exemplo agnoſcitur exceſſus Diuinæ munificentiæ ſupra quantamcunque hominum opulentiſſimorum beneficentiam. Fuit enim dimittere centum denarios conſerui, & Dominum dimittere decem millia talenta. Vide quantum diſtet ſumma centum denariorum, quæ conficit decem aureos, & ſumma decem millium talentorum. Valet enim vnum talentum ſexcentum aureos, ſi ſequamur Græcos: nam Hebræum *Kikar*, ſiue talentum, minùs eſt Græco.

Matth. 18.

Participia quædā Græcæ propria linguæ, hic vſurpata ab Apoſtolo.

Porrò quod ad Grammaticam ſpectat, perſpice illa quatuor Participia, delens, affigens, ſpolians, & triumphans, Gręcè eſſe pręteriti temporis, quibus caret Latina lingua; & ideò vel in paſſiua præteriti temporis ſignificatione participia ſunt commutanda, hoc eſt deleto, & cruci affixo, chirographo, & expoliato principatu, & poteſtate, & triumphato; vel in verba præteriti perfecti, videlicet cùm deleuit, affixit illud cruci, & expoliauit, & triumphauit, &c.

Crux qualis Apoſtolo.

Quòd verò dixit, triumphans in ſemetipſo, quidā legunt, in ſeipſo, hoc eſt, *ἐν αὐτῷ*: nam crux Gręcè dicitur *σταυρός*, quę eſt maſculini generis. Crux enim inſtar fuit triumphalis currus, aut circumuecti trophæi, & ita legit Græcus Scholiaſtes. & Origenes in Exodum Homilia 4.

Orig. 10. 1. Quem principatum, & poteſtatem Chriſt⁹ triūphauerit in ſeipſo.

Per principatum, & pteſtatem intellige Satanam cum ſuis Angelis: & hunc locum citans Auguſtinus, legit: *Exuens ſe carnem, principatus, & poteſtates exemplauit.* Hilarius verò: Exutus carne, & poteſtates oſtentui eſſe fecit.

Aug. lib. 16. cōtra Fauſtū, c. 29 & alibi to. 6.

Hilar. lib. de vnitate patris, & filij, circa princip.

Tertium dubium ſoluendum. Dicimus, obſcura eſſe illa verba: *Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, &c. Quæ ſunt vmbra futurorum: corpus autem Chriſti:* explicanda ſunt tamen. Concludit enim Apoſtolus per illam illationis notam. Ergò, quòd poſtquam erant ſpiritualiter circumciſi, renouati, & perfecti, ſublato peccato, & alijs, iure amplius non eſſe à Iudæis iudicandos, ſi obſeruantias legis non reciperent. Nam per cibum, & potum, & alia tria quæ addit, quaſi per Syncedochen intelligimus totum Iudaiſmum. Et iudicet dixit, pro, condemnet, ſimplex *κρίνομαι* pro compoſito *κατακρίνομαι*. *In cibo, aut in potu,* id eſt, ob cibum, vel potum: nam à multis lex abſtinentiam præcipiebat, ſicut & potum, qui ex vaſculo non habente operculum ſumebatur.

Ad III. dub. Quid ſignificet: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, &c.

Vocat ergò partem diei feſti, eam partem, quæ obſeruantiam dierum feſtorum, attinebat. *Aut neomenia.* Quæ erat feſtum nouæ Lunæ, in qua quieſcebant, aut ſacrificabāt. *Aut Sabbatorum.* Quia apud Iudęos erant feſta dierum, menſium, & annorum, & alia ſimiliter feſta, quæ appellatione Sabbati veniebtnt, & quę habebant ſeptem dies feriales: quę cùm Coloſſenſes longè diſtarent à Ieruſalem, obſeruare non poterant.

Hęc etiā explicātur: Nemo vos iudicet: In parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum.

Subdit: *Quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti.* Id eſt, Illæ obſeruantię erant vmbra quędam, cuius vmbrę corpus erat corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia. Qui ergò tenere, ſiue prehenſare corpus poteſt, fruſtra, & vanè vmbras conſectatur. Et opponit hic vmbram corpori, metaphora ſumpta à pictoribus, qui adumbrant imagines, de quibus alibi Apoſtolus: *Vmbram habens lex futurorum bonorum* (id eſt, cœleſtium) *non ipſam imaginem rerum.* Iudęi habebant vmbram remotiſſimam à veritate perpetui corporis, nos in Euangelio habemus guſtum, & imaginem, in cęlo verò habebimus res ipſas.

Corpus Chriſti quale nā illa legalia adumbrarent. Coloſ. 1. Epheſ. 1.

Heb. 10.

Quarta fuit dubitatio his in verbis: *Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, & religione Angelorum quæ non vidit ambulans, fruſtra*

Huius loci: Corpus aūt Chriſti: Ne-

mo vos ſeducat,&c. duplex diſtinctio.
Oecu.c.8.

inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, &c. Indicant Græca ſcholia duplicem eſſe lectionem huius loci; alteram dictam iam & explicatam: Vt hæc verba referantur ad ſuperiora, & corpus referatur ad fideles, qui ſunt membra Chriſti, vt ſit ſenſus: Nemo vos fideles à præmio diuertat, quod habere cœpiſtis per fidem. Vnde Auguſtinus ad Paulinum: *Nemo ergo vos, inquit, iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quod eſt vmbra futurorum: hoc dixit propter Iudaiſmum. Deo inde ſequitur propter ſuperſtitiones Gentilium. Corpus autem Chriſti, inquit, nemo vos conuincat.*

B. Aug. ep. 59. in ſolut. 7. q. circa med. tomo 2.
Altera præſtantior.

Chry. hom. 7. Ioan. 1.

Verùm prior diſtinctio accommodatior videtur, & eius tantum meminit Chryſoſtomus, vt corpus Chriſti ſit idem illud, de quo Ioannes dixit: Veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Huius verbi: Nemo vos ſeducat, interpretationes.

Verbum Seducat, vel Conuincat, Græcis eſt, καταβραβευέτω. Laurentius Valla vertit: Nemo vos ad palmam euocet, ſiue brauium oſtentet ad prouocandũ curſum. Verùm Eraſmus apertè euincit, id non ſignificare illud verbum, ſed, præmium intercipiat; vnde & vertit: Nemo vobis palmam interuertat; Propoſita eſt vobis æternæ hęreditatis palma; nemo vobis illam eripiat per cultum Angelorum obſeruatum à Simone Mago. Hieronymus in epiſtola ad Algaſiam, docet, eſſe vocem peculiarem Cilicibus, in qua prouincia natus erat, & educatus Paulus. Et Chryſoſtomus cum eius ſectatoribus docet ſignificare, defraudari præmio: quod interpres noſter ſatis expreſſit, dicendo: Nemo vos ſeducat. Nam vt ſuperiùs paralogiſmos Rhetoricos, & deprædationem per inanem philoſophiam, per quam quis in dogma Platonis, vel Ariſtotelis incidens, prędа eorum fit, vt cauerent, monuit: ita nunc de his, qui ad Moſem reuocare tentabãt fideles, aſſerit quod à brauio abducebant.

Hiero. ep. 151. q. 10. to. 3.
Chryſ. prædicto ſerm.

Et Photius pro verbo καταβραβευέτω, exponit κατακρινέτω. Ambroſius dixit, deuincat, ſicut Auguſtinus, conuincat, quod ad iudicem, & moderatorem ſpectat: & ita ſupradixit, Nemo vos iudicet. Et βραβευτὴς ſignificat imperioſam quandam poteſtatem, qua Paulus ab iſtis pſeudapoſtolis tanquam agonothetis, & moneratoribus, qui poſſint præmia tribuere, vel eripere, Chriſtianos nõ vult iudicari. Theodoretus: *βραβευτὰς, inquit, vocat iudices eorum, qui gymnicis in ludis decertant: nam hi vincentibus victoriæ ſuffragium præbent, καταβραβεύειν, verò eſt iniuſtè præmium deſignare. Quoniam ergo & hi qui legales obſeruationes Euangelio permiſcebant, à melioribus ad deteriora ipſos transferebant, meritò ait: Ne quis palmam interuertat.* Hæc ille apud OEcumenium.

Photi. apud Oecu. c. 8.
Ambr. hoc loco, to. 5.
Aug. ep. 59. in ſolut. 7. q. à medio.
Theod. ibid. apud Oecum.

Dicitur autem βραβευτὴς, παρὰ τὴν ῥάβδον, eo quod virgam geſtaret, quę ſymbolum erat poteſtatis iudicandi.

Alijs autem placet, καταβραβεύειν, non referendum ad agonothetas, ſed ad antagoniſtas, vt apud Virgilium Niſus in Stadio Salio præmium intercepit, quod Euryalus obtinuit. Quo modo dicuntur Phariſæi præueniri, ſeu præcidi à publicanis, & meretricibus in regno Dei; & ipſi neque in cœlum ingredi, nec introeuntes ſinere introire. Et quia in hoc ſignificatu hoc verbum inuenitur apud Demoſthenem, & Plutarchum, & Iſocratem: dici vix poteſt, quòd verbum ſit Cilicibus tantum familiare.

Virg. l. 5. Æn.
Matth. 21. Infrà 21.

Verbum Volens, Grecè eſt θέλων participiũ, & ponitur pro ἐθελοντὴς, id eſt voluntarius: alij referunt ad verbum Seducere: Nemo vos ſeducat ſtudio, & data opera. Chryſoſtomus refert ad ſequentia, ſicut & OEcumenius, cuius hæc ſunt verba: *Volens*, inquit, *hoc facere per animi humilitatem, magis autem per ſuperſtitionem Angelorũ.* Et ita duo illa participia θέλων ἐμβατεύων, pro infinitiuo ἐμβατεύειν, id eſt, volens ambulare, vt Græca ſcholia notant, ſunt accipienda.

Chryſ. loco d. Oecu. c. 8.

Ad IV dub. Quid ſignificet: Volens in humilitate, & religione Angelorum, quę non vidit, ambulans.
Idẽ Oecu. ib.

In humilitate, & religione Angelorũ. Quidnam eſt hoc? ait OEcumenius: Erant nonnulli apud ipſos, qui in ſimulatione modeſti animi prohibebant ipſos per Chriſtum accedere, quaſi tantis digni non eſſent: & quòd Angeli obſecrandi eſſent, vt nos ad Deum adducerent, veluti qui etiam primi cõmuni acceſſu, ſiue adductione facti ſint: maius eſſe dicentes quam quòd ad nos pertineat per Chriſtum adduci. Hæc OEcumenius ex Chryſoſtomo ſuxit.

Illa coniunctio, Et, & religione Angelorum, interpretanda eſt per epexegeſin, id eſt, quæ ſita eſt in religione, & cultu Angelorum. Tertullianus libro quinto in Marcionem: *Aliquos taxat*, inquit, *qui ex viſionibus angelicis dicebant, cibis abſtinendum, & cæt.* Clemens quoque libro tertio Strom. *Magis, inquit, curæ eſt, qui Angelos colunt, & dæmones, ſimul à vino & animatis, & rebus abſtinere venereis.* Hæc ille.

Tertul. loquẽs de ep. ad Coloſſ. in fine.
Magi angelorũ, dęmonũque cultores à quibus abſtinerent.
Clem. Alex. paulò ante med. to. 2.

. Et hęc eſt cauſa quare Apoſtolus in epiſtola ad Epheſios, tã ſtudioſè inculcauerit, ac repetierit nos habere acceſſum ad Patrẽ per CHRISTVM. Vel ſicut dixit ad Galatas cap. 4. *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre, & manere ſub tutela,*

Epheſ. 3. Gal. 4.
Angelorum obſeruantiæ cur olim, & quatenus Iudæis permiſſæ.

& cuſto-

& cuſtodia pædagogi. Et ideò datæ ſunt iſtæ priſcæ obſeruãtiæ Angelorum illi populo, quibus multum premebatur, erantque o nera ſeruilia impoſita ad tempus. Vt ſit ſenſus: Nemo vos abducat à curſus præmio volens ambulare in ficta quadam humilitate, ſponte,& nemine cogente, non autem dignè Deo, vel Chriſto, vel Euangelio, quod eſt lex libertatis, ſed in illa depreſſione data illi puero Iudæo, & quæ ſita eſt in religione vel ſuperſtitione Angelorũ, iuxta illud Stephani: *Qui accepiſtis legẽ in diſpoſitione Angelorum,& non cuſtodiſtis.* Hęc autem erat legaliũ obſeruantia, quæ olim Iudæo pro tempore religio fuit, quæ ideò facta eſt ſuperſtitio, quòd vt religio eſſet, faciebat autoritas Angelorum, quia per Angelos inuenta ſunt, & tradita legalia Moſis vſq; ad tempus. Quòd verò tranſijt in ſuperſtitionem (nam eadem vox Græca θρήσκεια, vtrumque denotat,& religionem, & ſuperſtitionem) temporis progreſſus in cauſa fuit, quando iam puer adoleuerat: & cùm factus eſſet vir, aliam vitam, & alios mores induere debebat.

Iacob. 1.
Act. 7.
Galat. 3.
Legalia Moſis vnde reddita ſuperſtitioſa poſt Chriſtum.

Addit, quod volens ambulabat in ea religione,& humilitate: quia retinebat antiquatos ritus: quod non viderat. Et quare non viderat? quia erat inflatus ſenſu carnis ſuæ, id eſt mente carnaliter affecta ad Moyſen. Tumens etiam ſcientia cœlorum, & Angelorum,& aliarum rerum mirabilium. Et dicitur, fruſtra, id eſt: ſine vtilitate aliqua,& in vanum inflatus, quia non tenebat caput Chriſtum. *Ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Non tenens etiam caput doctrinæ Apoſtolicæ, quæ erat in Petro,& Paulo, qui ſunt poſt Chriſtum Eccleſiæ fundamentum. Non tenet ergò ſenſum aut fidem Eccleſiæ, ex quo totum corpus per commiſſuras,& compages componitur. Vt enim vitalis ſpiritus à cerebro in reliquum corp⁹ per neruos diffunditur, & membris ſenſum, & motum ſuppeditat ita Spiritus Chriſti per commiſſuras, vel compages fertur,& ſenſum fidei, & vitam charitatis, & motum bonorum operum ſuppeditat. Et creſcit, ait, in augmentum, ſiue αὔξει τὴν αὔξησιν, id eſt, in augmentũ augetur. Et vocem Dei opponit iouentis hominũ. Cùm ait, ex quo reſpexit ad rem, id eſt, ad Chriſtum, non ad vocem κεφαλῆς, quæ eſt fœmini generis: & Gręcè non dixit, ἐξ ἧς, ἐξ οὗ.

Iudæus quo modo volẽs ambularet in humilitate,& religione Angelorum, ſiu ſita inflatus ſenſu carnis ſuæ.

Non teneat caput quod nam Iudæus incredulus.
1. Cor. 3.

Myſtici corporis eccleſię vinculum, & vita Spiritus factus eſt.

Subdit: *Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; guſtaueris, neque contrectaueris?* Ita Gręcè legitur & Auguſtinus epiſtola ad Paulinum ſimiliter legit,& Latina quædã caſtigata habent. Si ergò: quanquam Hieronymus ad Algaſiam, Ergò, non habeat, ſed eſt omninò ſupplendum. Et in epiſtola ad Romanos frequenter occurrit mori peccato, vel legi, vel morti; modò addit præpoſitionẽ. Ab mortui ab elementis huius mundi. Eſtque ſenſus, Liberum,& immunem reddi: ſicut etiã Rom. cap. 6. dixit, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato: quia morte tollitur obligatio perſonalis mortis. Addit: *Cum Chriſto.* Id eſt: Vt Chriſtus mortuus eſt: quia mors illi vltra non dominabitur: ita nos mortui eſſe debemus ab elementis mundi huius. Vult Apoſtolus dicere: Si renunciaſtis omnibus bonis quæ poteſt afferre lex Moyſi, id eſt litera abſq; ſpiritu, ſiue philoſophia, aut homo ſibi relictus, vt Plato,& Simon Magus. Vt elementa in genere dicantur tam ea, quæ ſunt Moyſis, quã quę ſunt Philoſophię. Ille ſiquidem mortuus eſt ab elementis mundi qui non ponit ſpem ſalutis in purgationibus animarum, quas tamen ponunt Platonici,& ſchola Simonis Magi. Et rurſus ſi renunciauerit omnibus præmijs, quæ humanæ iuſtitiæ admiſcentur: & vt ait Ambroſius, ſi errores quos humana adinuenit traditio, contempſerit.

Ad V. dub. De ſenſu horum verborum: Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius, &c.
Aug. ep. 59 in ſolu. 7. q. 10. 2.
Hier. ep. 151. q. 10.
Rom. 6.
Quare qui mortuus eſt, vt ait Paulus: iuſtificatus ſit à peccato.
Infrà 9.
2. Cor. 3.
Ab elementis mundi huius qui ſit mortuus.
B. Ambr. hoc loco.

Vocat elemẽta mũdi, legis onus, nõ quod hic mundus illorum autor fuerit, ſed quòd mundus autor ſit illius opinionis, quæ eſt hominem iuſtificari per opera legis coram Deo. ¶*Quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis?* Hoc eſt: Quid eſt in cauſa, cur tãquam nondum mortui illis elementis, ſed adhuc in illis viuentes, decreta Dei his elementis aut decernitis, aut paſſiuè, decretis eiuſmodi oneramini? verbum enim Græcum eſt δογματίζεσθε, quod vtrumque ſenſum recipere poteſt,& actiuum, vt ſignificet, quid dogmatizatis, aut quid decernitis, ſiue vt Tertullianus dixit, ſententiam fertis. Alter ſenſus eſſet, vt verbũ illud paſſiue ſumptum ſignificet: Quid dogmatizamini? ſiue, Quid decretis oneramini,& implicamini,& eiuſmodi præceptis adhuc teneri vos permittitis?

Legis onus, elementa mundi cur Apoſtolo.
Rom. 3.
Quid ſignificet: Quid adhuc tãquam viuentes in mundo decernitis.
Tertul. lib. de reſurrect. carnis, inter init. & medium.
Alter intellect⁹ eius dicti.

Ne tetigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris. Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu. In primis hęc erant fortaſſis illorum pſeudapoſtolorum verba μεμπτικῶς, expreſſa à Paulo: quare deficere videtur Ambroſius, dicens hęc verba in illorum non dici perſona.

Quibuſdã dicentibus: Ne tetigeris, neq; guſtaueris, neq; cõtrectaueris

Secundò perpende, primum verbum, Ne tetigeris, Μὴ ἅψῃ, propriè vertendum eſſe. Ne ſitaueris: quia alioqui dicere. Ne

Prima Apoſtoli ijs in verbis alluſio.

tetigeris, neq; cõtrectaueris, eſſet inanis repetitio. Verbũ etiam ἅπτεσθαι non tantũ ſignificat tangere, ſed etiam cibari, vt prohibitio ſit: Ne cibites, ne guſtes, ne contrectes. Et videtur alludere Paulus ad multa præcepta, q̃ ſunt in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio de bis rebus. Et fortaſſis hęc eadem præcepta in ſuam ſcholã receperat Simon Magus, in quem præſertim hęc epiſtola, & illa ad Epheſios ſe opponit, vt Chryſoſtomus, Theodoritus, & Græca ſcholia docent.

Altera alluſio. *Matth. 15. Rom. 14.*

Fortaſſis etiam Paulus alluſit ad verbũ Chriſti, non quod intrat in os, coinquinat hominem. Alibi etiã dixit. Non eſt regnum Dei eſca & potus. Obſeruat Auguſtinus ep. ad Paulinum, in illis verbis, Ne tetigeris, neque guſtaueris, adhibendam eſſe pronunciationem in vultu, & in modo vocis per irriſionem, ſicq; verba poſuit eorum, qui dicunt: Ne tetigeris, neq; guſtaueris, cum ſint omnia munda mũdis.

B. Aug ep. 59. in ſolut. 7. q. à med. to. 2.

Tit. 1.

Legalia Moyſis ab aduẽtu Chriſti cur eſſent interitũ ipſo vſu.

1 Cor. 7.

Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu. Id eſt: Quòd totum genus doctrinæ, & religionis ducit hominẽ in interitum: quia illa legalia iam mortua erant, & breui futura mortifera. Et ait: *Ipſo vſu.* Vbi apertius Græca habent: *Nullus enim bonus vſus eſſe poterat eorum quæ extincta erant.* Sicut etiam alibi habetur: *Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Gręcè enim legimus, χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι. id eſt, ſic vtentes hoc mundo, quaſi non abutantur. Et ita interpretantur Auguſtinus, & Ambroſius.

Auguſt. ibi. Ambroſ.

Quænã præcepta, & doctrinę hominum hoc loco dicuntur. *Eſai. 29. Matth. 15.*

Subdit: *Secundum præcepta, & doctrinas hominum.* Alludit ad illud Eſaiæ: *Et timuerũt me mandato hominũ & doctrinis.* Vocat enim abuſum tales obſeruantias legis, quia autoritate Dei nõ ſuſtentabãtur. Iam enim lex ceſſauerat, & Moyſes mortuus erat. Et tantùm hominum autoritate, & præceptis nitebantur, & ita quod olim diuinum erat, reddebatur humanum.

De verbis illis: Quæ ſunt omnia in interitu ipſo vſu, Hieronymus Baſilius que quid ſentiant.

Hieronymus verò, & inter alios Baſilius in caput primum Eſaiæ, & Græca ſcholia, illa verba: *Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu,* interpretantur ſic, dicentes: Omnes fructus terræ datos eſſe vt conſumantur, & in vſum noſtrum cedant, & ita in ſtercora rediguntur, & ſecernuntur: quemadmodum & alibi dicitur: *Eſca ventri, & vẽter eſcis: Deus autem & hunc, & hanc deſtruet.* At Manichęi & alij hęretici abſtinebant propter cibi honorem à carnibus, quia dicebant animalia habere animam rationis participem: quos Clemens Rom. lib. 6. ca. 10. Apoſtolicę diataxis notauit.

1. Cor. 6.

Clem. Rom.

Ad VI. quæſt. reſpon.

Poſtremum dubium diluendũ eſt, & explicanda illa pauca verba, ſed perplexa, & difficillima, nempe: *Quæ ſunt rationem quidẽ habentia ſapientiam in ſuperſtitione, & humilitate: & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.* Inprimis igitur vt ſenſus literalis comprehendi queat, notandũ eſt, ſermonẽ eſſe de illis pręceptis, & traditionibus quorũdam pſeudapoſtolorum, qui homines erant, & ſeducere Coloſſenſes tentabant, Moyſis legem reuocantes.

De his verbis: Quę ſunt rationẽ quidẽ habentia ſapiẽtię, &c. quo modo accipienda ſint.

Deinde perpende illud: *Quæ ſunt rationẽ quidem habentia ſapientiæ.* Gręcè legi, Ἅτινα ἐστὶν λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, quę quidã vertebrũt. Verbo tenus quidem ſpeciẽ habent ſapientiæ. Sed Græcè reuera nihil eſt quod reſpõdeat verbo tenus: cui verbo volũt rem ipſam opponi, quod non eſt opus. Et ideò melior eſt noſtra lectio. Nã quod vox λόγος, nõ ſoleat accipi pro ſpecie, ſiue ſimilitudine, leue eſt: quia iuxta ea, de quibus loquimur, ſermonem ſolemus attẽperare. Idem eſt ergò, habere rationem ſapientiæ, ac habere ſpeciem, vel imaginem. Sicut illud eſt in poſteriori ad Timotheum: *Habentes ſpeciẽ quidem pietatis: virtutem aũt eius abnegantes.*

Inepta quorundã interpretatio illorũ verborũ.

2. Tim. 3.

¶ Habere ergò rationem ſapiẽtię, intellige excellentis cuiuſdam doctrinę, & de cœlo delapſæ eruditionis. Et videtur Gnoſticos, qui ſibi omnem ſcientiam tribuebant, notare. Hieronymus refert ad Iudaizantes, & deuterotas. Chryſoſtomus dubius eſt, an ad hos, an ad illos referẽdum eſt. Veriſimilius eſt vtroſq; reſpexiſſe. Auguſtinus tamen rationem propriè accipit, & ſapientiam impropriè, hoc eſt, pro non vera, ſed falſa, vel mundana.

De eiſdẽ verbis Apoſtoli variæ Patrũ ſententiæ ponuntur.

Hier ep. 151. q. 10. in fin. to. 3. Chryſ hom 7. Aug ep. 59 in ſolut. 7 q. in fin. tom. 2.

1. Cor. 1.

Sic etiam Apoſtolus ſolet vocem. ſapientiæ vſurpare, vt cum ait: *In Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum.* Et ſicut in textu Apoſtoli citato ad Timotheum ſunt illa duo aduerbia, μὲν & δὲ, quorũ vnũ alteri reſpondet, ita etiam hoc loco. Et ſi nõ ſit δὲ reſpondens, ſupplendum tamen eſt more Hebręo, & ſecundũ rationẽ aduerſantium rationum. Et ſecundum Demetrium Phalereum in lib. de interpretat. elegantiæ cauſa, & vt ipſe ait, magniloquentię, ſupprimitur interdum ſecunda particula δὲ, quæ ſignificat, autem, aut verò.

Demet. Phal.

Quod verò Hebræis ſit mos eiuſmodi particulam aduerſantem ſupplere, teſtatur Pſalm. 118. *Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus,* pro eo, quod dicendum erat: Et tamen: Rurſus: *Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: & legem tuam non ſum oblitus,* vbi eſt ſupplendum, tamẽ: & cęcus natus: In hoc mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos, id eſt, tamen aperuit meos oculos. Lucas etiã, qui inter Euangeliſtas eloquẽtiſſimus eſt teſte Hieronymo, Act. 1, dixit: *Primum*

Quibus locis Hebræa lingua, vt alibi de more, aduerſantẽ dictionem non exprimat.

Act. 1. Pſalm. 118. Ibidem. Ioan. 9.

145.à med & alibi,tom 3. *mum quidem ſermonem feci de omnibus o Theophile*,nec tamen addidit illi particulę reſpõdentem vocem,idq; in alijs locis Lucas fecit.Hæc dixerim propter Hieronymũ, qui Idē ep.15 1.q. 10.& alibi eodem to. tribuit imperitiæ Grammatices defectum illius particulæ : quare ſenſit particulam μὲν,redundare. Eraſmus verò dixit,eſſe orationem eſſe inabſolutam.

Explicantur hæc:In ſuperſtitione,& humilitate, & non parcendũ corpori. Iam quæ ſequuntur,diſcutiamus. *In ſuperſtitione,& humilitate,& non ad parcendum corpori.* Quibus tres dictiones tantum Gręcè reſpondent, nimirũ ἐθελοθρησκεία ταπεινοφροσύνῃ ἀφειδία σώματος:qui ſunt tres colores oſtendentes rationem, & ſpecimen ſapientiæ. Primum vocabulum, cultum ſpontaneum, ſiue voluntariam religionem pro arbitrio cuiuſuis abſtinendi à cibis denotat:In qua voce alludit ad ea, quæ ſuperius dixit:*Nemo vos ſeducat, volens in humilitate,& religione Angelorum*:nam ibi eſt participium Volens,& religio,quæ Græcè dicitur θρησκεία.Deinde illa voce alludit ad voluntarias oblationes legis, quæ Nodoboth dicuntur,de quibus Deut.16. & Num. 30. Num.30. vbi mulier,quę iurauit per ieiunium, & cęterarum rerum abſtinetiam,animam affligere,votum reddere iubetur,&maximè Amos 5.illæ ſpontaneæ oblationes proponũtur.Significat igitur omnem voluntariam religionem, quam ſibi quiſq; finxit ex cerebro.

Secundum verbũ(ſcilicet ταπεινοφροσύνη) ſignificat humilitatis virtutem, & ex corde profectam,quãtum ad vocem attinet. Sed hic pro falſa, & ficta humilitate ponitur, quæ non eſt ex Euangelio,ſed pugnat cum Euangelio:quia ex falſa humilitate Iudaizantes Euãgelio admiſcebã legẽ.Et vt teſtis Aug.li.de vera relig.10.1. & lib.2. de doct. Chriſt. c.25. eſt Auguſtinus,ac B.Thomas, omnis ritus colendi Deum,qui à Deo non eſt , nec ab Spiritu ſancto per Eccleſiam traditus, ſed voluntate hominum inuentus,ſuperſtitioſus eſt.Et ſupplendum in hac voce ſecunda Tho 2.2.q. 39.art.1. illud quod fuit in prima.Nam vt in illo fuit ἐθελοθρησκεία,ita etiã ἐθελοταπεινοφροσύνη,vt ſit ſpontanea humilitas,& nõ præcedta. Et Eſſenorum, Brachmanarũ,&Pythagoreorum quid de cultu diuino ſentiẽdũ. tales fortaſſe fuerunt Eſſeni,Brachmanes, & Pythagorei,qui hos ritus,& ſuperſtitiones propria voluntate ſibi præſcripſerunt, propter humilitatem,&animi deiectionẽ, vt aliquid præ cæteris in communi vitę curſu manentibus admirandum facere videntur.

Tertia vox fuit ἀφειδία σώματος, quæ ſi Latinè ad literam conuertatur, ſignificat imparcentiam, ſiue imparſimoniam corporis,cùm ſcilicet quis non parcit,aut corpori,aut pecuniæ,aut ſomno φείδομαι,enim parcere ſignificat,& cũ particula α negante fit ἀφειδία,quia volunt videri non parcere corpori ſuo,quod vexant ieiunio,& alijs aſperis. Et ſi huic voci adiungas id , quod priori fuit additum,dices ἐθελαφειδία, id eſt voluntaria imparcentia. Et reprehendit Iudaizantiũ ac Montaniſtarũ nimia abſtinentia. inuſitatam rationem abſtinendi : quia abſtinebant cum iniuria,& læſione corporis, citra Spiritum reuelationis. Hinc idololatræ Sacerdotes Baal cultris,& lanceolis in- 3.Reg.18. cidebant carnes ſuas , & perfundebantur ſanguine:Monteniſtę tres Quadrageſimas voluntaria ſua religione obſeruabant, nec ob id fuerunt ſanctiores Eccleſia Catholica,quæ vnam tantum obſerubat, & obſer- B.Hier.ep. 54.circa med. tom.2. uat, De qua Hieronymus ad Marcellam: *Nos*,inquit,*vnam Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum,toto anno,tempore nobis congruo, ieiunamus*.Et Tertullianus, qui Catholici cur Pſichici Tertulliano. partes Montani fouit,libiũ ſcripſit, quem inſcripſit:In Pſychicos,id eſt,in Catholicos quos illa voce Græca animales vocabat , quòd vnam tantum Quadrageſimam obſeruabant. Tales fuerunt & Circuncelliones, ex Donatiſtis, & poſtea hæretici qui- 1.Tim.4. dam dicti Flagellantes ſe, & noſtro ſeculo Anabaptiſtæ. Cum tamen Deus creauerit cibos ad percipiendum cum gratiarum actione.

Explicatur & illud: Non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. *Non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.* Hic finis eſt huius capitis. Et quia his verbis reprehendere illos videtur,ſupplẽda eſt hic aduerſatiua, Tamen,vel Autem,vt integra ſit,& abſoluta clauſula , quemadmodũ ſæpius diximus. Vt ſit ſenſus:Quæ ſunt rationem quidem ſapientiæ habentia in ſuperſtitione,& humilitate animi , &in imparcentia corporis:non tamen,vel,nõ autẽ in honore,vel pretio aliquo ad ſaturitatem carnis(hæc enim habent Grecè οὐκ ἐν τιμῇ τινι)non tamen ſunt alicuius pretij. Nam Duplex honor. vt honor apud Apoſtolũ, pro indumento corporis accipitur,ſiquidem inhoneſtis noſtris honorem abũdantiorem circũdamus: 1.Cor.12. & vt Cominus declarauit præceptum honorãdi parentes muneribus,ac debitis ſub- Matth.15. ſidijs ad vitam tuendam proſequi parentes &iuxta Apoſtolũ. *Qui bene præſunt presbyteri duplici honore ſunt honorandi*: Ita hic negare 1.Tim.5. honorem corpori,eſt neceſſaria in victu, & veſtitu ſubtrahere.

Si corpori, vel carni iuxta Apoſtoli parcẽdũ nobis eſt,ab eo dẽ cur iubemur carnis curã nõ facere in deſiderijs. Cæterum cum Paulus alibi dixerit:Carnis curam ne feceritis in deſiderijs, hic verò nolit ſubtrahi carni ea quæ ſunt neceſſaria:nequaquam ſibi contradicit. Vult enim haberi curam corporis,& carnis noſtræ,quatenus ſana præſtet officia ſua Spiritui,& inſeruiat.Alibi autem vetuit, ne eius curam haberemus in deſiderijs ſuis,ſiue Rom 13. Galat.5. concupiſcentijs,ex quibus oriũtur peccata

nam

nam caro ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum.

Dicti huius Apoſtolici: Et nõ ad parcendũ corpori, duplex ſenſus.

Aug. ep. 59 in ſolut. 7. q. ad calcem.

Hier. ep. 151. q. 10. prope fin. tom 3.

Porrò illa Apoſtoli verba Latini aotores ſenſu reprehendentis accipiunt, pręter Auguſtioum, & Hieronymum prędictis in locis: nimirum id, & non ad parcendum corpori, interpretantur quaſi ſit condolentis, hoc ſenſu: Miſerè torquent cordus ſine fructu: qui decipiuntur ficta ſuperſtitione, & humilitate.

Illud quoq; : Et nõ ad ſaturitatẽ carnis, dupliciter intelligitur.

Prudẽs lector hoc loco nouarũ quarundã hęreſum ſcopulos quomodo vitabit.

Et non ad ſaturitatem carnis, vocat eam victus rationẽ, quã pro ſanitate tuenda corpus requirit, & pro ratione animũ in veræ pietatis operibus exercendi. Quanquã non deſint qui Gręcã prępoſitionẽ πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς interpretantur, contra ſaturitatem carnis. Declarat enim in quo non parcant corpori, in eo ſcilicet, quòd non præſtant neceſſaria corpori ad vitã; & ideò carnem poſuit, in qua tacita eſt antitheſis ſpiritus, & præſtantioris vitæ.

Hactenus explicata eſt litera, quantum per nos fieri potuit. Et quia multa in ea cõtinentur, quæ poſſent ab hæreticis detorqueri pro ſuis falſis dogmatibus tuẽdis; primò lector ante oculos habeat, nę hæreticorum argutijs implicetur, hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe ab Apoſtolo contra familiam Simonis Magi, & Iudaizantes, qui ad legem reuertebantur, vt inter alios Epiphanius antiquitatis obſeruator tradit, & Chryſoſtomus cum ſuis ſectatoribus in huius epiſtolæ interpretatione docent. Quare Lutherani, qui hoc caput detorquent à vero ſenſu, non ſunt audiendi, vel cùm interpretantur philoſophiam, quę argumenta quęnis à ratione petita ſumit in rebus quæ ad fidem ſpectant, non conuenire: quia multa in hoc mundo accidunt, quæ ratio offenſa multis, quæ in boc mundo accidunt, non poteſt ſtatuere, quod mundus gubernetur à Deo.

B. Epipha. in hæreſin, 21.

Quam ſolã hic Apoſtolę philoſophiã damnet, ac reprobet,

Quòd autem Paulus de certa ſpecie philoſophię, quę inducebat mediatores Angelos, loquatur, exinde probatur, quia ideò dixit: *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis: in ipſo eſtis repleti: ipſe eſt caput omnis principatus, & poteſtatis: ex quo omne corpus, &c.* Vitanda ergò philoſophia haud dubiè, ſed diuerſa, aut aduerſa ijs, quæ Paulus tradit, id eſt illa Simonis, quæ ſumpta eſt à Platonicis, & Iconicis philoſophis. Quare non notat Apoſtolus eos, qui in Theologicis rebus immodica vtuntur philoſophia: nam etſi illi reprehenſione digni ſint, non tamẽ hoc loco (vt dixi) notantur à Paulo, cum illo tempore non eſſent tales.

Traditiones hominum

Deinde quod traditiones hominum detorquent ad conſtitutiones Monachorum; alienum eſt à propoſito. Non enim ait Apoſt. per, ſed ſecundum traditionem hominũ: quæ prępoſitio declarat, eodẽ pertinere traditionem hominum, quò ad præcedentia, de quibus erat ſermo: nec rẽ diuerſam eſſe à philoſophia, & inani fallacia. Et licet dixiſſet, per traditionem minimè haberent hunc locũ de monachis intelligendũ, cùm huic ſenſui tota ſeries ſcripti repugnet. Vbi enim in tota hac epiſtola mentio traditionum monaſticarum?

non eſſe inſtituta monaſtica.

Elementa mũdi ordinationes ciuiles

Tertiò excutienda particula: *Secundum elementa mundi*, quam illi nebulones tanquã tertiam rem ponunt, ordinationes politiæ intelligentes, cùm nec præpoſitio Secundũ nec conſequentia ſcripti Apoſtoli; eum ſenſum admittant, ſed ex eo ſenſu ſequeretur, quòd vitandæ eſſent ſicut inanis philoſophia omnes politicæ ordinationes; quod eſt dogma Anabaptiſtarum, qui dixerunt ordinationes ciuiles cauendas eatenus, ne in eis conſtituatur iuſtitia Chriſti. Sed improbabilis eſt hæc ſententia, cùm hæc omnia ex æquo mandet euitari: & Simon, in quem proculdubio agitur, nunquam docuit iuſtitiam eſſe in legum politicarum obſeruatione.

His verbis: Nemo nos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, Eccleſiaſtica ieiunia, aut feſtiuitates minimè tolli.

Quartò in illa verba: *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti*, ad conſtitutiones eccleſiaſticas de ciborum, & dierum feſtorum obſeruatione, infeliciter hæretici detorquent. Sed indè rectè id fieri, oſtendit vocula. Ergò, quæ reſpicit ad iudicie, & legales ceremonias. Facit etiã quod ait: Quæ ſunt vmbra futurorum, apertè declarans ſermonem eſſe de delectu, & cibis legis Moſaicæ, de quibus erat inſtitutus ſermo.

Hęc interpretatio: Nemo vos ſeducat in religione Angelorũ, id eſt, cœlibatu, quam puerilis & abſurda.

Quintò, quod ait de religione Angelorum, de cælibatu quidã interpretãtur, quaſi diceret Apoſtolus, non eſſe hominis, ſed Angelorum ſine vxore vitam ducere: Sed impudens eſt, & penitus violenta ipſorum commentatio, & aliter docet Patrum aotiquitas de religione Angelorum, & veterum interpretationes, & extra ſtatum epiſtolæ eſt, an in negotio ſalutis ſit inuocãdus Chriſtus, ita vt nemo alium viuorum inuocare debeat: quia tantum hic vetat Angelos Simonis agnoſci, ſiue extra Chriſtum Angelos, quos per ſe vt aliquid valentes adhibere ſolebat Simon.

Id: Quid adhuc viuentes in mũdo decernitis? quomodo detorqueant hæretici.

Terent. in Prolog. Andr.

Sextò in illud: *Tãquam viuẽtes mũdo decernitis*, vel dogmata ſuſcipitis, de cibo, & potu mirè quadrare putant quę dicuntur, cõtra canones Pontificum de ieiunijs, & delectu ciborum, ſed faciunt, vt ille dixit, Næ intelligendo vt nihil intelligant.

Septimò, cùm hæc epiſtola memoret

præcepta

Eorũdem de traditionibus hominum detorta ſententia.

præcepta & traditiones hominum; Hæretici intelligunt eas quæ nihil habent conſentaneum cum Scripturis, ſed tantum à ratione non imbuta fide profectæ ſunt, vt erant Iudaizantium, & Simonis. Et cum his velle comparare decreta Pontificum, & Epiſcoporum, capitis eſt planè inſani, & videre veritatem nolentis. Nam hæc omnia ab hominibus fide imbutis, & caput Chriſtum tenentibus profecta ſunt, & ad fouendam charitatem, quæ planè ſunt Euangelica.

Qui in Apoſtoli verbo voluntarias fidelium eleuēt oblationes, ac vota.

Octauò in voce ἐθελοθρησκείας, id eſt, voluntarij cultus, ſiue religionis ſpontaneę, putant ab illis peti monachorum regulas probatas ab eccleſia: ſed eadem profectò imperitia, qua ſuperiora. Nā Propheta dixit. *Voluntariè ſacrificabo tibi*, vbi innuit, aliqua ſpōtè Deo ſacrificari. Et in libro Numerorum: *Si vxor vouerit, & iuramento ſe conſtrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam, &c.* Et affligere animā, idem eſt ac humiliare apud Eſaiam, quod ieiunijs contigit; quod Græcè νηστεύειν dicitur, & ſignificat ieiunare παρὰ τὸ ὡς ἐρείδειν ἐντέρων, id eſt, à vacuitate ciborum, quę moleſta eſt naturæ. Nam & Latinè à quodam inteſtino corporis, quod ſemper eſt vacuū, & dicitur Ieiunium, nomen accepit, de quo Celſus libr. 4. ait Ieiunium inteſtinum eſſe corporis, quod nunquam quod accipit, retinet, ſed ſemper in inferiores partes tranſmittit.

Pſal. 53.

Num. 30.

Eſa. 58.

Ieiunij nomē vnde deſcendat.

Epiphan.

Epiphanius in Compendiaria doctrina Eccleſiæ Catholicæ ſub finem, *Quidam*, inquit, *ex bono propoſito, pietatis exercitatores in ipſa Eccleſia ſemper ieiunant, excepta Dominica, & Pentecoſte, &c.* Nec hic longius hoc proſequor, cum per ſe manifeſtum ſit, placere Deo voluntarias noſtras oblationes, ſiue ſint de bonis fortunæ, ſiue de bonis corporis, ſiue de bonis ipſius Spiritus, & animi.

Priorum ſiue à ſuperiorib⁹ indictas ſiue voluntarias corporis caſtigationes impiè ab hæreticis ſuperſtitionem vocari.

Denique incommoda corporum, & ſalutares afflictiones, & carnis macerationes, quæ ab Eccleſia indicuntur, aut ſponte aſſumuntur, dicunt hoc loco à beato Paulo damnari quaſi ſuperſtitioſa. Sed age, ſi afflictio corporis, & abſtinentia, & luctus Chriſtianus reprobantur à Chriſto in ſtatu Chriſtiano, quorſum Ioannes Baptiſta venit veſtitus pilis Camelorum, & neque manducans, neque bibens? Quare Chriſtus ieiunauit quadraginta dies, & quadraginta noctes? Cur dixit Dominus Phariſæis, futurum tempus, quo, ablato Sponſo, Apoſtoli erant ieiunaturi? Et cur non dixit, Diſcipulis meis indicere nolo ieiunia, quia id ſapit ſuperſtitionem? Et cur Paulus gloriatur in ieiunijs multis, & in frigore & in nuditate? Et cur toties tam in Veteri, quam in Nouo Teſtamento pro imploranda de cęlis Diuina gratia, indicebātur prius ieiunia, & orationes? Cur etiam Dominus dixit: Hoc genus dæmoniorum non ejicitur niſi per orationem, & ieiunium? Et ſi ieiunātes nihil merentur, cur Chriſtus beatificat luctum? Et cur dixit: Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, &c. Et Pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi? Sed longum eſt hæc perſequi per ſe notiſſima, & omnibus obuia. Et de his hactenùs.

Matth 3.
Infra 11.

Suprà 4.

2. Cor. 11.

Matth. 17.

Supra 6.

DISPVTATIO VI.

In verba tertij capitis ad Coloſſenſes: *Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram, mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, &c.* vſque in finem capitis.

I. dubitatio.

PRIMÒ Occurrit dubitare circa hoc caput, cur Apoſtolus initium ſumat dicendi ab illa vocula illatiua. Igitur, & quomodo nos hìc poſiti poſſimus guſtare, & ſapere quæ ſurſum ſunt, cùm illa longè à nobis diſtent, aut quomodo nos non quæramus terrena, ſine quibus non viuitur in hoc mundo? Secundò, cur dicitur Chriſtus vita noſtra nobis apparere cum Chriſto in gloria? Tertiò, quę ſunt iſta membra mortificanda nobis ſuper terram, cùm iam dixerit ſuperiùs: *Sepulti enim eſtis in baptiſmo cum Chriſto, & circumciſi, &c.* Quartò, explicandum eſt, quid eſt exuere veterem hominem, & nouum induere; cuius noui induitionem explicans, ait. *Induite vos ergo, ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ benignitatem, &c.* Quintò, cur potiùs charitatem ſuper omnia habendam eſſe docet: & ſi tanta eſt fides, vt hæretici docent, cur nōn potiùs dixit fidem ſuper omnia habendam? & cur potiùs charitas quam fides vocatur vinculum perfectionis? Sextò, quomodò dicitur pax exultare in cordibus

Secunda.

Tertia.

Coloſſ. 2.
Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

dibus noſtris; cùm tamen loco huius verbi Græcè legatur βραβευέτω. Septimò, quomodò verbum Chriſti inhabitat corda noſtra, cùm ſit accedens, & non ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, quæ habitare poſſit. Octauò, an illa verba: Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Ieſu Chriſti facite: ſint præceptum, an conſilium, cuius omiſſio nō ſit peccatum. Poſtremò, quare ſubiungit præceptiones particulares filiorum, & parentum, ſeruorum, & dominorum, quas ferè in omnibus epiſtolis ſolet adiungere. Parua quidem ſunt dubia, & quæ magnam doctrinæ ſuppellectilem non exigunt, vt expediantur; ea tamen euoluere, explicare, cùm ſint Apoſtoli verba, non poteſt non eſſe operæ pretium.

Ad I. quæſt. reſponſio. De cauſa illationis huius: Igitur ſi conſurrexiſtis cū Chriſto, & reliqua.

Act. 1.
Ibidem.

Quod ad primum attinet, cum ſuperiori capite dixiſſet Apoſtolus, Coloſſenſes mortuos cum Chriſto in baptiſmo, & vna cum illo reſurrexiſſe; hic iam exhortationem verè ſanctam inſtituit, & oſtendit. Chriſtiani hominis ſtatum nihil aliud eſſe, quam reſurrectionem cum Chriſto. Nam vt illi datur quadraginta dierum ſpatium, quo ſuſcitatus Chriſtus manſit in terra, viuens adhuc immortalis, eoſque in diſcipulis de regno Dei inſtituendis exegit, & poſtea perpetuò regnaturus in cœlum aſcendit: ita & nos, qui per illius mortem vitam gratiæ recuperauimus, debemus Deo immortaliter viuere, hoc eſt inculpatè, & ſine crimine, expectantes pariter poſt elapſos quadraginta dies, qui terminus eſt vitæ huius, beatam perfectę reſurrectionis poſſeſſionem per conſcenſum cœlorum adipiſci. Sunt igitur quæ ſequuntur, omnia ad vitæ informationem, faciliuſq; intelligi à nobis quam præſtari poſſunt. Et id ſignificat illa particula igitur.

Si pro quia, more Script.

Altera verò quę ſequitur, Si, nō tam dubitantis eſt, quam aſſeuerantis, vt ſæpè poni ſolet. Si enim, idē eſt quod, quia. *Quæ ſurſum* (inquit) *ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.* Quęrimus autem ſuperna non tantùm ſola fide, vt hęretici decepti, & decipientes colligunt, ſed per opera charitatis, & iuſtitiæ, vt per ſanctam in eis perſeuerantiam. Et quia Chriſtus eſt caput noſtrum, nos autem eius membra; demus operam, vt mente, affectu, & cogitatione cum eo verſemur. Ob id enim aſcendit, & cum eo etiam noſtra corda aſcenderent, & ad ſe omnia traheret. Et vt intellectu quęrimus ita voluntate ſapimus & cœleſtibus afficimur, nōn autem terrenis.

Vti quæramus potiſſimum quæ ſurſum ſunt.

Ioan. 12.

Quæ ſurſum ſunt, cū ſint inuiſibilia, qua ratione guſtentur.

1 Cor. 2.
Eſa. 64.

Pſal. 72.

Quia ergò guſtando & ſapiendo probamus, quæ ſurſum ſunt; obijciet aliquis, quomodò deguſtari poſſunt ea, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe? Reſpondeo, modum eſſe, deguſtari ipſum Deum, de quo dicitur: *Quam bonus Iſrael Deus his, qui rectò ſunt corde?* & quam ſit Chriſtus dulcis in Cruce. Deguſtata etiam arrha tantorum bonorum, hoc eſt Spiritu ſancto, de quo: *O quam bonus, & ſuauis eſt, Domine, Spiritus tuus.* Non enim omninò dimiſit nos Deus pignoris expertes, atque adeò arrhabonis ad ſtabiliendam nobis promiſſionem, in quo eſt quædam prægustatio. Alioqui ſi nullo dulciario cruſtulo alliceremur, quis talia operaretur, & tantos exantlaret labores, aut quis libenter tanta pateretur?

Sap. 12.
2. Cor. 1.

Diuini guſt' neceſſitas in viatoribus.

Num. 13.

Quid ficus, botruſq; ac duo viri portâtes, nec nō vrbes grādes, atq; muratæ: quidq; malogranata de Certa promiſſa, atq; gigantes olim præſignauerint.

Redierunt exploratores miſſi à Moyſe in Terram promiſſionis; retulerunt in ea eſſe vrbes muratas, & homines excelſos velut gigantes, quibus ipſi comparati erant, veluti locuſtæ; attulerunt vuam, ficum, & malogranata. In ficu agnoſcimus Diuinæ eſſentiæ dulcedinem: in palmite cum vua, gaudium ex viſione Chriſti, & ſanctiſſimæ Matris eius: & duos illum portantes, nimirùm Iudæos præcedentes, qui non viderunt, & Chriſtianos, qui eum præ oculis ſemper habere debent, vt ſequantur eius exempla. Ciuitates munitæ, ſunt ſecuritas æternę vitæ: quia gaudium illud nemo tollet à nobis: malogranata, beatorum conſortij iocunditas: homines excelſi & gigantes, quibus Iudęi exploratores agnoſcebant ſe velut locuſtas; ſunt homines beati, qui tantum nobis præſtant, vt præ illis nihil eſſe videamur, de quorum magnitudine dixit Chriſtus, *Qui minor eſt in regno cælorum maior eſt Ioanne Baptiſta.* Exploratores boni fuerunt Ioſue, & Caleb, qui & viderūt ipſi. Hic Ioſue Chriſtus eſt, qui vnigenitus eſt, & de ſinu Patris deſcendit; & Caleb, Paulus eſt, qui audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui; & Stephanus, qui iam moriturus vidit cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei, & Ioannes qui vidit nuptias Agni, & alij ſancti, & magni viri, quibus Deus ſanctum ſanctorum patefecit.

Ioan. 16.

Matth. 11.

Ioan. 1.
2 Cor. 12.
Act. 7.

Apoc. 19.

Terrena quæ nobis minimè quęrēda.

Addit: *Non quæ ſuper terram:* In Antitheſim eorum quę ſurſum ſunt, ponit terram: id eſt, quę mundus hic ſuggerere poteſt, hoc eſt diuitias, delicias, honores, &c. Quāobrē hoc certum eſt diuinę gratię ſignum, terrenorum in veritate contemptum, & cœleſtium amorem ſentire.

Quomodo id à nobis.

Quòd ſi quis quęrat; quomodo nos, qui terreni ſumus, terrena quærere prohibemur, cùm ſine illis viuere non poſſimus?

Do-

Google

ſet,quęrat,cū ex terra cōſte mus,ſim uſq; terten.

Math. 6.

Dominus reſpondit. *Quærite primùm regnũ Dei,& iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*, veluti aditamenta. Et vbi præcipuè mens quęrit regnũ Dei,temporalia,& terrena,quę propter illam quæruntur,quodãmodo æterna,& ſpiritualia fiunt.

Qua morte eſſent mortui Coloſſenſes, vt ait Apoſtolus.

1 Ioan. 2.

Vita Coloſſenſiũ quomodo abſcondita fuerit cum Chriſto in Deo.

Ad ſecundum dubium circa illud; *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo:* reſpondemus de morte ſpirituali eſſe ſermonem,qua in baptiſmo morimur,&mundo renunciamus,& triplici eius concupiſcentię,carnis oculorum,& ſuperbię vitę. *Et vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in Deo.* Id eſt:Vita veſtra per gratiã & gloriam futuram,quę iure iam veſtra eſt, tantiſper vobis ſeruatur abſcondita in Deo inuiſibili,& Filio, qui etiam abſconditus eſt vobis,qui ambulatis nõ per ſpeciem, ſed in ænigmate.Mundus enim non videt vitam veſtram ſpiritualem,& quomodò in vobis regnet ſpiritus;ſicut nec videt vitam Chriſti,qui tamẽ maximè & glorioſè viuit apud Deum.Rectè dictum fuit ab Epicuro: Λάθε βιώσας,id eſt,Latè,dum vixeris. Et Ouid. de triſtibus eleganter dixit.

Ouid.lib.3.de triſt.eleg.4.

Crede mihi:benè qui latuit,benè vixit:& intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

Hęc ille explicans illum hominẽ latere,qui ſe ſuo pede metitur, & ſupremos gradus ſupra fortunam ſuam non ambit, manens ſua ſorte contentus.

Chriſt⁹ quãdo apparebit vt cum illo Coloſſenſes in gloria.

Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, ſcilicet in die Iudicij, vt etiam mũdus pro verò Deo,redemptore, vel inuitus agnoſcat) *tunc & vos apparebitis*(hoc eſt manifeſtabimini toti mundo) *cum ipſo in gloria*,vel cũ gloria,& honore veſtro ſummo. Ita enim dixit ſpiritus ſanctus de impijs: *Mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis,dicentes: Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum,& in ſimilitudinem improperij.Nos inſenſati vitam illorũ æſtimabamus inſaniam,& finem illorum ſine honore.Ecce quomodò computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Et Paulus: *Nolite ante tempus iudicare, quoaduſq; veniat Dominus,qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiq; à Deo.*

Sapient. 5.

Ad II.dub. Chriſtus cur ſit vita noſtra.

Ioan 11.

Dicitur autem Chriſtus vita vitę noſtrę, & quatenus Deus eſt,& quatenus homo illam promeruit; & ſuo marte ſuſcitatus eſt, & dixerat prius. *Ego ſum reſurrectio & vita.* Ita Dauid quoq; dixerat: *Ego autem in iuſtitia*(id eſt eum iuſtitia bonorum operum ex fide) *apparebo conſpectui tuo, ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.* Tunc,inquam vos apparebitis cũ Chriſto,de quo dixit Ioannes; *Chariſſimi filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus,quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus,&c.* Et paulò antè: *Et nunc filioli manete in eo:vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.* Et hoc verbum Apparendi ſignificat quid inſperatum,& admirabile in Scripturis. Vt; *Signum magnum apparuit in cœlo;* & Angelus apparuit in ſomnis Ioſeph, & in deſcenſu Spiritus ſancti appatuerunt diſcipulis diſpertitæ linguæ,& Herodes didicit à Magis tempus ſtellæ quæ apparuit Angelus de cęlo confortans Dominũ;item, *Surrexit Dominus verè,& apparuit Simoni.* Denotat ergò hoc verbum in Scripturis,& primũ de cęlo aduentum,vt cùm Ioannes ait: *Verbum quod apparuit nobis:* & iterum, *Ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret.* Similiter etiam ſecundũ aduentum de cœlo,qui erat repentinus,& inſpetatus,& qualis eſſe ſolet furis in nocte.

Pſal 16.

1.Ioan. 3.

Supra 2.

Chriſtus cur dicitur apparere.

Apoc. 12.

Act 2.

Matth 2.

Luc.22.

1. Ioan. 1.

Infrà 3.

Matt 24.

Ad III.quęſt. Quæ mẽbra mortificanda ſint nobis ſuper terram.

Tertiæ dubitationi occurrimus, explicando, ſic nos mortuos eſſe debere motibus veteris hominis, qui tamen facilè renaſci poſſit:&ob eam cauſam ille labor nobis ſupereſt, vt eos exurgentes mortificemus. Ait: *Membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram:* id eſt,affectus terreſtres, ne erumpant in peccata. Et nota, ſic homines mortuos eſſe in Chriſto per baptiſmum peccatis, vt tamen ſemper inuigilare debeant ad nouos fomitis affectus & motus compeſcendos & mortificandos. Et quia vniuerſitas peccatorum dicitur corpus,& ſuperius etiam dixerat,In expoliatiõe corporis carnis ideò vitia,&internos motus ad peccata vocat membra.

Membra cur noſtra ſint mortificãda.

Oſeæ 13.

Rectè etiam nominat ea,membra veſtra quia peccata ex nobis ſunt,iuxta illud: *Perditio tua Iſrael.* Et quemadmodum intellectus, ſiue mentis,id eſt,partis animæ ſuperioris organa,ſunt, quæ interiorem hominem vocamus,&ſecundùm hęc iam nos oporteat eſſe mortuos,,nec opus ſit amplius mortificari:ita ſunt alia membra noſtra ſuper terram,id eſt,organa corporis,& exterioris hominis,& hæc nondum ſunt mortua,ſed ne reuiuiſcant,&trahant in ſuas cõcupiſcentias partem ſuperiorem, & fiant nouiſſima hominis illius peiora prioribus, indies opus eſt nobis ea mortificare. Audi Chryſoſtomum hoc loco: *Mortificate*, inquit, *membra veſtra terreſtria. Quid dicis? Non dixiſti,quoniam ſepulti eſtis,quoniam ſimul cum illo ſepulti eſtis,quoniam circumciſi eſtis,quoniam exuiſtis corpus peccatorum carnis? Quomodo ergo rurſus dicis,Mortificate? Nou ludis? Non aliter loqueris,quam ſi adhuc iſta in nobis eſſent. Nõ eſt ſibi ipſi contraria iſta locutio: ſed quemadmodum ſi quis ſtatuam ante ſqualidam iam expurgatam,imò denuò quoque excuſam,ſplendidamque exhibens: dicat quidem extetſam eſſe, ac*

Matth. 12.

Chryſ.hom.2. in prin.10 4.

Quomodo ſi mortui ſumus mortificare membra noſtra debemus teſte Chryſoſt.

ſublatam rubiginem, admoneat verò rurſus vt diligenter tollatur rubigo, non is ſibi ipſi contradicit: neq; enim abſterſam iam rubiginem, ſed eam quæ poſtea rurſus accedit, auferre hortatur: ita & Paulus hic non priorem mortificationem dicit, neque priores fornicationes, ſed eas quæ poſtea ſuccedunt, hortatur auferre. Hæc ille doctè atq; eleganter.

Matth.12. Quamobrē caro noſtra, & quo modo mortificāda.

Non ſatis eſt ergò habere domũ carnis vacantem, & ſcopis mundatam, & ornatam, ſed danda eſt opera, vt ieiunijs, vigilijs, & orationibus affligatur: nam ſi otio, & ſolius fidei torpore ſtertere voluerimus, iterum membra noſtra captiuos nos redire in poteſtatem carnis facient, & vt in ea dęmones habitent, Dominus iuſtè permittet.

Immunditia & fornicatio bus membra nominentur à Paulo.

Enumerat fornicationem, & immunditiam inter membra: quia per organa exterioris hominis perpetrantur & libidinē vocat πάθος, hoc eſt, malitiam, ſiue libidinem contra naturam, à qua Pathici dicuntur. *Auaritiam.* Dicit eam, quę eſt πλεονεξία, quæ vox eodem pertinet, quò cæteræ; & hæc tā hic, quam Epheſ.5. dicitur Idolorum ſeruitus, quia auarus nullas eſſe credens cęleſtes diuitias, pro Deo ſibi conſtituit argentum, & aurum. Et hi vltrò vendūnt animas ſuas ad lucra per fas & nefas congerenda. *Auaro,* inquit Sapiens, *nihil eſt ſceleſtius, nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua proiecit intima ſua.* Et videntur hæc dicta propter obſcœnam, & abominabilem ſcholę Simonis turpitudinem.

Epheſ.5.

Eccleſ.10.

Ira Dei ſuper quos veniat filios incredulitatis.

Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Pręſentis eſt temporis venit, ἔρχεται, id eſt, venire ſolet vindicta Dei vltoris ſuper filios non obtemperantes Euangelio. *In quibus ambulaſtis aliquando.* Eraſmus vertit, Inter quos, ſcilicet filios inobedientiæ, & incredulitatis. Sed melior fortè eſt noſtra lectio, In quibus, ſcilicet, vitijs. Sed cauendum, ne denuò reuertamur ad volutabrum luti. Et aliud eſt viuere in peccatis, aliud ambulare in peccatis. Primum indicat naturæ habitum; ſecundùm energiam, & operationem.

2.Petr 2.

Qua voce Apoſtolus tempus noui notare ſoleat teſtamenti.

Nunc autem deponite & vos omnia: Iram, indignationem, &c. Per aduerbium *Nunc*, accipe Noui Teſtamenti, & gratiæ tempus, vt ſæpè alias accipere ſolet. Et ait: Deponite vos non ſolùm craſſa peccata, quę commemoraui, ſed etiam minùs craſſa, vt ait Ambroſius, nimirum iram, indignationē, blaſphemiam, ſiue maledicentiam, turpem ſermonem, qui Græcè dicitur αἰσχρολογία, quæ verti poteſt turpiloquentia. *Nolite mentiri inuicem.* Quo verbo omne mēdacium fraudulentũ vocat. Nec hęc verba cũ clara ſint, & alibi ſint explicata, longius interpretando immorabimur:

Ambroſ. hoc loco.

Ad IV. dub. Quid exuere veterem hominem, & nouũ induere.

Quarta dubitatio explicationis lumen accipit, ſi intelligat, illa priora duo participia, exuentes veterem hominem, & induētes nouum, in Græca lingua participia eſſe præteriti temporis, quaſi dicat: Poſtquam exuiſtis veterem hominem mendacem, & ad peccata iracundię, & fraudis inſtigantē, & poſtquam induiſtis nouum de cœlo, qui per fidem, & charitatem ſe exerit.

Vbi obſerua, veterem hominē non tantum ad portionem animæ inferiorem, id eſt, ad appetitum ſenſitiuum, ſed etiam ad ſuperiorem animæ partem, id eſt, ad rationem, & voluntatem extendi: vtraque enim pars corrupta eſt Adæ peccato, vt colligit Auguſt. lib. de Trinitate. *Interior homo ſi vtique renouatur de die in diem, profectò vetus eſt antequam renouetur. Intus namq; agitur, quod idē Apoſtolus dixit: Exuite vos veterem hominem, & induite nouum.* Idem libr.6. in Iulianum. *Motibus ſuis anima quos habet ſecundum Spiritum, aduerſantur alijs motibus ſuis, quos habet ſecundum carnem. & rurſus motibus ſuis quos habet ſecundum carnem, aduerſatur motibus ſuis quos habet ſecundum ſpiritum, & ideo dicitur. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & Spiritus aduerſus carnem. Sed propter hoc & de ipſa anima dictum eſt: Renouatur de die in diem, Neque enim ipſa in ſanctitate non proficit, cùm magis, magisq; minuit eas, quibus non conſentit, carnales cupiditates.* Hæc ille.

B Auguſt.

Idem c.14. ſub init.

Galat.5.

2.Cor. 4.

Quis homo vetus Auguſtino, quis nouus.

Eſt ergò vetus homo, animus hominis, quatenus habet vitiatum naturam ex Adā, vitam agens ſecundùm illam infectionem. Et per oppoſitum elicitur quid ſit homo nouus ille, ſcilicet qui renouatur, & ſpiritualē vitam agit per fidē, ſpē, & charitatem. Et renouatur in nouum hominem, nō vt erit in termino, ſed vt nūc eſt in via. Nam vt eſt in termino, non amplius renouabitur; nūc autem eſt nouus, & renouatur cōtinuò profectu. *In agnitionem Dei.* Id eſt, ad agnoſcendum quæ non cognoſcuntur niſi per reuelationem. *Secundum imaginem eius, qui creauit illum.* Græca habent exemplaria: Ad agnitionem, & imaginem eius qui creauit illum; vbi non eſt, ſecundum. Quare & Auguſtinus hoc agnoſcens annotauit li.14. de Trinit. his verbis: *Ideò autem ſecundum imaginem Dei: vt in ea re intelligatur fieri hæc renouatio, vbi eſt imago Dei, id eſt, in mente. Non itaq; ſic intelligamus, ſecundum imaginem eius, qui creauit eum, quaſi alia ſit imago, ſed ſecundum quam renouatur, nō ipſa quæ renouatur.* Hæc ille. Et nō eſt ignotum more Hebręo, Secundùm, poni pro. In, iùxta illud: Secundùm hoc tempus veniā, pro, in tempore iſto veniam, pro

Verus homo quomodo renouetur in agnitionē Dei. ſecundũ imaginē eius qui creauit illum teſte Auguſt.

Aug c.10. in fine.

in tem-

Rom 9. Gen. 18. Quando renouetur homo ad imaginem Dei, & quę ad finē. Heb. 13.

in tempore iſto veniam, vt habet Apoſt. ad Rom. 9. Ac benè ait: *Secundum imaginem eius qui creauit illum*, homo enim in baptiſmo recuperat amiſſam per peccatum Dei imaginem, & ſimilis Deo redditur, vt poſſit illum vti Creatorem glorificare, à qua cognitione nullꝰ excluditur niſi propria culpa: quia Chriſtus extra Ieruſalem, nō intra pati voluit, ad quem nullo diſcrimine poſſunt omnes accedere, Iudæus & Gentilis, Barbarus & Scytha. Vbi Barbaro opponit Scytham, non quòd hic Barbarus non ſit, ſed quòd præ omnibus ſit maximè barbarus, & huius comparatione cæteri barbari nō ſint barbari. *Sed omnia*. Id eſt, Iuſtitia, pax, & ſanctitas. *Et in omnibus Chriſtus*. Et, poſuit pro, etiam: quia pro communi omnium ſalute carne veſtiri voluit, & pro omnibus pati. Et aduerbium, *Vbi*, Chriſtum nouum hominē denotat, ſeu, quod idem eſt, imaginem, qua creatus eſt, demonſtrat. Induite ergò vos, pro eo quod eſt, Sitis igitur vos induti, vt honeſti appareatis coram alijs. Et idem eſt, quod alibi dixit: *Sicut in die honeſtè ambulemus*. Ex eo enim quòd in Baptiſmo induerunt nouum hominem, qui renouatur, explicat, monendo, per quas renouentur virtutes. *Viſcera*, inquit, *miſericordiæ*. Ad alios ſcilicet malè habentes. *Benignitatem*. Ad ſubleuanda mala. *Humilitatem contra propriam ſuperbiam, & exiſtimationem. Modeſtiam*. Moderatricem iræ, & audaciæ. *Patientiam*, ſiue ſuſtinentiam, & longanimitatem, ad ferendum iniurias; vel animum ſe extendentem ad beatitudinis æternitatem. *Supportantes inuicem*. Sumus enim oneri alijs & alij nobis in malo culpę: vt ita nos oporteat mutuo ſupportare; non ſecus atque lapides in fabrica ſe mutuò ſuſtinent. *Et donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelā*. Pro condonātes, vt ſuperiùs annotauimus. Et quia difficile erat, & graue; addit exemplum: *Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos*. Et non tantum eadem, ſed plura, & maiora donauit, id eſt, decem millia talenta, cū vel vix centum denarij à fratribus noſtris debeantur. Et ita fecimus ſatis quartæ dubitationi.

Cur omnia ſit, & in omnibꝰ Chriſtus

Rom. 13.

Benignitas, humilitas, modeſtia, patiētia, quæ ha ſint viſcera miſericordiæ induenda.

Cur ſupportare debeamꝰ inuicem, & acceptas proximis iniurias condonare. Epheſ. 5.

Iam quintam diluamus. *Super omnia autem hæc* (inquit) *charitatem habete:* Græcè deeſt verbum, habete, & Auguſtinus tract. 118. ſic citat ſine vllo verbo: quare non referendum eſt ad verbum, *Induite*, ſuperiùs, vt conſtat clauſula, vel ſupplendum verbum, habete. Et loquitur de proximi charitate, vt conſtat ex ca. 5. epiſtolæ ad Epheſ. vbi eadem habentur. Et vult ſuper omnia haberi charitatem; vt hoc verbo iugulentur noſtri ſeculi hæretici, qui fidem ſuper omnia extollunt. Sed mirum eſt, iſtos oculos amiſiſſe, & non videre hæc tam manifeſta charitatis encomia ſuper omnes virtutes. Sed quomodò alibi dixit; *Excellentiorem viam nobis demonſtro?* &, *Maior autem horum eſt charitas*, Vbi charitatis cum fide, & ſpe fit comparatio, & Petrus, Ante omnia autem, mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes. Cùm igitur apertiſſimè B. Apoſtoli doctrinæ aduerſentur, audent tamē ſe Paulinos Theologos iactare. Hinc Auguſtinus tract. 118. in Ioan. *Tunica illa ſortita, omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur, De charitate locutus Apoſtolus, ſupereminentiorem, inquit, viam vobis demōſtro, & alio loco ait: Cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientia charitatem Chriſti. Itemq; alibi, Super omnia autem hæc, charitatem quæ eſt vinculum perfectionis. Si ergo charitas & ſupereminentiorem habet viam, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt: meritò veſtis qua ſignificatur, deſuper contexta perhibetur*. Hæc Auguſtinus.

V. Solutio quæſt. De charitate nō autem de fide habenda ſuper omnia. Aug tr. 9.

Contra vanā & mortuam hæreticorum fidem. 1. Cor. 12. Infrà 13. 1. Petr. 2.

Tunica Domini inconſutilis, deſuper cōtexta quid myſticè. Matth 27. Pſalm. 21. 1. Cor. 12. Epheſ. 3. Ioan. 19.

Addit & aliud encomiū charitatis: quia dicitur vinculum perfectionis. id eſt, integritatis, & omnium virtutum, de quibus ſupra dixit: *Viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam:* quæ omnes breui diſſoluuntur, niſi adſit charitas, quæ illas colligat. Ita enim interpretatur Chryſoſtomus.

Charitas quare vinculum perfectionis.

Chryſ. ſerm 8. Attributa charitatis.

Alij verò dicunt vocari vinculum perfectionis tropo Hebręo, id eſt, vinculum perfectum, & indiſſolubile. Probabilius tamen videtur, quòd vt in corpore connectit omnia membra Spiritus alioqui delapſura; ita charitas colligit omne virtutum: quia charitas patiēs eſt, benigna eſt. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Vel connectit omne corpus myſticū ſub vno capite primario Chriſto, & omnia membra viuificat, & omnia opera perficit: & accidit interdum, vt is qui condonat, charitatem non habeat. Vnde hic propriè loquitur de actu charitatis, qui dicitur elicitus. Eſtque vinculum ſuaue, iuxta illud: Iugum meū ſuaue eſt; & ſolidum, quia fortis eſt vt mors dilectio, denique ex ſe inſolubile, iuxta illud, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?*

1. Cor. 13.

Quale vinculū charitatis.

Cant. 8.

Rom. 8.

Sextum dubium fuit. Quomodò pax Chriſti exultet in cordibus noſtris? nimirum, quia exultare nos facit præ gaudio: nam charitatem ſequitur pax & gaudium, in Spiritu ſancto. Græcè tamen non dicitur, exultet, ſed βραβευέτω, hoc eſt, palmam ferat, ſiue obtineat, vel vincat, & ſuperet. Ita vt ſi incidat quid alieni cum proximo, non primum locum obtineat affectus, ſeu ira-

Ad VI. dubit. Pax Dei vt exultet in cordibus noſtris.

Alter ſenſus. Græcorum ſcilicet.

In pacē charitatis cur vocati ſimus vt ait Apoſtolus in vno corpo[re]. *Marc. 9.* Quemadmodū eſſe debeamus grati. *Epheſ. 5.*

iracundiæ,ſeu inuidiæ, ſed primo loco ſit ſtudium concordiæ,& pacis conſectandæ. Et Græca Scholia interpretantur, Palmam diſtribuet,ſiq́; arbita in omni lite quę accidat,non autem affectus ſuperbiæ, aut iracundię,aut carnis,aut aliquid aliud. Sed in idem recidit hic ſenſus.

Et ait:In hanc pacem nos vocatos in *vno* corpore,vel in vnum corpus : quia potiſſimum voluit ſuos diſcipulos pacem colere,& illam amplecti,&Chriſtianiſmus totus à muta pace, & concordia pendere videtur.

Subdit:*Grati eſtote.* Id eſt comes inuicem: & in conuictu quotidiano amabiles mores præſtate.Ita explicauit Eraſmus. Sed ſcho- Græca admonent hic, & in epiſtola ad Epheſios habere, εὐχάριστοι, id eſt , Grati eſtote Deo de omnibus,nimirum de virtutibus acceptis,vſu,& exercitio earum, quia dona Dei ſunt.Et qui de bonis acceptis gratias non agit Deo,ſimilis eſt illi Phariſæo , qui dicebat:*Deus gratias ago tibi,quia non ſum ſicut cæteri hominum.*

Cui ſimilis ingratus. *Luc. 18.*

Septimę quæſtionis ſolut. Verbum Dei quo habitare debeat in nobis.

Ad ſeptimum dubium de illa clauſula : *Verbum Chriſti habitat in nobis abundanter*, dicendum eſt,quòd ſi verbum Dei ſignificaret ſecūdam perſonam in diuinis, facile eſſet intelligere, quomodo inhabitet corda noſtra,cùm ſit hypoſtaſis intelligens, & diuina. Si autem Euāgelicā doctrinam ſignificet,cùm in genere ſit accidentis , & poſſit adeſſe,& abeſſe præter ſubiecti corruptionem;dicitur tamen impropriè, & per metaphoram Proſopopœię habitare in nobis, ſicuti peccatum,& mors in mūdum intrare dicuntur,cùm ſint accidentia. Ita etiam Dominus apud Eſaiam loquitur:*Sic erit verbum quod egredietur de ore meo, nō reuertetur ad me vacuum,ſed faciet quæcunq; volui , & proſperabitur in his,ad quæ miſi illud.* ¶ Dicitur autē inhabitare propter multa:tum vt ſignificetur firma,& permanens,& in corde hominis radices agens manſio. Deinde quòd vt habitator,ſuperior eſt domo ipſa quam habitat,ita verbum Dei domui quam inhabitat,dominatur , & eam pro ſua voluntate gubernat,& leges viuendi , & credendi , & operandi præſcribit.Vnde Clemens libr. 2. Pædagogi,c.4.*Verbum*,inquit,*Domini inhabitet in vobis copiosè dicit Apoſt. Hoc aūt verbum, ſe accommodat, & reddit conforme temporibus, perſonis,locis. Atq; adeò nunc quoque in conuiuio verſatur.* Hæc ille. Deinde domus quę inhabitatur præſtat domui non habitatæ,&eius vtilitas eſt habitari,de qua ſubiūgit:*In omni ſapientia.* Qua veſtra omnia opera ad verum finem recto ordine dirigātur,id eſt,ad charitatem,quę eſt legis,& pręceptorum finis,

Rom. 5. *Eſa.55.*

Verbum Dei cur habitet in nobis.

Clem Alex. tom.1.

Quare in omni ſapientia,& abun[danter] verbū Deo nos inhabitet. *1. Tim. 1.*

quæ eſt charitas de corde puro, & cōſcientia bonæ,&fide non ficta. Addit,abundanter,Græcè πλουσίως, quod ponitur propter Gnoſticos,qui de magnitudine ſciētię gloriabantur. Et verbum Dei docet,& pungit, & conſolatur , & commonefacit nos mutuò. Participia verò,docentes , & commouentes,ponūtur pro Imperatiuis,id eſt,docete,& commonete. *In Pſalmis,hymnis,& cāticis ſpiritualibus,in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.* Id eſt: Agatis ad conſolationem , & charitatem mutuam fouendam. Et , in gratia,intellige,per gratiam à Spiritu ſancto donatam,oſtendens nō poſſe ſine gratia talia impleri.

Ad VIII. dub. Sitne pręceptū,an conſilium,Omnia facite in nomine Chriſti.

Octauæ dubitationi reſpondetur,verba illa, *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere,omnia in nomine Domini facite:* pręceptū generale eſſe,omnibus fidem Euangelicam ſuſcipiētibus datum,ita vt ſi ſecus fecerint, à mandato declinent:Nam ſerui Dei ſumus tanto pretio redempti , vt promptè ad voluntatem Dei exequendam teneamur. Nō tamen ad hæc ſemper actu præſtanda, ob imbecillitatem mētis noſtrę, ac naturę obligamur,ſed ſatis eſt aut habitu,aut , vt meliores Theologi docent,virtute,etſi non actu,hæc præſtare,vt nulla ſit actio,qua non velimus in gloriam Dei tendere. Apoſtolus dixit alio loco:*Siue manducatis,ſiue bibatis,vel aliud quid facitis,omnia in gloriam Dei facite:* vbi etiam actiones craſſas,& humanas comedendi,& bibēdi,& opera generationis pręſtandi,per illud verbum,*Vel aliud quid facitis.* Apoſtolus comprehendit. Ita enim Origenes hom.5.in Geneſim hęc verba interpretans,dixit: *Inuerecunda coniugij negotia verecundo ſermone ſignauit, oſtendens etiam ipſa ad Dei gloriam geri,ſi poſteritatis ſolius contemplatione procurentur.*

1. Cor 10. Ijs verbis: Siue aliud quid facitis, teſte Origene, quod Apoſtolus faciēdum inſinuet.

Orig to.2. poſt med.

Hinc Auguſt. ad finem libri Enchiridij: *Omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem. Omnis itaq; præcepti finis,eſt charitas,id eſt, ad charitatem refertur omne præceptum. Quod verò ita fit vel timore pœnæ,vel aliqua intentione carnali,vt non referatur ad illam charitatē, quā diffundit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris,nondum fit quemadmodum fieri oportet,quamuis fieri videatur.* Idem tract.7. in 1. Ioannis epiſtolam : *Semel breue præceptum tibi præcipitur. Dilige,& quod vis fac. Siue taceas , dilectione taceas:ſiue clames,dilectione clames , ſiue emendes , dilectione emendes,ſiue parcas, dilectione parcas. Radix ſit intus dilectionis,non poteſt de iſta radice niſi bonum exiſtere.* Hæc ille doctiſſimus Pater.

B. Aug. to.3. ſub init. *1. Tim. 1.* *Rom. 5.* *Idem circa med. tom.9.*

Omnia facete in nomine Chriſti,

Caietanus tamē hoc loco negat eſſe peccatum lethale homini agenti in peccato, ſi hoc præceptum non ſeruauerit : & tantùm

care-

Caietanus quibus quã ratione neget eſſe præceptum.

carere merito operis concludit, ne ſit melioris conditionis homo infidelis, qui cùm aliqua præſtat virtutum opera, vt reddere depoſitum, honorare parentes, non peccat. Ex quo ſequeretur, ſolos hoc præcepto concludi, qui in gratia Dei exiſtunt, vt ſi non impleant, peccare cẽſeantur. Sed poſſemus eum ſuo argumẽto premere. Quòd ſi peccatum nõ eſt exiſtenti in gratia, ſi ſecus ac monet Apoſtolus, faciat; ruit igitur Apoſtoli doctrina, qui nullũ admittit medium inter opus meritorium, & demeritorium. Et intellige in actione humana, ſiue deliberata.

Deut 6. Matth. 22.

Et cum grati eſſe Deo iubemur, & diligere Deum ex toto corde, anima, & mẽte, quomodò non aliquod erit peccatum, ſi omnia noſtra opera in gloriam eius nõ referamus? Sed ſimpliciter aliqui intelligũt, his verbis reuocari Coloſſenſes à ſchola Iudaizantium: *Omnia*, inquit, *in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite:* quaſi dicat: Non miſceatur Moſes, & Angeli cum Chriſto.

Omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facere quid ſecũdum aliquos.

Gratiæ agendæ Deo quare per Chriſtum.

Addit: *Gratias agentes Deo per ipſum.* Scilicèt Chriſtum, & non per alium. Vt enim Deus eſt, conditor eſt vniuerſæ creaturæ, etiam ipſius humanitatis Chriſti: & vt eſt Pater, principium eſt Filij ſui Chriſti, quatenus Deus eſt.

Ad nonũ dubium.

De officijs vxoris viri, & filiorum, parentum, ac dominorum à Paulo traditis.

Soluamus vltimam dubitationem. Dicimus, Apoſtolũ ſubiungere præceptiones de viri & vxoris, parentis, & filiorum, ſerui & dominorum officijs: de quibus quia ſæpè diſputauimus, non eſt quòd quicquam addamus, ne actum agere videamur.

Filij ad indignationem à parentibus prouocari quando puſillo animo fiãt.

Tantùm circa verba nota, quod ait: *Ad iracundiam*, Græcè dici, ad indignationem: & hoc ne puſillo animo fiant, id eſt, ne triſtitia anima concidant, & animum deſpõdeant, & à cultu Dei deſiliant, & pigeat eos Chriſtiani, dicentes, patres ſe habere intractabiliores, quam habebant olim alij non Chriſtiani. ¶ Seruis præſcribit, vt obediant dominis carnalibus, & non dixit, dominis Chriſtianis, vt doceat etiam obtemperandum eſſe ethnicis.

Serui dominis quare carnalibus debeant obedire.

Addit: *Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes.* Quam ſententiam Græcè duabus vocibus compoſitis elegãter exprimit, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι. Vult ergò impẽdi ex animo ſeruitia dominis carnalibus, tãquam Domino. Occurrit enim tacitæ obiectioni quorundam carnalium ſeruorum dicẽtium: Ego Chriſtianus, dominus meus ethnicus eſt: nolo ei amplius ſeruire: & reſpõdet quod non domino ethnico, ſed ipſi Chriſto ſeruiunt in Ethnico. Vbi notatur, in operibus ſeruorũ ad dominos etiam ethnicos meritum ineſſe propter Chriſtum, cui in domino ſuo ſeruiũt. Vnde inferiùs ſubdit: *Domino Chriſto ſeruite*, vel ſeruitis, *Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.* Vbi vita æterna deſignatur hæreditas, quæ donatur vt filijs; & etiam retributio, quæ redditur operibus, & meritis: ita vt meritum non tollat hæreditatem, nec hæreditas meritum; quod tamen oritur ex gratia Dei. *Qui enim iniuriam facit* (vel potius: *Qui autem iniuſtitiam facit*) *recipiet id quod iniquè geſsit.* Quibus verbis hortatur, vt ſerui non deſiſtant ab officijs ſuis, etiamſi à dominis iniuria afficiantur: quia ipſi domini pœnas luent iniuriarum in ſeruos.

Eorum obſequium talibus præſtitũ Deo quatenus gratum.

Vitam æternam Apoſtolus cur vocet retributionẽ hæreditatis.

Sed hic ſenſus non tam videtur eſſe ad rẽ: quia nunc de ſeruitio, quod debent dominis impendere, non de eo quod domini debent ſeruis ſuis, & de quo capite ſequenti: Domini quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate; verba facit. De ſeruo ergò dicit, quòd ſi per iniuſtitiã delinquat in dominum ſuum, defraudando dominum, aut ſe per fugam ſubtrahendo, iuſtus iudex Deus, apud quem non eſt acceptio perſonarum, illos iuſtis ſupplicijs plectet. Et de his hactenus.

Inepta ratio quorundam cur velit Apoſtolus ſeruos dominis ſuis obedire carnalibus.

DISPVTATIO VII.

In verba Apoſtoli, ad Coloſſenſ. 4. *Domini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate, ſcientes quod & vos Dominum habetis in cœlo, &c.* vſq; in finem capitis.

Huius capitis quæ ratio cũnexionis ſit cũ ſuperiori.

LEVIA ſunt, & parui momenti dubia, quæ ex huius capitis lectione conſurgere poſſunt; & ideò illa paucis expediemus. Primum dubium eſt de conſequentia horum verborum cum ſuperioribus. ¶ Ad hoc dicimus, quòd hæc de dominis coniungenda erant cum præceptionibus ſuperioribus, quas tradidit de ſeruis, & inchoandum erat hoc caput ab illis verbis: Orationi inſtate, vigilantes in ea. Poſtulat ergò, vt domini ſeruis ſuis præſtent, quod iuſtum eſt & æquum. Dictat enim iuſtitia, vt domini ſeruis præbeant victum ſufficiẽtem, & veſtimẽta, & neceſſariam quietem, quò poſſint in actionibus morigeros ſe dominis præſtare. Id etiam quod dictat æquitas, eſt, vt in exigendis pœnis mitiores exiſtant, præſtent etiam æquabilitatẽ inter ſeruos, ne vnus in delicijs ſit; alter verò totum põdus in ſeruito ſuſtineat; ac ne permittãt ne ſerui ſeruis dominentur: quæ res moleſtam reddit ſeruitutem. Debẽt etiã domini cogitare, ſe non eſſe abſolutos dominos,

Dominorũ erga ſeruos officia.

Domini in ſeruos unde imperioſi.

vt nullum agnoſcãt ſuperiorem, illum ſcilicet Dominum, qui eſt in cęlis, quem omnes cõmuni conceptu Deum eſſe putamus. Sed quia hoc perpauci cogitant; ideò cùm tanto faſtu imperitãt, ac ſi homines eorum pedibus conculcandi traderentur.

Orationi quibus inſtandũ & vigilandũ in ea in gratiarũ actione. *Luc. 11.*

Secundum dubium eſt circa illud: *Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione*, quibus hominibus hoc detur præceptũ. Et veriſimile eſt datum fuiſſe laicis. Vult enim eos perſeueranter orare: quia perſeuerantia nõ ſolum obtinemus tres panes, ſed etiã quotquot habemus neceſſarios. ¶ Addi etiam vult vigilantiam, quia dictum eſt: Vigilate, & orate, & præſertim cum gratiarum actione: quia dignus nõ eſt nouis beneficijs, qui acceptis extitit ingratus. Et orandum pro omnibus, ſed præcipuè pro miniſtris verbi Dei, vt Deus aperiat illis oſtium ſermonis, id eſt, os apertum, & liberum ad loquendum myſterium Incarnationis, Paſſionis, & reſurrectionis Chriſti: pro quo etiam prædicando, & confirmando in vinculis erat.

Matth. 26. Orandũ quare vigilanter in gratiarum actione, pro quibus.

In qua ſapiẽtia ambulandũ ad eos qui foris ſunt.

Tertium dubium circa illud; *In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimẽtes*: quæ eſt iſta ſapientia, in qua ambulandũ eſt ad eos qui foris ſint, & quomodò tempus redimendum. Reſpondemus, hoc ad Eph. 5. fuiſſe explicatum: *Videte*, inquit, *fratres, quomodò cautè ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, Redimentes tempus.* ¶ Et eos qui foris ſunt, vocat Gentiles, & Iudæos, qui ſunt extra Eccleſiam, de quibus alibi dixit: *Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt, iudicare?* Solent enim tales inſidiari Chriſtianis & eos à fide, & baptiſmo reuocare, vt præda fiant vel Moſis, vel Platonis, aut alterius alicuius philoſophi. Vult etiam tempus amiſſum, quo nihil eſt pretioſius, redimi, & multitudine officiorum bonorum, & cęterarum rerum diſpendio. Demus ergò operam, ne occaſiones bene operandi tempore datas amittamus.

Epheſ. 5.

Quinam ij qui foris ſũt. *1. Cor. 5.*

Cur tempus redimẽdum.

Sermo noſter quo ſale ſit condiendus.

Quartò dubitatur in his verbis: *Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus*; quod eſt enim illud ſal, quo condiuntur ſermones? Reſpondeo: Sal eſt prudẽtia, qua ſermones dum fundimus, cũ ſale loquimur. Sed hæc prudentia debet eſſe ſerpentis noſtri exaltati in cruce, quia ille eſt, qui dat os, & ſapientiã, cui nemo poteſt reſiſtere & contradicere. Vnde hic ſubiũgit: *Vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpõdere.* Hoc enim ſola prudentia Chriſtiana præſtare poteſt. Expedit enim quãdoq; breuiùs, quandoq; prolixiùs reſpõdere, interdũ etiam tacere, præſertim cum nihil proficimus. Multi etiã, quos expediret tacere, ante tẽpus loqui voluot. Sed intelligant eos maximè aptos ad loquendũ qui per efficaciam actionum, & per ſapientiam ſermonis apertum reddũt teſtimoniũ eius, qui primò cœpit facere, & docere.

Luc. 21.

Actor. 1.

Tychicus quis ille cum Oneſimo miſſus à Paulo.

Quintum dubium, quis eſt iſte Tychicus miſſus cum Oneſimo; quis item Oneſimus. Reſpondeo, Tychicum eſſe illum eundem, qui literarum ad Epheſios baiulus extitit, ſicut & harum ad Coloſſ. Et in primis commendat, quòd ſit chariſſimus frater: omnes enim Chriſtiani chariſſimi fratres dicebantur. Dicitur & fidelis miniſter, & conſeruus, ſcilicèt, in diſpenſando Euãgelio. Et petit vt illi de ſuis negotijs fidem habeant, quoniam ad hoc ipſum eos miſerat, vt conſolaretur eos, & viciſſim intelligerent, quæ apud illos erant, vt ſibi cõmunicaretur. ¶ Oneſimum porrò chariſſimum vocat, quia illum tãquam filium genuerat in Chriſto; & fidelem fratrem ſuũ, qui prius per fugam infidelis fuerat. Eratq; ex illis, id eſt natus Coloſſis, vel in Phrygia, vbi & eius dominus Philemon habitabat. Hieronymus interpretans locum ad Eph. vltim. docet, hanc epiſtolam vno & eodem tempore ſcripſiſſe Apoſtolum Romæ, cum in vinculis eſſet ſed hic addi, Oneſimom remiſſum à domino, qui ſubtrahendo ſe à ſeruitute, iniuriam domino fecerat: quam rependit reſtituendo eum domino.

Quis item Oneſimus.

Hier. tom. 9.

Sextò ambiguitur, quis eſt Ariſtarchus, & Marcus cõſobrinus Barnabę, & Ieſus iuſtus, & Epaphras, & alij, quos inferiùs enumerat. Reſpõdetur: Ariſtarchus erat Theſſalonicenſis, vt habetur Acto. 20. qui ſimul cum Paulo captiuus erat propter Chriſtum Romæ. ¶ Marcus interpretatur Terſus, & eruditus, ſcilicèt, per tẽtationẽs à rubigine peccati. Et ad literã hic erat Ioãnes nomine cognomẽto Marcus, filius Mariæ cuiuſdã, & conſobrinus Barnabæ, propter quẽ inter Paulum & Barnabam orta fuerat diſſenſio, & de quo erant ſcriptæ literæ, ne eum reciperent: poſteà verò vbi emẽdatus fuit, præcepit vt reciperetur, vt hic inſinuat. Et cum ait: *De quo accepiſtis mandata*; notat OEcumenius, abſq; ſcriptura data eſſe præcepta. ¶ Tertius autẽ Ieſus, qui dicitur Iuſtus, non ſatis exploratum eſt quis ſit. Aliqui volunt hunc fuiſſe Ioſeph, ſiue Ioſe, vt Græca litera habet, fratrem Iacobi, & Simonis Apoſtolorũ: & vt ille dictus eſt Iacob iuſtus ob inſignem iuſtitiam, & pietatẽ; ita etiam iſte frater eius. Alij verò putant eſſe illũ Ieſum, in cuius domo Paulus hoſpitatus fuit Corinthi. Ait enim in Actis Lucas. Et migrans inde, intrauit in domũ cuiuſdam, nomine Titi Iuſti, colẽtis Deum, cuius domus erat coniuncta ſynagogæ. Græcè verò non habetur,

Ariſtarchus quis nam ſit, quis etiam. Marcus conſobrinus Barnabæ: quid ſonet. *Actor. 20.* *Suprà 12.* *Infrà 15.*

Oecum. c. 20

Ieſus quis ille, Iuſtus cognomento. *Marc. 6.*

Actor. 18.

Vnde conſtet eum fuiſſe Iudæum.

betur, in domũ Titi, ſed, in domum cuiuſdam Iuſti cuius nomẽ proprium hic traditur à Paulo. Et quia Iudæus erat, cũ alijs Iudęis, Marco, & Barnaba enumeratur. Et nõ eſt probabile fuiſſe nomen Gentilis alicuius, cum apertè nomen Ieſu ſit Hebræum.

Ad illud Theodori Bezæ: Paulus Petri nõ meminit: ergo Petrus Romę nunquã fuit.

Subdit: *Qui ſunt ex Circumciſione, hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei.* Hic occurrit Beza hæreticus: *Vbi ſunt*, inquit, *illi vigintiquinq; anni, quibus Petrus Romæ ſedit? quomodò igitur Apoſtolus eum non nominauit?* Sed certè telum eſt arundineum, & puerile: tũc enim fortaſſis aberat ab vrbe, ſicut ſæpè ſolitus erat diuertere ad alia loca pro munere ſuo Apoſtolico, vt docet Epiphanius in hæreſin 26. Carpocratitarum. Et intellige, nullũ fuiſſe Romę ex ſuis familiaribus; Petrus etiam nõ erat domeſticus Pauli, & ingens eſt encomiũ, illos viros fuiſſe Paulo ſolatium.

Quis Epaphras.

Quartus eſt Epaphras, de quo ait: *Salutat vos Epaphras*, qui fuerat primus Epiſcopus Coloſſenſiũ, & ex illis progenitus. Vnde dicitur: *Qui ex vobis eſt*, cuius etiam honorificam fecit mentionẽ in principio epiſtolæ. Et ſemper ſolicitus, ſiue anxiè laborans, ſiue vt Auguſtinus legit, certans pro vobis.

Oratio quid ſit.

Nam Paulus in oratione pro eorum doctrina decertabat, & ſimiliter Epaphras in orationibus cum Deo luctabatur. Eſt enim oratio lucta quædam cũ Deo ſpiritualis, quę quaſi cum Iacob dicit: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.*

Geneſ. 32.

¶ Orabat autem pro illorum perſeuerantia: *Vt ſitis*, inquit, *perfecti & pleni in omni volũtate* Dei. Nõ ſicut diabolus, qui in veritate non ſtetit.

Ioan. 8.

Coloſſenſes qua pleni omni voluntate Dei debebant eſſe.

Vocat omnem voluntatem, omnem legem, ſiue præceptum Dei. Addit: *Pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.* Confines erãt, & non procul à ſe diſtantes illæ tres ciuitates, & in illis laborauerat Epaphras plantãdo Euangelium: & naturalis amor propriè vrget ad orãdum pro ſuis magis quam pro alijs. Et quod ſemel plantauimus, irrigandum eſt, & fouendum.

Lucas medicus quinam.

Quintus eſt Lucas, de quo: *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus & Demas.* Lucas medicus, idem eſt qui Euangeliſta, & comes Pauli indiuiduus, vt teſtatur Irenæus: qui etſi eſſet Antiochiæ natus, erat tamen Iudæus genere, ſicut & Paulus patria fuit Tarſenſis, ſed genere Iudæus, vt ipſe ad Philippenſes teſtatus eſt.

Iren. lib. 3. cap. 14.
Philip. 3.

Quis tãdem Demas.

Poſtremum ponit Demam inter ſalutãtes, qui poſteà diligens licentioſiorem ſeculi vitam, ab Apoſtolo defecit, vt in ſecũda ad Timotheum cõqueritur: quia nec ſatis eſt nos ſemel viam ſalutis eſſe ingreſſos, niſi perſeueremus luctantes cum Carne, Mũdo, & Satana, pro corona cœleſti quam dæmones nobis inſidiantes, & inuidentes eripere cõtendunt.

2. Tim. 4.

Niſi dicamus, prius Demam tẽtatum dereliquiſſe Paulum, poſteà pęnitentia ductum reſipuiſſe, & redijſſe ad Paulum: ſicut etiam cõſtat de Marco prius reiecto, poſteà vocato, & aſſumpto. Et hoc valde conſolatur retrocedentes, vt ſciant locum eſſe reſipiſcẽtiæ, & redeundi ad priſtinum gradum.

Ibidem.

Qui fratres Apoſtolo, quos vult ſalutari.

Septimò, dubitatur de his quos Paulus ſalutat, quinam ſint, & quæ eſt illa epiſtola Laodicenſium, quàm vult à Coloſſenſibus legi. Ait ergo: *Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nympham.* Fratres, nomẽ eſt religionis: & ex hoc loco apparet, Coloſſenſes nõ fuiſſe Rhodienſes, ſed erant ex Laodicea, & Hierapoli ciuitatibus Phrygiæ. Et nomẽ Nymphæ non eſt mulieris, vt putauit Ambroſius, ſed nomen viri, quia ſubdit: *Et quæ in domo eius eſt Eccleſiam*: quæ Græcè habentur: Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν. Vbi articulus Græcus maſculinus indicat, fuiſſe virum aliquẽ inſignem. Et declinatur Nymphas Nymphæ, ſicut Caiphas Caiphæ, & Annas Annæ, & Cleophas Cleophæ.

Ambroſ. hoc loco.

Nympham hic nominatum, virum fuiſſe, non fœminam, & quantus ille fuerit.

¶ Salutat etiam eam Eccleſiam, quę in domo eius erat. Vnde Theophylactus, *Nympha*, inquit, *magnus hic vir fuit, qui domum ſuam totam fidelem habuerit, vt ideò Eccleſia vocaretur.* Sicut ad Rom. vlt. ſalutauit Eccleſiam, quæ erat in domo Priſcillæ & Aquilæ, & in epiſtola ad Philemonem mittit ſalutem Philemoni, & Eccleſiæ quæ in domo eius erat; ad differentiam communis Eccleſiæ conſtantis ex pluribus familijs, & domibus.

Theophylact.

Rom. 16.
Philem.

Hanc epiſtolam cur Paulus quoque Laodicenis legi mandauerit.

Et præcipit, vt poſtquam lecta eſſet hæc epiſtola Coloſſis, legeretur & Laodiceæ: volens non ſolùm piſcari Coloſſis animas, ſed etiam Laodicęę. Quod eius deſiderium vt pium, & à Domino inſpiratum, hódie in Eccleſia perfectum legimus: dum vniuerſæ eius epiſtolæ magna cum iocũditate & fructu in omnibus Chriſti Eccleſijs per totũ orbem fundatis leguntur.

An vllã ſcripſerit Paulus epiſtolam ad Laodicenos.

Deinde cum ait: *Facite vt ea quæ Laodicenſium eſt epiſtola, vobis legatur*; putarunt quidã, aliquam peculiarem epiſtolam ad Laodicenos à Paulo fuiſſe miſſam, quam & Iacobus Stapulenſis edi curauit, & ante eum Anſelmus produxit, dicens eſſe epiſtolam Pauli, autoritate Apoſtolica confirmatam.

Anſel. tom. 2.

Sed reuera notha, & ſuppoſititia omnibus doctis habita eſt hæc epiſtola, & vetus error eſt, & eã citauit Epiphanius aduerſus Marcioniſtas: ac vt teſtis eſt Tertullian. in Marcionem, Marcioniſtæ epiſtolam ad Epheſios, vocabant epiſtolam ad Laodicenos.

Altera opinio probabilior.

Quod verò ex verbis Apoſtoli nõ euincatur, ſcriptã epiſtolã peculiarẽ Laodicenis

Tertull. lib. 5. in Marcion.

exinde

exinde ſolidè probatur, quia non dixit Apoſtolus: Καὶ τὴν πρὸς Λαοδικεῖς ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, ſed tantùm dixit, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας. Nullas ergo epiſtolas miſſas à Paulo ad Laodicenſes, ſed potius Laodiceæ ſcriptas epiſtolas fuiſſe ad Paulum, ait Chryſoſtomus, & ſcholia Græca. Et valdè probabile putat Theophylactus, hanc epiſtolam Laodicæ ſcriptam, eſſe priorem epiſtolam ad Timotheum, quę vt inſcriptio Gręca habet, miſſa eſt ex Laodicea.

Chryſ. ho. 12. Theophylact.

Nec impugnatur hæc ſententia per hoc quòd Laodicenſes nõ viderant Paulum de facie: quia certũ eſt, nos non tantum ad eos qui nobis noti ſunt, ſcribere, ſed etiam ad ignotos, & non viſos. Nam & Paulus ad incognitos, facie Romanos, & Colloſſenſes iſtos epiſtolas dedit.

Infirmatio quorundam pro hac ſententia.

Poſtremò dubium eſt de Archippo, de quo ait: *Dicite Archippo, Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.* Dicimus breuiter: Archippum eorum Epiſcopum monendum per ſubditos ſuos cenſet: tum ad docendum, quod non dedecet ſubditos ſuos interdũ admonere Pręlatos: tum ad porrigendam anſam Archippo corrigẽdi ſubditos, dum enim excitat ad exercendum paſtoris officium. Et fortaſſis ſignificata erant multa Apoſtolo per Tychicum. Et verbum illud: *Vide miniſterium*, terrentis eſt verbum: Vt, *Videte canes: Videte ne quis vos ſeducat: Ne quis vos deprædetur.* Ita: Vide miniſterium Epiſcopale docendi. *Quod accepiſti in Domino*, Vel, per Dominum: nam & Timotheo ſcripſit, Opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.

Quare Paulus Archippum à ſuis officij ſui admoneri voluerit.

Philip. 3. Matth. 24. Quid illud: vide miniſteriũ quod accepiſti in Domino.

2. Tim. 4.

Et concludit: *Salutatio: mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum.* Manu ergo aliena ſcripſit epiſtolam hanc totã, propria verò manu ſalutationem, quæ habet: *Gratia vobiſcum Amen*, vel vt Latina habet litera: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amẽ.* Sola enim Dei gratia poterit vos ſeruare ab omni malo, & facere obſeruatores omnium præceptorum Domini ad coronam accipiendam. Et in hac ſubſcriptione dixit: *Memores eſtote vinculorum meorum*, de qua etiam re ca. 1. dixerat: *Gaudeo in paſſionibus pro vobis*; vt cogitarent quid ſibi eſſet ſperandum, ſi in Euãgelio perſiſterent, ac metu ſoluentur tribulationum: & ſcirẽt, gratiam Dei eſſe ſummam pro Chriſto ligari, & pati; & agnoſcerent infinitam Dei virtutem ac potentiam, qui ad conuertendam Romam orbis totius caput, epitomẽ, & dominam, ſeruum elegerit Hebræum catenæ alligatum, & incedentem cum cuſtodiente ſe milite. Æmulatus eſt hæc verba B. Ignatius epiſtola ſua ad Philipp. dicẽs: *Memẽtote vinculorum meorum, vt conſumer in Domino.* Tantùm proponit ſua vincula, vt conſummario martyrij, quam ſummopere deamabat, eorum precibus, & interceſſione proficeretur. Et de his hactenus.

Ratio huius ſalutationis Apoſtolicæ: Gratia Domini noſtri, &c. vobiſcũ. Amen. *Coloſſ. 1.* Quare Paulus velit Coloſſenſes memores eſſe vinculorum ſuorum.

Actor vlt. D. Ignat. epi. 9. in fin.

(∴)

DISPVTATIONES IN PRIOREM EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

DISPVTATIO I.

In primum caput, vbi inprimis Argumentum eius continetur.

THESSALONICA ciuitas eſt primaria, ſiue metropolis Macedoniæ, quondam inter alias florentiſſima; fuitq́; ciuitas liberæ conditionis, vt Plinius eſt autor: de qua etiam, teſte Raphaële Volaterrano, integrum librum conſcripſit Lucius Tarræus inſignis ſcriptor. Diſtinguitur ab Apollonia ciuitate intermedio Achedoro flumine. Halis prius dicta fuit, quæ ſub Philippo Amynthæ filio nomen mutauit: vel quòd in ea Theſſalos vicerit, vt nomen ſonat; vel quòd ex Theſſalonica filia, ſecundum aliquos; vel vt Strabo ait, vxore, nomen nouum acceperit. In ea ciuitate Imperator Theodoſius duodecim millia ciuium necauit ob iniuriam illatam vni ex ſuis familiaribus: ob quam cauſam Imperator ab Ambroſio interdictus Eccleſiæ ingreſſus fuit Mediolani. Ciuitas hæc Theodori Gazæ patria fuit, viri profectò incomparabilis, & linguarum Græcæ, & Latinæ peritiſſimi. Nunc autem ciuitas illa, vt omnia obſoleuerunt, conuentus eſt & emptorium Iudęorum, & vocatur Salonica, in quam confluunt omnes, qui in Occidente à Chriſto deficiunt ad Moyſen.

Theſſalonica qualis ciuitas.

Plinius lib. 4. c. 10. circa me dũ Raphael Volaterra. li. 3. Geogra. Qui prius nominata: cur huius nominis: vnde nobilitata. *Strabo lib. Geographia.*

Quibus tandem ceſſerit hæc vrbs.

Actor 16. Infrà 17.

Quotū Deus ſaluti non deſit.

Theſſalonicenſiū in fide conſtantia.

1. Theſſ. 2.

Argumentū epiſtolæ.

Ad hos ergo primū venit Paulus Chriſti Apoſtolus viſione Dei vocatus, vt Chriſti religionē inter Iudæorum, qui inſaniebāt, inſidias, & turbas cum Gentilibus annunciaret: quod & paucis diebus feliciter abſoluit per tria Sabbata diſputans, Actor. 17. cum illi ſtudioſos ſe Scripturarum, & veritatis agnoſcendæ percupidos exhibuiſſent. Solent enim Deus omnes ſalutē ſuā ſitientes pro ſua bonitate adimplere. Iſti Theſſalonicenſes adeò ſtabiles in accepta fide perſtiterunt, vt nullis preſſuris, nec pſeudapoſtolorum ſuaſu à Chriſtiana veritate reuocari potuerint. Cum enim illis perſecutiones graſſari audiret Paulus, Timotheū miſit, qui eos ad certamen animaret, ne metu fatiſcerent. Admonitus poſteà de toto eorū ſtatu, & perſeuerātia, varijs argumentis ipſos in cōſtantia fidei confirmat, ſi quid pro teſtimonio Euangelij ferendū ſe offerat, id gratię diuinę, & lucro ſuo deputēt: aſſerens nō eſſe nouum à Iudæis pati. Remouet immodicum quorundam erga ſuos mortuos luctum, eaque tradit, quæ ad roborandam reſurrectionis ſpem faciunt; & poſtremo capite de incerto aduentus Chriſti die diſputat ſeuerius de temporibus inquirere prohibet, ac de multis ſacris, & vtiliſſimis Chriſtianæ fidei documentis ediſſerit.

Quando & vnde fuerit ſcripta hęc epiſtola.

B.Chr. in proœmio epiſtolarum Pauli to. 4. in princip. Theod. item in proœmio epiſtolarum eiuſdē par. 2.

Hæc ſubſcriptio: Miſſa ab Athenis, per Tychicū diaconū, & Oneſimū acolythum, impugnatur.

Philem. Ibidem.

Quando Oneſimū Paulus ordinauerit.

Tradunt autem conſtanter Chryſoſtomus & Theodoritus, hanc epiſtolam ante omnes aliàs à Paulo fuiſſe conſcriptam: vnde autē ſit ſcripta, Græca inſcriptio habet: *Ad Theſſalonicenſes prima, ſcripta fuit ab Athenis*: Et vt habet argumentum Gręcum pręfixum huic epiſtolæ, miſſa fuit per Timotheum. Quare quod in Latino argumentō habetur: *Miſſa ab Athenis per Tychicum diaconum, & Oneſimum acolythum*, conſiſtere nequit: nā eo tempore necdū Oneſimus fuerat ad Chriſtū conuerſus, cū conſtet, Apoſtolū paulò pòſt, cū eſſet Theſſalonicæ, has literas ad eos dediſſe, & certiſſimum ſit, Oneſimum fugitiuum ſeruū Philemonis eo tempore Romam aduentaſſe, cùm Paulus Romæ prędicaret, & inter illos ipſum Oneſimū Chriſto lucrifeciſſe, & ad Philemonē dominū ſuum ſine vllo ordinationis gradu remiſiſſe. Tradūt verò Græci, Philemonē, eum iterum ad Paulum deſtinaſſe, vt ei in vinculis miniſtraret: quo tempore bene inſtitutum in fide, & vitæ ſanctitate cumulatum ordinauit; poſteà verò pro fidei cōfeſſione Romæ martyrio coronatus eſt.

Bezæ Theodori, vtramque ad Theſſalonienſes epiſtolam ex Corintho, non ex Athenis ſcriptam, aientis, argumētum proponitur.

Actor. 18. Suprà 17. 1 Theſſ. 2.

Ibidem.

Impugnatur hæc opinio.

Actor. 18.

Rom. vlt.

Beza contendit, has duas epiſtolas non ex Athenis, vbi tantū paucis diebus māſit, dictatas, ſed ex Corintho, vbi prius moram fecit, & docuit: quo tēpore redierūt è Macedonia Silas, qui hic Saluanus dicitur ſecundū quoſdā, & Timotheus ad Apoſtoli mandatum. Mouetur autem hac ratione: quia inferiùs Capite tertio Apoſtolus ſuſtinuerat relinqui ſolus Athenis, cum Timotheū ad Theſſalonicēſes viſitādos mitteret: quo tempore nondū Silam ad Theſſalonicēſes viſitandos miſerat. Subdit poſteà, Timotheū ad ſe redijſſe, ex quò poſtea didicit quæ eſſet Theſſalonicenſium cōſtantia. Liquet autem ex cap. 18. Actorum, cum Paulus digreſſus fuit ab Athenis, & Silā, & Timotheum expectaret, Corinthū veniſſe: & vbi fuiſſet ibi aliquandiu verſatus, tandem Silam & Timotheum veniſſe, quorū aduētu confirmatus fuit. Et ita ille Silas videtur idē fuiſſe, qui dicitur Siluanus: à quo Athenis rurſus digreſſus (quod Lucas pręterijt) hāc epiſtolam communi ipſorū triū nomine ex Corintho miſit Apoſtolus. ¶ At hæc non tam ſolida ſunt, vt non poſſit contra ea aliquid obijci. Nā quid ſi Paulus digreſſus fuit iterum ex Corintho Athenas, & ibi cōſcripta hæc epiſtola ad Theſſalonicēſes? & ita eluderetur argumentū Bezæ: maximè cū diſcedens, ex Corintho, dicatur attuliſſe ſecum Priſcillā, & Aquilam, qui ſibi totonderant in Cenchreis caput: & cōſtat tàm ex Græco, quàm ex Syriaco codice, ſermonē eſſe magis de Paulo, quam de Aquila. Certum eſt etiam Cenchreas, portū eſſe Athenarū, ex quo loco erat Phœbe illa miniſtra quā Rom. 16. cōmemorat, tabellaria illius magnæ epiſtolæ. Ex quo inſinuatur, quòd Paulus ex Corintho nauigauit in Syriā per Athenas, & ſcripta epiſtola, nauigauit inde Epheſum, & ex Epheſo in Syriam.

Silam & Siluanum eſſe diuerſos.

B. Hier. epiſt. 143. in fine, tomo 3.

Deinde dubiū eſt quod ait, quod Silas, & Siluanus ſit vnus & idem, cùm diſtincti ſint apud Dorothei Synopſin, & Silas Epiſcopus fuerit Corinthiorum, Syluanus verò Theſſalonicēſium: & Siluanus, vt ait Petrus à Natalibus, Macedoniæ requieſcit, ſicut Silas Corinthi. Et Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum: Vitioſe, inquit, Siluanus pro Sila: cum Siluanum in Apoſtolorum Actis non legamus.

I. Dubium.

Sed his de argumento epiſtolæ præmiſſis, iam ad primū caput accedamus. In quo primum dubium occurrit, quęnam ſit materia gratiarum actionis: *Memores*, inquit, *operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti*: in quo dubitatur, quid ſibi velit tanta Genitiuorum multitudo, ſunt enim numero vndecim: & quis eorum ſenſus.

Secundum.

Deinde dubium eſt, quomodò potuit Apoſtolus ſcire electionem Theſſalonicēſiū: cū ſoli Deo notus ſit numerus electorum in æterna felicitate locandus. Et quo-

modò

Rom. 10.
Tertium.
Quartum.

modò non fuit apud eos Euangeliũ in ſermone, cum euangelizare, nihil aliud ſit quã verbis annuntiare, & prædicare? quia Fides ex auditu: auditus autem per verbũ Chriſti. Tertiò dubitatur, quomodò Pauli & Domini extiterint Theſſalonicenſes imitatores. Quartò, quæ nam eſt ira illa ventura, à qua nos Chriſtus eripuit: non enim quiſquam propriè liberatur à malo, quod nondum incurrit. Paucę ſunt, & faciles dubitationes, & paucis expedientur.

Solutio primæ quæſtio. De cauſa gratiarum actionis epiſtolæ in initio.
Prouerb. 23.
Ioan. 6.
Quid, colligere fragmẽta, ne pereãt.

Ad primam reſpõdetur: De more à gratiarum actione incipit, quia multi numerari poſſunt, qui importuniſſimi ſunt in poſtulandis ijs, quæ ſibi deeſſe ſentiunt: rariſſimi q; dignas de acceptis beneficijs gratias agant. Vnde Sapiens dixit: *Diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam:* & iubemur colligere quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereãt, hoc eſt ne minima quidem beneficia obliuiſci, ne ipſa Dei dona per ingrati animi labem perdamus. Nõ ergo præterita beneficia, non præſentia, non futura, non parua, non magna, nõ mediocria, non generalia, non particularia, non propria, non aliena, non nota, non ignota, debita gratiarum actione fruſtranda ſunt.

Opus fidei, quid.

In eo verò quod ſubdit: *Memores operis fidei veſtræ,* &cæt. apertiùs & diſtinctius hæc Græcè dicuntur: Memores, inquit, veſtri propter opus fidei, ac laboris charitatis, & ꝙ permanſiſtis in ſpe Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vocat opus fidei, ipſam fidẽ viuã, ſicut alibi: *Hoc eſt opus fidei, vt credatis,* &c.

Ioan. 6.
Eſai. 53.

Poterat etiam verti, propter difficultatem, nam id interdum ἔργον in Scripturis ſignificat. Vnde de rara fide introducit Eſaias Apoſtolos dicentes: *Domine, quis credidit auditui noſtro?* Nemo enim poteſt firmam fidem Chriſti concipere, niſi Deo adiuuante.

Alter ſignificatus operis fidei.
Deut. 6.
Matth. 22.

Poteſt etiam opus fidei accipi efficax fides & operans. Et laboris, ait, charitatis, id eſt, charitatis laborantis: quia charitas laborioſa eſt propter dilectum, quia debet quiſq; amare Deum ſupra ſeipſum, & proximũ ſicut ſeipſum tot modis importunũ. Et primum fidei actum conſequitur amor, quo iuſtificamur, & tũc tres habitus Theologici fidei, ſpei, & charitatis infunduntur. Si autem poſt iuſtificationẽ in peccata relabamur, remanet habitus fidei amiſſa charitate, & recuperatur iuſtificatio per fidem, & reconciliationis Sacramentum.

Fidem, ſpẽ, & charitatem Deus quãdo nobis ingeneret.
Suſtinentia ſpei Domini noſtri quid ſignificet, & hæc cur debet eſſe ante Deum, & Patrem.

Addit tertiò ſuſtinentiam ſpei, vel *quod permanſiſtis in ſpe Domini noſtri.* Id eſt, tolerãtem illam ſpem, & ſuſtinentem omnia. Et nõ fruſtrà geminatur articulus Grecè ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος. Dicitur enim ſpes Chriſti paſſiuè, id eſt, quæ habetur de Chriſto. Sicut Marc. 11. *Habere fidem Dei.* Vbi fides Dei dicitur, quam de Deo habemus. Fidei ergo tribuitur opus, vt viuam apprehendamus, & non mortuam; labor charitati, quia operatur magna, ſi adeſt: Spei verò ſuſtinentia, ſiue perſeuerantia, quia tribulatio patientiam operatur, probatio verò ſpem, quę nõ confundit: *Et hoc ante Deum, & Patrem:* quia fucum omnem abeſſe oportet, cùm in cõſpectum Dei venitur.

Marc. 11.
Rom. 5.

II. Dub. ſolu. De electione Theſſalonicenſiũ, vt nota ipſis, aut Apoſtolo eſſe potuerit.
Actor. 16.

Ad ſecundum dubium, non intelligas ſermonem eſſe de electione prædeſtinationis, ſed illos peculiariter electos vt audirent verbum Dei, vt narrat hiſtoria Act. 16. nam cùm vellent in Bithyniam proficiſci, non permiſit eos Spiritus Ieſu: ſed vir Macedo apparuit, deprecans Paulum, vt tranſiret per Macedoniam. Et ita certiores facti quòd vocaſſet illos Dominus ad euangelizandum eis, profecti ſunt. Porrò vera Euangelij receptio, ſigna, & miracula illis oſtenſa, ipſa Spiritus ſancti tam in lingua Pauli, quàm in auribus Theſſalonicẽſium, qui videlicet mouerit linguam Apoſtoli, & aures illorum præparauerit, & plenitudo multa, ſiue πληροφορία, hoc eſt plena perſuaſio, ſiue certitudo ad confirmandum Euangelium, atteſtabantur Pauli prædicationi, & illorum electioni.

Prædicationis Pauli veræ, electionisq; Theſſalonicenſiũ certiſſima teſtimonia.

Quomodò ſuum Paulus Euangelium neget fuiſſe in ſermone.
Eſai. 55.
1. Cor. 2.

Soluitur & illa dubitatio circa id: Euangelium noſtrum nõ fuit ad vos in ſermone tantũ, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto. Non negat fuiſſe in ſermone, ſed, non fuiſſe ſolũmodò in ſermone, qui eſt inefficax, & ſine fructu. Nam verbum Dei vbiq; prędicatum, nõ ſolet redire vacuum, ſed proſperatur in omnib. ad quæ mittitur. Et nihil hic amplius dicitur, quàm quod ad Corinthios ſcripſit: Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis. Non ergo fuiſſe prædicationem ſuam in ſermone tantùm, oſtendunt tot ſigna, fides, charitas, & ſuſtinentia veſtra. Solet enim defectus eſſe ex parte terræ ſemen iactum fruſtrantis, vt terra ſecus viam ſpinoſa, & petroſa: non autem ex parte ſeminis iacti, aut pluuiæ, aut Solis, quæ ad ſeminantem primarium Deum ſpectant.

Quæ res oſtẽdunt Pauli Euangelium non fuiſſe tãtum modo in ſermone.
Matth. 13.

Sicut ſcitis, inquit, *quales fuerimus in vobis* (hoc eſt inter vos, & ſubdit) *propter vos.* Id eſt ipſi vos teſtes eſtis quales fuerimus erga vos veſtri cauſa. Propter vos, inquit, quoniam vos electi eratis à Deo; & nos huius electionis miniſtri.

Soluitur tertia dubitat. Theſſalonicenſes Pauli

Circa tertiam dubitationem propoſitã: *Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini; excipiẽtes verbum in tribulatione multa, cũ gaudio*

Spiritus

& Domini imitatores quales extiterint. Verbum Dei excipientes in tribulatione multa, quid aſſequũtur.

Spiritus ſancti. Magna eſt hæc commendatio non ſolùm Theſſalonicenſes imitatores Pauli factos, ſed etiam Chriſti. Et mirabile eſt excipere Dei verbũ in tribulatione multa, ex qua ſuauiſſimum Spiritus ſancti gaudium oriri ſolet. Et vide quid dicat: *Noſtri* inquit, *imitatores facti*, & propriùs veluti correctione ſubiecta, ſubiunxit, *& Domini.* Eatenùs enim imitatores Apoſtolorum, vel aliorum Sanctorum eſſe debemus, quatenùs illi ipſi ſunt Chriſti Domini imitatores, vt alibi dixit. Quo ſenſu dicitur credidiſſe populus Deo, & Moyſi ſeruo eius: non quòd diuerſum aliquid à Deo habuerint Paulus, & Moyſes, ſed quia efficaciter operatus eſt Deus per eos, tanquàm per miniſtros, & organa ſua. Vt enim Deus promptè vocauerat illos, & prædicatorem Paulũ ad eos vocandos miſerat, ita illi prompto animo acceperant verbum, Credendo, & obediendo. ¶ Et hoc cum tribulatione, vel afflictione multa, quod ad ampliationem dicitur imitationis, ſiue obedientiæ Chriſti. *Cum gaudio Spiritus ſancti.* Quod ad mirabile videtur, nihil enim magis contrarium animo noſtro, quàm in afflictionibus gaudere. Nam cum multi, orta perſecutione, ab Euangelio quod ſuſceperant, deficiant, vt Dominus declarauit: ipſi tamen Theſſalonicenſes è contrario, eò firmius Domini fidem complectebantur, quò grauius affligebantur, nec ipſis afflictionibus obmurmurabant, nec queruli deplorabant miſeram ſuam ſortem, nec deſperabũdi animos abijciebant ſuos: adeò, vt fuerint facti forma, & exemplar credẽtium in Macedonia, & Achaia, id eſt Græcia: oſtendentes qualia ſuſtineri oporteat propter fidẽ. Et Græcè in plurali ait, exemplaria: quia quiſq; fidelis erat veluti vnum exemplar. Ita etiam ad Philippenſ. dixit: Inter quos lucetis tanquàm luminaria in mundo, verbũ vitæ cõtinentes. *A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini, &c.* Diffamare, eſt diuulgare, vnde leproſus ille mundatus Marc. 1. egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem: & Matth. 9. *Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.* Quibus in locis verbũ eſt Græcum διαφημίζειν: hic verò non eſt tale verbum, ſed aliud, nẽpè ἐξήχηται, id eſt, quaſi quædam echo reſonuit: alij vertunt, perſonuit, aut ebuccinatus eſt, ita vt non ſit neceſſe nobis quicquam loqui de veſtro fructu, aut cõſtantia, quia res ipſa ſatis loquitur. Et ideo non ſe vocauit Apoſtolum in principio huius Epiſtolæ, ſed quaſi vnum ex illis parem.

Serui Dei quatenus imitandi. *Exod. 14.*

Theſſalonicenſes vnde agnoſcas Chriſti imitatores perfectos. *Luc. 8.*

Quid eſt Theſſalonicenſes fuiſſe factos formã & exemplar credentium in Græcia. *Philip. 2.*

Marc. 1. Diffamatus ſermo quid hoc loco. *Matth. 9.*

Quare Paulus in his ad Theſſalonicenſes, vt in alijs Epiſtolis nõ ſe Apoſtolum nominauerit. Infirma ratio Caietani.

Et intelligant præpoſiti dari interdum tempus, aut locum non oſtentandi autoritatem. ¶ Quare quod Caietanus docuit, in his tantùm duabus Epiſtolis ad Theſſalonicenſes omiſſam in ſalutatione Apoſtolatus ſui mentionem, idq; feciſſe propter ſocios, quos ſibi adiunxit in operibus iuuandis, ne videretur ſe illis præferre; vtrumque profectò debile eſt & falſum: quia & in epiſtola ad Philippẽſes omiſit nomen Apoſtolatus: & ſcribens ad Corinthios, & Coloſſenſes, adiungit ſibi duos, Soſthenem, & Timotheum, & tamen in ijs literis ſe vocat Apoſtolum.

IV. dub. ſol. Quænam ſit ira ventura.

Ad poſtremum, iram venturam vocat Apoſtolus vltionem, ſiue vindictam Chriſti Domini venientis in die iudicij, vbi apparebit quaſi de cœlo deſcendens, de qua dixit Ioannes Baptiſta; *Progenies viperarum, quis demõſtrabit vobis fugere à ventura ira?* Cuius etiam iræ meminit 2. Theſſ. 1. & Rom. 1. cùm ait: *Reuelatur ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, &c.* Hæc autem ira erit, quando dicet, *Neſcio vos vnde ſitis: Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis*; &, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Hanc æternæ damnationis iram præcedit alia Dei ira præſens, de qua: *Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorũ: ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Matth. 3. *2. Theſſ. 1.* *Rom. 1.* Quomodo declaranda. *Luc. 13.* *Pſalm. 6.* *Matth. 25.* *Pſalm. 80.*

Chriſtus quomodo nos eripiat ab ira ventura. *Matth. 5.*

Et ait, *Qui eripuit nos ab ira ventura.* Græca lectio habet de præſenti, *Eripit nos ab hac ira*, id eſt à debito, & merito illius iræ. Sicut enim dicitur: *Ipſorum eſt regnum cœlorũ*, id eſt iure, & merito, ita etiam ab illa ira eripit, dum flagellis nos excitat, & ad ſe efficaciter vocat & iuſtificat: & ita recipit nos in gratiam ſuam, & cõuertit à ſimulacris. *Seruire* (id eſt ad ſeruiendum) *Deo viuo, & vero.* Viuo quidem, ad differentiam deorũ mortuorum, vt Iouis, Martis, Apollinis; verò autem, ad differentiam eorum, qui ſunt per participationem dij. Quòd ſi ſuſtineamus lectionem Latinam, eripuit nos, de præterito: colligimus, duplicem eſſe liberationẽ, ſiue ſaluationem, alteram ſubleuantẽ à miſeria quam incurrimus, alteram verò præſeruantem à pœna nobis infligẽda, de qua hic ait: Eripuit nos ab ira ventura.

Deo cur viuo, & vero ſeruiendum.

Hominis liberatio, ſeu redẽptio duplex.

DISPVTATIO II.

In illa Apoſtoli verba, Cap. 2. *Nam & ipſi ſcitis fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: ſed antè paſſi multa, & contumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad vos Euangelium Dei in multa ſollicitudine*, & cætera vſq; in finem Capitis.

alius capi. argumentum.

HOc toto capite Apoſtolus reuocat Theſſalonicenſibus in memoriã miniſterium ſuum, quod mirificè tuetur, & exornat: & ponit ante oculos quæ Act. 16. & 17. narrantur, ne obliuiſcantur mirabilium quæ viderant, & quomodo è medio perſecutionis ereptus, ſe pro Fide nouis certaminib⁹ expoſuerit, vt prædicaret eis verbum. Declarat etiam, quanta fide, & diligẽtia illis euangelizauerit, & quàm ſanctè & irreprehensè cum eis vixerit. Quod Apoſtolus fecit, non vt ſe ipſum magnificaret, & proprias laudes narraret, ſed paterna potiùs ad perſeuerantiam adhortatione vſus eſt, & fideli admonitione ad pſeudoapoſtolos, qui falſo inſtituunt Eccleſias, & ſua priuata commoda quærunt.

dubium.

Pauca hic ſunt dubitanda. Primò, cur tantoperè commẽdet ſuum ad eos, ingreſſum, & cõuerſationem: videri enim poſſet iactantia, cùm tamen ipſemet Apoſtolus dixerit: *Non qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat.* Secundò ſuper illud: *Sed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur:* dubitari enim poſſet, cùm in Scripturis probari aliquis à Deo dicatur, cum ipſo opere ſe talem eſſe declarat: quomodo ergo dicit, ſe à Deo probatum, antequam prædicaret? Tertiò, quomodo ſe comparat nutrici fouenti filios, & paulò poſt parenti: *Sicut ſcitis,* inquit, *qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, &c.* Quartò, quomodo dicatur ira Dei ſuper Iudæos perueniſſe vſq; in finem, & quæ eſt iſta ira in finem vſque. Quintò quare ait: *Abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio:* nũquid hoc deſiderauit, vt præſentia ſua maiora admitterent mala, ſi peccarent, aut vt vlla impediret? Sextò ſuper illud; *Sed impediuit nos Satanas,* meritò quęritur, an ſanctorum opera & deſideria poſſit dæmon impedire? Septimò, quæ ratio loquendi eſt illa; *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis.* Quod videtur nouum, & inuſitatum loquendi genus.

.Cor. 10. *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Quintum.* *Sextum.* *Septimum.*

Ad I. dub. reſponſio. De cauſa cõmendationis ſui ad Theſſalonicẽſes introitus fructuoſi.

Primum dubium ſoluimus, dicendo, Apoſtolũ per occupationem conuerſationis ſuæ, teſtimoniũ exigere ab ipſis Theſſalonicenſibus, ne quiſquã aliorum teſtimoniũ cauillari poſſit: eſtq; reuerà præſentiſſimum, ac firmum teſtimoniũ, quod ab illis petitur, qui noſtra beneficia experti ſunt, nec poſſunt teſtari rectiùs, qui rebus ipſis præſentes fuerunt, aut eas experimento didicerunt. Nemo enim in negotio pietatis debet ſolus eſſe iudex, aut teſtis, aut cenſor: nemo ſui ipſius commendator, ſed eſt Eccleſiæ iudicium hoc, & cenſura, & commẽdatio relinquenda. Quanquàm hoc loco commendabat Deus Paulum, tametſi ore ipſius Pauli. ¶ *Introitus,* inquit, *noſter ad vos non inanis fuit.* Id eſt vanus, & ſine fructu, qui per multos Chriſto lucratus fuerat. ¶ Quod ait: *in multa ſolicitudine,* intellige, vt Græca habent, in multa decertatione; ſicut etiam ſuperiùs verbum ſolicitudinis accipi annotauimus. Decertauerat ſiquidem Paulus contra Iudæos, & dæmones ſe eius prædicationi opponentes.

Vnde Pauli ad Theſſalonicenſes ingreſſus non fuerit inanis, ſed eſt in ſolicitudine multa.

Et probat, prædicationem ſuam profectam non de errore, vel immunditia, vel dono. Tria enim ſunt, quæ verbi Dei præconem valdè dedecent. Primum, decipi intellectum, & nõ habere veritatis, & eorum quæ ſunt prædicanda, certam perſuaſionẽ. Alterum, quando, etſi veritas adſit, inquinatur tamen per affectum temporalium: vt amore pecuniæ, aut inanis gloriæ: & hæc eſt illa immunditia, quæ eſt abominandum Simoniæ, & ambitionis vitium. Tertium eſt, cùm delectatur homo decipere, quod eſt immane, & diabolicũ ſcelus, à quo fuit Paulus alieniſſimus. Nam impoſtor nõ fuit qui adulterinas merces pro veris ſupponeret, & ſcoriam pro metallis, & cõmenta hominũ pro Dei placitis ſubſtitueret. Et immundus non fuit, qui non ſolum Euangelium gratis dedit, ſed & animam ſuam pro ipſis dare voluit. Non fuit fraudulentus, qui malitioſè commoditatibus ſuis inſeruiret. Et hæc omnia vitia erant in Pſeudoapoſtolis, qui cęci erant, & duces cęcorum, & ſuis commodis ſeruiebant, & fraudibus populi fauorem ſibi conciliabant.

Quæ tria Chriſtianum maximè concionatorem dedeceant, à Paulo procul remotiſſima.

Ea vitia quorum propria.

Matth. 10.

Infrà 5.

Ad ſecundum, cùm dicit: *Sed ſicut probati ſimus à Deo, vt crederetur nobis Euãgelium,* dicendum eſt, Paulum nõ ſe abſolutè probatum à Deo dicere, ſed probatum à Deo hac in parte, vt ei Euangelij diſpenſatio cõmitteretur. Antequàm in Apoſtolatũ aſſumeretur Actor. 13. prædicauerat in Arabia, Damaſco & Antiochia. Videbat prætereà Deus ſynceram illam Pauli mẽtem, & cor purificatum, & amore Chriſti ardens: & in hoc ante Deũ probatus fuerat, vt idoneus ad prędicandum inueniretur: quod & pręſtitit, & non fefellit hanc Dei commendationẽ. ¶ *Ita,* inquit, *loquimur* Modeſtiæ gratia hoc dicit. Et inferiùs adiungit Syluanũ, & Timotheum in officio prædicationis ſocios. *Non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.* Probat Deus, cùm per varias tentationes, quaſi aurum per fornacem explorat, vt innoteſcat nobis, qualia ſint corda noſtra.

II. quæſt. ſol. Paulus ante miniſterium prędicationis quomodo probatus à Domino.

Actor. 13. Infrà 9. Galat. 1. Act. 11.

Pauli Apoſtoli modeſtia.

Deus vt probet corda noſtra: Non adulatoria, vel immũda eius Pauli.

Probat

prædicatio: idẽ cur Deũ vocet in teſtem.

Probat etiam ſuperiora, quòd dolo non prædicauerit: quia nõ eſt eis adulatus: quod non immundè, id eſt prætextu auaritię alicuius rei. Inuocat Deum teſtem: nam cum lateat in corde cupiditas, non poteſt aliter probari, quia nõ patent hominibus corda, ſed ſoli Deo.

Pſalm. 7.

Paulũ in prædicatione nõ propriã gloriã quæſiſſe.

Tertiò probat, quod non appetitu gloriolæ, quia non ſe geſſerat vt Apoſtolus Chriſti, qui autoritate propria exigere poterat ad victum neceſſaria. *Neq; quærentes,* inquit, *ab hominibus gloriam, neq; à vobis, atq; ab alijs.* Id eſt, Non ſumus venati noſtri commendationem, auram popularem non captauimus, aut hominum fauorem, nihil ad oſtẽtationem fecimus. Quærere enim gloriam ab hominibus, ſignum eſt falſi prædicatoris. Ait enim Dominus; *Quomodo vos poſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.* Diſcant ergo conciooatores Apoſtolicam humilitatem imitari, & ſolius Chriſti gloriam per omnem vitam tam in dictis, quàm in factis quærere.

Ioan. 5.

Quibus maximè imitandus Apoſtolus.

Paulus quomodo factus paruulus inter Theſſalonicenſes.

Tertiæ dubitationi vt meliùs reſpondeamus, explicandum eſt prius quod præcedit: *Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum.* Græci codices legunt ἤπιοι, id eſt placidi & lenes: interpres autem noſter videtur legiſſe νήπιοι, id eſt, paruuli, licèt dictio ſuperior ſignificat etiã paruulos: aptior tamen eſt, & ad mentem Apoſtoli expreſſior primus ſignificatus: præſertim cùm pręceſſerit: Cùm poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli, ſed facti ſumus placidi, ac mites in medio veſtri. Et aſſumit duas comparationes, quò ſuum affectum, & opera melius explicet, nimirũ nutricis, & parentis: multa nãq; tolerãt nutrices, & matres, dum incrementa puerorũ expectant: non enim quoſlibet cibos, ſed teneriores, & præmanſos in os filiorum ingerunt: puerorum moribus inſeruire coguntur, riſum fingunt, & gemitum; cantillant, & quæ grauitatis ſunt, omnia ſpernunt, dum eos aut à fletu auocant, aut illis ſomnum conciliant. Ita ſe gerebat inter Theſſalonicenſes Apoſtolus. Lac enim potum dabat, nõ eſcam. Et licet Theſſalonicenſes perfectè fuiſſent renati, erant tamen adhuc teneri, & nondũ conſummati. Et amat nutrix paruulum nutrire, ſed cum non amat paruulũ remanere: in ſinu tenere ſolet brachijs complecti, & orti oſcula infigere non tamen vt hoc ſemper faciat. Noſtri tamen ſeculi Hęretici cùm aliquẽ nacti ſunt diſcipulũ, ei nullo magiſtro pręeunte, ſacras literas legendas, hoc eſt ſolidum cibum obtrudunt: nec tantùm eis, qui linguã Latinã nouerunt, ſed & toti imperitæ multudini, ita vt neminem habeat pædagogũ, dum paruuli ſunt. Qua de re olim conqueſti ſunt Hieronymus, & Auguſtinus. Ille quidem epiſtola ad Paulinũ, vbi ſic habet, *Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumve cæſores, lanarij quoque, & fullones & cæteri, qui variã ſuppellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſq; doctore non poſſunt eſſe, quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarũ ars eſt, quam ſibi omnes paſſim vindicant. Scribimus indocti, doctiq; poemata paſſim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequàm diſcant.* Auguſtinus verò lib. de Vera Religione, *Patriarcha,* inquit, *ac Prophetæ inueniuntur ab ijs, qui non pueriliter inſiliunt, ſed piè, diligenterq; pertractant diuinarum, & humanarum rerum tam bonum, & tam grande ſecretum. Quod etiã temporibus noui populi à magnis & ſpiritalibus viris Eccleſia Catholica alumnis video cautiſſimè prouideri; ne quid populariter agant, quod nondum eſſe temporis vt cũ populo agatur, intelligunt: alimenta lactea largè auidis infirmioribus pluribus atq; inſtanter infundunt, validioribus autem cibis cum ſapientibus paucis veſcuntur. Sapientiam enim loquũtur inter perfectos; carnalibus verò, & animalibus quãuis nouis hominibus, adhuc tamen paruulis, nonulla obtegunt, ſed nulla mentiuntur. Non enim honoribus ſuis vanis conſulunt, & inanibus laudibus, ſed vtilitati eorum, cum quibus ſocietatem vitæ huius inire meruerunt.* Hæc & ſimilia Auguſtinus eo loco. ¶ Et veri miniſtri verbi Dei ſymbolum indicat, cum ait: *Ita deſiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras.* Ita Moyſes optabat deleri de libro vitæ, niſi Deus populo ſuo parceret; idem quoque Apoſtolus optabat fieri anathema à Chriſto pro fratribus. Et ad hunc lapidem pyritem probent ſe vniuerſi prædicatores, & Eccleſiarum Antiſtites, & prælati. Ac proponit, ſe illis Euangelium gratis prędicaſſe, ne quen quam illorum grauaret.

Ad III. dub. De eo quod Apoſtolus nutrici, ac parenti ſe comparat.

1. Cor. 3. Nutricis in paruulum officia.

Hæretici noſtræ tempeſtatis quã lõgè à parẽtis, & nutricis officio.

B. Hier. epiſt. 103. paulo ante med. tom. 3 initio.

B. Aug. c. 28. in princ. tom. 1 prope fin. Patriarchæ, ac Prophetæ à quibus inueniantur, vt ait Auguſtinus.

1 Cor. 2.

Pauli charitas in Theſſalonicenſes eximia.

Exod. 32.

Rom. 9.

Proponens autem alteram ſimilitudinem parentis, ſubiungit: *Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè, & iuſtè, & ſine querela vobis qui credidiſtis, fuimus: ſicut ſcitis qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos, &c.* Sunt enim miniſtri verbi Dei parentes, quia ſemine verbi Dei in Eccleſiæ ſanctæ vtero filios regenerant, confirmatione ſacri Chriſmatis corroborant, Euchriſtiæ alimento nutriunt, & infirmantibus per Reconciliationis ſacramentum medentur, verbis deprecatorijs ipſos excitant, & conſolationis gaudium præbẽt, vt ita dignè Deo ambulẽt. Quo verbo

Quare Apoſtolus ſe patrem nominauerit.

Legem Dei non eſſe impoſſibilem, cōtra Lutheranos.

iugulat eos, qui falsò putant non poſſe hominem præcepta implere, aut ea agere, quę ſtatui noſtro conueniunt, & Deo placent.

Theſſalonicenſes qua in re imitati fuerint Eccleſias quæ erāt in Iudæa. *Actor. 2.* *Infrà 4.*

Cùm verò ſubdit: *Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarū Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu:* nōnulli dubitant in quo fuerint imitatores. Putant ergo aliqui, etſi nō exprimat, multos Theſſalonicenſium ſe ipſos ſpoliaſſe bonorū ſuorum proprietate, & vitam in communi regularem profeſſos fuiſſe, quemadmodum ab initio fecit Eccleſia Ieroſolymitana: quos Eccleſia Alēxandrina imitata eſt ſub B. Marco, vt tradit B. Hieronymus in libro ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Idē ergo feciſſe videntur Theſſalonicenſes. Sed de hac re non multū conſtat, nec Apoſtolus expreſſit. Sed quòd vt primę Chriſtianorum perſecutiones in Iudæa fuerunt à Iudęis, qui Dominum Ieſum ad mortem damnarūt, & à Pilato obtinuerunt, vt idem olim in proprijs Prophetis occidendis præſtiterūt, vt Ieremia & Eſaia. *Et nos perſecuti ſunt*, inquit. Vt Stephanum & Iacobum. *Et Deo non placent.* Etiamſi maximè exiſtiment obſequiū ſe præſtare Deo. Et omnibus hominibus aduerſantur, prohibētes nos Gentibus loqui, ne fiant Chriſtiani, & ſalui fiant.

Hier. tom. 1. *Matth 26.* *Infrà 27.* *Supra 23.* *Act. 7.* *Ibidem.* *Infrà 12.* *Ioan. 16.*

Sol. IV. dub. Quos in Iudæos peruenerit ira Dei vſq; in finē.

Ad quartum dubium in illud; *Vt impleant peccata ſua ſemper, peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem.* Dicimus, ſermonem eſſe de Iudæis, qui repugnabant Euāgelio, nec ipſi credebāt, neque alios credere permittebāt ob ſuam obſtinationem. De quibus Oecumenius; *Si bonum eſt Gentes ad Chriſti fidem accedere, quare non accurrunt & ipſi? qui etiam accurrentes prohibere conātur. Quòd ſi non eſſe bonum indicant, cur inuident accedentibus. Quare etiam Gentes ipſis curæ ſunt.*

Oecum. c. 2. in fin.

Implēdi peccata ſua, vnde ſumpta metaphora. *Geneſ. 15.* *Matth. 23.*

In illo autem verbo: *Vt impleant peccata ſua ſemper*, alludit Apoſtolus ad id; *Nondum completa ſunt iniquitates Amorrhæorum vſq; ad præſens tempus*, & ad illud Chriſti; *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.* Quando enim hoc ſcripſit Apoſtolus, adhuc Ieruſalem ſtabat, & nondum erant completa peccata ſua, ſed paulò poſt veniētibus Romanis, completa ſunt illius peccata, & deſolata in æternum. Et tunc ira Dei in finem, id eſt perfecta, & conſummata venit ſuper Iudæos, ſiue in eorum filios.

Iudæi quando impleuerint peccata ſua, & ira Dei in eos venerit vſque in finem.

Quid ſecundū alios peruētio iræ vſque in finē. *2. Cor 3.* *Pſal 58.* *Oſeæ 3.*

Aliqui verò verbum, *in finem*, interpretantur, quia in fine ſeculi velamen de cordibus eorum auferetur, iuxta illud: *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes.* Et Oſeas dixit: *Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærēt Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuū* (id eſt Meſſiam, vt habet Chaldaica interpretatio) *& pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.*

Dauid pro Meſſia non tarò ponitur in Scripturis.

Ad V. dubit. Paulus cur abundantius, v. aut, feſtinauerit, Theſſalonicenſium faciē videre.

Quinto dubio reſpondendum circa illud: *Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde, abundantius faciem veſtram videre.* Vocat Apoſtolus ſe, & ſocios priuatos ſiue orbatos, vt Græca vox inſinuat tanquam parentes orbati filiolis quos diligūt. Et hoc ad tempus horæ, (πρὸς καιρὸν ὥρας) id eſt, ad momentum temporis, ſiue ad momentum horæ; ſicut Horatius dixit:

Horat 1 ſer Saty 1. in pri.

Quid enim? concurritur: hora
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Nam eiectus fuit primò ex Philippis, deinde ex Theſſalonica, tertiò ex Berœa. ¶ *Abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre.* Id eſt: Omnem operam dedimus, & diligenter conati ſumus ad vos reuerti, ſed impediti fuimus.

Ad VI. dub. An ſanctorū opera & deſideria Satan impedire valeat. *Baſil Interrog 275 to. 2.* *Rom. 1.*

Vnde ſubdit, quod ſexto loco propoſitum fuit: *Sed impediuit nos Satanas.* Interrogat Baſilius in Regulis breuioribus: *Nunquid alicuius ſancti propoſitum impedire Satanas poſſit? quoniam ſcriptum eſt: Ego quidem Paulus, & ſemel, & iterum propoſueram venire ad vos, & impediuit nos Satanas*, ad quam idem Pater reſpondet: *Eorum quæ in Domino ſunt rectè factorum, alia ſola voluntate, ac deliberatione animi efficiuntur, alia ad hoc vt efficiātur, indigent etiam opera corporis, adhibendis videlicet vel ſtudio, vel tolerentia. Ac quæcunque quidem ſunt eius generis, quæ in ſola animi voluntate poſita ſint, hæc nullo modo impedire Satanas poteſt. Quæ verò eiuſmodi, ad quæ conſequenda neceſſaria eſt etiam opera corporis, in his plerunque etiam Deus naſci impedimenta permittit, vel probandi, vel detegendi cauſa illius qui impeditur: vt vel ſi à recto propoſito deſtiterit, conuictus, qualis ſit detegatur: vt hi qui ſupra petram fuerant ſeminati, qui ad modicum tempus ſuſceperunt quidem verbum cum gaudio, exorta autem tribulatione, ſtatim receſſerunt: vel ſi in recto perſeuerauerit, clarius appareat ſtudium ipſius in rectè factis: vt ipſius Apoſtoli, qui cùm ſæpè Romam petere decreuiſſet, & prohibitus eſſet, vt ipſe faſſus eſt, tamen eatenus in ea voluntate permanere non deſtitit, quod etiam effecit quoad ſtatuerat.* Hæc ille.

Talia cur Deus impedimēta permittat ſanctis, teſte Baſilio. *Marc. 4.* *Rom. 1.*

Ad VII dub. De eo quod Paulus Theſſalonicenſes ſuam ſpem gaudium, & gloriæ coronam appellat ante Chriſtū Ieſum.

Poſtremò dubitatum fuit in his verbis: *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ; Nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis, in aduentu eius?* Ad tempus futurum aduentus Chriſti ad iudicium hęc veniunt apertè referenda. Et primo loco vocat eos ſpem præmij, id eſt rationē præmij ſperandi ex fructu quē illis prædicando

fecerat. Deinde vocat eos gaudium, id eſt materiam, & rationem gaudij de ſalute illorũ, & conuerſione ad Chriſtum. Demùm vocat eos coronã gloriæ, ſiue vt Græcè habetur καυχήσεως, id eſt, gloriationis in Deo de legitimo certamine habito ab ipſis conuerſis opera Apoſtolorum, & triumpho habito contra dæmones, & pſeudapoſtolos.

Nõ ſolos Apoſtol⁹ Theſſalonicenſes cur vocet gloriationẽ ſuã.

Et inquit: *Nónne vos?* Græcè elegantiùs habetur, Nónne & vos? nam illos cũ multis alijs eccleſijs à ſe edoctis adiungit Paulus, ne videatur illis aſſentari. Vos enim in pręſenti eſtis materia, gaudium, & gloria noſtra, id eſt claritatis & ſplendoris noſtri, ſiue gloriationis noſtræ materia. Filius enim ſapiens eſt gloria, & gaudium patris: &, *Maiorem*, ait Ioannes, *horum non habeo gratiam, quam vt audiã filios meos in veritate ambulare.* Eritq; tunc Paulo triumphãti coram Deo, & Angelis, & hominibus gloria, & gaudiũ in die iudicij, & ſpectatores gaudebunt, & gloriã Deo per æterna ſecula decantabunt. Et Paulo dicenti, *Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum,* reſpondebit ille: *Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.* Quòd ſi Apoſtolo licuit Theſſalonicenſes vocare ſpem, gaudium, & coronam ſuã; quare ergo Hęretici oblaterant, quòd nos diuam Virginem aduocatam noſtrã vitam, ſpem noſtrã, & dulcedinem inuocamus: cùm hi tituli ſint etiã alijs ſanctis communes, & illa longo interuallo omnium & Angelorum, & hominum merita antecellat, vtpote Filij Dei ſingularis, & excellentiſſima genitrix?

3. Ioan.

Matth. 25.

Apoſtol⁹ Gẽteſ à ſe conuerſas ſpem, gaudiũ, & coronã gloriæ appellãs, quorum cõfutet inſaniam.

DISPVTATIO III.

In illa verba, Cap. 3. *Propter quod non ſuſtinentes ampliùs, placuit nobis remanere Athenis, ſolis. Et miſimus Timotheum fratrẽ noſtrum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis; ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus*, & cætera vſque in finem Capitis.

Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

IN hoc tertio capite Paulus cauſas recéſet mittendi ad eos Timotheum, deinde reditum eius agnita virtute, & conſtantia fidei Theſſalonicenſium, qua magnoperè exhilaratus fuit Apoſtolus. Pauciſſima autem ſunt, quæ dubitari queant. Et quia curandum eſt, ne nodum in ſcripto quæramus, quædam attingemus maioris explicationis gratia. Et quæritur illud in primis, quid agere intendat in hoc capite. Deinde quid eſt quod ait: *Ipſi ſcitis quod in hoc poſiti ſumus*, & non explicat in quo. Tertiò, cur miſit Timotheum ad cognoſcendam fidem illorum; cùm ſancti; & maximè Apoſtoli, omnia nouerint quæ in Eccleſia fiunt, ſi hoc Prophetis non fuit occultum. Quartò quis eſt ille, de quo ait: *Ne fortè tentauerit vos is qui tentat*, & quare his notis illũ talem voluit explicare. Quintò quæritur, quid ſit illud: *Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.* Videtur enim eximiũ aliquid continere. Sextò cùm ait: *Nocte ac die abundantiùs orantes vt videamus faciem veſtram*: videtur enim ſentire Apoſtolus, Theſſalonicenſes necdum plenam & integram fidem complexos fuiſſe, cùm tamẽ eos de magna fidei conſtantia efferat.

I. Dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

VI. & vltim.

Circa primum, vt perſpicaciùs agnoſcamus iſtorum quæ hic dicuntur veritatem, comparabimus ea cum capite 17. Actuum. Orta ſiquidem non modica turbatione, commotoque populo toto, & magiſtratu Theſſalonicenſium, fratres qui Domino crediderant, volentes eſſe Pauli vitæ cõſultum, hunc vnà cum Sila nocte intempeſta emiſerunt, atq; hi Berœam non longè diſſitam profecti ſunt; ſed & hac etiam ciuitate eiectus, Athenas proficiſcitur Paulus, relictis in Berœa Sila, & Timotheo, quos duos Euangelij ſocios Paulus ex Athenis mãdauit ad ſe continuò redire. Intereà Satanas inuidus profectus Euãgelici, omnem mouit lapidem, quò lacteſcentem ſegetem apud Theſſalonicenſes proculcaret: grauiſſimam in membris Chriſti perſecutionem contra veritatis Euangelicæ cultores excitauit. Paulus verò, dum Athenis maneret; metuens ne à Fide teneræ illæ plantæ ad auitam deficerẽt ſuperſtitionem; ſemel atq; iterum opem ferre periclitantibus conatus eſt. At cùm hoc neque tutum eſſet, neque neceſſarium inſanis turbarum fluctibus ſe ingerere; tandem Timotheum (quem non tanta aduerſariorum premebat inuidia) miſit Theſſalonicam, vt pro nomine Chriſti patientes corroboraret. Profectus igitur Timotheus, infracto animo, conſtãtes. & confitentes reperit Theſſalonicenſes. Redijt ergo Athenas, & Paulo, qui illic interim reſederat, admirãdam eorum fidem, & conſtantiam prædicauit. Quæ cùm audiſſet Apoſtolus, exhilaratus eſt, & hanc priorem nomine ſuo, & Silæ, & Timothei ad eos conſcripſit Epiſtolam. Et fieri poſſet, vt Silas binominis eſſet: & in Actis ſemper vocatur nomine Silæ, in epiſtolis verò Pauli Siluanus. Ex his igitur facilè lector pote-

Ad I. dubiũ. De eodẽ argumẽto, huius capitis ex Actis Apoſtolorum.

Actor. 17.

Quare Timotheũ Apoſtolus miſerit ad Theſſalonicenſes.

Actor. 18. Cur ſcripſerit eiſdem.

poterit huius capitis verba plana, & aperta capere.

Paulus quomodo remãſit Atheois ſolus, cũ qoo tamẽ erat & Silas.

Quod autem ait: *Placuit nobis remanere Athenis, ſolis*, poſſet impugnari, cùm ibidem eſſet cum eo Silas. Sed facilè diſſolnitur hoc dubinm: quia Silas ab Apoſtolo miſſus alio migrauerat ob aliam ſimilem cauſam, vt colligi poteſt ex Actor. 18. Hic enim erat mos Apoſtoli, vt eos quos penes ſe habebat, in diuerſas prouincias gratia propagandi Euangelij amandaret. Et ita accidit, vt vtroque, & Syluano, & Timotheo, orbatus Apoſtolus fuerit.

Ad II. dubit. In quo poſitus fuerit Apoſtolus, vt ipſe teſtatus, ſed minimè declarat.
Luc. 2.
Pſalm. 65.

Secundum dubium in illud: *Ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus*, diluendum eſt. In hoc, dixit, pro, ad hoc in accuſandi caſu, vt etiam habent Græca; & ſubintelligendum eſt: In hoc poſiti ſumus, vt ſcilicet affligamur: quod præcedẽtia oſtendunt, dum ait: *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.* Et alludit ad illud Euangelicum; *Ecce, poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël*; & ad id, *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.* Eſt autem omniũ Chriſtianorum, & præcipuè prędicatorum, & Apoſtolorum ſymbolum Crux, & malorum tolerantia. Ita enim dixit Chriſtus; *Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum*; &, *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Rurſus; *Puto quòd Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanquàm morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Eſt autem peculiaris Dei prouidentia, vt miniſtri Euangelici minus in ſeipſis habeant occaſionem gloriandi, & imitentur Chriſtum in portanda cruce ſua; & vt credentes agnoſcant Dei potentiam, & vim per illos exeri contra mundũ aduerſantem, & oſtendat, Satanam ab infirmis hominibus ſuperari. Et vniuerſalis data eſt regula: Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

Crux quorũ ſit maximè ſymbolum.
Matth. 24.
Supra 10.
Ioan. 15.
1. Cor. 4.

Crucem illi ferre cur debeant, ſic Domino prouidente.
Matth. 16.
2. Cor 3.

Sol. III. quęſt. De cauſa miſſionis Timothei ad Theſſalonicenſes ad cognoſcẽdã fidẽ eorũ, quam tamen diuinit' noſſe poterat.
4. Reg. 4.
3. Reg 19.
Rom 11.
1 Reg 16.

Ad tertium reſpondendum eſt, non omnia ſanctos cognoſcere. Vnde Eliſęus dixit, *Dominus celauit à me, & nõ indicauit mihi*; & Elias, *Altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus.* Cui tamen fuit reſponſum: *Reliqui mihi ſeptem millia virorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal*: vt ponderauit Apoſtolus. Et Samueli miſſo ad vnguendum Dauidem, dictum à Domino fuit; *Ne reſpicias vultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius, &c.* Ita modò Apoſtolus ignorat res Theſſalonicenſium, & ſæpè propoſuit ire ad eos, & nõ venit: & multa oſtendebat ſe neſcire, vt proderet ſe nobis purum hominem, & nõ Deum. Et communiter ea, quæ per humanam induſtriã reſciri poſſunt, non opus eſt vt reuelationẽ detegantur. Poterat enim ad eos mittere Timotheum, vt fecit. At verò orationes, & preces, quas fundimus ad ſanctos iam cum Chriſto regnantes, quia via humana reſcire non poſſunt ſancti, agnoſcunt in Verbo per reuelationem, etiamſi id Hæretici proteruè inficiẽtur, vt ex multorum Patrum ſententijs comprobatũ reliqui in 2. Cap. 1. ad Timoth.

Quæ ferè tãtùm ex reuelatione ſancti cognouerint.

Sancti iã beati piorũ ad ſe preces vt nouerint.

Ad IV. dub. Quis ille Paulo qui tentat.
Geneſ. 3.
Apoc 12.
Infrà 20.

Quartæ dubitationi dicendum; illud, Is qui tẽtat, Gręcè dici in Principio πειράζων, & põnitur pro verbali πειραστής more Hebræo: Et hic eſt Satanas antiquus ſerpens, qui humanum genus capitali odio perſequitur, & incautas animas fallit, & in præcipitium agit. Sæpè etiam ſanctos homines aggreditur: vt maximè opus ſit fide, & timore ad eius tentationes illudendas, & infringendas: quia non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei: & auidiſſimus perambulat terrã, & circuit quęrens quem deuoret.

Iob. 41.
Supra 1.
Infrà 2.
1. Petr. 5.

Illius tentatoris propriũ quid.
Ioan. 10.

Pondera verborum periphraſim, qua eũ deſcribit: Is, inquit, qui tentat, id eſt, Qui tentare ſolet. Eius enim ars, & exercitium eſt, homines ad ruinam tentare, quam artẽ à primis ſeculis exercere non ceſſat. Timebat ergo Apoſtolus, ne oues aliquas fur raperet, & mactaret, vt ſolet.

Ad V. dubiũ. De ſenſu huius dicti: Quoniã nũc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.

Quod attinet ad quintam dubitationẽ: *Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino*, dicimus, hanc eſſe elegantem exaggerationem, qua Paulus ſuam ardentem proponit charitatẽ erga illos. Et eſt ſenſus: Omnem tribulationem in nos ingruentem loco vitæ ducimus, modò vos permaneatis & perſiſtatis in fide, quę vos inſerit Domino; demùm in ſemel cœpto pro vita æterna certamine perſeueretis. Nã etſi doctoris partes ſint verbũ Dei ſerere, & quod ſeminatũ eſt, irrigare vt creſcat; tamen amantis doctoris, & paſtoris eſt, pro grege ſuo inuigilare, eiuſque bonis operibus congaudere, & proprium bonum eius progreſſum reputare: quòd ſentire poterit nemo, niſi priùs charitate proximi flagrauerit.

Matth 13.
1. Cor. 6.
Ioan 21.
1. Petr 5.

VI. Solutio quæſtionis. Quid Theſſalonicenſium fidei defuerit, quod ſupplere debebat Apoſtol'.
Act. 17.

Ad ſextum reſpondemus, Apoſtolum dixiſſe: *Vt compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ*, non quò eorum fidem, & conſtantiam imminutã ſignificare velit, aut deficiẽtem: ſed quòd aduerſariorũ importunitate ędificium vix inchoatum relinquere coactus fuerit: ob quã etiã cauſam dum ſe ſubduceret, Silã & Timotheum in Macedonia reliquerat, & poſteà Timotheũ reuerſum ex Macedonia, iterũ ad eos viſitandos remiſit. Paulus etiam tam breui temporis ſpatio nõ

potuit

potuit integrum doctrinæ Euāgelicæ corpus impartiri illis, quæ tempore & experientia multa ſenſim addiſcuntur. Reliqua verò tam plana ſunt, vt maiorem explicationis lucem non deſiderent.

DISPVTATIO IIII.

In illa verba, Cap. 4. *De cætero ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu, vt quemadmodùm accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, & abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum. Hoc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, &c.*

I Dubium. IN primis de ſcopo Capitis aliquid præfandum eſt. Secundum. Deinde quæ ſint illa præcepta, quæ ijs dederat per Dominum Ieſum. Tertium. Tertiò, quod eſt illud vas, quod vnuſquiſque purum ac mundum ſeruare debet. Quartum. Quartò, quid eſt ſupergredi, & circumuenire in negotio fratrem ſuum. Quintum. Quintò, cur hortatur Theſſalonicenſes ad manibus laborandum, & ad quietè de ſuis laboribus viuendum. Sextum. Sextò, cur prohibet Apoſtolus Chriſtianos contriſtari de mortuis; cùm & Chriſtus contriſtatus fuerit de Lazari morte, & Apoſtolus Philippenſibus ſcripſit, ſe dolere de Epaphræ infirmitate, & mortis periculo. (Ioan. 11. Philip. 2.) Septimum. Septimò, quid eſt, Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, non præueniemus eos qui dormierunt: ſunt enim verba difficilia, & variè à Patribus interpretata. VIII. & vlti. Et quare ponit duos reſurgentium ordines, cùm in voce Archangeli omnes ſimul ſint ad immortalem vitam in memento, & in ictu oculi excitandi. Poſtremò, cùm dixit: *Conſolamini inuicem in verbis iſtis*, quæritur, quomodo his verbis conſolatus eſt Paulus Theſſalonicenſes, atque adeò nos ipſos quoque.

Ad I. dub. Quid propoſitum Apoſtolo in hoc capite.

Quod attinet ad ſcopum, incepit Apoſtolus ea tractare, quæ ad mores ſanctos cōmendandos ſpectabant: nunc rogat eos, vt velint eam viuēdi formam tenere, quam pridem eis tradiderat: nimirùm vt in hac peregrinatione ſedem ſtabilem perpetua memoria apprehenderent non eſſe hic figendam, ſed eos ambulare alacriter opus eſſe in via mandatorum Dei, vt meritorum magnitudine copioſius abundarent, iuxta illud: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc.* (Apoc. vlt.) Et verbum περισσεύειν, non tam eſt abundare, quàm excellere, & ſe ipſum quotidie in benè operando ſuperare. (Theſſalonicenſes benè corā Deo ambulātes quomodo abundaīēt magis.)

Ait in plurali: *Rogamus vos & obſecramus, ſiue exhortamur in Domino Ieſu:* quia ſecum adiungit ſimul deprecantes Syluanū, & Timotheum, qui ſocij & adiutores fuerunt Apoſtoli in prædicatione Theſſalonicenſium, & huius epiſtolæ conſcriptores. (Paulus cū ſocijs cur roget Theſſalonicenſes, nō iubeant, & in Domino Ieſu, vt abundarent magis.) Et rogando captat beneuolentiam per ſubmiſſam precationem, & per Diuinæ Maieſtatis obteſtationem. Et natura libera, qualis eſt rationalis, ita melius trahitur, quàm pondere autoritatis Apoſtolicæ, qua vti poterant. Et rogant, in Domino Ieſu quia gloriam eius, & non aliud proprium ſuum quærunt.

Addit: *Vt quemadmodùm accepiſtis à nobis.* (Credendi & agēdi formā Theſſalonicēſes ab Apoſtolis cur acceperint, nō ex reuelatione diuina.) Etſi Deus valeat omnibus credenda, & agenda reuelare, vt facit de fide, ſpe, & charitate, quæ pretioſiſſima ſunt, & maxima dona: noluit tamen id facere de doctrina, vt agnoſcatur ſapientia ordine quodam animas ad ſe reducere, & vt homo homini amore magis vniatur, cùm vnus alterius opera ſe indigere videt; & vt ita diſcens, fide, & humili ſubmiſſione apud Deum mereatur; ac vt is qui docet, oſtendendo quæ habet in alios, maius meritum ſibi cōparet. Denique, ne ſit locus deceptioni, aut contentioni hominis ſuperbi, ſi omnia à Deo proximè, & immediatè acciperet, & nihil à miniſtro.

Sicut & ambulatis, & abundetis magis. Græca habent τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν, id eſt, Qua ratione oporteat vos eſſe Peripateticos, Chriſti, & Apoſtolorum exempla ſectantes. (Diuinæ, ſeu Apoſtolicæ traditionis autoritas.) Non allegat Scripturam, ſed traditionem Apoſtolus, quam & ipſe Chriſtus obſeruauit, parendo legi, & parentibus ſuis, (Galat. 4. Luc 2.) & quam Paulus alibi tantoperè commendat: *State*, inquit, *& tenete traditiones quas didiciſtis:* (2. Theſſ. 2.) imò etiam ipſe Apoſtolus alijs obſeruandas commendabat, Actor. 15. & 16. (Actor. 15. Infrà 16.)

Quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo. (Cur ambulātes placere debeamus Deo.) Hoc eſt ambulando placere. Sanè Deus benedictus in cœleſti quiete nos expectat, vt in ſe quieſcamus: nam in domo ſua multas māſiones habet: (Ioan 14.) ſed illam ſummam, & diuinā quietem voluit à nobis nō niſi ambulantibus coram ſe comparari. Ita enim dixit Abrahæ, Ambula coram me, & eſto perfectus, (Geneſ. 17. Quomodo ambulādum nobis coram Deo.) non declinando ad dexteram, vel ad ſiniſtrā, quia virtus inter extrema verſatur; cùm tamen in circuitu impij ambulare ſoleant: & in fide diuini luminis progrediendū eſt, iuxta illud; *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* (Deut. 17. Pſalm. 88.) Vt ita, *ſicut in die, honeſtè ambulamus:* (Rom. 13.) & non niſi cū prudentia,

quia

quia in via ſunt offendicula, & latrocinantes, quia ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulandum eſt, & conculcandus leo & draco, & ducem Chriſtum præeuntem debemus imitari, qui optimè nouit viam, & terminum, & de quo dixit Dilectus; *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare*, nō claudicando affectu inflexo ad terrena, nō cunctando, aut moras in via nectendo, quia in via Dei nō progredi, regredi eſt: non denique retrocedendo, aut redeundo in Ægyptum mundi huius, quaſi canis ad vomitum ſuum reuerſus. Et vt poſtquam omnia fecerit, dicat: Seruus ſum inutilis, nam hæc humilitas plus valet, quàm ipſa omnia opera. Qui ergo ita benè operantur, admittentur à Deo, & Chriſto, qui præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis, auferendo laſſitudinē, eſuriem, ſitim, timorem, & omnia bona deſideria adimplendo. *Sicut & ambulatis*, inquit, *vt abundetis magis.* Hoc eſt, ita ambulate tanquā ſigillum, non tanquā cera, id eſt, vt poſſitis alijs imprimere tanquam ſigillum viam Dei, & non vt cera, accipiendo à falſis Apoſtolis ſigillum falſæ, & vitioſæ vitæ. Vt non circumferamini omni vēto doctrinæ. Etſi enim multi boni canales, & recti tramites inueniantur; parum tamen proficeret, ſi aqua doctrinæ & bonorum morum in nullo perſeueraret.

Pſalm. 90.
1. Ioan 2. Non rectè qui ambulet, & quemadmodū Chriſtus ambulauit
Prouer. 26.
2. Petr. 2.
Luc. 17.
Quā pretioſa virtus, humilitas.
Suprà 12.
Illud: Sicut & ambulatis, vt abundetis magis, quid ſignificet.
Epheſ. 4.

Damnatur verò his verbis eorum error, qui dicūt, homini in pręſenti vita poſſe contingere tantùm perfectionis culmē, vt amplius in gratia, & charitate proficere non valeat: quod reprobatur in Clementina, ad noſtrū, de Hæret. Et ex eo quod dicitur: Vt abundetis magis, colligimus non eſſe neceſſarium ſemper operis exercitiū, ſatis eſſe vltra progrediendi deſiderium, & illud ruminare: *Et dixi*, ait Dauid, *nunc cœpi.* Et teſte Gregorio: *Hæc eſt perfectorum ſumma iuſtitia, vt ſe nunquā perfectos credant, ne ibi deficiendi indicat periculum, vbi proficiendi deponunt appetitum.* Bernardus ad Drogonem epiſt. 34. *Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit, & in eo quoque perfectiorem ſe probat, quòd ad maiorem tendit perfectionem.* Et Auguſtinus ait: *Summa perfectio Chriſtianæ religionis eſt, vt quantumcunque homo in hac vita proficiat, ſemper deficere ſe putat.* Chryſoſtomi ſententia eſt elegantiſſima: *Vt tellurem imitemnr, quam non oportet duntaxat accepta ſemina referre, ac credere: ita & animam oportere non in acceptis tantùm præceptis conſiſtere, ſed etiam tranſcendere. Ecce, inquit, bonus ſeruus, & fidelis, alia quinque talenta ſuperlucratus ſum.*

Contra eos, qui ad ſummā hic iuſtitiā peruenire poſſe contendunt.
Pſalm. 61.
B. Gregor.
B. Auguſt.
Quomodo tellurem imitemur, teſte Chryſoſt.
Chryſ. hom. 5. in hanc epiſt. initio.
Matth. 25.

Ad II. dubit.

Iam ad ſecundum illud reſpondeamus: *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum*, vel potius dederimus, vt Græca habent, loquitur enim in ſua, & Syluani & Timothei perſona. Et intellige pręcepta quæ ſequuntnr, ne videlicet cōtenti eſſent nuda fide: & præcepta, quæ cum honeſtate, hoc eſt cum diuina voluntate cohærent, factu facillima, fructu vtiliſſima, & iocundiſſima, quæ Dominus nobis inſpirauit, & in cordibus veſtris ſcripſit, & ad quorum obſeruantiam gratiam ſuam, & exemplū contulit. Et ſi ab ſpiritu humano prodirent, nō eſſent ſolida, aut idonea ad ſalutem.

Quæ præcepta Theſſalonicenſibus dederit Apoſtolus per Dominū Ieſum.

Et explicans hoc magis, addit: *Hæc eſt enim voluntas Dei* (quæ in præceptis declaratur) *ſanctificatio veſtra.* Id eſt, puritias, & mūditia corporis, & animi. Notat verò Caſſianus, caſtitātem dici à Paulo ſanctificationem, quia ſubdit: *Vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore*; ac poſteà ſubiungit: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.* Et alibi ait: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Et paulò poſt: *Ne quis fornicator, aut profanus, & Eſau, &c.* Idem quoque Apoſtolus virginem vult eſſe ſanctam corpore, & ſpiritu: ita vt ſummæ puritati nunc quidem per gratiam, poſteà verò per gloriam vniri poſſit: quia Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quæ quidem vitæ puritas, & munditia conſiſtit in declinatione à fornicatione ſpirituali, id eſt à quocunque amore inordinato, & ſuperfluo, per quem impura redditur anima: & in abſtinentia à fornicatione corporis, quia qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Ideò Apoſtoli prohibent ſcortationem, Act. 15.

Volūtas Dei quænam ſit ſanctificatio noſtra.
Caſſia lib. 6. cap. 15.
Hebr. 12.
Ibidem.
Geneſ. 25.
1. Cor. 7.
Matth 5.
Vnde pendeat ſanctificatio noſtra.
1. Cor. 6.

Ad tertium reſpondemus, Apoſtolum vocaſſe vas cuiuſque, aut vxorem priopriam, quæ data eſt à Deo nō ſine gratia, quò inſeparabiliter dum vixerit, motus carnis cum ea ſedare poſſit ſine vllo peccato. Et hoc eſt, in ſanctificatione, & honore. *Non in paſſione deſiderij, ſiue concupiſcentiæ, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.* Quæ ſcilicet pro nullo habent peccato fornicatione inquinari, & ſcortari.

Sol. III. dub. Quod nos nos debeamus poſſidere in ſanctificatione, & honore.

Quòd autem vas vxorem ſignificat, docet Spiritus ſanctus cap. 5. Prouerb. vbi marito præſcribitur: *Bibe aquam de ciſterna tua.* Vbi Septuaginta habent, *Fili bibe aquam de vaſis tuis*, & B. Petrus ait, vt viri mulieribus quaſi infirmiori vaſculo honorem impertiant.

Prouer. 5.
1. Petr. 3.

Alij verò, vt Tertullianus, Ambroſius, & Theophylactus, per vas intelligunt corpus huminum, iuxta illud: *Habentes theſaurum*

Quid vas Tertulliano, Ambroſio & Theophyl.

Tertul. lib. de Reſurrect. carnis ante med. tom. 1.
2. Cor. 4.
1. Reg. 21.

rumuſtum in vaſis fictilibus, & ſacerdos Abimelec Dauidem petentem à ſe panem ſanctum, interrogauit, ſi eſſent pueri mundi, maximè à mulieribus: & Dauid dixit: Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ad hæri, & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Et eſt ſermo de munditia ſpiritus, ſine qua corpus terſum atq; nitidum nihil penitus prodeſt. Et hanc interpretationem præfert Oecumenius priori alteri.

Oecum. c. 5.

Explicatur id. Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus.
Hebr. 13.
Ibidem.

Debet ergo quiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, de quo ad Hebræos dixit: *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus*: id eſt, præcipio vt vnuſquiſque matrimonium honoret, & nullus cubile vxoris ſuæ violet, commiſcẽdo corpus ſuum cum aliena, & ideò ſubdit: *Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus*; Hieronymus in cap. 1. Threnorum ſcribit: *Præcipitur in lege Domini viris, vt non ſolum in alienis mulieribus, ſed in ſuis quoque, quibus videntur legaliter coniungi, Scriptura dicente: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram; certa concubitus nouerint tempora, quãdo coeundum, quandove ab vxoribus abſtinendum ſit. Quod quidem & Apoſtolus, & Eccleſiaſtes ſonant: Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Caueat ergo & vxor, ne fortè victa deſiderio coeundi, alliciat virum, & maritus ne vim faciat vxori, putans omni tempore ſubiectum ſibi eſſe debere coniugis voluptatem. Vnde & Paulus ait: Vt nouerit vnuſquiſque ſuum vas poſſidere.* Hæc ille.

B. Hiero. poſt med. tom. 5.
Leuit. 15.
Geneſ. 1.
1. Cor. 7.
Eccleſ. 3.

Ad IV. dub. Circa illud. Ne quis ſupergrediatur neq; circũueniat in negotio fratrem ſuum.
Chryſ. hom. 5.
Theophylact.

Quartò dubitatum fuit, quid ſit ſupergredi, & circumuenire in negotio fratrem ſuum. Dicimus, hoc ad idem carnis vitium ſpectare, & Chryſoſtomus, & Theophylactus ad adulterium reſtringunt hoc præceptum. Et verbum πλεονεκτεῖν metaphoricè à violentis auaris, qui per vim rapiunt alienum, ad tyrannicam, & violentam libidinem adulterandi vxorem proximi, transferunt. Etſi enim ea vox alibi auaritiam ſignificet, vt Luc. 12. & 2. Corinth. 9. hic ad crimen mœchiæ, quod eſt alterius torum ſupergredi, referendum eſt. Negotium etiam eſt, nuptas Chriſto viduas ad amplexus carnis pertrahere, vt faciunt Hæretici. Et reuera non tantùm adulterium, ſed omnis iniuſtitia, quæ potentia, aut oppreſſione, aut dolo exercetur, prohibetur: & tunc circumuenire dicitur, cùm quis ita ſe gerit fraudulenter. Ita Ambroſius, & alij interpretantur, vt ſcilicet Theſſalonicenſes cum fratribus ſimpliciter agant, & duplicitatem in negotijs cum proximo vitent. Sedulius verò, de philargyria, furto, atque mœchia interpretatur, vt omnes ſenſus complectatur. ¶ Et negotium fornicationem vocat hoc loco, vt præcedentia indicant: atque ita interpretatur Clemens libro 3. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 2. *Adoleſcentiores viduæ*, inquit, *ad vidualem ſtatum ne ordinentur, ne forte ea occaſione, quæ non poſſunt florem ætatis cohibere, ad ſecundas nuptias deſcendentes, negotium habeant.* Vbi per verbum, τὸ πρᾶγμα, fornicationem, & quidem inceſtam expreſſit. & 2. Corinth. 7. In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio, ſcilicet ſcortatoris illius Corinthij.

Luc. 12.
2. Cor. 9.
Quot modis fratrẽ noſtrũ in negocio circumueniamus.
Ambroſ.
Sedul.
Clem. Rom.

Sequitur: *Quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.* Quia auari, & ſuperbi non facilè à peccato auelluntur, nec à magiſtratu, vt par eſſet, dignè puniuntur, quoniam pecunia, aut fauore manus euadunt; idcircò Apoſtolus comminatur, Deum etiam in hoc mundo vindicem futurum. Et ſicut ſtultum eſt, vocatos in Orientem, proficiſci in Occidentem: ita homines diuina voce ad ſanctimoniam vitæ vocatos, indignũ eſt in omnes ſe vitiorum ſordes & immunditias immergere. Idcircò repetit: *Nõ enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.* Et vt oſtendat, quanta cum reuerentia ſint excipienda hæc Dei mandata, ſubdit: *Itaque qui hæc ſpernit, nõ hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.* Quæ verba magnoperè expediret vt ante oculos habeamus noſtro ſeculo, in quo Eccleſiæ præcepta, & Apoſtolicæ traditiones ab Hæreticis, & ſciolis paruipenduntur. Intelligant ergo quæcunque verbo, aut ſcripto tradita ſunt, omni eſſe veneratione ſuſcipienda: quia *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, &c. *Qui autem me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me.* Hoc eſt Patrem, qui primes præcipit.

Diuinã auaris & ſuperbis Apoſtolos vltionem quare denunciet.
Paulus quanti fieri velit traditiones diuinas.
Luc. 10.

Ad quintum, dicendum eſt, Apoſtolum morbis graſſantibus conuenientia medicamenta adhibere. Et quia in ea ciuitate multi homines otioſi degebant, qui alienis expenſis ſuſtineri ſolebant, & à labore manuum abhorrebant. Erant item multi Chriſtiani, qui ob Fidei profeſſionem fortunæ bonis expoliati, in ſumma inopia vitam degebant: hos omnes adhortatur ad laborandum, vt ſibi, & alijs præſidio eſſe poſſent, & ne otioſam vitam ducãt, nam multam malitiam, ait Sapiẽs, docuit otioſitas. Rogatque eos vt quieti ſint, nullaſque inter fratres rixas per detractionis, aut murmurationis morbum agant, nam in ea re otioſi pretioſiſſimum tempus ſolent conterere.

V. Solutio dubit.
Quare Apoſtolus Theſſalonicenſes hortetur ad operandum manib. ſuis.
Eccli. 33.

Verum hoc præceptum non datur omnibus, quibus abundè ſuppetit, vnde hone-

Hæc lege qui minimè teneantur, & quare.

honeſtè viuant : at digniores, qui curam multitudinis habent,& verbi,& ſacramenti adminiſtrandi, ad hunc laborem minimè obligantur: nam fructuoſior eſt illis laborandi ratio. Et ita etiam Religioſis viris, præſertim doctoribus, & prædicatoribus, quique in ſtudijs, & orationibus, & Pſalmis decanrandis, & alijs exercitijs ſpiritualibus vocant : quæ ſanè corporalibus longè ſunt præferenda : quemadmodùm & anima corpori præſtare dignoſcitur. Quare nonniſi inique & contumelioſè detorquent Hæretici in viros Eccleſiaſticos, & Religioſos hæc Apoſtoli verba : quod non aliunde oritur, quàm ab inueteraro in eos odio. Subdit : *Et vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt.* Vt ipſa proborum morum honeſtas, & amabilis virtutis compoſitio lucem præferat, & loco ſit viui & efficacis ſermonis ad alliciēdos ſpectatores ad piam æmulationem, & ad fidem complectendam. *Et nullius aliquid deſideretis.* Vltimum proponit Decalogi præceptū: Vnuſquiſque, inquit, proprijs contentus, alienas res non concupiſcat. Cùm tamen hodie vix inuenias vnum, qui ſit ſua ſorte cōtentus; cùm tamen ſcriptum ſit: Deſideria occidunt pigrū : noluerunt enim quicquā manus eius operari: deniq; omnium malorum radix eſt cupiditas.

Honeſtè ambulemus ad eos qui foris ſunt, quando

Exod. 20. Nullius aliquid quomodo deſideremus.

Prouer. 21. *1. Tim. vlt.*

Ad ſextum : Dormientes vocat mortuos Apoſtolus, qui ſua die excitandi ſunt ad vitam æternam, tùm animo, tùm corpore poſſidendam. Et in primis conatur dolorum lenire, qui ob amicorum mortem, & neceſſariorum communis omnibus eſſe ſolet. Et videtur ponere Apoſtolus aliquot ex maioribus in Eccleſia eſſe deſideratos, qui propter Fidei cōfeſſionem martyrio vitam conſummarunt. Admonet ergo eos, ne proptereà mœſti ſint, & contriſtentur : quia non habendi ſunt pro mortuis, ſed pro viuentibus, qui in Domino, vel pro Domino moriuntur.

De dormientibus quibus non contriſtandū Theſſalonicenſibus eſſet.

Et vt diſſoluamus nodum propoſitum, addit : qua ratione non liceat contriſtari, cū ait: Sicut & cæteri qui ſpem non habēt. Non ergo ſimpliciter luctū omnem prohibet, ſed eorum qui ſpem non habent reſurrectionis, & incorruptionis. Itaque non vetat humanam pietatem, aut carnis deſiderium, quo antiqui patres olim, & aliquot Noui Teſtamenti viri præditi fuerunt. Nam & ipſe Dominus in reſurrectione Lazari lachrymas dedit; & ſepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. B. Ambroſius acerbo luctu proſequebatur ſanctos de medio ſublatos, non quidem quòd de eorū felicitate dubitaret, aut doleret, ſed conſiderans quàm eſſet difficile inuenire eos, qui in defunctorum locum ſuccederent, & quia Eccleſia præclaris, & ſanctis vitis defraudata erat, vehementer eorum mortem & defectum deplorabat. Lege ſermonem 26. ſuper Cātica B. Bernardi, vbi piè fratris defuncti obitum luget. Quidam etiam dogmatizarunt noſtra tempeſtate, non eſſe licitum fletu mortuos proſequi.

Solutio VI. dubit. Quēlioctum, aut mœrorem Apoſtolus mortuorum prohibeat.

Ioan 11. *Actor. 8.* S. Ambroſius cur ſanctorū doleret, atq; lugeret interitum.

Expende verbum Apoſtoli, non enim dixit: Sicut & cæteri qui fidem nō habent; ſed, qui ſpem non habent : quia nō ſatis eſt nudam habere fidem, vt tollatur triſtitia, ſed etiam ſpes eſt neceſſaria quæ non confundit, & incedit vſque ad interiora velaminis. Et probat exemplo capitis Chriſti: *Si enim credimus* (inquit) *quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit,* (Patris ſcilicet, & ſua omnipotenti virtute) *ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.* Per, hoc in loco ſumitur pro, propter, ſicut è contrario propter, ponitur pro per, vt ad Roman. 8. Sed in his omnibus ſuperamus propter eū qui dilexit nos : pro eo quod eſt, per eum qui dilexit nos. Et ibidem ſuperiùs : Corpus quidem mortuum eſt propter peccatū, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem. Et in vtroq; loco legi poſſet per, loco propter: & Ioan. 6. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Vbi etiam bis ponitur Propter pro altera præpoſitione Per. Hic verò per Ieſum, idem eſt quod propter Ieſum, aut cū Ieſu. *Adducet cum illo.* Id eſt proferet ſuſcitatos cum illo : quia reſurrectionem tribuit Patri, vt ſolet.

Expenditur dictum à Paulo: Vt nō contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpē (non qui fidē) non habent. *Rom 5.* *Hebr. 6.*

Dormire per Ieſum, quid. *Rom 8.*

Ibidem.

Ioan. 6.

Vel particula, per Ieſum, poteſt iungi cū inferioribus, in hunc ſenſum: quod eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum ipſo, vt legit Tertullianus : ſed melior eſt prior ſenſus. Et videtur loqui de ſanctis martyrio abſumptis, vt diximus. Secùs de dormientibus ſomnum ſuum, id eſt debitū mortis, hoc eſt peccatum habentibus.

Altera lectio huius loci. *Tertull. li. de Reſurrect. carnis, multo ante dimid. to. 2. non procul à princ.* *Pſalm. 75.*

Argumentum ergo cōcludit ex duplici hypotheſi. Prima, quòd Chriſtus reſurrexit; ſecunda, quòd à Chriſto tanquam à capite in omnia membra virtus omnis deriuatur: quod fideles nouerant, & acceperāt. Laborarunt ſiquidem ab initio Apoſtoli, quo neceſſarium reſurrectionis articulum in cordibus Gentilium ſtabilirent, cū Philoſophi & Græci ſapiētes inficiarentur, nō apprehendentes Dei virtutem, quæ naturæ legibus non ſtabilitur?

Apoſtolus vnde probet noſtræ reſurrectionis neceſſitatem. *1. Cor. 15.*

Ad octauum verò dubium, quod magni momenti eſſe videtur, reſpondemus: Apoſtolum præmittere: *Hoc enim vobis dicimus*

Solutio VIII. dubi. Quid, Dicere in verbo

in ver-

Domini: & cùi hoc dixerit Apoſtol⁹.

in verbo Domini. Id eſt, in nomine Domini. Dominus eſt qui iſtud reuelauit, non prodit ex me; quod non tam Pauli referentis, quàm Domini prædicentis. Et captat attẽtionem, ſicut Prophetę, cùm dicebant, *Hæc dicit Dominus*, & Petrus dixit: *In verbo tuo laxabo rete.* Et eſt locutio Latina, Hoc dicimus in verbo huius, vel illius. Athanaſius lib. Quæſtionum ediſſerens hunc locum: *Verbum* (ait) *Domini quod dixit, hoc eſt, quòd audituri ſunt vocem filij Dei: & quod qui audierint, ſint victuri.* Sic ille.

Luc. 5.

B. Athan. q. 149. tom. 4.

Ioan. 5.

Refellitur opinio dicentiũ ante diẽ iudicij non omnes morituros.

Subdit: *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt.* Poſſunt hæc verba verti de futuro, id eſt: Nos qui viuimus, & reſidui erimus in die iudicij. Crediderunt nonnulli, vt Caietanus, & Eraſmus, ex his verbis colligi, cùm Dominus ad iudicium venerit, futuros multos, qui nullam mortem ſint guſtaturi, & qui ſint rapiendi in nubibus obuiam Domino. Quod ſanè dogma repugnat cum multis Scripturis, quæ vniuerſalem & communem omnibus faciunt mortem. Tales ſunt: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*: &, *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem*: *Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium*: *Sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo omnes viuificabuntur*: Et infra, *Inſipiens, tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur*: &, *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur.* Adhæc ſi Chriſto, & Matri mors non pepercit, cui vnquam parcet? Nam Helias & Henoch, & vt quidam etiam volunt, Ioannes Euangeliſta, qui creditur adhuc viuere, mortem in fine mundi non euadent. Præterea omnes qui viui inuenientur in die iudicij, igni cõflagrationis quæ eius aduentum præcedet, abſumentur, & ita mortui, & excitati mox rapiẽtur obuiam in aëra. Adde, quòd qui cum Chriſto non mortui ſunt, nec reſurgent, nec erunt membra eius. Omnes etiam mali viuentes illum ignem euaderent, & raperentur à Chriſto ſecundùm iſtos, & pueri tunc inuẽti in ea ſtatura manerent. Nec poteſt concipi quomodo in viuentibus ſtatus fiat additio. Multa ergo abſurda, & inconuenientia ſequuntur illud dogma.

I. Ratio ab Scripturis.

Gneſ. 3.
Pſal 88.
Hebr. 9.
1. Cor. 15.
Ibidem.
2 Reg. 14.

II Ratio, ac III.

Apoc. 11.
Pſalm 96.

IV. & vlt.

Qui non ſint & qui ſint futuri reſidui in aduentu Domini.

Iam ſecundò videamus, quomodò hæc verba: *Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini*, ad nos debeant referri. Qui non erunt in aduentu Domini, certè nec mortui ſunt, cùm in primis abſque vlla dubitatione tuendum ſit, Paulũ Romæ martyrio vitam finijſſe, & ſimiliter omnes qui tunc viuebant cum Paulo, mortuos fuiſſe. Quare verbum: *Nos qui viuimus*, eſt ad ipſum tempus Pauli viuentis referendum: nã velle ad diem vſq; iudicij textum torquere, vt nec ipſum Paulum, nec eorũ, qui tunc vna viuebant, quenquam includat, non eſt exponere, ſed expungere, ac literæ ſenſum deſtruere.

Neque obſtat, ſi quis dicat, Paulum fuiſſe in expectatione, vt diem Domini vicinum inſtare arbitraretur, qualis erat quorundam Theſſalonicẽſium tunc falſo hoc, teſte Apoſtolo, exiſtimantium opinio; quia Apoſtolus huius erroris tollendi gratia poſteriorem ad eoſdem ſcripſit epiſtolam, in qua hortatur ne quis cito moueatur quaſi inſtet dies Domini. Præterea ſi quis loquitur, qui in aduẽtu Domini viuent, vt hi volunt; quomodò inter eos Apoſtolus ſe ipsũ enumerat, qui tunt viui erant? dicens: *Nos qui viuimus*: cùm tamẽ ſui corporis propinquam ſolutionem fore arbitraretur, de qua in poſteriori ad Timotheum teſtatur: *Ego enim iam delibor, & tẽpus reſolutionis meæ inſtat.* At iudicij diem non fuiſſe propinquũ, ſatis oſtendunt mille ſupra quingentos annos, qui ab eo tempore ad nos vſque fluxerunt: Et quæ fuiſſent diuinæ prouidentiæ ratio, poſt fuſum Redemptoris ſanguinem, ante mundum deſtruere, pro quo ille prætioſus ſanguis fuſus fuit, quam cepiſſet prædicari Euangelium, & aliter videntur Prophetæ vaticinati.

Probatur B. Paulum de illis reſiduis in aduentu Domini vnum non poſſe intelligi.

2 Theſſ. 2.
II. Ratio.

2. Tim. 4.

III Ratio, ab abſurdo.

Quamobrem in his verbis alius quærẽdus eſt ſenſus. De reſurrectione enim piorum traditur doctrina, & myſterium aperitur. Reſurrectio enim omnium, quãtum ad carnem aſſumendã, vniuerſa erit; quantum verò ad plenitudinem gloriæ reſurrectio erit iuſtorũ tantùm: ac de iſta hoc loco eſt ſermo. Diſtinguunt enim ſacræ literæ reſurrectionem iuſtorum ab illa impiorũ, iuxta illud: *Quoniam non reſurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in concilio iuſtorum*, Et Chriſtus dixit: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in reſurrectionem iudicij.*

Verus ſenſus huius loci traditur: Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduẽtu Domini, &c.
1. Cor. 15.

Qualis piorũ, qualis verò erit impiorum reſurrectio
Pſal 1.
Ioan 5.

Porrò reſurrectio hoc ordine conſtabit. Primò reſurgent ſancti reſurrectione perfecta ante inchoatũ iudicium, & cum Chriſto iudice, & B. Virgine inuenientur in aëre, vtpote qui dudum in hac mortali vita iudicium ſuum pertulerunt, quale & Chriſtus per fornacem tribulationum, & perſecutionem pertulit. Apparebunt ergo Sancti cum Chriſto in gloria, quaſi in aëre ad iudicandum, ſegregati tamen ab alijs qui relinquuntur ſub iudicio viuentes, ſcilicet communi vita gratiæ, de qua Dauid dixit: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum, ſed nos qui viuimus,*

Ordo reſurrectionis qualis erit ſecundum Apoſtolum.

Sapien 3.
Eccli. 27.

De quibus dicatur, Non mortui laudabunt te Domine &c.
Pſal. 113.

exinde ſolidè probatur, quia non dixit Apoſtolus: Καὶ τὴν πρὸς Λαοδικεῖς ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, ſed tantùm dixit, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας. Nullas ergo epiſtolas miſſas à Paulo ad Laodicenſes, ſed potius Laodiceæ ſcriptas epiſtolas fuiſſe ad Paulum, ait Chryſoſtomus, & ſcholia Græca. Et valdè probabile putat Theophylactus, hanc epiſtolam Laodicæ ſcriptam, eſſe priorem epiſtolam ad Timotheum, quę vt inſcriptio Gręca habet, miſſa eſt ex Laodicea.

Chryſ. ho. 12. Theophylact.

Nec impugnatur hæc ſententia per hoc quòd Laodicenſes nõ viderant Paulum de facie: quia certũ eſt, nos non tantum ad eos qui nobis noti ſunt, ſcribere, ſed etiam ad ignotos, & non viſos. Nam & Paulus ad incognitos, facie Romanos, & Coloſſenſes illos epiſtolas dedit.

Infirmatio quorundam pro hac ſententia.

Poſtremò dubium eſt de Archippo, de quo ait: *Dicite Archippo, Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.* Dicimus breuiter: Archippum eorum Epiſcopum monendum per ſubditos ſuos cenſet: tum ad docendum, quod non dedecet ſubditos ſuos interdũ admonere Pręlatos: tum ad porrigendam anſam Archippo corrigẽdi ſubditos, dum enim excitat ad exercendum paſtoris officium. Et fortaſſis ſignificata erant multa Apoſtolo per Tychicum. Et verbum illud: *Vide miniſterium*, terrentis eſt verbum: Vt, *Videte canes: Videte ne quis vos ſeducat: Ne quis vos deprædetur.* Ita: Vide miniſterium Epiſcopale docendi. *Quod accepiſti in Domino*, Vel, per Dominum: nam & Timotheo ſcripſit, Opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.

Quare Paulus Archippum à ſuis officij ſui admoneri voluerit.

Philip 3. Matth. 24.

Quod illud: vide miniſterium quod accepiſti in Domino.

2. Tim. 4.

Et concludit: *Salutatio: mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum.* Manu ergo aliena ſcripſit epiſtolam hanc totã, propria verò manu ſalutationem, quæ habet: *Gratia vobiſcum Amen*, vel vt Latina habet litera: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amẽ.* Sola enim Dei gratia poterit vos ſeruare ab omni malo, & facere obſeruatores omnium præceptorum Domini ad coronam accipiendam. Et in hac ſubſcriptione dixit: *Memores eſtote vinculorum meorum*, de qua etiam re ca. 1. dixerat: *Gaudeo in paſſionibus pro vobis*; vt cogitarent quid ſibi eſſet ſperandum, ſi in Euãgelio perſiſterent, ac metu ſoluentur tribulationum: & ſcirẽt, gratiam Dei eſſe ſummam pro Chriſto ligari, & pati; & agnoſcerent infinitam Dei virtutem ac potentiam, qui ad conuertendam Romam orbis totius caput, epitomẽ, & dominam, ſeruum elegerit Hebræum catenæ alligatum, & incedentem cum cuſtodiente ſe milite. Æmulatus eſt hæc verba B. Ignatius epiſtola ſua ad Philipp. dicẽs: *Mementote vinculorum meorum, vt conſumer in Domino.* Tantùm proponit ſua vincula, vt conſummatio martyrij, quam ſummopere deamabat, eorum precibus, & interceſſione proficeretur. Et de his hactenus.

Ratio huius ſalutationis Apoſtolicæ Gratia Domini noſtri, &c. vobiſcũ. Amen.

Coloſſ. 1.

Quare Paulus velit Coloſſenſes memores eſſe vinculorum ſuorum.

Actor vlt. D. Ignat. epiſ. 9. in fin.

(:·)

DISPVTATIONES IN PRIOREM EPISTOLAM

AD THESSALONICENSES.

DISPVTATIO I.

In primum caput, vbi inprimis Argumentum eius continetur.

THESSALONICA ciuitas eſt primaria, ſiue metropolis Macedoniæ, quondam inter alias florentiſſima; fuitq; ciuitas liberæ conditionis, vt Plinius eſt autor: de qua etiam, teſte Raphaële Volaterrano, integrum librum conſcripſit Lucius Tarræus inſignis ſcriptor. Diſtinguitur ab Apollonia ciuitate intermedio Achedoro flumine. Halis prius dicta fuit, quæ ſub Philippo Amynthæ filio nomen mutauit: vel quòd in ea Theſſalos vicerit, vt nomen ſonat; vel quòd ex Theſſalonica filia, ſecundum aliquos; vel vt Strabo ait, vxore, nomen nouum acceperit. In ea ciuitate Imperator Theodoſius duodecim millia ciuium necauit ob iniuriam illatam vni ex ſuis familiaribus: ob quam cauſam Imperator ab Ambroſio interdictus Eccleſiæ ingreſſus fuit Mediolani. Ciuitas hæc Theodori Gazæ patria fuit, viri profectò incomparabilis, & linguarum Græcæ, & Latinæ peritiſſimi. Nunc autem ciuitas illa, vt omnia obſoleuerunt, conuentus eſt & emptorium Iudęorum, & vocatur Salonica, in quam confluunt omnes, qui in Occidente à Chriſto deficiunt ad Moyſen.

Theſſalonica qualis ciuitas.

Plinius lib 4. c 10 circa medium Raphael Volaterra. lib. 8 Geogra.

Qui prius nominata: cur huius nominis: vnde nobilitata.

Strabo lib. Geographia.

Quibus tandem ceſſent hæc vrbs.

Ad

Actor 16.
Infrà 17.
Quorū Deus ſaluti non deſit.
Theſſalonicenſiū in fide conſtantia.

Ad hos ergo primū venit Paulus Chriſti Apoſtolus viſione Dei vocatus, vt Chriſti religionē inter Iudæorum, qui inſaniebāt, inſidias, & turbas cum Gentilibus annunciaret: quod & paucis diebus feliciter abſoluit per tria Sabbata diſputans, Actor. 17. cum illi ſtudioſos ſe Scripturarum, & veritatis agnoſcendæ percupidos exhibuiſſent. Solent enim Deus omnes ſalutē ſuā ſitientes pro ſua bonitate adimplere. Iſti Theſſalonicenſes adeò ſtabiles in accepta fide perſtiterunt, vt nullis preſſuris, nec pſeudapoſtolorum ſuaſu à Chriſtiana veritate reuocari potuerint. Cum enim illis perſecutiones graſſari audiret Paulus, Timotheū miſit, qui eos ad certamen animaret, ne metu fatiſcerent. Admonitus poſteà de totoeorū ſtatu, & perſeuerātia, varijs argumentis ipſos in cōſtantia fidei confirmat, ſi quid pro teſtimonio Euangelij ferendū ſe offerat, id gratię diuinę, & lucro ſuo deputēt: aſſerens nō eſſe nouum à Iudæis pati. Remouet immodicum quorundam erga ſuos mortuos luctum, eaque tradit, quæ ad roborandam reſurrectionis ſpem faciunt; & poſtremo capite de incerto aduentus Chriſti die diſputat ſeuerius de temporibus inquirere prohibet, ac de multis ſacris, & vtiliſſimis Chriſtianæ fidei documentis edifferit.

1. Theſſ. 2.

Argumentū epiſtolæ.

Quando & vnde fuerit ſcripta hęc epiſtolæ.
B. Chr. in proœmio epiſtolarum Pauli to. 4. in princip.
Theod. item in proœmio epiſtolarum eiuſdē par. 2.
Hæc ſubſcriptio: Mſſa ab Athenis, per Tychicū diaconū. & Oneſimū acolythum, impugnatur.
Philem.
Ibidem.

Tradunt antem conſtanter Chryſoſtomus & Theodoritus, hanc epiſtolam ante omnes aliàs à Paulo fuiſſe conſcriptam: vnde autē ſit ſcripta, Græca inſcriptio habet: *Ad Theſſalonicenſes prima, ſcripta fuit ab Athenis*: Et vt habet argumentum Gręcum pręfixum huic epiſtolæ, miſſa fuit per Timotheum. Quare quod in Latino argumentō habetur: *Miſſa ab Athenis per Tychicum diaconum, & Oneſimum acolythum*, conſiſtere nequit: nā eo tempore necdū Oneſimus fuerat ad Chriſtū conuerſus, cū conſtet, Apoſtolū paulò pòſt, cū eſſet Theſſalonicæ, has literas ad eos dediſſe, & certiſſimum ſit, Oneſimum fugitiuum ſeruū Philemonis eo tempore Romam aduentaſſe, cùm Paulus Romæ pręedicaret, & inter illos ipſum Oneſimū Chriſto lucrifeciſſe, & ad Philemonē dominū ſuum ſine vllo ordinationis gradu remiſiſſe. Tradūt verò Græci, Philemonē, eum iterum ad Paulum deſtinaſſe, vt ei in vinculis miniſtraret: quo tempore bene inſtitutum in fide, & vitæ ſanctitate cumulatum ordinauit; poſteà verò pro fidei cōfeſſione Romæ martyrio coronatus eſt.

Quando Oneſimū Paulus ordinauerit.

Bezæ Theodori, vtramque ad Theſſalonicenſes epiſtolam ex Corintho,
non ex Athenis ſcriptam, aienus, argumĕium proponitur.
Actor. 18.
Suprà 17.
1 Theſſ. 2.
Ibidem.

Beza contendit, has duas epiſtolas non ex Athenis, vbi tantū paucis diebus māſit, dictatas, ſed ex Corintho, vbi prius moram fecit, & docuit: quo tēpore redierūt è Macedonia Silas, qui hic Saluanus dicitur ſecundū quoſdā, & Timotheus ad Apoſtoli mandatum. Mouetur autem hac ratione: qua inferiùs Capite tertio Apoſtolus ſuſtinuerat relinqui ſolus Athenis, cum Timotheū ad Theſſalonicēſes viſitādos mitteret: quo tempore nondū Silam ad Theſſalonicēſes viſitandos miſerat. Subdit poſteà, Timotheū ad ſe redijſſe, ex quò poſtea didicit quæ eſſet Theſſalonicenſium cōſtantia. Liquet autem ex cap. 18. Actorum, cum Paulus digreſſus fuit ab Athenis, & Silā, & Timotheum expectaret, Corinthū veniſſe: & vbi fuiſſet ibi aliquandiu verſatus, tandem Silam & Timotheum veniſſe, quorū aduētu confirmatus fuit. Et ita ille Silas videtur idē fuiſſe, qui dicitur Siluanus: à quo Athenis rurſus digreſſus (quod Lucas pręterijt) hāc epiſtolam communi ipſorū triū nomine ex Corintho miſit Apoſtolus. ¶ At hæc non tam ſolida ſunt, vt non poſſit contra ea aliquid obijci. Nā quid ſi Paulus digreſſus fuit iterum ex Corintho Athenas, & ibi cōſcripta hæc epiſtola ad Theſſalonicēſes? & ita eluderetur argumentū Bezæ: maximè cū diſcedens, ex Corintho, dicatur attuliſſe ſecum Priſcillā, & Aquilam, qui ſibi totonderant in Cenchreis caput: & cōſtat tàm ex Græco, quàm ex Syriaco codice, ſermonē eſſe magis de Paulo, quam de Aquila. Certum eſt etiam Cenchreas, portū eſſe Athenarū, ex quo loco erat Phœbe illa miniſtra quā Rom. 16. cōmemorat, tabellaria illius magnæ epiſtolæ. Ex quo inſinuatur, quòd Paulus ex Corintho nauigauit in Syriā per Athenas, & ſcripta epiſtola, nauigauit inde Epheſum, & ex Epheſo in Syriam.

Impugnatur hæc opinio.
Actor. 18.
Rom. vlt.

Silam & Siluanum eſſe diuerſos.
B. Hier. epiſt. 143. in fine, tomo 3.

Deinde dubiū eſt quod ait, quod Silas, & Siluanus ſit vnus & idem, cùm diſtincti ſint apud Dorothei Synopſin, & Silas Epiſcopus fuerit Corinthiorum, Syluanus verò Theſſalonicēſium: & Siluanus, vt ait Petrus à Natalibus, Macedoniæ requieſcit, ſicut Silas Corinthi. Et Hieronymus in Epiſtola ad Damaſum: Vitioſe, inquit, Siluanus pro Sila: cum Siluanum in Apoſtolorum Actis non legamus.

1. Dubium.

Sed his de argumento epiſtolæ præmiſſis, iam ad primū caput accedamus. In quo primum dubium occurrit, quęnam ſit materia gratiarum actionis: *Memores*, inquit, *operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti*: in quo dubitatur, quid ſibi velit tanta Genitiuorum multitudo, ſunt enim numero vndecim: & quis eorum ſenſus.

Secundum.

Deinde dubium eſt, quomodò potuit Apoſtolus ſcire electionem Theſſalonicēſiū: cū ſoli Deo notus ſit numerus electorum in æterna felicitate locandus. Et quo-

modò

modò non fuit apud eos Euangeliũ in ſermone, cum euangelizare, nihil aliud ſit quã verbis annuntiare, & prædicare? quia Fides ex auditu: auditus autem per verbũ Chriſti. Tertiò dubitatur, quomodò Pauli & Domini extiterint Theſſalonicenſes imitatores. Quartò, quæ nam eſt ira illa ventura, à qua nos Chriſtus eripuit: non enim quiſquam propriè liberatur à malo, quod nondum incurrit. Paucę ſunt, & faciles dubitationes, & paucis expedientur.

Rom. 10.

Tertium.

Quartum.

Ad primam reſpõdetur: De more à gratiarum actione incipit, quia multi numerari poſſunt, qui importuniſſimi ſunt in poſtulandis ijs, quæ ſibi deeſſe ſentiunt: rariſſimi q; dignas de acceptis beneficijs gratias agant. Vnde Sapiens dixit: *Diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam*: & iubemur colligere quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereãt, hoc eſt ne minima quidem beneficia obliuiſci, ne ipſa Dei dona per ingrati animi labem perdamus. Nõ ergo præterita beneficia, non præſentia, non futura, non parua, non magna, nõ mediocria, non generalia, non particularia, non propria, non aliena, non nota, non ignota, debita gratiarum actione fruſtranda ſunt.

Solutio primæ quæſtio. De cauſa gratiarum actionis epiſtolæ in initio.

Prouerb. 23.

Ioan 6.

Quid, colligere fragmẽta, ne pereãt.

In eo verò quod ſubdit: *Memores operis fidei veſtræ*, & cæt. apertiùs & diſtinctius hæc Græcè dicuntur: Memores, inquit, veſtri propter opus fidei, ac laboris charitatis, & ꝙ permanſiſtis in ſpe Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vocat opus fidei, ipſam fidẽ viuã, ſicut alibi: *Hoc eſt opus fidei, vt credatis*, &c.

Opus fidei, quid.

Ioan. 6.

Poterat etiam verti, propter difficultatem, nam id interdum ἔργον in Scripturis ſignificat. Vnde de rara fide introducit Eſaias Apoſtolos dicentes: *Domine, quis credidit auditui noſtro?* Nemo enim poteſt firmam fidem Chriſti concipere, niſi Deo adiuuante.

Eſai 53.

Poteſt etiam opus fidei accipi efficax fides & operans. Et laboris, ait, charitatis, id eſt, charitatis laborantis: quia charitas laborioſa eſt propter dilectum, quia debet quiſq; amare Deum ſupra ſeipſum, & proximũ ſicut ſeipſum tot modis importunũ. Et primum fidei actum conſequitur amor, quo iuſtificamur, & tũc tres habitus Theologici fidei, ſpei, & charitatis infunduntur. Si autem poſt iuſtificationẽ in peccata relabamur, remanet habitus fidei amiſſa charitate, & recuperatur iuſtificatio per fidem, & reconciliationis Sacramentum.

Alter ſignificatus operis fidei.

Deut 6.

Matth. 22.

Fidem, ſpẽ, & charitatem Deus quãdo nobis ingeneret.

Addit tertiò ſuſtinentiam ſpei, vel *quod permanſiſtis in ſpe Domini noſtri*. Id eſt, tolerãtem illam ſpem, & ſuſtinentem omnia. Et nõ fruſtrà geminatur articulus Grecè ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος. Dicitur enim ſpes Chriſti paſſiuè, id eſt, quæ habetur de Chriſto. Sicut Marc. 11. *Habere fidem Dei*. Vbi fides Dei dicitur, quam de Deo habemus. Fidei ergo tribuitur opus, vt viuam apprehendamus, & non mortuam; labor charitati, quia operatur magna, ſi adeſt; Spei verò ſuſtinentia, ſiue perſeuerantia, quia tribulatio patientiam operatur, probatio verò ſpem, quę nõ confundit: *Et hoc ante Deum, & Patrem*: quia fucum omnem abeſſe oportet, cùm in cõſpectum Dei venitur.

Suſtinentia ſpei Domini noſtri quid ſignificet, & hæc cur debet eſſe ante Deum, & Patrem.

Marc. 11.

Rom. 5.

Ad ſecundum dubium, non intelligas ſermonem eſſe de electione prędeſtinationis, ſed illos peculiariter electos vt audirent verbum Dei, vt narrat hiſtoria Act. 16. nam cùm vellent in Bithyniam proficiſci, non permiſit eos Spiritus Ieſu: ſed vir Macedo apparuit, deprecans Paulum, vt tranſiret per Macedoniam. Et ita certiores facti quòd vocaſſet illos Dominus ad euangelizandum eis, profecti ſunt. Porrò vera Euangelij receptio, ſigna, & miracula illis oſtenſa, ipſa Spiritus ſancti tam in lingua Pauli, quàm in auribus Theſſalonicẽſium, qui videlicet moueri lt linguam Apoſtoli, & aures illorum præparauerit, & plenitudo multa, ſiue πληροφορία, hoc eſt plena perſuaſio, ſiue certitudo ad confirmandum Euangelium, atteſtabantur Pauli prædicationi, & illorum electioni.

II. Dub. ſolu. De electione Theſſalonicenſiũ, vt nota ipſis, aut Apoſtolo eſſe potuerit.

Actor 16.

Prædicationis Pauli veræ, electionisq; Theſſalonicenſiũ certiſſima teſtimonia.

Soluitur & illa dubitatio circa id: Euangelium noſtrum nõ fuit ad vos in ſermone tantũ, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto. Non negat fuiſſe in ſermone, ſed, non fuiſſe ſolũmodò in ſermone, qui eſt inefficax, & ſine fructu. Nam verbum Dei vbiq; prędicatum, nõ ſolet redire vacuum, ſed proſperatur in omnib. ad quæ mittitur. Et nihil hic amplius dicitur, quàm quod ad Corinthios ſcripſit: Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus, & virtutis. Non ergo fuiſſe prædicationem ſuam in ſermone tantùm, oſtendunt tot ſigna, fides, charitas & ſuſtinentia veſtra. Solet enim defectus eſſe ex parte terræ ſemen iactum fruſtrantis, vt terra ſecus viam ſpinoſa, & petroſa: non autem ex parte ſeminis iacti, aut pluuiæ, aut Solis, quæ ad ſeminantem primarium Deum ſpectant.

Quomodò ſuum Pauli Euangelium negẽ fuiſſe in ſermone.

Eſai. 55.

1. Cor. 2.

Quæ res oſtendunt Pauli Euangelium non fuiſſe tantum modo in ſermone.

Matth 13.

Sicut ſcitis, inquit, *quales fuerimus in vobis* (hoc eſt inter vos, & ſubdit) *propter vos*. Id eſt ipſi vos teſtes eſtis quales fuerimus erga vos veſtri cauſa. Propter vos, inquit, quoniam vos electi eratis à Deo; & nos huius electionis miniſtri.

Circa tertiam dubitationem propoſitã: *Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini; excipiẽtes verbum in tribulatione multa, cũ gaudio*

Soluitur tertia dubitat. Theſſalonicenſes Pauli

Spiritus

& Domini imitatores quales extiterint. Verbum Dei excipientes in tribulatione multa, quid aſſequũtur.

Spiritus ſancti. Magna eſt hęc commendatio non ſolùm Theſſalonicenſes imitatores Pauli factos, ſed etiam Chriſti. Et mirabile eſt excipere Dei verbũ in tribulatione multa, ex qua ſuauiſſimum Spiritus ſancti gaudium oriri ſolet. Et vide quid dicat: *Noſtri* inquit, *imitatores facti*, & propriùs veluti correctione ſubiecta, ſubiunxit, *& Domini*. Eatenùs enim imitatores Apoſtolorum, vel aliorum Sanctorum eſſe debemus, quatenùs illi ipſi ſunt Chriſti Domini imitatores, vt alibi dixit. Quo ſenſu dicitur crediſſe populus Deo, & Moyſi ſeruo eius: non quòd diuerſum aliquid à Deo habuerint Paulus, & Moyſes, ſed quia efficaciter operatus eſt Deus per eos, tanquàm per miniſtros, & organa ſua. Vt enim Deus promptè vocauerat illos, & prædicatorem Paulũ ad eos vocandos miſerat, ita illi prompto animo acceperant verbum, Credendo, & obediendo. ¶ Et hoc cum tribulatione, vel afflictione multa; quod ad ampliationem dicitur imitationis, ſiue obedientiæ Chriſti. *Cum gaudio Spiritus ſancti.* Quod ad mirabile videtur, nihil enim magis contrarium animo noſtro, quàm in afflictionibus gaudere. Nam cum multi, orta perſecutione, ab Euangelio quod ſuſceperant, deficiant, vt Dominus declarauit: ipſi tamen Theſſalonicenſes è contrario, eò firmius Domini fidem complectebantur, quò grauius affligebantur, nec ipſis afflictionibus obmurmurabant, nec queruli deplorabant miſeram ſuam ſortem, nec deſperabũdi animos abijciebant ſuos: adeò, vt fuerint facti forma, & exemplar credẽtium in Macedonia, & Achaia, id eſt Græcia: oſtendentes qualia ſuſtineri oporteat propter fidẽ. Et Græcè in plurali ait, exemplaria: quia quiſq; fidelis erat veluti vnum exemplar. Ita etiam ad Philippenſ. dixit: Inter quos lucetis tanquàm luminaria in mundo, verbũ vitæ cõtinentes. *A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini, &c.* Diffamare, eſt diuulgare, vnde leproſus ille mundatus Marc. 1. egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem: & Matth. 9. *Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.* Quibus in locis verbũ eſt Græcum διαφημίσαι: hic verò non eſt tale verbum, ſed aliud, nẽpè ἐξήχηται, id eſt, quaſi quædam echo reſonuit: alij vertunt, perſonuit, aut ebuccinatus eſt, ita vt non ſit neceſſe nobis quicquam loqui de veſtro fructu, aut cõſtantia, quia res ipſa ſatis loquitur. Et ideo non ſe vocauit Apoſtolum in principio huius Epiſtolæ, ſed quaſi vnum ex illis parem.

Serui Dei quatenus imitandi. *Exod. 14.*

Theſſalonicenſes vnde agnoſcas Chriſti imitatores perfectos. *Luc. 8.*

Quid eſt Theſſalonicenſes fuiſſe factos formã & exemplar credentium in Græcia. *Philip. 2.*

Marc. 1. Diffamatus ſermo quid hoc loco. *Matth. 9.*

Quare Paulus in his ad Theſſalonicenſes, vt in alijs Epiſtolis nõ ſe Apoſtolum nominauerit. Infirma ratio Caietani.

Et intelligant præpoſiti dari interdum tempus, aut locum non oſtentandi autoritatem. ¶ Quare quod Caietanus docuit, in his tantùm duabus Epiſtolis ad Theſſalonicenſes omiſſam in ſalutatione Apoſtolatus ſui mentionem, idq; feciſſe propter ſocios, quos ſibi adiunxit in operibus iuuandis, ne videretur ſe illis præferre; vtrumque profectò debile eſt & falſum: quia & in epiſtola ad Philippẽſes omiſit nomen Apoſtolatus: & ſcribens ad Corinthios, & Coloſſenſes, adiungit ſibi duos, Soſthenem, & Timotheum, & tamen in ijs literis ſe vocat Apoſtolum.

IV. dub. ſol. Quænam ſit ira ventura.

Ad poſtremum, iram venturam vocat Apoſtolus vltionem, ſiue vindictam Chriſti Domini venientis in die iudicij, vbi apparebit quaſi de cœlo deſcendens, de qua dixit Ioannes Baptiſta; *Progenies viperarum, quis demõſtrabit vobis fugere à ventura ira?* Cuius etiam iræ meminit 2. Theſſ. 1. & Rom. 1. cùm ait: *Reuelatur ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, &c.* Hæc autem ira erit, quando dicet, *Neſcio vos vnde ſitis: Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis*; &, *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Hanc æternæ damnationis iram præcedit alia Dei ira præſens, de qua: *Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorũ: ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Matth. 3. *2. Theſſ. 1.* *Rom. 1.* Quomodo declaranda. *Luc. 13* *Pſalm. 6.* *Matth. 25.* *Pſalm. 80.*

Et ait, *Qui eripuit nos ab ira ventura.* Græca lectio habet de præſenti, *Eripit nos ab hac ira*, id eſt à debito, & merito illius iræ. Sicut enim dicitur: *Ipſorum eſt regnum cœlorũ*, id eſt iure, & merito, ita etiam ab illa ira eripit, dum flagellis nos excitat, & ad ſe efficaciter vocat & iuſtificat: & ita recipit nos in gratiam ſuam, & cõuertit à ſimulacris. *Seruire* (id eſt ad ſeruiendum) *Deo viuo, & vero.* Viuo quidem, ad differentiam deorũ mortuorum, vt Iouis, Martis; Apollinis; verò autem, ad differentiam eorum, qui ſunt per participationem dij. Quòd ſi ſuſtineamus lectionem Latinam, eripuit nos, de præterito: colligimus, duplicem eſſe liberationẽ, ſiue ſaluationem, alteram ſubleuantẽ à miſeria quam incurrimus, alteram verò præſeruantem à pœna nobis infligẽda, de qua hic ait: Eripuit nos ab ira ventura.

Chriſtus quomodo nos eripiat ab ira ventura. *Matth. 5.*

Deo cur viuo, & vero ſeruiendum.

Hominis liberatio, ſeu redẽptio duplex.

DISPVTATIO II.

In illa Apoſtoli verba, Cap. 2. *Nam & ipſi ſcitis fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit: ſed antè paſſi multa, & contumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad vos Euangelium Dei in multa ſolicitudine*, & cætera vſq; in finem Capitis.

Huius capitis argumentum.

HOc toto capite Apoſtolus reuocat Theſſalonicenſibus in memoriã miniſterium ſuum, quod mirificè tuetur, & exornat: & ponit ante oculos quæ Act. 16. & 17. narrantur, ne obliuiſcantur mirabilium quæ viderant, & quomodo è medio perſecutionis ereptus, ſe pro Fide nouis certaminib⁹ expoſuerit, vt prædicaret eis verbum. Declarat etiam, quanta fide, & diligẽtia illis euangelizauerit, & quàm ſanctè & irreprehenſè cum eis vixerit. Quod Apoſtolus fecit, non vt ſe ipſum magnificaret, & proprias laudes narraret, ſed paterna potiùs ad perſeuerantiam adhortatione vſus eſt, & fideli admonitione ad pſeudoapoſtolos, qui falſo inſtituunt Eccleſias, & ſua priuata commoda quærunt.

I. dubium.

Pauca hic ſunt dubitanda. Primò, cur tantoperè commẽdet ſuum ad eos, ingreſſum, & cõuerſationem: videri enim poſſet iactantia, cùm tamen ipſemet Apoſtolus dixerit: *Non qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat.*

2. Cor. 10.
Secundum.

Secundò ſuper illud: *Sed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur:* dubitari enim poſſet, cùm in Scripturis probari aliquis à Deo dicatur, cum ipſo opere ſe talem eſſe declarat: quomodo ergo dicit, ſe à Deo probatum, antequam prædicaret?

Tertium.

Tertiò, quomodo ſe comparat nutrici fouenti filios, & paulò poſt parenti: *Sicut ſcitis,* inquit, *qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, &c.*

Quartum.

Quartò, quomodo dicatur ira Dei ſuper Iudæos perueniſſe vſq; in finem, & quæ eſt iſta ira in finem vſque.

Quintum.

Quintò quare ait: *Abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio:* nũquid hoc deſiderauit, vt præſentia ſua maiora admitterent mala, ſi peccarent, aut vt vlla impediret?

Sextum.

Sextò ſuper illud; *Sed impediuit nos Satanas,* meritò quęritur, an ſanctorum opera & deſideria poſſit dæmon impedire?

Septimum.

Septimò, quæ ratio loquendi eſt illa; *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis.* Quod videtur nouum, & inuſitatum loquendi genus.

Ad I. dub. reſponſio.
De cauſa cõmendationis ſui ad Theſſalonicẽſes introitus fructuoſi.

Primum dubium ſoluimus, dicendo, Apoſtolũ per occupationem conuerſationis ſuæ, teſtimoniũ exigere ab ipſis Theſſalonicenſibus, ne quiſquã aliorum teſtimoniũ cauillari poſſit: eſtq; reuerà præſentiſſimum, ac firmum teſtimoniũ, quod ab illis petitur, qui noſtra beneficia experti ſunt, nec poſſunt teſtari rectiùs, qui rebus ipſis præſentes fuerunt, aut eas experimento didicerunt. Nemo enim in negotio pietatis debet ſolus eſſe iudex, aut teſtis, aut cenſor: nemo ſui ipſius commendator, ſed eſt Eccleſiæ iudicium hoc, & cenſura, & commẽdatio relinquenda. Quanquàm hoc loco commendabat Deus Paulum, tametſi ore ipſius Pauli.

Vnde Pauli ad Theſſalonicenſes ingreſſus non fuerit inanis, idem ent in ſolicitudine multa.

¶ *Introitus,* inquit, *noſter ad vos non inanis fuit.* Id eſt vanus, & ſine fructu, qui per multos Chriſto lucratus fuerat. ¶ Quod ait: *in multa ſolicitudine,* intellige, vt Græca habent, in multa decertatione; ſicut etiam ſuperiùs verbum ſolicitudinis accipi annotauimus. Decertauerat ſiquidem Paulus contra Iudæos, & dæmones ſe eius prædicationi opponentes.

Quæ tria Chriſtianum maximè concionatorem dedeceant, à Paulo procul remouiſſima.

Et probat, prædicationem ſuam profectam non de errore, vel immunditia, vel dono. Tria enim ſunt, quæ verbi Dei præconem valdè dedecent. Primum, decipi intellectum, & nõ habere veritatis, & eorum quæ ſunt prædicanda, certam perſuaſionẽ. Alterum, quando, etſi veritas adſit, inquinatur tamen per affectum temporalium: vt amore pecuniæ, aut inanis gloriæ: & hæc eſt illa immunditia, quæ eſt abominandum Simoniæ, & ambitionis vitium. Tertium eſt, cùm delectatur homo decipere, quod eſt immane, & diabolicũ ſcelus, à quo fuit Paulus alieniſſimus.

Ea vitia quorum propria.

Nam impoſtor nõ fuit qui adulterinas merces pro veris ſupponeret, & ſcoriam pro metallis, & cõmenta hominũ pro Dei placitis ſubſtitueret. Et immundus non fuit, qui non ſolum Euangelium gratis dedit, ſed & animam ſuam pro ipſis dare voluit.

Matth. 10.

Non fuit fraudulentus, qui malitioſè commoditatibus ſuis inſeruiret. Et hæc omnia vitia erant in Pſeudoapoſtolis, qui cęci erant, & duces cęcorum, & ſuis commodis ſeruiebant, & fraudibus populi fauorem ſibi conciliabant.

Infrà 5.

II. quæſt. ſol. Paulus ante miniſterium prędicationis quomodo probatus à Domino.

Ad ſecundum, cùm dicit: *Sed ſicut probati ſimus à Deo, vt crederetur nobis Euãgelium,* dicendum eſt, Paulum nõ ſe abſolutè probatum à Deo dicere, ſed probatum à Deo hac in parte, vt ei Euangelij diſpenſatio cõmitteretur. Antequàm in Apoſtolatũ aſſumeretur Actor. 13. prædicauerat in Arabia, Damaſco & Antiochia. Videbat præterea Deus ſynceram illam Pauli mẽtem, & cor purificatum, & amore Chriſti ardens: & in hoc ante Deũ probatus fuerat, vt idoneus ad prędicandum inueniretur: quod & pręſtitit, & non fefellit hanc Dei commendationẽ.

Actor. 13.
Infrà 9.
Galat. 1.
Act. 11.

Pauli Apoſtoli modeſtia.

¶ *Ita,* inquit, *loquimur* Modeſtiæ gratia hoc dicit. Et inferiùs adiungit Syluanũ, & Timotheum in officio prædicationis ſocios. *Non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.* Probat Deus, cùm per varias tentationes, quaſi aurum per fornacem explorat, vt innoteſcat nobis, qualia ſint corda noſtra.

Deus vt probet corda noſtra: Non adulatoria, vel immũda cur Pauli.

Probat

prædicatio: idē cur Deū vocet in teſtem.

Probat etiam ſuperiora, quòd dolo non prædicauerit: quia nō eſt eis adulatus: quod non immundè, id eſt prætextu auaritię alicuius rei. Inuocat Deum teſtem: nam cum lateat in corde cupiditas, non poteſt aliter probari, quia nō patent hominibus corda, ſed ſoli Deo.

Pſalm 7.

Paulū in prædicatione nō propriā gloriā quæſiſſe.

Tertiò probat, quod non appetitu gloriolæ, quia non ſe geſſerat vt Apoſtolus Chriſti, qui autoritate propria exigere poterat ad victum neceſſaria. *Neq; quærentes*, inquit, *ab hominibus gloriam, neq; à vobis, atq; ab alijs.* Id eſt, Non ſumus venati noſtri commendationem, auram popularem non captauimus, aut hominum fauorem, nihil ad oſtētationem fecimus. Quærere enim gloriam ab hominibus, ſignum eſt falſi prædicatoris. Ait enim Dominus; *Quomodo vos poſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.* Diſcant ergo concionatores Apoſtolicam humilitatem imitari, & ſolius Chriſti gloriam per omnem vitam tam in dictis, quàm in factis quærere.

Ioan. 5.

Quibus maximè imitandus Apoſtolus.

Paulus quomodo factus paruulus inter Theſſalonicenſes.

Tertiæ dubitationi vt meliùs reſpondeamus, explicandum eſt prius quod præcedit: *Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum.* Græci codices legunt ἤπιοι, id eſt placidi & lenes: interpres autem noſter videtur legiſſe νήπιοι, id eſt, paruuli, licèt dictio ſuperior ſignificat etiā paruulos: aptior tamen eſt, & ad mentem Apoſtoli expreſſior primus ſignificatus: præſertim cùm pręceſſerit: Cùm poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli, ſed facti ſumus placidi, ac mites in medio veſtri. Et aſſumit duas comparationes, quò ſuum affectum, & opera melius explicet, nimirū nutricis, & parentis: multa nāq; tolerāt nutrices, & matres, dum incrementa puerorū expectant: non enim quoſlibet cibos, ſed teneriores, & præmanſos in os filiorum ingerunt: puerorum moribus inſeruire coguntur, riſum ſingunt, & gemitum; cantillant, & quæ grauitatis ſunt, omnia ſpernunt, dum eos aut à fletu auocant, aut illis ſomnum conciliant. Ita ſe gerebat inter Theſſalonicenſes Apoſtolus. Lac enim potum dabat, nō eſcam. Et licet Theſſalonicenſes perfectè fuiſſent renati, erant tamen adhuc teneri, & nondū conſummati. Et amat nutrix paruulum nutrire, ſed eum non amat paruulū remanere: in ſinu tenere ſolet brachijs complecti, & orti oſcula infigere non tamen vt hoc ſemper faciat. Noſtri tamen ſeculi Hęretici cùm aliquē nacti ſunt diſcipulū, ei nullo magiſtro pręeunte, ſacras literas legendas, hoc eſt ſolidum cibum obtrudunt: nec tantùm eis, qui linguā Latinā nouerunt, ſed & toti imperitæ multitudini, ita vt neminem habeat pædagogū, dum paruuli ſunt. Qua de re olim conqueſti ſunt Hieronymus, & Auguſtinus. Ille quidem epiſtola ad Paulinū, vbi ſic habet, *Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumve cæſores, lanarij quoque, & fullones & cæteri, qui variā ſuppellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſq; doctore non poſſunt eſſe, quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarū ars eſt, quam ſibi omnes paſsim vindicant. Scribimus indocti, doctiq; poemata paſsim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequàm diſcant.* Auguſtinus verò lib. de Vera Religione, *Patriarchæ*, inquit, *ac Prophetæ inueniuntur ab ijs, qui non pueriliter inſiliunt, ſed piè, diligenterq; pertractant diuinarum, & humanarum rerum tam bonum, & tam grande ſecretum. Quod etiā temporibus noui populi à magnis & ſpiritalibus viris Eccleſia Catholica alumnis video cautiſsimè prouideri; ne quid populariter agant, quod nondum eſſe temporis vt cū populo agatur, intelligunt: alimenta lactea large auidis infirmioribus pluribus atq; inſtanter infundunt, validioribus autem cibis cum ſapientibus paucis veſcuntur. Sapientiam enim loquūtur inter perfectos; carnalibus verò, & animalibus quāuis nouis hominibus, adhuc tamen paruulis, nonulla obtegunt, ſed nulla mentiuntur. Non enim honoribus ſuis vanis conſulunt, & inanibus laudibus, ſed vtilitati eorum, cum quibus ſocietatem vitæ huius inire meruerunt.* Hæc & ſimilia Auguſtinus eo loco. ¶ Et veri miniſtri verbi Dei ſymbolum indicat, cum ait: *Ita deſiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras.* Ita Moyſes optabat deleri de libro vitæ, niſi Deus populo ſuo parceret; idem quoque Apoſtolus optabat fieri anathema à Chriſto pro fratribus. Et ad hunc lapidem pyritem probent ſe vniuerſi prædicatores, & Eccleſiarum Antiſtites, & prælati. Ac proponit, ſe illis Euangelium gratis prędicaſſe, ne quenquam illorum grauaret.

Ad III. dub. De eo quod Apoſtolus nutrici, ac parenti ſe comparat.

B. Hier. epiſt. 103. paulo ante med. tom. 3 initio.

B. Aug c. 28. in princ. tom. 1 prope fin. Patriarchæ, ac Prophetæ à quibus inueniantur, vt ait Auguſtinus.

1 Cor. 2.

Pauli charitas in Theſſalonicenſes eximia.

Exod. 32.

Rom. 9.

Proponens autem alteram ſimilitudinem parentis, ſubiungit: *Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè, & iuſtè, & ſine querela vobis qui credidiſtis, fuimus: ſicut ſcitis qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos, &c.* Sunt enim miniſtri verbi Dei parentes, quia ſemine verbi Dei in Eccleſiæ ſanctæ vtero filios regenerant, confirmatione ſacri Chriſmatis corroborant, Euchriſtiæ alimento nutriunt, & infirmantibus per Reconciliationis ſacramentum medentur, verbis deprecatorijs ipſos excitant, & conſolationis gaudium præbēt, vt ita dignè Deo ambulēt. Quo verbo

1. Cor. 3. Nutricis in paruulmo officia.

Hæretici noſtræ tempeſtatis quā lōgè à parētis, & nutricis officio.

Quare Apoſtolus ſe patrem nominauerit.

Legem Dei non eſſe impoſſibilem, cõtra Lutheranos.

iugulat eos, qui falsò putant non poſſe hominem præcepta implere, aut ea agere, quę ſtatui noſtro conueniunt, & Deo placent.

Theſſalonicenſes qua in re imitati fuerint Eccleſias quæ erãt in Iudæa. *Actor. 2.* *Infrà 4.* *Hier tom. 1.*

Cùm verò ſubdit: *Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarũ Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu:* nõnulli dubitant in quo fuerint imitatores. Putant ergo aliqui, etſi nõ exprimat, multos Theſſalonicenſium ſe ipſos ſpoliaſſe bonorũ ſuorum proprietate, & vitam in communi regularem profeſſos fuiſſe, quemadmodum ab initio fecit Eccleſia Ieroſolymitana: quos Eccleſia Alẽxandrina imitata eſt ſub B. Marco, vt tradit B. Hieronymus in libro ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Idẽ ergo feciſſe videntur Theſſalonicenſes. Sed de hac re non multũ conſtat, nec Apoſtolus expreſſit. Sed quòd vt primę Chriſtianorum perſecutiones in Iudæa fuerunt à Iudęis, qui Dominum Ieſum ad mortem damnarũt, & à Pilato obtinuerunt, vt idem olim in proprijs Prophetis occidendis præſtiterũt, vt Ieremia & Eſaia. *Et uos perſecuti ſunt,* inquit. Vt Stephanum & Iacobum. *Et Deo non placent.* Etiamſi maximè exiſtiment obſequiũ ſe præſtare Deo. Et omnibus hominibus aduerſantur, prohibẽtes nos Gentibus loqui, ne fiant Chriſtiani, & ſalui fiant.

Matth. 26. *Infrà 27.* *Supra 23.* *Act. 7.* *Ibidem.* *Infrà 12.* *Ioan. 16.*

Sol. IV. dub. Quos in Iudæos peruenerit ira Dei vſq; in finẽ.

Ad quartum dubium in illud; *Vt impleant peccata ſua ſemper, peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem.* Dicimus, ſermonem eſſe de Iudæis, qui repugnabant Euãgelio, nec ipſi credebãt, neque alios credere permittebãt ob ſuam obſtinationem. De quibus Oecumenius; *Si bonum eſt Gentes ad Chriſti fidem accedere, quare non accurrunt & ipſi? qui etiam accurrentes prohibere conãtur. Quòd ſi non eſſe bonum iudicant, cur inuident accedentibus. Quare etiam Gentes ipſis curæ ſunt.*

Oecum. c. 2. in fin.

Implẽdi peccata ſua, vnde ſumpta metaphora. *Geneſ. 15.* *Matth. 23.*

In illo autem verbo: *Vt impleant peccata ſua ſemper,* alludit Apoſtolus ad id; *Nondum completa ſunt iniquitates Amorrhæorum vſq; ad præſens tempus,* & ad illud Chriſti; *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.* Quando enim hoc ſcripſit Apoſtolus, adhuc Ieruſalem ſtabat, & nondum erant completa peccata ſua, ſed paulò poſt veniẽtibus Romanis, completa ſunt illius peccata, & deſolata in æternum. Et tunc ira Dei in finem, id eſt perfecta, & conſummata venit ſuper Iudæos, ſiue in eorum filios.

Iudæi quando implenerint peccata ſua, & ira Dei in eos venerit vſque in finem.

Quid ſecundũ alios peruẽtio iræ vſque in finẽ. *2. Cor 3.* *Pſal 58.* *Oſeæ 3.*

Aliqui verò verbum, *in finem,* interpretantur, quia in fine ſeculi velamen de cordibus eorum auferetur, iuxta illud: *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes.* Et Oſeas dixit: *Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærẽt Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuũ* (id eſt Meſſiam, vt habet Chaldaica interpretatio) *& pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.*

Dauid pro Meſſia non rarò ponitur in Scripturis.

Ad V. dubit. Paulus cur abundantius, vt ait, feſtinauerit, Theſſalonicenſium faciẽ videre.

Quinto dubio reſpondendum circa illud: *Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde, abundantius faciem veſtram videre.* Vocat Apoſtolus ſe, & ſocios priuatos ſiue orbatos, vt Græca vox inſinuat tanquam parentes orbati filiolis quos diligũt. Et hoc ad tempus horæ, (πρὸς καιρὸν ὥρας) id eſt, ad momentum temporis, ſiue ad momentum horæ; ſicut Horatius dixit:

> *Quid enim? concurritur: horæ*
> *Momento cita mors venit, aut victoria læta.*

Horat. 1 ſer. Saty. 1. in pri.

Nam eiectus fuit primò ex Philippis, deinde ex Theſſalonica, tertiò ex Berœa. ¶ *Abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre.* Id eſt: Omnem operam dedimus, & diligenter conati ſumus ad vos reuerti, ſed impediti fuimus.

Ad VI dub. An ſanctorũ opera & deſideria Satan impedire valeat. *Baſil Interrog 275 to. 2.* *Rom. 1.*

Vnde ſubdit, quod ſexto loco propoſitum fuit: *Sed impediuit nos Satanas.* Interrogat Baſilius in Regulis breuioribus: *Nunquid alicuius ſancti propoſitum impedire Satanas poßit? quoniam ſcriptum eſt: Ego quidem Paulus, & ſemel, & iterum propoſueram venire ad vos, & impediuit nos Satanas,* ad quam idem Pater reſpondet: *Eorum quæ in Domino ſunt rectè factorum, alia ſola voluntate, ac deliberatione animi efficiuntur, alia ad hoc vt efficiãtur, indigent etiam opera corporis, adhibendo videlicet vel ſtudio, vel tolerantia. Ac quæcunque quidem ſunt eius generis, quæ in ſola animi voluntate poſita ſint, hæc nullo modo impedire Satanas poteſt. Quæ verò eiuſmodi, ad quæ conſequenda neceſſaria eſt etiam opera corporis, in his plerunque etiam Deus naſci impedimenta permittit, vel probandi, vel detegendi cauſa illius qui impeditur: vt vel ſi à recto propoſito deſtiterit, conuictus, qualis ſit detegatur: vt hi qui ſupra petram fuerant ſeminati, qui ad modicum tempus ſuſceperunt quidem verbum cum gaudio, exorta autem tribulatione, ſtatim receſſerunt: vel ſi in recto perſeuerauerit, clarius appareat ſtudium ipſius in rectè factis: vt ipſius Apoſtoli, qui cùm ſæpè Romam petere decreuiſſet, & prohibitus eſſet, vt ipſe faſſus eſt, tamen eatenus in ea voluntate permanere non deſtitit, quod etiam effecit quoad ſtatuerat.* Hæc ille.

Talia cur Deus impedimẽta permittat ſanctis, teſte Baſilio. *Marc. 4.* *Rom. 1.*

Ad VII dub. De eo quod Paulus Theſſalonicenſes ſuam ſpem gaudium, & gloriæ coronam appellat ante Chriſtu Ieſum.

Poſtremò dubitatum fuit in his verbis: *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ; Nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis, in aduentu eius?* Ad tempus futurum aduentus Chriſti ad iudicium hęc veniunt apertè referenda. Et primo loco vocat eos ſpem præmij, id eſt rationẽ præmij ſperandi ex fructu quẽ illis prædicando

fece-

fecerat. Deinde vocat eos gaudium, id eſt materiam, & rationem gaudij de ſalute illorũ,& conuerſione ad Chriſtum. Demùm vocat eos coronã gloriæ, ſiue vt Græcè habetur *καυχήσεως*, id eſt, gloriationis in Deo de legitimo certamine habito ab ipſis conuerſis opera Apoſtolorum,& triumpho habito contra dæmones, & pſeudapoſtolos.

Nõ ſolos Apoſtolus Theſſalonicenſes cur vocet gloriationẽ ſuã.

Et inquit: *Nónne vos?* Græcè elegantiùs habetur, Nónne & vos? nam illos cũ multis alijs eccleſijs à ſe edoctis adiungit Paulus, ne videatur illis aſſentari. Vos enim in pręſenti eſtis materia, gaudium, & gloria noſtra, id eſt claritatis & ſplendoris noſtri, ſiue gloriationis noſtræ materia. Filius enim ſapiens eſt gloria,& gaudium patris:&, *Maiorem*, ait Ioannes, *horum non habeo gratiam, quam vt audiã filios meos in veritate ambulare.* Eritq; tunc Paulo triumphãti coram Deo, & Angelis, & hominibus gloria, & gaudiũ in die iudicij. & ſpectatores gaudebunt, & gloriã Deo per æterna ſecula decantabunt. Et Paulo dicenti, *Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum,* reſpondebit ille: *Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui.* Quòd ſi Apoſtolo licuit Theſſalonicenſes vocare ſpem, gaudium,& coronam ſuã; quare ergo Hęretici oblaterant, quòd nos diuam Virginem aduocatam noſtrã vitam, ſpem noſtrã,& dulcedinem inuocamus: cùm hi tituli ſint etiã alijs ſanctis communes, & illa longo interuallo omnium & Angelorum,& hominum merita antecellat, vtpote Filij Dei ſingularis,& excellentiſſima genitrix?

3. Ioan.

Matth. 25.

Apoſtolus Gẽteſ à ſe conuerſas ſpem, gaudiũ, & coronã gloriæ appellãs, quorum cõfutet inſaniam.

DISPVTATIO III.

In illa verba, Cap. 3. *Propter quod non ſuſtinentes ampliùs, placuit nobis remanere Athenis, ſolis. Et miſimus Timotheum fratrẽ noſtrum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis; ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus*, & cætera vſque in finem Capitis.

Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

IN hoc tertio capite Paulus cauſas recẽſet mittendi ad eos Timotheum, deinde reditum eius agnita virtute, & conſtantia fidei Theſſalonicenſium, qua magnoperè exhilaratus fuit Apoſtolus. Pauciſſima autem ſunt, quæ dubitari queant. Et quia curandum eſt, ne nodum in ſcripto quæramus, quædam attingemus maioris explicationis gratia. Et quæritur illud in primis, quid agere intendat in hoc capite. Deinde quid eſt quod ait: *Ipſi ſcitis quod in hoc poſiti ſumus*, & non explicat in quo. Tertiò, cur miſit Timotheum ad cognoſcendam fidem illorum; cùm ſancti; & maximè Apoſtoli, omnia nouerint quæ in Eccleſia fiunt, ſi hoc Prophetis non fuit occultum. Quartò quis eſt ille, de quo ait: *Ne fortè tentauerit vos is qui tentat*, & quare his notis illũ talem voluit explicare. Quintò quæritur, quid ſit illud: *Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.* Videtur enim eximiũ aliquid continere. Sextò cùm ait: *Nocte ac die abundantiùs orantes vt videamus faciem veſtram*: videtur enim ſentire Apoſtolus, Theſſalonicenſes necdum plenam & integram fidem complexos fuiſſe, cùm tamẽ eos de magna fidei conſtantia efferat.

I. Dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

VI. & vltim.

Ad I. dubiũ. De eodẽ argumẽto, huius capitis ex Actis Apoſtolorum.

Circa primum, vt perſpicaciùs agnoſcamus iſtorum quæ hic dicuntur veritatem, comparabimus ea cum capite 17. Actuum. Orta ſiquidem non modica turbatione, commotoque populo toto, & magiſtratu Theſſalonicenſium, fratres qui Domino crediderant, volentes eſſe Pauli vitæ cõſultum, hunc vnà cum Sila nocte intempeſta emiſerunt, atq; hi Berœam non longè diſſitam profecti ſunt; ſed & hac etiam ciuitate eiectus, Athenas proficiſcitur Paulus, relictis in Berœa Sila, & Timotheo, quos duos Euangelij ſocios Paulus ex Athenis mãdauit ad ſe continuò redire. Intereà Satanas inuidus profectus Euãgelici, omnem mouit lapidem, quò lacteſcentem ſegetem apud Theſſalonicenſes proculcaret: grauiſſimam in membris Chriſti perſecutionem contra veritatis Euangelicæ cultores excitauit. Paulus verò, dum Athenis maneret; metuens ne à Fide teneræ illæ plantæ ad auitam deficerẽt ſuperſtitionem; ſemel atq; iterum opem ferre periclitantibus conatus eſt. At cùm hoc neque tutum eſſet, neque neceſſarium inſanis turbarum fluctibus ſe ingerere; tandem Timotheum (quem non tanta aduerſariorum premebat inuidia) miſit Theſſalonicam, vt pro nomine Chriſti patientes corroboraret. Profectus igitur Timotheus, infracto animo, conſtãtes, & confitentes reperit Theſſalonicenſes. Redijt ergo Athenas,& Paulo, qui illic interim reſederat, admirãdam eorum fidem, & conſtantiam prædicauit. Quæ cùm audiſſet Apoſtolus, exhilaratus eſt, & hanc priorem nomine ſuo, & Silæ, & Timothei ad eos conſcripſit Epiſtolam. Et fieri poſſet, vt Silas binominis eſſet: & in Actis ſemper vocatur nomine Silæ, in epiſtolis verò Pauli Siluanus. Ex his igitur facilè lector

Actor. 17.

Quare Timotheũ Apoſtolus miſerit ad Theſſalonicenſes.

Actor. 18. Cur ſcripſerit eiſdem.

poterit huius capitis verba plana, & aperta capere.

Paulus quomodo remãſit Athenis ſolus, cũ quo tamẽ erat & Silas.

Quod autem ait: *Placuit nobis remanere Athenis, ſolis*, poſſet impugnari, cùm ibidem eſſet cum eo Silas. Sed facilè diſſoluitur hoc dubium: quia Silas ab Apoſtolo miſſus alio migrauerat ob aliam ſimilem cauſam, vt colligi poteſt ex Actor. 18. Hic enim erat mos Apoſtoli, vt eos quos penes ſe habebat, in diuerſas prouincias gratia propagandi Euangelij amandaret. Et ita accidit, vt vtroque, & Syluano, & Timotheo, orbatus Apoſtolus fuerit.

Ad II. dubit. In quo poſitus fuerit Apoſtolus, vt ipſe teſtatur, ſed minimè declarat. *Luc. 2. Pſalm 65.*

Secundum dubium in illud: *Ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſumus*, diluendum eſt. In hoc, dixit, pro, ad hoc in accuſandi caſu, vt etiam habent Græca; & ſubintelligendum eſt: In hoc poſiti ſumus, vt ſcilicet affligamur: quod præcedẽtia oſtendunt, dum ait: *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis*. Et alludit ad illud Euangelicum; *Ecce, poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël*; & ad id, *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.* Eſt autem omniũ Chriſtianorum, & præcipuè prędicatorum, & Apoſtolorum ſymbolum Crux, & malorum tolerantia. Ita enim dixit Chriſtus; *Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum*; &, *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Rurſus; *Puto quòd Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanquàm morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.* Eſt autem peculiaris Dei prouidentia, vt miniſtri Euangelici minus in ſeipſis habeant occaſionem gloriandi, & imitentur Chriſtum in portanda cruce ſua; & vt credentes agnoſcant Dei potentiam, & vim per illos exeri contra mundũ aduerſantem, & oſtendat, Satanam ab infirmis hominibus ſuperari. Et vniuerſalis data eſt regula: Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

Crux quorũ ſit maximè ſymbolum. *Matth 24. Supra 10. Ioan. 15. 1. Cor. 4.*

Crucem illi ferre cur debeant, ſic Domino prouidente. *Matth. 16.*

2. Cor 3.

Sol. III. quęſt. De cauſa miſſionis Timothei ad Theſſalonicenſes ad cognoſcẽdã fidẽ eorũ, quam tamen diuinit' noſſe poterat. *4. Reg. 4. 3. Reg 19. Rom 11. 1 Reg 16.*

Ad tertium reſpondendum eſt, non omnia ſanctos cognoſcere. Vnde Eliſęus dixit, *Dominus celauit à me, & nõ indicauit mihi*; & Elias, *Altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus.* Cui tamen fuit reſponſum: *Reliqui mihi ſeptem millia virorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal*: vt ponderauit Apoſtolus. Et Samueli miſſo ad vnguendum Dauidem, dictum à Domino fuit; *Ne reſpicias vultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius, &c.* Ita modò Apoſtolus ignorat res Theſſalonicenſium, & ſæpè propoſuit ire ad eos, & nõ venit: & multa oſtendebat ſe neſcire, vt proderet ſe nobis purum hominem, & nõ Deum. Et communiter ea, quæ per humanam induſtriã reſciri poſſunt, non opus eſt vt reuelatione detegantur. Poterat enim ad eos mittere Timotheum, vt fecit. At verò orationes, & preces, quas fundimus ad ſanctos iam cum Chriſto regnantes, quia via humana reſcire non poſſunt ſancti, agnoſcunt in Verbo per reuelationem, etiamſi id Hæretici proteruè inficiẽtur, vt ex multorum Patrum ſententijs comprobatũ reliqui in 2. Cap. 1. ad Timoth.

Quæ ferè tãtùm ea reuelatione ſancti cognoſcant.

Sancti iã beati piorũ ad ſe preces vt nouerint.

Ad IV. dub. Quis ille Paulo qui tentat. *Geneſ. 3. Apoc 12. Infrà 20.*

Quartæ dubitationi dicendum; illud, Is qui tẽtat, Gręcè dici in Principio πειράζων, & põnitur pro verbali πειραστής more Hebræo: Et hic eſt Satanas antiquus ſerpens, qui humanum genus capitali odio perſequitur, & incautas animas fallit, & in præcipitium agit. Sæpè etiam ſanctos homines aggreditur: vt maximè opus ſit fide, & timore ad eius tentationes illudendas, & infringendas: quia non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei: & auidiſſimus perambulat terrã, & circuit quęrens quem deuoret.

Iob. 41. Supra 1. Infrà 2. 1. Petr. 5.

Illius tentatoris propriũ quid.

Pondera verborum periphraſim, qua eũ deſcribit: Is, inquit, qui tentat, id eſt, Qui tentare ſolet. Eius enim ars, & exercitium eſt, homines ad ruinam tentare, quam artẽ à primis ſeculis exercere non ceſſat. Timebat ergo Apoſtolus, ne oues aliquas fur raperet, & mactaret, vt ſolet.

Ioan. 10.

Ad V. dubiũ. De ſenſu huius dicti: Quoniã nũc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.

Quod attinet ad quintam dubitationẽ: *Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino*, dicimus, hanc eſſe elegantem exaggerationem, qua Paulus ſuam ardentem proponit charitatẽ erga illos. Et eſt ſenſus: Omnem tribulationem in nos ingruentem loco vitæ ducimus, modò vos permaneatis & perſiſtatis in fide, quę vos inſerit Domino; demùm in ſemel cœpto pro vita æterna certamine perſeueretis. Nã etſi doctoris partes ſint verbũ Dei ſerere, & quod ſeminatũ eſt, irrigare vt creſcat; tamen amantis doctoris, & paſtoris eſt, pro grege ſuo inuigilare, eiuſque bonis operibus congaudere, & proprium bonum eius progreſſum reputare: quòd ſentire poterit nemo, niſi priùs charitate proximi flagrauerit.

Matth 13. 1. Cor. 6. Ioan 21. 1. Petr 5.

VI. Solutio quæſtionis. Quid Theſſalonicenſium fidei defuerit, quod ſupplere debebat Apoſtol'.

Ad ſextum reſpondemus, Apoſtolum dixiſſe: *Vt compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ*, non quò eorum fidem, & conſtantiam imminutã ſignificare velit, aut deficiẽtem: ſed quòd aduerſariorũ importunitate ędificium vix inchoatum relinquere coactus fuerit: ob quã etiã cauſam dum ſe ſubduceret, Silã & Timotheum in Macedonia reliquerat, & poſteà Timotheũ reuerſum ex Macedonia, iterũ ad eos viſitandos remiſit. Paulus etiam tam breui temporis ſpatio nõ

Act. 17.

potuit

potuit integrum doctrinæ Euãgelicæ corpus impartiri illis, quæ tempore & experientia multa ſenſim addiſcuntur. Reliqua verò tam plana ſunt, vt maiorem explicationis lucem non deſiderent.

DISPVTATIO IIII.

In illa verba, Cap. 4. *De cætero ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu, vt quemadmodùm accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, & abundetis magis Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum Hoc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, & cæt.*

I Dubium. IN primis de ſcopo Capitis aliquid præfandum eſt.
Secundum. Deinde quæ ſint illa præcepta, quæ ijs dederat per Dominum Ieſum.
Tertium. Tertiò, quod eſt illud vas, quod vnuſquiſque purum ac mundum ſeruare debet.
Quartum. Quartò, quid eſt ſupergredi, & circumuenire in negotio fratrem ſuum.
Quintum. Quintò, cur hortatur Theſſalonicenſes ad manibus laborandum, & ad quietè de ſuis laboribus viuendum.
Sextum. Sextò, cur prohibet Apoſtolus Chriſtianos contriſtari de mortuis; cùm & Chriſtus contriſtatus fuerit de Lazari morte, & Apoſtolus Philippenſibus ſcripſit, ſe dolere de Epaphræ infirmitate, & mortis periculo. (Ioan. 11. Philip. 2.)
Septimum. Septimò, quid eſt, Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, non præuenie-mus eos qui dormierunt: ſunt enim verba difficilia, & variè à Patribus interpretata.
VIII. & vlt. Et quare ponit duos reſurgentium ordines, cùm in voce Archangeli omnes ſimul ſint ad immortalem vitam in momento, & in ictu oculi excitandi. Poſtremò, cùm dixit: *Conſolamini inuicem in verbis iſtis*, quæritur, quomodo his verbis conſolatus eſt Paulus Theſſalonicenſes, atque adeò nos ipſos quoque.

Ad I. dub. Quid propoſitum Apoſtolo in hoc capite.

Quod attinet ad ſcopum, incepit Apoſtolus ea tractare, quæ ad mores ſanctos cõmendandos ſpectabant: nunc rogat eos, vt velint eam viuẽdi formam tenere, quam pridem eis tradiderat: nimirùm vt in hac peregrinatione ſedem ſtabilem perpetua memoria apprehenderent non eſſe hic figendam, ſed eos ambulare alacriter opus eſſe in via mandatorum Dei, vt meritorum magnitudine copioſius abundarent, iuxta illud: *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc.* Et verbum περισσεύειν, non tam eſt abundare, quàm ex-

Apoc. vlt.

Theſſalonicenſes benè corã Deo ambulãtes quomodo abundarẽt magis.

cellere, & ſe ipſum quotidie in benè operando ſuperare.

Ait in plurali: *Rogamus vos & obſecramus, ſiue exhortamur in Domino Ieſu*: quia ſecum adiungit ſimul deprecantes Syluanũ, & Timotheum, qui ſocij & adiutores fuerunt Apoſtoli in prædicatione Theſſalonicenſium, & huius epiſtolæ conſcriptores. Et rogando captat beneuolentiam per ſubmiſſam precationem, & per Diuinæ Maieſtatis obteſtationem. Et natura libera, qualis eſt rationalis, ita melius trahitur, quàm pondere auctoritatis Apoſtolicæ, qua vti poterant. Et rogant, in Domino Ieſu, quia gloriam eius, & non aliud proprium ſuum quærunt.

Paulus cũ ſocijs cur roget Theſſalonicenſes, nõ iubeant, & in Domino Ieſu, vt abundarent magis.

Addit: *Vt quemadmodùm accepiſtis à nobis.* Etſi Deus valeat omnibus credenda, & agenda reuelare, vt facit de fide, ſpe, & charitate, quæ pretioſiſſima ſunt, & maxima dona: noluit tamen id facere de doctrina, vt agnoſcatur ſapientia ordine quodam animas ad ſe reducere, & vt homo homini amore magis vniatur, cùm vnus alterius opera ſe indigere videt; & vt ita diſcens, fide, & humili ſubmiſſione apud Deum mereatur; ac vt is qui docet, offendendo quæ habet in alios, maius meritum ſibi cõparet. Denique, ne ſit locus deceptioni, aut contentioni hominis ſuperbi, ſi omnia à Deo proximè, & immediatè acciperet, & nihil à miniſtro.

Credendi & agẽdi formã Theſſalonicẽſes ab Apoſtolis cur acceperint, nõ ex reuelatione diuina.

Sicut & ambulatis, & abundetis magis. Græca habent ἵνα πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν, id eſt, Qua ratione oporteat vos eſſe Peripateticos, Chriſti, & Apoſtolorum exempla ſectantes. Non allegat Scripturam, ſed traditionem Apoſtolus, quam & ipſe Chriſtus obſeruauit, parendo legi, & parentibus ſuis, & quam Paulus alibi tantoperè commendat: *State*, inquit, *& tenete traditiones quas didiciſtis*: imò etiam ipſe Apoſtolus alijs obſeruandas commendabat, Actor. 15. & 16.

Diuinæ, ſeu Apoſtolicæ traditionis autoritas.

Galat. 4. Luc 2.

2. Theſſ 2. Actor. 19. Infrà 14.

Quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo. Hoc eſt ambulando placere. Sanè Deus benedictus in cœleſti quiete nos expectat, vt in ſe quieſcamus: nam in domo ſua multas mãſiones habet: ſed illam ſummam, & diuinã quietem voluit à nobis nõ niſi ambulantibus coram ſe comparari. Ita enim dixit Abrahæ, Ambula coram me, & eſto perfectus, non declinando ad dexteram, vel ad ſiniſtrã, quia virtus inter extrema verſatur; cùm tamen in circuitu impij ambulare ſoleant: & in fide diuini luminis progrediendũ eſt, iuxta illud; *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* Vt ita, *ſicut in die, honeſtè ambulamus*: & non niſi cũ prudentia,

Cur ambulãtes placere debeamus Deo.

Ioan 14.

Geneſ. 12.

Quomodo ambulãdum nobis coram Deo.

Deut. 17. Pſalm. 88. Rom 13.

 quia

quia in via ſunt offendicula, & latrocinantes, quia ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulandum eſt, & conculcandus leo & draco, & ducem Chriſtum præeuntem debemus imitari, qui optimè nouit viam, & terminum, & de quo dixit Dilectus; *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare*, nō claudicando affectu inflexo ad terrena, nō cunctando, aut moras in via nectendo, quia in via Dei nō progredi, regredi eſt: non denique retrocedendo; aut redeundo in Ægyptum mundi huius, quaſi canis ad vomitum ſuum reuerſus. Et vt poſtquam omnia fecerit, dicat: Seruus ſum inutilis, nam hæc humilitas plus valet, quàm ipſa omnia opera. Qui ergo ita benè operantur, admittentur à Deo, & Chriſto, qui præcinget ſe, & tranſiens miniſtrabit illis, auferendo laſſitudinē, eſuriem, ſitim, timorem, & omnia bona deſideria adimplendo. *Sicut & ambulatis*, inquit, *vt abundetis magis.* Hoc eſt, ita ambulate tanquā ſigillum, non tanquā cera, id eſt, vt poſſitis alijs imprimere tanquam ſigillum viam Dei, & non vt cera, accipiendo à falſis Apoſtolis ſigillum falſæ, & vitioſæ vitæ. Vt non circumferamini omni vēto doctrinæ. Etſi enim multi boni canales, & recti tramites inueniantur; parum tamen proficeret, ſi aqua doctrinæ & bonorum morum in nullo perſeueraret.

Pſalm. 90. — *1. Ioan. 2.* Non rectè qui ambulet, & quemadmodū Chriſtus ambulauit. — *Prouer. 26.* — *2. Petr. 2.* — *Luc. 17.* — Quā pretioſa virtus, humilitas. — *Suprà 12.* — Illud: Sicut & ambulatis, vt abundetis magis, quid ſignificet. — *Epheſ. 4.*

Contra eos, qui ad ſummā hic iuſtitiā peruenire poſſe contendunt.

Damnatur verò his verbis eorum error, qui dicūt, homini in pręſenti vita poſſe contingere tantùm perfectionis culmē, vt amplius in gratia, & charitate proficere non valeat: quod reprobatur in Clementina, ad noſtrū, de Hæret. Et ex eo quod dicitur: Vt abundetis magis, colligimus non eſſe neceſſarium ſemper operis exercitiū, ſatis eſſe vltra progrediendi deſiderium, & illud ruminare: *Et dixi*, ait Dauid, *nunc cœpi.* Et teſte Gregorio: *Hac eſt perfectorum ſumma iuſtitia, vt ſe nunquā perfectos credant, ne ibi deficiendi incidat periculum, vbi proficiendi deponunt appetitum.* Bernardus ad Drogonem epiſt. 34. *Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit, & in eo quoque perfectiorem ſe probat, quòd ad maiorem tendit perfectionem.* Et Auguſtinus ait: *Summa perfectio Chriſtianæ religionis eſt, vt quantumcunque homo in hac vita proficiat, ſemper deficere ſe putat.* Chryſoſtomi ſententia eſt elegantiſſima: *Vt tellurem imitemur, quam non oportet duntaxat accepta ſemina referre, ac credere: ita & animam oportere non in acceptis tantùm præceptis conſiſtere, ſed etiam tranſcendere. Ecce, inquit, bonus ſeruus, & fidelis, alia quinque talenta ſuperlucratus ſum.*

Pſalm. 67. — *B. Gregor.* — *B. Auguſt.* — Quomodo tellurem imitemur, teſte Chryſoſt. — *Chryſ. hom. 5. in hanc epiſt. initio.* — *Matth. 25.*

Ad II. dubit.

Iam ad ſecundum illud reſpondeamus: *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum*, vel potius dederimus, vt Gręca habent, loquitur enim in ſua, & Syluani & Timothei perſona. Et intellige pręcepta quæ ſequuntur, ne videlicet cōtenti eſſent nuda fide: & præcepta, quæ cum honeſtate, hoc eſt cum diuina voluntate cohærent, factu facillima, fructu vtiliſſima, & iocundiſſima, quæ Dominus nobis inſpirauit, & in cordibus veſtris ſcripſit, & ad quorum obſeruantiam gratiam ſuam, & exemplū contulit. Et ſi ab ſpiritu humano prodirent, nō eſſent ſolida, aut idonea ad ſalutem.

Quæ præcepta Theſſalonicenſibus dederit Apoſtolus per Dominū Ieſum.

Et explicans hoc magis, addit: *Hæc eſt enim voluntas Dei* (quæ in præceptis declaratur) *ſanctificatio veſtra.* Id eſt, puritias, & mūditia corporis, & animi. Notat verò Caſſianus, caſtitatem dici à Paulo ſanctificationem, quia ſubdit: *Vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore*; ac poſteà ſubiungit: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.* Et alibi ait: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Et paulò poſt: *Ne quis fornicator, aut profanus, & Eſau, &c.* Idem quoque Apoſtolus virginem vult eſſe ſanctam corpore, & ſpiritu: ita vt ſummæ puritati nunc quidem per gratiam, poſteà verò per gloriam vniri poſſit: quia Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quæ quidem vitæ puritas, & munditia conſiſtit in declinatione à fornicatione ſpirituali, id eſt à quocunque amore inordinato, & ſuperfluo, per quem impura redditur anima: & in abſtinentia à fornicatione corporis, quia qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Ideò Apoſtoli prohibent ſcortationem, Act. 15.

Volūtas Dei quænam ſit ſanctificatio noſtra. — *Caſſia. lib. 6. cap. 15.* — *Hebr. 12.* — *Ibidem.* — *Geneſ. 25.* — *1. Cor. 7.* — *Matth 5.* — Vnde pendeat ſanctificatio noſtra. — *1. Cor. 6.*

Sol. III. dub. Quod nos debeamus poſſidere in ſanctificatione, & honore.

Ad tertium reſpondemus, Apoſtolum vocaſſe vas cuiuſque, aut vxorem propriam, quæ data eſt à Deo nō ſine gratia, quò inſeparabiliter dum vixerit, motus carnis cum ea ſedare poſſit ſine vllo peccato. Et hoc eſt, in ſanctificatione, & honore. *Non in paſſione deſiderij, ſiue concupiſcentiæ, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.* Quæ ſcilicet pro nullo habent peccato fornicatione inquinari, & ſcortari.

Quòd autem vas vxorem ſignificat, docet Spiritus ſanctus cap. 5. Prouerb. vbi marito præſcribitur: *Bibe aquam de ciſterna tua.* Vbi Septuaginta habent, *Fili bibe aquam de viſis tuis*, & B. Petrus ait, vt viri mulieribus quaſi infirmiori vaſculo honorem impertiant.

Prouer. 5. — *1. Petr. 3.*

Quid vas Tertulliano, Ambroſio & Theophyl.

Alij verò, vt Tertullianus, Ambroſius, & Theophylactus, per vas intelligunt corpus huminum, iuxta illud: *Habentes theſau-*

rum

Tertul.lib.de Reſurrect.carnis ante med. tom.2. *2.Cor 4.* *1.Reg.21.*

rum iſtum in vaſis fictilibus, & ſacerdos Abimelec Dauidem petentem à ſe panem ſanctum, interrogauit, ſi eſſent pueri mundi, maximè à mulieribus: & Dauid dixit: Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ad hæri, & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Et eſt ſermo de munditia ſpiritus, ſine qua corpus terſum atq; nitidum nihil penitus prodeſt. Et hanc interpretationem præfert Oecumenius priori alteri.

Oecum. c 5.

Explicatur id. Honorabile connobium in omnibus, & torus immaculatus. *Hebr.13.* *Ibidem.*

Debet ergo quiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, de quo ad Hebræos dixit: *Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus*: id eſt, præcipio vt vnuſquiſque matrimonium honoret, & nullus cubile vxoris ſuæ violet, commiſcēdo corpus ſuum cum aliena, & ideò ſubdit: *Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus*; Hieronymus in cap.1. Threnorum ſcribit: *Præcipitur in lege Domini viris, vt non ſolum in alienis mulieribus, ſed in ſuis quoque, quibus videntur legaliter coniungi, Scriptura dicente: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram; certa concubitus nouerint tempora, quādo coëundum, quandove ab vxoribus abſtinendum ſit. Quod quidem & Apoſtolus, & Eccleſiaſtes ſonant: Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Caueat ergo & vxor, ne fortè victa deſiderio coëundi, alliciat virum, & maritus ne vim faciat vxori, putans omni tempore ſubiectum ſibi eſſe debere coniugis voluptatem. Vnde & Paulus ait: Vt nouerit vnuſquiſque ſuum vas poſſidere.* Hæc ille.

B.Hiero.poſt med.tom 5. *Leuit.15.* *Geneſ.1.* *1.Cor. 7.* *Eccleſ. 3.*

Ad IV.dub. Circa illud: Ne quis ſupergrediatur neq; circūueniat in negotiō fratrem ſuum. *Chryſ.hom.5.* *Theophylact.*

Quartò dubitatum fuit, quid ſit ſupergredi, & circumuenire in negotio fratrem ſuum. Dicimus, hoc ad idem carnis vitium ſpectare, & Chryſoſtomus, & Theophylactus ad adulterium reſtringunt hoc præceptum. Et verbum πλεονεξείας metaphoricè à violentis auaris, qui per vim rapiunt alienum, ad tyrannicam, & violentam libidinem adulterandi vxorem proximi, transferunt. Etſi enim ea vox alibi auaritiam ſignificet, vt Luc.12. & 2. Corinth.9. hic ad crimen mœchiæ, quod eſt alterius torum ſupergredi, referendum eſt. Negotium etiam eſt, nuptas Chriſto viduas ad amplexus carnis pertrahere, vt faciunt Hæretici. Et reuera non tantùm adulterium, ſed omnis iniuſtitia, quæ potentia, aut oppreſſione, aut dolo exercetur, prohibetur: & tunc circumuenire dicitur, cùm quis ita ſe gerit fraudulenter. Ita Ambroſius, & alij interpretantur, vt ſcilicet Theſſalonicenſes cum fratribus ſimpliciter agant, & duplicitatem in negotijs cum proximo vitent. Sedulius verò, de philargyria, furto, atque mœchia interpretatur, vt omnes ſenſus complectatur. ¶ Et negotium fornicationem vocat hoc loco, vt præcedentia indicant: atque ita interpretatur Clemens libro 3. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 2. *Adoleſcentiores viduæ*, inquit, *ad vidualem ſtatum ne ordinentur, ne forte ea occaſione, quia non poſſunt florem ætatis cohibere, ad ſecundas nuptias deſcendentes, negotium habeant.* Vbi per verbum, τὸ πρᾶγμα, fornicationem, & quidem inceſtam expreſſit. & 2. Corinth. 7. In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio, ſcilicet ſcortatoris illius Corinthij.

Luc 12. *2.Cor.9.*

Quot modis ſoleāt noſtrū in negocio circumueniamus.

Ambroſ. *Sedul.* *Clem Rom.*

Diuinā auaris & ſuperbis Apoſtolus vltionem quale denunciet.

Sequitur: *Quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus.* Quia auari, & ſuperbi non facilè à peccato auelluntur, nec à magiſtratu, vt par eſſet, dignè puniuntur, quoniam pecunia, aut fauore manus euadunt; idcircò Apoſtolus comminatur, Deum etiam in hoc mundo vindicem futurum. Et ſicut ſtultum eſt, vocatos in Orientem, proficiſci in Occidentem: ita homines diuina voce ad ſanctimoniam vitæ vocatos, indignū eſt in omnes ſe vitiorum ſordes & immunditias immergere. Idcircò repetit: *Nō enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.* Et vt oſtendat, quanta cum reuerentia ſint excipienda hæc Dei mandata, ſubdit: *Itaque qui hæc ſpernit, nō hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.* Quæ verba magnoperè expediret vt ante oculos habeamus noſtro ſeculo, in quo Eccleſiæ præcepta, & Apoſtolicæ traditiones ab Hæreticis, & ſciolis paruipenduntur. Intelligant ergo quæcunque verbo, aut ſcripto tradita ſunt, omni eſſe veneratione ſuſcipienda: quia *Qui vos ſpernit, me ſpernit, &, Qui autem me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me.* Hoc eſt Patrem, qui primes præcipit.

Paulus quaſi ſi ſcri velit traditiones diuinat.

Luc. 10.

V. Solutio dubii. Quare Apoſtolus Theſſalonicenſes hortetur ad operandum manib. ſuis.

Ad quintum, dicendum eſt, Apoſtolum morbis graſſantibus conuenientia medicamenta adhibere. Et quia in ea ciuitate multi homines otioſi degebant, qui alienis expenſis ſuſtineri ſolebant, & à labore manuum abhorrebant. Erant item multi Chriſtiani, qui ob Fidei profeſſionem fortunæ bonis expoliati, in ſumma inopia vitam degebant: hos omnes adhortatur ad laborandum, vt ſibi, & alijs præſidio eſſe poſſent, & ne otioſam vitam ducāt, nam multam malitiam, ait Sapiēs, docuit otioſitas. Rogatque eos vt quieti ſint, nullaſque inter fratres rixas per detractionis, aut murmurationis morbum agant, nam in ea re otioſi pretioſiſſimum tempus ſolent conterere.

Eccli. 33.

Hac lege qui minimè teneantur, & quare.

Verum hoc præceptum non datur omnibus, quibus abundè ſuppetit, vndé

hone-

honeſtè viuant : at digniores, qui curam multitudinis babent, & verbi, & ſacramenti adminiſtrandi, ad hunc laborem minimè obligantur: nam fructuoſior eſt illis laborandi ratio. Et ita etiam Religioſis viris, præſertim doctoribus, & prædicatoribus, quique in ſtudijs, & orationibus, & Pſalmis decantandis, & alijs exercitijs ſpiritualibus vocant : quæ ſanè corporalibus longè ſunt præferenda : quemadmodùm & auima corpori præſtare dignoſcitur. Quare nonniſi inique & contumelioſè detorquent Hæretici in viros Ecleſiaſticos, & Religioſos hæc Apoſtoli verba : quod non aliunde oritur, quàm ab inueterato in eos odio. Subdit : *Et vt honeſtè ambuletu ad eos qui foru ſunt.* Vt ipſa proborum morum honeſtas, & amabilis virtutis compoſitio lucem præferat, & loco ſit viui & efficacis ſermonis ad alliciēdos ſpectatores ad piam æmulationem, & ad ſidem complectendam. *Et nullius aliquid deſideretu.* Vltimum proponit Decalogi præceptū: Vnuſquiſque, inquit, proprijs contentus, alienas res non concupiſcat. Cùm tamen hodie vix inuenias vnum, qui ſit ſua ſorte cōtentus; cùm tamen ſcriptum ſit: Deſideria occidunt pigrū : noluerunt enim quicquā manus eius operari: deniq; omnium malorum radix eſt cupiditas.

Honeſtè ambulemus ad eos qui foris ſunt, quando

Exod. 20. Nullius aliquid quomodo deſideremus.

Prouer. 21. *1. Tim. vlt.*

De dormientibus quibus non contriſtandū Theſſalonicenſibus eſſet.

Ad ſextum : Dormientes vocat mortuos Apoſtolus, qui ſua die excitandi ſunt ad vitam ęternam, tùm animo, tùm corpore poſſidendam. Et in primis conatur dolorum lenire, qui ob amicorum mortem, & neceſſariorum communis omnibus eſſe ſolet. Et videtur ponere Apoſtolus aliquot ex maioribus in Eccleſia eſſe deſideratos, qui propter Fidei cōfeſſionem martyrio vitam conſummarunt. Admonet ergo eos, ne propterea mœſti ſint, & contriſtentur : quia non habendi ſunt pro mortuis, ſed pro viuentibus, qui in Domino, vel pro Domino moriuntur.

Solutio VI. dubit. Quē luctum, aut mœrorem Apoſtolus mortuorum prohibeat.

Et vt diſſoluamus nodum propoſitum, addit : qua ratione non liceat contriſtari, cū ait: Sicut & cæteri qui ſpem non habēt. Non ergo ſimpliciter luctū omnem prohibet, ſed eorum qui ſpem non babent reſurrectionis, & incorruptionis. Itaque non vetat humanam pietatem, aut carnis deſiderium, quo antiqui patres olim, & aliquot Noui Teſtamenti viri præditi fuerunt. Nam & ipſe Dominus in reſurrectione Lazari lachrymas dedit; & ſepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. B. Ambroſius acerbo luctu proſequebatur ſanctos de medio ſublatos, non quidem quòd de eorū felicitate dubitaret, aut doleret, ſed conſiderans quàm eſſet difficile inuenire eos, qui in defunctorum locum ſuccederent, & quia Eccleſia præclaris, & ſanctis viris defraudata erat, vehementer eorum mortem & defectum deplorabat. Lege ſermonem 26. ſuper Cātica B. Bernardi, vbi piè fratris defuncti obitum luget. Quidam etiam dogmatizarunt noſtra tempeſtate, non eſſe licitum fletu mortuos proſequi.

Ioan. 11. *Actor. 8.* S. Ambroſius cur ſanctorū doleret, atq; lugeret interitum.

Expende verbum Apoſtoli, non enim dixit: Sicut & cæteri qui fidem nō habent; ſed, qui ſpem non habent : quia nō ſatis eſt nudam habere fidem, vt tollatur triſtitia, ſed etiam ſpes eſt neceſſaria quæ non confundit, & incedit vſque ad interiora velaminis. Et probat exemplo capitis Chriſti: *Si enim credimus* (inquit) *quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit,* (Patris ſcilicet, & ſua omnipotenti virtute) *ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.* Per, hoc in loco ſumitur pro, propter, ſicut è contrario propter, ponitur pro per, vt ad Roman. 8. Sed in his omnibus ſuperamus propter eū qui dilexit nos : pro eo quod eſt, per eum qui dilexit nos. Et ibidem ſuperiùs : Corpus quidem mortuum eſt propter peccatū, ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem. Et in vtroq; loco legi poſſet per, loco propter: & Ioan. 6. *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* Vbi etiam bis ponitur Propter pro altera præpoſitione Per. Hic verò per Ieſum, idem eſt quod propter Ieſum, aut cū Ieſu. *Adducet cum illo.* Id eſt proferet ſuſcitatos cum illo : quia reſurrectionem tribuit Patri, vt ſolet.

Expenditur dictum à Paulo: Vt nō contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpē (non qui fidē) non habent. *Rom. 5.* *Hebr. 6.*

Dormire per Ieſum, quid: *Rom. 8.*

Ibidem.

Ioan. 6.

Vel particula, per Ieſum, poteſt iungi cū inferioribus, in hunc ſenſum: quod eos qui dormierunt, per Ieſum adducet cum ipſo, vt legit Tertullianus : ſed melior eſt prior ſenſus. Et videtur loqui de ſanctis martyrio abſumptis, vt diximus. Secùs de dormientibus ſomnum ſuum, id eſt debitū mortis, hoc eſt peccatum habentibus.

Altera lectio huius loci. *Tertull. li. de Reſurrect. carnis, multo ante dimid. to. 2. non procul à princ.* *Pſalm. 75.*

Argumentum ergo cōcludit ex duplici hypotheſi. Prima, quòd Chriſtus reſurrexit; ſecunda, quòd à Chriſto tanquam à capite in omnia membra virtus omnis deriuatur: quod fideles nouerant, & acceperāt. Laborarunt ſiquidem ab initio Apoſtoli, quo neceſſarium reſurrectionis articulum in cordibus Gentilium ſtabilirent, cū Philoſophi & Græci ſapiētes inficiarentur, nō apprehendentes Dei virtutem, quæ naturę legibus non ſtabilitur?

Apoſtolus vnde probet noſtræ reſurrectionis neceſſitatem. *1. Cor. 15.*

Ad octauum verò dubium, quod magni momenti eſſe videtur, reſpondemus: Apoſtolum præmittere: *Hoc enim vobis dicimus in ver-*

Solutio VIII dubi. Quid, Dicere in verbo

Domini. & cu hoc dixerit Apoſtol'.

in verbo Domini. Id eſt, in nomine Domini. Dominus eſt qui iſtud reuelauit, non prodit ex me; quod non tam Pauli referentis, quàm Domini prædicentis. Et captat attẽtionem, ſicut Prophetę, cùm dicebant, *Hæc dicit Dominus*, & Petrus dixit: *In verbo tuo laxabo rete.* Et eſt locutio Latina, Hoc dicimus in verbo huius, vel illius. Athanaſius lib. Quæſtionum ediſſerens hunc locum: *Verbum* (ait) *Domini quod dixit, hoc eſt, quòd audituri ſunt vocem filij Dei: & quod qui audierint, ſint victuri.* Sic ille.

Luc. 5.
B. Athan. q. 140 tom. 4.
Ioan. 5.

Refellitur opinio dicentiũ ante diẽ iudicij non omnes morituros.

Subdit: *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt.* Poſſunt hæc verba verti de futuro, id eſt: Nos qui viuimus, & reſidui erimus in die iudicij. Crediderunt nonnulli, vt Caietanus, & Eraſmus, ex his verbis colligi, cùm Dominus ad iudicium venerit, futuros multos, qui nullam mortem ſint guſtaturi, & qui ſint rapiendi in nubibus obuiam Domino. Quod ſanè dogma repugnat cum multis Scripturis, quæ vniuerſalem & communem omnibus faciunt mortem. Tales ſunt: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*: &, *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem*: *Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium*: *Sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur*: Et infra, *Inſipiens, tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur*: &, *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur.* Adhæc ſi Chriſto, & Matri mors non pepercit, cui vnquam parcet? Nam Helias & Henoch, & vt quidam etiam volunt, Ioannes Euangeliſta, qui creditur adhuc viuere, mortem in fine mundi non euadent. Præterea omnes qui viui inuenientur in die iudicij, igni cõflagrationis quæ eius aduentum præcedet, abſumentur, & ita mortui, & excitati mox rapiẽtur obuiam in aëra. Adde, quòd qui cum Chriſto non mortui ſunt, nec reſurgent, nec erunt membra eius. Omnes etiam mali viuentes illum ignem euaderent, & raperentur à Chriſto ſecundùm iſtos, & pueri tunc inuẽti in ea ſtatura manerent. Nec poteſt concipi quomodo in viuentibus ſtatus fiat additio. Multa ergo abſurda, & inconuenientia ſequuntur illud dogma.

I. Ratio ab Scripturis.
Gneſ. 3
Pſal. 88.
Hebr. 9.
1. Cor. 15.
Ibidem.
2 Reg. 14.
II. Ratio, ac III.
Apoc. 11.
Pſalm. 96.
IV. & vlt.

Qui non ſint & qui ſint futuri reſidui in aduentu Domini.

Iam ſecundò videamus, quomodò hæc verba: *Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini*, ad nos debeant referri. Qui non erunt in aduentu Domini, certè nec mortui ſunt, cùm in primis abſque vlla dubitatione tuendum ſit, Paulũ Romæ martyrio vitam finijſſe, & ſimiliter omnes qui tunc viuebant cum Paulo, mortuos fuiſſe. Quare verbum: *Nos qui viuimus*, eſt ad ipſum tempus Pauli viuentis referendum: nã velle ad diem vſq; iudicij textum torquere, vt nec ipſum Paulum, nec eorũ, qui tunc vna viuebant, quenquam includat, non eſt exponere, ſed expungere, ac literæ ſenſum deſtruere.

Probatur B. Paulum de illis reſiduis in aduentu Domini vnum non poſſe intelligi.

Neque obſtat, ſi quis dicat, Paulum fuiſſe in expectatione, vt diem Domini vicinum inſtare arbitraretur, qualis erat quorundam Theſſalonicẽſium tunc falſo hoc, teſte Apoſtolo, exiſtimantium opinio; quia Apoſtolus huius erroris tollendi gratia poſteriorem ad eoſdem ſcripſit epiſtolam, in qua hortatur ne quis cito moueatur quaſi inſtet dies Domini. Præterea ſi quis loquitur, qui in aduẽtu Domini viuent, vt hi volunt; quomodò inter eos Apoſtolus ſe ipsũ enumerat, qui tunc viui erant? dicens: *Nos qui viuimus*: cùm tamẽ ſui corporis propinquam ſolutionem fore arbitraretur, de qua in poſteriori ad Timotheum teſtatur: *Ego enim iam delibor, & tẽpus reſolutionis meæ inſtat*: At iudicij diem non fuiſſe propinquũ, ſatis oſtendunt mille ſupra quingentos annos, qui ab eo tempore ad nos vſque fluxerunt: Et quæ fuiſſent diuinæ prouidentiæ ratio, poſt fuſum Redemptoris ſanguinem, ante mundum deſtruere, pro quo ille prætioſus ſanguis fuſus fuit, quam cępiſſet prædicari Euangelium, & aliter videntur Prophetæ vaticinati.

2 Theſſ 2.
II. Ratio.
2. Tim. 4.
III Ratio. ab abſurdo.

Verus ſenſus huius loci traditur: Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduẽtu Domini, &c.

Quamobrem in his verbis alius quærẽdus eſt ſenſus. De reſurrectione enim piorum traditur doctrina, & myſterium aperitur. Reſurrectio enim omnium, quãtum ad carnem aſſumendã, vniuerſa erit; quantum verò ad plenitudinem gloriæ reſurrectio erit iuſtorũ tantùm: ac de iſta hoc loco eſt ſermo. Diſtinguunt enim ſacræ literæ reſurrectionem iuſtorum ab illa impiorũ, iuxta illud: *Quoniam non reſurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in concilio iuſtorum*, Et Chriſtus dixit: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in reſurrectionem iudicij.*

1 Cor. 15.
Qualis piorũ, qualis verò erit impiorum reſurrectio
Pſal. 1.
Ioan. 5.

Ordo reſurrectionis qualis erit ſecundum Apoſtolum.

Porrò reſurrectio hoc ordine conſtabit. Primò reſurgent ſancti reſurrectione perfecta ante inchoatũ iudicium, & cum Chriſto iudice, & B. Virgine inuenientur in aëre, vtpote qui dudum in hac mortali vita iudicium ſuum pertulerunt, quale & Chriſtus per fornacem tribulationum, & perſecutionem pertulit. Apparebunt ergo Sancti cum Chriſto in gloria, quaſi in aëre ad iudicandum, ſegregati tamen ab alijs qui relinquuntur ſub iudicio viuentes, ſcilicet communi vita gratiæ, de qua Dauid dixit: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum, ſed nos qui*

Sapien 3.
Eccli. 27.
De quibus dicatur, Non mortui laudabunt te Domine &c.
Pſal. 113.

viuimus,

viuimus, ſcilicet Deo per gratiam, quia ſequitur, Benedicimus Domino. Hi ſunt, inter quos ſe Apoſtolus præ humilitate & modeſtia collocat, & aſſerit hos non præuenturos Sanctos illos qui dormierūt: quoniam ipſe Dominus in iuſſu,& voce Archangeli, ſcilicet Michaelis, cœleſtis militiæ Principis, in tuba Dei (quę eſt ipſe) deſcendet de cœlo. *Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primo.* Hoc eſt, illi Sancti, qui peculiariter in Chriſto, & pro Chriſto mortui ſunt, qui non ſunt in iudicio ſiſtendi, ſed iudicaturi cum ipſo Domino: quod eſt dicere: Illi qui primi ſunt dignitate,& meritis, illi reſurgent, & habebūt ſtolam ſuam, inuenienturque cum illo in nubibus. Nec enim de cœlo cum corpore venient, ſed veniente Chriſto, continuò corpus ſuum aſſument, & dote reſurrectionis fulgebūt, & in aëre aſſiſtent illi, velut ſponſa ſponſo, ſuo, de quo Matth. 25. in parabola Virginum dicitur: Quæ exierunt obuiam ſponſo,& ſponſæ.

In cuius voce Archangeli, & in qua tuba Dominus Ieſus deſcendet de cęlo: qui item mortui in Chriſto reſurgent primi.

Apoc. 6.

Matth. 25.

Et ſubdit declarans alterum ordinem: *Deinde nos qui viuimus.* Qui vita gratię,& ſpe reſurrectionis ſuſtentamur, relicti tamen in illum Domini aduentum iudicandi, ac diſcernēdi ab iniuſtis: quod Dominus expreſſit, cùm d. it: Sicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et tunc ſimul cum illis prioribus ſanctis rapiemur in aëra. *Et ſic*, finito iudicio,& conſcenſo cœlo, *ſemper cum Domino erimus.* Ad glorificandum Deum per æterna ſeculorum ſecula.

Qui verè in hoc mundo viuant.

Ibidem.

Huius autem duplicis ordinis ſuſcitandorum meminit Apoſtolus in priori epiſtola ad Corinthios: *Sicut in Adam*, inquit, *omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Vnuſquiſq; autem in ſuo ordine: primitię Chriſtus; deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis. Vbi primo loco enumerat primitias Chriſtum. In quo non loquitur de Chriſto, qui tertio die à mortuis reſurrexit: ſed inſignibus & excellentibus Chriſti membris, quos Paulus primogenitos, & primitias vocat. Secundo loco enumerat eos, qui ſunt Chriſti in aduentu ipſius, id eſt eos, qui illo tempore per examē, & diſcuſſionem iudicij inuenientur ad Chriſtū ſpectare: nā priores non ſiſtuntur in Chriſti iudicio iudicandi, ſed venient cum eo iudicaturi, vt diximus. Deinde finis, id eſt, Erit huius ſtatus, & militiæ finis, non autem impij, & iniuſti, vt quidam volunt, quia loquitur de reſurrectione iuſtorum tantùm, quemadmodum in hac epiſtola. Hunc egregium ſenſum Patres veteres indicârunt. Nam Oecumenius ex Methodio

Duo ordines reſurgentiū ex Paulo. *1. Cor. 15.* Quomodo accipiēdum: Vnuſquiſq; autem in ſuo ordine, (ſcilicet reſurget) primitiæ Chriſtus.

Rom. 8.

Quid ſignificet: Deinde finis.

Oecum. c. 4.

hæc profert ſuper illud, *Nos qui viuimus, qui reſidui ſumus*, ita loquens: *Nō de ſeipſo hoc dicit. Neque enim vſq; ne ad id tempus corporaliter victurus erat, ſed ſuam perſonam verbi cauſa profert.*

Qui viuimus. Viuere dicit animas, dormire verò corpora. Nequaquam igitur anteuertent animæ, ſed primùm excitabuntur corpora, vt animæ illa reſumant: quas etiā relinqui dicit propter immortalitatem. Niſi enim de animabus locutus eſſet, nequaquam dixiſſet: *Nos qui viuimus, qui relinquimur*, cùm etiam moriturus eſſet. Ait ergo, Nos animæ viuentes nequaquam corpora anteuertemus in reſurrectione, ſed vnà cum ipſis reſurrectione fruemur. Ita habet D. Methodius lib. de reſurrect.

In cuius verbis hoc ſolùm diſcrimē inuenitur à dicta noſtra ſententia, quòd per viuentes non intelligit eos, qui gratia Dei viuūt, ſed animas immortales: quod quia cōmune eſt tam bonis, quam malis, habere ſcilicet animas immortales; idcircò interpretanda ſunt verba Methodij, vt per viuentes intelligat non tantùm immortales animas, ſed eas etiam, quæ longè ſunt à ſupplicijs damnatorum, quæ potiùs mortuæ, quàm viuentes appellandæ ſunt.

Viuētes, Domino qui occurrent ad iudiciū venienti, animos, illorum, ſcilicet, immortales, Methodium intelligere.

Idem Oecumenius in illud: *Quoniam ipſe Dominus: Cauſam*, inquit, *dicit, cur non ſint præuenturi eos qui prius mortui erant.* ¶ *In iuſſu, ſimul vt ipſe iuſſerit, & Archangelus vocem emiſerit, ac tuba ſonnerint, deſcendet. Iubet quippe Dominus, & voce edit Archangelus iuſſum Dominicum, ſonumq; emittunt cæteri ordines cœleſtes, quos figuratiuè tubas appellat, quemadmodùm etiam edere dicit: Sed Dominus quidem, veluti diximus, iubet, Archāgelus verò Dominicum iuſſum nunciat ſibi ſubditis: porrò hi adminiſtrant ipſum, & vſq; ad mūdi terminos intonāt: & mortui quotquot ſunt ex vniuerſo orbe, reſurgunt, ac congregantur.* Et infrà: *Siquidem vt quos acceperit, terra reddat in immortalitatem commutatos, id Chriſti præceptum efficit: vt autem qui ad poſtrema vſque mundi loca diſperſi ſunt, in vnum congregentur, Angeli perficiunt, iubente hoc Archangelo.* Rurſus inferius ſubiungit: *Tubas autem vocat Angelicas poteſtates, quòd quemadmodùm tuba nihil quod ſuū eſt intonat, ſed quod cunque artifex inſufflauerit: ita & Dei tubæ nihil proprium ſonare præſumunt, ſed quicquid cōmunis Dominus ac conditor per Archangelum eis præceperit.* Poſtremò Photius in illud: *Semper cum Domino erimus*, hoc pulchrè, & doctè annotauit: *Animaduertes autem, quod reſurrectionem deſcribens, nullā fecit apertè mentionem eorum, qui ad ſupplicium, & vltionem reſurgunt. Id autem ob tres, vt opinor, cauſas facit. Primum quidem, quod vt Theſſalonicenſes conſolatur,*

Oecum. ibid.

Quid Angeli Chriſto miniſtrabunt in opere reſurrectionis iuſtorum.

Matth 24.

Angeli cur tubę dicātur.

Photius apud eund. Oecum.

Quare Apoſtolus de reſurrectione loquens, nullam de dam-

…natis reſurgẽtibus fecerit mentionem. II. Ratio Photij. Matth. 8. Iſaiæ 13. … 22. … vlt. Marc. 9. Secunda.

ſoletur, reſurrectionis meminit: Nolo enim vos ignorare, ait, de his qui obdormierunt, ne mœreatis. Non ergo eum qui conſolationem erat allaturus, triſtia permiſcere oportuit. Qualis enim fuiſſet conſolatio, ſupplicium, & vltio perpetua, tenebræ, vermes, & ignis? Itaque ſi ita ſcripſiſſet, mœrorem potius intendiſſet, & nulla ex parte animabus eorum conſolationem attuliſſet. Secundò autem, quia fidelibus reſurrectionem exponebat. Meritò ergo eorum non meminit, qui ſunt in ſupplicium abducendi. Fideles namq́ue, qui iuxta Dominica conuerſantur præcepta, nullius pœnæ capient experientiam, ſed in perpetuo gaudio, ac lætitia degent. Tertiò verò, quia ipſum reſurrectionis myſterium, & propter quid facta ſit, pariter nunc exponit. Etenim reſurrectionem facit Deus ad ſalutem omnium hominum, & immortalitatem, ac inenarrabilem gloriã: æternorumq́ue fruitionem bonorum. Siquidem ſupplicium diabolo, & angelis eius, quemadmodum etiam dicit in Euangelio, præparauit. Quòd ſi quidam ſua nequitia, pro præparatis ſibi bonis ea quæ diabolo ſunt præparata, eligunt, id non fit iuxta Dominicã benignitatem, & prouidentiam. Idcircò D. Paulus ipſam reſurrectionis naturam referens, & propter quid ipſam Deus producat, meritò eorum non meminit, qui in ſupplicium abducuntur: neque enim fit propter ſupplicium, ſed propter mercedis retributionem. Hæc ille.

III & poſtrema. Matth. 25. Reſurrectio quæ ad finẽ fuerat tantùm à Domino inſtituta.

Scripturæ aduentum Domini ad iudicium qualẽ inducant.

Deſcribi ſolet autem aduentus Domini in Scripturis, quaſi Rex aliquis deſcendat in prælium ad debellandum rebelles, & liberandum ſuos, quos captiuos detinẽt hoſtes, & ad illos exaltãdos. Vnde hic Archãgelum nominat quaſi ducẽ exercitus Angelorum, & de quo: *Michaël, & angeli eius præliabantur cum dracone*; & tubam, quæ eſt belli nuntiatrix. Theodoritus ait: *Si in monte Sina, cùm editus eſſet ſonus ijs qui aderant commoderatus, non tulit populus ingentem terrorem, ſed dixit magno Moyſi: Loquere tu nobis, & non loquatur Deus nobiſcum, vt non moriamur: quis feret vocem quæ tunc reſonabit?* Hæc ille. De qua etiam tuba alibi: *In momento*, inquit, *in ictu oculi, in nouiſſima tuba.* Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.

B. Theod. hoc loco, p. 2. Exod. 20. 1. Cor. 15.

Proponit etiam iuſſum, & imperium Chriſti, quod Græcè dicitur κέλευσμα, quæ vox eſt hortamen quoddam, præſertim apud nautas vſitatum, vt vno veluti cõcentu remos adducant: quod ad celebritatem & magnificentiam, aduentus Domini facit. Præcedet etiam ſignum, ſiue vexillum Filij hominis ante eum. Denique proponit ſedem & gloriam diuinæ Maieſtatis veniẽtis ad nos iudicandos.

Matth. 24.

… futuræ reſurrectionis … iuſtorum …, quantaq́; ſit conſolatio.

Ad poſtrema verba: *Itaq́ue, conſolamini inuicem in verbis iſtis.* Nulla maior conſolatio eſſe poteſt in hac miſera vita, quàm quæ de futuræ reſurrectionis ſpe percipitur: quam qui non credunt, vel non ſentiunt, miſerabiliores ſunt omnibus hominibus. Qui verò credunt, & per exercitium bonorum operum certiorem ſibi ſalutem aſſiduè facere contendunt, facilè omnia huius mundi bona contemnunt, & illa conculcant, vt illam vnicam conſequantur. Docet ergo, non eſſe triſtitia macerandos Theſſalonicenſes, & non tantũ Theſſalonicenſes, ſed in illis nos omnes: quia viuentes non præuenient eos qui mortui ſunt pro Chriſto, aut tempore, aut dignitate, vt putabant: ſed contra præueniendi erant à iuſtis, & ſanctis: quãquam quod ad tempus attinet, omnes in eodem temporis momento, non tantùm boni, & ſancti, ſed etiam impij, & damnati reſurgent. Hieronymus tamen in epiſtola ad Minerium, & Alexandrum, tradit, Diodorum, Apollinarium, & Origenem volum. 3. Exigimaticton interpretatos eſſe Viuẽtes, & reſiduos in aduentu Domini eſſe iuſtos, vt Paulum, Syluanum, Timotheum. Athanaſius quoq; lib. Quæſtionum tenet, aliquos in iudicio viuos reperiendos, vt & alij multi, vt Hieronymus, Chryſoſtomus, & Epiphanius, qui quidem duos ordines reſurgentium ponit; alterum viuẽtium, qui reperientur in aëre, alterum mortuorum. ¶ Sed tamen ſenſus a nobis aſſignatus videtur meritò cæteris anteferendus, quia conſonus eſt Apoſtolicæ doctrinæ, 1. Corint. 11. & Patribus veteribus conformis, atq; adeò ipſi rationi; & ſoluit quæ in oppoſitum obijci poſſent, & ſeruat dogma illud de morte generali in omnes homines; ita vt nullus illam euadat. Et de his hactenus.

1. Cor. 15. 2. Pet. 2.

Alter ſenſus Græcorum producitur & expenditur: Qui ſcilicet ſint viuentes & reſidui in aduentu Domini. Hier. in epiſt. 152. circa med. tom. 3. B. Atha. q. 149. tom. 4. Hieron. ibid. à med. Chryſ. hom. 8. non procul à princ. Epiph. in hæreſin 64. ſub fin.

DISPVTATIO V.

In illa verba Cap. 5. *De temporibus autem, & momentis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſi enim diligenter:* & reliqua vſque in finem capitis.

I dubiũ, II. ac III.

DVBITATVR primo loco de ſcopo, in quem tendat Apoſtolus. Deinde quæ ſint tempora iſta & momenta, de quibus in principio hic ait. Tertiò, quid eſt dies Domini ſicut fur in nocte, cum ſemper dies vocetur in Scripturis, & non nox, & ſcriptum ſit: *Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit.* Similiter quid eſt dicere: *Sicut dolor in vtero habentis*, cùm is qui venturus eſt, doloris ſit incapax, & illi, pro quibus eſt venturus, lætari habeant, ſecũdùm illud: *Reſpicite, & leuate capita veſtra;*

Pſalm. 49. Luc. 21.

Quartum.

quoniam appropinquat redemptio veſtra. Quar-
tò dubitatur, cur hortetur Theſſalonicen-
ſes, vt ſint non in tenebris, ſed in luce, &
quare tãtùm armat eos lorica, & galea, cum
in epiſtola ad Ephesios quatuor alia gene-

Quintum.

ra armorũ requirat. Quintò, quid eſt dice-
re, *Qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij*
ſunt, nocte ebrij ſunt? conſtat enim multos in-

Sextum.
Epheſ vlt.

terdiu inebriari. Sextò, quid rogare Theſ-
ſalonicenſes, vt agnoſcant eos qui pręſunt,
& qui eos monent, vt habeantur abundan-

Septimum.

tius in charitate. Septimò, quæ sũt illa præ-
cepta quatuordecim, de quibus: *Pacem ha-*
bete cum eis, corripite inquietos, conſolamini pu-
ſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad
omnes, & ne quis malum pro malo alicui reddat:
& illa alia quæ ſequuntur: *Semper gaudete,*
ſine intermiſſione orate: In omnibus gratias agi-
te: Spiritum nolite extinguere, Prophetias nolite
ſpernere; Omnia probate: quod bonum eſt tenete.
Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Om̃ia enim
hæc præcepta ſuas peculiares habent diffi-

Octauum dubium.

cultates. Octauò, quare Apoſtolus homi-
nem ſecat in tres partes, hoc eſt in corpus,

Nonum.

animam, & ſpiritum. Nonò, quare adiurat
Theſſalonicenſes, vt epiſtola hæc omnibus
legatur: quia videtur ſuperfluum, cùm epi-
ſtola ad eos deſtinata eſſet: an fortè inuide-
bat Eccleſia Theſſalonicenſis laicis com-
municare Scripturas, vt hæretici obiectãt?
& propterea occurrit Paulus, vt omnibus
communicaretur.

I. dubit. ſolu. De ſenſu Apoſtolici contextus.

Ad primum, deſcripſerat Apoſtolus
præcedẽti capite qualitatem aduentus glo-
rioſi Chriſti ſupremi iudicis ad iudicium:
agit iam de tempore ipſius aduentus, quod
myſterium eſt in Scripturis occultiſſimũ,
& fugit omnium hominum intelligẽtiam,

Matth. 24.

& ratiocinationes. Nam eius cognitionem
ſibi ſoli Deus Pater ſeruauerat, & non tan-
tùm mentibus Angelicis, ſed etiam ipſi Fi-
lio hominis voluit eſſe ignotum.

II. ſol. quæſt. Quid tẽpora & momenta ſint Apoſtolo.

Secundum dubium ſoluendum. Tem-
pora, & momenta, quæ Græcè χρόνος, &
καιρὸς dicuntur, longè inter ſe differunt. Et
quanquam interdum confundantur, pri-
mum vocabulum tempus ipſum propriè
denotat, alterum verò temporis occaſio-
nem, & oportunitatem, articulũ, ſiue mo-

Actor. 1.

mẽtum temporis. Cùm verò ſimul ponun-
tur, ſemper diſtinguuntur, vt hic, & Act. 1.
Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta: &

Eccleſ. 8.

apud Salomonem: *Omni negotio tempus eſt &*
opportunitas. Decreuit enim Deus mittere

Galat. 4.

ad nos Filium ſuum, ſed tandem diſtulit,
donec obſeruaret idonea tempora, atque
momẽta eum mittendi. Voluit Iudæis ter-

Geneſ. 15.

ram Chanaam donare: ſed in certum tem-
pus reiecit, quãdo ſcilicet, completæ eſſent
iniquitates Amorrhæorum, qui terras illas
incolebant. Deniq; ſtatuerat Filium ſuum
ad iudicandum vniuerſos homines mitte-
re: voluit pariter ad eius aduentum expe-
ctare certas temporis opportunas qualita-
tes, quas ille pro ſua ſapientia conſtituit ad
illuſtrandam gloriam ſui, & Filij ſui.

Solutio III. quæſtionis. Quid dies Domini ſicut fur in nocte.

Ad tertium, circa illud: *Ipſi enim diligen-*
ter, ſiue exactè ſcitis, quia dies Domini (ſcilicet
comprehendet vniuerſos impios) *ſicut fur*
in nocte (quãdo homines profundiori ſom-
no vacare ſolent) *ita veniet*, ſcilicet, repen-
tinus, improuiſus, & præter omnem expe-

1. Pet. 3.
Geneſ. 6.

ctationem. Imò vt etiam Princeps Apoſto-
lorum teſtatur: ſicut in diebus Noë cùm
fabricaretur arca, cùm pacem ſecuram, &
ſtabilitam ſibi conceſſam putabant vitioſi
homines, tunc potiſſimùm inuadentur.

Nobis cur Deus vt mortis, ita & iudicij diem occultauerit.

Et ſubdit: *Cũ enim dixerint, Pax* (de præ-
ſenti bono) *& ſecuritas* (de futuro) *tunc re-*
pentinus eis veniet interitus. Et vt dies obitus
cuique eſt ignotus, in quo veniet Domi-
nus ad ſingulos; ita incertus eſt ille dies, in
quo ad omnes venturus eſt. Et hoc voluit
magno noſtro bono, vt ſemper, ſcilicet, eſ-

Actor. 1.

ſemus parati. Ita enim prædixit Act. 1. *Vos*
autẽ baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt mul-
tos hos dies: nec tamen certum diem ſigna-
uit, vt ſemper eſſent parati ad illum ſuſci-

Num. 9.

piendum. Num. quoque 9. *Erant filij Iſraël*
in excubijs Domini, vt contemplarentur motum
columnæ ignis & nubis, ad cuius motum ipſi quo-
que proficiſcebantur.

Dies Domini quare ſicut fur in nocte.

Nec obſtat quòd in Scripturis dies iu-
dicij futurus noctu prænuncietur, vt oſten-
dit hæc ſimilitudo de fure in nocte, & pa-
rabola de decem Virginibus, in qua dici-

Matth. 25.

tur: *Media autem nocte clamor factus eſt, &c.*
Quia reuera dies erit, & clariſſima, in qua

Pſalm. 49.

Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & nõ
ſilebit. Sed quantum ſpectat ad eos qui iu-
dicandi ſunt, homines pigros, & ſomno-

Eccleſ. 8.

lentos, & qui minimè cogitant ea quę Do-
minus præcepit ſemper cogitare, & qui in
medio die ſtertere ſolent, rectę dicitur nox
profunda, in qua ſomno vacamus, & ſter-
timus.

Ad quid mulieris in vtero habentis exemplum inducat Apoſtolus.

Altera ſimilitudo, & quidem apta, duci-
tur à prægnante muliere, & hæc non da-
tur ad ſignificandum aduentum Domini,
ſicut illa de fure in nocte, ſed ad deſignan-
dam ſomnolentiam eorum, quos compre-
hendet illa vltima dies. Solet enim mulie-
rem prægnantem dolor partus occupare

Ierem. 6.
Infrà 49.
Oſeæ 13.
II. ratio productæ ſimilitudinis

ante diem expectatum. Quæ quidem me-
taphora Prophetis frequenter occurrit, vt
Ierem. 6. & 49. Oſeæ 13. Et certè nullũ ma-
lum eſt, quod magis repentè ingruat, & a-
crius vrgeat, quàm dolor partus. Deinde

mulier

Improuidi peccatores à Domino cōprehenſi, cur non effugiēt.
B. Ambr. hoc loco.

mulier prægnans doloris materiam intus in vtero geſtat abſque ſenſu, donec inter epulas, vel riſus, vel in ſomno corripiatur: Ita impij tam citò interibunt, quàm dolor partus mulieres in partu corripit. *Et non effugient*, inquit, Quia impij omninò peribunt. Ambroſius legit: Quemadmodùm dolor partus prægnanti, & non effugient. Nouit enim mulier ſe omninò parituram, ſed qua die, aut qua hora, & an filium, an filiam, prorſus ignorat, ſed oppreſſa doloribus, nullum vitandi dolores locum reperire poteſt, quos ſecum comites & inſeparabiles adducit.

Contra curioſos, & vanos diei Domini coniectores, ac ratiocinatores.

Quo in loco de duobus admonemur: altero, poſtquam illud de incerta mortis, & iudicij die à Chriſto primum tam apertè, deinde & ab Apoſtolo eſt inculcatum; adhuc tamen eſſe aliquos tam ſuperbo, & curioſo ingenio natos, vt in hoc arcano inquirendo ſeſe, & alios fruſtra fatigent, & ſuo conatu oſtendant ſe Chriſtum, & Apoſtolos mendaces efficere, qui ab huius rei inquiſitione nos auocarunt, propterea quod Deus illam ſibi ſoli ſeruauerit. Alterum eſt, permultos non intelligere, maximas vtilitates nobis oriri ex huius rei ignoratione. Primò, quia qui poſtremum ſciret hunc diem, nulla illi virtutis eſſet cura, ſed innumera perpetrando malo, extremo ſpiritu ad baptiſmū accederet. Deinde multa peccata metus mortis, & aduentus Chriſti ad iudicium incertus nobis adimit: in quæ tamē prolaberetur, qui notum haberet ſuum ac mundi finē. Tertiò, nec ob id ſancti pręmium haberent, quòd ſe ipſos in certa pręcipitarent pericula.

Matth. 24.
Diei Domini ignoratio triplicem quam adferat vtilitatem.

Ad illud: Quomodò incertus ad iudicium Domini aduentus, cuius Elias, Henoch & Antichriſtus certi futuri ſunt præcurſores.

Quòd ſi dicas, aduentum Chriſti anteuertendum ab Helia, & Henoch, & Antichriſto: reſpondemus, verum eſſe: ſed quis illos, dum venient, agnoſcet, ſi Chriſtum tanta doctrina, tanta vitæ ſanctitate, & miraculis præditum homines non agnouerunt? Nihil etiam conſtat, quantum ab eorum aduentu diſtet dies Domini. Atque hæc omnia eò dicta ſunt, quod ſuus cuique dies ignotus atque incertus ſit.

Ad IV. dub. De cauſa huius exhortationis: Vos autē fratres nō eſtis in tenebris, & quę ſequuntur.

Sed quoniam hic ſermo terroris materiam porrigere videbatur: idcirco ſtatim ad vigilādum eos inuitat, & conſolatur eos ſimul, ac terret, cùm ait quod quarto loco propoſitum fuit: *Vos autem fratres non eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei: nō ſumus noctis, neque tenebrarum.* Vos quidē per fidem, & baptiſmum filij eſtis lucis Chriſti, & diei gratiæ, quem Sol iuſtitiæ Chriſtus nobis, vt in eo ambulemus, & non offendamus fecit. Et concludit eſſe vigilandum, non autem dormiēdum per infidelitatem, aut negligentiam, aut deſperationem æternæ vitæ: his enim vitijs, & peccatis in denſiſſimis verſamur tenebris.

Ad V. dubiū. De ſenſu huius dicti: Qui dormiūt, nocte dormiūt & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.

Et ſoluendum eſt quinto loco propoſitum: *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.* Obſeruant namque hoc filij huius ſeculi, vt ad eorum prudentiam, tempus nocturnum eligant crapulæ, & ebrietati, & luxuriæ aptum & accommodum: nos autē qui diei filij ſumus, & in magna luce Euangelij verſamur, ſobrios eſſe oportet, quo hoſtes, & fures nos inuadentes propulſemus, iuxta illud; Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Et licèt multi interdum die dormiāt, & inebrientur; magis tamē in tenebris ſunt, quam in luce, turpitudinē ſuam, & interitū imminentem non agnoſcētes. Senſus ergo eſt: Qui dormiūt, & ebrij ſunt, nocte dormiunt, & inebriantur propter laborem diei. Apud nos autem Chriſtianos nulla nox eſt, ſed oēs ſumus filij lucis, & diei: idcò ſobriè & vigilantes debemus eſſe Chriſtiani, quamobrem nō decent nos opera noctis, & tenebrarum, ſed opera diei, & lucis, de quibus Apoſtolus alio loco dixit: *Sicut in die honeſtè ambulemus.*

1. Pet. 5.

Die dormiētes, quēadmodum in tenebris ſint.

Sobrij cur debeant eſſe Chriſtiani, teſte Apoſtolo.

Rom. 13.

Subiungit: *Induti loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.* Sobrietatem dixit eſſe neceſſariam ad vigilandum, & ad hoſtes, & ad fures nos inuadentes propulſandos: addit iam arma defenſiua, quibus muniti perſiſtere debeamus, *Induti*, inquit, *loricam fidei, & charitatis, & galeam ſpem ſalutis*: quæ quomodò intelligenda ſint, diximus, cùm explicaremus cap. 6. ad Epheſ. Et certè funicul' hic triplex, fidei, ſpei, & charitatis, difficilè rumpitur. Simus igitur thoricati, & galeati: lorica quidem, ſiue thorace, nō ęris, aut argenti, & fiduciæ erga Deū, & charitatis, quæ nūquam excidit, ſed pleniſſima omnib. officijs, alios demereri cōtendit. Debemus etiam eſſe galeati, nō galea criſtata, & quæ flammas enomendo terreat hoſtes, quales fuiſſe feruntur Achillis & Æneæ, & aliorum heroum: cæterum in his paucis cætera armorū genera ſunt ſubintelligēda, vt cingulum, ſiue balteus, ſcutum, gladius, ſpiritus, & calciatio pedum. Sunt enim quædam ignea tela diaboli, quæ ad cor perueniunt, vt de prouidentia Dei, quaſi noſtra nō curet, quibus patientiæ exemplar ipſum Iob diabolus per amicos adoriri tentauit. Sed his reſiſtendum eſt lorica fidei, quę in obſequium Chriſti captiuat intellectum noſtrum. Sūt & in charitatem fraternā impetus, qui hominem ad vlciſcē-

Eccleſ. 4.
Induti loricā fidei, & charitatis, & galeam ſalutis vt erimus.
1. Cor. 13.

Loricæ ſolius & galeæ, non aliorum, vt alibi cur meminerit Apoſtolus.
Epheſ. 6.

Iob. 12.

1. Pet. 5.
2. Cor. 10.

dum ſtimulant, & ad detrahendum, ac maledicendum, & ad iniurias vel inferendas, vel referendas. Sed his occurrendum eſt lorica charitatis, quæ patiens eſt, benigna eſt, nõ ęmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, nõ cogitat malum. Sũt prætereà ictus, quibus caput noſtrum, hoc eſt mens, & ſpes in Deo poſita petitur, & homo facilè ſuccumberet, niſi eſſet præſto galea, quæ eſt ſpes certa ſalutis. Et ſubdit: *Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Ratio ſiquidem, cur debeamus in hac virtutum omnium luce ambulare, eſt, quoniam nos fide illuſtrati, & baptiſmo tincti, non ij ſumus, in quos velit Deus irę, vel vltionis ſuę teſtimonium maniſeſtare, vt fecit in Pharaone, & Ægyptijs, & reprobis omnibus, quos Deus vt nauſeam facientes, euomit tanquam corruptos humores, vt Scriptura de quibuſdam loquitur. ¶ Et iræ opponit acquiſitionem ſalutis, id eſt electos, quos peculiariter acquiſiuit Chriſtus in vaſa miſericordiæ, & ſalutis, in quæ poſiti ſumus. *Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum.* Mediatorem & redemptorem: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul viuamus cum illo, & ſub illo capite Chriſto, & per hanc gratiæ vitam, perueniamus ad illam quæ eſt in gloria.

Charitatis virtutes. *1 Cor 13.*

Fideles cur debeant in luce ambulare.

Exod. 6.

Leuit. 10. Apoc. 3.

In quam acquiſitionem ſalutis poſiti ſimus à Deo. *Rom. 9.*

Notat hoc loco OEcumenius, aliter hic accipi vigilare, & dormire, quàm ſuperiùs: nã ibi vigilat qui fide ſtat, dormit infidelis; hic verò vigilare, &, dormire, non opponuntur, ſed vigilat qui viuit: dormit, qui moritur in Domino. Et firmatur hoc autoritate Apoſtoli, qui ad Romanos: *Nemo,* inquit, *noſtrum ſibi viuit; & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur: ſiue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus.*

Oecum. c. 6. Illud: Vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus, ſimul cum Chriſto viuam⁹, quomodo accipiendum ſit. *Rom. 14.*

Alioqui ſenſus horum verborum eſſet, quòd ſiue vigilemus, id eſt, viuamus; ſiue dormiamus, id eſt, moriamur, malè & negligenter agendo, ſub Domino viuamus, quod eſt impoſſibile. Vel dicere poſſumus, vigiliam, & dormitionem corporaliter accipiendam, in quibus quæ agimus, vel patimur, ſiue vigilando, ſiue dormiendo, ſimul cum illo viuamus. Ita etiam accepit has voces Eccleſia, cũ orat: Salua nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes. Vnde concludit: *Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum; ſicut & facitis.* Quia enim non poſſunt præceptores ſingulos, & de ſingulis admonere; permittit ijs, qui inter illos idonei ſunt, vt ſe mutuo exhortentur, & doctrina ædificent.

Alter ſenſus.

Ad ſextum dubium quod erat: *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos.* Quoniam in illa congregatione rectè diſpoſita erant ſuperiores, atq; ſubditi, ne ob verba præcedentia, nẽpe Conſolamini, ſiue exhortamini inuicem, præceptores ipſorum remouiſſe videretur; protinus mentionem facit ſuperiorum, quos vult agnoſci ab inferioribus notitia dilectionis, reuerentiæ, & ſubſidij temporalis. *Qui laborant,* inquit, *inter vos, & præſunt vobis in Domino.* Id eſt, enim prælatum agnoſcere. Vnde etiam vulgo dicitur: Hic non eſt benè cognitus, id eſt, Non eſt benè pro merito ſuo tractatus, aut de labore ſuo iuſtè remuneratus. Et ſanctum munus eſt non tantùm præeſſe, ſed præeſſe in Domino; quibus vult Apoſtolus maiorẽ honorem haberi, vt alibi dixit: *Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.*

Diluitur ſexta dubitatio. Quare iubeat Apoſtolus Theſſalonicenſes, vt habeant præpoſitos ſuos abũdantiùs in charitate.

Præpoſiti noſtri quomodo agnoſcantur.

1. Tim. 5.

Vt habeatis illos abũdantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis. Græcus codex ad literam habet: Vt habeatis eos in ſummo pretio per charitatem propter opus eorum: qui pro veſtra ſalute incumbunt tãquam rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant: non gementes, vt alibi dixit. Et qui hodie à ſuis exigunt ſummum honorem, & obedientiam, curent & ipſi præſtare ſubditis opus illis debitum, hoc eſt ſuperintendentiam, de quo dixit Apoſtolus: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Et comprehendit laborem prædicandi, bonæ, & ſanctæ vitæ exemplum, orationes, & ſacrificia, & alia ſubſidia, & adiumenta, quibus eorum ſalutem permoueant, & nõ tantùm propter titulum, qui alioqui vanus eſſe ſolet, ſed etiam propter operas ſuas mercedem accipiant.

Eos qui præſunt, vt habeamus abũdantius in charitate. *Hebr. 13.*

1. Tim. 3.

Octauò, explicanda ſunt illa præcepta multiplicia & minuta, quorũ primum eſt, *Pacem habete cum eis,* ſiue cum ipſis, ſcilicet, ſuperioribus, & præpoſitis. Nouerat eſſe odia paſtori cum ouibus, & veritatem odiũ parere. Quare qui litem ſuperiori ſuo intẽdit, magnum ſubit diſcrimen, & durum eſt ei contra ſtimulũ calcitrare. Prudentius eſſet, & fidelius conſilium, vt qui deſiderat Pręlato imperare, eidem obtemperet & pareat, & laudem habebit ex illo: nec hoc durum eſt Chriſtiano cogitãti, quod in Pręlato ſuo Chriſtum agnoſcit, & colit. Ambroſius legit: *Pacem habete inter vos:* quæ lectio bona eſt, & in eundem recidit ſenſum. Secundum præceptum ſpectat ad Prælatos: *Corripite inquietos.* Hoc eſt inordinatos: nã eorum munus eſt, vt omnia tranquillo, &

Ad octauum dubium. De præceptis Apoſtoli ſubiunctis, cum quibus pacẽ habere debeamus. *Ter. in Andr. Act. 1. Scen. 1. Actor 9.*

Ambr. hoc loco, tom 5.

Inquieti, à quibus, & quomodo corripiendi.

quieto

quieto ordine gerantur inter eos, qui ſunt vnius corporis Chriſti membra. Sũt autem inordinati, qui nec in ſe ipſis perſiſtere valent, nec alios quieto animo viuere patiuntur, ſemper aliquid ſuſcitãtes quod pacem interturbet.

Quinam puſillanimes conſolandi.

Tertium: *Conſolamini puſillanimes.* Qui quaſi deſperant poſſe ſe proficere, ob ſummam perfectionem eorũ, quæ à nobis exiguntur: præſertim cùm adhuc ſæuirẽt perſecutiones in ipſius Eccleſiæ fundamentis iaciendis, quo tempore acriùs fuit ſudandum: vſque adeò, vt Apoſtolus quodam loco aſſerat ſe vſque adeò vexatum, vt tæderet eum viuere, & in alio ſe relictum conqueritur.

2.Cor.1. 2.Tim.4.

Infirmi qui nobis ſuſcipiendi. Eſai. 42. Matth 12. Rom.14. per totum caput. Infrà 15.

Quartũ: *Suſcipite infirmos.* Id eſt eos, qui interdum tentationibus franguntur: nam tales ſubleuandi ſunt, quia Chriſtus (vt Eſaias prædixerat) arundinem quaſſatam nõ confringit, & lignum fumigans non extinguit. Idem Apoſtolus Rom.14. & 15. multa præcipit de imperfectis huiuſmodi ſubleuandis.

Vt ſimus patientes ad omnes.

Quintum: *Patientes* (ſiue vt Græcè dicitur, longanimes) *eſtote ad omnes.* Id eſt: Non prompti ad extrudendos delinquentes, vbi non fuerit prouidentia; nec ad accumulanda peccata per ſolam coniecturam. Ita enim Deus noſter patiens, & longanimis, & multũ miſericors. Et, ad omnes, ait, non ad vnũ quidem ſic, ad alium verò non: quia eſſet vitiũ acceptionis perſonarũ in eadem cauſa quoſdam amplecti, quoſdã reijcere.

Pſalm.102. Nahum. 9.

Quid: Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat. Exod. 21. Matth. 5. 1.Pet. 2. Prouerb. 25.

Sextum: *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.* Id eſt: Nolite eſſe amplius imperfectæ legis diſcipuli, vbi oculus pro oculo, & dens pro dente reddebatur, ſed eſtote Chriſti imitatores, qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius: vt ſcilicet, his beneficijs conuictus, ad Deum communem Dominum conuertatur. ¶ Et huic præcepto præmiſit, *Videte*: quia mille modis perſuademus nobis, vel dæmon inducit, malum non eſſe, malum pro malo reddere. Eſtque hoc frenum humanæ naturæ in cõtrarium ponendum, maximè in recipiendis iniurijs ab his, de quibus benè meriti ſumus.

Rom.12.

Expenditur Pauli verbũ: Videte ne quis malum, &c.

Quomodo ſemper gaudendum.

Septimum eſt præceptum: *Semper gaudete.* Intellige in Domino. Et ſolùm peccatum vitandum eſt, quia ſolùm eſt materia triſtitię & mœroris: aut etiam aliquid præclarum pro Deo, aut proximo alacriter operandum.

Orandum cur nobis ſine intermiſſione, gratiæ itẽ in quibus agendæ.

Octauum: *Sine intermiſſione orate.* Quia Deus ſine intermiſſione dat audientiam; neceſſitates inceſſanter vrgent; Chriſtus, & Eccleſia perpetuò pro nobis orant.

Nonum: *In omnibus gratias agite* Id eſt, tã in aduerſis, quàm in proſperis; tam in penuria, quàm in abundantia; ægri iuxta atq; ſani; iniuria perinde affecti, atque honore. Et ſubiungit, hãc eſſe voluntatem Dei per Chriſtum, vt ſcilicet, grati ſitis. Baſilius etiam in illa tria verba Apoſtoli: *Semper gaudete, ſine intermiſſione orate: in omnibus gratias agite*, elegantem edidit homiliam, de gratiarum actione inſcriptam.

Baſil. Mag. hom.4.to.1.

Vti Spiritum extinguamꝰ, quare, & quis ſpiritus ille nobis minimè extinguendus.

Decimum: *Spiritum nolite extinguere.* Quia præſens vita in tenebris perageretur, proſpexit nobis Deus pro ſua bonitate & ſapientia de lucerna Spiritus ſancti, quæ mentem noſtram illuminaret per gratiam ſuam, quàm extinguimus, quemadmodũ fecerunt quinque virgines fatuæ, reddimuſque inefficacem per impuram vitam, & benignitatis expertem, vel feruorem ſpiritualem ad opera ſpiritualia; ideò mandat non extingui. Vel quia dicitur τὸ Πνεῦμα, ſignificat Dei afflatum, ac numen in cordibus noſtris effulgens: vel quia plurimi inter eos pollebant ſpiritu prophetiæ, aderant etiam pſeudoprophetæ, ſed ignotum erat quis eſſet verus propheta ante rei prædictæ euentum, præcipit ne Spiritum extinguant, hoc eſt ne à quoquam Dei Spiritum eripiant, aut eum loqui amplius impediant, dũ non conſtet quis ſit verus propheta, & quis non.

Spiritũ cum articulo Scripturæ quem deſignare ſoleant. B. Athan ſub init. epiſ. to.1.

Athanaſius in epiſtola ad Serapionem de Spiritu ſancto ponderat, quòd vbi ponitur Spiritus cum articulo (τὸ Πνεῦμα) Spiritum ſanctum denotat, aut per notas alias adiectas. *Quæ forma,* inquit, *verborum vti voluit (Apoſtolus) quia & ipſi ſciebant quem Spiritum accepiſſent, ne Spiritum qui gratiam in eis accendebat, extinguerent.* Hæc ille hunc locum expendens.

Prophetias quas ſpernere non debemus.

Et ex ſequentibus hic ſenſus corroboratur: Prophetias nolite ſpernere: quod eſt vndecimum præceptum. Vbi non loquitur de prophetijs Eſaiæ, aut Ieremiæ, aut B. Ioãnis Euangeliſtæ in Apocalypſi: quia illæ non ſolùm non ſunt aſpernandæ, ſed amplectendæ vt veræ, & ſalutares, & ab Spiritu ſancto profectæ, etiamſi ad multa in illis recondita myſteria vix perueniamus; ſed de alijs prophetijs, ad quas acceptandas non aſtringit. Et hoc conſuluit, ne occaſione pſeudoprophetarum veras, & à Deo profectas aſpernemur.

Altera ſentẽtia probabilior.

Eſt alius, meo iudicio, elegantior ſenſus, vt prophetia accipiatur pro interpretatione Scripturæ, de qua Spiritus ſanctus:

Prouerb.29. 2.Pet.1.

Cùm prophetia, inquit, *defecerit, diſsipabitur populus*; & Petrus: *Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia propria interpretatione non fit*, id eſt, proprio, & humano ſenſu, ſed diuino, vt ipſe declarat inferiùs. Et tales prophetæ ſunt propriæ Noui Teſtamenti, de quibus 1.Corint.12.& 14. Erant eo tempore Prophetæ, qui Scripturas explanabant, & de ſacris literis arcana ad corroborādam Fidem reſerabant. Et cùm ſoleāt eſſe multiplices, & variæ, & nunc literales, nunc myſticæ, & tam literales, quàm myſticæ, diuerſæ, & variæ: hinc fieri ſolet, vt homines quaſdam auerſentur, & impugnent, alias amplectantur, & propugnent. Quare hortatur ne faciles ſint ad ſpernendas prophetias. Spiritus enim humanus, quia ſuperbus, facilè reijcit quæ non capit, aut ſibi non quadrant. Ideò ſi non canonica prophetia, & non potes eam accommodare ad credendum; illud ſaltem à te ipſo interpretari ſtude, vt non ſpernas. Omnis ſiquidem interpretatio, quæ pro ſcopo habet, ædificare charitatem Dei, & Proximi, bona eſt, & minimè reijcienda, teſte Auguſtino. Deinde omnis illa interpretatio, quæ Vetus cum Nouo Teſtamento conciliat; vera eſt interpretatio, teſte vtroque Clemente, & Romano, & Alexandrino. Adhæc ille ſenſus, quem Eccleſia per Concilia vniuerſalia, vel per definitiones Romanorū Pontificum, vel per conſenſum veterum Patrum, vel per praxim, & conſuetudinem ſuam explicauit; verus eſt, & legitimus, ac minimè reijciendus à quoquam Catholico. Nam ita factum eſt, vt magnam partem expoſitionum, quas antiqui Patres à Deo per orationem, vel reuelationem, aut alio quocunq; modo acceperunt, retineamus, & ſartas tectas ſeruemus.

Prophetiæ cur minimè ſpernendæ.

Interpretationes Scripturæ quę bonæ, atque recipiendæ.

Aug lib.1. de doct. Chriſt c. 36. to. 3. inst. Cle. Rom. lib.1. Diatax. c.3. Clem. Alex. lib.1. ſtrom. circa med. & alibi. tom. 2.

Vnde illæ manauerint.

Quicunque verò nouos ſenſus affingit toti Eccleſiæ ignotos, cōtra ſenſum, & traditionem Eccleſiæ, vt ſunt omnes noſtri ſeculi Hæreticorum proprij, & ab ipſis excogitati, meritò vt ſuſpecti de fide reijciēdi ſunt, & tanquam à facie colubri declinandi. Rurſus immodica quorundam curioſitas feneſtram pſeudoprophetis aperuit. Nam ex Scripturis conati ſunt reſcrare, qui euentus futuri eſſent bellorum; & quæ gentes alijs dominaturæ, in gratiam Principum, aut ad fouendas ſectas partium ſuarum, prædicere non minus imprudenter, quàm falsò non formidarunt: vnde ſe, & alios ſuis erroribus, & coniecturis inuoluerunt: qui quidem reijciendi ſunt prorſus, & declinandi, etiamſi pulchris eorum prophetiæ reuelationum titulis fulciantur. Tales fuerunt Abbas Ioachim, & Hieronymus Sauonarola, & Gulielmus Poſtellus Gallus, & quidam alij, qui noſtro ſeculo nouas nobis obtruſerunt prophetias.

Quæ maximè fugiendæ & declinandæ.

Prophetiæ quę ſpernendæ.

Duodecimum præceptum: *Omnia probate.* Clemens Alexandrinus libr. 1. Stromatum hæc verba interpretans: *Spiritualibus*, inquit, *dicit, Qui omnia quæ dicuntur, ex veritate dijudicant, vtrùm videantur, an ſic veritati cohæreant.* Docet ergo Clemens, hoc præceptum ad ſpirituales ſpectare. Vult igitur Apoſtolus, illos periculum facere de omnibus quæ dicuntur, & non certo experimento cognoſcere, an conſona ſint veritati, an non. Seneca libr. de Moribus, pulchrè inquit: *Vitium eſt omnia credere, vitium nihil credere.* Ideò Dilectus dixit: *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Declinanda ſunt ergo omnia extrema, & veracibus adiungenda eſt fides, indignis & mendacibus ſubtrahenda. ¶ Illud verò: *Charitas omnia credit*: reſtringendum eſt ad ea, quæ ſunt in Scripturis à Deo dicta, vel ad ea, quæ à bonis & veracibus viris dicuntur, quos nobis conſtat alienos eſſe à mendacio.

Quibus dicatur: Omnia probare.

Clem. Alex. multò ante mediū, to.2.

1.Cor.2.

1.Ioan.4.

Charitas quę nam omnia credit.

1.Cor.12.

Decimumtertium præceptum eſt: *Quod bonum eſt, tenete.* Vbi non tantū dixit, Quod melius eſt, tenete, quod more Hebræo vſurpando poſitiuum pro comparatiuo interpretari poſſemus: ſed bonum, inquit, docens, nō ſolum tenenda eſſe meliora, ſed etiam bona, non aſpernando alios qui aliter tenent, licèt rēs fidei in ea inuoluatur. ¶ Eſt iſtud ſanè pręceptum Pręlatis datum, ne extinguant bonos & probatos ſpiritus, nec reſpuant veros prophetas, ſed ſuſpectos & in errore deprehenſos. Debēt enim exactè, & maturè omnia probare, antequā ab alijs legātur, & radices agant. Neq; prætereà habent vel ipſi Prophetæ, vt de hac re doleant: quoniam & ipſi ſub legibus conſtituti ſunt, ſiquidē Spiritus Prophetarum Prophetis ſubiecti ſunt. Modus autē probandi legitimus eſt, ſi ſcilicet, non aduerſentur Scripturis, ſed illis conſentiant: ſi cùm traditis per Eccleſiam, & cū ritu perpetuo obſeruatis conſentanea ſint; ſi nihil ſcandali concitent; ſi ſectas, & ſchiſmata non pariant; ſi curioſa, & vana, & quæ ad nullam proximi ædificationem faciant, nō loquantur: ſi moniti à ſuperioribus, & pręſertim à ſupremo præſule, acquieſcant, vel ſilēdo, vel cum omni humilitate rationem reddendo. Veniunt & conſiderandæ perſonæ, quæ huiuſmodi prophetijs & ſpiritibus ſe afflatas profitentur, & quod genus vitæ duxerint: nam exinde facilè agnoſci poſſunt, quales ſint, & quia non tantùm tales ſunt, qui ore prophetant, ſed &

Quod bonū eſt, debemus tenere dupliciter.

Quibus dicatur. Quod bonum eſt, tenete.

1.Cor.14.

Omnia quomodo probemus.

Qua ratione etiam ſpiritus probādi.

qui

Scripturæ ſenſus illorū etiam probari debeant.

qui ſacras literas interpretantur, & ſcriptis conſignant. Debent etiam tales interpretationes, vel enarrationes cenſuræ ſuperioris ſubijci, antequam foras prodeant. Non enim eſt omnium hæc probatio, ſed paſtorum, & Epiſcoporum, & inſignium Theologorum, qui norunt artem capiendi vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Sed in hoc hodie grauiter peccatur, quòd omnes volunt probare, ac iudicare alios, & illi præſertim, qui nullius ſunt literaturæ, & nullius ſpiritus. Hieronymus ad Minerium, & Alexandrum ſcribens, meminit cuiuſdam ſententiæ Dominicæ, quæ hunc ipſum ſenſum efficit: *Saluatoris verba ſunt, dicentis: Eſtote probati nummularij: vt ſi quis numus adulter eſt, & figuram Cæſaris non habet, nec ſignatus eſt moneta publica, reprobetur. Qui autem Chriſti faciem claro præfert lumine, in cordis noſtri marſupium recōdatur.* Hęc ille, quæ quidem aliud non ſunt, nec aliud ſignificant, niſi hoc quod Apoſtolus dicit: Omnia probate, quod bonum eſt tenete.

Cant. 2. Reſecāte atque perſonę, à quibus minime probandæ, ac iudicandæ. Hiero. ep. 152. in fin. to. 3. Matt. 22. Qui probati nummularij Chriſto.

Decimumquartum, & vltimum præceptum eſt, *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Hoc præceptum in primis Apoſtolicū eſt. Ait enim Clemens Rom. libr. 7. Conſtitutionum Apoſtolic. c. 6. alludens ad hęc verba: *Fuge omne malum, & quicquid ſpeciem, & ſimilitudinem mali habet.* Et eſt optimum pręceptum ad vitandum ſcandalum puſillorū: quia væ mundo à ſcandalis. Et ab omni ait, ſpecie: ſiue falſæ doctrinæ, ſiue impuræ, & parum honeſtæ vitæ. Decet enim eos, qui Chriſtum profitentur, ſimplex doctrinæ puritas, & probæ vitæ ratio, ne quouis modo quenquam offendant. Et ait: *Ab omni ſpecie:* quia non vno tantum modo: ſed multis nocere ſolemus: & lingua, & opere, & ſcriptis, & diſcipulis noſtris. C. Cæſar rogatus cur repudiaſſet vxorem, reſpondit: *Quoniam meos tam ſuſpicione, quam crimine iudico carere oportere.*

Cuiuſmodi hoc pręceptū ſit: Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Clem. Rom. Matth. 18. Doctrina qualis deceat Chriſti profeſſores.

Octauò dubitatum fuit in his verbis: *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.* Precatur omnia fauſta Theſſalonicenſibus ad præſtanda prædicta Deus, inquit, pacis, hic Chriſtus eſt amator & autor pacis, vt eccleſia canit: quem inuocat Paulus, vt velit per omnia perfectos Theſſalonicenſes, & in eis nos omnes efficere. *Vt anima, & ſpiritus, & corpus, &c.* Quidam hæc interpretantur de dono ſpiritus ſancti; qui tamen non videtur connumerabilis cum anima, & corpore, quia Deus nō ſolet creaturæ connumerari, benè autem Spiritus cum anima connumeratur, iuxta illud; Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino. Adhęc Didym. lib. de ſpiritu ſancto hæc verba ponderans, ait: *Sicut enim alia eſt anima, & corpus aliud eſt, ſic & aliud ſpiritus ab anima, qua ſuo loco ſpecialiter appellatur. De quo & orauit* (Apoſtolus) *vt integer cum anima ſeruetur, & corpore: quia incredibile eſt atque blaſphemum, orare Apoſtolum, vt ſpiritus ſanctus integer ſeruetur, qui nec immutationem poteſt recipere, nec profectum. De humano ergo, vt diximus, ſpiritu in hoc loco Apoſtoli ſermo teſtatus eſt.* Hæc ille.

Ad VIII. dub. De diuiſione hominis in ſpiritum, animam, & corpus & quis ſit Deus pacis. Spiritum hic nō poſſe ſpiritum ſanctū intelligi. Dan. 3. B. Didym. lib. 3. de Spiritu ſancto, poſt med. to. 9. operū D. Hieronymi, in fin.

Eſt ergò Spiritus humanus idem re ipſa cum anima: ſed anima dicitur, quatenus informat corpus; & Spiritus, quatenus certo modo informat animam, vt intelligat diuina, & illa ſapiat, & diligat. Et quanquam tam vox animæ, quam Spiritus per Synecdochen pro toto homine, & tribus eius partibus vſurpari ſoleat, hic tamen vt ait Gregorius Nyſſenus in tres partes homo ſecatur, in intellectum, & ſenſum, & corporis vegetationem: vt in ea puritate in aduentu Domini cuſtodiantur, vt nihil ſit in illis querelæ ad condemnationem. Verba Gregorij Nyſſeni in libro de Creatione hominis, hæc ſunt: *Nam & Apoſtolum taale aliquid cognoſcimus intimare, vbi pro Theſſalonicenſibus orans, ait: Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine querela in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur, pro nutribili parte corpus, pro ſenſibili animam, pro intellectuali ſpiritum ponens.* Hæc ille. Cum tamen alij Spiritus nomine accipiant intelligentiam rationis, per vocem animæ accipiant omnem voluntatis affectum. Et tunc homo totus integer eſt, quando puræ ſunt, & ſanctæ cogitationes, cùm recti omnes, & benè diſpoſiti affectus, cùm denique corpus bonis operibus operam impendit. Nam facultas intelligendi tanquam domina ſtatuitur; affectus ſunt medij ad imperandū, corpus verò obſequium pręſtar. Cùm verò homo diuiditur in corpus, & animam, tunc anima ſpiritum immortalem ſignificat, & comprehendit.

Quid ſpiritus, quid anima hoc loco. Greg. Nyſſ. c. 8. circa fin. Spiritus & animæ altera aliorum.

Quòd ſi pro hac re precatur Apoſtolus; dicendum eſt, gratia Dei id poſſe præſtari: quod confirmatur alio loco Apoſtoli ad Corinthios, dicentis: *Qui & confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti:* & idem tradit Petrus, cùm ait: *Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;.* Vt hinc facilè colligas, Chriſti Spiritu, & gratia poſſe nos omni tentationi

Contra Lutheranos nos eſſe ſine crimine hic poſſe negantes. 1. Cor. 1. 1. Petr. 5.

re, omne pręceptum implere, & omni verbo Dei, quatenus nos obligat, poſſe ſatisfacere, contra omnem noſtri ſeculi Hæreticorum impietatem.

Mag. Athan in fin. to. 3.

Citat hunc locum Athanaſius libro de Communi eſſentia Paris, & Filij, & Spiritus ſancti, dicens: Deus ſanctificabit vos perfectos, & integrum ſpiritum veſtrum. Et corpus, & animam ſine culpa conſeruet in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. His verbis ſpiritũ, & animam pro integro homine ponens, optansque eum ſanctificari: ergò cùm deſignauit ſpiritum, qui ſanctificandus eſſet, hoc eſt mentem humanã. Animam deinde & corpus tabernaculum terreſtre appellat, vt ſecundùm hanc diſcriminationem triplex ſit homo, terrigena, mentalis, ſiue intelligens, concupiſcibilis, corporalis. Voluntas verò, ſiue anima, in qua eſt vis concupiſcibilis, vnita eſt menti, & corpori humano.

Triplex homo ex Paulo ſecundùm Athanaſium.

B. Irenæus.

At verò Irenęus lib. 5. c. 6. citatis his verbis, ſubdit: Et quam vtiq; cauſam habebat gis tribus, id eſt, animæ, & corpori, & ſpiritui integram, & perfectam perſeuerationẽ precari in aduentu Domini, niſi reintegrationem, & adunitionem trium, vnam & eandem ipſorum ſciebat ſalutẽ? Propter quod & perfectos ait eos, quia tria ſine querela exhibent Domino.

Perfecti qui ſint, & dicantur.

Ad poſtremum, poſtquam rogauit eos, vt pro ſe orarent, & ipſe ſalutaſſet omnes in oſculo ſancto, ſubdit: *Adiuro vos per Dominũ, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.* Adiurat maiores, ſeu Epiſcopum, & Clerũ Theſſalonicenſium, ad quos primum epiſtolæ deferebantur. Et quia interdum accidebat, vt inferiores fratres negligerentur, voluit, eos tanto bono per ſuperiores non defraudari; & vt maiores agnoſcant, omnes libros Canonicos ad omnium fratrum vtilitatem deſtinatos. Qui in re & amorẽ eorum ſibi magis conciliauit, & beneuolentiã captauit; quò intelligant ad ſe quoq; pertinere omnia ſcripta, & Paulum ſecum colloqui, & cùm poſſet pręcipere, adiurat tamen vt magis illos vrgeat.

Notæ ſolut. quæſtionis. De eo quod Apoſtolus Theſſalonicenſes, epiſtola vt hæc omnibus legatur adiurat.

Et videtur manu propria hanc clauſulã appoſuiſſe Apoſtolus: quia quę ſequuntur; Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, Amen, ſalutatio erat Pauli, quam ſua manu apponere ſolitus erat.

Quòd verò hęretici ex hoc loco colligant, Apoſtolum voluiſſe Scripturas communes eſſe tam laicis, quam Theologis; ex parte verum eſt, & ex parte falſum. Verum enim eſt, Scripturas ad omnium ſalutem, & profectum, & eruditionem eſſe cõſcriptas: quemadmodum etiam omnia Sacramenta in beneficium, & ſalutem omnium fideliũ ſunt inſtituta: falſum tamen eſt, quòd quilque ſuo marte & ingenio, & ſine pręcepto re debeat illis vacare: ſicut etiam falſum eſt, quòd quiſq; etiam laicus debeat ſibi porrigere baptiſmum, aut conficere Euchariſtiã, & proprijs manibus ſuſcipere, vt Hæretici nugantur.

An inde Lutherani ſolidè colligant communes omnibus etiã laicis debere eſſe Scripturas.

Verbum ergò Dei omnium eſt, & pro omnibus dictatum: ſed debet hic panis fractus Sacerdotum, & Cõcionatorum manibus populis apponi. Et in omnibus ordinẽ vult ſeruari ſpiritus ſanctus. Et ita hęc Pauli adiuratio non tangit Eccleſiam, quæ ſacrorum librorum lectione interdicit laicos ne in errores abduceantur, vt ſeculi pręſentis experientia nos docuit, & idem oſtendit in Waldenſibus, qui pauperes de Lugduno ſunt vocati, & qui duobus ſeculis nos anteceſſerunt. Audi iam ſententiam Gregorij Nazianzeni in oratione de Compoſita dicendi ratione, quid ſentiat de lectione ſcripturarum: *Debebat certè apud vos etiam vigere lex, vt quemadmodum apud priſcos illos Hebræorum ſapientes interdictum erat, ne certè quidam libri ſacri legerentur iunioribus, tanquam animis eorum necdum adhuc confirmatis, & tenerioribus parum conducentes, ita neq; cuiuis, neque ſemper, ſed certis temporibus, & perſonis de fide differendi facultas concederetur, nimirum ijs, qui non omninò negligentes, ac mentes deſides ſint, nec nimis inſatiabiles, & ambitioſi, ſeruidioresq́, erga religionem, quàm par ſit.* Hæc ille. Et hic ſit finis noſtrarum diſputationum in priorem epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

Scripturæ à quibus tractandæ ſolũ ac diſpenſandæ.
Thren. 4.

Greg. Nazã. orat. 7 in fin. to. 1. inter fin & med.

Iuniores olim Iudæi à quorundam eur abſtinerent ſacrorũ voluminũ lectione teſte Nazianzeno.

DISPV-

DISPVTATIONES IN POSTERIOREM EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

DISPVTATIO I.

In qua de argumento præſentis epiſtolæ diſſeritur, & de loco vnde miſſa, & in qua primi capitis verba expediuntur.

Cur hæc poſterior ſcripta ad Theſſalonicenſes epiſtola.

QVONIAM præcluſum fuit iter beato Paulo in Theſſalonicam ad reuiſendos fratres, qui in Chriſtum crediderunt, per hanc quoque epiſtolam illorum animos confirmat, vt illatas ob Chriſtum afflictiones forti animo ferant, aſſerens, nec ipſis magnum defuturum præmium, nec aduerſarijs horrendam Dei vindictam, & ruinam. Et hoc agit hoc primo capite. Et quia nouerat Theſſalonicenſes turbatos fuiſſe ſuperioris epiſtolæ occaſione, in qua de improuiſo venturum Chriſtum admonuerat, & ob id admonuerat vt vigilarent: Theſſalonicenſes minùs rectè eius verba interpretantes, crediderunt poſtremum iudicij diem iam imminere, & eſſe veluti in ianuis: quamobrem Apoſtolus hunc metum, & terrorem inde conceptum adimere ſtudet. Quare capite ſecundo vanam, & fabuloſam opinionem de inſtante Chriſti aduentu refellit, eo præſertim argumento, quòd præcedere debeat prius diſceſſio, ſiue Apoſtaſia à fide, & bona orbis pars à vera Chriſti religione deficere. Imò potius tradit, Antichriſtum venturum, & regnaturum in templo Dei, quem perditionis filium vocat, & hominem peccati, & iniquum, & quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Poſtremò in fine ſecundi capitis, & per totum caput tertium, obſeruari traditiones etiam nõ ſcripto traditas præcipit, & quoſdam curioſè, & inordinatè viuentes vitari mandat, &, niſi acquieſcant admonitioni, de Eccleſia exturbandos eſſe denuntiat. Denique eorum ſe precibus commendat, & ad conſtantiam ſeruandam adhortatur. Pacemque precatus, concludit epiſtolam ſalutatione propria manu ſcripta. Et hæc pauca ſint ſatis de argumento.

1. Theſſ. 1.

Secundi ac tertij capitũ argumẽtum.

Vnde ſcripta hæc epiſtola: quorundam ex vrbe Roma eam miſſam eſſe dicentium reprobatur opinio.

Scripta eſt hæc epiſtola ab Athenis, vt prior, vt teſtatur in fine Græcorum codicum fides & inſcriptio. Illud verò admiratione dignũ exiſtit, quod in prooemio Græco huic epiſtolæ præfixo annotatur, hanc epiſtolam miſſam ex vrbe Roma: quod ſanè veritati minimè videtur conſentaneum. Nam in primis de ſuis vinculis non meminit, vt ſolet in omnibus alijs Roma ſcriptis epiſtolis facere. Deinde inſtare ſibi ſignificat ab importunis, & malis hominibus perſecutionem. Vnde conijci poteſt, quod in itinere illo, quo vltimò Ieroſolymam profectus eſt, hanc epiſtolam ſcriptam Athenis miſerit. Quod verò Latini codices habent in prooemio huius epiſtolæ, per Titum & Oneſimum miſſam fuiſſe; facilè reciperem, ſi ex vrbe Roma miſſa fuiſſet. Vnde etiam alias per Tychicum, & Oneſimum ſcriptas literas miſit: quia Oneſimus Romæ à Paulo conuerſus fuit, non antè, vt poſtea eſſet Pauli literarum baiulus.

Per quos miſſa ſecundùm aliquos.

I. dubium.

Ac primum quidem caput nihil ferè habet dubitabile, quod ſit magni momenti, ſed ne nihil dicamus, primò dubitatur, cur dicat ſe ad gratias agendas teneri pro alienis beneficijs. Secundò quare ait: In exemplum iuſti iudicij Dei; & quare magis iuſtum colligitur iudicium Dei ex afflictionibus iuſtorum, quam ex horrendis punitionibus impiorum. Tertiò, circa illud: Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere; cùm id certum ſit, & exploratum, iuſtiſſimũ eſſe, vt pij, & probi remunerentur; impij & improbi puniantur. Quartò ſuper illud; *In flammam ignis dantis vindictam ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio,* dubium eſt, an peior ſit conditio neſcientium legem Dei, quam eorum, qui illam ſciunt, & præuaricantur. Nam ſi neſcientes peius peccant, quomodo verum erit quod in Euangelio ait Dominus: *Qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis?* Quintò cui æquitati nititur vt pœnas dent æternas peccatores pro erratis, & peccatis, quæ breui temporis mora perficiuntur? Sextò, quomodò precatur Apoſtolus Deum, vt dignetur eos ſua vocatione; cùm iam diu vocati fuiſſent à Deo, &

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Luc. 12.

Quintum.

Sextum.

voca-

Septimum.

vocationi ſuæ acquieuiſſent, ac fruct⁹ ſuos vocatione dignos protuliſſent? Poſtremò, quomodò dicitur Chriſtus per nos clarificari, cum peccatores ſimus; & quomodò nos rurſus clarificemur per illum: quod habetur in vltimis verbis capitis.

Primę ſolutio quęſtionis. Cur ſe debere dicit Apoſtol⁹ gratias agere ſemper Deo pro Theſſalonicenſibus. II. ratio.

Ad primum, prior huius epiſtolę pars gratulatoria eſt, & euchariſtica, ſicut etiam idem obſeruauit in alijs epiſtolis, & ita ferè agit cum omnibus, quibus donum iuſtitiæ, ſeu iuſtificationis contigerit. Et cùm alibi dicat; *Gratias agam Deo meo:* hic habet, Gratias agere debemus ſemper: & in plurali, quia ſocios conſcriptionis aſciuerat Syluanum, & Timotheum. Ait etiam, debemus, quia inferius ſubdit: Ita vt dignum eſt. Quem Pauli locum Eccleſia æmulata dixit: Gratias agamus Domino Deo noſtro: & reſpondetur, Dignum, & iuſtum eſt, Ex quibus verbis accepimus debitum gratias Deo agendi, ſiue cùm nobis, ſiue cum fratribus noſtris benefacit. Imò cùm Theſſalonicenſes per Euangelium geniti eſſent à Paulo, & ſocijs ſuis, pro eiſdem benè operantibus debebant, vt parentes Deo gratias agere, quaſi pro beneficijs collatis in liberos ſuos. Præterquam quòd Eccleſia vna eſt, & vnum corpus in Chriſto, in quam quicquid beneficij confertur à Deo, id totum cedit in gloriam, & beneficium Eccleſiæ. Addit: *Semper.* Quo verbo aſſiduè ſuppeditari materiam gratias agendi, Deo inſinuatur. *Pro omnibus vobis.* Siue, De omnibus vobis, quia vtrumque ſignificat ὑπὲρ Græca præpoſitio. Et hoc, vt ſubdit: propter magnum fidei augmentum, & illam fraternæ charitatis abundātiam, quam inuicem omnes exhibebant, & propter inſignem tolerantiam tribulationum. Et vt in priori epiſtola laudauit illorum fidem, charitatem, & patientiam, ita nunc prædicat earum virtutum incrementa, quæ exculpere videntur gratiarum actionem erga Deum. Et hæc eſt vera laus fidelium, ſi indies creſcāt in fide, & charitate. Et oſtendit tam fidem, & charitatem, & patientiā, quam ipſarum virtutum progreſſus à Deo eſſe. *Ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei pro patientia veſtra, & fide,* Qua laude maiorem Apoſtolus tribuere non poterat: neque ambitioſè eorum fidem, & patientiam iactabat, niſi quatenùs eorum prędicatio ſtimulus eſſet ad virtutem, & ædificationis ſtudium.

Tertia & vlt.

Materia gratiarū actionis Apoſtolicæ.

Vera fideliū laus quęnā.

Mira Theſſalonicēſiū patiētię, & fidei cōmendatio.

Secūdę quæſtionis ſolut. De cauſa huius dcti: In exemplū iuſti iudicij Dei

Soluimus ſecundam dubitationem circa id; *In exemplum iuſti iudicij Dei.* Gręcè non eſt præpoſitio, In, ſed ſimpliciter per Appoſitionis figuram, exemplum iuſti iudicij Dei, hoc eſt, Oſtenſio, demonſtratio, ſiue teſtimonium, quòd iuſtitia Dei apparebit apertè. *Indicās quòd digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* Quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Iniuriæ enim, & paſſiones, quas innocentes, & pij ab impijs, & ſceleratis ſuſtinent, demōſtrant quaſi in ſpeculo, Deum fore aliquando Mundi iudicem. Quæ ſententia antiſtrophon eſt profanæ opinionis, quam concipimus, dum malis benè, & bonis malè eſſe videmus. Putamus enim, fortuitò volui mundum, nullamque Deo gubernationem relinquimus. Nam qui indignè aliquid patiuntur, vel Deum accuſant, vel Deum aſſerunt non curare res humanas. Contra impij ſucceſſu magis inſoleſcunt, quaſi nulla ſcelerum pœna eos maneat. Adhæc cùm videmus impunè graſſari impiorum ſęuitiam aduerſus innocentes; prudentia carnis dictat, nullum eſſe Dei iudicium, vel ſcelerum pœnas, nec iuſtitiæ vllā eſſe mercedem. At Paulus contra eſſe promittit, dum Deus ad tempus impijs parcit, & ad tempus impiorum iniurias diſſimulat. Qua in re manifeſtè oſtendit futurum eius iudicium, quia mens non poteſt in his conquieſcere, quia putat Deum iudicem redditurum ijs, qui iniuſtè vexantur, requiem, & piorum oppreſſoribus mercedem qua digni ſunt, repenſurum. Vnde Petrus dixit: *Tempus eſt vt incipiat iudiciū à domo Dei. Si autem primùm incipiat à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?*

Matth. 11.

Cōtra taxantes diuinam prouidentiā.

1. Petr. 4.

Ad tertium: *Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionē ijs, qui vos tribulāt.* Quæ verba nō ſunt dubitantis, ſed aſſerentis: nā vt annotat Oecumenius ὑπὲρ, ponitur pro ἐπείπερ, vel pro ἐπειδήπερ, hoc eſt: Quandoquidem, aut Quoniam per affirmationem. Ita interrogando confirmamus, vt cùm dicimus; Si Deus odit peccata, certè iſte peccator non euadet manus eius; quaſi manifeſtum ſit Deum odiſſe peccata.

Solut. tertiæ quæſtionis. An hæc ſint verba dubitātis: Si tamē iuſtū eſt apud Deū retribuere retributionem ijs qui vos tribulāt. Oecum. c. 1.

Ita frequenter accipienda eſt particula, Si tamen, pro Siquidem, vt ad Romanos 8. *Si tamen compatimur.* ſiquidem iuſtum eſt id facere Deum, qui iuſtus eſt adæquator duorum diſcrepantium, & affligentis, & afflicti. Et dicendo: *Requiem nobiſcum,* vel relaxationem: maiores Eccleſiæ, vel Apoſtolos denotat: qui quia fuerunt primi in paſſionibus, erunt primi in beata, & cœleſti gloria.

Rom. 8.

Et vide hoc loco iuſtitiam meritorum, & bonæ tolerantiæ, de qua, *Bonum certamen certaui, & cat. Ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Teſte enim Irenæo, olim Iſraëlitarum iniurias vltus eſt Dominus in Ægypto, & Babylone: hodie quoque electorum

Quibus cum vt Paul⁹ polliceatur Theſſalonicenſes à Deo ſint requiem habituri.

2 Tim 4

B Iren. lib 4. c. 40 poſt me.

Exod. 2. Luc. 18.

ſuorum vlciſcetur. Et citat locum Luc. 18. vbi habetur: *Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die, ac nocte, & patientiam habebit in illis?* Producit etiam præſentem locum Pauli: *Si tamen iuſtum eſt, &c.* Ex his etiam verbis Iuſtinus Martyr in libro Quæſt. & reſponſ. colligit, infantes ab Herode occiſos hac laudis, & iudicij honeſtari parte, quę fit per afflictionem vltionem; ſicut in ſermone de Sella, & Magis, docet Cyprianus, vel quiſquis eius ſermonis autor fuit, & Auguſt. lib. 3. de lib. arbitr.

Matth. 2.

B Cyprian. Aug. c. 23. 10. circa finem.

Quonam erit illa reuelatio Domini Ieſu de cælo Angelis virtutis eius, & quæ flamma ignis.

Addit Apoſtolus: *In reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum Angelis virtutis eius.* Hoc eſt: In apparitione, vel aduentu de cœlo, quando reuelabitur omni carni, id eſt, impijs, & iniquis. Cum Angelis virtutis eius, ſiue potentiæ, qui ſcilicet magna potentiæ opera ad nutum Chriſti perficere ſolent. *In flamma ignis.* Vel potius, vt Græca habent, in igne flammæ ἐν πυρὶ φλόγος. Et eſt ſermo de igne conflagrationis, quo omnia conflagrabunt, & abſumetur, de quo Propheta: Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et videtur alludere Paulus ad verba Prophetæ, dicentis: *Qui facis Angelos tuos, ſpiritus, & miniſtros tuos flammam ignis.* Et verbum, *Dantis vindictam*, ſpectat ad Genitiuum Domini Ieſu, non ad flammam ignis.

Pſal. 96.

Pſal. 103. Heb. 1.

IV. Quæſtio nis ſolutio. Neſciens voluntat. Dei, an ſcies, & nõ fac. ei grauius iudicabitur. B August. Pſal. 35. Iob 21.

Ad quartum; cùm diſputatum ſit, qui maiori ſupplicio dignus exiſtat, qui nõ nouit Euangelium, an qui notum tranſgreditur; cùm Euangelium doceat primum lenius eſſe, ſecundum deterius. Reſpondet beatus Auguſtinus tomo 8. libro de Gratia, & libero arbitr. cap. 3. *Aliud eſt neſciſſe, aliud ſcire noluiſſe. Voluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur: Noluit intelligere, vt benè ageret: &, Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Et inter ſcientes habendi ſunt qui cùm ſcire poſſent, ſcire tamen noluerunt. Vindicabit ergò Dominus noſter Ieſus eos, qui non nouerunt Deum, id eſt, agnoſcere noluerunt per fidem efficaciter prædicatam, & qui non obediunt Euangelio. Quia etſi nouerint quidem fide, & ore confeſſi fuerint, factis tamen negârũ: quia dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.

Tit. 1.

Ioan. 3.

V. Quæſtionis ſolutio. Quo iure temporarijs culpis pœna debetur æterna.

Ad quintum de illis, qui pœnas dabunt in interitu eternas. Summa pęna, quę mors æterna dicitur, iuſtè infligitur pro temporalibus delictis: quia æterna fuit eorum voluntas delinquendi, & in peccato viuendi, à quo niſi per Deum ſurgere erat impoſſibile. Sicut etiam pro meritis ad tempus, & pro paſſionibus breui tempore toleratis iuſtè rependit æternæ mercedis coronam. Dæmones quoque parua mora peccârunt, ſed perpetuò cruciantur. Lex etiam ciuilis hominem furem, aut hominem homicidam, aut adulterum, qui breui temporis momento deliquit, in æternum vita ipſa priuat.

Et declarat, pœnas æternas eſſe à facie Domini, & à gloria virtutis eius: quia in æternum priuati erunt viſione Dei, & gloria virtutis eius. Subdit: *Cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.* Satis eſſe deberet hoc Apoſtoli verbum ad excitandas noſtras mentes ad illa tanta præmia cogitanda, quæ iuſtis ſunt rependenda; ita vt Chriſtus ſit futurus non iam ipſe tantum, ſed etiam in ſuis admirabilis, vſque adeò, vt impij ſint præ admiratione dicturi: *Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.*

Pœnę impiorum æternæ cur erũt à facie Domini.

Gloria quãta ſit futura ſanctorum, teſte Paulo. Sap. 5.

Quod ſubdit: *Quia creditum eſt teſtimonium ſuper vos in die*, per parentheſim videtur legendum. Nam etſi teſtimonium Apoſtolorum eſſet rerum præteritarum, ſed tamen erat illarum etiam, in quibus continebantur futura. Teſtificabantur enim Chriſtum veniſſe, & mortuum ad delenda peccata, & reſurrexiſſe ad noſtram iuſtificationem: quam vult impleri, vt perfecta fiat per gloriam corporis; & animæ reſurrectio in die illa credentibus, & obtemperantibus Euangelio. Et vbi concionatus fuit prius de pœnis impiorum, reuertitur pro more ſuo ad impios, ac dicit Chriſtum venturũ, vt in illis glorificetur. Non ergò ſibi priuatim habiturus eſt hanc gloriam, ſed ſanctis omnibus communicaturus, quibus reddet corpus configuratum corpori charitatis ſuæ.

Duplex Apoſtolorum teſtimon im de Chriſto prolatum.

Rom 4.

Chriſti charitas in ſanctos Philip. 3.

Ad ſextum dubium circa illud: *In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus.* Græcè non eſt, ſua, ſed tantum vocatione: quę duplex eſt, altera ad gratiam, altera ad cœnam, & coronam vitæ æternæ. Et licet vocatio ad meritum contineat in ſe implicitam vocationem ad præmium, tamen vt alia eſt præſens iuſtificatio & ſanctificatio, & confirmatio; alia verò perfectiſſima futura in gloria: ita etiam alia ad curſum vocatio, alia ad accipiendũ brauium. Poſſunt ergò dici duæ vocationes, & vna vocatio.

Solutio ſextæ dubitationis, Quid orat Apoſtol' Theſſalonicenſes, vt Deus dignetur ſua vocatione, quos iam ante vocauerat. Apoc. 19. 1 Cor. 9.

Poſſumus tamen aliter reſpondere, vnam tantum eſſe vocationem ad vtrumq; ſed modò dignatur nos Deus vocare vſque ad remiſſionem peccatorum, & iuſtificationem: ſed præter hanc paulatim etiam

Altera ſolut.

nos

nos vocat per patientiam, & perſeuerantiã, ad aulæ cœleſtis ingreſſum. Et hæc vocatio quotidiè fit in nobis inſpiratione diuina, aut prędicatione Euangelij. Et ſubdit: *Et impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ.* Græcè eſt εὐδοκία, ſiue beneplacitum, qnod pręcedit, cùm vocat ad gratiam, & implet vocando ad gloriam. *Et opus fidei in virtute.* Opus fidei, eſt perfectio iuſtitiæ, quoniam per fidem viuam fortes ſumus ad toleranda vniuerſa quæ infliguntur tormenta.

Deus vt impleat omnem voluntatē bonitatis ſuæ. Opus fidei quid.

Ad poſtremum illud: *Vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in nobis, & vos in illo.* Dicendum eſt, in homine clarificari Chriſtum, quando illud implemus: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Clarificamus autem Deum, ea ratione, qua nos clarificare eum poſſumus, vt membra caput, vt filij parentem, vt diſcipuli magiſtrum, vt ſerui dominum: non quidem in ſeipſo, quia Deus maioris gloriæ non eſt capax, quia infinitam, & in ſe, & ex ſe habet gloriam, ſed exterius propagando, ardua, & heroica pro eo operando, aſpera quęque, & immania pro eius nomine patiendo. Quòd ſi contingat interdum, nos in peccatum prolabi, & rurſus ex peccato reſurgere, clarificabimus in nobis eius miſericordiam, & gratiam. Rurſus nos ipſe glorificabit peccata remittendo, in filios adoptando, & virtutem communicando, qua poſſimus legi Dei ſatisfacere, & rurſus in die iudicij ampliſſimo præmio remunerando. Et hoc, vt ſubdit: *Secundum gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.* Dei, inquit, noſtri, quem colimus; & Domini noſtri, vt mediatoris, per quem ad nos tanta bona deriuantur. Ex quo habes, Chriſti gloriam finem eſſe noſtrarum actionum, & cum noſtra eſſe coniunctam, ita vt quò minùs noſtram quærimus, tantò magis ille nos glorificet. Cui ſit gloria per æterna ſecula. Amen.

Septimę quęſtionis ſolut. Clarificetur nomē Domini Ieſu Chriſti quomodo in nobis, & nos in illo. *Matth. 5.*

Qualis gloria Chriſti ſit in nobis peccatoribus.

Quis finis actionum noſtrarum Apoſtolo.

DISPVTATIO II.

In illa verba capitis 2. *Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum, vt non citò moueamini à veſtro ſenſu, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, &c.*

NONNVLLA, & mâgni quidem momenti dubia in hoc capite inueniuntur, & à quibus ſe vix extricare potuerunt magna ingenia: quæ operæ pretium eſt diligenter excutere, & enucleare, quoad eius fieri per nos poterit. Et primo quidem loco ambigitur, cur rogat per aduentum Domini noſtri, & noſtræ congregationis in ipſum, vt non terreantur, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam. Secundò dubitatur, quomodò non velit eos terreri quaſi inſtet dies Domini, cùm vbique ſpiritus in Scripturis id tardat, & edocti ſimus nos ad illum diem ſemper eſſe paratos? Tertiò, dubitatur de ratione Grammaticæ, quæ obſcura eſt in hac clauſula, & aliquid ſupplendum eſſe videtur, vt ſubſiſtat. Quartò, quæ eſt illa diſceſſio, vel apoſtaſia, quæ præcedere debet, an à Fide Eccleſiæ, an ab obedientia Romani Imperij. Quintò, quis eſt iſte homo peccati, & filius perditionis, qui reuelandus eſt, & quomodò extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Nam quidam intelligunt per Antichriſtum Neronem, alij Machometum, alij impiè, & blaſphemè loquentes, Pontificem Romanum, alij denique illum, qui expectatur venturus ante diem iudicij.

I. dubitatio

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta & vltima dubit.

Ad primum, non eſt ignorandum, tempore B. Pauli ſparſum fuiſſe rumorem apud Theſſalonicenſes, quòd iam inſtaret dies Domini, & propè eſſet in ianuis: & hoc aſſeuerabatur à nonnullis, quaſi ab ipſo Apoſtolo prænunciatum fuiſſet. Quod colligebant ex illis verbis alterius epiſtolæ, quam omnibus legi mãdauit. *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt, ſed rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra:* Vt Auguſtinus, & Hieronymus annotârũt, & vtrumq; negat Apoſtolus, videlicet ſe illud eis ſcripſiſſe, aut ſignificare voluiſſe: denique neq; verũ eſſe, quòd inſtaret dies Domini. Ideò rogat, & adiurat eos per ipſummet Domini aduentum, qui ab electis, & pijs omnibus eſt deſideratiſſimus, & in quo magnificentiſſimæ mercedis coronã ſunt accepturi: Precatur etiam per aduẽtum noſtrę congregationis in ipſum; in qua ſe Apoſtolus collocare non dedignatur, quæ ordinata, & præparata erat ad ſecundum Domni aduen-

Ad I. dub. Quare Apoſtolus roget Theſſalonicēſes per aduentũ Domini, vt nõ citò moueantur, neq; terreantur quaſi inſtet dies Domini.

1. Theſſ. 4.
B. Aug. li. 20. de ciu. Dei, c. 19. 20. 5. & alibi.
Hier ep 151. q 11. 10. 5 circa med.

Idē cur roget per aduẽtum noſtrę Congregationis in ipſum.

aduentũ. Et vos,inquit,ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quãdo reuertatur à nuptijs. Vt.n.olim proprium Iudæorum fuit expectare Meſſię primum aduentum, vt per fidẽ in eum ſalutem conſequerentur:ita proprium eſt hominum noui Teſtamenti expectare,& vigilare ad ſecundum Domini aduentum.Vnde Theodoritus hunc locum euoluens, ait: *Hoc verò, Noſtræ congregationis in ipſum, ſignificauit apertius in priori epiſtola. Dixit enim fore,vt rapiamur in aërem in nubibus cœli in occurſum Domini, & ita ſemper cum Domino erimus. Hoc autem dixit etiam Dominus in ſacris Euangelijs: Et mittet Angelos ſuos,& congregabunt electos eius à quatuor ventis.* Hæc ille. De hoc Paulus alibi ait: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex;non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Quia illo tempore, quo Dominus apparebit, nos cũ eo congregabit, quia vbicunq; fuerit corpus,illuc congregabuntur & aquilæ. Et atteſtatio fieri ſolet per eas res, quæ apud nos reuerentiam magnam habent, & magno ſunt in pretio.

Luc. 12.

Quem Iudæi olim expectauerant,quem expectẽt Chriſtiani Domini aduentum.

B.Theod.p.2.

Matth. 24.

2.Tim. 4.

Quando reddet nobis Dominus coronã iuſtitiæ.

Matt.24.

Subdit: *Vt non citò moueamini à veſtro ſenſu.* Id eſt à mente veſtra. Eſt autem mens compoſita fides, quæ in doctrina ſacra acquieſcit. Illud autem figmẽtum, quod repudiat, quaſi in extaſim rapti fuiſſẽt, exprimit fuiſſe ſpiritum, aut ſermonem, aut epiſtolam. Prima impoſturæ ſpecies erat ſpiritus, id eſt reuelatio, vaticinium,ſiue prophetia,quam impuri homines,ac decepti iactabant,&de qua Dilectus, *Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* Id eò non debemus à ſana doctrina dimoueri,etiamſi Angelus de cœlo aliter dixerit.

Theſſalonicẽſes non eſſent citò mouendi à ſuo ſenſu.

Fidem per quẽ ſpiritum non deberent moueri.

1.Ioann 4.

Galat. 1.

Secunda ſpecies impoſturæ erat ſermo, hoc eſt doctrina viua voce deprompta,quę etſi eloquẽtia,& probabilitate inſtructa ſit, peſtilentiſſima eſt: qualis eſt ſophiſtarum, qui vltro, citroque curſitantes, & vagantes negotium faceſſebant. Aſſerebant enim: Hoc accepimus à Paulo, vel à Petro, hoc à Iacobo,vel aliquo alio ſancto.

Quem neque per ſermonem terrendi.

Tertia ſpecies, eſt epiſtola ſuppoſititia, id eſt, ſcriptum aliquod falſa inſcriptione decoratum. Similes plures legimus in cap. Sancta Romana Eccleſia, diſt.15. qui pſeudapigraphi & apocryphi ſunt, & non eorũ autorum, quorum nomine circumferũtur: vt Euangelium Thomæ, Bartholomæi, Iacobi, Matthiæ, Nicodemi, Iudæ proditoris. Multi quoq; libri producũtur ſub nomine Apocalypſis,ſiue Reuelationis:multę item epiſtolæ adſcriptæ ſunt ſanctis Apoſtolis,& alijs Sanctis, qui fuerũt in primitiua Eccleſia,quæ eorum non ſunt. Multi quoq; libri affinguntur vel Clementi, vel Tertulliano vel Cypriano, vel Hieronymo, vel Auguſtino, vel Ambroſio, vel Athanaſio, qui eorum non eſſe, ſolidè reuincuntur.

Nec epiſtolam quam neque terrendi.

Quod ait de ſermone,vel epiſtola,pertinet ad Pauli priuatum ſermonem:veriſimile enim eſt de ea re ſæpius Apoſtolum interrogatum ita reſponſa dediſſe, vt eius verba extenderentur, vel reſtringerentur, vel aliter acciperentur quàm ipſe dicere vellet: quemadmodùm verba prioris epiſtolę malè interpretata fuerant.

His verbis: Vt non terreamini neq; per ſermonem, neq; per epiſtolam noſtrã, quid Apoſtolus ſignificet.

Subdit: *Ne quis vos ſeducat vllo modo.* Quia grauis eſſet illa ſeductio,quæ tantã vim obtinet, vt per illam fidei ſynceritati detrogetur. Nã ſi de B. Paulo conſtitutum eſſet, ipſum dixiſſe iã inſtare diem Domini,& poſtmodũ id non appareret,magnum Euangelicæ eius prædicationi fieret præiudicium. Tales fuerunt multi, qui noſtra ætate dixerunt inſtare reformationẽ Eccleſiæ, & iam eſſe paratum Pontificem, & electum ad eã reformationem propenſiſſimum,qui natus iam eſſet,& grandiuſculus, & tamẽ ſunt ab ea vaticinij pronuntiatione tot anni exacti, vt poſſimus facilè concludere, illos falſos fuiſſe.¶ Fuerũt & alij,qui proſperitates Florentinorũ prænunciarunt, & multas Italiæ ciuitates venturas ad Florẽtinos,& ſuarum vrbium claues illi porrecturas, vt ab eis gubernarentur,& tamen videmus illos longè à forma Reipublicæ abeſſe, & à ſuo peculiari Principe gubernari. Hæc enim teſtãtur falſum fuiſſe illum ſpiritum propheticum. Vnde Auguſtin. epiſt. ad Heſychium Epiſcopum ait: *Ideò nolebat* (ſcilic.Paulus) *vt crederent eis, à quibus audiebant inſtare diem Domini, ne fortè cum tranſiſſet tempus quo eum crediderant eſſe venturum, & veniſſe non cernerent; etiam cætera fallaciter ſibi promitti arbitrantes, & de ipſa mercede fidei deſperarent. Non ergo ille diliget aduentum Domini,qui eum aſſerit propinquare, nec ille,qui eum aſſerit non propinquare; ſed ille potius,qui eum ſiue propè, ſiue longè ſit, ſynceritate fidei, firmitate ſpei, ardore charitatis expectat. Et ſuprà dixerat: In quo enim quemque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouiſſimus dies; quoniam qualis in die iſto quiſque moritur, talis in die illo iudicabitur.* Hactenus Auguſtinus.

Theſſalonicẽſium per pſeudoapoſtolos de inſtante die Domini ſeductio quã foret grauis atq; pernicioſa.

Noſtra ætas eorum ſimiles quos tulerit pſeudoprophetas.

B. Aug. ep. 80. ante medium tom. 2.

Diligat (vt ait Auguſtinus) qui minimè aduentum Domini.

Ad ſecundũ circa illud: *Quaſi inſtet dies Domini.* Videtur hoc in primis aduerſari multis locis Scripturæ, vbi crebra fit mentio de inſtante die Domini,quę illum citò venturum prænunciauit, & ipſe Dominus Apocalyp.vltim. *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt,reddere vnicuique ſecundùm opera ſua*; & ab eo tempore elapſi ſunt ſupra millequingenti anni. Sed profectò multo plura ſunt & ſolidiora,quę docent, Domini diem nõ

II. dub. ſolut. Ad quẽ Scripturæ paſſim adhortantur ab eo quemadmodum Apoſtolus dehortetur inſtante die Domini pertimeſcenda.

Apocal. 22.

Argumentum minimè inſtā tis diei Domini ſatis efficax.

eſſe tam vicinum. Nam in primis oportebit vocari, & venire omnes Gentiles ad Euangelium, & tamen tunc initium erat Euangelizandi, &, vt ſic dicam, primus vltimæ ætatis, ſiue ſenectutis dies. Vix enim erant tunc Iudæi eiecti, & reprobati. Aliud enim eſt eſſe in vltima ætate, quæ deſignatur per nouiſſimos dies ſiue tempora, & per fines ſeculorum, & per nouiſſimam horam; aliud verò inſtare diem aduentus Domini. Vnde Dilectus dixit: *Filioli, nouiſſima hora eſt.* Sed longa nobis hæc hora eſſe videtur: in conſpectu Dei tamen hora eſt, apud quem omne tempus vnus eſt dies, imò vnum momētum. Mille, inquit Dauid, anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ prætenijt.

Eſai. 2.
1. Petr. 1.
1. Cor. 10.
1. Ioan. 2.
Quibus Scripturæ vocibus vltimam ſignent ætatem.
Pſal. 89.

Sed ne fallamur, aduertēdum eſt, ne breuitatem, aut lōgitudinem diei illius noſtro ingenio metiamur, vt quidam temere noſtro ſeculo facere tentarunt. Quæ ergo de aduentu illo generali dicuntur, per analogiā quandam ad cuiuſq; particularē aduentum ſpectant. Et ita multæ Chriſti ſentētiæ accipiendæ ſunt, quas inter illa eſt: *Attendite vobis, ne fortè grauentur corpora veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ; & ſuperueniat in vos repentina dies illa*: quæ verba etiam ad Apoſtolos pertinebāt: quia illa extrema dies comprehendet omnes, qui non ſtuduerint in hac vita ad illum aduentū inueniri parati. Quocircà Deus ad magnam noſtram vtilitatem voluit nobis illius diei aduentum ignotū eſſe, vt ſemper ſimus parati, non ſecus ac ſi quauis hora poſſet accidere. Quod verum eſt in particulari cuiuſq; iudicio: nā qui in hoc imparat⁹ fuerit, etiā in illo generali offendet. Itaq; particulare, & generale iudicium ita plerunq; admiſcentur inter ſe, vt iuxta literam quædam de vno, quædam de altero, quędam de vtroque verificentur.

Diei Domini præciſum tempus eſſe inſcrutabile, ac de illa die vti Scripturę loquuntur.
Luc. 21.

Celandæ nobis quęnam diei vltimæ cauſæ.

Deinde perſpice, nōnulla eſſe à Domino in Euangelijs dicta ad Apoſtolos, ſeu Diſcipulos, & tamen in eis adhuc cōpleta veritas nō eſt, ſed in perſonis Diſcipulorum intelliguntur poſteri, & poſterorum filij. Vt illud: *Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Non eſt ergo abſurdum, quædam dicta ſuā conſequi in Apoſtolis, quædā & in cæteris qui in illis repræſentati ſunt, veritatem. Simili modo Apoſtol⁹ ad Corinthios, & ad Theſſalonicenſes, & ad alias Eccleſias ſcribens, infinitè, & abſq; alia nota ad eos ſermonem dirigit, multa aut laudās, aut accuſans, quæ non pertinebant ad alios oēs, ſed modò ad maiores, modò ad minores, interdum ad certos quoſdam hominum gradus. Vt cùm Dominus ad preſentes Scribas & Phariſęos diceret: *Serpentes, & genimina viperarum, quomodò fugietis à iudicio gehennæ? Ideò dico vobis, Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis: Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ.* Certùm eſt enim eos qui tunc viuebant, non occidiſſe Zachariam filium Barachiæ, ſed Dominus in illis intelligebat omnes ſibi inuicem ſimiles, quos, quaſi vna eſſet generatio, deſignat. Vnde ſubdit: *Venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Ieruſalem Ieruſalem quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, &c.*

Quæ dicta Domini ad Apoſtolos, ad eorū quoq; poſteros pertinerent.
Marc. 13.

Idem obſeruandum in Paulo.

Matt. 23.
Geneſ. 4.
2. Paral. 24

Ex quibus elicimus, Apoſtolum nunquā docuiſſe, aut ſcripſiſſe, inſtare Dominici aduentus diem: nec id verum eſſe, cùm nondum veniſſent ſigna illa præcurrentia iudiciū à Chriſto p̄dicta: nec nūc aliquis nouus pſeudopropheta ex hæreticis ſigna Chriſti aduentus præceſſiſſe oſtēdit, etſi multi magni viri cernentes prælia, & peſtilentias, & fames, & pſeudoprophetas, dixerint imminere Domini aduentū, vt Magnus Cyprianus in epiſtol. ad Demetrianum, & magnus Gregorius homilia in verba Lucæ: Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis, &c. à ſignis id poſſe colligi exiſtimauerint. B. etiā Vincētius Dominicanæ familiæ, diem Domini inſtare prædicauit, & vt fertur, epiſtolam ſcripſit de Antichriſto iā nato: q̄ fuiſſe falſum, tradit Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. Et profectò non eſt veriſimile, illam epiſtolā conſcriptam fuiſſe ab eo quaſi in verbo Domini. Falſi ſunt igitur, qui à ſeculi flagellis, & tribulationibus diem poſtremi aduentus coniectare voluerunt.

Signa & coniecturæ diei Domini minimè inſtantis plurconſentur.
Matth. 24.

Inſtantis Domini aduentus ad iudiciū fallacia olim ſigna quorundam.
B. Cyprian.
B. Greg. hom. 1. in Euangelia tom. 2.
Luc 12.
B. Antonin.

Venerunt poſtremò nonnullæ mulieres ſanctitate præclarę, vt B. Brigitta, & Catherina Senenſis, & alij viri Sancti, qui ē cōuerſio reformationem Eccleſię, & conuerſionē paganorum ad Chriſtum prædixerunt; quę ſententia veriſimilior eſt, & Scripturis ſanctis magis conſentanea, quam & ipſa experientia ex parte confirmaſſe videtur. Videmus enim noſtro ſeculo oſtium magnum apertum fidei paganis, & infidelibus ad Euangeliū ſuſcipiendum in Indijs Orientalibus, & Occidentalibus, & magnā inter Catholicos, & eos qui Chriſtum profitentur, ad reformationem amplectendā, viam munitā eſſe non ſolùm in Eccleſiaſticis, & religioſis, ſed etiam in laicis. Nō ergo imminet nunc dies ille, aut eſt in ianuis: quia ſigna illum diem præcurrentia necdum videmus. Nec mirum eſt, nos ignorare diem illum, quem ſcire, vt dixit Dominus, non eſt Angelis datum, imò nec Filio hominis, ad hoc vt ipſum nobis reuelaret.

Negantes inſtare diem Domini, quam probabiliter opinentur.

Quomodo ignoret diem Iudicij Chriſtus.
Matt. 24.

Ad tertium de ratione Grammatices, dicendum eſt, manifeſtam eſſe eclipſin orationis,

III. dub. ſol. Nec ſententia: Niſi ve-

nerit diſceſſio primum,&c. quomodo ad literam ordinanda.

tionis,cum ait: *Quoniam niſi venerit diſceſſio primùm,& reuelatus fuerit homo peccati*, &c. Et poteſt in hunc modum ſuppleri. Quoniam non adueniet Dominus non ad iudicium,niſi venerit diſceſſio primùm, & relatus fuerit homo peccati, &c. Et huiuſmodi eclipſis figura frequenter vti conſueuit Apoſtolus.

Ad IV. dub. Quænam ſit illa diſceſſio quæ ventura eſt. Ambr. to. 5. Tertull. inter medium circiter.& finē lib. to 1.ſub initium. Auguſt. to. 5 Refuga quis Auguſtino.

Quartum dubium fuit circa illud: Niſi venerit diſceſſio primum. Ambroſius vertit,defectionem, abſceſſionem Tertullianus lib.de Reſurrectione carnis,& idem omnino denotat quod diſceſſio. Auguſtinus lib.20.de Ciuitate Dei,cap.19.legit: *Niſi venerit refuga primum*: & intelligit Antichriſtū refugam à Domino Deo. *Quod ſi de omnibus impijs*,inquit,*meritò dici poteſt: quanto magis de iſto ſcilicet Antichriſto?* Hæc ille. Is autem Latinè eſt refuga, qui alterius refugit dominio & poteſtati ſubditi. Græca vox eſt ἀποστασία, quæ rebellionem, vel ab obedientia Principis,vel à ſtatu, & profeſſione alicuius religionis deſignat. Sed hæc vox Græca ab interprete noſtro ſæpè expreſſa eſt diſceſſionis vocabulo. Vnde alibi Paulus: *Diſcedent quidam à fide*; &, *Videte fratres ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum,incredulitatis diſcedēdi à Deo viuo*: & rurſus, *Diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini*: quibus in locis Græcum verbum eſt ἀποστῆναι: & in Actis dicebant Apoſtolo: *Quia diſceſſionem* (hoc eſt ἀποστασίαν) *doceas à Moyſe*. Et libellus repudij Græcè apud Matthęum dicitur ἀποστασίου βιβλίον, quoniam mulier diſcedat ab obediētia mariti,& à fide illi ſeruanda. Hæc de voce annotare non erit ab re, vt melius ſenſum accipiamus.

1.Tim. 4. Heb. 3. 2.Tim. 2. Actor 21. Matth. 19.

I ſenſus Patrū de diſceſſione iam dicta. Hieron. epiſt. 151.q.11.to.3. circa med. Anſel. tom. 2.

Iam quod ad rem attinet, plures ſenſus huic verbo à Patribus aſſignati ſunt, & inter eos perſpiciendum, quis magis huic loco congruat. Ambroſius enim in ſuis Commentariis,ſi tamen eius exiſtāt,& Hieronymus in epiſtula ad Algaſiam,& Auguſtinus loco de Ciuitate Dei præſcripto, Chryſoſtomus item cum Theophylacto, & Oecumenio,& ante omnes Tertullianus,& reliqui,qui hos priores Patres imitantur, ſicut Anſelmus, hunc locum interpretantur de rebellione populorū ſubditorum Romano Imperio ab eius obedientia. Et hoc ratione poſſet confirmari: quoniam ſicut ad Euangelium prædicandum præparauit Imperiū Romanum,ita malitia hominum ad defectionem,& ad infidelitatem euerſo illo Imperio via munita eſt.

Refellitur hęc opinio dupliciter.

Cæterum vt quod ſentio dicam, quia abſolutè dicitur apoſtaſia,& non ab hoc, vel ab illo:& quia illa,quæ eſt à Chriſti fide data defectio, multo maior eſt: & quia ſacræ literæ frequenter de hac defectione in locis præcitatis faciunt mentionem, cùm tamen de hac defectione à Romano Imperio nullibi (quod ſciam) diſſeratur: propterea congruentius pręſens locus de defectione fidei venit interpretandus. Adde quòd Imperium illud Romanum iamdiu euerſum eſt, & in multa regna diſſipatum, & quaſi extinctum. Nam qui nunc eſt, & vocatur Imperator Romanus, tenuiſſima quædam vmbra eſt Imperij antiqui,vſque adeò, vt nec ipſam quidē vrbem Romam,vnde nominatur,poſſideat:& per multos annos defecerūt Imperatores Romani. Et ob id hoc ſignum præcedens aduentum Antichriſti, ante nōnulla ſecula completum fuiſſet. Ob quas cauſas minus probabilis videtur mihi hæc ſententia.

Qualis qui nunc eſt,& dicitur,Imperator Romanus.

Altera ſententia.

Deinde alij ſunt,vt Irenæus & Theodoritus,qui per apoſtaſiam intelligunt ipſum Antichriſtum,abſtracta voce poſita pro cōcreta. Iren.lib.5. prope prin. verba ſunt, *Iniuſte dominabatur nobis apoſtaſia, id eſt, diabolus.* Verba Theodoriti ſunt hæc: *Defectionem ipſum vocauit Antichriſtum, à re ipſa et nomine impoſito: conatur enim à veritate abducere, & efficere vt deficiant*: Et confirmatur hic ſenſus per verba Auguſtini ſuperius citata: *Niſi venerit*, inquit, *refuga primum*. Idem eſt autem defectio, vel diſceſſio, & refuga. ¶ Sed hic ſenſus videtur deficere: quia mox ſubiſigit per coniunctionem copulatiuam: Et reuelatus fuerit homo peccati, in quo videtur de alia re diſtincta ab homine peccati agere, & nō de ea quæ præceſſit, & Patres omnes de diuerſis rebus interpretantur.

Theodo. to. 2. B Aug epiſt. 80. ante medium. Quid incommodi habeat.

III. Senſus.

Tertio alii hanc diſceſſionem referunt ad rebellionem multarum Eccleſiarum ab Epiſcopo Romano vicario Chriſti,& ſucceſſore B.Petri,vt Africa,Oriens,& Græcia: ſimiliter, multi populi ab Eccleſiæ capite, & à Fide Chriſti diſceſſerunt; rati iſtam defectionem deſignatam à Domino in illis verbis: *Verumtamen Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* Qui ſenſus videtur veritati ipſi conformior, & aliis Scripturæ locis conſonantior. Nam in priori ad Timotheū dicitur: *In nouiſsimis temporibus diſcedent quidā à Fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum*: & in poſteriori ad eundem: *In nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amātes.* Et poſt pauca verba ſubdit: *Homines corrupti mēte, reprobi circa fidem.* Etſi autem plurimi deficiant; non tamen omnes. Etſi enim multas Eccleſias in diuerſis regionibus & prouinciis ſitas videamus noſtro infelici ſeculo à Romani Pōtificis Vicarii Chriſti obedientia defeciſſe: non tamen, vt arbitror, omninò deſperan-

Luc. 18. Quam probabilis ille ſit. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3.

Vnde hæreſes ortæ,& quomodò ſint exſtirpandæ.

da res eſt, vt non ſit ſpes aliqua futuræ reſipiſcentiæ breui conſpiciendæ, præſertim ſi tollerentur cauſæ errorum, hoc eſt dogmata fidei pernicioſa, & anſę, & occaſiones errandi adimerentur: hoc eſt, ſi nos, & mores noſtros, vt illi, in melius commutaremus: potiſſimum verò, ſi qui debēt eſſe lux mūdi, mundo ipſi vitæ exemplo prælucerent.

Matth. 5.

Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi.15. propoſitis his Apoſtoli verbis de Antichriſto, ſubiungit: *Nunc verò defectio eſt. Defecerunt enim homines à recta fide, ita vt alij quidem υἱοπατρίαν, hoc eſt, patris in filium mutationem prædicant; alij verò Chriſtum ex non exiſtentibus ad eſſe deductum dicere audent: & antè quidem aperti erant hæretici: nunc autem occultis hæreticis Eccleſia repletur. Defecerunt homines à veritate, & pruriunt auribus.* Et infra, *Defecerunt plurimi à bonis operibus, & videri potius quàm eſſe boni malunt. Hæc eſt igitur defectio, & expectandus eſt ille inimicus.* ¶ Sed fortaſſis non eſt iſta plena apoſtaſia, de qua hic Apoſtolus loquitur.

Illius ſenſus incōmodum.

Non enim in terris tantùm negabitur Chriſti Vicarius, ſed ipſemet Chriſtus apertè diuinitate ſua ſpoliabitur: nā ideò negabitur Vicarius, quia & ipſe primarius Dominus, cuius ille vices gerit, non recipietur: nec ſatis illis erit, ſed ita apoſtatabunt à Chriſto, vt aduerſarium eius Antichriſtum Satanæ primogenitum recipiant. Et hæc erit aperta apoſtaſia, quæ hic pro ſigno Chriſti aduētus ad iudicium datur. Ita docet Lyranus hoc loco, & propria ac principalis Antichriſti nequitia conſiſtit in abneganda Chriſti diuinitate, ſibiq́ue tribuenda.

Nicol. de Lyra.

Soluitur V. dub. Quis ille homo peccati, filius perditionis reuelandus.

Ad quintam dubitationem, explicandum eſt illud: *Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Et manifeſtè hæc de ſecundo ſigno aduentus Chriſti, hoc eſt de quodam peculiari homine Antichriſto dicto intelligenda ſunt, & qui per omnia Chriſto aduerſabitur. Quia ergo dicitur in ſingulari, Reuelabitur homo peccati, filius perditionis; ruit ſentētia quorundam, quos recenſet Auguſtinus libro & capite antedicto, qui dicebant, Antichriſtū nō futurum hominem aliquem priuatum. Hæc Auguſtini ſunt verba: *Vnde nonnulli, non ipſum principem, ſed vniuerſum quodammodo corpus eius, id eſt ad eum pertinentem hominum multitudinem ſimul cum ipſo ſuo Principe hoc loco intelligi Antichriſtum volunt.* Hæc ille; cum tamen à principio ad finem vſque Apoſtolus in ſingulari numero de eo verba faciat: neque videmus omnes malos, qui eius corpus ſunt, ſe deos facere, aut in templo Dei ſedere; quod de vno tantum inſigniter impio manifeſtè dictum intelligit.

I. opinio quorundam, ſed falſa.

Auguſt. li. 20. de ciuitate Dei cap. 19. ſub initium, tom 5.

II. opinio, quæ etiam confutatur.

Idem.

Deinde hoc locus nequit intelligi de Nerone homine impuriſſimo, vt ibidem docet Auguſtinus: *Quidam*, inquit, *putant, hoc de Imperio dictum fuiſſe Romano: & propterea Paulum Apoſtolum non id apertè ſcribere voluiſſe, ne calumniam videlicet incurreret, quòd Romano Imperio malè optauerit, cùm ſperaretur æternum, vt hoc quod dixit: Iam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut Antichriſti videbantur. Vnde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alij verò nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potius, vt putaretur occiſus: & viuum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit, cùm crederetur extinctus, donec ſuo tempore reueletur, & reſtituatur in regnum. Sed multum mihi mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio. Illud tamen quod ait Apoſtolus; Tantùm qui modò tenet, teneat, donec de medio fiat: non abſurdè de ipſo Romano Imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit: Tantum qui modò imperat, imperet: donec de medio fiat, id eſt de medio tollatur. Et tunc reuelabitur iniquus: quem ſignificari Antichriſtum, nullus ambigit.* Hactenus Auguſtinus, recitans fabulam de Nerone conceptam, quod ille futurus ſit Antichriſtus: Qui etſi crudeliſſimus, & impuriſſimus omnium hominum extiterit, & Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum de medio ſuſtulerit: non tamen ille in Chriſtum credidit, vt ab eo ille defecerit; nec futurus erat poſt tempora Pauli, cū iam ætate Apoſtolorum imperaret, & deterior illo, & immanior multo putatur futurus Antichriſtus.

De quo illud accipiendum ſecundum Auguſtinum: Tātum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat.

Neronis inſignis nequitia.

III. opinio, ratione triplici nixa.

Tertiò venerunt quidam ex Catholicis, qui ſenſerint Machometū fuiſſe Antichriſtū à Paulo hoc loco prædictum. Et probāt hoc modo: quia Machometum apoſtaſia Gentium totius Orientis ab Imperio Romano præceſſit, & tunc ipſe venit, & cœpit regnum eius. Deinde quia Daniel capite 7. poſt quatuor Regum, & vltimam Romanorum monarchiā ſermo eſt de cornu paruo, quod illaturum eſt bellum Sanctis, at Machometus fidelibus bellum intulit; & dominatus eſt tanto tempore. Quod ſi illa hiſtoria de cornu paruo non eſſet de eo intelligenda, profectò æquum non erat tantā cladem, quantā ille Chriſtianiſmo intulit, non fuiſſe per Prophetam aliquem deſcriptam, poſtquam alia lōgè minora de aliis Regnis prænunciarunt. Tertio, quia ibidē dicit, quòd durabit hoc paruum cornu vſq; ad aduentum Chriſti ad iudicium.

Daniel. 7.

Refellitur multis argumentis.

Sed certè hæc ſententia deficere videtur. Primò, quia apoſtaſia à fide Chriſti per regiones Orientis à Machometo facta nō eſt, nec præceſſit eius aduentum. Deinde quia

Qui fuerint olim Iudæorum, qui sunt Christianorũ Antichriſti typi. Luc. 18.

Deus eccleſiã ſuam vt vindicet ſe, aduerſario ſuo citò vt ipſe dixit.

ipſe non ſe dixit Deum, ſed tantùm ſtatum & Prophetam, & nuncium Dei. Tertiò non venit in prodigijs, & ſignis mendacibus; ſed in armis, & in virtute bellica. Quartò Antichriſtus venturus eſt in nouiſſimis diebus ſeculi; cùm tamen Machometus ſub Heraclio regnare cœperit. Et ſicut Synagogam Hebræorum; quœ typum Eccleſiæ gerebat, Dominus dignatus fuit liberare à Pharaone, Nabuchodonoſoro, Antiocho, veris Antichriſti typis, ac figuris, multò magis à Machometo, & Thurcica virtute, qui verè antichriſtum delineat, maximè rogante eccleſia iudicem Chriſtum, & dicente: *Vindica me de aduerſario meo*, citò, id eſt quamprimũ exaudiet, cum primũ videlicet ceſſauerint peccata noſtra, & pœnitentia, & dignis fidei & charitatis operibus eius dominationem euertamus, quam peccatis noſtris auximus. Poſtremò, ſi Machometus fuiſſet Antichriſtus, iamdiu veniſſet mundi conſummatio, quia apoſtaſia à fide proxima eſt ipſi Antichriſto. Et de impugnatione huius ſententiæ hæc ſint ſatis.

IV. & vlt. opinio Lutheranorum.

Ad extremum, ex ſepulchris veterum hæreſiarcharum prodierũt blaſphemi quidam, & imperiti ſophiſtæ, quos veros Antichriſti præcurſores nominare poſſumus: qui non audentes negare Chriſtum Deum, quia illud ſeruatum eſt tanquam proprium Antichriſto vero eorum capiti, & præceptori: ipſi tamen eius Vicarium, quem in terris reliquit pernegant, & inſigni blaſphemia, ac perfidia illum verum eſſe Antichriſtum docent, & hunc in templo Dei ſedere tanquam ſit Deus. Quod tam apertè falſum eſt, & contumelioſiſſimè dictũ, quam liquidum eſt illos eſſe Chriſti deſertores, & apoſtatas, & veriſſimos antichriſtos. Hoc enim docuit Lutherus in libro quem inſcripſit de ſupputatiõe temporum: Flaccius Illyricus in Catalogo temporum, Magdeburgenſes in Centuria. 1. lib. 2. c. 12. Muſculus in locis communibus de Eccleſia, c. 12. Beza in hæc Apoſtoli verba, & Marloratus in ſua quam mendaciter vocat, Catholica expoſitione, deniq; omnes eius farinę nugatores homunciones: vt videas omnes illos vno ſpiritu Satanæ actos, in hanc vnam expoſitionem conſpiraſſe.

Quales illi ſunt impugnebulones.

I. argumentũ ad probãdũ, Antichriſtũ nõ eſſe Pontificem Romanum Chriſti vicarium. 1. Ioan. 2. Tertul. lib. de Reſurr. car-

Sed vt eos ex proprijs Pauli verbis refellamus, conſtat Antichriſtum, qui communi fide omnium admittitur venturus, vnam certam eſſe debere perſonam: vnde & cum articulo deſignatur in 1. Canonica Ioannis, ὁ Ἀντίχριστος, & hoc loco, ὁ Ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, id eſt, Homo ille peccati, vel ſicut legit Tertullianus, homo delinquentiæ. Et Apocalyp. 13. proprium eius nomen dicitur conſtare num. 666. at nomina propria nõ niſi certis hominibus, & perſonis indũtur. Et Ioan. 5. & hoc loco per pronomina Ipſe, & Ille deſignatur. Et quod ait: *Qui aduerſatur: & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*; ſignificat: Non patitur plures conſortes. Ergò nomen Antichriſti nõ cadit in vllam ſedẽ, aut in certam aliquam hominum ſucceſſionem, qualis eſt illa Pontificum Romanorum.

nis inter med. & princ. Apoc. 13. Ioan. 5. Quid eſt dicere: Antichriſtũ aduerſari & extolli ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. II. argum. 2. Theſſ. 2.

Deinde Antichriſtus venturus eſt teſte Apoſtolo, vt ij iuſtè cõdemnentur, qui non crediderunt, & charitatem veritatis, hoc eſt Chriſtum, non receperunt vt ſalui fierent, ſed non crediderunt veritati, & conſenſerũt iniquitati: at hactenus nulli hominum veriùs Chriſtum receperunt, quam Romani, & fideles qui permanſerunt in fide Eccleſiæ Romanæ: ergò ad nullos mitti debuit Antichriſtus, quam ad Romanę Eccleſię & fidei eius ſocios: ad illos verò iudicandos præcipuè mitti debebat, ſi Romanus Pontifex eſſet Antichriſtus. Diuinæ ergò iuſtitię repugnat, per Apoſtolum Paulum reuelatum eſſe, Romanum Epiſcopum eſſe Antichriſtum.

Romanorũ fidei in Chriſtum honorifica Patrum teſtimonia. Rom. 1. D. Ignat. epiſt. 15. & vltima.

Quòd autem ſoci Romanæ Eccleſiæ in Chriſtum crediderunt, conſtat ex Apoſtolo ad Romanos, vbi ait: *Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.* Quòd omnes etiam Patres confirmant: nam B. Ignatius in Epiſtola ad eos miſſa, vocat eccleſiam Romanã caſtiſſimam, ſiue vt Ambroſius vertit Camaldulenſ. ſanctificatam, & illuminatam in voluntate, & eam, quę pręſidet in loco regionis Romanorum. Polycarpus communicauit cum eccleſia Romanorum, & ſacrũ ibi fecit tempore Aniceti Papæ, vt docet Euſebius Cæſarienſis. Ad hæc Irenæus libr. 3. c. 4. de ea vt primaria ſede honorificentiſſimè loquitur, ſicut etiam Tertull. libr. de Præſcriptionib. Hęretico. Et Cyprianus li. 1. Epiſt. 1. Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt, & claruit fide. Et epiſt. 3. *Confugitis ad eam, inquit, eccleſiam, veluti ad portum communionis Catholicæ.* Athanaſius & Petrus, vterq; Alexãdrinus Epiſcopus, Paulus, & Chryſoſtomus Conſtantinopolitano ad eã in Fidei negocijs confugerunt. Ambroſius libro de Obitu Theodoſij, Catholicos eſſe ait, qui conueniunt cum Eccleſia Rom. Optatus Mileuitanus gloriatur ſe in communione habere Syricium Pontificem; Hieronymus ad Damaſum: *Qui tecum non colligit, ſpargit*: hoc eſt: Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Bernardus ad Innocentium Papam: *Hæc eſt*, inquit, *Romanæ ſedis prærogatiua, vt non poſſit fidei ſentire defectum.* Si ergò Eccleſia Romana eſt ſedes Antichriſti, Antichriſto perhibuiſſet

Euſeb. lib. 5. Hiſt. Eccl. c. 4. Irenæ. Tertul. par. 1. ante mediũ. B. Cyprian.

B. Amb. to. 2. in fine. Optatus Epiſcopus, li. 2. cõtra Parmenianum non procul à princ. Hier. ep. 57 cuius principiũ eſt Quoniam vetuſto oriẽt tom. 2.

ſub initium B. Bern. ep. 99. initio. Luc 22. Romanæ ſedis prærogatiua.

buiſſet teſtimonium Paulus, Ignatius, Polycarpus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, & reliqua Eccleſiæ lumina, potiusq́; deberent ſedes Conſtantinopolitanæ dici Antichriſti, quia multi à Fide in eis defecerunt, vt Arriani, Sabelliani, Neſtoriani, Eutychiani, Monothelitæ, & Ioannes ille, qui vniuerſalis Epiſcopi ſibi nomen vſurpauit. Antichriſtus ergò etſi in Eccleſiam ſit venturus, non tamen velut ſucceſſor Epiſcopi Romani.

Vnde falſam Hæretici, veram vnde Catholici Patres & Orthodoxi Chriſti eccleſiam deprehenderint.

Et vt videas delirum, & inſanum caput hęreticorum, per ſuceeſſionem Pontificum Romanorum volunt eccleſiam Antichriſti cultricem confirmare; per quã Irenęus, Tertullianus, Auguſtinus, & Optatus colligunt veram Chriſti eccleſiam.

III. argum.

Tertiò, Euangelium nondum eſt per vniuerſum orbem prædicatum: quod experientia docet, nam quotidie noui populi apud Indos reuelantur, qui fidem Chriſti ſuſcipiunt, at Dominus apud Matthæum ait; *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tũc veniet conſummatio.* Et ſubdit: *Cùm ergò videritis abominationem deſolationis, &c.* Per quam Hieronymus, Hilarius, & Damaſcenus intelligunt Antichriſtũ. Si ergò opus eſt prędicari Euangelium omnibus gentibus, & tunc veniet Antichriſtus in redargutionem aduerſariorum Dei: ſequitur nondum Antichriſtum veniſſe.

Matth. 24.

Hier. ep. q. 11. to. 3. Hilar. Can 25. in Matth. Damaſc. lib. 4. ortho fidei. c. 27.

Quartò, quomodò poſſunt eſſe Antichriſtus illi, qui perpetua, & continua ſucceſſione ab ipſo Chriſto capite, & à B. Petro eius Vicario (qui primus hanc ſedem obtinuit) deſcendunt? Et quomodo Apoſtolus de futuro dixit, *Niſi venerit*, & rurſus, *Tunc reuelabitur ille iniquus*, quomodo igitur ait Paulus venturum eum qui iam venerat? Nam Petrus anno tertio, aut quarto Claudij Romam venit. Eritne dicendum, Apoſtolorum Principem fuiſſe Antichriſtum? maximè cùm Petrus, & eius ſucceſſores nedum Chriſtum non negent, ſed ſupplices adorent, & adorandum omnib. prędicent, & pręcipiant, ſe verò meros eſſe homines, & Chriſti miniſtros, & ſeruos ſeruorum Dei appellent. Quòd ſi quicquam honoris eis exhibetur, id nõn propter ſe, ſed propter Chriſtum, cui præcipuè exhibetur acceptant. Quòd ſi in eo honore exhibendo aliqui decipiantur, & aliqui pluſquam par ſit, tribuant, hoc ad rem non facit. Certè in pane edendo, & vino bibendo, & in vſu coniugij, & in actionibus cæteris artium plerunque peccatur, non propterea tamen deducendum eſt; Nullus ſit panis vſus vites omnes euellantur, non celebretur vllum coniugium: quæ tamen ſunt plumbea, & puerilia argumenta.

Hier. lib. de ſcriptoribus, eccl. initio to. 1. à medio.

Quales tantum ſe agnoſcant gerant, ac prædicent Romani Pontifices.

V. argum.

Quintò argumentamur in hũc modum Antichriſtus non tantum negabit Ieſum eſſe Chriſtum, ſed etiam in eius locum ſe ſubſtituet, dicens de ſe, Ego ſum Chriſtus, quod etiam pſeudoprophetæ dixêre, vt Simon Magus, Menander, Manichæus, & alij multi: ergò multò magis verus Antichriſtus id perſuadere conabitur, de quo Dominus dixit: ego veni in nomine Patris mei & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. Vnde Irenæus libro 3. capite vigeſimo quinto aſſerit, Antichriſtum tentaturum, quò ſe ipſum oſtendat eſſe Chriſtum. Et Ambroſius in cap. 21. lib. 10. cap. 3. Lucæ: Ex ſcripturis, inquit Antichriſtus diſputabit eſſe ſe Chriſtum, at nemo vnquam Pontificũ dixit eſſe ſe Chriſtum, aut liberatorem mundi; ergò nec fuit Antichriſtus. Iudæi item non recipiẽt antichriſtum in Meſſiam, niſi quem Iudæum agnouerint, & ex Iudęis progenitum, vt teſtis eſt Hieronymus in caput 11. Danielis. Irenæus verò libr. 5. eum docet futurum ex tribu Dan, & id probat ex loco quodam Ieremiæ: at Pontifices Romani non ſunt ex Iudęis nati, ſed ex Gentibus & varijs nationibus, nec vllus per tot ſecula ſurrexit de tribu Dan. Ergò alienum ab Scriptura eſt, & omninò illi affingitur, vicarium Chriſti eſſe Antichriſtum: nec recipient Iudæi antichriſtum niſi circumciſum, & legem obſeruantem, vt hoc loco tradit Ambroſius. Et quò magis perſuadeat de circumciſione veniet circumciſus. Et Gregorius libr. 11. Regiſtri docet, antichriſtum populum Gẽtilem Iudaizare compulſurum, vt exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, at Sabbata Põtifices Romani nec celebrarunt ipſi, nec alijs celebranda tradiderunt.

Act. 8.

Ioan. 5.

D. Irenæ.

Ambroſ.

Genus Antichriſti.

Hier à medio to. 5 prop. fin. B. Irenæ. c. 30. Ierem. 8.

B. Greg. ep. 3. in prin. to. 2.

VI. argum.

Sextò docet Apoſtolus, Antichriſtum ſeſe exaltaturum ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: facilè ergò ſe extollet ſupra maiores, ſupra ſanctos, & ſupra totam vniuerſalem Eccleſiã, quæ maior Deo ipſo eſſe nequit. Vnde, vt ait Daniel, Deum patrum ſuorum non reputabit: & blaſphemabit tabernaculum, & eos qui in cęlo habitant, Deũ verò quem ignorauerũt patres eius colet, & Deũ Mohozim pro ſuo Deo venerabitur. Se ipſum enim tanquam Deũ fortiſſimũ colet in eo loco quem ipſe in honorem ſuum eriget. At Pontifices Romani in pretio habent ſuos maiores: veſtigia eorum in decretis fidei, & morum ſectantur. Vnde illa ſententia Apoſtolica: *Veſtigijs antecessorum noſtrorum inſiſtentes*: Sanctos ca-

Dan. 11. Apoc. 13.

Romanorũ Pontificũ humilitas & obediẽtia: Antichriſti ſu-

perbia, & arrogantia.

nonizant, & colendos,& inuocendos proponunt. Multos etiam agnoſcunt vt æqualet, at Antechriſtus neminem enumerabit anteceſſorem, vel ſucceſſores: nullos ante ſe Prophetas, vel Apoſtolos, vel Chriſtum ipſum, præter ſe ipſum colet, aut colẽdum proponet. Impium eſt ergo dicere, Pontifices Romanos eſſe Antichriſtos.

Antichriſtus erit atheos.

Et pondera quod ait: *Extollet ſe ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*: quia nec Deum verum, aut falſum, vel idolum aliquod proponet, ſed tantùm ſe ipſum. Hinc Irenæus: *Antichriſtus*, inquit, *exiſtens apoſtata, & latro, quaſi Deus vult adorari: & cum ſit ſeruus, Regem ſe vult præconari. Ille enim omnem ſuſcipiens diaboli virtutem, veniet non quaſi Rex iuſtus, nec quaſi in ſubiectione Dei legitimus, &c.* Cyrillus quoque in Catecheſ. 15. ante medium: *Idola ſcilicet odio habiturus eſt Antichriſtus, vt ipſe in templo Dei ſedeat.* Et beatus Ephræm ſermo. de Antichriſto, tradit, quod aſpernabitur Idola: at Romanus Epiſcopus nõ aſpernatur Idola. Vnde vel ipſi Hæretici dicunt, Papiſticos cœnam Dominicam commutaſſe in execrandum Idolum: & venerantur, Imagines & ſtatuas. Quomodo igitur poterit eſſe Antichriſtus, de quo tradunt omnes, quòd nihil præter ſe coli volet?

Iren. lib. 5. c. 25. initio.

Cyril. Hieroſ.

B. Ephræm.

Hæreticorũ in Catholicos blaſphemia.

Addit prætereà Paulus, quòd ſedebit in templo Dei, ſcilicet Ieroſolymitano, vt interpretatur Iren. lib. 5. & Hippolytus Martyr lib. de conſummatione mundi, tradit, Antichriſtũ Ieroſolymis ſuſcitaturum tẽplum lapideum. Similia Cyrillus Catecheſi prædicta, & Hilarius Canon. 25. in Matthæum, & Ambroſius in caput Lucæ 21. & Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 11. docent. Si ergo in templo illo ſeſſurus eſt Antichriſtus, profectò nullus Papa Romanus fuit Antichriſtus, quia nunquam ibi ſedit.

In têplo Dei quonã ſedebit Antichriſtus, ſecundũ Irenæum.

B. Iren. c. 30. in fin.

Ambr. tom. 5. Hier. epi. 151. tom. 3.

Quòd ſi quis interpretetur per templũ Dei, Eccleſiam Chriſti, vt veriùs putant Hieronymus, & Auguſtinus, Chryſoſtomus quoq; admittit ſenſum de templo Eccleſiæ; efficitur vt Papa non ſit Antichriſtus, quia in Eccleſia Dei ſedet. Quaſi verò quiſquis in Eccleſia Dei ſedet, ſit templum Dei. Ergo etiam Apoſtoli, & Patres veteris Teſtamenti Antichriſti forent, quia ſuper Cathedras Eccleſiarum ſederunt, & non extra Eccleſiam. Sed quid de Antichriſto, qui ſedebit non tantum in Eccleſia, ſed etiam ſedebit vt Deus, vel tanquam Deus, ſic enim Græca habent ὡς Θεὸς, id eſt, Oſtẽtans ſe quaſi ſit Deus. Sed Papa non oſtentat ſe vt Deus, ſed vt miniſter Dei, & vt ſeruus ſeruorum Dei.

In quo têplo Dei ſedebit ſecundum alios probabilius.

Hier. epi. 151. q. 11. to. 3. circa med.

Aug. lib. 20. de ciuit. Dei. ca. 19. to. 5.

Chryſ. hom. 4. tom. 4.

Vnde Petrũ & Apoſtolos & ſediſ Romanum Pontificem, hæretici Antichriſtos facere videantur.

Septimò, Antichriſtus dicitur ab Apoſtolo operaturus ſigna, & prodigia ſtupenda, vt diuinitatis ſuæ opinionem conciliet. Et rectè in ea verba Ambroſius dixit, quòd vt Filius Dei ſignis & prodigijs oſtẽdit ſuã Deitatem, ita & Satanas in homine apparebit, vt virtutibus mendacibus probet ſe Deũ. At Epiſcopi Romani nulla ſigna ediderunt ad comprobationem ſuæ diuinitatis, vt dij haberentur. Nam ſi hoc ab eis factum fuiſſet aliquando, extaret huius rei aliquod veſtigium. At Epiſcopi Romani ſi ſigna ediderunt, in nomine Ieſu Chriſti illa perfecerunt, vt Gregorius libr. 3. Dialogorum de Ioanne Papa refert; qui cum ingrederetur Conſtantinopolim, ad auream portam vrbis cæco lumen reddidit. Eodem libro recenſet de Agapito Pontifice, quòd claudum, & mutum in virtute nomini ſanauerit. Antichriſtus verò non in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem negaturus eſt, ſed ſuo nomine ſigna edet. Nullo ergo modo Papa eſſe poteſt Antichriſtus.

VI. argum.

Ambr. tom. 5.

Vnde cõſtat, Rom. Pontifices miracula virtute diaboli minimè feciſſe.

D. Greg. c. 12. in fin. to. ſub initium.

Idem c. ſeq.

Sed audi Magdeburgenſes in Centuria prima, libr. 2. cap. 40. quid malitioſè dicant: *Vt autem Pontifices Romani fidem faciant, edent miracula virtute diaboli, nihilominus ſub nomine Chriſti.* Sed quid his verbis abſurdius, aut pugnantius, aut magis ſtultum? Si in nomine Chriſti, quomodo in virtute Satanæ? an fortè diabolus fauet Chriſto? quomodo ergo ſtabit regnum eius? Videntur ergo iſti homines impudentiſſimi, ac planè diabolici in peccatum inexpiabile in Spiritum ſanctum incurrere: quia quod nouerunt eſſe Chriſti, apertè tribuunt diabolo.

Contra hanc blaſphemiã Magdeburgẽſium: Rom. Pontifices edere miracula virtute diaboli, nihilo minus ſub nomine Chriſti.

Matth. 12.

Ibidem.

Octauò: Breui ſpatio regnaturus eſt Antichriſtus, nempe, vt habetur Dan. 7. per tempora, & tempus, & dimidium temporis, hoc eſt per tres annos cum dimidio. Et cap. 9. ait: *In dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia, & ſacrificium*, medium autem hebdomadæ annorum cõficit tres annos cum dimidio. Et rurſus cap. 12. *A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolutionem, dies mille ducẽti nonaginta*, qui dierum numerus redit in eãdem ſummam annorum. Et Apoc. 11. ponuntur quadraginta duo mẽſes, quibus Ciuitatem ſanctã calcabit Antichriſtus, qui faciunt idẽ temporis ſpatium. Et idem dicitur Apoc. 13. Et nulla in re ferè Scriptura tantum diligentiam poſuit, quantum in deſcribendo temporis ſpatio quo regnaturus eſt Antichriſt⁹ Eccleſiam perſequens: nec cõtenta dicere, ſoluetur diabol⁹ modico tẽpore Apoc. 20. vel meminiſſe tẽporũ, & tẽporis, & dimidij tẽporis ſemel, ſed bis, & tertiò idẽ replicauit. Nec in annorũ numero quieuit, ſed ad-

VIII. argum.

Dan. 7.

Infra 9.

Antichriſtus quam diu regnaturus.

Infrà 12.

Apoc. 11.

Infrà 13.

Apoc. 20.

Infrà 12.

dedit certos menſes, nempe quadragintaduos: & quaſi hoc parum eſſet, addidit totidem ferè dies, qui annis, & menſibus reſponderunt. Denique tam breue tempus Antichriſti futurum eſt, vt Apoc. 17. dicatur: Beſtia quæ erat, & non eſt: quod de Antichriſto dictum interpretatur Irenęus. Nã etſi omne tempus Deo breue ſit; tamen vt in Antichriſto omnis iniquitas cõprehenditur, ſic breuis dubitatio ſtatus peccati, & facilis tranſitio per breuiſſimum tempus Antichriſti deſignatur. Cũ alioqui ſi multis ſeculis regnaret, non ſatis ſignificanter figurata eſſet mundi vanitas. Et præ magnitudine perſecutionis vix ſalua fieret vlla caro, vt docet Auguſtinus libro 20. de ciuitate, cap. 8. Falſum ergo eſt, Papam aut fuiſſe, aut eſſe Antichriſtum, qui iam regnauit per mille & ſexcentos fere annos.

Infrà 17.

Iren. lib. 5. cap. 25.

Regni Antichriſti breui duratione quid ſignificet Spiritus ſanctus.

B. Aug. 20. 5.

Deinde cum Helias & Henoch affuturi ſint ad pugnandum contra Antichriſtum, & ad muniendos fideles, vt docet Aretas Epiſcopus Ceſarien. ſuper illud Apocalypſis. 11. *Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis:* qui numerus dierum parum abeſt à tribus annis cum dimidio: cum ergo Elias & Henoch nondum venerint, & Epiſcopis Romanis non ſe oppoſuerint; indubitatum eſt illos Antechriſtos non eſſe.

Henoch & Elias quare Chriſtum iudicem præcurrent.

Apoc. 11.

Aretas Epiſc. Caſar.

Quòd verò Proteſtãtes quidam alij intelligunt, Lutherum fuiſſe Eliam quẽdam: Reſpõdebo, illos ipſos nequaquam id credere, nec minus Caluiniſtas, qui omnino negant eum fuiſſe prophetam.

Lutherum Proteſtantes quẽdam eſſe Eliam teſtãtes, impudẽtiſſimè mentiri.

Sed quid ego in impia blaſphemia confutanda plura fundo verba, aut pluribus vrgeo argumentis? In cauſa certè fuerunt Hæretici, vt nos hoc falſum eorum commentum confutaremus, & tanquam hæreticum iugularemus.

Si ergo Nero Imperator, aut Machometus, aut Epiſcopus Romanus Antichriſtus non ſunt: oportet conſtituere ex traditione Patrum quendam Iudęum oriturum ex tribu Dan, qui inſurget in Chriſtum, & reuocabit homines ad legem ſeruandam, & templum Ieroſolymitanum reſtaurabit, & in eo ſe omnibus adorandum proponet tanquam ſit Deus, & idem etiam in templis Chriſtianorum efficere infeliciſſimus audebit: qui potentia armorum, & magnis exercitibus, adde etiam eloquentia, & mũdi ſapientia, ſignis quoque mendacibus, ac bonorum, & diuitiarum largitione ad decipiendum venturus eſt, hoc eſt ad negandum Chriſtum Deum, & ad ſibi diuinitatem vſurpandam, vt hac ratione ſe pro Meſſia venditet.

Qui dicitur homo peccati, & filius perditionis, qualis erit propriè Antichriſtus.

Soluam iam noſtri arroſoris Muſculi argumentum quod proponit in Locis ſuis communibus. Ait enim, Antichriſtum non ſolùm eum eſſe, qui Chriſto aduerſatur, sed & eum, qui ſe pro Chriſto Eccleſiæ obtrudit, nam ἀντιςρατηγὸς dicitur, & qui duci ſe opponit, & qui pro duce ſe gerit, cum non ſit: quia præpoſitio Græca ἀντὶ, & contra, & pro deſignat. Ita Antichriſtus eſt, qui aduerſatur Chriſto, & qui eſt Chriſti vicarius.

Contra hanc Muſculi interpretationem: Antichriſtus & aduerſarium Chriſti, & ſe pro Chriſto Eccleſiæ obtrudentem ſignificat.

Reſpondemus nos nequaquam hic inquirere quid Græca præpoſitio ἀντὶ ſignificet, ſed quid illius eximij Antichriſti vocabulum in Scripturis denotet. Antichriſtus enim propriè eſt is, qui ſuperaltatur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Et talem Antichriſtum negamus eſſe poſſe, etiamſi eſſet intruſus, & ſine legitima autoritate pro Chriſti vicario ſe gereret. Quod tamen non facit Papa, qui ſe Vicarium Chriſti, & ſeruum ſeruorum Dei & agnoſcit, & prædicat. Nam hic non erit talis Antichriſtus, qui dicatur venire in nomine ſuo, vt habetur Ioan. 5. hoc eſt, non miſſus ab aliquo. Et venire in nomine Chriſti, non eſt efferre ſe ſupra Deum, vt tradit Illyricus in Catalogo teſtium pagin. 3. Alioqui Apoſtoli, qui in nomine Chriſti venerũt, id eſt, ab eo miſſi fuerunt, extuliſſent ſe ſupra Deum, & fuiſſent veri Antichriſti, qui etiam baptizabant, & edebant ſigna in nomine Chriſti, & Chriſtus Dominus pſeudoprophetas dixit non tantùm dicturos eſſe, veniſſe ſe in nomine Domini, ſed etiam venturos in nomine proprio, & dicturos, Ego ſum Chriſtus. Illyricus ergo falſarius eſt, & ſophiſta verborum Chriſti. Falſarius quidem, quia ille dixit: Multi venient in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Vbi non loquitur de Papa, qui non vocat ſe Chriſtum, ſed Chriſti Vicarium, & ſeruum & miniſtrum Chriſti. Sophiſta verò, qui Papam in nomine Chriſti legatione fungentem pro Chriſto, dicat à Chriſto reprehenſum, vt non niſi eum reprehẽdat, qui nominat ſe Meſſiam. Nec Chriſtus ibi agit de Antichriſto, ſed de pſeudoprophetis eius præcurſoribus, quia dixit: Multi venient in nomine meo, dicentes, &c. Sed ne longior euadat Tractatus, reliquas quæ ſuperſunt de Antichriſto dubitationes, ſequenti diſputatione expediemus.

Antichriſtus quis Apoſtolo.

Ioan. 5.

Venire in nõmine Chriſti, quid.

Matth. 24.

Illyricũ hęreticũ hominẽ vnde falſariũ & ſophiſtam verborum Chriſti facilè agnoſcas.

(:.)

DISPVTATIO III.

In qua reliquis dubitationibus de Antichriſto quæ ſuperſunt, reſpondetur, & maxime Apoſtoli verba explicantur.

Primum dubium.

IN primis dubitatur qua ratione Antichriſtus dicitur homo peccati, & filius perditioois; cum idem poſſit tribui Iudæ proditori, & cuiuis impio. Deinde quomodò extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut qnod colitur; & quomodò poteſt homo io tantam ſnperbiam, & inſaniam denenire, vt ſibi arroget diuinitatem, & ſe pro Deo obtendat adorandum. Tertiò, dubia ſunt illa verba: *Et nunc quid detineat, ſcitis; vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis*: quomodo enim operari poterat qui nondum erat? Quartò admodum difficile eſt capere illud; Tantùm vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat: quæ verba quibuſdam viſa ſunt iodexplicabilia, & alijs permittunt interpretanda. Quintò dubitatur de tempore reuelationis Antichriſti, quem Dominus Ieſus interfecturus eſt ſpiritu oris ſui, & qualis erit iſta interfectio. Sextò dubitamus de verbis illis: *Cuius eſt aduentus ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus*; & qnæ ſint iſta ſigna mendacia. Septimò qnomodo Deus dicitur mittere operationem erroris in homines, vt credant mendacio, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent; cum ſcriptura ſit: *Perditio tua Iſrael; tantummodo in me auxilium tuum*? Octauò dubium eſt, ao exieot nuoc aliqua certa ſigna indicantia diem Domini aduentus imminere. Nonò dubitatur, quid per traditiones verbo, aur ſcripto acceptas, & in quibus eſt ſtandum, intelligendnm ſit, nam in Scripturis male audit hoc nomen Traditionis, quod tamen hîc bene audit: & maximè, quia, vt Hæretici argumentaotur, in ſcripturis continentur omnia ad ſalutem neceſſaria. Hæc ſunt præſenti diſpntatione executienda, & explicanda.

Secundum. — Tertium. — Quartum. — Quintum. — Sextum. — Septimum. — *Oſea 13.* — Octauum & Nonum.

Ad 1 dubium. Antichriſtus cur dicitur homo peccati.

Soluitur primum dubiũ, dicendo, quod vt abſtractæ voces ponuntur pro concretis, & epithaſim addunt rebus ipſis; vt cum aliquem vocantes ſcelus, intelligimus inſigniter ſceleratum; ita hic, homo peccati denotat hominem flagitioſnm, & criminibus magnis obrutum, vel enm, qui ſummo peccato tenetur. Nam directè Chriſtum Antichriſtus diuinitate ſpoliabit, & ſibi illam adſcribet præ ſuperbia, & arrogantia, & ad peccatum amplectendum bonos omnes, & pios viros ſolicitabit, & ſignis mendacibus, & violentia, & pecuniæ largitione vrgebit; quod ſcelus eſt ſupra mndum infandum. Rectè enim B. Baſilius in titulum ſeptimi Pſalmi ſcribens, ait: *Ipſa Scripturæ conſuetudo, peiores, à peccato magis cenſere, quam à patribus ſolet: meliores verò filios ex aliqua inſigni, & eis conueniente virtute. Quamobrem diabolum Apoſtolus perditionis filium appellat. Niſi enim, inquit, reuelatus fuerit iniquus ille, filius perditionis. Et Iudam Dominus in Euangelio filium perditionis vocauit: Nullus* (inquit) *perijt, niſi filius perditionis. Filios autem ſapientiæ eos vocat, qui in Dei cognitione ſunt inſtituti, & conformati: Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filijs ſuis. Et ſi fuerit, inquit, ibi filius pacis.* Hæc ille.

D Baſil Vnde peiores Scriptura magis cenſere ſoleat, teſte Baſilio.

Ioan 17. — *Luc. 7.* Filij ſapientiæ qui.

OEcumenius qnoque: *Hominem peccati dicit ipſum Antichriſtum. Neque enim Satanas erit Antichriſtus, ſed homo obſeſſus, ac directus à Satana. Hominem autem peccati ipſum vocat, quod & ipſe plurimum delinquet, & alios ad hoc compellet.* Hæc ille. Filius verò perditionis vocatur, quia filius Satanæ iam omnino perditi, & ipſe multos perdet, & ſui ipſius maximã perditionem operabitur.

Matth. 10. — *Luc. 10.* — *Oecum. c. 2.*

Etſi verò Iudas dicitur Filius perditionis, tameu non propterea æqualis erit Antichriſto omnium hominum perditiſſimo: ſed quiſq; pro ratione ſui criminis. Quemadmodum etiim Stephanus dicitur plenus Spiritu ſancto, & Apnſtoli repleri Spiritu ſancto, & ſanctiſſ. Deipara dicitur gratia plena, & B. Eliſabeth & Zacharias vir eius dicuntur repleti Spiritu ſancto, & Chriſtus plenus ſpiritu: nec tamen æqualiter credendum eſt fuiſſe repletos, ſed aliter Chriſtus, qui vt caput Eccleſiæ, plenitudinem capitis habuit, vt poſſet in omnes pro nutu ſuo effundere; aliter verò repleti ſunt Apoſtoli & Stephanus ad prædicandum Euangelium, & ad patiendũ fortiter pro Chriſto; & denique alia ratione B. Eliſabeth & Zacharias tanquam parentes Præcurſoris: ita dicuntur homines perditi pro ratione ſuæ impietatis, & nequitiæ.

Aliter fuit Iudas, aliter erit Antichriſtus filius perditionis. — *Ioan. 17.* — *Act 7.* — *Supra 7.* — *Luc. 1.* — *Ibidem.* — *Ibidem.* — *Infra 4.* — Sanctorum alia eſt, alia Chriſti plenitudo Spiritus ſancti, & donorum omniũ. — *Ioan. 1.* — *Epheſ. 1.* — *Coloſſ 1.*

Ad ſecundum, in illud; *Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*, ſignificat: Exurget palam in ipſum Chriſtum, & non vt alij, qui ſaltem verbo Chriſtum fatentur, & colunt, & ſe illius doctrinam tradere profitentur, quò magis imponant.

Soluitur II. dubitatio, Antichriſtus vt ſe extollet ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.

Quomodo autem homo perſuadere ſibi poſſit ſe Deum, & pro tali ſe coram alijs gerere, & exigere quę diuinitati tantũ conueniunt. Dicendum eſt, hominis voluntate deprauati facilè iudicium corrumpi, & facilè opinionem diuinitatis ſibi tribuere,

Quid eſt quod homini perſuadere poſſit ſe Deum eſſe: & qui nam diuinitatem affectauerint.

Digitized by Google

Geneſ.3. *Daniel.3.* *Iudith 3.* *Ezech 28.* *Infra 29.*

vt ſcilicet ſe Deum arbitretur, & pro Deo ſe gerat. Nam huius diuinitatis ambitione primi parentes titillati ſunt, & Nabuchodonoſor non volebat alium Deum coli in Babylonia, præter ſuam ſtatuam, & alter Nabuchodonoſor, de quo Iudith 3. iubebat exterminari omnes alios deos, & ſe ſolum coli. Et Ezech.28: dicitur ad Regem Tyri: *Eo quòd eleuatum eſt cor tuum; & dixiſti: Deus ego ſum, & in Cathedra Dei ſedi in corde maris; cum ſis homo, & non Deus, &c.* Et c.29. dicitur ad Pharaonem: *Ecce ego ad te, Pharao Rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorum, & dicis, Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.* Vides pleroſque diuinitatem affectaſſe, & illam ſibi tribuiſſe? Quid ergo facier Antichriſtus, omnium reproborum caput ac dux?

Quid illud Irenæo: Antichriſtus extollitur ſupra omne quod colitur Deus.
B. Iren.

Quod verò ait: *Supra omne quod colitur Deus*: interpretatur Iren. lib.5.c.6. id eſt, ſuper omnia Idola, quæ dicuntur, & non ſunt dij, iuxta illud: *Omnes dij Gentium dæmonia*; non autem ſuper Patrem, qui eſt, & dicitur Deus. Et lib. eod. ca.25. idem interpretatur, id eſt ſuper Idola, hæc enim dij dicuntur, aut coluntur ab hominibus, nõ ſunt autem dij. Græcè tamen legimus: *Super omnem qui dicitur Deus, aut numen.* Tres ſunt tãtùm perſonæ diuinæ, quæ dicuntur Deus, & ſunt vnus Deus; quas ille negabit, & ſuper illas ſe conſtituet, & ſe ſuper omne numen, quod dignum eſt cultu.

Super omnem Deum quem præcipuè ſe extollet Antichriſtus.

Idem in templo Dei quo modo ſedebit, oſtendens ſe tanquam ſit Deus.

Sequitur: *Ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus.* Vel vt Græca habent, oſtendens ſe quòd ſit Deus. Et eſt quidam loquendi modus, quem fugere ſtuduit interpres. Non enim reuera ipſe ſe Deum oſtendet: quia quod verè non eſt, eſſe oſtendi non poteſt, ſed quòd ille vſurpabit cultum Diuinum, iubens ſe adorari, & qòòd operibus, & verbis, & ſignis nitetur oſtendere ſe Deum eſſe. ¶ Porrò in templo Ieroſolymitano ſedebit, vt interpretatur Irenæus loco paulò antè citato: & producit verba Domini: *Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto.* Alij autem putant in Dei eccleſijs, & templis Chriſti ſeſſurum; vel in hominibus ſanctis, quos Paulus vocat Dei templum.

B. Iren. lib.5. c.30. in fin. *Matth.24.* *Daniel.9.* *Infra.11.*

I. Typus Antichriſti.

Quia verò Antichriſtus magnis copijs, potentia, & nequitia, & ſophiſtica ſapientia, & ſignis ac prodigijs venturus eſt, & ſe ſe totũ Chriſto opponet, & conabitur eum diuinitatis, & Meſſiæ titulis ſpoliare: hine factum eſt, vt quiſquis quouis modo ſe opponat Chriſto, Antichriſtus dicatur, & appelletur. Quiſquis enim in primis Chriſtũ factis negat, etſi ore confiteatur, Antichriſtus eſt, vt habet ſententia nomine Auguſtini allata ab Gloſſa Ordinaria in caput primum ad Titum. Atque hoc modo, omnis Chriſtianus malè viuens poteſt dici Antichriſtus.

Tit 1. *Rom 10.*

II. Antichriſti typus. *1. Ioan.2.*

Deinde peculiariter omnis Hæreticus, qui fidem falſam tradit, & pro ea diſputat, meritò Antichriſtus appellatur, de quo Ioannes in priori ſua epiſtola teſtatur: *Audiſtis quia Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt.* Quam loquendi rationem Cyprianus, & Origenes, & alij Patres ſectantur: quia Hæretici non tantùm peruertunt verbum Dei, & fidem inuertũt, ſed etiam quia præcurſores ſunt Antichriſti, ſicut omnes pij, & iuſti viri recta docentes, Chriſti interdum dicuntur.

III. typus.

Tertiò, quia peculiariter Antichriſtus, non tantum dolis, & ſophiſticis artibus aget, ſed viribus, & potentia, & immanitate auocans à Fide Chriſtianos: ideò omnes tales, qui in populum Dei ſęuierunt, Antichriſti vocantur: vt in lege Pharao, Nabuchodonoſor, & Antiochus; in Nouo verò Teſtam. Nero, Domitianus, Traianus, Antoninus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, Maximianus, Cõſtantius, Iulianus, & Machometus; qui omnes Antichriſti fuere, quia typici, & veluti anteambulones, & præcurſores veri Antichriſti extiterunt, & qui iniquitatis myſterium operati ſunt.

IV & vlt. typus Antichriſti.

Quartò, hypocritæ nequiſſimè viuentes, & flagitijs ſe, & alios inquinantes, & in magiæ, ac veneficarum artiũ ſtudio, ſignis deniq; fictis, & mendacibus alios ad falſam doctrinam, vel ad impuram vitam trahentes; imitatores ſunt Antichriſti, & eius typũ gerunt. Quare Apoc.17. deſcribitur beſtia habere capita ſeptem (nimirum vitiorum capitalium) & cornua decem, nimirũ rebellantium contra decem præcepta.

Apoc 13. *Infra 17* Beſtiæ quæ habet capita ſeptem, & cornua decem.

Ad III dub. in illud: Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. *Theophylact.*

Tertio dubio reſpondetur: *Et nunc quid detineat ſcitis*, præcedere verba propoſita: *Num retinetis quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?* Id eſt: Num meminiſtis me hæc eadem vobis verba tradidiſſe? In hæc verba ſcribit Theophylactus: Vel hinc liquet, quòd haud pauca Paulus myſteria tradiderit, quę literis nõ ſint mandata. Hęc ille. Et ſequitur deinde: *Et nunc quid detinet ſcitis; vt reueletur in ſuo tempore.* Id eſt, vt interpretatur Auguſtinus, Quid ſit in mora, quæ cauſa ſit dilationis eius, vt reueletur in ſuo tempore, ſcitis: quoniam ſcire illos dixit, apertè hoc loco dicere noluit. Et ideò nos qui neſcimus quod illi ſciebant, peruenire cum labore ad id quod ſenſit Apoſtolus, cupimus, nec valemus: præſertim

B. Aug. li. 20. de ciui. Dei c. 19. ante med. tom 5.

quia

quia & illa quę addit, hunc ſenſum faciunt obſcuriorem. Nam quid eſt : *Iam enim myſterium iniquitatis operatur : Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat : & tunc reuelabitur ille iniquus?* Ego prorſus, quid dixerit, me fateor ignorare. Et poſtquam propoſuit fabulam de Nerone reſurrecturo ſuperiùs à nobis enarratam, ſubdit Auguſtinus : *Illud tamen quod ait Apoſtolus: Tantùm qui modò tenet, teneat, donec de medio fiat, non abſurdè de ipſo Romano Imperio creditur dictum, tanquam dictum ſit : Tantùm qui modo imperat, imperet : donec de medio fiat, id eſt, de medio tollatur. Et tunc reuelabitur ille iniquus : quem ſignificari Antichriſtum nullus ambigit.* Neque hoc ſenſu contentus, ſubiungit alium, dicens : *Alij verò & quod ait: Quid detineat, ſcitis : & myſterium operari iniquitatis, non putant dictum niſi de malis & fictis, qui ſunt in Eccleſia, donec perueniant ad tantum numerum, qui Antichriſto magnum populum faciat : & hoc eſſe myſterium iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autem Apoſtolum fideles, vt in fide quam tenent, tenaciter perſeuerent, dicendo : Tantùm qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat: hoc eſt, donec exeat de medio Eccleſia myſterium iniquitatis, quod nunc occultum eſt. Ad ipſum enim myſterium pertinere arbitrantur, quod ait in Epiſtola ſua Ioannes Euangeliſta : Pueri nouiſſima hora eſt : & ſicut audiſtis quod Antichriſtus ſit venturus : nunc autem Antichriſti multi facti ſunt. Vnde cognoſcimus, quòd nouiſſima ſit hora. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Quodſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Sicut ergo ante finem in hac hora inquiunt, quam Ioannes nouiſſimam dicit, exierunt multi Hæretici de medio Eccleſiæ, quos multos dicit Antichriſtos : ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Chriſtum, ſed ad nouiſſimum illum Antichriſtum pertinebunt, & tunc reuelabitur.* Hactenus Auguſtinus.

Alter ſenſus Auguſtini.

Quodnam illud myſterium quod operatur iniquitatis, eidē.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

III. Senſus.

Hieronymus verò in Epiſtola ad Algaſiam ita interpretatur : *Et reuelatus fuerit, id eſt, oſtenſus : quem omnia Prophetarum verba prænunciant, homo peccati, in quo fons omnium peccatorum eſt: & filius perditionis, id eſt, diaboli: ipſe eſt enim vniuerſorum perditio, qui aduerſatur Chriſto, & ideò vocatur Antichriſtus. Et extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, vt cunctarum gentium Deos, ſiue probatam omnem, & veram religionem ſuo calcet pede. Et in templo Dei, vel Ieroſolymis, vt quidam putant, vel in Eccleſia, vt verius arbitramur, ſederit, oſtendens ſe, tanquam ipſe ſit Chriſtus, & Filius Dei: Niſi, inquit, fuerit Romanum imperium antè deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non veniet: qui ideò ita venturus eſt, vt Antichriſtum deſtruat. Meminiſtis, ait, quòd hæc ipſa quæ nunc ſcribo per epiſt. cum apud vos eſſem, præſenti ſermone narrabam, & dicebam vobis Chriſtum non eſſe venturũ, niſi præceſſiſſet Antichriſtus. Et nunc quid detineat, ſcitis; vt reueletur in ſuo tempore; hoc eſt, quæ cauſa ſit, vt Antichriſtus in præſentarium non veniat, optimè noſtis. Nec vult apertè dicere, Romanum Imperium deſtruendum : quod ipſi qui imperant, æternum putant. Vnde ſecundum Apocalypſim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis ſcriptum eſt nomen blaſphemiæ, id eſt, Roma æterna. Si enim apertè, audacterque dixiſſet : Non veniet Antichriſtus, niſi prius Romanum deleatur Imperium; iuſta cauſa perſecutionis in orientem tunc Eccleſiam conſurgere videbatur. Quodq; ſequitur : Iam enim myſterium operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat: & tunc reuelabitur ille iniquus: hunc habet ſenſum : Multis malis atque peccatis, quibus Nero impuriſſimus Cæſarum mundum premit, Antichriſti parturitur aduentus: & quod ille operaturus eſt poſtea, in iſto ex parte completur, tantùm vt Romanum Imperium, quod nunc vniuerſas gentes tenet, recedat, & de medio fiat, & tunc Antichriſtus veniet, fons iniquitatis.* Huc vſq; Hieronymus.

Hier. ep. 91. q. 11. paulo ante med. to. 3.

Nomen blaſphemiæ ſcriptum in fronte meretricis magnæ, quod myſtice Hieronym.

Apoc. 17.

Verùm hic ſenſus etſi ob autoritatem Patrum illum tradentium nobis venerandus ſit, & ſuſcipiendus; in eo tamen, quod de Imperio Romano tradit, mihi hactenus ſatisfacere non potuit. Et mihi præſtare videtur ſenſus Theodoriti, qui refutato hoc ſenſu, & altero, tertium præfert. Eius hæc ſunt verba : *Quidam, inquit, id quod detinet, intellexerunt Imperium Romanum : quidam autem gratiam ſpiritus. Detinente enim, inquit gratia ſpiritus, ille non accedit. Sed fieri non poteſt, vt omnino ceſſet gratia ſpiritus. Quomodo enim fieri poteſt, vt illius machinationes ſuperent qui ſunt ſpirituali gratia priuati? Sed nec imperium Romanum aliud excipiet Imperium. Per quartam enim belluam diuiniſſimus etiam Daniel Romanum ſignificauit imperium. In eo autem paruum cornu productum eſt, quod gerebat bellum cum ſanctis. Hic autem ipſe eſt, de quo diuinus Apoſtolus dixit quæ prædicta ſunt. Neutrum eorum puto dixiſſe diuinum Apoſtolum, ſed exiſtimo verum eſſe quod ab alijs dictum eſt. Statuit enim vniuerſorum Deus, vt appareret in ipſo tempore conſummationis. Dei ergo decretum nunc prohibet quo minus appareat. Exiſtimo autem etiam aliam habere intelligentiam id quod dicitur. Cum enim didiciſſet diuinus Apoſtolus dixiſſe Dominum, oportere Euangelium prædicari in omnibus gentibus, & tunc finem futurum; videret autem adhuc vigere cultum idolorum : dixit ſequens doctrinam domini, fore vt prius euertatur ſuperſtitio, & impius dæmonum cultus, & vbique fulgeat diuina prædicatio, & tunc appareat veritatis aduerſarius.* Et in verba ſequentia.

IV. Senſus, B. Theodoriti probabilior. Tom. 2.

Dan. 7. Quartę beſtiæ terribilis atq; mirabilis, cornuque paruuli inter eius decem cornua producti myſterium.

Math. 24.

Nam

Idem Theod. Myſterium iā operans iniquitatis, quod nam Theodoreto.

Nam myſterium iam operatur iniquitatis, idem Pater ſubiungit: *Nonnulli dixerunt, Neronem eſſe vocatum iniquitatis myſterium, vt qui fuerit impietatis artiſex. Ego autem exiſtimo, Apoſtolum ſignificare hæreſes quæ exortæ ſunt. Per illas enim multis à veritate abductis, præparat diabolus exitium deceptionis. Eos autem appellauit myſterium iniquitatis, vt qui haberent celatum iniquitatis laqueum. Ipſe enim apertè à Deo abducet homines. Quamobrem etiam reuelationem eius aduentum vocauit Apoſtolus. Quod enim clanculum ſemper confirmabat, id palam & apertè prædicabit.* Et ſubdit in illud: *Tantùm vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat: Oportet autem ceſſare errorem ſuperſtitionis, & impij cultus idolorum, & prædicari Euangelium.* Hactenus Theodoritus.

Et nota, Græcam literam non habere: Tantùm vt qui nunc tenet, teneat, illud enim, teneat, nō eſt in Græco: & tantùm habere: *Vt qui nunc tenet, de medio fiat*, licèt putauerit interpres id eſſe ſupplendum.

Caietani interpretatio non inepta.

Caietani ſenſum non diſſimulabo: putat enim, Apoſtolum cauſam aperuiſſe cur detineatur, aut impediatur ne veniat Antichriſtus: quæ nihil aliud eſt quàm id quod ſubiungit: *Nam myſteriū iam operatur iniquitatis*. Id eſt: Qui iam detinet, donec de medio fiat, tantum operatur myſteriū iniquitatis: quæ vbi fuerit completa, ſicut illa Amorrhæorum, veniet Antichriſtus.

Geneſ. 15.

V dubij ſolutio. De tempore reuelationis Antichriſti.

Ad quintam dubitationem in id; *Vt reueletur in ſuo tempore: Reuelabitur eo tempore ille iniquus, qui antea delituerat: quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.* Hoc ad conſolationem fidelium addidit Apoſtolus. Erit ergo Antichriſti interfectio diuina, & ſupra naturam, de qua Eſaias dixit: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, & ſubdit: *& Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium.* Et ad eius verba alluſum eſt à Paulo. Daniel quoque de illo impio hæc vaticinatur: *Et poſt regnum eorum, cum creuerint iniquitates, conſurget Rex impudens facie, & intelligens propoſitiones: & roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis.* Et infrà: *Contra Principem conſurget, & ſine manu conteretur.* Quod eſt idem ac dicere: Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Si enim beatus Petrus verbo, & ſpiritu oris ſui interfecit Ananiam, & Sapphiram; multo magis Chriſtus Dominus verbo ſuo abſumet Antichriſtum. Addit: *Et deſtruet illuſtratione aduentus ſui.* Quoniam vt tenebræ aduentu lucis fugantur, ita aduentu Chriſti doli, & ſophiſmata, & cogitationes malignæ Antichriſti detegentur, & euaneſcent. Nam vt virga Moyſi deuorauit virgas Magorum, ita Chriſti veritas de Antichriſto, & eius mendacijs triumphabit.

Eſai. 11.

Dan. 8.

Antichriſtum dominus Ieſus quomodo interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

Act. 5.

Exod. 7.

Ad VI. [illegible] De Aduentu Antichriſti ſecundum operationem Satanæ [illegible] ſignis [illegible] ibus.

Sextum dubium euacuandū eſt, in illud: *Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacib.* Confirmat igitur idē à contrarijs, deſcribens vires, & opera Antichriſti. Et cùm Antichriſtus non conſiſtat niſi in Satanæ impoſturis; ſimul ac illuxerit Chriſtus lux mundi, neceſſum eſt ipſum euaneſcere: & regnum eius profligabitur, atq; extinguetur. Primùm ergo illi tribuit rectorem, & impulſorem Satanam. Nam vt hoc loco docet Anſelmus: *Sicut Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi; ita diabolus erit in Antichriſto mūdum ſeducens. Et ſicut Chriſtus dixit, Pater in me manens, ipſe facit opera: ita diabolus in Antichriſto manens faciet omnia opera, quæ ille videbitur facere.* Sunt autē propria opera dæmonis, homicidium, & mendacium, dicente Domino: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia mendax eſt, & pater eius.* Paulus autem etiam enumerat potentiam, & ſigna mēdacia: Poteſtas autem tanta eſt, vt teſtatur Iob, quāta in terra nulla eſt. *Non eſt*, inquit, *ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei.*

Ioan. 8.

Infra 9.

Vt erit [illegible] nas in Antichriſto, [illegible] dum Anſelmum.

2. Cor. 5.

Ioan. 14.

Supr. 8.

Iob. 41.

Ex quo [illegible] perſpicias [illegible] ne lector, [illegible] que bonos [illegible] malos potius pati, quam agere.

Rom. 8.

Et ex his verbis, quibus ait venturum Antichriſtum ſecundùm operationem Satanæ, colligimus, tam pios & iuſtos viros, quam impios, & ſceleratos, in ſuis operationibus magis agi, quam agere. Nam de iuſtis dicitur: *Quicunq; ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Mali autem & impij malo ſpiritu agitantur, & ad malum impelluntur. Vnde hic dicitur aduentus ſecundum operationem Satanæ, ſiue, vt Græca vox ſignificat, ſecundùm energiam. Nec tamē agi à dæmone in malū, aut agi à Deo in bonum, liberum nobis adimit arbitrium: quia ſpōte pro nutu Dei, aut pro dæmonis ductu ducimur, & agimur.

Quomodo in hoc liberum hominis [illegible] ſtat arbitrium.

Qualia ſigna & prodigia [illegible] ciet Antichriſtus teſtante [illegible] anne.

Apoc. 13.

Addit Paulus: *In omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus.* De quibus Apocal. 13. ſcriptum eſt: *Et data eſt* (ſcilicet à dæmone) *poteſtas beſtiæ in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorauerunt eam omnes qui inhabitabant terram.* Et infra: *Et fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcēdere in terram in conſpectu hominum* (vt Helias fecit) *Et ſeduxit habitantes in terra propter ſigna, quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ.* Hoc idem compendioſius tradit Paulus, cum ait: *In ſignis, & prodigijs mendacibus.* Mēdacia autem ſigna ſunt, vel quia apparebunt præſtigiæ; & hominibus videbuntur eſſe, qualia reuera non ſunt; vel etiam ſi vera eſſent, vires tamen naturæ occultas non excedunt. De quibus Theodoritus hoc loco ait: *Porrò autem docet etiam ea quæ futura ſunt, non fore vera miracula. Talia autem*

Cur ſigna Antichriſti mendacia.

Theodori.

faciunt

præſtigiatores vnde dicantur.

faciunt & præſtigiatores, qui ἀπὸ τῶν ψήφων, hoc eſt, à calculis ψηφοκλέπται *dicuntur. Oſtendũt enim aurum, quod verum aurum non eſt, & quædam alia, quæ paulò poſt arguuntur.* Hæc ille. Hæc etiam ſigna edebat Apollonius Tyaneus, ſi Philoſtratus non mentitur, Simon etiam Magus arbores loqui faciebat, ac brutas animantes. *Et tale erit,* ait Aretas, *facere ignem de cœlo deſcendere in terram: quia ita oculis apparebit.* Interdum verò dæmon etiam verum ignem emittebat, vt cum miſit ignem de cœlo, qui oues, pueroſque combuſſit Iobis. Sed vt diximus, illa non excedunt facultatem naturæ. Etſi ergo hæc maximè vera ſunt miracula, dicuntur tamen mendacia, quia falſum erit id, ad quod perſuadendum inducuntur. Sicut falſum conficitur argumentum in Dialectica, quod interdum conſtat ex veris propoſitionibus.

Philoſtrat.

Aretas Epiſ. Cæſar.

Il ratio ſignorũ Antichriſti mendacium.

Ita vt operentur in omni ſeductione iniquitatis. Id eſt, ducente ad iniquitatem. Et addit: *ijs qui pereunt;* id eſt, ijs, qui ſua ſponte perire volunt. Ita alibi dixit; *Quod ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrum; in ijs qui pereunt, eſt opertum,* hoc eſt, in ijs qui ita ſe aptarunt ad irritam faciendam Dei ſuſtinentiam, hi ſunt dati in reprobum ſenſum, quia nemo poteſt corrigere, ſiue reconcinnare, quem Deus deſpexerit ſiue vt Hebræa habent, deprauauerit. Et huius rei certa radix eſt hæc quam ſubiungit Apoſtolus: *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent.* Id eſt, Non dilexerunt propriam ſalutem, recipientes cum dilectione veritatem Euangelij, quæ ad æternam ſalutem conducebat. Nam etſi natura impreſſum habeamus inſtinctum diligendi veritatem; non tamen in particulari hanc, vel illam, niſi objiciatur nobis, & ſuadeatur vt bonum noſtrum ſalutare: quod cum Chriſtus fecerit per ſe & Apoſtolos prædicando Euangelium, & veris ſignis, prodigijs confirmando: homines tamen, diligẽdo magis tenebras, quam lucem, iuſto Dei iudicio permittuntur in maiores errores prolabi. Et in idem recidit quod interpretatur OEcumenius: Dilectionem, inquit, veritatis dicit Chriſtum, propter dilectionẽ quam erga nos habuit, & vt quæ vera ſunt, doceret, homo fieri dignatus eſt.

Eadem illa in omni ſeductione iniquitatis operentur: in quibus qui pereunt.

4. Cor. 4.

Rom. 1.
Eccleſ.

Tales tãtum cur pereant, iuxta Apoſtolum.

Ioan. 3.

Oecum c. 2.
Impij quam dilectionem ſeu charitatẽ veritatis recipere noluerunt.

Deſignat autem quòd Iudæos potentiã habebit. Nam hi Chriſtum non ſuſceperunt, neque ipſi crediderunt. Hieronymus Epiſtol. ad Algaſiam: *Iudæi noluerunt charitatem recipere veritatis, hoc eſt, Spiritum Dei per Chriſtum: Quia Charitas Dei diffuſa eſt in corda credentium; & ipſe dixit; Ego ſum veritas.* Cyprianus in Epiſtola ad Cornelium Papam, & iterum in ſermone de lapſis, in fine legit, *Dilectum veritatis.* Id eſt Chriſtum, more Hebræo abſtractum accipiens pro concreto.

Hiero ep ist q. 11. prope finem tom 3.
Rom. 5.
Ioan. 14.
B. Cypr epi. 3. poſt med.

Ad ſeptimum, in quo dubitatum erat in illis verbis, quomodò Deus mittat ſpiritum erroris, vt credant mendacio, dicendum eſt, hanc loquendi rationem non ignotam eſſe, neque infrequentem in Apoſtolica doctrina. Dicitur enim tradere in paſſiones ignominiæ, in reprobum ſenſum, & conuertere cor Ægyptiorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius: pro eo, quod eſt, permittit homines ſuas cupiditates ſectantes in eiuſmodi inconuenientia incidere, ſicut etiam excæcare, & indurare, ſeu aggrauare. Ita dicitur mittere operationem erroris, ſiue energiam illuſionis, vt Græcę voces ſignificant, hoc eſt, Antichriſtum, & Hęreticos, & Pſeudoprophetas eius præcurſores, vt illudant hominibus, & pereant, & errores, & mandacia pro veritate amplectantur, & ita iuſtè damnentur. Et qui oculos veritati perſpiciendæ occludunt, conſenſum præbent omni iniuſtitiæ, & iniquitati. Et certè excuſationem non habebunt Iudæi. Nam ſi objiciunt, quòd Chriſtus prædicaret Trinitatem, & ipſis præceptum eſſet, vt audirent vnum Deum; objicietur illis: Quare Antichriſto tanquam Deo credidiſtis? Si dicant, Antichriſtum feciſſe ſigna; obſtruentur eorum ora, dicendo Chriſtum multa maiora feciſſe, & per ſe, & per Apoſtolos: præſertim cum illa Antichriſti futura ſint mẽdacia. Si dicant, Scripturas tuliſſe de illo teſtimonium: reſpondebitur, tuliſſe quidem, ſed tanquam de deceptore, & filio perditionis; de Chriſto autem vt de Filio Dei, & Saluatore. ¶Si quis autẽ quærat, quem ad finem, & vtilitatẽ veniet Antichriſtus? Reſpondebimus cum Apoſtolo: *Vt ij qui probati ſunt, manifeſti fiant.* Et idẽ aliã cauſam producit: *Vt iudicentur,* inquit, *omnes, qui non crediderunt veritati.*

VII. quæſt. ſolut.
De eo quod Deus dicitur mittere operationem erroris, vt credant mendacio.
Rom. 1.
Ibidem 26.
Pſal. 104.
Eſai 6.
Quid operatio erroris.
Iudæos poſſe nullã cauſam ſuæ perditionis obtẽdere.
Cur veniet Antichriſtus teſte Paulo.
1. Cor. 11.

Octauo loco dubitatum fuit, num extarent aliqua ſigna indicantia inſtantẽ Domini aduentum? Sed ad hoc in primis reſpondeo, curioſum eſſe nobis, illa velle ſcire tempora, & momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Quia ſi aduentũ ſuum nec ipſos Angelos ſcire voluit, nec ipſummet filium hominis ſcire voluit ad eum finem, vt reuelaret nobis interrogantibus, & ſcire cupientibus, illud reuelare myſterium noluerit: quomodò magis ora obturabit aliorum, & omnibus ſilentium imponet.

Ad VIII. dubium.
An extent aliqua ſigna aduentus Domini appropinquantis.
Actor 1.
Matth 24.

Aduentus Domini cognitio Chriſtianis quæ ſola ſufficit ad ſalutem.
Ibidem.
Ibidem 44.
1. Theſſ. 5.
Luc. 2.

Deinde nec prodeſſet quidem nobis illud ſcire: & ſatis eſt ſcire omnino futurum; at quo loco, vel tempore, vel modo, nihil ad nos, ſi præcepta Domini ſeruauerimus. Hoc enim tantùm ad nos ſpectat, ne ex improuiſo ab illo comprehendamur: quod præceptum ſi ſeruauerimus, non inueniet nos imparatos. Offendet enim incautos, minimè tale quippiam ſuſpicantes. Et veniet clam, & nocte, vt fur. Nam ſi primus aduentus fuit improuiſus, & nulli notus, & in nocte; ſimiliter & ſecũdus improuiſus erit, & in tenebris, quod ad impios attinet.

Quibus rationibus, & argumentis facile perſuaderi quis poſſit diem iudicij non eſſe propinquum.
II. argum.
Rom. 11.
Matth. 24.
Tertium.
Quartum.
Rom. 11.
Quo tempore plenitudinis Gentium omnis Iſrael ſaluus fiet, vt Paulus dixit.
Luc. 21.
Quintum.
Matth. 24.
Pſalm. 29.
VI. & vlt.

Tertiò prudenter conſiderare debemus, ne ab ijs ſeducamur, qui dicunt inſtare diem Domini, vt quidam Hæreticorum tradidere, non attendẽtes ad ſigna, quæ debent illum præcurrere. Et vt ego arbitror, adhuc longè ſumus ab illa die, nixus ſequẽtibus rationibus. Prima: quia non videtur completus numerus ſanctorum, & tempus ſtatus gratiæ, quod nimis breue eſſet præ eo, in quo regnauit peccatum. Secunda: Non videmus plenitudinem Gentium intraſſe, & prędicatum eſſe Euangelium in vniuerſo orbe. Videmus enim, noſtra ætate nouis gentibus prædicari apud Indos, & augeri numerum profitentium Chriſti nomen. Tertia: Necdum etiam videmus illam inſignem diſceſſionem, & apoſtaſiam à fide Chriſti: quia etſi quædam priuatæ Eccleſiæ defecerint à fide Chriſti, & ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, non tamen omnes, & ex amiſſis ſpes eſt multos eſſe recuperandos. Quarta: Hactenus non videmus Iudæorum conuerſionem, quæ debet præcedere Chriſti aduentum, de qua Paulus; *Cum plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.* Nam quòd pauculi vel in Italia, vel in alijs prouincijs conuertantur ad Fidem, nõ ſatis eſt ad complendum verbum Apoſtoli: *Tunc omnis Iſrael ſaluus fiet*: Erit ergo aliqua generalis, & inſignis Iudæorum conuerſio. Necdum enim videmus recuperatam Ieroſolymam, cuius recuperatio præcedere debet, Chriſto dicente Domino: *Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Vbi etiam Heliæ, & Henoch aduentus hactenus? quorum tamen aduentus præcedere debet. Quinta: Necdum apparent illa ſigna quæ Chriſtus prædixit patranda à pſeudoprophetis de cœlo, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam delecti. Nullus enim hęreticorum noſtro ſeculo, ſicut nec aper ille de ſylua, id eſt, Machometus, cum ſignis, & miraculis ad nos venit. Poſtrema: Nõdum videmus impletum, quod futurũ prædixit Apoſtolorum Princeps Petrus: *Venient*, inquit, *in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias cõcupiſcentias ambulantes, dicentes, Vbi eſt promiſſio, aut aduentus eius?* ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.

2. Petr. 3.

Hæreticos noſtræ tẽporis non eos fore, qui ſecundũ Chriſti negabunt aduentum.
1. Theſſ. 5.
Philip. 2.

Erunt ergo in Eccleſia Dei hæretici, negantes articulum aduentus Chriſti, & conſequenter verba Chriſti, eruntq; verè, & apparenter Antichriſti: quod de his Hæreticis qui noſtro ſeculo ſunt, dici non poteſt. Non enim dicunt iſti, *Pax, & ſecuritas,* quia negant venturum Chriſtum: ſed quia ab Eccleſia Dei ſe ſeparantes, ſe filios Dei, & prædeſtinatos iactant, & iuſtitiam Chriſti ſola fide apprehendere ſe prędicant, nec pertinet ad illos cum metu, & tremore ſalutem ſuam operari. Et de hac quæſtione hæc mihi ſint probabiliter dicta.

Quid eſt Deum Theſſalonicenſes elegiſſe primitias in ſalutẽ, pro quo gratias agere illi maximas debebant.
Qui maxime fuerint electi primitiæ in ſalutem.
Rom. 8.

Ad poſtremum dubium de traditionibus, explicandum eſt, quod ait Apoſtolus: *Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione Spiritus, & in fide veritatis.* Concludit Apoſtolus ex dictis, gratias eſſe agendas Deo de inſigni eius electione, qua proſecut⁹ eſt Theſſalonicenſes: nam ferè fuerunt primi, vel primis Gentium, quibus prædicatum fuit Euangelium ex Dei manifeſta reuelatione Apoſtolo facta. Et hoc, ſi legamus, vos, vt Græca litera habet. Quod ſi legamus, nos, vt habet noſter interpres, referendum eſt ad Apoſtolos, qui Spiritus primitias acceperunt, & primariam electionem habuerunt.

Theſſalonicenſes electi quam in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis.
Suum item Paulus cur vocet Euangelium.

Et narrat effectum eiuſmodi electionis: *In ſanctificatione ſpiritus*: Quia mens per infuſam gratiam ſanctificatur. *Et in fide veritatis.* Id eſt, in fide vera, per quam venit purificatio ſpiritus noſtri. *In quam,* vel, Ad quod, *& vocauit vos per Euangelium noſtrum.* Suum vocat, quia ſibi creditũ ad promulgandum inter Gentes. *In acquiſitione gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Finis eſt vltimus glorificatio noſtra in cœlis, quæ conſiſtit in reddenda redemptori noſtro, & Patri eius gloria. Et verbum acquiſitionem, Gręcè eſt περιποίησιν, qua etiam voce vſus eſt Apoſtolus ad Epheſ. 1. Et ſubdit.

Epheſ. 1.
Ad I. dub. & poſtremũ Quas tenere traditiones Theſſalonicenſes debebant, quas didicerant.

Itaq; fratres ſtate: tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram. Quoniam enim ſuperius dixerat, ne terrerentur aut per ſpiritum, aut per ſermonem, aut per epiſtolam, & viderentur reieciſſe quę in traditione de ore in os transfuſa in Eccleſia ſeruantur, iuſtè Apoſtolus hoc adiungẽdum eſſe putauit. Et hic locus apertè iugulat Hæreticorum dogma, qui

negant

Hæretici traditiones cur minimè recipiant.

negant aliquid credendum, aut ſeruãdum, quod expreſſum in ſcripturis nõ inueniatur. Secus Apoſtolus hic docet, qui apertè eodem vult haberi doctrinã traditam, non ſcriptam, perinde atque ſcriptam.

Baſil. lib. de Spiritu ſan. c. 17 tom. 2.

Concil. Trid. decreto de Can. ſcript. ſeſſ. 4. in princ.

Idem etiam conſtanter docuit Baſilius, & Concilium Tridentinum ſeſſ. 4. tradit, veritatem Euangelicam, & diſciplinam cõtineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus, quę ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto dictante, quaſi per os traditæ, ad nos vſque peruenerunt. Vnde Orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros, tam veteris, quam Noui Teſtamenti, cùm vtriuſque vnus Deus ſit autor, nec non traditiones ipſas, tum ad Fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & cõtinua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur. Hæc ibi.

In dictũ hæreticorum. Quid eſt traditionibus opus, omnia Scriptura ſi neceſſaria continet ad ſalutem.

Ridiculum porrò videtur argumentum Hęreticorum. *Nonne*, inquiunt, *in Scripturis conſignata ſunt omnia ad ſalutem neceſſaria?* Si negamus: *Ergo*, inquiunt, *defectiua ſunt omnes Scripturæ.* Si verò annuamus; *Ergo ſuperfluæ ſunt traditiones & hominum mandata.* Reſpondemus, conſignata eſſe in Scripturis omnia neceſſaria ad ſalutem, ſed non ob id redundant traditiones Apoſtolicæ, vel Eccleſiaſticæ, quia & ipſę mandantur in Scripturis vt ſeruentur, vt hic præcipit Apoſtolus, & Apoſtoli leges ſanxerunt de abſtinentia ab immolatis Idolis, & ſuffocato, & ſanguine: & Dominus dixit, *Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo:* & Paulus, *Cætera cum venero, diſponam*, & iterum: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.* Vbi verbum Græcum eſt διετάξαμην; quo verbo ſignificantur Apoſtolorum traditiones, & conſtitutiones vt alio loco dixi: Non enim dignũ erat, vt minutiora hæc, quę cultum Diuinũ exornant, & quæ temporis progreſſu erant vel augenda, vel minuenda, vel mutanda in melius, & quæ quotidiano vſu obſeruantur, in ſacris literis ponerẽtur. Etſi olim id factum ſit per Moyſen, id ideo factum eſt, quia neceſſum erat illum rudiorem populum, quaſi puerum regi miniſterio pædagogi, & in elementis erudiri; at vbi ille puer euaſit in virum, per ſapientiam Dei, & per Spiritum ſanctum inſtructus, ſufficiens ſibi eſt, nec vinculis coercendus.

Actor. 15.

Ioan 16.

1. Cor. 11.

Tit. 1.

Iudæi cur nullas Moyſi verbo traditas habuerunt traditiones.

Galat 3.

Ne tamen in bis errare contingat, aduertendum eſt, vocem traditionis ęquiuocam eſſe, & ambiguam. Nam in genere nomen παράδοσις traditam tantùm doctrinam deſignat, cui accidit, vt ſcribatur, vel non ſcribatur. Sic Acto. 6. traditiones Moyſi legem Moſaicam ſignificant. Et 1. Cor. 11. modus conficiendę, & diſtribuendæ Euchariſtiæ, traditio vocatur. Et c. 15. eiuſdem Epiſtolæ reſurrectionis, fides traditionis voce deſcribitur. At ſtrictiori modo traditiones dicũtur pręcepta extra Scripturam, ſiue ſint Apoſtolica, ſiue conciliorum Generalium, ſiue Pontificum Romanorum, quę adſcripta vel credenda, vel facienda viam muniunt. Et iſtæ ſunt traditiones propriè, etiamſi in libris Patrum conſcriptæ inueniantur, vt ſunt Symbolum Apoſtolorũ Signum crucis, quo nos munire ſolemus, ritus Baptiſmi, & Euchariſtiæ in Miſſa, & aliorum Sacramẽtorum, Diei Dominicæ obſeruatio, Feſtiuitates Domini noſtri Ieſu Chriſti, & B. Virginis; & Apoſtolorum, ac Martyrum; ſacrificium altaris tam pro viuis, quam pro mortuis offerre; inuocatio ſanctorum, imaginum, ac reliquiarum ſanctorum cultus; orare pro defunctis, & illis ſuffragari, & ſimilia multa. Et hæc dicuntur apud Platonẽ νομίμα ἄγραφα, id eſt, legitima non ſcripta. Atq; de his hæc ſcripſit Oecum. καὶ γὰρ ἀγράφως, καὶ ἐγγράφως παρέδοσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἀξιοφύλακτα ἀμφότερα εἰρήκασιν. ἡ ἀγράφως ἐκκλησίᾳ παράδοσις φυλακτέα ἐστιν. Eadem ante Oecumenium docuit Chryſoſtomus.

Traditionis communis acceptio.

Actor. 6.

1. Cor. 11.

Infrà 15.

Altera propria, & peculiaris huius voci.

Haſce traditiones vt appellet.

Plato. Lib. 7. de leg. ſub init. 10 2.

Oecum. c. 3

Chryſ. hom. 4

Tertio vox traditionis in malam partẽ accipitur, vt Matth. 7. vbi vocantur traditiones hominum, quia per illas lex Euangelica, vel diuina violabatur, & Paulus frequenter traditiones hominum vituperat, ac reprehendit, at traditiones Apoſtolorũ, & Eccleſię Catholicæ præcipit, atque commendat. Sine illis enim Eccleſia eſſet inordinata, & incompoſita in diſciplina. Imò Hæretici, qui nouas erigunt Eccleſias (Eccleſias malignantium) ſine traditionibus in officio continere ſuos non poſſunt: alioquin elaberentur illis è manibus. Vnde iam apud illos numeroſiores ſunt traditiones, quã in Eccleſia Romana. Ea ſiquidem docent principia, quæ ſine peculiaribus conſtitutionibus, ac præceptis conſiſtere nequeunt.

Traditiones hominũ quæ malæ, & peccatoſæ.

Matth 15.

Marc. 7.

Pſal. 25.

Hæretici vel inuiti quantum faciant traditiones.

In illis verò poſtremis verbis huius capitis: *Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus, & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit cõſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere, & ſermone bono:* id ſolùm annotandum duximus, damnari in illis errorem eorum, qui ob id dicebant, Filium Patre inferiorem, quòd in ſacris Baptiſmi verbis prius nominatur Pater quam filius: ecce hoc lo-

Patre inferiorem filium ex prænominatione colligẽtium, quam fallax argumentum, ac debile.

Paulus quã exoptet Theſſalonicenſib. conſolationem æternã, & ſpem bonã in gratiam.

co Filius Patri anteponitur. Exoptat autem Paulus profectum, & perſeuerãtiam à Deo, qui dedit Chriſtum conſolationem æternam, quæ nunquam deficiet, quia æternis bis innitur: & qui eſt ſpes noſtra, id eſt ratio, & firmitas bene ſperandi in gratia Dei, & nõ in noſtris viribus. Docet etiam, quomodo per orationes, & opera bona poteſt Deus fideles, ne vnquam cadunt, confirmare, & id multis modis: vel auferendo tentationes, vel præſtando auxilium quò eas ſuperent, vt ita faciant cum tẽtatione prouentum. Et ſermonem iungit cum opere: quia qualis quiſque eſt in ſe ipſo, talis & in ſermone eſſe ſolet, niſi ad ſit hypocriſis; & vt honorem acquirat, aliter loqnitur foris, quam domi viuat.

Idẽ cur Deũ precetur eos vt confirmet in opere, & ſermone bono.

DISPVTATIO IIII.

In varba tertij capitis poſterioris ad Theſſalonicen. *De cætero fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis, & malis hominibus non enim omnium eſt fides Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. Confidimus autem de vobis, fratres in Domino, quoniam quæ præcepimus, & facietis, &c.* vſque in finem.

Quale huius capitis argumentum.

VLTIMA pars huius Epiſtolæ quatuor adhortationes continet: quarũ vna eſt interpellatio Eccleſiæ, quæ neceſſaria eſt, & cum vtilitate coniuncta: altera exhortatio eſt de inordinatorum fratrum vitandotum conſuetudine: tertia eſt exhortatio ad beneficentiam, quæ in Eccleſiæ bene conſtitutæ conſeruatione eſt neceſſaria: quarta, ad pœnas ſumendas de inobedientibus & contumacibus. Verbum, *De cætero*, Græcè eſt τὸ λοιπὸν, & idem eſt ac dicere: Quod reliquum eſt, vel, de reliquo: & eſt particula ſeruiens concluſioni ſermonis aut Ep iſtolæ.

Quæſtio I.

Iam circa hoc caput inprimis dubitatur, cur velit Paulus fundi preces pro ſua prædicatione, & vt liberetur ab importunis hominibus, eo quod nõ omnium ſit fides: Non ergo vult, Deus omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis, venire. Deinde dubium eſt, cur Deum fidelẽ vocat, qui confirmabit, & qui confidentiã præſtabit de obſeruãtia præceptorum: cur ergo tam pauci illa obſeruãt? Tertiò, quomodo dirigit Deus corda noſtra in charitate, & patientia, cùm vt plurimum ſequamur vias noſtras. Quartò, quomodo denũciat vt ſubtrahãt ſe à fratre inordinatè ambulante: quia cum plurimi ſint tales, oporteret Chriſtianum ab omnibus ſe ſubtrahere. Quintò in illud: *Si quis non vult operari, nec manducet*, dubitatur: quoniam hoc verbum videtur in Eccleſiaſticos, & Religioſos intorqueri, vt hæretici interpretantur: Videndum ergo an verè, an falsò id nobis obiectent. Sextò in id: Si quis non obedit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate; dubium eſt, quid ſit notare; & quid, non ſe commiſcere cum illo. Septimò id id: *Ipſe autem Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco*, quęritur quid ſit habere pacem ſempiternã in omni loco. Poſtremò, quid eſt quod ait: *Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola?* hoc enim ſignum non habetur in Epiſtola ad Hebr.

1.Tim.2.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Sol. I quæſt. Paulus Theſſalonic. roget felicem à Deo curſũ ſuæ prædicatiõis vt poſtulent.

Ad primum omnium dicendum eſt, poſtulaſſe Apoſtolum eorum preces, vt indicaret eorum ſanctitatẽ, quod digni eſſent, qui pro ſuo Apoſtolo, & magiſtro precarẽtur, & doceret aliorum precibus nos ipſos cõmendare, ſi tantus Apoſtolus hoc fecit, nec ſemel, ſed plures. Nam etſi Dominus Paulo adeſſet, & ille feruentes pretes & aſſiduas apud Deum funderet, non tamen negligebat aliorum adminicula, & ſuffragia, quia nouerat id cum Diuina prouidentia maximè eſſe coniunctum.

Velociter currat ſermo Dei quãdo & clarificetur.

Et currere dicitur ſermo Dei, cum in prædicatione nullum impedimẽtum currit & fœliciter propugnatur, ita vt à multis fide recipiatur, & ſubſequenti bona vita exornetur; iuxta illud: *Velociter currit ſermo eius.* Clarificatur verò ſermo Dei, cum vim, & efficaciam habet ad reformandas imaginẽ Dei homines, qui glorificent Deum Patrem, qui in cœlis eſt.

Pſal. 147.

A quibus Apoſtolus oret liberari hominibus importunis.

Vocat autem homines malos, & importunos, Iudæos, qui moleſtiſſimè ferebant prædicationem Pauli ad Gentes, vnde & illi repugnabant; & vt etiam Gentiles ſe opponerent Euangelio, faciebant. Eſt autem importunus, grauis, moleſtus, qui caret portu, rel requie, & vocatur importunus (vnde importunitas, vt ait Donatus, vbi ſcilicet nullus eſt portus) qui temporis, & loci commoditatem, vel perſonarum non habet. Gręcè pro importunis, habetur ἀπὸ τῶν ἀτόπων, id eſt, inſolẽtibus, & qui nullam curam habent, quique alios facilè lædunt. Eraſmus vertit, ab abſurdis, ſatis abſurdè, & importunè. Nec certè Apoſtolus tam pro ſe ipſo timebat, quàm pro ſalute illorum, qui indigebant verbo Dei.

Quid importunus & importunitas Donato.

Quorum tã- tum ſit fides.

Et ſubdit: *Non enim omnium eſt fides.* Sed eorum tantum, qui vt crederent, & fidem ſeruarent acceptam, digni inuẽti ſunt. Vel: Non omnes ſunt fidi, ſeu fideles, & veraces. Et eſt Henellage, id eſt, rei in perſonam immutatio. Tale eſt illud Poet: *Nuſquam tuta fides.* Et Dominus apud Lucam: *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* id eſt fideles.

Virg. lib. 4. Æn.
Luc. 18.

Nec valet illatio facta: Non ergo omnes ſaluos vult fieri Deus, quod ſine fide non contingit. Sed reſpondemus, Deum velle omnes, qui ſaltem illam non reſpuerint, nec ea ſe indignos conſtituerint, reddendo ſe imperſuaſibiles veritati, & peccatis peccata accumulãdo: ita vt Deus irritatus ſanctum non det canibus, nec margaritas proijciat in porcos, ne eas pedibus ſuis conculcent. Adhæc ad partam fidem conſeruandam, magna opus eſt humilitate, non diſquiſitione: quare qui altè ſapit, nec ſe tanquum paruulus ſubmittit, vt fiat ſapiens, ſuperbus eſt.

Si non omni um fides, vt vult Deus omnes homines ſaluos fieri.
1. Tim. 2.
Matth. 7.
Fides de Chriſti quomodo ſeruanda.
Rom. 12.
Matth. 18.
1. Cor. 3.

Ad ſecundum: Quanquam multi à fide deficiant, Deus tamen fidem ſeruat, quia quod promiſit, faciet; & quod incepit, perficiet, niſi nos ipſi obſiſtamus, & viam ſalutis præcludamus. Subdit: *Confidimus autem de vobis.* Quòd ſi proficeritis, & in ſanctitate progreſſus feceritis, quòd Deus vos proteget, & confirmabit in bono, & cuſtodiet à malo, ſiue à maligno, vt indicat litera Græca, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, id eſt, cacodæmone, de quo dicimus in oratione Dominica: *Libera nos à malo.* Quo verbo oſtendit dæmonem noſtro progreſſui inuidere, & dare operam vt retrocedamus. *Confidimus autem, ſiue perſuaſum habemus de vobis fratres in Domino, quoniam quæcunq. præcipimus, & facitis, & facietis.* Ecce [illegible] Apoſtolus, quæ expreſſa in Scripturis non erant: alioqui quid opus erat nono mandato præcipere, quæ Dominus ore ſuo mãdauerat? Vnde & Corinthios laudat, quòd per omnia memores eſſent præceptorum ſuorum.

Sol. I. Quæſt. Deus ſi fidelis eſt confirmans & cuſtodiens homines à malo, vnde tot infideles, & iniqui.
Matth. 6.
A quo libe- [illegible] malo nos Dominus.
Contra Lutheranos traditionũ contemptores.

Ad tertium circa illud: *Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti.* Ambroſius pro patiẽtia legit, expectatione Chriſti. Græca vox eſt ὑπομονὴ, quæ ſonat perſeuerantiam in re aliqua non ſine moleſtia, ſed non ſine præmij expectatione. Dirigat autem Deus corda noſtra, & omnium hominum, eorum ſcilicet, qui volunt dirigi, & directioni Diuinæ obſtaculum nullum ponunt infidelitatis, atque peccatorum; non autem dirigit corda eorum, qui prauas, & tortuoſas vias ſequi volunt adiuentionem ſuarum; vnde in mille vitiorum & inferni præcipitia delabuntur. Alioqui quod ad ſe attinet, omnes dirigit in viam ſalutis æternæ.

Sol. III. quæſt Si dirigit Deus corda noſtra, cur ſequimur nos vias noſtras.
B. Amb. 10. 3.

B. Baſilius lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochium, ſcribit, Apoſtolum Spiritum precari ad obtinendum donum charitatis Dei, & proximi, & donum ſpei virtutis, qua expectatur Chriſtus, per quam munimur ad ſeruanda præcepta Apoſtolica. Dominus ergo ita dirigat intellectum, & affectum veſtrum, quæ facultates hominis cõſunt, vt ametis, & diligatis Deum, & proximum, & omnia aduerſa pro eis alacri animo toleretis, ſicut ipſe fecit pro nobis. Vel, Faciat vt patienter Chriſti expectetis aduentum. Eſt enim Chriſtum expectare, bene operari, & vigilare ſecundum ſenſum ſpiritus, iuxta illud: Expecta dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum.

B. Baſil. c. 21. init. tom. 1.
His verbis: Dominus dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patiẽtia Chriſti, quid prædicetur Apoſtolus Theſſalonicenſib.
Pſalm. 26.

Quarto dubio reſpõdendum. Ingreditur primam exhortationem. Porrò denunciare, ſecundum Chryſoſtomum, ſeueram quandam, & auſteram præſefert doctrinam à Deo acceptam, quod eſt παραγγέλλειν, ac ſi diceret: Per Chriſtum præcipimus vobis; aut, per medium nomen eius teſtificamur. ¶ *Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, &c.* In primis intellige, Ciceronem in libro de legibus rectè tradere: Si prauis, & effuſiſſimis moribus non viueretur, condendis legibus non opus eſſet. Rurſus: *Ex prauis hominum moribus nata ſunt bonæ leges,* & Plato: *Da mihi bonos ciues, & non erit opus legibus.* Ita Paulus dixit: *Lex iuſto non poſita,* & hoc loco ob prauè, & ordinatè ambulantium mores legem condit.

Ad IV. dub. Quid [illegible]
Chryſ. hom. [illegible]
Legũ origo.
Mar. Tull. lib. de leg.
Idem.
1. Tim. 1.

Eſt autem ἀτάκτως περιπατεῖν, extra ordinem in acie ſe collocare, & de claſſe ſe ſubducere: quod proprium eſt Hæreticorum, & eorũ, qui ſeditiones in Eccleſia excitant. Ita qui ſine ordine, & abſque Dei legibus ambulant. ¶ *Et non,* inquit, *ſecundùm traditionem, quã acceperunt à nobis.* Vide quanti faciat Paulus traditiones Apoſtolorum, & quomodo explicat traditiones, quas ſuperius dixit verbo, vel ſcripto traditas eſſe obſeruandas. ¶ *Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos.* Ad hunc locum Prælati debent reſpicere, vt vereantur ea imperare, quæ ipſi non faciunt, ſed primi ipſi perficiant quod docent, & tunc alijs imperent ne illis conueniat illud Euangelicum: *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere.*

Ab omni fratre inordinate ambulãte, quo nam nos ſubtrahere debeamus.
2. Theſſ. 2.
Superiores in quo Apoſtolum imitentur.
Matth. 23.

Et proponit non inordinatè ſe geſſiſſe, ne quem illorũ grauaret: grauet enim, qui ab inuitis aliquid accipit. Dum autem ocioſos reprehẽdit Apoſtolus, nõ damnat Fra-

In quo Apoſtolus Theſſalonicenſiũ, vt ait, nemi nem grauauerit.

B Tho. 2. 2. q. art. 3. & a- libro ca. 11. D Bon. lib de paupertate Chriſti, ante med part. 2. ſub fin.

tres Mendicãtes, & eorum ſtatum, qui panem ab alijs mendicant: vt magni duo viri B. Thomas, & B. Bonaueotura proprijs libris contra Hæreticos ſui temporis cõſcriptis damnantes ſtatum Mendicãtium, docuerunt.

Contra abuſus mendicãtium.

Nec etiam nos tueri volumus abuſus qui contingunt, vt immodicam auiditatẽ, procacitatem, auaritiam, otium, & ea ædificia, quæ cum Regum palatijs poſſunt decertare: ſed ſtatum paupertatis, & mendicitatem propter Chriſtum nemo ſaous fide poteſt reprobare. Imò Paulus ad hoc, id eſt, ad operandum teneri ſe nõ fatetur, cum dicat, *Non quaſi non habuerimus poteſtatem*, ſcilicet grauandi vos. Nam Petrus, & alij Apoſtoli viuebant de Euãgelio, ſicut Domious ordinauerat, cũ dixit; *Dignus eſt operarius mercede ſua*, vel abſonio, vt Græca vox habet, quo verbo neceſſaria ad victum comprehenduntur. B. autem Paulus ſatius arbitratus eſt, tãquam magnus ſupererogator, abſtinere ab illa facultate, tum ad vberiorem præmij rationem expectandam: tum vt auferret occaſionem pſeudapoſtolis, & æmulis, qui murmurabant, Apoſtolos temporalis mercedis gratia euãgelizare. Neque propterea dicẽdus eſt gratis panem comedere, quicunque manibus non laborat. Vacat enim alijs operibus melioribus, quibus magis indiget mundus, & quæ ex ſuo genere nobiliora ſunt, & ſalutem magis ſpectant. Miniſtrare enim verbum Dei, & ſacramenta, inſtare diuinis laudibus, & orationibus, & ſanctis ſtudijs, maius eſt opus, & propemodum Angelicum. Atque io hunc modũ nihil habent Hæretici ex hoc loco contra Religioſos, aut Eccleſiaſticos.

Matth. 10. Luc 10.

1. Cor 9.

Quare Apoſtolus nõ de prædicatione, ſed tantũ de labore manuum ſuarũ viuere voluerit.

Sacri Religioſi ſuis manibus minimè laborantes, vnde nihilominus gratis panem non manducent.

Dicit autem ſe in labore, & in fatigatione operatũ eſſe nocte, & die: quia, vt Haymo teſtis eſt in illa verba: *Laboramus operantes manibus noſtris*, Apoſtolus in Sccoofactoria arte laborabat à prima hora diei vſque ad quintam, & à quinta prędicationi vſque ad decimam inſiſtebat: quoniam nolebat à Corinthijs aliquid accipere, nec ab alijs auditoribus, vt liberè poſſet eorum vitia redarguere.

B. Apoſt. in labore & fatigatione vt fuerit nocte, & die operatus, vt inquit. *Haymo hoc loco.*

Ad quintum: Præceptum illud: *Si quis non vult operari nec manducet*, ab initio mũdi homini datum eſt: *In ſudore*, inquit, *vultus tui veſceris pane tuo*; & iterum, *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*, præceptum, cui beatitudo tribuitur. Quare & ècontrario otium cõtrarium eſt, vtpote aduerſus Dei legem datam. Et noo ait: Si quis noo operatur; ſed, *Si quis non vult operari*: non requirens omnino factum, ſed promptam voluntatem. Et credibile eſt, vt quidam volũt, Apoſtolum allocutum eos, qui regularem vitam profitebantur, & ſimul habitabant, quos manibus laborare oportebat, cum ob perſecutiones, & nouæ religionis odiũ aliter non poſſent ſibi proſpicere. Repreheodit ergo otioſos homines corpore valido ad labores, inquietè ambulantes, & curioſè agentes, & iubet vt iſti cum quiete, & ſilentio potius panem ſuum manducent. Vocat panem ſuũ, id eſt, iuſto labore partũ; nam cęteri alienũ comedunt.

V. Sol. quæſt. Hac lege: ſi quis nõ vult operari, nec manducet. Religioſi an quoq; cõprehendantur. *Geneſ. 3. Pſal 127.* Quibus hoc præceptũ dederit Apoſtolus, ſecũdum aliquos.

Ocioſi, laborantes panẽ cur ſuum manducent.

Illa autem verba: *Nihil operantes, ſed curioſè agentes*, Græcè ſignificantius, & elegãtius habentur, μηδὲν ἐργαζομένους ἀλλὰ περιεργαζομένους, hoc eſt, Nihil agentes, ſed ſatagentes. Eſt enim ſatagere Latinis, curioſè, inaniterque agere, vt Quintilianus docet.

Quinam ſatagentes hoc loco, qui notantur à Paulo. *Quint. lib 6. c. p. 4.*

Annectit tertiam exhortationem, cum ait: *Vos autem fratres nolite deficere benefacientes*, Græca phraſi, & Paulo frequentiſſima dictum eſt, nolite deficere benefacientes, pro benefacere: Vt iotelligant, etſi maximè videant alios otioſos, ipſos tamen oon debere relaxari in benefaciendo illis pro ſua charitate, ne ſicut otioſi deſunt ſuo officio, ita & laborantes deſint ſuo, hoc eſt beneficentiæ. Nec debent ſe relaxare à labore ad ſe, & ſuos alendũm, & ad vitioſos otij ſectatores corripiendos, & emendandos, & ad aliquid illis irrogandum propter Chriſtum: quia Beatius eſt magis dare, quam accipere, vt Dominus dixit.

Cur horteturApoſtolus Theſſalonicenſes, vt nolint deficere benefacientes.

Act. 20.

Ad ſextum, io quo ponitur exhortatio ad ſumendas pœnas de inobedientibus: *Quòd ſi quis*, inquit, *non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate*. Interpres Latinus videtur legiſſe ὑμῶν, hoc eſt, noſtro Chryſoſtomus autem legit, ſermoni noſtro per epiſtolam, id eſt, quem ei proponetis ex noſtra Epiſtola ſeruandum, & in eundem ſenſum ferè redit. ¶ Verbum *Notate*, Gręcè eſt σημειοῦσθε quod eſt dicere, ſignificate, vel ſignate, notate, vel nominate, vel notũ omnibus facite, id eſt, per ſententiam anathematis excommunicate, vel nominatim excommunicata. Nec eſt ad rem, quod Eraſmus dixit, iudicate. Quẽ ſenſum denotant verba ſequentia, Et non commiſceamini cum illo, vt confundatur: quod eſt dicere, nec commercium, aut cõſuetudinem cum illo habeatis. Hoc enim fiebat olim cum excommuoicatis, & hodie fit. Sequens etiam verbum id cõfirmat: Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Vult ergo etiam excommunicatum corripi, vt redeat ad Eccleſiam agnito errore. Quare rectè Auguſtinus expendens hæc verba, dixit, Notare, eſſe, nominatim excõmunica; & noo ſemper, & ſimpliciter, ſed

Sol. VI. dub. Quid notare non obedientem dictis Apoſtolis. *Chryſ. hom. 5.*

Hæc lectio Eraſmi: Hũc iudicate (pro Hunc notate) reijcitur.

B. Aug. lib. poſt Collationem cum Donat. c. 4. in fine

pro

... alibi 10.7 ... ter med. & ... rine.
... Cor 5.

pro tẽpore,& loco,donec correptus agnoſcat errorem. Ita inceſtuoſum Corinthium excommunicatum iuſſit corripi, ne abſorbeatur triſtitia.

...nobediẽtem ...erbo ſuo ...Paulus nota... ...cur mãdet.

Et nota, Apoſtolum propter traditionẽ ſuam ex aliquo violatam, voluiſſe vt excõmunicetur; ne malũ exemplum impunitũ remaneret: & ita ille ſolus abiectus à reliquo corpore pudefactus conuerteretur.

...Notare, hoc ...oco, nõ eſſe ...xcommuni...are, vnde ...robet Caie...anus.

Caietanus tamẽ exiſtimat non fuiſſe veram excommunicationẽ, ſed cenſuras religioſas,quibus clauſtrales vtuntur,quæ non ſunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſed pœnæ quædam ſeparantes à conſortio fratrũ,vel conuerſatione, à templo, vel à menſa. Et putat rigidam fuiſſe Eccleſiam primitiuam, quæ propter otium, & leuia peccata excommunicabat. Quod ſanè eſt cõtra ſeriem textus Apoſtolici. Nam ibi præmittitur: Audiuimus inter vos quoſdam ambulãtes inquiete,nihil operantes, ſed curioſe agentes. Inquietè ergo ambulare, quod eſt perturbare aliorum pacem;& nihil operari,quod eſt de alieno viuere;& curioſe agere,quòd eſt alienis intendere, & proprium profectum negligere: non ſunt venialia,&parua peccata. Nec tamen propter hæc ipſa excommunicat Apoſtolus,ſed primò denunciat, & obſecrat in Domino,vt deſiſtant. Et tunc ait: *Si quis non obedit.* Ecce excommunicationis maxima cauſa, ſcilicet proteruia, & inobedientia.Ita doctè, & eleganter explicat hũc locum Thomas: *Primo*,inquit, *ponit culpam: ſecundo, eius manifeſtationem: Tertio, eius punitionem,Culpa,eſt inobediẽtia; & ideo dicit, Quòd ſi quis non obedierit*, 1.Reg.15. *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatria nolle acquieſcere. Manifeſtatio, & conuitio ponitur,cum dicit;Hunc per epiſtolã notate,id eſt manifeſtate. Pœna eorum eſt ſententia excommunicationis. Vnde dicit: Et non commiſceamini cum illo.Et* 1.*Cor*.5.*cum huiuſmodi,nec cibum ſumere* 2.*Ioan. Nolite recipere eum in domum, nec, Aue, ei dixeritis.* Hæc Thomas.Incertũ etiam eſt, an eo tempore eſſent tales pœnæ clauſtrales,& non potius Eccleſiaſticæ.

Impugnatur hæc opinio.

Quæ cauſæ excommunicationis legitimæ ſubdit. *B.Tho.lect.10. 2. tom.16.*

1.Reg. 15.

1. Cor. 5. 2. Ioan.

Ad VI. quæſtionem.

Septimæ dubitationi circa illud; *Ipſe autem Deus pacis det vobis pacem ſempiternã in omni loco*, reſpõdemus, ſenſum eſſe: circa dictã otioſitatem,& ἀταξίαν, Deus autor pacis & amator det vobis pacem ſempiternam. Et pro illis verbis, ſempiternam,&omni loco, Græca habent, ſemper omni modo, id eſt, perfectam, & perſeuerantem. Eſt enim inchoata pax,quæ ex fide eſt: altera eſt in cœlis conſummata ex Dei viſione.Et vtramq; illis precatur Apoſtolus. Etſi hanc pacem attingere, ſit admodũ difficile: quia homo interdum ex fomite, interdum ab externis euentibus perturbatur. Sed conſolatur verbum Apoſtolicum: *Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum noſtrum &c.*

Quid habere pacem ſempiternam in omni loco.

Quæ res impediat pacẽ.

Rom. 5.

Ad poſtremum in id: *Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni Epiſtola, ita ſcribo. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.* Declarat, ſalutationes poſtremas Apoſtoli eſſe manu propria ſubſcriptas. In illa ſententia; *Salutatio, mea manu Pauli*,pro nomen Mea, non eſt Nominãdi, ſeu Auferendi caſus,& non iungendum cũ ſalutatione. Hoc dixit Apoſtolus ad adulterinas,&ſuppoſititias literas diſcernendas à veris,& legitimis Pauli, qui in hac ſecũda Epiſtola cap.2.dixit; *Ne terreamini per Epiſtolam tanquam per nos miſſam.*

VIII. ſolutio dubit. Quorſum illud, ſalutatio mea manu Pauli.

2. Theſſ. 2.

Signum autem omnium Epiſtolarũ eſt: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.* Et continet ſummam quãdam totius legis Euangelicæ. Et certè vt ſalutat in principio, ita ſalutare conſueuit & in fine. Et prudentes non reddit, vt caueamus ab apocryphis,&pſeudepigraphis libris.

Signum omnium Epiſtolarum Pauli quid.

Quod autem in Epiſtola ad Hebręos dicat: *Gratia cum omnibus vobis. Amen,*&ad Coloſſ. vlt. in Græco eodem modo legamus: *Gratia vobiſcum; Amen:* nihil obſiſtit. Quia ſupplendæ ſunt ex alijs Epiſtolis illæ quatuor voces, *Domini noſtri Ieſu Chriſti:* quia de nulla alia gratia Apoſtolus loqui cõſueuit. Et fortaſſis aliquod peculiare ſignum continebat illa ſalutatio, quæ propriè teſtabatur manum Pauli.Ita enim nos ſoliti ſumus ſignare literas noſtras quodam ſingulari ſymbolo,& nobis proprio, & peculiari. Et de his hactenus.

Hoc ſignum quibus Pauli Epiſtolis videatur deeſſe & vnde ſupplendum.

DISPVTATIONVM IN OBSCVRIORES LOCOS PRIORIS EPISTOLAE AD TIMOTHEVM.

LIBER VII.

DISPVTATIO I.

In qua diſſeritur de Epiſtola argumento, & de ipſo Timotheo & de loco, & tempore ſcriptionis eiuſdem.

Epiſcopus qualis eſſe debeat.

QVOD attinet ad argumentum huius Epiſtolæ, breuiter aſſerendum eſt, aliud nõ eſſe, quàm Epiſcopi inſtitutinnem vt Epiſcopus eſt, & conſequenter ipſius Eccleſiæ, quæ ad Epiſcopi ſui formam erudiri debet; quemadmodum Epiſcopus ad formam & exemplar Chriſti eſt conformãdus. Ille ſiquidem qui perſonam doctoris, vel Epiſcopi in Eccleſia ſuſtinet, duas Pauli Epiſtolas ad Timotheum, & illam etiam ad Titum, ante oculos habere debet, vt ſcitè, & eleganter Auguſtinus lib. 4. de Doctrina Chriſtiana Capite decimoſexto admonuit; & ante eum Tertullianus libro quinto in Marcionem; aſſerit namque, has tres epiſtolas de Eccleſiaſtico ſtatu compoſitas. At verò ſi his adiungas libros ſex Chryſoſtomi de Dignitate Sacerdotali ad Baſilium, cùm libro eiuſdem argumenti à B. Ambroſio editum, & librum Paſtoralis à B. Greg. conſcriptum, & quinque libros D. Bernardi de Conſideratione ad Eugenium Papam, perſectam, & omnibus numeris abſolutam ideam & formam boni Epiſcopi, & muneris eius lector inuenire poterit.

B. Aug tom. 3 ſub initium. Eiuſdẽ variæ inſtitutiones Patrum.

Chryſ. tom. 5. Amb. tom 4. Greg tom. 2. in princ.

¶ Has verò tres Epiſtolas integras Marcion, & Baſilides repudiauerunt, teſtibus Tertulliano libr. 5. in Marcionem, & Hieronymo in Proœmio Epiſtolæ ad Titum: & hoc quidem nulla reddita ratione, ſed autoritate tantùm, vt ait Hieronymus, hæretica. Vnde dæmon, qui per illos loquebatur, inſinuare voluit, ſe odio habere eam doctrinam, ex qua totum Eccleſiæ bonum pendere ſolet. In his enim Epiſtolis tradit, quid ſit, & quemadmodum alijs præcipiẽdum, vt Eccleſia Epiſcopis credita in officio contineatur, & nemo muneris ſui ignorantiam obtẽdere valeat. Cùm enim Apoſtolus Eccleſiarum omnium curam gereret, vt ipſe de ſe teſtatur, earumq; progreſſum promoueret; Timotheum Epheſiorũ Epiſcopum creauit. Etſi enim ætate iuuenis eſſet, prudẽtia tamen, & morum maturitate maiores ætate antecellebat, & ad eum hanc direxit Epiſtolam, quò eum de muneris ſui ratione non tantùm exemplo & verbo, vt olim fecerat, ſed etiam ſcripto perpetuò commoneſaceret, quo in vno Timotheo Epiſcopos, Doctores, & animarũ paſtores erudiret vniuerſos. Nam hæc eſt breuis, & compendioſa methodus Eccleſię reformandæ, ſi caput eius, & princeps, qui illi præeſt, repurgetur prius & reformetur.

Marcion, & Baſilides qua autoritate, Pauli Apoſtoli ad Timotheum vtráque, & illam ad Titum epiſtolas refutauerint.

Tertul par. 2. circa med.

B. Hier to 9. Quid illæ epiſtolæ contineant.

2. Cor 11. 1. Tim. 1.

Timothei v[ir]ilis inuẽtus ad eum cur hanc ſcripſerit epiſtolam.

Breuis & cõpendiaria ad Eccleſiæ reformationẽ via.

Et primò quidem loco, vt hæreticis ſerpentibus ſe opponat, & quoſdam inanium quæſtionum ſuſcitatores, & noxios veteris Legis defenſores coerceat, illi præcipit. Erant enim permulti, qui fideles Chriſti ad Iudaiſmum iam per Chriſtum Dominum extinctum pernicioſè reuocabant. Deinde de orationibus, & deprecationibus faciẽdis in Eccleſia, tum pro omnibus hominibus, tùm pro certis, & peculiaribus vt pro Regibus, & Principibus, & omnibus in dignitate conſtitutis, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate erudit. Tertiò præſcribit honeſtatem, & moderationem veſtitus, & ornatus muliebri ſexui, & docendi miniſterium illi interdicit. Quartò, quales Epiſcopi ſint promouendi, & quales presbyteri, & diaconi eſſe debeant, per totum tertiũ Caput docet. Quintò prædicit, peculiares quorundam hæreſum autores affuturos, quò ita admonitos iacula præuiſa minus feriant, minuſque illorum aduentu perturbentur. Hortatur præterea Timotheum ad ſtudium pietatis amplectendum, & qua ratione, & via ad ſingulos hominum ſtatus ſe habere debeat. Iuniores viduas fugiendas eſſe, & eos qui bene præſunt presbyteros, ampliori honore cumulandos, & ne facilè quoſuis ad ſacros Ordines admittat, edicit. Poſtremò Capite de temporalibus præſcribit negotijs: vult enim, vt ſerui dominis ſuis, & infidelibus debitam reddant cum omni honore operam, & ſeruitutem: Auaritiam abominatur, vt

Primi Capitis argumentum.

Secundi.

Tertij, & quarti.

Quinti.

Sexti ac poſtremi argumentum Capitis.

omnium malorum incitamentū,& fomentum: demùm diuites ad cœleſtes diuitias comparandas adhortatur.

Timotheus ſacra & profana quos cõmemoret hiſtoria.

Iam de Timotheo dicendum. Duo Timothei exercituum duces extitêre contra populum Dei, & quibus etiam peſſimè accidit de quibus primo Machabæorū quinto, & ſecundo Machabæorum octauo, nono, decimo, & duodecimo. Fuit & Timotheus Athenienſis Canonis filius, de quo Cicero libro primo Officiorum, qui acceptam à patre gloriā multis auxit virtutibus. Fuit & alius Athenienſis Comicus, & autor mediæ comœdiæ, ex cuius fabulis citat Athinæus. Fuit & alius Timotheus Mileſius qui decimam, & vndecimam chordam lyrę addidit, & duplo maiorem exigebat mercedem ab his quos alius inſtituiſſet in muſica diſciplina: ſimplicem ab ijs, qui ab alio nequaquam inſtituti ad eum accedebant. Fuit & alius Timotheus ſculptor nobiliſſimus, vnus ex ijs, qui mauſolæum cælauerunt.

Cicero.

Athenea autor.

Ad quẽ Apoſtolus & doctor Gentiū ſcripſit, quis fuerit hic Timotheus.

1. Tim. 2.

Act. 18.

Sed his omnibus longè præſtantior eſt, Timotheus Pauli Apoſtoli diſcipulus, & martyrio clarus, præſulque Epheſinus, patria Lycaonienſis, ciuis Lyſtrenſis, ſiue Derbenſis, vt habemus Actor. 16. vir boni teſtimonij, & diſcipulus, qui iam Chriſtum per fidem nouerat, antequam aſſumeretur à beato Paulo in miniſterium; Pauli autem non ſolùm auditor, & adiutor, ſed etiam teſte Origene in 16. caput ad Romanos, cognatus.

Origenes to. 1.

An ille fuerit Epheſinus Epiſcopus.

Sed dubium eſt, an Epiſcopus fuerit Epheſinus: nam etſi ibi prædicauerit, & miniſtros Eccleſiaſticos ordinauerit, non efficitur quòd fuerit Epiſcopus eius loci. Nam etiam Paulus ibi prædicauit pluſquam per biennium, & fidelium confitentium peccata abſoluit, nec tamen fuit Epiſcopus. Adde, quòd interdum eum abducebat, & ad ſe Paulus reuocabat, & ex vrbe miſit eum cum literis ad Hebræos; & poſteriori Epiſtola eum ad ſe quam primùm venire iubet. Erat etiam Euangeliſta ex illorum ordine, de quo ad Epheſ. 4. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos quoſdam autem Prophetas alios verò Euangeliſtas*, ita vt Dorotheus in ſua Synopſi tradat quòd prædicauerit per vniuerſam Hellada Sed dimiſſus eſt Epheſi non vt ibi addictus eſſet Epiſcopus, ſed vt Eccleſia Epheſina conſtituta, opponeret ſe pſeudapoſtolis. Ego, inquit, Apoſtolus, ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Videtur ergò quòd fuerit pluſquam Epiſcopus; etiam ſi ad tempus in ea ciuitate vt paſtor prædicauerit, & alios ad ſacros ordines promouerit, vnde quidam vocant eum Epiſcopum Epheſiorum nempe in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum Sophronius.

Actor. 19.

Ibidem.

2. Tim. 4.

Epheſ. 4.

1. Tim. 1.

Doroth. Epiſ. Tyri.

Timotheus Pauli iuſſu cur remanſerit Epheſi.

Act. 20.

Sophronius Epiſc. to. 1. operum D. Hieronymi.

Timotheum quãti fecerit Areopagita Dionyſius.

Dionyſi Areopagita ep. 9. in principio.

Spectat etiam ad ſummam laudem Timothei, quòd omnia opera Dionyſij Areopagitæ in lucem edita dicantur, & nuncupantur vni Timotheo pontifici, tà Græcè, quam Latinè, & in quadam Epiſtola ad Titum ait: *Sanctus quidem Timotheus, honeſtiſſimè Tite, neſcio an aliquid ſcripſerim de Theologicis ſignis, cuius ille ignarus abſceſſerit.* Idem Dionyſius libro de Diuinis nominibus, Capite tertio, ad Deiparæ Matris funus conueniſſe cum diſcipulis Chriſti teſtatur, & repetit Nicephorus Calliſtus libro ſecundo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite vigeſimoſecundo, & libro decimoquinto, Capite decimoquarto in fine. Extat eiuſdem Dionyſi ad Timotheum epiſtola de Martyrio Apoſtolorum Petri, & Pauli; ſed multorum iudicio reprobata eſt & reiecta. Et eius Epiſtolæ (cùm cæteras omnes enumeret) non meminit etiam Suidas, quamuis liber inſcriptus, Viola Sanctorum aliter ſentiat.

Idem.

Nicephorus Calliſtus.

De Dionyſij ad Timot. de martyrio Apoſtolorū Petri & Pauli epiſtola quid ſentiendum.

Timothei in Eccleſia qui fuerint inſignes & valde memorabiles

Fuerunt poſt Timotheum Pauli diſcipulum, præclari viri Timothei vocati. Eſt namque Timotheus autor elegans qui ad vniuerſam Eccleſiam ſcripſit libros quatuor, quibus docet, Chriſtiani hominis officium eſſe, dum viuit, diuitias mundi pro Dei honore contemnere: cuius ſtylus redolet Saluianum Epiſcopum Maſſilienſem. Eſt & alius Timotheus, qui Antiochia Romam venit ſub Melchiade, & inclytus ibidem Martyr effectus, iuxta beatum Paulum Romæ ſepultus eſt. Fuit & alius Timotheus Diaconus Athanaſij, qui in Concilio Patrum Tyri congregato, calumniæ meretriciæ fuit depulſor, vt Ruffinus ait libro decimo, Capite decimoſeptimo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Sunt præterea & alij Martyres, & Confeſſores egregij, de quibus conſule, ſi vis, Martyrologia Venerabilis Bedæ; Vſuardi, & aliorum.

Ruff. apud Euſeb. Caſarien. tomo 2.

Timothei Lyſtrēſis genus.

Ibidem.

Iam verò noſter Pauli filius & diſcipulus Timotheus natus fuit ex Iudæa fideli muliere, patre verò Gentili. Ipſe tamen errores Gentilium & Iudæorum ex æquo declinauit: à Paulo etiam ne offenderentur Iudæi, vel Gentiles, prius circumciſus fuit, quam in comitatum ſuum aſſumptus eſſet: de quo multa habes Act. 16. 17. 18. 19. & 20. Paulus etiam eum commendat ab auia ſua Loide, & ab Eunyce matre ſua. Laudat etiam eum, quòd ab infantia liberalib. ſtudijs, & ſacris literis vacauerit, vt habetur a-

2. Tim. 1.

Hic quam celebris apud Paulum.

tur 2. Timoth. 1. & 3. totque inſcriptionum Epiſtolarum Pauli communione honeſtatus fuit. Nam in 2. ad Corinth. ad Philippenſ. & Coloſſenſes, & vtraque ad Theſſalonicenſ. & ad Philemonem, eius fit mentio in principio Epiſtolæ, tanquam dictantis illam, & mittentis: ad Rom. cap. 16. eius ſalutationem ad illos mittit: *Salutat vos*, inquit, *Timotheus, adiutor meus*. Corinthijs ſcribit; *Miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu*, & rurſus: *Si venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos. Opus enim Domini operatur, ſicut & ego. Nequis ergo illum ſpernat.* Ad Philippen. 2. *Spero in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos; vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncere affectione pro vobis ſolicitus ſit. Experimentum autem cognóſcite. quia ſicut patri filius, mecum ſeruiuit in Euangelio.* Demum 1. Theſſ. 3. *Miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum Dei in Euangelio Chriſti, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra.*

Rom vlt.
1. Cor. 4.
Infrà vlt.
Pauli de eodẽ honorifica teſtimonia.
Philip. 2.
1. Theſſ. 3.

Timotheus quid ſonet.

Rectè autem Timotheus (quod Græcũ eſt verbum) interpretatur Honor Dei, vel Honorans Deum, vel Honoratus à Deo: Non enim quis poteſt honorare Deum, niſi qui Dei donis, & priuilegijs honeſtatus ſit. Debet etiam Prælatus omnis, & animarum paſtor, honor eſſe Dei, vt ipſe ſua vita, & doctrina inferioribus præluceat, ad hoc, vt honorem Deo tanquam Patri per Chriſtum debitum reddant vniuerſi.

Timotheus cui tandem adhæſerit. Eum de 70. non fuiſſe diſcipulis, quæ ratio perſuadeat.

Sublato autem Paulo per Neronem, cũ Ioanne Euangeliſta verſatus eſt; & in celebri quodã Epheſinæ Dianæ feſto, cùm populus fureret, & ſacrificare illi vellet, impium ſacrificium offerendum prohibuit, ex qua cauſa lapidatus fuit. Etſi quidam Timotheum enumeret inter ſeptuaginta Diſcipulos Domini: quod mihi incertum, & falſum videtur: quia erat Lyſtrẽſis, & patri Gentili natus, & incircumciſus, nec Hippolitus martyrem inter ſeptuaginta Diſcipulos collocat, & aſſerit in Illyricum vſque prædicaſſe Euangelium per vniuerſam Hellada; vbi & mortuus, & honorificè ſepultus eſt. Vnde multo poſt Conſtantius Conſtantini filius Imperator, vt refert Simeon Metaphraſtes, vel quod potius, & veriùs eſſe videtur, Conſtantinus Magnus, vt in Vigilantium ſcripſit Hieronymus, Reliquias eius aſportauit, & Conſtantinopolim tranſtulit. Eius hæc ſunt verba: *Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator; qui ſanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtãtinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum ſe ſentire præſentiam confitentur?*

Hyppol. in ſynopſi.
Simeon Metaphraſtes.
Hieron. ante med. tom. 4.

Vnde ſcripta hæc prior ad Timoth.

Tertius propoſitus labor fuit differere de loco, tempore, quo ſcripta eſt hæc Epiſtola, & miſſa. Ad primum de loco dicimus ſatis conſtare ex codicibus Græcis, quod in Laodicea, quæ eſt metropolis Phrygiæ Pacatianę, aut vt Oecomenius habet, Phrygiæ, & Pacatianæ. Theodoritus verò tantùm legit, Phrygiæ. Miratur autem Beza, nullum ex antiquis ſcriptoribus mentionẽ feciſſe Pacatianæ Phrygiæ. Sed nos miramur de eius admiratione, quaſi ipſe omnes autores legerit, aut quaſi lectos in memoria ſemper retineret, aut quaſi inſolitum ſit Prouincias nomina ſua progreſſu temporis mutare.

Oecu. in ſin.
Theod. par. 2.
Notatur Theodorus Beza.

Quo tẽpore ſcripta.

De tempore verò non ſatis conſtat, quo Timotheus cõſtitutus eſt Epiſcopus Epheſiorum. In libro Actuum Apoſtolorum bis tantùm legitur Paulus veniſſe in Macedoniam, in qua profectione cum alijs videtur Timotheus comes Pauli fuiſſe: dicitur enim ibidem: *Cùm in Græcia feciſſet menſes tres, facta ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam, habuitq; conſilium vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus eſt eum Soſipater Pyrrhi, Beroenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Secũdus, & Caius Derbeus, & Timotheus Aſiani verò Tychicus, & Trophimus.* Non videtur ergo tunc dimiſſus Epheſi Timotheus, ad quem amplius poſſet dare literas ex Laodicea: ob quas cauſas recens quidam autor ſcripſit, hanc epiſtolam poſteriorem eſſe eam quæ eſt ad Coloſſenſes, in qua c. 2. ſcripſit Apoſtolus, eos faciem eius in carne antea non vidiſſe; quam tamen epiſtolam certum eſt fuiſſe miſſam ex Vrbe, cùm eſſet in vinculis. Sed poſtquam ex vinculis à Nerone eſt dimiſſus, redijt in Aſiam: & cùm pręfeciſſet eum Eccleſiæ Epheſinæ, tunc ſcripſit hanc priorem ad Timotheum, cũ verſaretur in Laodicea.

Actor. 20.
Quibus rationibus adductus quidam recentiores, Epiſtolam ad Coloſſ. & Timotheum & iſta faciant priorem, & antiquiorẽ.
Coloſ. 2.

Prima ratio cõfutationis huius ſententiæ.

Verùm hæc ſententia difficultatem non vulgarem habet, & voluntariè & ſine ratione aſſerta videtur. Sequeretur enim, quòd poſterior ad Timotheum ſit ſcripta ex vrbe ante priorem ad eundem, & ita inuerſus eſſet illarum duarum epiſtolarum ordo prima enim eſſet ſecunda, & ſecunda rurſus prima. Nec ſolidum eſt, non fuiſſe ab eis viſam Pauli faciem: quia potuit per Laodiceam Phrygiæ tranſire, & ibi non pręedicaſſe, & ex eo loco tranſmiſiſſe illam epiſtolã: quemadmodùm etiam Actor. 16. dicitur Apoſtolum pertranſijſſe per Phrygiam, & Galatiæ regionem, ac Myſiam, nec tamen euangelizaſſe ſcribitur. Chryſoſtom. hoc loco ait: *Dignum verò inquiſitione eſt, an*

Secunda diluens rationẽ oppoſitã.
Actor. 16.
B. Chryſoſt. hom 1. ini.

modò

ad Tim. ca. 1. ante med. tom. 4. Act. 19. Tertia, & poſtrema.

modò (ſcilicet poſt quæſtionem cum Demetrio argentario) illic Timotheum præſulem conſtituerit. Hæc ille. ¶Huic rei fauet, quòd poſt illum ſecundum reditum Pauli in Epheſum non legitur quicquam aliud in Actis Apoſ. de Timotheo. Fauent etiam illa verba: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi,* quæ videtur inſinuare, Paulum, & Timotheum ſimul fuiſſe Epheſi, quamdiu ipſe nouam, & diſtinctam à duabus prioribus adornaret in Macedoniam profectionem: ſicut prius antequam Romam veniſſet, bis fecerat. Et illo manente Epheſi, Paulus pergens in Macedoniam, venit in Laodiceam Prygiæ. Vbi commoditatem ſcribendi hanc epiſtolam habuit, & ſcripto conſignandi quæ priùs verbo tradiderat. Etſi verùm eſt quod Metaphraſtes de B. Ioanne Euãgeliſta ſcripſit: Paulus non reliquit Timotheum Epiſcopum Epheſiorum, ſed ad tempus cum poteſtate ſubrogauit, vt munia Epiſcopalia priùs à ſe ordinatus, & conſecratus exerceret: poſteà verò cũ ſecutus eſt Romæ agentem, & ex Vrbe eum ad diuerſas Eccleſias miſit: & vt breui ad ſe rediret, præcepit in ſecunda.

1. Tim. 1.

Timotheum quare reliquerit Epheſi Paulus, teſte Metaphraſte *1. Tim. 1.*

2. Tim 4.

Illud tamen non diſſimulabo, in vno codice Roberti Stephani haberi in fine huius Epiſtolæ, Ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, & expreſſit Frobenius in Græco argumento, quod huic Epiſtolæ præfixit.

DISPVTATIO II.

In illa verba primi Capitis: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cùm irẽ in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, &c.* vſque ad illud: *Gratias ago ei, qui me cõfortauit in Chriſto Ieſu.*

CIRCA Salutationem, qua vſus eſt Apoſtolus in hac epiſtola, non eſt nobis immorandum, cùm illam explicatam primo libro reliquerimus. Circa alia verò primum dubium eſt, quare illi aduerbio, Sicut, non eſt aliquid reſpondens, quod orationem compleat: vnde & ecliptica, ſiue defectiua videtur locutio, & aliquid neceſſariò eſſe ſupplendum ad integritatem orationis. Secundum, quando, aut vbi Macedoniam profecturus, rogauit Paulus Timotheum vt remaneret Epheſi. Tertium, cur rogauerit Timotheum filiũ ſuum chariſſimum, cùm ei multis modis, cũ eſſet Apoſtolus, poſſet præcipere. Quartum, quid eſt denunciare quibuſdam ne, aliter vel aliud docerent, quod vno verbo Græcè dicitur ἑτεροδιδασκαλεῖν. Quintum, quæ ſunt iſtæ fabulæ, & genealogiæ interminatæ: videtur enim Apoſtolus à ſtudio genealogiarum, quæ ſunt in Scripturis, dehortari, cùm iſtæ ædificationem magis, quàm quæſtiones præſtent. Sextum, quid eſt quod aduerſatiuè ait: Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro &c. Et cui aduerſatur hæc clauſula. Septimum, quomodò lex poteſt nunc eſſe bona; quæ iam per Chriſti mortẽ extincta fuit, & quomodo rei mortuæ poteſt eſſe vllus bonus vſus. Octauum, quomodo aſſerit legem iuſto non eſſe poſitam: cum & Angelis, iuſtis & primis parentibus ante peccatum lex poſita fuerit? imò ipſe fons iuſtitiæ Chriſtus ſine lege, & præcepto non fuit. Et an verus ſit Hæreticorum noſtri ſeculi ſenſus, legem non eſſe poſitam iuſtificatis, qui iam per fidem iuſtitiam aſſecuti ſunt. Videtur etiam contradicere, quòd lex ſit bona, & non ſit iuſto poſita. Nonum, quare proponit ſuam veterem conuerſationem, qua perſecutus fuit Eccleſiam, & quid eſt Deũ fidelem exiſtimaſſe; & quomodò miſericordiam ſit cõſecutus ex eo quia ignorãs fecit in incredulitate. Decimum, ſi Chriſtus Ieſus venit peccatores ſaluos facere; nullis ergo exiſtẽtibus peccatoribus, nec Adæ delicto, Chriſtus non veniſſet. Tolle morbos, & medicamine non erit opus. Sicut alibi dicit Dominus: *Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat.* Vndecimum, quomodò Apoſtolus audet ſe omnium peccatorũ primum vocare, cùm tamen ipſe tunc ſanctus eſſet, & in perſequendo Chriſto, & Eccleſia alij eſſent deteriores, qui ex malitia, & obſtinatione veritati agnatę repugnabãt, ipſe verò ex zelo peccauerit, & per ignorantiam: vnde & miſericordiam ſe aſſerit conſecutum. Dubitatur etiam an hoc attineat ad veram humilitatis virtutem, cùm quiſque etſi maximè ſanctus, ac iuſtus, exiſtimet tamen, & confiteatur ſe cunctis hominibus deteriorem. Duodecimum, quid eſt dicere, ad informationem eorum, qui credituri ſunt; cùm Græcè dicatur, πρὸς ὑποτύπωσιν quod verbum multo eſt ſignificãtius. Decimumtertium, quomodo Deus eſt ſolus Rex ſeculorum, ſolus immortalis, & inuiſibilis, ſolus ſapiens, cùm etiam noſtrum ſit tempus, & ſeculum, & fructum in illis faciamus, iuxta illud: *Et quidem in hoc die tua, quæ ad pacem tibi,* & alio loco, Seculum noſtrum in illuminatione vultus tui. Angeli etiam, & animi noſtri ſunt immortales, & ſub aſpectum non cadunt. Sapientia etiam communis eſt Deo, & Ange-

Prima dubitatio. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta, & ſeptima. Octaua. *Geneſ. 2. Ioan. 12. Infrà 14.* Nona. Decima. *Luc. 19.* Vndecima. Duodecima. Decimatertia. *Luc. 19. Pſalm 89.*

Decimaquarta dubit.

Decimaquinta, decimaſexta, ac poſtrema.

Angelis,&hominibus. Decimumquartum dubium eſt,quę ſint illę prçcedentes in Timotheo prophetiæ, & quales, in quibus ſit militandum Decimumquintum, quid eſt habere fidem,& bonam conſcientiam,ſine qua quidam naufragauerunt à fide.Poſtremum,quid eſt Hymenæum, & Alexandrũ traditos eſſe Satanæ vt diſcant non blaſphemare:videtur enim obſcurum eſſe dictum, & potiùs traditos ad acerbiùs blaſphemandum, quàm antè fecerant. Hæc omnia cõtinentur primo Capite. Et ad quædam horum grauiora dubia latiùs reſpondebimus; ad alia leuiora & breuiora, vt par eſt, breuiùs reſponſum eſt dandum. Et quoniam plura ſunt hæc dubia, quàm vt vno Tractatu vel Diſputatione abſolui poſſint, expediens erit in duos Tractatus abſolutionem harum quæſtionum ſecare.

Ad I. dubiũ. Hinc particulæ aduerbiali Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, &c. quid reſpondeat. *Caietanus.*

Primæ igitur dubitationi varijs modis quidam ſatisfacere tentãt. Caietanus aſſerit non eſſe defectiuam locutionẽ,nec aliquid ſupplendum,ſed in fine Capitis addi ab Apoſtolo reſpondentem particulam, nempè hoc præceptum quod mando tibi. Vt ſit ſenſus: Sicut rogaui te, ita hoc præceptum commendo tibi. Cætera omnia ait eſſe per parentheſim legenda, ad explicandum neceſſitatem præcepti. Sed mihi dura, & intolerabilis videtur tanta parentheſis. Nec opus erat Timotheo familiari filio chariſſimo, & diſcipulo tanta explicatione præcepti,quia omnia verba Pauli tanquã amantiſſimi ſui parentis,ſtrictiſſima mandata accipiebat.

Solutio Caietani reijcitur

Secunda.

Deinde alij interpretantur καθὼς idẽ eſſe quod ὥστε id eſt,ſicut pro vita, vel in vt ſit ſenſus:Sic rogaui te id eſt,ea lege, & pacto, vt remaneres Epheſi, vt denũtiares quibuſdam,&c.Et ſit nihil eſſet ſupplendum. Sed nullum video huius rei ex Scripturis exemplum produci.

Tertia magis ſolida. 2.Cor.5.

Tertiò alij putant eſſe eclipſin Paulo cõſuetam,& familiarem:vt 2.Cor.5. *Siue enim mente*,inquit,*excedimus*(vbi Græcè habetur inſanimus) *Deo* ſcilicet excedimus: *Siue ſobrij ſumus* (vbi Græca habent, ſani ſumus mente) *vobis*, ſcilicet ſobrij ſumus. Et cap. 1. eiuſdem epiſtolæ; *Siue tribulamur, pro veſtra exhortatione* (ſcilicet tribulamur) ſiue conſolamur,pro veſtra conſolatione(ſcilicet conſolamur;)ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute, ſcilicet exhortamur.Ita hoc loco: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi,cùm irem in Macedoniã,* ſcilicet maneto. Vel: Sicut te rogaui ita nunc te rogo, ita facis.

Suprà 2.

II.quæſt.Sol.

Ad ſecundum,quando fuerit profectus Paulus in Macedoniã, priori Diſputatione expeditum fuit. Ter enim conſtat ex Actis Apoſtolicis Paulũ in Macedoniam veniſſe, primò Act.16. ſecundò Act.19. tertiò Act. 20. quando videlicet præmiſſis comitibus ſuis in Troadem,ipſe decreuit propter inſidias ſibi factas in Achaia nõ recto itinere cũ reliquis venire, ſed rurſus per viam Macedoniæ reuerti in Troada,vbi & ſocios conſecutus eſt. Sed de hac re fuſiùs dictum eſt ſuperiùs.

De tempore profectionis Pauli in Macedoniam. *Actor. 16. Infra 19. Infrà 20.*

Ad III dub

Tertio dubio reſpondemus: Verbum rogaui, Græcè eſt παρεκάλεσα id eſt, precatus ſum;vel hortatus ſum;vtrumq; enim ſignificat,& vtrumq; etiam fecit,& blandiſſimo ſermone & humili vſus eſt Epiſcopus coepiſcopo. Et veriſimile eſt Timotheum, vtpotè iuuenẽ,& aliquomodo puſillanimem, curã Epiſcopatus detrectaſſe,vt tantæ prouinciæ imparem,& maluiſſe Paulum ſequi: quod cum lacrymis eum feciſſe teſtatur Apoſtolus in ſecunda ad eum Epiſtola: *Deſiderans*, inquit, *te videre; memor lacrymarum tuarum,vt gaudeo implear.* Rogat ergo, vt doceat; Epiſcopis non eſſe ſtatim ad præcepta recurrendum, vbi adeſt promptum, & paratum obſequium, nec ad interminationẽ excommunicationis: nec alijs cenſuris ac pœnis premebat. Rogauit autem, vt tanquam Pontifex remaneret Epheſi loco ſui, quod ipſe abſens præſtare non poterat: & ad illud quod valebat, exigendum ab eis, non ſatis erat Epiſtola ad eos miſſa, quia plerumque literas abſentium ſolent parui facere: ideò opus erat præſenti aliquo miniſtro, qui locũ Pauli ſuſtineret. Et illud verbum Grçcũ, προσμεῖναι, quod interpres Latinus vertit,remanere, reſidentiam Epiſcoporum in Eccleſijs ſuis, vt debitã ac neceſſariam oſtendit,quocunq; de iure exigatur ab eis. Nã ſicut Diuino iure præcipitur confeſſio peccatorum,ſumptio Euchariſtiæ, & ieiunium omnibus præſcribitur, & Prælati iubentur paſcere Eccleſiam ſuam: modus tamen confitendi,& Euchariſtiæ ſumendi, & ieiunij tempus, & modus ab Eccleſia determinatur, ita vt fiat ius canonicũ, Eccleſiaſticum, ſiue Pontificium: ita etiã aſſidua reſidẽtia habet præceptum Canonicum, & Pontificium, & admittit interdum legitimas excuſationes: Vt ire ad Synodum œcumenicam,venire ad Pontificẽ, vel ad Regem vocantem, accedere ad Epiſcopatum proximum à Pontifice commendatum, ſecedere etiam ad tempus ratione aeris infecti, vel infirmitatis propriæ arcendæ. Et ita modus reſidentiæ non poteſt dici iuris Diuini, ſed Canonici, etſi paſcere gregem, ſemper ſit iuris Diuini. Paulus etiam Timotheum plerũque ad ſe accerſiuit, & ad alias

Cur Paulus Timotheum rogauerit vt remaneret Epheſi, non iuſſerit.

2.Tim.1.

Epiſcopi rogent potius, quã iubeant quando.

Timotheus cur debuerit Epheſi remanere.

Quo verbo Apoſtolus reſidentiã oſtẽdat iuris eſſe diuini.

Reſidentia vt iuris ſit Eccleſiaſtici & Canonici.

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſias à ſua illum amandauit, & ita reſidentiam vt ius Canonicum tractauit.

In eam qui grauiter delinquant.

Grauiſſimè tamen peccant, qui nulla idonea, & neceſſaria de cauſſa longè abſunt ab gregibus ſuis, vt in aulis Principum degant,& orientur,vel ad Vrbem contendũt, vt ampliores,& maiores venentur dignitates. Vnde ait Alberſtatenſis Epiſcopus ante annos quingentos, ſcribens in illa Apoſtoli verba: *Primùm poſuit Deus Apoſtolos in Eccleſia. Qui vice Chriſti poſiti ſunt in Eccleſia, ſicut ait Apoſtolus, Obſecramus per Chriſtum, id eſt, vice Chriſti, reconciliamini Deo. Horum vice ſubrogati ſunt Epiſcopi. Sed Apoſtoli ex præcepto Domini compellebantur tranſire de regno in regnum, Epiſcopi verò ſuis in Eccleſiis autoritate canonica reſidere iubẽtur ob vtilitatem ſibi commiſſorum.* Hæc ille. Manus quoque ſummi Pontifices alligare nõ poſſumus, quin poſſit ad maiorem Eccleſiæ Dei vniuerſalis vtilitatem inſignes aliquos Epiſcopos ad ſe vocare, & illorum opera vel apud ſe, vel apud Principes alios, quamdiù opus fuerit, vti: quemadmodum Bernardus epiſtola ad Mediolanenſes ſatis oſtendit.

Haymo in ca. 12. prima ad Cor ſub finē.

2. Cor. 5.

Romanum Pontificis circa reſidentiam autoritas, & poteſtas.

B Bernard. epiſt 77.

Hæc autem Tractatio de Reſidẽtia ponit, Timotheum Epiſcopũ extitiſſe Epheſinum: conſtat enim Timotheum promotum à B. Paulo, iuxta illud, *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*, &c: Manus citò nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Idem etiam permulti teſtantur & veteres, & recentiores autores. Nam Diataxis Apoſtolica lib. 7. cap. 47. Timotheum Epheſi Epiſcopum à Paulo ordinatum docet: cui ſucceſſit Ioannes à me Ioanne ordinatus. Idem tribuit illi Dorotheus, & Sophronius Ieroſolymitanus in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Idem prorſus aſſerunt Theodoritus, OEcumenius, atque Theophylactus, qui poſtremus in prooemio huius Epiſtolæ ſcribit: *Si autem quærant, cur non hos prius in omni ſapientia perfecerit diuina, ac poſteà Eccleſiis præfecerit. ſed committens eis docendi munus, rurſus illis ſcribat, ac perficiat; Diſcas ergo primùm, quòd nemo perfectus ſit, etiamſi doctor fuerit, cùm & ipſe in multis opus habeat inſtitutione atque ductu à perfectioribus: maximè verò in Eccleſia primùm recens conſtituta haud facile erat Epiſcopum omnia per verbũ ipſum efformare atque perficere.* Adde Chryſoſtomum, qui in Prooemio huius Epiſtolæ hoc mouet dubium: *Verùm ſi quis, inquit, curioſè perquirat, quid ſit cur Tito ac Timotheo tantùm ex omni Diſcipulorum numero ſcribat, cùm Silas, & Lucas probati quoq;, ac mirabili virtute præditi fuerint? Ait namque ipſe, cùm ſcriberet: Lucas ſolus eſt mecum: ſed & Clemens vnus ex comitibus eius fuiſſe colligitur, cùm de ipſo ſcribat; Cum Clemente, & cæteris coadiutoribus meis. Non id quidem abre, aut incongruè faciet. Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantummodò ſcribit? Quod his iam Eccleſiæ gubernacula, curamq; tradiderat, illos verò ſecum adhuc circumducebat.* Ambroſius quoque in hoc verbum, Rogauit, ait, quòd Epiſcopum vt coepiſcopus rogauit.

Timotheũ aſſerentium fuiſſe Epheſinũ Epiſcopum, argumenta.

2. Tim 1.

1. Tim. 5.

Clem Rom. Dorotheus Epiſc. Sophron in lib. de viris illuſt tom 1. operũ D Hieron Theodoret. part 2. Oecum. Theophylact

B. Chryſoſt. tom. 4.

Tito ac Timotheo cur ſolis Paulus ſcripſerit inter oẽs eius diſcipulos.

2. Tim 4. Philip. 4.

B Amb. to. 5.

Præter Scripturas & Doctores poſſumus idem rationibus euincere, Timotheũ fuiſſe Epiſcopum. Primò, quia à Paulo cõfertur autoritas iudicandi de doctrina Euangelica, & de illis qui eam ſeruant, & de iis qui attendunt fabulis, & genealogiis interminatis; quod proprium eſt Epiſcopi munus. Secundò, traditur forma eligendi miniſtros Eccleſiæ, & de conditionibus eorum, qui ad Epiſcopatus apicẽ promouendi ſunt: quod nõ niſi à maiori poteſtate, vel ſaltem æquali in Eccleſia vnquàm factum fuit. Tertiò, datur poteſtas conſecrandi: *Manus*, inquit, *citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Quartò, cauſſæ Epiſcoporum qui Preſbyteri dicebantur, ad Timotheum deferũtur, de quibus: Aduerſus preſbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus: at Epiſcoporum cauſę ſeruatæ erant cognitione Summi Pontificis, vel Archiepiſcopi: nam à tempore Concilii Tridentini moderationem quandam accepit illa poteſtas Archiepiſcopi ſuper Epiſcopos. Quintò; q̃a iniuria videretur illata, & quidem grauis, Epiſcopo proprio Epheſiorũ, ſi vllus ante ſe extitiſſet promotus, & hæc ad alium miniſtrum, & non ad proprium Epiſcopũ ſcripta fuiſſet epiſtola: ergo ante Timotheum nullus extitit. Quare potuit eſſe ad tempus inſtitutus Epiſcopus, nõ tamen addictus, vel affixus loco: vt Paulinus preſbyteratũ acceptauit ab Epiſcopo Barcinonenſi in Hiſpania, nõ ita tamen, vt affigeretur loco, & ciuitati Barcinonenſi. Et hoc tãtùm euincere poſſunt rationes quas in priori Diſputatione produxim⁹ ad probandum fuiſſe Epiſcopum; atque ob eam cauſſam non potuiſſe Apoſtolum vocare Timotheum ad alias Eccleſias viſitandas, & vt ad ſe Romam vſque veniret. Poteſt etiam verum eſſe, quod à Ioanne Euangeliſta in exilium eunte relictus ſit Epiſcopus, & in reditu ab exilio iam fuerit vita functus. Euangeliſtæ enim, & Doctores erant, & Paſtores, ſed non è cõtrario: Sicut Apoſtoli erant Euangeliſtæ, & Prophetæ, & Paſtores, & Doctores.

Prima ratio ad probandũ Timotheũ fuiſſe Epiſcopum.

II. ratio.

III. ratio.

IV. ratio. 1. Tim. 5.

Ibidem.

Cauſæ Epiſcoporũ quibus olim reſeruati ſoliţæ.

V. ratio & poſtrema.

Qua lege Timotheus (vt & alii cõplures) fuerit Epheſi factus Epiſcopus.

Ad quartum: Denunciare, eſt notum facere,& indicere cum præcepto,ſiue iubere. Et ita inſinuat autoritatem illi donatam impediendi falſos prædicatores, & doctrinam nouam ferentes. Et rectè ait, quibuſdam,ſcilicet ſignatis,& electis, & ab Eccleſia Catholica præciſis, partim à ſe ipſis, de quibus Iudas Apoſtolus: Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes; partim ab Epiſcopis per ſententiam interdicentibus docẽdi munus, & eos excommunicantibus,& pręcepto facto inferioribus, ne ad eum prædicãtem audiendum confluant.

Iudas.

Solutio quartę quęſtionis. Quid Denũtiare quibuſdam ne aliter dicerent. Quid aliter docere,primus ſenſus.

Expende ergo Apoſtolicam prudẽtiam. Ipſe rogat Timotheum,ad obediendum alioqui alacrem, & promptum: vult rurſus vt Timotheus cũ imperio & poteſtate arguat falſos magiſtros, ne aliter doceant, quod vno verbo Græcè exprimitur *μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν*,id eſt, ne aliud, vel aliter docẽat, hoc eſt diuerſum, & peregrinum, ſiue contrarium tradant. Certè ad Galat. 1. *Si quis,* inquit, *euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis anathema ſit.* Sæpè enim, aliud, in Scripturis ſignificat diuerſum. Vt Actor. 2. *Cœperunt loqui varijs linguis,* quod Græcè dicitur *ἑτέραις γλώσσαις*; & 1. Corint. 14. *In alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic,* pro diuerſis, & varijs. Ita hoc loco, aliter docere, eſt diuerſum,ſeu contrarium tradere.

Galat. 1. *Actor. 2.* *1. Cor 14.* *Eſai. 28.*

Alter ſenſus.

Si autem referatur ad modum, ſenſus eſt: Ne aliter prædicaretur Chriſtus quàm eſt prædicandus, ſcilicet, addendo legem Moyſi, & Circumciſionem, vt faciebant quidem Iudæi, vel adimẽdo, & ſubtrahendo, ſcilicet, aliquid de doctrina Euãgelica: quemadmodũ ſubtrahit, qui negat aliquẽ librum canonicum,aut aliquod ſacramentum, aut dicit, Scripturã ſufficere ſine traditionibus,de quibus Apoc.2.dicitur: Non potes ſuſtinere malos,& tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe,& non ſunt,& inueniſti eos mendaces. Atq; hoc faciebant non tam conſcientia ducti quàm zelo, & liuore, de quibus infrà dicitur: *Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.*

Apoc. 2.

1 Tim. 1. Docere qui præterita aliter videãtur. *1. Cor. 2.*

Docent etiam aliter quàm ſit docẽdum, qui confidunt in perſuaſorijs humanæ ſapientiæ verbis, aut ad fidem noſtram comprobandam detorquent Poëtarum verſus & fabulas, & Philoſophorum dicta trahũt denſiùs, & frequentiùs quàm par ſit. Nam etſi liceat ex incircumciſis interdum aliquid in tabernaculum Domini adducere pro Fide noſtra confirmanda: magis tamen, quę eiuſmodi ſunt, ſeruiunt ad reuincendos ex proprijs ipſorum inuentis,& dictis aduerſarios: quemadmodum Paulus producto Arato Poëta Act. 17. contra Athenienſes,& Epimenide contra Cretenſes Tit. 2. & Menandro contra Corinthios, feciſſe deprehenditur; quàm ad pondus aliquod autoritatis, & firmitatis noſtris tribuendum. Et hoc eſt aliter docere. Sed ſanè præſtantior eſt prior ſenſus.

Seculares atque profanæ ſacris atque diuinis quid tantùm conferant diſciplinæ ac ſcientiæ.

Actor. 17. *Tit 1.* *1. Cor 15.* Tertius ſenſus verborũ Apoſtoli: Ne aliter docerent.

Poteſt & Græca vox interpretari: Ne alijs vterentur magiſtris, vt hoc præceptum ad populum,& inferiores pertineat, & non ad falſos doctores. Verùm hoc nõ quibuſdam, ſed omnibus Chriſtianis erat denuntiandum; etſi re ipſa in idem tẽdat hic ſenſus. Nam cùm prohibentur magiſtri aliter docere, prohibetur ſimul ne populus eos audiat.

Ad V. dubit. De nõ intendẽdo fabulis & genealogijs interminatis, hoc quibus præceptum continetur.

Quintum dubium ſoluimus dicendo, hoc quod ait de fabulis, & genealogijs interminatis, referendum eſſe ſecũdum Ambroſium, ad auditores; Chryſoſtomus verò ad doctores tantùm refert; Thomas verò ad vtroſq;. Et ſi reuerà magis ad doctores ſpectet, ne aliud, & aliter doceant. Nam ſunt quidam, qui etſi impiam doctrinam apertè tradere non audeãt, ne ſe ipſos prodant; occultè tamen ſeminare illam nõ ceſſant, ſperantes aliquando illam recipiendam; qui tamen vigilantia paſtorali comprimendi ſunt, de qua lege Auguſtini prudẽtem epiſtolam ad Sixtum 104. Hinc ſanctiſſimè per Põtifices ſummos cautum eſt, ne libri Hæreticorum legantur.

Ambr. tom. 5. *B. Chryſoſt. hom 1. to 4.* *D Thomas lect 2. to 16.* Proprium hęreticorum, prauorumq́; Doctorum. *B. Aug to. 2.*

Per fabulas autem, & genealogias non puto accipiendas Poëtarum, & Gentilium fabulas innumeras, & arte compoſitas, vt Græci hęc interpretantur, de quibus B. Petrus dixit: *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſentiam:* De quibus multa tùm Græci, tùm Latini ſcripſerunt. Ex Græcis enim eſt Heſiodi Theogonia, ex Latinis Pyladis, & Boccatij generationes deorum; Varro quoque ſcripſit de ſelectis dijs, teſte Auguſtino, & Cicero libr. 3. de Natura deorum, & Ouidius in Metamorphoſi; Diodori Siculi fabuloſa Antiquorum geſta; Fornutus, ſeu ſecũdùm alios, Cornutus quidam de Dijs gẽtium,& Didymi Grammatici (quo nemo plura, aut vaniora ſcripſit) quatuor millia librorum, vt tradit Seneca Epiſtola 89. ad Lucilium: *In his libris,* inquit, *quæritur de patria Homeri, in his de Aenea matre vera, in his libidinoſior fuerit Anacreon, an ebrioſior: an Sapho publica fuerit; quæ erant dediſcenda ſi ſcires.* Certè Tiberius Cæſar Imperator maximè affectus fuit ad fabulas Gentiliũ, vt in eius vita teſtatur Suetonius. Maximè, inquit, curauit notitiam

Fabulis, & genealogijs interminatis Apoſtolus de quibus minimè loquatur. *2. Pet. 1.*

De fabulis & genealogijs qui ſcripſerint Ethnicorum. *B. Aug. lib. 1. de ciuit Dei cap. 2. tom. 5.*

Sueton. c. 70.

histo-

Quãtæ curæ fuerit Tiberio notitia hiſtoriæ ſecularis, teſte Suetonio.

hiſtoriæ fabularis, vſque ad ineptias, & deriſum. Nam & Grammaticos (quod genus hominum præcipuè, vt dixi, appetebat) eiuſmodi ferè quæſtionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ, quòd Achilli nomen inter virgines fuiſſet: quid Syrenes cantare ſint ſolitæ, & quo primum die poſt exceſſum Auguſti curiam intrauit; quaſi pietati ſimul, ac religioni ſatisfacturus. Et Iuuenalis Satyr. 7. in fine.

Iuuenalis.

Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamq; nouercæ
Archemori, dicat quot Aceſtes vixerit annos, &c.

Genealogiæ quid interminatæ Manichæis ineptiſſimè, ac falſiſſimè.
Tertull. inter medium, circiter ... libri, to 1. circa medium.
B. Aug. lib. 2. contra aduerſarium legis, & Prophetarum c. 1. & alibi to. 6. à medio.
Galat. 4.
Geneſ. 16.
Infrà 21.

Per genealogias autem interminatas, vel infinitas, vt Ambroſius legit, vel indeterminabiles, vt vertit Tertullianus libro primo in Marcionem, Manichæi intelligebant illas ſcriptas in veteri Teſtamento. Sed occurrit Auguſtinus, quòd Paulus vtitur hiſtorijs veteris Teſtamenti. Nam ad Galatas Capite quarto ait: *Scriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera*, & ſimiliter vtitur Romanorum nono, Hebræorum vndecimo, primo Corinthiorum decimo, & Actorum Capite decimotertio: & nihil anile, vel fabuloſum in Scripturis continetur.

Vetus vnde prodierit Teſtamentum: finis eiuſdẽ.
Galat. 3.
Eſai. 48.
Prim⁹ ſenſus Patrum de genealogijs interminatis quænã ſint.

Non ergo de genealogijs in veteri lege cõtentis loquitur, neque de ipſo veteri Teſtamento, quod à Deo prodiuit, & præcurſio quædam eſt, & iſagoge ad Chriſtum ducens tanquàm pædagogus. Euangeliſtæ quoque genealogiam Chriſti diligentiſſimè ſunt perſecuti; quæ plena eſt doctrina, & myſterijs. Nec eſt veriſimile Deum contignaſſe Iudæis genealogias, quæ magis quæſtiones quàm ædificationem præſtarent; cùm ſcriptum ſit: *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.*

D. Aug. ibid.
B. Chryſ. ho. præſcripta.

Sed Chryſoſtomus, & Auguſtinus de genealogijs quæ extra Scripturam ſunt, hunc locum accipiunt, quibus ſummoperè Iudæi dediti erant: partim vt nobiles, & Sanctorum filij haberentur, vt ita in carnis, & ſtemmatum progenie gloriarentur. Has ergo quæ extra Scripturas ſunt, perſequitur Paulus quaſi inutiles, & non ædificantes, ſed homines inflantes, & in tumorem erigentes.

Iudæorum genealogiæ interminatæ quo duplici ex fonte manauerint.
Tit. 1.

Erant inter Iudæos genealogiæ duæ; vna ex Eua, ex qua homines progeniti; altera ex alia vxore, ex qua dæmones progenuit Adam, in quibus multiplicant, & texunt infinitas genealogias. Et has, & alias ſimiles nugas perſequitur, traditiones, & deuteroſes, de quibus ad Titum 1. *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe à veritate*, & Cap. 4. huius Epiſtolæ, *Ineptas autem, & aniles fabulas deuita*; per quas Chryſoſtomus intelligit Iudaicas.

1. Tim. 4.
D. Chryſ. ho. 12. non procul à princ.
Altera ſentẽtia, Nicolai ſcilicet, Lyrani, non contemnenda.

¶ Non eſt reijcienda expoſitio Nicolai Lyrenſis, qui interpretatur de genealogijs, quas falsò genealogizabant Iudæi, vt probarent per illas, Chriſtum Ieſum non potuiſſe deſcendere ab Abraham, & Dauid; vt ita negarent illum non fuiſſe Meſſiam. Quæ expoſitio videtur à Theodorito inſinuari. Et ita poſſet extendi ad omnem doctrinam falſam, & pernicioſa Iudæorum, qui dicebant, non ſatis eſſe CHRISTVM ad iuſtificationem, & ſalutem, niſi addantur illi legis cæremoniæ.

B. Theodor. part. 2.

Genealogias Apoſtolus cur vocet interminatas.
Rupert. in fine libri primi in Matth.

Vocat illas genealogias, infinitas, ſiue interminatas, quia ante Chriſti aduentum, vt docet Rupertus Tuitienſis, ad aliquid vtiles erant, nempè ad agnoſcendum de qua quiſque eſſet tribu, ne confunderentur vnius tribus poſſeſſiones cum alterius. Deinde ad accipiendum Sacerdotes de familia Aaron, & Leuitas, & miniſtros de Tribu Leui ad miniſterium templi: quia ex alia tribu nemo poterat eſſe præſto altari, vt ad Hebræos capite ſeptimo docet Paulus. Denique ad agnoſcendam Dei fidelitatem in verbis ſuis, qui filium ſuum Meſſiam ex illuſtri Dauidis familia ſuo tempore oriturum promiſerat; vt fidem ſuam liberaret, præſtando, quod in ſe receperat: idque duo Euangeliſtæ duas genealogias recenſentes confirmarunt.

Hebr. 7.
Quã fidelis Deus in verbis ſuis.
Matth. 1. & ſeq.
Luc. 3. & ſeq.
Iudæorum genealogiæ quomodo infinitæ.

Cæterùm vbi Chriſtus aduenit, & morte ſua mortem legi Moyſis intulit, redditæ ſunt infinitæ, id eſt, ſine aliquo bono fine, quia iam completæ ſunt, & non adferunt vllum bonum finem diſcentibus, neque habent certam aliquam, aut infinitam Spiritus ſancti ſignificationem, qualem habent omnes, quæ in Scripturis continentur, ſed præſertim illæ Euangeliſtarum Matthæi, & Lucæ. Cæteræ verò quæſtiones præſtant, id eſt contentiones, & diſceptationes leuiſſimas, quæ ad charitatẽ potiùs ſoluendam, & ſuperbiam hominum alendam faciunt., quàm ad ædificationem fidei, vel progreſſum in pietate. Neque puto veram lectionem eorum, qui loco οἰκοδομίας, id eſt, ædificationis, legunt οἰκονομίας, id eſt, diſpenſationis: quæ ſignificatio ad rem eſſe non videtur.

Improbatur hæc lectio: Quæ (ſcilicet genealogiæ) quæſtionem magis præſtat, quã diſpenſationem, pro, ædificationẽ.
Fabulas & genealogias quas maximè intelligamus prohibitas.

Quòd ſi Iudæorum fabulæ, & genealogiæ refelluntur, multò magis licebit confutare fabulas Gentilium, θεογονίας, ſiue deorum genealogias; de quibus Heſiodus ſcripſit, & Boccatius. Similiter etiam dehortari licebit ab his quæſtionibus, & diſputationibus, etiam in Scripturis, & Sacra

Theologia contentis, quæ nihil adferunt vtilitatis, ſiue hoc modo, ſiue illo ſentias. In quibuſdam tamen, etiam nondum definitis, licet interdum diſceptare, quò maiorem de Scripturis lucem accipiamus. Videtur autem B. Ignatius epiſtol. ad Magneſianos, hunc Pauli locum ſecutus ſcripſiſſe: *Nolite errare in aliena gloria, neque intendatis fabulis & genealogijs interminatis, & Iudaicis inflationibus.* Vocat autem genealogias ἑτεροδοξίας, id eſt, alienas glorias. Nam vt quidam dixit, *Qui genus laudat ſuum, aliena laudat.* Et alter.

B. Ignat. epiſt. 3.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Ouid. lib. Metam.

Quanquàm quidam verterit, Ne patiamini vos ſeduci alijs opinionibus, ſed præſtat prior lectio.

Illud admirandum, cenſorem mundi Eraſmum quæſtionem de Immaculatæ Virginis cõceptione repoſuiſſe inter genealogias interminatas. ¶ Simili modo nõ eſt admodũ contentioſè diſputandum de incertis Sanctorum geſtis, & hiſtorijs, in quibus parum eſt ædificationis, & multa riſus occaſio: vt, quis præſtet alteri, Ioannes Baptiſta Ioanni Euangeliſtæ, an è contrario.

Queſtiones quas etiã vocare auſus ſit impudens Eraſmus genealogias interminatas.

Sextum dubium ſoluendum. Cum aduerſatiua dixit: *Finis autem præcepti eſt charitas*, quæ vim habet corrigendi. Vt ſenſus ſit: Non tantùm fabulæ, & genealogiæ non præſtant Dei ædificationem quę eſt in fide, ſed etiam vel, quinimò, nec ad legis Moyſis finem, vel ſcopum quicquam faciunt: quia finis, id eſt, complementum præcepti, id eſt, legis per Synecdochen, eſt charitas Dei, & Proximi: reliqua omnia præcepta ſunt explicationes, & cõcluſiones inde deriuatæ. Ideo dictum eſt: *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.* Et; *Qui diligit Proximum, legem impleuit*; &, *Plenitudo legis, eſt dilectio.* Auguſtinus etiam libro De doctrina Chriſt. *Homo*, inquit, *fide, ſpe, & charitate ſubnixus, eaq; inconcuſſè retinens, non indiget Scripturis niſi ad alios inſtruendos. Itaque multi per hæc tria etiam in ſolitudine ſine codicibus viuunt.* Idem in tractat. de laudibus charitatis: *Ille tenet & quod latet, & quod patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.*

Ad 6. dub. De ſenſu huius dicti: Finis autẽ præcepti, eſt charitas.

Matth. 22.
Rom 13.
Ibidem 10.
B. Aug. li. 1. c. 29. & 3. init.
Fides, Spes, Charitas illuminant teſte Auguſtino.
Idem.

Retundit ergo ſuperſtitionem, & improbitatem Iudæorum, qui gloriabantur in lege, & mandatis, ignorãtes quòd lex ad charitatem præceſſit tanquàm ad verum finem, vt per legem facientem nos agnoſcere peccatum, ſub quo ſumus, ſupplices pro medicamẽto Deum imploraremus, & moneretur ipſe ad ſanandam naturã noſtram, & perduceremur ad charitatem, quæ per Spiritum ſanctum diffunditur in cordibus noſtris. Finis autem nomen & id deſignat, ad quod cætera referuntur, quomodo Philoſophi de fine loquuntur. Significat quoque conſummationem, ſiue plenitudinem. Et vtraque ſignificatio congruit charitati in hoc loco. Et in voce præcepti agnoſcimus tropum, vt accipiatur pro vniuerſa lege, & omnibus præceptis eius. Eſt enim lex præceptorum, & factorum præcipiens, ſed non adiuuans ad faciendum, quia ſcripta in lapidibus. Charitas autem non debet eſſe qualiſcunque, ſed quæ oriatur de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Quæ verba interpretatur Auguſtinus, vt cor purum ſit vacuum omni cupiditate, & vitioſo amore ſui: vt nihil aliud diligatur, quàm quod diligendum ſit. Deinde conſcientia bona illa eſt, quæ nullius criminis ſibi conſcia eſt, quæq; ſpem concipit æternorum bonorum. Ille enim ſe ad id quod diligit, & credit, ſe peruenturum ſperat, cui malæ conſcientię nullus eſt ſcrupulus, cùm ſcriptum ſit: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*; &, *Conſcientia mille teſtes*: & alius Ethnicus:

Finis legis, ſiue præcepti cur charitas à Paulo nominata.
Rom. 3.
Infrà 5.
Charitas, finis legis dupliciter.
Rom. 3.
2 Cor 3.
Cor purum quodnam Auguſtino.
B. Aug. lib. 1. de doctrin. Chriſt. c. 40. & vlt.
Conſcientia eidem quæ bona.
2. Cor. 1.

—— *Hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Horat. lib. epiſt. 1 poſt med.

Tertiò addit: *Fide non ficta.* Id eſt, Quæ caret mendacio, ſiue hypocriſi, & qua ex animo creditur in Ieſum. Atque hoc dictum eſt propter Iudæos, qui fidem ſimulabant; vt à fide alios auerterent. Atque hoc tertium membrum proprium eſt reuelatæ gratiæ, reliqua duo legis ſunt Naturæ, atque ob eam cauſam præcedunt fidem non fictam.

Quæ fides non ficta.

Sequitur: *A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis Doctores.* Id eſt, Declinantes à corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta; vel à Fide, Spe, & Charitate, quæ finis ſunt legis. Verbum, aberrantes, Gręcè eſt ἀστοχήσαντες, quod propriè ſignificat ab ſcopo aberrantes, metaphora ſumpta à iaculatoribus, hoc eſt, vel ſcopum legis neſciẽtes, vel eum notum non curantes, cùm commendant legem, & Prophetas, & eos opponunt Chriſto. Qui enim finem non coniectant, proculdubiò euaneſcunt, & cõuertuntur in vaniloquiũ. Vaniloquium vocat quod prius fabulas, & genealogias dixerat. Gręcè vocat εἰς ματαιολογίαν, id eſt, inane, & futile ſtudium. Cauendum ergo nobis cõſectantibus Theologiam, ne in matæologiam incidamus, dum in lectione Sacrarum literarum non hoc primò quærimus, vt ædificemur fide, & inflammemur charitate, & transforme-

A quib' quidam aberrantes conuerſi ſint in vaniloquium.
Quid ſit vaniloquium: & quid primò ſacrarum exigat lectio Scripturarũ.

mur

mur in Chriſtum, ſed nomen tantùm, & opinionem ſcientiæ, & famam diſputandi conquirimus.

Quinã vellẽt eſſe legis doctores, Apoſtolo.

Volentes eſſe legis Doctores. Id eſt: Vendicantes ſibi legis peritiam, & ambientes titulum magiſterij, cùm ſint legis imperiti, peccantq; contra Chriſti præceptum, Nolite vocari Rabbi. Velle enim vocari, peccatum eſt, cum fama, & honor proprius principaliter intenditur, maximè cùm idoneæ partes, & quæ tanto Doctoratus munere debentur, nõ reſpondent. Hieronymus in Abdiam ſuper illud, *Superbia cordis tui extulit te: Quis enim*, inquit, *Hæreticorum non in ſuperbiam extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem paruipendens; & fidem, imperitiam reputans?*

Matth. 23.

Hier. tom. 6.

Pſeudo Iudæi quomodo intelligant, neq; de quibus loquuntur, neq; de quibus affirmant.

Deut. 6.

Deinde ſubdit: *Non intelligentes, neque quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant.* Id eſt: Neque principia ſuę doctrinæ, neque concluſiones, neque quæſtiones, neque probationes. Docebant enim ſeruãdam circumciſionem, ignorantes veram Spiritus circumciſionem. Negabant Trinitatem, eo quòd Dominus dixiſſet: *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt*: in quibus tamen verbis implicitè continentur Trinitas Perſonarum in vnitate eſſentię. Negauit Chriſtum veniſſe in carne, quia nondum venit Helias: Ignorantes miſeri verum Heliam fuiſſe Ioannem præcurſorem Domini, nec intelligũt vaticinia Prophetarum, quæ pro ſuo errore tuẽdo ex Scripturis depromũt, nec nouerunt legis cæremonias vſque ad Chriſtum tantùm eſſe ſeruandas, vt tradunt Chryſoſtomus, & Ambroſius, ſicut & Paulus ad Galatas dixit: *Euacuati eſtis à Chriſto qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis.* Obijcit Theophylactus, *Si ex ignorantia peccarunt, non merentur condemnationem.* Et reſpondet: *Haudquaquàm. nam à cupiditate regnandi ea eſt ignorãtia, tùm ex eo quod charitatem non contineant. Volentes enim eſſe*, inquit, *legiſlatores, legiq; doctores, ignorant: proinde ignorantia iſtius ſibi ſunt autores.*

Matth 17.
Verus Helias quis Chriſti teſtimonio, legis mus quouſque durarunt.
B. Chryſoſt. hom. 2.
B. Ambr. hoc loco.
Galat. 5.
Theophylact.

Septimæ ſolutio dubit.

Lex vt bona, quã ſuo Chriſtus aduentu abrogauit, & abſtulit!

Ad ſeptimum, quo dubitatum fuit, quis modò legis vſus bonus eſſe poſſet, cùm iam ſit impleta, imò etiam extincta atque abrogata: Reſpondemus, Paulum antipophora vti, & ſoluere tacitam obiectionem, veluti argumentans in Iudæos, qui pro legis gloria, & ſtabilitate pugnabant. Quaſi dicat, Apoſtolus: Sint illi non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant: nos verò ſcimus, & admittimus legẽ Moyſis à Deo profectam, nonniſi bonam eſſe, ſi tamen ad finem, & vſum rectum referatur. Non enim damno, quòd vacent legi, illamq; commendent, ſed quòd non rectè illi incumbant, nec præcipuum eius finem, & ſcopum, qui eſt charitas ex corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, rectè coniectent. Et vt alio loco ait: *Non coronabitur quis niſi legitimè certauerit*, id eſt, iuxta legis ipſius tenorem, & finem. Ita lex bona eſt omni legitimè ea vtenti, vt cognoſcat ſe per eam peccatorem, & egentem Dei miſericordia, & pro ea efflagitanda ad Deum accurrat, & ita impetrato Spiritu charitatis, fiat eius obſeruator. Eſtq; ſermo de lege Moyſis, quæ iuſtitiam iudicabat, non faciebat; nõ autem de Euangelica, quæ illam implet. Nam quo in ſtatu eſſent Iudæi, non autem in quo nunc ſint Chriſtiani, Apoſtolo ſermo eſt.

2. Tim. 2.
Quid legitimè certare.

Bona quæ lex hic dicitur, vetus, an noua, & Euangelica.

Et oſtendit, eos, quibus lata eſt lex, vt ſaltem timore tunc ab exteriori legis tranſgreſſione arcerentur, vt adueniente charitate etiam exteriùs, & interiùs ſeruaretur. Neminem enim iuſtum lex illa priſca reperit, noua nemini, niſi Chriſto fide inſito ponitur. Qui enim Chriſti fidem nõ ſuſcipit, extra legem ipſius eſt. Lege vtitur legitimè, quiſquis ea vtitur ad eum finem, ad quem à Deo data eſt, id eſt, qui vtitur lege Moyſis, vt pædagogo ducente ad Chriſtum, vt ait Theophylactus. Lex enim cùm non poſſit nos rectè ducere, ac iuſtificare, ad Chriſtum remittit, atque hic eſt ipſius ſcopus. Lege etiam legitimè vtitur, qui Chriſtum præfert legi, vt ait Theodoritus. Adde etiam verba Chryſoſtomi: Cùm legis, inquit, deſtinatio ſit iuſtificare hominem, neq; id poſſit; ad eum tranſmittere ſtudet, qui poteſt. Et Auguſt. lib. de ſpiritu, & lit. Lex quidem hoc ipſo quod iubendo, & minando, & neminem iuſtificando ſatis indicat, dono Dei iuſtificari hominem per adiutorium Spiritus. Denique lege non vtitur legitimè, qui codicem tantùm obſeruat, & non id, quod intus eſt, reconditum. Vt ſi quis in bello vagina pro gladio vteretur, & nucis teſtam pro interiori ipſo nucleo edere vellet.

Lege vtatur qui legitimè.

Galat 3.
Theophylact.

B. Theodor. part. 2.
D. Chryſoſt. hom. 2.
B. Aug. c. 9. ante med.

Vtatur quis lege non legitimè.

Ad octauum dubium explicandum, quomodo, ſcilicet, lex iuſto non ſit poſita, dicendum eſt, hoc ante omnia notum eſſe Iudæis oportuiſſe, vt legitimè vti lege poſſent, quòd lex præcedit iuſtitiam. Vnde Galat. 3. dicitur: *Lex non eſt ex fide*: nam data eſt, vt boni & iuſti fierent per eius obſeruantiam, & non fuit iuſto lata, vt ſic operaretur ex lege, quod illi erat impoſſibile. Apoſtolus enim requirit ad legitimum vſum legis, vt quis nouerit quòd lex non ſit neceſſaria iuſto, ſed iniuſto, vt per eam intelligat ſe peccatorẽ, & ſub peccato premi: quia erat in lapide ſcripta, ſed indigebat fide, & charitate. Et hæc eſt differentia legis, & Euan-

Octauæ dub. ſolut.
De eo quod lex dicitur non eſſe iuſto poſita.
Galat. 3.

Lege vt quis legitimè vtatur, quid opus ſit.
2. Cor. 3.
Exod 15.

& Euangelij, quòd illa dictat iuſtitiam, hoc autem etiam facit, iuxta illud: *Lex Domini immaculata conuertens animas.*

Pſalm. 18.

Galat. 3.

An opus lege ſit Moyſi, Chriſtiano.

Argues; Num ergo, ex quo venit Fides, & Spiritus, lex eſt ampliùs neceſſaria? Dicēdum, legem ipſam eſſe ſanè ſuperfluam. Superfluus enim eſt equus, cum eo quo quis tendebat; iam peruenerit, & neceſſarius non eſt pædagogus minis ac flagellis territans, ei, qui iam eruditus eſt. ¶ Et intellige propriè legem, id eſt, cæremonias, & iudicia; quia Decalogus, & moralia ante legem fuerunt, vel etiam ſi quis decalogum comprehendat, & obſeruet quis ex lege, & viribus liberi arbitrij. Abutitur verò lege, qui per eam terret iuſtum, vel minas eius, & ſecuritatem docet ad iuſtos pertinere. Nam dicebant Iudæi, ſcriptum eſt; *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea:* &, *Niſi circumcidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſaluari.* Et Epiphanius in Hæreſim Quartadecimanorum, qui Iudaizantium erant reliquiæ, aſſerit, eos produxiſſe ex libro Moyſi: *Maledictus qui non facit die decimaquarta menſis Paſcha.* Et Polycrates huius hæreſis defenſor, reſpōdebat Victori Pontifici Romano: *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus,* teſte Euſebio Cæſarienſi. ¶ Contra quos Apoſtolus aſſumit illud, legem non poni iuſto. Qui per ſe iuſtus eſt, non operatur metu & timore legis, ſed ſpontè, & Spiritu ſancto impulſus. Sed iniuſti indigent lege minante, & extorquente legis obſeruantiam. Vnde probat iam per Chriſtum iuſtificatos, & ſanctificatos, & Spiritu adoptionis refertos, legis calcari non indigere. Et vt ipſe Paulus alibi ſcripſit: *Lex Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis;* & ad Galat. *Ego per legem legi mortuus ſum:* rurſus, *Si Spiritu ducimini, non eſtis ſub lege;* & infrà, *Aduerſus huiuſmodi* (ſcilicet, homines habentes fructus Spiritus) *non eſt lex.* Ita nunc ait: Iuſto lex non eſt poſita. Rectè B. Thomas interpretatur, Poſita, id eſt, impoſita, ſicut onus: quia habitus eorum interior inclinat eos ad hoc ad quod lex: & ideo non eſt onus eis. Et hoc accepit Thomas à Beato Auguſtino, qui ad Galat. 2. vrget verbum illud, *Poſita Deo,* inquit, *viuit, qui ſub Deo eſt, legi autem, qui ſub lege eſt. Sub lege autem viuit, in quantū quiſque peccator eſt; id eſt, in quantum à vetere homine non eſt mutatus: ſua enim vita viuit, & ideo lex ſupra illum eſt: quia qui eam non implet, infra illam eſt: nam iuſto lex poſita non eſt, id eſt, impoſita, vt ſupra illum ſit: in illa eſt enim potiùs, quàm ſub illa; quia non ſua vita viuit, cui coërcenda lex imponitur.* Similia docet B. Bernardus in epiſtola ad Carthuſianos & Guidonem Abbatem, cuius ne prolixior ſim, verba nō profero: tu, ſi vis, locum bone lector conſulè; laboris non pœnitebit. Idem Auguſt. in Pſalm. 118. concione 11. *Lex iuſto non eſt poſita, eo ſcilicet modo, quo eſt poſita populo contumaci in tabulis lapideis, ſed in mente, & in cordibus.* Interpretatur præterea hunc locum egregiè idem B. Auguſtin. cap. 10. de Spiritu, & litera: *Iuſto enim,* inquit, *lex nō poſita, quæ tamen bona eſt, ſi quis ea legitimè vtatur. Hæc duo Apoſtolus velut inter ſe contraria connectens, monet, monetq́; lectorem ad perſcrutandam quæſtionem, atque ſoluendam. Quomodo enim bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur, ſi etiam quod ſequitur, verum eſt: Sciens hoc, quia iuſto lex non eſt poſita? Nam quis legitimè vtitur lege niſi iuſtus? At ei non eſt poſita, ſed iniuſto. An & iniuſtus vt iuſtificetur, id eſt, vt iuſtus fiat, legitimè lege vti debet, quæ tanquàm pædagogo perducatur ad gratiam, per quam ſolam quod lex iubet, poſſit implere: per ipſam quippe iuſtificatur gratis, id eſt, nullis operum ſuorum præcedentibus meritis; Alioquin gratia iam non eſt gratia quādoquidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, ſed vt ea facere valeamus: id eſt, Non quia legem impleuimus, ſed vt legem implere poſſimus: Ille etenim dixit: Non veni ſoluere legem, ſed implere. De quo dictum eſt: Vidimus gloriam eius, gloriam tāquàm Vnigeniti à Patre, plenum gratia, & veritate. Hæc eſt gloria, de qua dictum eſt: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et hæc eſt gratia Dei, de qua continuò dicit: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Iniuſtus ergo legitimè lege vtitur, vt iuſtus fiat: quòd cùm factus fuerit, ea iam non vtatur, tanquàm vehiculo, cùm peruenerit: vel potiùs vt ſupradicta ſimilitudine Apoſtoli vtar, tanquàm pædagogo, cum eruditus fuerit. Quomodo enim iuſto lex non eſt poſita, ſi & iuſto eſt neceſſaria, non quæ iniuſtus ad iuſtificantem gratiam perducatur, ſed quæ legitimè iam iuſtus vtatur? An fortè, imò verò non fortè, ſed certè ſic legitimè vtatur lege iam iuſtus, cum eam terrendis ponit iniuſtis, vt cum & in ipſis cœperit inolita cōcupiſcentia morbus incentiuo prohibitionis cumulo præuaricationis augeri, cōfugiant per fidem ad iuſtificantem gratiam, & per donum Spiritus ſuauitate iuſtitiæ delectati, pœnam literæ minantis euadant. Ita non erunt contraria, neque inter ſe duo iſta pugnabunt, vt etiam iuſtus bona lege legitimè vtatur, & tamen iuſto lex poſita non ſit. Non enim ex ea iuſtificatus eſt, ſed ex lege fidei, quæ credidit nullo modo poſſe ſuæ infirmitati ad implenda ea, quæ lex factorum iuberet niſi diuina gratia ſubueniret.* Hæc magnum Eccleſiæ lumen Auguſtinus.

Etſi verò lex iuſto non ſit poſita; Scriptura tamen legis Veteris, & Prophetarum oracu-

Margin notes (left): Quæ lex iuſto non eſt poſita. — *Deut. 27. Galat. 3. Actor 15.* — *B. Epipha. in Hæreſim 50. Teſſareſcadecatitarum, in princ.* — *Euſeb. lib 5. cap. 24. Actor. 5.* — Lex iuſto quare nō eſt poſita, ſed iniuſtis. — *Rom 8. Galat 2. Infrà 5. Ibidem 23.* — Quid legem non eſſe iuſto poſitam, ſecundùm Thomam. — *B. Thom. lect. 3. in 16. D. Aug ſub fin expoſitionis, tom 4. circa fin.* — *B. Bernar.*

Margin notes (right): *Idem tom. 8. Exod 32. 2. Cor. 3. Idem tom. 3. procul à med.* — *Galat. 3.* — *Rom 11.* Gratia Dei cur nobis neceſſaria, non lex Moyſi. — *Matth. 5.* — *Ioan 1. Rom. 3.* — *Ibidem 3.* — Qualis lex vetus Auguſtino, quàm Paulo. — *Rom. 3.* — Scriptura legis Veteris, & vaticinia

Prophetatū cur nobis neceſſaria.

oracula ſunt nobis neceſſaria, quia teſtificantur de Chriſto,& in illis pręceptis,& ceremonijs incluſum intus Euangelium reſeratur ad fidei confirmationem, quod eſt benè,& legitimè vti lege.

Si lex iuſto nō eſt poſita quid Decalogum obſeruamus.

B. Aug. lib 3. contra 2. ep. Pelag. cap. 4. to. 7.
Ierem 31.
Heb. 8.
Ezech 36.
Idem to. 6.

Dices; Nonne ad ſalutem neceſſaria eſt, obſeruantia Decalogi modò, & quæcunque moralia ſunt in lege Moſis expreſſa, vt etiam docet Auguſtinus, & per Ieremiā prædixit Dominus: *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam:* & per Ezechielem; *Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: & Spiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini?* Reſpondet Auguſtinus libr. 15. contra Fauſtum, cap. 8. in principio: *Et quia ideò ſubintrauit, vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, ſuper abundauit gratia: nec ideò tamen eandem legem peccatum vocat, quia ſine gratia non viuificat: auget enim potius reatum præuaricatione addita: Vbi enim lex non eſt, nec præuaricatio: & ideò per ſeipſam cum ſola litera eſt ſine ſpiritu, id eſt, lex ſine gratia, tantummodò reos facit: ſed proponit ſibi, quod putare minus intelligentes poſſent, & aperit quid dicat, cum ait: Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem: nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſione itaque accepta, peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonum eſt, factum eſt mihi mors? Abſit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem.* Hæc ibi. Vbi meminit præcepti moralis in Decalogo contenti,

Rom. 5.
Supra 4.
Infrà 7. & ſeq
Exod. 20.

Quid opera legis, & iuſtitia legis Apoſtolo, & ipſa lex hoc loco ſignificent.

Sicut igitur apud Paulum opera legis, & iuſtitia quæ ex lege eſt, vocantur illa, quę præſtantur, & habentur ex ſola ſcientia legis, non ex fide, & Spiritu Chriſti; ſic hoc loco accipit legem, prout excluſa eſt à lege charitatis, & à fide Mediatoris, & à Spiritu ſancto, quem dat Chriſtus. Nam ipſe ad Romanos 9. ait: *Iſrael ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus.* Ita 2. Corinth. 3. litera occidens opponitur Spiritui viuificanti; & 1. Corinth. 8. ſcientiam opponit charitati, dum ait: *Scientia inflat, charitas ædificat:* Non quod ſcientia peccatum ſit, cum ante dixerit: *Scimus quia omnes ſcientiam habemus:* nunquid ergò habebat ipſe quo inflaretur? Nequaquam: quia cum charitate non ſolum non inflat, ſed etiam firmat.

Rom 9.
2. Cor. 3.
1. Cor. 8.

Scientia quomodo inflet.

Dæmonacis philoſophi, huic Apoſto-

Dixit hoc idem Dæmonax philoſophus, teſte Luciano & audientiad Iuris-

peritū, periculū eſſe ne leges inutiles eſſent, & ſuperuacuæ, quodq; nec bonis, nec malis rogentur: etenim illi legibus non egent, hi per eaſdem nihilo fiunt meliores. Ita Theodoritus ait, ſuperuacaneā eſſe legem ijs, qui natura quæ legis ſunt faciunt, id eſt iuſtis & Euangelicis viris.

lico: Lex iuſto nō eſt poſita, perſimile dictum.
Rom 2.
Theod par. 2.

Quid hęc pluralis ad ſingularē numeri tranſitio ſibi velit: Scimus quia bona eſt lex ſed ſi quis ea legitimè vtatur.

Expende etiam, prius Apoſtolum in plurali dixiſſe, Scimus quia bona eſt lex: vt comprehenderet ſecum omnes Iudæos. Cùm verò ſubdit: *Si quis ea legitimè vtatur, ſciens hoc, quia iuſto non eſt lex poſita:* in ſingulari dixit Græcè, & in emendatis Latinis codicibus, Sciens: quia loquitur de illo, qui lege nouit legitimè vti: nam tales rari, & pauci ſunt, & per Chriſtum iam iuſtificati.

Quòd verò Hæretici argumentantur ex hoc loco, Chriſtianos, vtpotè baptizatos, & iuſtificatos, ad legem Decalogi, vel ad alia præcepta non adſtringi: magnopere hallucinantur. Nam duo ſunt legis officia, alterum eſt, timore, & ſupplicijs cogere homines ad ſui obſeruantiam. Et quia tales ſunt iniuſti; propterea ait: *Lex iuſto non eſt poſita.* Alterum legis officium eſt inſtruere, & dirigere homines in viam iuſtitiæ, & Diuinæ voluntatis ſignificationem præbere. Et quantum ad hoc non tantùm iniuſtis, ſed etiam iuſtis latæ ſunt leges diuinæ, vt primis parentibus, & Apoſtolis per Chriſtum renatis, imò etiam ipſi Chriſto, qui fons eſt totius iuſtitiæ: *Factum,* inquit Apoſtolus, *ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.*

Exod. 20. & ſeq.

Duplex legis officium.

Gen. 2.
Gal. 4.

Quā cōſentiēs ſit Chriſti hęc Pauli doctrina dicētis legē nō eſſe poſitā iuſto

Huius igitur ſententiæ Apoſtolicæ ſingulare exemplum habemus in verbis Chriſti apud Matthæum: Non veni, inquit, vocare iuſtos, ſed peccatores, & ſupplendum eſt ex Luca, ad pœnitentiam: nam iuſti pœnitentia non indigent. Venit tamen vocare iuſtos ad æternam ſuam gloriam, & ad remuneranda officia, & obſequia ſibi à iuſtis impenſa.

Matth. 9.
Luc. 5.

In dictū̄ Brentij, vt ſi vocat cum ſuis Pauli in Theologi: Lex eſt iuſto, inſtr.

Brentius Hæreticus in Confeſſione ſua apertè contra hunc Apoſtoli locum docet, legem poſitam omnibus iuſtis, & iniuſtis, ipſamque teſtificari de iuſtitia homines, & de ira Dei aduerſus tranſgreſſores, ſecundùm illud: *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea:* & ſæpè in multis iuſtos offendere, & carne concupiſcente contra Spiritum, non perficere iuſtitiam. Quod eſt dicere, legem occidere cum Spiritu, ſicut ſine Spiritu. Sed non vidit hic homo, iuſtos ſeruare legem, iuxta illud; *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt,* Et infra:

Deut. 27.
Galat 3.
Iacob. 3.

Iuſtos ſeruare legem.
Rom 2.

Ibidem. 26. Infrà 8.

Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, &c. Rurſus: *Deus miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.* Et pars vna Noui Teſtamenti eſt apud Prophetam; *Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Non vidit etiam hic ſciolus, legem ſeruantibus promitti vitam æternam: legem quoque mortem non minari niſi in præceptorum tranſgreſſores, vt hic dicitur, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis. Ad Roman. etiam 5. docet nos non amplius eſſe impios, & peccatores, ac Dei inimicos, vt antea, ſed iam reconciliatos. Et capite octauo ſolutos eſſe à lege mortis. Nec modica, & leuia peccata à iuſtitia deturbant: ſicut nec natura habet, vt ob modicum vulnus homo moriatur. Differentia ergò eorum peccatorum quæ iuſti habent, & eorum quæ damnationi obnoxios reddunt, oſtendit verè iuſtos eſſe, & Dei amicos non propter leuia peccata iuſtitiam amittere.

Ezech. 36. — Legẽ ſeruantes promereri vitã ęternam. Matth. 19. — Rom. 5. — Infrà 8. Iuſtos ob leuia peccata gratiam Dei nõ amittere.

Et per non ſubditos, intellige non ſubdi volentes. Ambroſius legit, inobſequentib. non ferentibus imperium, Græcè dicitur ἀνυποτάκτοις. Contaminatos, vocat profanos, qui rebus ſacris aduerſantur. Plagiarij ſunt ἀνδραποδισταὶ, ad literam mancipifures, qui ſcilicet aliena mancipia furto ſubducunt, vt eos alibi vendant. Non autem Plagiarius ſignificat eum, qui plagas infert alteri, vt quidam ex noſtris dixerunt: ſicut Abigei dicuntur, qui aliena iumenta furantur: Sacrilegi, qui ſacra, vel de loco ſacro ſurripiunt. Peculatores, qui Principis fiſcum expilant.

Lex quibus eſt poſita nõ ſubditis. Amb. to. 5. — Plagiarij qui propriè.

Et nota cum matricidis, & parricidis, & maſculorum concubitoribus annumerari fornicarios; vt intelligas ſimplicem fornicationem crimen eſſe à Paulo poſitũ cum grauiſſimis flagitijs. Eſtq; vagus concubitus ſoluti cum ſoluta, qua tantum propriè in viduarum, meretricum, vel concubinarum vſu cõſiſtit. Eſtq; peccatum, quia eſt contra bonum prolis procreandæ, & procreatæ educationem, & inſtitutionem, ad quæ hominis vt naturalis, ita neceſſaria eſt viri cum determinata muliere diuturna & non ad modicum tempus commanſio, & ad commanendum obligatio, quam matrimonium vocamus. Vnde venit Martini de Magiſtris opinio refutanda, qui libro de Temperantia ſeptimo, quæſtione 2. ſcripſit, fateri ſe, fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale; oppoſitum tamen credere, non eſſe hæreticum: ad cuius argumenta reſpondit egregiè Caietanus pro Thoma.

Legem Apoſtolus cur aſſerat eſſe poſitam etiam fornicarijs. — Martini cuiuſdã de Magiſtris, refellitur opinio de fornicatione. — Caiet. 2 2 q. 154. art. 2. in. 11. part. 2.

Et concludens ait: *Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei.* Generaliter complectitur omnia vitia, quę hominem à regno Dei ſeparant: vt ſunt odia, inuidia, comeſſationes, ebrietates, quæ dicuntur aduerſari ſanæ doctrinæ, id eſt, impedire effectum, ſanæ doctrinæ: quæ eſt ſecundum Euangelium, quod eſt factis fidem negare. Ambroſius intelligit vnum ſpeciale vitium notari, quòd ſacræ doctrinæ aduerſatur: quale erat pſeudapoſtolorum & Iudæorum, qui ſanam doctrinam Euangelij admiſtione legis contaminabant. Et de his hactenus.

Vitia quę excludant à regno cęleſti, aduerſantia ſanę doctrinę. Tit. 1. — Quod ſanæ doctrinæ aduerſetur nobis fugiendũ Ambroſio.

DISPVTATIO III.

In illa verba: *Gratias ago ei, qui me confortauit in Chriſto Ieſu Domino noſtro: quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio. Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus. Sed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini noſtri, cũ fide & dilectione quæ eſt in Chriſto Ieſu, Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum, &c.* vſq; in finem c p.

PRÆSENTI Diſputatione abſoluendæ ſunt octo aliæ dubitationes, quæ in ſuperiori tractatione continentur. Ad primam igitur dicimus, Apoſtolum, cùm dixiſſet a Chriſto ſibi creditum Euangelium, ſicut ad Roman. 1. dixit: Segregatus in Euangelium Dei; ne videatur id arrogantius dixiſſe, & tantum miniſterium non indigere peculiari DEI auxilio, prorumpere in gratiarum actionem DEI, vt ita obtineat quod deſiderat; Aut potius cùm ſe tanquam exemplum alijs proponit, id facit, vt intelligatur quid ſit eſſe ſub lege, & quid eſſe liberum à lege. Et in prima clauſula ſenſus eſt: Gratias ago Chriſto Domino, qui me confortauit, hoc eſt, fortem militem conſtituit ad Euangelium annunciandum,

IX. quęſt. [illegible] Quare Apoſtolus venit ſuam conuerſationem in Iudaiſmo cõmemorat. Rom. 1. — Vt Chriſtus Ieſus Paulũ cõfortauerit

Cur Paulus agat gratias Chriſto Ieſu.
Ambr.to.5.

& vt vitæ pericula pro eo ſubeam. Et ita præpoſitio,In,redundat in Græcis codicibus,& apud Ambroſium. Niſi interpreteris,io Chriſto Ieſu,id eſt, ad gloriam Chriſti.¶ Et intelligit Ambroſius, agere gratias de conuerſione,& fide: nam quandiu homo eſt ſub peccato,debilis, & imbecillus eſt.

1 Cor. 4.

Fidelē quomodo Deus Paulum exiſtimauerit.

Deinde de miniſterio Apoſtolatus ſubdit: *Quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio.* Hoc enim in omni booo œconomo quæritur,vt fidelis ſit Domino ſuo.Indicat ergò,ſe,quamdiu in lege fuit, infidelem extitiſſe,& indignum cui committeret mioiſterium vocandi alios ad fidem. ¶ Exiſtimat autem Deus aliquem fidelem, dum fidelem facit.Et nòn dixit: Sciuit, vel præſciuit fidelem,ſed exiſtimauit:quia in omni bono opere aliquid eſt Dei, aliquid eſt noſtrum.Quod Dei eſt,certum: quod noſtrum,incertum,qui poſſumus noſtro libero arbitrio illi repugnare, niſi Deus impediat nos.

Vetus Pauli conuerſatio in Iudaiſmo qualis fuerit.
Act. 9.
Supra 7.
Zach. 2.
Act. 9.
Ibidem 1.

Et ad exaggerandam Dei erga ſe miſericordiam,repetit vitæ ſuæ prioris ſtatum, vt quod blaſphemus fuit Chriſto,illum ſubſannans,& malediceos cum cæteris Iudæis: & non tantum verbis, ſed etiam factis eſt perſecutus in membris ſuis:quia vinciebat Chriſtianos, & mittebat in Ieruſalem, & Stephanum lapidentium veſtes cuſtodiebat. Quem tamen Deus ſeueriſſimè vindicat: *Qui vos,*ioquit,*tangit, tangit pupillam oculi mei*: &, *Saule Saule,quid me perſequeris?* Et cootumelioſus, ſiue vt Græca vox ſonat, violentus, ὑβϱιστὴς enim vim, & iniuriam inferentem ſignificat. Vnde Lucas ait: *Spirans minas,& cædes in diſcipulos Domini.*

Incredulitas Pauli qualis fuerit: negatiua,quam vocant,an priuatiua.
Ioan. 15.
Marc.vlt.
Ioan 15.

Ad illud verò,quomodo aſſerat Apoſtolus ſe miſericordiam conſecutum ex ignorantia incredulitatis,quæ nam, ſcilicet fuerit iſta incredolitas,an negatiua,an priuatiua:Reſpondemus, quoſdam putare fuiſſe oegatiuam, quia oondum in conſcientia exactè erat conuictus vt crederet:ſicut illi, de quibus Dominus dixit: *Nunc autem & viderunt,& oderunt me,& Patrem meum*: &, *Qui non crediderit* (ſcilicet poſt idoocam, & efficacem veritatis Euangelicæ prędicationem) *condemnabitur.* Et iterum: *Si non veniſſem,& locutus fuiſſem eis, &c. & ſi opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent:nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

Quid ſignificet Græcis, & aliis: Sed miſericordiam Dei conſecutus ſum,quia ignorans feci in incredulitate.
Ambroſ.to.5.
Auguſt.

Græci ergò Patres,atque adeò ex Latinis Ambroſius,& Auguſtinus tractatu in Pſalmum 50.intelligunt hanc Pauli ſententiam,quaſi extenuet peccatum ſuum; quaſi diceret; Facilius veniam obtinui, quia oeſciens,& per ignorantiam ex infidelitate ortam hoc malum feci. Et hæc quidem ignorantia noo omoinò tollit peccatum, ſed miſericordiam à Deo facilius promeretur. Quantum enim ignorantia ponit de inuoluntario, tantùm de pondere culpæ auferre ſolet. Secùs eſt ille igoorans, qui ſponte ſua vult ignorare,ac de ignorantia reprebenſus ſcire negligit: nam qui eiuſmodi eſt,velut ſciens peccat, de quibus Propheta: *Noluit intelligere, vt benè ageret*: Et Dominus in Cruce; *Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt*: & ſanctus Iob: *Recede à nobis,& ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Ita vt non tantùm Paulus ignorans peccauerit, ſed etiam ignoranter, ſiue per ignorantiam, non perſecuturus, aut alligaturus CHRISTVM confitentes, ſi Dominum agnouiſſent,vt ait beatus Thomas.

Vnde maior, vel minor peccati grauitas,& meritū miſericordiæ Dei.
Pſal 35.
Luc 23.
Iob 21.

Altera probabilior ſententia, Paulum ſcilicet ex malitia aſſerens deliquiſſe.
Act. 6.
II.ratio.
III.ratio.
Sapient. 2.
Pſalm. 78.
Matth. 15.
Epheſ. 4.
Eſa. 6.
1. Theſſ. 1.
Rom 10.
Tit. 3.

His tamen ooo obſtantibus,videtur Apoſtolus aliud ſentire: quia vt exaggeret potius Dei miſericordiam,quam, non obſtante ignorantia affectata, conſecutus eſt: hoc dixit,vt nemo deſperet, cùm ſe faciat primum peccatorem. At ſi ex ignorantantia communi peccaſſet, cùm ſe vocaſſet primum peccatorem. Certè Sacerdotes Chriſtum notum Cruci dederunt; & tamen Act. 6.dicitur: *Multa etiam turba Sacerdotum obediebat Fidei.* Et ita maius extitiſſet exemplum veniæ conſequendæ de peccatis quibuſcunque. Adhæc iguorantia quæ oritur cx infidelitate, non minuit, ſed grauat peccatum. Præterea Scriptura noo ad excuſationem peccati ſolet eiuſmodi ignorantiam producere:vt Sapien. 2. accuſautur oeſcientes Sacramenta Dei:excęcauit enim eos malitia eorum;& Dauid precabatur: *Effunde iram tuam in Gentes quæ te nō nouerunt*: Et in Euangelio Phariſæos Dominus cæcos vocat:& ad Epheſios dicitur: *Gentes ambulant in vanitate ſenſus sui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ eſt in illis,propter cæcitatem cordis ipſorum*:quod ſanè ad accuſandum dicitur,ſicut & illud: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.Incraſſatum eſt enim cor populi huius.* Ruſus Apoſtolus in priori ad Theſſalonicenſ. *In reuelatione,* inquit,*Domini Ieſu de cælo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum,*id eſt agnoſcere noluerunt: quòd ſanè ad accuſandum,non ad excuſandum dixit. Sicut ad Rom.10.*Ignorātes iuſtitiam Dei,*(id eſt ignorare volentes) *& ſuam quærētes ſtatuere,iuſtitia Dei nō ſunt ſubiecti.* Et ſeipsū accuſans ad Tit.3.ait: *Eramus aliquādo*

Gloſſa Ordin.
Petrus Lomb.

& nos inſipientes, increduli, errantes, Sicut hic ait: *Ignorans feci in incredulitate.* Exaggerat enim, non extenuat, vt aſſerit Gloſſa ordinaria, & Petrus Lombardus, dicentes coniunctionem illam, *quia*, poni pro, *quod.* Vt ſenſus ſit: Veniam obtinuit de eo quod ignorans feci per incredulitatem; ſiue, Veniam obtinui erroris, & infidelitatis meæ. Vel potius reddit rationem dicti ſui, cur miſericordiam conſecutus ſit ex magnitudine peccati ſui. Sicut ad Rom. 11. *Concluſit Deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur.* Quaſi dicat; Deus vidit me per incredulitatem cæcatum, vt mala mea non agnoſcerem; ideò mera ſua miſericordia præuenit me. Peccatum namque cauſa eſt ſummæ Bonitati, vt ſubuenirt. Ita hunc locum tractat Auguſtinus ſerm. 8. 9. 10. de verbis Apoſtoli. Et Noë dixit Dominus: *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Et ita dicitur bona reddere pro malis. Vt Dauid ait: *Abundauit vt auerteret iram ſuam, & non accendit omnem iram ſuam: & recordatus eſt quia caro ſunt, Spiritus vadens, & non rediens.* Ad hunc modum Dominus in Cruce dixit: *Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt:* quod Leo Papa ſerm. 15. de Paſſione Domini de his intelligit, quos malitia excæcauerat. Et Auguſtinus ſermon. 8. de verbis Apoſtoli: *Deſperatè ægrotat, qui per inſaniam medicum cædit. Qualis ergò eius inſania, qui medicum occidit? Quanta verò bonitas, & potentia medici, qui de ſanguine ſuo, inſano interfectori ſuo medicamentum fecit. Neque enim ille, qui venerat quærere, & ſaluare quod perierat, pendens ſine cauſa dicebat: Pater ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt. Inſani ſunt, medicus ſum: ſæuiant, patienter fero: cùm occiderint, tunc ſanabo.* Hæc ille.

Quorſum Paulus dixerit: Ignorans feci in incredulitate: ſed miſericordiā Dei conſecutus ſum, &c.
Rom. 11.
B. Aug. to. 10.
Gen 8.
Pſal. 77.
Luc. 23.
Leo Pontifex
D. Augu. c. 5.
Luc 19.
Infrà 23.

Quam verè Paulus dixerit, ſuperabūdaſſe gratiam Domini noſtri cum fide, & dilectione.
Rom. 5.

Subdit: *Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Hoc eſt: ſupra modum profuſa eſt Dei gratia, & gratioſa Dei voluntas ſimul cum fide & dilectione. Et ſimilis eſt hic locus alteri: *Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia.* Et ita verba ſuperius producta, non excuſationem peccati, ſed aggrauationem continent. Fides autem & dilectio cum remiſſione peccatorum à Deo datur per Chriſtum, non per legem. Et rariſſimum fuit mox de acerrimo hoſte facere miniſtrum fideliſſimum, & robuſtiſſimum fidei. Et his verbis ponit differentiam legis, & Euangelij, & præſtantiam nouæ ſupra veterem legē, in eo quod commune erat vtrique, quod ad Decalogum attinet, de quo eſt ſermo. Lex enim Decalogi præcipiebat, & vetabat, vita, & morte propoſitis: quæ bona erat iubendi ratio, ſed iniuſtis, & ſceleratis. Nunc autem ſuperabundauit gratia cum fide, & dilectione; quia eadem iubet, & contraria vetat Euangelium; non vt operans illam, aut occidens, ſed vt ait Clemens libr. 6. de Conſtitutionibus Apoſtolicis, reijciens iudicium mortis in alterum ſeculum, & gratiam, ac veniam tribuens operanti; non ſecundùm legem ſeruitutis, ſed ſecundùm legem libertatis ex fide, & dilectione. Et hoc ſuperabundauit ſupra legem & iuſtitiam eius, de qua dixit Dominus: *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, &c.*

Veteris & nouæ diſcrimen legis inſinuatum à Paulo.
Clem. Rom. c. 22. init.
Matth. 5.

Ad ſecundam dubitationem circa illa verba: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere;* Fidelis ſermo dicitur verax, certus, ac fidedignus, & ſecum habens multa veritatis teſtimonia, quibus confirmetur. Et opponitur fabuloſis ſermonibus quaſi dicat: Minimè fabuloſus, vt ille pſeudapoſtolorum: qua loquendi phraſi vtitur in his ad Timotheum, & Titum ſcriptis Epiſtolis, in quibus tantum meminit fabularum. Ambroſius legit, Humanus ſermo, id eſt, iocundus, & gratus peccatoribus. Similiter legit Auguſtinus, qui aſſerit ſermonem eſſe humanum, & diuinum, quia agebat de Chriſti aduentu in carne, qui Deus eſt, & homo. Si ergò, inquit, humanus dicitur, qui in domo ſua ſuſcipit hominem; quā humanus eſt qui in ſeipſo ſuſcepit hominem? Sed Hieronymus ad Marcellam magis probat lectionem fidelis; quam humanus, ait enim: *Illis placeat, humanus ſermo, & omni acceptione dignus: nos cum Græcis, id eſt, cum Apoſtolo, qui Græcè locutus eſt, erremus: Fidelis ſermo, nam ſi purè humanus eſſet, & non diuinus, non eſſet omni acceptione dignus.*

Fidelis quis ſermo, & omni acceptione dignus Apoſtolo.
Hu.° loci variæ lectiones.
B. Amb. h. l.
D. Aug. ſer. 8. de verb. Apoſtol. c. 1. init.
B. Hieron. ep. 102. qui incipit, poſt priorē ep. in fin. to. 2. in fin.

Solet autem hoc loco diſputari an Deus fuiſſet incarnatus, ſi peccatum non extitiſſet? Et quidem Thomas in 3. part. & B. Bonauentura in primum ſenten. negant omninò fuiſſe incarnandum, ſi Adam non peccaſſet. Vterque tamen aſſerit, vtramque ſententiam eſſe probabilem, etiamſi hi duo inclinēt, quod probabilior ſit prior ſententia. Verba Bonauenturæ ſunt hæc: *Opinio contraria eſt magis conformis rationi, & ſubtilior, prior tamen eſt conformior Scripturis, & magis honorat Deum, magisq́ exaltat myſterium incarnationis, magisq́ excitat ad deuotionem.* Ob quas cauſas magis in eam inclinat. Secundam ſententiam tuentur Alexander de Hales præceptor vtriuſque Sanctorum illorum, & Scotus, Ambroſius

D. Tho. 3. p. to. q. 1. art. 3. to. 12 impr. Idē in 3 ſen. diſt. q 1. art. 5.
B Bonauent. 3. p quæſt 2. 1Loquio.
Alex Halen. 3. par. q 2. membr 13
Scot in 3. diſt. 1. quæſt. 3.

quoque

Digitized by Google

Ambroſ. Catharin.

Tertia.

quoque Catharinus in tractatu de eximia Chriſti prædeſtinatione, idem ſentit. Tertia ſententia eſt Gabrielis & Marſilij in 3. ſentent. diſtinctio. 1. qui volunt, neutram ſententiam eſſe certam, ſed probabilem vtramque: etſi Marſilius aſſerat primam eſſe probabiliorem.

Propria huius loci quæſtio de Incarnatione proponitur diſcutienda.

Quo in loco præmittendum, non eſſe quæſtionem de abſoluta Dei potentia: omnes enim fatentur id Deum potuiſſe, an verò facto ipſo ita nunc facta ſit incarnatio propter peccatum tantum, an ob alium finem, quærunt inter ſe. Quæritur etiam, an decens fuiſſet, nullo exiſtente peccato incarnari, & magis decens quam non incarnari: & in hoc ſecundo ſenſu agitatur quæſtio à Theologis, an reuera venerit propter peccatum, an verò ob aliud, ob quod veniſſet etiam non exiſtente peccato, nempè vt homo exaltaretur, mereretur, & confirmaretur in gratia, & in gloria. Et de ea hanc habuiſſe efficacem voluntatem, etiam non poſito peccato. Illo verò poſito, an propter alias cauſas, præterquam ad redimendum à peccato, veniſſet.

Duæ priores illæ inter ſe opiniones in quo conueniant, & in quo differãt.

Et conueniunt hi duo ſenſus in hoc, quòd ſi Deus habuerit voluntatem efficacem, vtroque modo facta fuiſſet incarnatio. Differũt tamen, quòd in primo ſenſu, poſito peccato, ſi incarnatus fuiſſet, nouam habuiſſet voluntatem efficacem ob alium finem diſtinctum à liberatione noſtra; in ſecundo autem ſenſu vnica fuiſſet voluntas incarnationis, tum propter peccatum, tum ob alias cauſas: & ideò ceſſante peccato, fuiſſet adhuc incarnatus, ſiue noua voluntate efficaci, ſed eadem manente, quam habuit poſito peccato.

Deum incarnandũ nullo etiam exiſtente peccato, quoniam exemplo quiſpiam perſuaderi poſſet.

Quod hoc exemplo illuſtrari poteſt: Sit medicus viſitaturus omninò amicum, quia amicus eſt, & charus: accidat eundem amicum infirmari: hoc audito, intendit ſimul viſitare illum qui ægrotus eſt, etiamſi viſitaturus omninò fuiſſet, eo poſito quod non ægrotaret. Hic vnica eſt, & efficax voluntas viſitandi ægrotum, & vt ægrotum, & vt amicum. Si tamen illum inueniſſet ſanum, adhuc dicere potuit ſe illum viſitare abſque noua deliberatione inuiſendi amicum. Ita in propoſito, vna, & eadem voluntate Filius Dei incarnatus fuiſſet, poſito peccato, & eo remoto: non enim ſolùm propter peccatum venit, ſed etiam ob alios fines, ob quos veniſſet, etiam non poſito peccato. Et in primo ſenſu non eſt hæc difficultas excutienda, quia leuem quandam habet curioſitatem diuinam, ſcrutandi voluntatem abſque fructu vllo ſpirituali, neque de ea re Theologi diſputant, ſed tantùm de ſecundo ſenſu.

Altera quæſtio diſcutienda.

Deinde præmittendum: eo poſito: quòd vna & efficaci voluntate Deus humanam naturam aſſumpſerit, tam ob peccatum, quam ob alios fines; iam quæſtio exurgit, ob quod potiſſimùm carnem ſumpſerit, an ob peccatum, an ob alios fines. Si enim ob alios fines, à fortiori veniſſet, ſi peccatum non fuiſſet.

Vtramq; illã de Incarnatione Domini ſententiam poſſe defendi abſq; fidei præiudicio.

B. Thom. ſuperius citatus.

Idem lect. 4. tomo 16.

Tertiò præmittendum, nullam harum opinionum eſſe de fide, & liberum eſſe cuique tenere quod velit. Nam Thomas iudicat, eum, qui oppoſitum teneret, contra Scripturam, & Fidem non facere. Et ipſe ſcribens in hunc locum Pauli, primò ait nõ eſſe magnæ autoritatis hanc quæſtionem: quia Deus ordinauit res fiendas, vt fiendæ erant: ideò neſcimus quid tunc non exiſtẽte peccato Deus ordinaſſet. Et ſi quis ſecus ſentiret, non malè ſentiret. Inclinare tamen ſe potius ait in contrariam partem, quòd ablato peccato nõ veniſſet: & rationes, quæ pro vtrâque parte faciunt, tem euidenter non conuincere aſſerit. Quare temerè illi locuti ſunt, qui hanc, vel illam partem eſſe hæreticam, vel temerariam auſi ſunt dicere. Inter quos fuit quidam Vldericus, qui teſte Dionyſio Carthuſiano; ſententiam Thomę contrariam vocabat temerariam, & blaſphemam.

Primò & per ſe ob redemptionem generis humani fuiſſe Dei Filium incarnatum.

Luc. 19. *Matth. 15.* *Ioan. 3.* *Gal. 4.*

His poſitis, per aſſertiones quaſdam conabimur hunc nodum explicare. Sit ergò prima aſſertio: *Re ipſa, & potiſſimùm aſſumpſit Filius Dei carnem, vt liberaret mundum à peccato*: atque hæc aſſertio fide tenenda eſt, quia habemus Luc. 19. *Venit Filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat*: &, *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael*: &, *non miſit Deus Filium ſuum in mundum vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum*: & Apoſtolus: *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, vt eos qui ſub lege erant redimeret.* Et hanc cauſam videntur frequenter Chriſtus, & Apoſtoli inculcare aduentus Chriſti; & ideò principaliter ob hoc venit, quod certum eſt, & indubitatum apud omnes.

Alijs etiam de cauſis verbum Dei incarnatum fuiſſe.

Conc. Trid. ſeſſ. 6 can. 21.

Secunda aſſertio: *Verbum Dei venit propter alios etiam fines, quam vt nos à peccato redimeret*: quod etiam certa fide recipiendum eſt. Habetur enim in Concilio Tridentino: *Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem cui fidant, non autem vt legiſlatorem cui obediant: anathema ſit.* Non ergò tantùm ad redimendum, ſed etiam ad ferendam legem venit. Deinde vt doceret nos multas veritates, tam theoricas quam practicas. Nam ipſemet Chriſtus apud Ioannem: *Ego*, inquit, *in hoc natus ſum,*

Secunda cauſa, & finis incarnationis.

Ioan. 18.

& ad

& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perbibeam veritati. Venit etiam, vt eſſet noſtrum exemplum, quòd aſpicientes viā ſalutis cōſequeremur. Ideō dixit: *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* Et iterum: *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis:* &, *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Venit etiam ad confirmandos Angelos bonos in gratia, vt graues Patres teſtantur, & nōnulli Theologi. Nam etſi ipſi Angeli ante Chriſti aduentum confirmati fuerint: quia tamen in fide venturi Meſſię qui fit caput eorum, & hominem electus fuerat: ideò non ſine Chriſti merito confirmati ſunt, etiamſi ſanguine, & morte Chriſti minimè indiguerint.

Tertia.

Matth. 11.
Ioan 13.

Matth. 19.

Quartus Incarnationis Dominicæ finis.

Tertia aſſertio: *Probabile eſt, Deum, ſi homo non peccaſſet, non habuiſſe efficacem voluntatem mittendi Filium, diſtinctam ab ea, qua modo miſit filium in mundum, poſito peccato.* Potuit ſiquidem Deus duplicem habere efficacem voluntatem incarnationis Chriſti, alteram propter placitum ſibi finem aliquem, diſtinctam à voluntate mittendi filium propter peccatum, quæ eſt altera voluntas. Et hoc aſſero, probabile eſſe, non habiturum talem voluntatem ſecundam diſtinctam à voluntate efficaci, qua, poſito, peccato, illū ad nos miſit, de qua ſequenti aſſertione dicetur. Iam primum probabile eſſe cōfirmatur, nullā ſcilicet talem habiturum voluntatē ablato peccato; ergò probabile eſt non habiturum diſtinctam. Quę illatio oſtēditur: quia plus eſt habere diſtinctam à voluntate efficaci, qua voluit, poſito peccato, Filium mittere propter peccatum, quam non habere. Deinde voluntas efficax Dei non poteſt impediri; ergò ſi habuiſſet voluntatem efficacē diſtinctam à voluntate mittēdi, ratione peccati non potuiſſet impediri. Quare Adam non peccaſſet: & ſi peccaſſet, non habuiſſet Redemptorem: & ſi habuiſſet, debebat Deus nouum propoſitum facere mittendi Filium propter peccatum, quam antea. Hoc autem cùm nobis non conſtet aut ex Scripturis, aut ex diuina reuelatione, temerarium eſſet aſſerere. Tertiò, fruſtra hæc voluntas ponitur diſtincta; ergò etiam & antecedēs: nam ſufficere poſſet illa vna & eadem, qua miſit ad liberandum à peccato genus humanum: ſicut ſupra de medico viſitante amicum ſuum, & quia amicum, & quia ęgrotum, explicatum reliquimus.

Dei, Filium ſuū mittendi, ſiue poſito, ſiue nō poſito peccato, efficacē voluntē fuiſſe vnam & eandē, minimè diuerſam.

I. argumentū

II. argum.

III. argum. & vltimum.

Quarta aſſertio: *Probabile, Deum non habuiſſe voluntatem efficacem mittendi Chriſtum, non poſito peccato, ſiue illa ponatur diſtincta, ſiue non.* Hęc aſſertio confirmat doctrinam B. Thomæ, & aliorum Theologorum, ex qua ſequitur, propter ſolum peccatum principaliter veniſſe. Alij verò fines ſunt acceſſorij & ſecundarij, & ex ſe inefficaces ad efficiendum, vt omninò veniret Filius Dei. Hæc ſententia multipliciter probatur. Primò ex ſignis aduentus Meſſię. Nam Geneſ. 6. arca non fuiſſet fabricata, niſi præceſſiſſet miſſio diluuij, vt in eo ſeruarentur homines, & iumenta, vt ait Dauid: ita de aduentu Chriſti dicendum, qui non factus fuiſſet; niſi præceſſiſſet origine, & natura cognitio peccati. Exod. etiam 3. apparuit Dominus Moyſi in rubo, & dixit ei: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, &c. Et ſciens dolorem eius, deſcendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum:* ergò non veniſſet, niſi pręceſſiſſet viſio afflictionis populi. Et 4. Regum 4. deſcendit Heliſæus de monte Carmeli, & prius miſerat Giezi puerum cum baculo, vt ſuſcitaret filium viduæ, alias non deſcendiſſet. Ita Dominus non veniſſet, niſi mortuum fuiſſet genus humanum propter peccatum. Et Geneſ. 45. dixit Ioſeph fratribus ſuis: *Pro ſalute noſtra miſit me Deus ante vos in Aegyptum.* Vtique Ioſeph non miſiſſet, niſi præuidiſſet famem futuram, vt liberaretur pater, & fratres eius. Matth quoque 21. de vinitoribus, quibus vineam Dominus locauerat, oſtendit. Nam ſi illi ſoluiſſent debitum pretium ſeruis patrisfamilias exigentibus, non miſiſſet filium ſuū, ac dixiſſet: *Verebuntur fortè filium meum.* Et Luc. 15. niſi errаſſet illa ouis non reliquiſſet paſtor nonaginta nouem in deſerto: & niſi amiſiſſet mulier drachmam, non accendiſſet lucernam. ¶ Deinde in Scripturis non adfertur alia cauſa aduentus, quam ſalus & redemptio à peccato. Vnde etiam Ieſus vocatus eſt, vt ſaluum faceret populum ſuum à peccatis eorum. In Symbolo quoque habetur: *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto.* Ex quibus colligitur, ſi Chriſtus futurus erat non exiſtēte peccato, ergò per accidens venit, quia accidens fuit, vt homo peccaret; ac proinde non ad liberandum Adā veniſſet Chriſtus. At qui fieri potuit, vt Chriſtus ad nos veniret per accidens cùm clament Scripturæ, propter nos, & noſtram ſalutem veniſſe?

Probabiliter Deum non fuiſſe incarnandum, ſi Adam non peccaſſet, multis oſtenditur.

I argum. à ſignis & figuris.
Gen. 6.
Pſal. 35.

Exod. 3.

4. Reg. 4.

Gen. 45.

Matth. 21.

Luc. 15.

Idē Scripturis euincitur.
Matth. 1.

Secundum argumentum colligitur ex Concilijs, & Patribus, & Eccleſiæ definitionibus. Hoc enim ipſum teſtatur Anacletus Epiſtola ſecunda, & Eutychianus Epiſtola prima, & Concilium Epheſinum Epiſtola ad Neſtorium, & Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſtola ad Theodoſium;

II arg. à multiplici traditione & autoritate.

Tom 1. initio ferè. Homil. 25. tom 1. Orat. 38. p. 2. Ambro. to. 4.

ſium; Concilium Toletanum VI. Capite decimotertio; adhæc beatus Athanaſius libro de Incarnatione Verbi, Baſilius homilia de humana Chriſti generatione, Gregorius Nazianzenus oratione trigeſima octaua de Natali Domini, Ambroſ. libro de Dominicæ Incarnationis Sacramento, &

Ibidem. Pſalm. 68.

idem in Pſalmum ſexageſimum octauum, in illa verba: *Infixus ſum limo profundi.* Leo Papa ſermone tertio de Pentecoſte; Damaſcenus libro quarto de Fide orthodoxa, capite quarto;

Auguſt. to 7.

Auguſtinus lib. primo de peccatorum meritis, & remiſſio. capite vigeſimoxſexto, & vigeſimoſeptimo;

Greg. to. 1. & 2.

Gregorius libro tertio Moralium in Iob, capite vndecimo, & lib. 21. cap. 3. rurſus libro quarto expoſitionis in librum primam Regum, capite octauo;

Cyril. to. 2.

Cyrillus libro primo Theſaurorum, capite octauo; & Anſeſmus libro de

Anſel. to 3.

Conceptu Virginis, capite duodecimo, & decimoſeptimo; & libro primo & ſecundo, cur Deus homo, per multa capita idem contendit oſtendere.

Quare neceſſarium peccatum, & felix culpa.

Præterea Eccleſia in benedictione Cerei canit: *O neceſſarium peccatum:* at quomodo neceſſarium peccatum, ſi etiam, non exiſtente peccato veniſſet? Canit etiam ibidem: *O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem.* Vnde enim poteſt dici felix culpa, niſi quia occaſio extitit tanti boni, vt Pater vnigenitum ſuum Filium daret?

III. argum à rationibus. Luc. 1. Pſal. 84.

Tertiò accedunt rationes permultæ, & ſolidæ. Prima ſit: Incarnatio eſt opus diuinæ miſericordiæ, iuxta illud: *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto:* & illud Dauidis: *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi,* in opere ſcilicet incarnationis. Sed non eſt miſericordia niſi ex aliena miſeria: ergò cùm incarnatio ſit opus diuinæ miſericordiæ, opus eſt poni peccatum, quod verè miſeros populos facit, & quo maior nulla eſt hominis miſeria, qua non poſita, non eſſet incarnatio.

II. ratio, q. ſcilicet remoto peccato, incarnatio non fuiſſet.

Deinde nunquam Deus aliquod malum permittit in mundo fieri, ex quo non aliquod maius bonum eliciat; ſed Deus permiſit peccatum totius generis humani, cùm potuiſſet impedire; ergò ex illo maius aliquod bonum elicuit, quod non videtur aliud quam incarnatio Filij Dei:

Rom 11. Galat. 3.

nam ad Romanos capite vndecimo ſcriptum eſt: *Concluſit Deus omnia in incredulitate* (ad Galatas capite tertio dicitur; Sub peccato) *vt omnium miſereatur.*

III. ratio.

Tertiò, ſi Chriſtus ſuſcepiſſet carnem, Adam non peccante, ex eo eſſet, quia indecens, & indignum videretur liberalitate Diuina, quòd Deus homo non fieret: ſed hoc non eſt abſurdum: nam Angeli multò homine perfectiores ſunt; & tamen Deus nuſquam Angelos apprehendit.

Hebr. 2. IV. ratio.

Quartò, ſi aſſumeret carnem, ob id eſſet, quòd videretur indignum, Chriſtum à Deo prædeſtinatum, & electum propter peccatum; cùm tamen ipſe ſit omnibus hominibus perfectior, vnde per ſe debebat eſſe à Patre, vt ſic dicam, volitus, & cæteris per ſe antelatus: ſed hoc non impedit;

Quam perfectus homo, Chriſtus & integer.

nam eadem ratione neque propter gloriam hominis, neque propter perfectionem vniuerſi veniſſet, ſiquidem ipſe maior eſt, & perfectior gloria omnium hominum, & toto vniuerſo, Imò perfectior eſt omnibus Sanctis ſimul. Quare ſi Chriſtum debuit Deus velle per ſe eſſe, hoc non debebat propter gloriam hominum, aut gratiam. Non ergò huius contrarium aſſerit oppoſita opinio; quare non valet, quòd ex eo digniorem non debeat Deus velle propter peccatum.

Ad illud in contrarium: Bonum erat Dei filiũ eſſe hominẽ, ideo fieri decebat.

Quòd ſi quis dicat, bonum eſſe Filium Dei eſſe hominem, & Deum: ſed hoc non eſt ſolidum: Nam Deus poſſet alios condere mundos, & perfectiores creaturas, & ſanctiores homines, quam nunc ſunt. Poſſet etiam Pater & Spiritus ſanctus aſſumere naturam humanam, & hæc ſunt bona per ſe, nec tamen illa facit. Sic nec valet: Bonum eſt Filium Dei fieri hominem & Deum; & hæc ſunt bona per ſe, ergò Deus illa facit.

V. ratio.

Quintò, quidam recentiores in hunc modum argumentamur: Rationes aduerſariorum, qui oppoſitum tenent, vel demonſtrant incarnationem, vel non. Si demonſtrant, ergò neceſſarium eſt Deum incarnari; Nam demonſtrationes ſunt de neceſſarijs. Si non demonſtrant, nihil valent eorum argumenta, nempè, Deus oſtendit ſuam potentiam, ſapientiam bonitatem, prouidentiam, ſi incarnaretur, ergò illud facturus eſſet.

In operibus Dei vnde ſumenda ratio cõuenientiæ.

Nam in rebus Dei ratio conuenientiæ non ſumitur ex re ex ſe abſolutè, ſed ex re iam facta. Et ſi Deus modò non veniſſet, vt venit, plurimas huius facti conuenientias adinueniremus, ſicut plurimas inuenimus, quod conueniens erat venire.

VI. ratio.

Sextò, nomen Ieſu indicat, illum non debuiſſe venire, ſi Adam non peccaſſet. Ieſus enim ſignificat Saluatorem.

B. Aug. ſer. 8. de diuerſis, c. 9. & 5 & alibi paſſim, to. 10. Matth. 9.

Hinc Auguſtinus dixit: *Si non eſſet infirmitas, quid opus eſſet medico?* & Dominus: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.*

VII. ratio.

Septimò: Maximum, & perfectiſſimum opus fieri non debet, niſi maxima cauſa ſubſiſtat, & maxima neceſſitas; ergò incarnatio, non exi-

ſtente peccato, à quo homo liberaretur, per fici non debebat. In quo oſtenditnr ſummus amor miſericordiæ & iuſtitiæ.

Dominicę incarnationis primarię finis quinam ſit.

Et quò hæc ſententia facilius defendi poſſit, & aduerſariorum argumenta diſſolui, in primis annotandum eſt, incarnationis finem non eſſe ſolam reparationem hominis, ſed potiſſimum Dei gloriam. Homo enim peccator Deum iniuria affecerat; venit proinde Chriſtus, vt ſublatum honorem Deo reſtitueret, quod faciendo, reſtituit hominem ad priſtinum ſtatum. Vnde Ioannis ſeptimo dixit: *Ego non quæro gloriam meam, ſed eius qui miſit me.* Subordinati ergò inuicem ſunt hi fines: vt primus, & præcipuus, ſit gloria Dei; ſecundus & conſequens, liberatio à peccato exiſtat. Hinc eſt, vt cùm dicimus Deum veniſſe, vt redimeret hominem, hic finis eſt cauſa minus principalis, & ſecundaria, tametſi eſſe poſſet occaſionalis, & cauſa quæ à Philoſophis dicitur, Sine qua non.

Omnium operũ Dei extra ſe, finis quis.

Prouerb.16.

Pro quo expende, Deum quicquid extra ſe operatur, ob ſuum honorem, & gloriam operari. Vniuerſa, inquit Salomon, propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: quò fit, vt bonitas, & ſapientia quę in creaturis ſunt, non ſint à Deo intenta in ratione finis, ſed in ratione medij oſtendentis bonitatem, & ſapientiam ſuam. Et propterea cùm dicitur: Deus venit propter nos, & propter noſtram ſalutem: præpoſitio, propter, ſignificat cauſam finalem, ſecundariam, & acceſſoriam ad gloriam Dei, & ad manifeſtationem Diuinæ bonitatis. Hinc ſequitur, quod non ex eo quod aliquid eſt magis bonum propter ſe, ideò debeat illud Deus magis velle: non enim Deus illa vult abſolutè vt finem, ſed vt media. Quia autem non eſt impoſſibile, Deum efficere id quod non eſt conueniens, & ex quo non appareat eius infinita bonitas; hinc eſt, quòd in omni bono opere poſſimus aſſignare eiuſmodi conuenientias.

Verbum Dei quomodo propter nos homines, & propter noſtram ſalutẽ deſcendent de cœlis.

Ratio diuinorũ operũ conuenientię quęnam aſſignari poſſit.

Nam ſi Deus, poſito peccato origenali, voluiſſet ampliorem dare gratiam, multa eius facta eſſet reperire, quæ decet, & conuenit fieri. Cuius ratio eſt, quia omne, quod vult Deus, bonum eſt: & diuinæ bonitatis oſtenſiuum. Hinc homo diſtinguitur à Deo: non enim omne quod vult homo, eſt bonum: quia ſua voluntas non eſt cauſa bonitatis creaturarũ: at omne quod vult Deus, bonum eſt, quia ſua voluntas eſt cauſa bonitatis cuiuſcunque; ſicut & eſſe Dei, cauſa eſt cuiuſcunque rei. Vnde non valet, Hoc conuenit bonitati, & ſapientiæ Dei; ergò debet à Deo fieri: nam contrarium etiam à Deo conuenientiſſimè fieri poteſt. Et ex hoc multa poſſunt ſolui argumenta.

Prędeſtinationẽ hominis ad gloriã priorem eſſe peccati pręſcientia.

Gen.1.

Deinde notandum, quòd homo ante peccatum in ſtatu innocentiæ accepit gratiam à Deo, in primo inſtanti, quo creatus eſt, per quam ſi in ſuo gradu permanſiſſet, vitam ſempiternam promereri potuiſſet: hoc autem in mente diuina ab æterno præſum, præordinatumque fuit. Ideò neceſſum eſt concedere aliquam præordinationem, ſeu prædeſtinationem hominis ad gloriam, quæ præcedat ex parte obiecti præſcientiam cuiuſcunque peccati Quod quidem ex eo fit liquidum, quia Deus creauit hominem perfectum, & abſque peccato; & in eo priori inſtanti, antequam videret illum peccaturum, ordinauit illum ad gloriam: nam gratia in illo priori intelligebatur hominem ex natura ſua ad gloriam eleuare, gratia enim participatio eſt gloriæ. Certum enim eſt, quòd homo ante peccatum prædeſtinatus eſt in mente Dei ad gloriam. Deinde gratia Dei præcedit peccatum: nam per illud amiſſa eſt gratia. In quo lapſus eſt Caietanus, exiſtimans peccatum præcedere gratiam: qui enim poteſt præcedere, ſi ideò peccatum eſt, quia gratiam tollit? Si ergò gratia præcedit, & gratia eſt ad gloriam ante peccatum, homo reſpexit vltimum finem ipſam gloriam. Veruntamen iſta prædeſtinatio, qua ordinabatur homo ante peccatum ad gloriam, non erat infallibilis, vt conſtat ex effectu. Et in hac prædeſtinatione ante peccatum, explicitè non erant niſi Adam & Eua protoplaſtæ, implicitè omnes homines, quia in lumbis eorum, vt in radice latebant. Hæc autem prædeſtinatio ex parte Dei fuit tantùm in voluntate antecedenti, non in conſequenti. Vnde ex parte hominum non eſt aſſecuta finem, & efficaciam ſuam, quia nullus per eam ſaluus factus eſt. Siquidem homines in primis parentibus ſub hac conditione, tanquam in prima radice creati ſunt, vt ſi parentes peccarent, ius omne poſteri eorum amitterent, & obnoxij peccato per totam vitam naſcerentur. Propterea factum eſt, vt vix doctrinæ huius præordinationis meminerint, neque prædeſtinationis ſatis cognitum nomen habuerint. Auguſtinus tamen libro de Correptione, & gratia, capite decimo, inter cæteras hanc ponit, ſimilemque eam eſſe dicit prædeſtinationi Angelorum; quæ eaſdem ferè habuit conditiones, præter illam vltimam de peccato originali. Cùm enim nullus

Eccleſ. 7.

Rom.6.

Secunda ratio contra Caietanum.

Caiet. in 3 p. D. Thom. q. 1. art. 3 to. 10. initio.

Hominis ad gloriã prędeſtinatio qualis fuerit in mẽte diuina.

Angelorum prędeſtinatio in quo cõueniat cum illa hominum, in quo diſſerat ſecundũ Auguſt.

B. Aug. lib. de corre. & grat. c. 10. to. 8. circa fin.

Ange-

Angelus oriatur ex altero vnus non poterit ex peccato alterius infici,ſicut accidit in hominibus.Ex Angelis verò, qui peccauerunt,condemnati ſunt, fruſtratiq; prædeſtinatione,qua Deus creauerat eos ad gloriam:qui verò nõ peccârunt,gloriam conſecuti ſunt.

Pręſcientiam peccati Adæ cum ſua poſteritate,noua ad gloriã indiguiſſe pręd eſtinatione diuina.

Tertio loco notandum, poſt peccatum originale, quòd gratia & gloria priuauit, humanum genus vniuerſum, opus fuiſſe ad ſalutem hominis alia præordinatione, qua in mente diuina deſtrueretur peccatum, & reſtitueretur gratia;&gloria. Alioquin omnes iuſtè damnati fuiſſent; Et hæc fuit prædeſtinatio per Chriſtum, de qua omnes Sancti loquuntur: in qua primus eſt Chriſtus,in quo, & per quem cæteri omnes prædeſtinati ſunt, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: & hæc eſt infallibilis,& certa prędeſtinatio, & certum habet numerum electorum, & nullam habet cauſam ex parte hominis: quæ ſententia eſt Auguſtini: ſed omne bonum meritum,gratiæ gratis datæ eſt effectus,& non ex operibus. Nam ſi ex operibus, iam non eſt gratia, vt argumentatur Apoſtolus. Etſi per gratiam iure promereamur gloriam. Nam etſi totius prædeſtinationis non ſit cauſa, poteſt tamen meritum ex gratia cauſa eſſe gloriæ, ſeu vitæ æternæ.

Rom.8.

Certa quæ & abſoluta pręd eſtinatio.

B. Aug innu meris in locis. Infrà 11.

Ex quo fit, vt in mente diuina ſtatuere poſſimus hunc rerum ordinem,& actuum qui reſpiciunt obiecta. Non enim varietatem actuum habet Deus, ſed vno ſimplici omnia ordinat: ſed ille actus quatenus reſpicit obiecta ordinata, babet diuerſitatem, & vnus eſt prior, alter poſterior. Primò, igitur conſtituit Deus homines gratiæ, & gloriæ capaces condere. Deinde dare illis remedia ſupernaturalia, ad gratiam & gloriam conſequendam. Tertiò, præuidit bominem peccaturum, & in omnibus peccatum originale impediturum gratiæ conſecutionem. Quartò, voluntate efficaci conſtituit aſſumere naturam humanam in vnionem hypoſtaticaam, & tantam gratiam huic homini aſſumpto tribuere, vt per merita Crucis, & mortis omnibus electis conferat gratiam, & gloriam. Quintò, elegit quoſdam in deſtinato numero, quos efficaciter deſtinauit ad gloriam; alijs verò gratiam ſufficientem ſuppeditat, vt ſi velint, ſaluari queant

Loc᷒ Scripturę Chriſtũ indicãs ex Adę peccato pręuiſo prædeſtinatum à Deo.

Quòd autem Chriſtus prędeſtinatus fuerit poſt peccatum, poteſt confirmari ex illo Pſalmi triceſiminoni: *Sacrificium, & oblationem noluiſti,corpus* (ſiue aures) *autem perfeciſti mihi. Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti:tunc dixi,Ecce venio*,id eſt, Carnem aſſumo.Loquitur enim Filius Meſſias ad Patrem.

Pſalm. 39. Hebr. 10.

Ex quo recto ordine actuum reſpectu obiecti poſito multa argumenta facilè reſoluuntur. Caietanus tamen, qui alium ſtatuit ordinem prædeſtinationis, haud facilè ſe extricare poteſt ab argumentis Scoti. Vult enim Caietanus, prædeſtinationem Chriſti poſt peccatum fuiſſe, & oblatam Adæ gratiam ante peccatum: & cùm hoc tamen aſſerit, non exiſtente peccato, Verbum diuinum non aſſumpturum carnem.

Caietani de prędeſtinatio ſententia.

Caiet. in 3. parte. D Thom. q. 1. art 3.

Effectus prædeſtinationis duplices ſunt: nam aliqui ſunt nõ ſolum ordinati per prędeſtinationem,ſed etiam conſtituti:vt ſunt gratia,& gloria,finis & media ad finem vltimum. Quidam verò effectus ſunt tantum ordinati in prædeſtinatione, ſed non conſtituti,vt ſunt opera naturæ. Verbi gratia, Anima diui Petri præordinatione, & prædeſtinatione diuina ab æterno ordinata eſt ad gloriam media gratia. Vnde rebus naturæ poſitis, prædeſtinatio diuina ſuperuenit.

Duo prædeſtinationis effectus.

Diſtinguit deinde Caietanus ordinem rerum triplicem eſſe: primum naturę, ſecundum gratiæ,tertium vnionis hypoſtaticæ. Quæ res ſic ſe habent, vt prima hominum ponatur, & requiratur ab alijs, ſecunda à tertia. In primo autem ordine non ſolum requiritur natura,& actiones naturæ perfectæ, ſed etiam defectus naturæ. vt ſunt monſtra, & actiones imperfectæ. Contraria enim ſemper ſunt ſub eodem genere. Ex quo infert, quòd eum inter hæc tria ſit ordo iam explicatus, prædeſtinatio ponit præſcientiam hominis, nempè rerum quæ ſpectant ad naturam. Et quoniam inter hæc eſt etiam peccatum (nam peccatum eſt defectus naturæ) ideò prædeſtinatio ponit peccatum. Vnde prędeſtinatio ipſius Adę, antequam peccaret, requirebat peccatum ipſius. Et idem eſt iudicium cuiuſcunq; alterius hominis. Et quia gratia eſt in ſecundo ordine, qui ponit primum, gratia Adami etiam ante peccatum requirebat peccatum. Et ſic de prędeſtinatione.

Ordo rerum triplex inter ſe.

Cur Adã præ deſtinatus ſecundum Caietanum.

Concludit itaque Caietanus, quòd Deus primò ordinauit vniuerſum ſecundum ordinem naturę, quod quidem vniuerſum in ordine naturę non attingit fruitionem Dei: ideò ſuperaddidit ordinem gratiæ; & quia ordo gratię non peruenit ad vnionem ſummam, quę poteſt eſſe cum Deo, pręordinauit ordinem vnio-

Cõclusio ſententię Caietani de prædeſtinatione.

nionis hypoſtaticæ. Quocirca cùm peccata pertineant ad ordinem naturæ, quatenus naturæ defectus ſunt, & ad ordinem gratiæ, quatenus gratiæ aduerſantur: ergò conſequens eſt, vt prędeſtinatio Chriſti, ſicut filius Dei, ſupponat pręuiſionem peccatorum futurorum, vtpotè ſpectans ad prædictos ordines in genere cauſæ materialis.

Impugnatur ille ordo pręděſtinationis quadrupliciter.

Cęterùm quicquid ſit de iuſto ordine quem ſtatuit Caietanus, qui facilè impugnari poſſet: addit tamen, eo poſito, non poſſe ſe liberare ab Scoti rationibus. Nam ſic ille agit: Prædeſtinatio per te ſupponit præſcientiam peccati, ſicut & gratia Adami ante peccatum eam pręſcientiam peccati ponit: at ſi potuit Adamus non peccare, non ſequitur inconueniens non peccaſſe, quia præordinatus erat ad gloriam, & conſecutus fuiſſet gratiam: at per te ſequitur gloria ex prędeſtinatione Chriſti, quia per Chriſtum omnes glorificabuntur; ergò ſi Adam non peccaſſet, Verbum fuiſſet incarnatum.

II. argum.

Deinde falſus eſt ille ordo, quòd videlicet pręſcientia peccati Adę ponatur ad pręordinationem glorię ante peccatum. Nam peccatum Adę primò & per ſe eſt ante gratiam, ergò gratia ex ordine obiecti eſt ante peccatum.

III. argum.

Tertiò ex ſententia Caietani ſequitur, vt prius pręuideantur peccata omnia, antequam Chriſtus & gratia eius prędeſtinentur: quod eſt vehementer falſum. Nam tantum peccatum Adę pręuiſum fuit ante prędeſtinationem Chriſti, reliqua verò poſt illam. Ex ſententia verò ſequitur cõtrarium, quia omnia peccata ſunt in eodem ordine, vtpotè defectus naturę, & gratię aduerſantia: ſed natura Chriſti prędeſtinationi ſupponitur. Omnia ergò peccata pręuiſa ſunt, antequam Chriſtus prædeſtinaretur, quod eſt falſum: nam peccata reliquorum hominum aduerſantur naturę Chriſti, Chriſtus ergò, & eius prędeſtinatio prius eſt pręuiſa cum gratia, quam peccata aliorum hominum.

IV. argum.

Quartò vrget Scotus: Per te Chriſtus pręuiſus eſt poſt peccatum Adam; Adam ante peccatum eſt ordinatus in gloriam; ergò Adam ſine Chriſto, & ante Chriſtum fuit pręděſtinatus; quare Chriſtus abſolutè non erit caput totius Eccleſię, quia non eſt caput Adę.

Epheſ. 1. Coloſſ. 1.

Prędeſtinationis ordo cõgruẽtior magnorũ Theologorum.

Rectius ergò videntur theologizare illi, qui volentes defendere, Chriſtum nõ venturum in carnem, ſi Adam non peccaſſet, ſtatuunt ordinem illum, quem ſuperius aſſignauimus: nam illo poſito, facilè ab vniuerſis argumentis Scoti ſe liberabunt. Negant enim principium illud Caietani, Adam ante peccatum fuiſſe ordinatum per Chriſtum ad gloriam.

Volũtas Dei, Angeli, & hominis, in quibus differat.

Quarto loco notandum diſcrimen inter velle Dei liberum, & velle hominis, vel Angeli. primò quidem, quia etſi voluntas creata ſit principium eliciens ſuas operationes, multa tamen extrinſecus concurrunt. Nam inclinatur ſępè à bonitate obiecti, & ſecundum quoſdam mouet vt efficiens; ſecundum verò veriorem ſententiã, mouet vt finis: mouetur quoque à paſſionibus, & affectionibus, quarum nulla eſt in Deo.

II. diſcrimen.

Secundò voluntas diuina poteſt velle hoc & illud; agere, & non agere, & libertas eſt contradictionis: quodcunque tamen quod agat, bonum eſt: & quia habet perfectam libertatem, colliges de ratione libertatis nõ eſſe, poſſe malum operari, alioquin Deus non eſſet perfectè liber: at voluntas creata, & ad contradictoria, & ad contraria eſt; vnde poteſt velle malum, & hoc eſt imperfectio in illa.

III. diſcrimẽ.

Tertiò, cum actio libera ſit propter bonum, quicquid enim vult voluntas, ſub ratione boni vult, voluntas diuina ſub boni veri ratione vult omnia, creata verò interdum ſub boni apparentis ratione; & ideò plerunq; fallitur.

Quartum & vltimum.

Quartò voluntas diuina, cum velit omnia propter bonum, non ſumit aliquod bonum ex obiecto, ſed potius eſt cauſa boni in ipſo obiecto: at voluntas hominis vult bonum propter bonum, quod eſt in ipſo obiecto, vnde mouetur à bono, tanquam à fine principali: voluntas Dei verò mouetur à bono quidem quod eſt creatura, vt à medio.

Deum incarnari minimè debuiſſe, oſtenditur quadruplici ratione.

Ex quibus deducimus quatuor, quæ inſeruire poſſunt huic materiæ Primum eſt non poſſe vlla ratione probari, debuiſſe re ipſa fieri à Deo incarnationem, quia voluntas merè libera eſt. Secundum, Quæcunque facit Deus, rationem habent conuenientis, & boni: vnde ſi mundum non creaſſet, bonum, & conueniens fuiſſet: & idem ſi hominem ſaluaret. Tertium, Ex maiori bonitate, vel minori, quæ poſſet eſſe in creatura, Deum non teneri facere aliquid, vel non facere. Quartum, Non ex eo quod aliquid eſt magis bonum, quam alterum, ideò magis mouet diuinam voluntatem: quia non ab extrinſeco mouetur Deus ad volendum, ſed à ſe ipſo: neque fertur ſemper voluntas Dei (quamuis bonum ſemper operetur) in id quod magis mouet in creatura: quia non mouet

uet ſub ratione finis, ſed ſub ratione medij.

Scoti ad probandū debitū incarnationis,rationes quam debiles & infimæ.

Ex quo fit, vt omnes rationes Scoti, quòd Deus debeat facere incarnationem, quia hoc magis manifeſtat bonitatem, iuſtitiam,& prouidentiam Dei,nihil concludant: quia iſta non ſunt media neceſſariò volita à Deo. Quòd ſi quicquam probarent,quòd neceſſariò debuit incarnari, q̄ tamen eſt impium aſſerere:à fortiori probarent,quòd debuit Angelum aſſumere ſiquidem Angelus præſtantior natura eſt quam homo.Vt ergò de Angelo non concludunt,ita nec de homine. Hęc ſunt fundamenta notanda,quę ſententiam Thomę confirmant, & aduerſariorum argumenta elidunt.

Deū, tametſi Adā non peccaſſet, fore incarnandum.

Quinta ſit aſſertio: Probabile eſt, & mihi etiam probabilius,Deum, Adamo non peccante, voluntatem efficacem habiturum mittendi Verbum ſuum in carne: & hoc magis decens, & conueniens fuiſſet,ètiamſi Adam non peccaſſet. Quod multis rationibus,& ſolidis argumentis comprobare, & confirmare conabor. Et primò quidem argumentamur ex parte diuinæ potentiæ,& fortitudinis. Decuit enim in aliquo opere oſtendi omnifariam Dei potentiam: nihil autem eſſe, & cogitari poteſt omnipotentius Dei Verbo incarnato: Vnde & Brachium Dei in Scripturis vocatur. Vniuntur enim duæ naturę,vt magis diſſitæ reperiri non valeant: & tanta cum connexione,vt quę de vna ratione vnius naturę dicuntur,conueniant alteri, & è contrario.Et ita in hoc opere eſt funiculus ille triplex, qui diffililè rumpitur, quo tamen fortior eſt funiculus triplex ſacræ Triadis,quem rumpi omninò eſt impoſſibile:quod opus ſi defuiſſet in vniuerſo,in quo manifeſtari potuit Dei potentia tum Angelis,tum hominibus, permultum defuiſſet.

Primus locus ab omnipotentia Dei.

Luc. 1.

Eccl. 4.

Funiculus triplex quidam difficilè rūpitur,qui verò difficillimè.

Nec benè ſoluitur hęc ratio, dicendo, ſummam fortitudinem in creatione mundi fuiſſe oſtenſam:nam operari aliquid ex non ente,infinitam indicat fortitudinem: non, inquam, benè ſoluitur: nam illo ex modo tantum operandi, non ex re ipſa facta oſtenderetur ſumma Dei potentia, quæ tamen oſtenditur poſita incarnatione Verbi Dei,quod infinitum eſt opus.

Diluitur hæc ratio aduerſariorū: Diuina in mūdi creatione vis atq; potentia ſatis enituerat.

Deinde ſapientia Dei,cuius eſt attingere à fine in finem fortiter, & ad perfectionem,& pulchritudinem, omnia reducere per Incarnationem probatur: at hoc non fuiſſet, ſi opus incarnationis defuiſſet. Cùm ergò in natura,inter factibilia quoddam ſit corporeum, & quoddam incorporeum,hoc eſt,ſpirituale,noluit Deus in gradibus rerum deeſſe, & voluit vt inueniretur: & quia creabile erat quoddam medium compoſitum ex vtroque, condidit hominem.Et cùm eſſe poſſet vt corpus ſpiritus,& Deus vnirentur,hoc etiam fieri decuit.

Secundus locus à diuina ſapientia.

Nec ſat eſt quòd ordinetur creaura rationalis in Deum: quia non poteſt homo eum naturaliter adipiſci. Et loquimur de exiſtentia creaturarum, vt omnia inueniātur,& maximè illa pulcherrima,ſine qua reliquum eſt mutilum,& imperfectum.Hinc Auguſtinus libro quarto de libero arbitrio: *Quicquid*, inquit, *tibi vera ratione melius occurrerit, ſcias feciſſe Deum tanquam bonorum omnium conditorem. Non eſt autem ratio,ſed inuidiæ infirmitas,cùm aliquid melius faciendum eſſe cogitaueris,iam nihil aliud inferius velle fieri,tanquam ſi perſpecto cœlo nolles terram factam eſſe, iniquè omninò. Rectè enim reprehenderes, ſi prætermiſſo cœlo terram factam videres,quoniam diceres ita eam fieri debuiſſe,ſicut poſſes cogitare cœlum.* Hæc ille.

Ad illud obiectum: Deus licet incarnatus nō fuiſſet homo ordinari ad Deū poterat.

B. Aug. c. 5. prop. inst. to. 1. poſt med.

Quænā recta ratione cogitemus Deum feciſſe,teſte Auguſtino.

Ergò ſi cogitare poſſem hoc opus ſingulare, & cœlis omnibus excelſius fieri potuiſſe, & non factum eſſe, non reprehenderem conditorem, ſed mirum in modum deſiderarem, & piè lamentarer. Adhæc, bonitatis propriæ manifeſtatio mouit Deum ad creandum; ergò eadem moueret ad confirmandum opus quod creauerat: hoc autem non poſſet perfectè fieri niſi incarnaretur. Et ſi manifeſtatur bonitas, quòd peccatores velit aſſumere, quantò magis iuſtos, & bonos aſſumpſiſſet? Ita enim ad Romanos quinto arguit Apoſtolus: *Si enim cùm inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.* Ita nos argumentamur: Si cum inimici eſſemus, Deus per bonitatem ſuam dedit nobis Filium ſuum; quantò magis cum amici eſſemus,& ſine peccato, ad confirmationem, & gloriam noſtram illum dediſſet ante Adæ lapſum? Præterea, ſi natura, quoniam à Deo dirigitur, teſte Philoſopho, facit homo ex his, quæ condi poſſunt,melius quod eſſe poteſt: Deus qui eſt naturæ autor,quare non idem faciet ex his quæ condi poſſunt melius, & perfectius, pręſertim ſi nullum ſequitur inconueniēs, multa verò conuenientia, & exornantia ſequantur? an dicet aliquis non eſſe ſimpliciter melius Chriſtum eſſe, quam non eſſe?

II. ratio.

Rom. 5.

III. ratio.

Ariſt. lib. de communi animalium greſſu circa ſin. to. 2. circa med.

Item ex parte diuinæ bonitatis eum decet,quòd maximè eum cōpetit ſecundum

III locus à Dei bonitate.

propriam naturę cōditionem. Ita enim cōuenit homini intelligere: Magiſtratui, ius ſuum cuiq; tribuere: ſic diuinam naturam decet, quæ eſt ipſa bonitas, ſe communicare, ac diffundere. Et quia ſumma bonitas eſt, ſummè diffundit.

Quomodo accipiēdum: Vbi abundauit delictū, ſuperabundauit & gratia. *Rom. 9.*

Nec obſtat, quod vbi abundauit delictū ſuperabundauit & gratia; & illud: *O felix culpa, quæ tantum, ac talem meruit habere Redemptorem:* Nam fateor, poſito peccato opus fuiſſe remedio abundantiore, non quia hoc meruerit, ſed quia abſq; peccato non eſſet opus illo. Hinc Dominus dixit: *Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus.* Oſtendit ergò Chriſtus maiorem dilectionem in opere medelę, quo exguit peccatum: ſed nō ſequitur, quòd ſi peccatum non fuiſſet, gratia Dei exhibita non fuiſſet. Ergò in hoc felix culpa, & in hoc ſuperabūdauit gratia, quòd cum venire decreuiſſet frater, & dominus; venit medicus, ſeruus & redemptor.

Matth. 9. In quo felix culpa, quę talē ac tantum Redemptorē.

Quartus locus à diuina prouidentia.

Ex parte quoq; diuinæ prouidentiæ. Et primò reſpectu Patris: quia contra prouidentiam Patris eſſe videtur, ſi Pater, qui poteſt habere Filium naturalem, & in quo ſibi ſummè complaceret, & cuius deliciæ eſſent cum hoc Filio hominis; voluerit tamen propter ſe illum habere, vt tantum ſeruum peccantem reconciliaret, & adoptaret: prę ſertim quia peccator non poteſt magis per occaſionem inducere bonum, quam iuſtitia, quæ per ſe id præſtaret. Vnde rectè argumentatur Apoſtolus ad Romanos 11. Quòd ſi delictum aliorum (ſcilicet Iudæorum) diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium; quantò magis plenitudo eorum? & apud Eſaiam loquitur Pater: *Nunquid ego qui alios parere facio: ipſe non pariam? ſi ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* faciendo ſcilicet per vnionem hypoſtaticam, quòd homo ille ſit Filius Dei.

Rom. 11.

Eſa. vlt. Illud Eſaiæ: Nūquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariā, de qua intelligi poſſit paterna generatione.

¶ Quem locum etſi quidam de æterna Chriſti generatione explicent, alij verò de conuerſione Gentium ad Fidem Meſſiæ; tamen ſi præcedentia & ſequentia rectè inſpicias, aptiſſimè conueniunt generationi Chriſti ſecundum carnem, quæ peculiariter tribuitur Spiritui ſancto. Et ita interpretatur beatus Thomas lib. 4. contra Gentes.

D. Thom. c 46 tom. 9. Duplex Chriſti generatio atq; proceſſio à patre. *Pſal. 2.* *Act. 13.*

Et dicitur genitus, non tantum quòd à patre ęterno proceſſit, ſed quòd etiam incarnationis autor extiterit: quemadmodū etiam eius à morte reſurrectio dicitur generatio: *Ego, inquit, hodie genui te:* declarat autem Apoſtolus Act. 13. intelligēdum de reſurrectione. Hæc autem ratio, quòd Pater non ſit ſterilis, ita vrget ante peccatum, ſicut poſt illud.

Secunda ratio incarnationis Chriſti à Dei prouidentia. *1. Cor. 15.*

Secundò id exigit prouidentia ex parte Chriſti, nam Chriſtus Dominus ſecundus eſt Adam, & cœleſtis; alter verò primus, & terrenus: ergò eius etiam prædeſtinatio erit ſtabilior, & abſolutior; quòd non eſt, ſi à peccato Adæ dependet. Nam ſi non veniſſet, non exiſtente peccato, ſtabilior fuiſſet Adæ prædeſtinatio: potuiſſet enim, ſi voluiſſet, Adam non peccare, & ſic Chriſtus non habuiſſet vllam prædeſtinationem: vnde Chriſtus inueniretur potius prædeſtinatus ob gratiam noſtram, quam nos ob ipſius gratiam; quod eſt abſurdum ſentire. Tunc etiam Chriſtus non eſſet primogenitus in multis fratribus. Hoc autem non dicitur de æterna generatione, in qua Chriſtus fratres non habet: nec de generatione temporali ſecundum carnem: quia vt dicitur Hebr. 1. *Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* Ergò ſupereſt, vt de generatione in Dei prędeſtinatione, in qua illum principium, & fundamentum omniū poſuit electorum, de quo: *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, & primogenitus omnis creaturæ,* ille locus ſit accipiendus.

Filij Dei incarnatio ſi à ſolo Dei peccato pēderet, quid inde. *Rom. 8.*

Hebr. 1. Quo ſenſu dicatur ab Apoſtolo primogenitus in multis fratribus Chriſtus. *Coloſ. 1.*

Secundo loco colligenda ſunt argumenta ex parte Chriſti. Nam in primis, Deum hominem eſſe, naturaliter melius eſt, quam non eſſe; ergò ſi peccatum non eſſet, qui fuiſſet? Ita enim beatus Thomas probat Angelos exiſtere; quia melius eſt eſſe ens ſpirituale, quam non eſſe. Adhæc ſi hoc fuiſſet non exiſtente peccato, magis exaltaret, & laudaret Deum, quam omnes Angeli, & ſancti, & iuſti viri. Si ergò decens fuit, vt eſſent iuſti, vt eſſent qui Deo laudes canerent; quātò magis vt eſſet Chriſtus, in quo Pater ſibi complacuit, & velut artifex in perfectiſſimo opere quieuit? quemadmodum in creatione, formato homine, qui typus erat Chriſti, dicitur Deus quieuiſſe ab omni opere ſuo. Item Chriſtus perfectior eſt toto vniuerſo. & omnibus Angelis, ſiue hominibus ſimul; ergò ex natura ſua magis optabilis. Sicut ergò Deus voluit propter ſe res, & bonitate earum vſus eſt vt medio ad manifeſtandam gloriam, & bonitatem ſuam; quantò magis vſus fuiſſet hoc admirabili, & perfectiſſimo opere, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & bonitatis diuinæ. Præterea CHRISTVS perfectior eſt ſimpliciter quam Adam; ergò ſicut Adam non fuit creatus per occaſionem ex peccato alterius, nec etiam Chriſtus ſimpliciter eſſe debuit ex occaſione peccati Adam. Item ſi Chriſtus ſemoto peccato non fuiſſet, ſeque-

Alterū genus argumētorū ad probandā ſcilicet Verbi Dei futuram incarnationē excluſo peccato ex parte Chriſti. *D. Thom. 1. p. q. 50. art. 1. & alibi ſæpe.* II. ratio. *Matth. 3.* *Infrà 17.* *Gen. 2.*

III ratio.

Coloſſ. 2. IV. ratio.

V. ratio.

ſequeretur alterum horum, vel Chriſtum non debuiſſe amare ſuam exiſtentiam, vel debuiſſe amare peccatum. Quòd ſi ſuam exiſtentiam ſummè amat poſt Deum, debuit etiam velle ea omnia, quæ ſunt neceſſaria cauſa, vel occaſio ſuę exiſtentię: debuit igitur velle peccatum Adæ, ſine quo non fuiſſet: quòd ſi culpam non amat, nec amare poteſt, nollet omninò ſe eſſe. Adhæc Chriſtus nobis magis videretur adſtrictus, quàm nos illi: pluſque deberet nobis, quàm nos illi deberemus: nos enim cauſa extitimus peccandi; vnde & ille ſimpliciter conſecutus eſt exiſtentiam. Ille autem nobis cauſſa fuit vt benè eſſemus. Neque refert, quòd ipſe ſit cauſſa per ſe efficiens, nos autem tantùm occaſio: nam ſufficit, quòd in poteſtate Adæ erat exiſtentia Chriſti, ſiue vt in cauſſa, ſiue vt in occaſione. Denique ſi ſic data eſſet nobis gratia & gloria in Adam non peccante, & Chriſtus ſolùm ob peccatum remittendum venit, ſolùm deberemus ei remotionem obſtaculi, id eſt, peccati: gratiam verò, & gloriam non feciſſet, contra illud: *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et ad Hebræos dicitur, multos filios in gloriam adduxiſſe.

Sexta. — *Septima, & poſtrema.* — *Ioan. 1.* — *Hebr. 2.*

Tertio loco accedunt argumenta ex parte prædeſtinationis Chriſti. Nam vel Chriſtus eſt prædeſtinatus ad gloriam ante Adamum, vel poſt. Si ante Adæ peccatum; ponatur vt poſſibile quòd Adam non peccauit, ſicut potuiſſet, ſi voluiſſet; Adam tunc ſaluaretur, & nonniſi ratione Chriſti, in quo eſt prædeſtinatus? ergo Chriſtus fuiſſet, etiamſi Adam non peccaret. Dices ante prædeſtinatum fuiſſe Chriſtum, ſed ex præuiſione peccati. Sic enim reſpondet Caietanus. Sed hoc ſolidum non eſt. Nam ſi ex præuiſione peccati Chriſtus eſt prædeſtinatus, & peccatum non eſt niſi quia auertit à Deo, & tollit gratiam; ergo ante præuiſionem peccati fuit prouiſio gratiæ, quæ eſt ſeminarium gloriæ: ante peccatum ergo Adam ordinatus fuit ad gloriam; ergo Chriſtus, in quo prædeſtinatus eſt Adam, ante peccatũ prædeſtinatus eſt. Deinde ex natura ſua præuiſio boni præcedit præuiſionem mali: nam omne malum eſt peccatum, & non poteſt intelligi niſi ratione boni: ergo prius præuiſum eſt Adam in Chriſto ad gloriam ordinari, quàm peccatum Adæ. Tertiò, ſi ex præuiſione peccati Chriſtus eſſet, & Adam prædeſtinatus fuiſſet, ſequeretur gratiam eſſe datam antequàm daretur: quod implicat. Quod ita probatur, quia gratia datur ex præuiſione peccati, & eſt ſermo de prima gratia Adæ: ſed peccatum non eſt aliud quàm auerſio à Deo, & gratiæ priuatio; ergo antequàm præuideatur peccatum, præuidetur gratia quæ per peccatum tollitur: ergo antequàm gratia daretur, intelligeretur iam data. Adhæc malum culpæ ſimpliciter præcederet bonum gratiæ: nam ex prouiſione mali culpæ omne bonum gratiæ eius occaſione profectum eſt. Non enim fuiſſet prædeſtinatus Chriſtus, in quo, & per quem omnes gratiæ in nos promanarunt. Et ita probatum reliquimus, Chriſtum fuiſſe ad gloriam prædeſtinatum ante peccatum. Si verò poſt Adæ peccatum; ergo ipſe non eſt primogenitus omnis creaturæ: nam primogenitum reſpectu Dei habetur per prædeſtinationem; ergo Eccleſia, quæ ex Adamo fuiſſet ante peccatum, & quæ in Adamo erat, non habebat caput. ¶ Nec valet, dicere quòd voluntate antecedenti Adam ſit prædeſtinatus ante Chriſtum, non autem conſequenti: nam vt ſe habet Adam in voluntate conſequenti, & efficaci, ita ſe habere debuit in voluntate antecedenti, quæ efficax non eſt: ergo ſi in hac eſt poſterior, eſt quoque & in illa. Secundò, prædeſtinatio Chriſti eſt optabilior quàm ſit omniũ hominum, ac ſtabilior; ſed hæc ponitur facta ex ſe, ſine præuiſione peccati, cur non etiam & illa? Quòd autem facta ſit ante præuiſionem peccati, ſuprà fuit oſtenſum contra Caietanum. Tertio, in Chriſto prædeſtinati ſunt non modò homines, ſed etiam Angeli: quod oſtendunt illa verba ad Hebræos: *Decebat enim eum, per quem omnia, & propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, &c.* & illa ad Roman. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui:* præſciuit autem non modò homines, ſed & Angelos. Si igitur Chriſtus prædeſtinatus fuit ex præuiſione peccati hominis, (quod neceſſariò dicere habent aduerſarij) ſequeretur, Angelos ad gloriam non fuiſſe ex ſe ordinatos: imò etiamſi non peccarent, potuiſſent non aſſequi gloriam; nam contingens erat Adam non peccare: quo poſito, Chriſtus non incarnaretur. Angeli igitur etſi non cooperarentur Dei gratiæ, non conſequerentur vitam æternam, quia hanc conſecuturi erant ratione Chriſti. Qui enim Diuinæ prouidentiæ ordo fuiſſet, dicere Angelis non conſequendam vitam æternam, niſi creatura ignobilior peccauerit, ob cuius peccatum mittam Verbum meum incarnandum, à quo prędeſtinationem ad gloriam conſequetur? Quartò,

Tertium argumentorũ genus ex parte Adæ. — *In illud: Ante Adam prędeſtinatus eſt Chriſtus, ſed ex pręuiſione peccati.* — *II. ratio.* — *Tertia.* — *Quarta.* — *Ioan. 1.* — *Non eſſe primogenitum omnis creaturę Chriſtũ, ſi poſt peccatum prædeſtinatus fuiſſet.* — *Coloſſ. 1.* — *Refellitur hæc obiectio multipliciter: Voluntate antecedenti Adam prędeſtinatus fuit ante Chriſtũ, non autem conſequenti.* — *III. ratio.* — *Hebr. 2.* — *Rom. 8.* — *Angelos per ſe ad gloriam deſtinatos non fuiſſe, ſi ab Adæ peccato Chriſt' eſſet prædeſtinatus.* — *Quarta.*

quid magis rationi conſentaneum, cœleſtem Parẽtem Filium ſuum propter ſe prædeſtinare, quàm Adamũ proculdubiò ſeruum: præſertim cùm propter Chriſtum efficaciter prædeſtinari deberet. Demùm in vnoquoq; genere ſemper eſt aliquod principium cæterorum cauſſa, idem ergo erit in prædeſtinatione: quare hoc non ſolum habebit locum in prædeſtinatione antecedente, ſed etiam in conſequẽte. Non enim veriſimile eſt, Adam in prędeſtinatione antecedenti futurum cauſam aliorum prędeſtinatorum.

Quinta & vltima.

Quarto loco ex parte naturæ humanæ hæc conficimus argumẽta. Nam ſi, vt hinc incipiam, Adæ oſtẽſa fuit gloria, & magnificentia Chriſti, dictumque illi fuiſſet: Non poteſt eſſe hoc tam excellens myſterium, niſi tu pecces, peccatum tamen deinde remittetur, & ſaluus eris; proculdubiò anceps animi redderetur, ſi ſibi eſſet peccandum, & pro tanta gloria Deo reddenda facilè ad peccandum inclinaretur. Deinde Adamo reuelatum fuit myſterium Incarnationis ante peccatum. Nam cùm dixit, *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea:* hæc verba ſpiritu prophetico pronunciauit, vt Chriſtus Dominus declarauit Matth. 19. & Paulus Epheſ. 5. dixit: *Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, id eſt, de Chriſto, & hoc aſſerit Thomas tum cùm in 3. p. q. 1. art. 2. de hac re diſſerit, tum in 2. 2. qu. 2. art. 7. Aut ergo errauit Adam, quod non eſt concedendum, aut benè credidit, & ita nouit incarnationem. ¶ Nec valet quod quidam dicunt, reuelatum fuiſſe tunc myſterium, non tamen cauſſam eius, hoc eſt, peccatum: quoniam poſſibile erat, tunc Adam ſapientiſſimum putaſſe, quòd ſi Chriſtum Deus abſolutè voluit, ita etiam decretum fuiſſe, vt veniret etiam nullo exiſtente peccato: imò exiſtimaſſe: quòd propter ipſum impedimentum peccati potiùs non eſſet venturus, quàm venturus. ¶ Secundò non valet, ſignificaſſe eiuſmodi cõiunctionem Filij Dei ad Eccleſiam, non per vnionem hypoſtaticam, ſed per charitatem: quia etiam Pater, & Spiritus ſanctus habent eandem charitatem, & coniunctionem ad Eccleſiam, nec tamen illi dici conſueuerunt Sponſus Eccleſiæ, niſi filius Dei. Adhæc, abſurdum quoque videtur, quòd tũc ſub illa figura præſignauerit Chriſtum omninò venturum, qui tamen poterat nõ venire: quia poterat Adam non peccare, & ita falſum ſignificare potuiſſet. Vides igitur, quàm antiqua ſit hæc opinio, & cuius hominis, nempe ſapientiſſimi Adæ, qui per Spiritum locutus eſt. Sic enim magis honoratur natura humana, & magis commẽdatur benignitas Dei erga Filium, declaraturque quàm ſit grata noſtra natura Deo. Præterea, ſi non peccaſſet homo, maiori vinculo adſtrictus fuiſſet Deo gratias agere pro acceptis beneficijs, quàm ſi non fuiſſet incarnatus: imò ſimpliciter maius oſtenditur debitum hominis erga Deum, ſiue peccaſſet, ſiue non. Qui enim aſſerit hanc ſententiam, obligat hominem ad gratias agendum, & ante & poſt peccatum: at qui ſentit oppoſitum, obligat hominem Deo poſt peccatum tantùm. Et mirum eſt, B. Bonauenturam aſſeruiſſe, per ſuam oppoſitam ſententiam magis oſtẽdi Dei amorem erga homines, quàm per contrariam: quod videtur falſum. Nam per hanc ſententiam, quam tuemur, oſtendit amorem erga hominem, ſiue peccantem, ſiue non peccantem: per ſuam verò opinionem, tantũ peccantem. ¶ Neque profectò videtur æquitati conſentaneum, Deum fuiſſe magis liberalem ad hominem ſuæ legis trãſgreſſorem, quàm ad eundem iuſtum, & obedientem: alioqui deterioris conditionis fuiſſet innocentia, quàm pœnitentia, & præcepti obſeruantia, quàm culpa, & præuaricatio. Poſtremò ex hominibus, & Angelis debuit conflari vna Eccleſia militans, & in cœlo triumphans: homines ſiquidem debent ad ſedes Angelorum, qui ceciderunt, reſtaurari: at nõ videtur iuſtum, & æquum, homines Angelis æquari in illis ſedibus. Nam ſapientia Dei debet ſuperiori naturæ maiorem gratiam tribuere: vt docet Thomas de Angelis, qui quò nobiliores ſunt in natura, eò ampliorem conſecuti ſunt gratiam. Vt ergo hominis euectio ad ſedes Angelorum iuſtè fiat, debuit natura humana cum hypoſtaſi Verbi iungi, & vniri, vt ſic iuſtè poſſet ſupra naturam Angelicam eleuari ratione gratiæ, vel illi ſaltem æquari.

Quartum genus argumẽtorum ab humana natura.

Secunda ratio. Et vnde Adam myſterium Incarnationis cognouerit.

Geneſ. 2.

Matth 19.

Epheſ. 5.

D. Tho. to. 12. Tom. 11. pa 2.

Soluitur illud: Etſi cognouit Adã myſteriũ Incarnationis, nõ tamẽ cauſam eius, ſci licet futurum peccatum.

Et hæc ratio diluitur: Adæ cum Eua cõiugalis vnio, Dei cũ Eccleſia per charitatẽ, non autem per Incarnationem cõiunctionẽ ſignificauit.

III. ratio.

IV. ratio.

B. Bonauent. 3 ſent.

Dei maiorẽ erga hominẽ ex abſoluta, quàm conditionata, vt ſic dicam, in amorem declarari.

Quinta & vltima ratio.

Pſalm. 109.

B. Tho 1 par. qu. 62. art 6.

Quintò, producimus rationes ex parte peccati. Nam primò ſi comparemus malum culpæ cum iuſtitia, inueniemus, inobediẽtiam adduxiſſe Deum ad nos: cur ergo non præſtabit hoc ſumma obedientia? Vnde ſi iniquitas noſtra iuſtitiam DEI commendat, quantò magis noſtra iuſtitia ipſius ſummam bonitatem commendaſſet? Sic enim Richardus argumentatur: *Debet puniri peccatum, ne plus tribuatur iniuſtitiæ, quàm iuſtitiæ: eodem ergo modo debet incarnari Deus ſine peccato, ne plus tribuatur peccato, quàm gratiæ, & iuſtitiæ.* Et confirmatur, quia miſericordia Dei commota eſt, cùm maxima iniuria afficeretur ab homine; quantò magis commoueretur, cũ debito honore,

Quinta demõſtratio futuræ incarnationis Chriſti abſolutæ, ex parte peccati.

Rom. 3.

Richard de Incarnato Verbo, cap. 8. & ſeq.

Quo exẽplo intelligi poſſit, hominem antequã poſt peccatũ, magis beneficio incarnationis dignum extitiſſe.
Luc. 15.

&tu ltu ab homine coleretur? Exemplum eſt patrisfamilias, qui propter filium amiſſum recuperatum gauiſus fuit: de primogenito verò, qui domi manſit, dixit: *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Si omnia bona ſunt eius qui non peccauit, bonũ autem peccantis filij eſt incarnatio, quantò magis ergo incarnatio, quæ in omnib. bonis continetur, erit non peccantis, & iuſti?

Secũda ratio ab abſurdo.

Deinde, ſi peccatum occaſio fuiſſet incarnationis, & non aliquid aliud, planè cõſequeretur, malum plus diſplicere Deo ex natura ſua, ratione cuius diſplicentiæ afferatur remedium, quàm placeret bonũ noſtrum, cuius complacentiæ intuitu daret præmium, & aliquid quòd honoraret operantem: at hoc eſt cõtra rectam rationem.

III. ratio.

Tertiò, non propter peccatum venit Chriſtus, ſed propter gloriam Patris: at hęc gloria manifeſtari poſſet abſque vllo peccato.

Quarta item ab abſurdis.

Quartò, peccandi occaſio Adæ nõ fuiſſet data: ſi enim nouiſſet, quòd reuelatum ei fuiſſet, quòd tãtum bonum, id eſt, Chriſtus, non fuiſſet in vniuerſo, niſi ipſe peccaſſet, occaſionem habuiſſet dicendi, Volo peccare, ne aut Deus tanta gloria, aut natura mea tanto bono defraudetur. Vt omittam, quòd alij potuiſſent dicere, Deum tũc poſuiſſe Adæ offendiculum, vt peccaret. Alij etiam homines de peccato Adæ gaudere poſſent, ſiquidem congaudere debent de Chriſto, & de omni occaſione, quæ fuit, & eſt: quod aliud non fuit, quàm peccatum. Quinimò ipſi Chriſto, qui natura impeccabilis eſt, in tali occaſione data gratulari, & complacere ſibi poſſent, vtpote de re neceſſaria, vt ipſe exiſteret. Ex alia parte daretur occaſio dolendi, quod tantum bonum, quantum erat Chriſtus glorioſus, ſine paſſione fuiſſet per noſtrum peccatum impeditum.

V. ratio.

Quintò, idem colligitur ex præuiſione peccati. Nam peccatum præuideri non potuit ante prædeſtinationem Chriſti: ergo fuiſſet etiam ſine peccato. Et probatur, ex eo, quia peccatum eſt auerſio à Deo interueniente Chriſto, ergo prius fuit Chriſtus. Minor verò oſtenditur: quia monarchia eſt optima omnium gubernatio, & hæc ſeruata fuiſſet in ſtatu gratiæ; ergo per vnum caput ſemper gratia veniſſet.

VI. ratio.

Sextò, non eſt magis graue, ſi intenſionem attendas, peccatum originale, quàm peccatum actuale: at debebat dari hominibus, Adam non peccante, pro peccatis eorum actualibus; poterant enim poſteri Adę peccare actu, & lethaliter delinquere: debebat ergo illis proſpicere de mediatore. Et patet iſta illatio: quia non ſunt deterioris conditionis filij hominum iniuſtorum, quàm iuſtorum: ſed nos habemus Redemptorem non ſolùm pro originalibus, ſed etiam pro actualibus; ergo etiã illi habuiſſent.

Septima, & poſtrema.

Denique ſi ob remiſſionem peccati, quod minus eſt, egemus mediatore; quid ob gratiam innocentiæ, quod maius eſt? Et ſi modò gratia omnis etiã iniuſto datur per Chriſtum, iuxta illud: *Accepimus gratiam pro gratia*; ergo & tunc illam gratiam innocentiæ non niſi per mediatorem conſequeremur: & ſi gratia pœnitentiæ per mediatorem habetur: ergo illa innocẽtiæ, quò multò maior eſt ſine controuerſia. Et confirmatur, conſtat enim ex Bernardo, nouiſſe diabolũ Chriſti aduentum: *Putasne*, inquit, *Lucifer, ille, qui manè oriebatur, ſed præproperè eleuabatur, antequàm verteretur in tenebras, generi noſtro inuiderit & ipſe olei effuſionem, vt per ſeipſum iam tunc indignabundus muſſitaret, dicens intra ſe quodammodò: Vt quid perditio hæc? Hoc ego non aſſero dicere ſpiritum, ſed nec contradicere dico. Neſcio enim. Potuit enim contingere (ſi tamen incredibile non putetur) plenum ſapientia, & perfectum decore, homines præſcire potuiſſe futuros, etiam & perfecturos in parem gloriam. Sed ſi præſciuit, in Dei Verbo abſque dubio vidit, & molitus eſt habere ſubiectos, ſocios dedignatus. Infirmiores ſunt, inquit, inferioresq; natura: non decet eſſe conciues, nec æquales in gloria.* Hæc ille. Quòd ſi ille prænouit Chriſtum venturum, & cauſſam non ignorauit, ob peccatum, ſcilicet remittendum, & Deum placandum nobis, debebat vtique à primo homine tentando abſtinere, vt ablata tentatione, peccatum quoque tolleretur, & ita mundus incarnationis medicina non indigeret. Dixit enim: *Vidit, & in liuore ſuo inuidit, & molitus eſt habere ſubiectos, ſocios dedignatus.* Alioqui aſtutiſſimum, & à ſciendi facultate denominatum dæmonem: ſtolidum, & imperitum in tentando redderemus. Debebat ergo potiùs ſuis artibus, & machinis peccatum impedire, quominùs Dominus per incarnationem veniret.

Ioan. 1.
B. Bernard. ſerm 17. ſuper Cantica.
Matth. 26.

Sexta oſtenſio, ab Eccleſia, Deũ ſcilicet incarnandum, etiam non poſito peccato.

Sextò, ſiunt argumenta ex parte Eccleſiæ: ſiquidem omnes ſancti vno ore docẽt, Angelos, & homines vnam Eccleſiam facere: at vna Eccleſia non eſt niſi ratione vnius capitis: ergo vt ſit vna Eccleſia ex hominibus & Angelis, etiamſi Adam non peccaſſet, Verbum ſumpſiſſet carnem, alioquin homines caput non haberent.

Huic obiectioni reſpõdetur: Eccleſia in ſtatu innocentiæ pro capite Deum habuiſſe.

¶ Neque valet, ſi quis dicat, caput futurum ipſum Deum: quia caput eiuſdem eſſe ordinis debet cum membris: ſed Deus cùm ſit merè ſpiritualis, non poteſt eſſe

caput

Infirmatur & ratio eius Angelus caput Eccleſiæ fuiſſet.

caput Eccleſiæ, quæ non modò ex ſpiritu, ſed etiam ex corpore conſtat. ¶ Neque dicendum eſt, hoc caput futurum Deum Angelum: tùm quia nuſquam Angelos apprehendit: tùm quia vniuerſum in natura Angelica non fuiſſet eiuſdem ordinis cum homine corporeo: tùm quia etiam vniuerſum in natura Angelica non fuiſſet exaltatum, neque fuiſſent tot modi exiſtendi, neque illa vnitas, & perfectio: & homine non aſſumpto, omnes gradus poſſibiles non inuenirentur.

Hebr. 2.

Filio Dei nõ incarnato, quod bonum Eccleſiæ defuiſſet.

Quibus de cauſis fit, vt natura Angelica contenta ſit, vt potiùs exaltetur homo, quàm Angelus. Cumque ex Angelis, & hominibus fiat vnum corpus myſticum, & in omnia corporis mēbra gratia diuina promanet, & in beatitudinem confirmentur, & prædeſtinentur, hoc non eſſet, niſi Verbum aſſumeret carnem, etiam Adamo non peccante: ſiquidem Angeli erant per Chriſtum mediatorem in gloria confirmati. Nà quæro, an habere mediatorem, ſit dignitas vlla, vel non. Si eſt, cur negabimus illum Eccleſiæ ſanctæ, & à peccato liberæ? Si autem non eſt, quorſum ita celebrat Scriptura mediatorem Dei & hominum, tanquàm ſummam gloriam humanę naturæ? Adhęc Eccleſia non poteſt eſſe, nec vnquàm fuit ſine fide: hāc enim docet neceſſariam fuiſſe etiam in Adam ante peccatum: non potuit autem eſſe ſine Chriſto ratione peccati, quia nondum erat Chriſtus; erat ergo in Chriſtum abſolutè, quare etiam ſine peccato fuiſſet.

Eccleſiæ melius eſſe ſimpliciter habere mediatorem, quàm non habere.
1.Tim 2.
II. ratio.

Quòd Adam antequàm peccaret, fidei in Chriſtum cauſam nouerit, & quæ fuerit illa.
I. argum.

¶ Nec probandum eſt, quòd fuerit fides abſoluta in Meſſiam abſq; cognitione cauſæ: nam tunc intelligebat homo, propter aliquam cauſam fieri vnionem. Illa igitur vniuerſi fides, ne falſo fundamento niteretur, ſufficiens erat, vt efficeret Chriſtum carnem ſumere. Et corroboratur hęc ratio: nam illius fidei vel Adam habebat aliquam cõuenientiam, qua intellectus ipſius quieſceret, vel non habebat. Si habebat, quare nos non poterimus habere? An erat fortè tam hebes, vt non intelligeret id fieri à Deo, propter exaltationem naturæ humanæ?

II. argum.

Deinde erat impoſſibile vt non haberet: nam credere oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Debebat ergo Adam credere Chriſtum remuneratorem, & tunc Deus aſſumpſiſſet naturam humanam.

Hebr. 11.

Septimus locus à Scripturis, pro futura incarnatione, etiam Adam non peccante.

Septimò, idem colligimus ſatis probabiliter deduci ex Scripturis. Ait enim Apoſtolus: *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt* (id eſt, Chriſtū Filium Dei definitum abſolutè venturum) *quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram*: nō autem in medicinam, aut redemptionem, quia hoc fuit poſt multa ſecula, ſed primò & principaliter ob glorificationem noſtrā. Hinc autor lib. De anima, & ſpiritu cap. 9. *Propterea Deus homo factus eſt, vt totum hominem in ſe beatificaret, & tota conuerſio hominis eſſet ad ipſum, & tota dilectio hominis eſſet in ipſo, cum à ſenſu carnis videretur per carnem, & à ſenſu mentis videretur per diuinitatis cõtemplationem. Hoc autem erat totum bonum hominis: vt ſiue homo ingrederetur, ſiue egrederetur, paſcua in factore ſuo inueniret. Paſcua foris in carne Saluatoris, & paſcua intus in diuinitate Creatoris.* Hæc ille, alludens ad illud: Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.

1.Cor. 2.
Rom. 1.

Hugo de S. Victo ſecundum aliquos apud Aug tom 3. ſub finem.
Cur Deus homo.

Ioan. 10.
Quid illud: Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

Secūdum teſtimonium.
Ioan. 17.

Deinde Ioan. 17. ait Dominus: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum, verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Si ergo nunc gloria confertur, quæ animum beat, & corpus glorificat, cur nō etiam tunc contuliſſet, & beatificaret corpus, & animum? ¶ Ibidem dicitur: *Clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui priuſquàm mundus fieret, apud te.* Id eſt: Da gloriam corporis mihi prædeſtinatam, etiam non reſpecto peccato, quam ego ad tēpus abieci, vt hominem redimerem. Illo igitur iam redempto, eam peto quam habui apud te (id eſt in prædeſtinatione tua, nam re ipſa aliter non habuit) nec eſt ſermo hic de gloria eſſentiali animæ quam Chriſtus ſemper habebat. ¶ Ioan. item 12. *Niſi granum*, inquit, *frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet*: ergo eſto quòd Chriſtus paſſus non fuiſſet, adhuc clarificatus, ac per hoc incarnatus fuiſſet, nā ob peccatum tātùm paſſus eſt. Itē Prou. 8. habetur: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequàm quicquam faceret à principio.* Verba ſunt Sapientiæ loquentis de ſeipſa. Et primùm enarrat generationem æternam: In initio, inquit, viarum ſuarum, vel, vt Hebræa habent, principium vię ſuę, hoc eſt primum à Deo procedens. Viæ enim Domini ſunt generatio, & proceſſio, quæ ſunt actiones immanentes, & æternæ, & creatio, quæ eſt tranſiens in materiam, & in tempore. Vnde ſubdit: antequàm quicquam faceret à principio, & ab æterno ordinata ſum. Quod autem pręordinatur in finem aliquem, ab ęterno, & ante omnia alia eſt. Ordinatum eſt autē vt homo fieret, & eſſet omnium caput, & fundamentum, in quo etiam conſiſterent ſiue in ſuis naturis, ſiue in ſuis donis. Et vt præcipuæ ſuæ delicię forent cū Filio hominis: quia plus diligit illum hominem, quàm omnia alia. Denique vt eſſet primogenita

Tertium.

Quartum teſtimonium.

Ioan. 12.

V. locus.
Prouerb. 8.

Viæ Domini quæ ſint.

Cauſæ incarnationis Filij Dei.

ante

ante omnem creaturam. Neque veriſimile eſt tot verba profudiſſe Sapientiam diuinam ad ſignificandum, ſuam exiſtentiam præcedere alia omnia creata: quod ſatis eſt obuium intelligenti, ſi ſemel Chriſtum eſſe Filium Dei naturalem, & conſubſtantialem meminerimus; ſed magis, ad ſignificandam aſſumptionem humanæ naturæ, quæ facta eſt in Verbo, finem eſſe potiſſimum in prædeſtinatione Dei, ad quem ordinauit creationem Angelorum, & hominum, & totius vniuerſi. Ideo ait: Ante omnes colles ego parturiebar, id eſt, homines præclaros, aut Angelos, qui nomine montium, & collium in Scripturis ſæpè venire ſolent.

Idem colligitur ex illo alio loco Eccleſiaſtici 24. *Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Id eſt: Voluit me naturam humanam aſſumere. Ideo ſubiungit velut explicans, *Et in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.* Dicitur enim Verbũ Dei in natura humana miniſtraſſe Patri, & feciſſe redemptionem humani generis. Vnde ſubdit: *Et ſic in Sion firmata ſum.* ¶ Locus ille Eſai. vlt. *Nunquid ego qui alios parare facio, ipſe nõ pariam?* fuit ſuperiùs ad hoc myſterium accõmodatus. ¶ Ad hæc Gen. 1. legimus: *Creauit Deus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam:* & ſubdit: *ad imaginem Dei creauit illum*, id eſt, Chriſti filij Dei. Sic enim declarat hunc locum Hilar. lib. 3. de Trinit. Alioqui ſat erat dixiſſe, ad imaginem ſuã: niſi enim voluiſſet aliã perſonã ſignificari, non dixiſſet, Dei. Et Sap. 2. dicitur: *Deus creauit hominẽ inexterminabilẽ, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum:* hęc autem ſimilitudo Dei Chriſtus eſt, qui eſt imago Dei expreſſa, Coloſſ. 1. Vt ergo beatitudo noſtra eſt, vt ſimus ſimiles imaginis Filij Dei, id eſt, prima noſtra cõditio debebat eſſe ad imaginem Filij Dei: quia tamen peccauit homo, & imaginem Dei deſtruxit, & fędauit, ad imaginem noſtram Chriſtus factus eſt, carnem peccatricem, atque damnatum aſſumendo. Audi verba Irenæi lib. 5. c. 16. contra Valentinum, qui loquens de Dei Verbo: *Tunc autem*, inquit, *hoc Verbum oſtenſum eſt, quando homo Verbum Dei factum eſt, ſemetipſum homini, & hominẽ ſibimetipſi aſſimilans, vt per eam quæ eſt ad Filium ſimilitudinem, pretioſus homo fiat Patri. In præteritis enim temporibus, dicebatur quidem ſecundùm imaginem Dei factũ eſſe hominem, non autẽ oſtendebatur. Adhuc enim inuiſibile erat Verbum, cuius ſecundũ imaginem homo (factus) fuerat: propter hoc autem, & ſimilitudinem facilè amiſit. Quando autem caro Verbum Dei factum eſt, vtraque confirmauit: & imaginem enim oſtendit veram, ipſe hoc fiens, quod erat imago eius, & ſimilitudinem firmans reſtituit, conſimilem faciẽs hominem, inuiſibili Patri per viſibile Verbum.* Præterea Ioan. 3. *Nemo*, inquit, *aſcendit in cælum* (nimirum ſuo iure, & marte) *niſi qui deſcendit de cælo* (id eſt, qui à gloria ſibi debita, ac deſtinata, ſe demittendo propter redemptionis noſtræ, dicitur deſcẽdiſſe; nam alioqui ſecundùm diuinitatem nõ propriè deſcendit, quia ibi erat, vt ſubdit, *Filius hominis qui eſt in cælo:* neque ſecundùm humanitatem, ſecundùm quam in cęlo fuit nunquã. Dicitur ergo deſcendiſſe de cęlo, quia qui venturus erat glorioſus, & immortalis, ac planè cœleſtis, propter redemptionis opus venit humilis, & paſſibilis, vt canit Eccleſia: *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.* Propter nos quidem exaltandos, & propter noſtram ſalutem morte ſua operandam. Idem Apoſtolus ad Hebr. 2. loquens de Chriſto dixit; *Decebat enim eũ per quem omnia, & propter quẽ omnia*, &c. Non ergo ipſe propter nos, ſed nos propter ipſum ſumus, vt ſerui propter dominũ ſuũ, non dominus propter ſeruos. ¶ *Qui multos filios in gloriam adduxerat.* Id eſt, Angelos merito ſuæ incarnationis ab Angelis adoratæ glorificauerat, *Per Paſſionem conſummari.* Vt homines à peccato redemptos in gloriam introduceret. Rurſus ad Philip. 2. ait: *Semetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens:* hæc autem exinanitio Chriſti nõ fuit quaten' Deus, quia hoc modo exinaniri non potuit, ſed quatenus prædeſtinatus Filius Dei in virtute ſecundùm Spiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, virtutem illam immortalitatis, & decorẽ ab æterno prædeſtinatum ad tempus demiſit: & cùm eſſet in forma Dei ſecundùm definitionem Dei, formam ſerui accepit: quouſque in cruce immolatus ingreſſus eſt in gloriam ſuam ſibi debitam, iuxta illud; *Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Hos & ſimiles locos producunt, qui hanc partem tuentur: nec videntur facilè contemnendi, quia etſi Patres illos nõ attingant, poſſunt tamẽ Scripturarum teſtimonia nouas ſemper recipere expoſitiones, modò Patribus non repugnent, aut contradicant, & alicui probabili, & pię ſententiæ accommodentur. Regula etiam eſt, Scripturarum ſententias non vnum tantùm ſenſum literalem poſſe recipere, ſed plures, & præſertim regula ab Auguſtino tradita; Qui loci de Chriſto dicuntur, ſi commodè applicari poſſint humanitati, ac diuinitati, acceptandi ſunt ambo, & nullus eſt reſpuendus. Octauum caput ſit ex parte vniuerſi. Ordo ſiquidem vniuerſi

conſi-

Eccleſ. 24.
Illud, Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, &c. in primis quò tendat.
Prouerb. 8.
VI. locus.
Eccleſ. 24.
VII. locus.
Eſai. 66.
VIII. locus.
Geneſ. 1.
B. Hilar.
Imago & ſimilitudo Dei Chriſtus.
Sap. 2.
Coloſſ. 1.
In quo beatitudo noſtra ſita ſit.
Rom. 8.
1 Ioan. 3.
B. Irenæ.
Ioan. 1.

IX. locus.
Ioan. 3.
Chriſtus vt dixit, Filius hominis quẽ admodũ de cœlo deſcenderit.
X. locus.
Hebr. 2.
Hebr. 1.
Luc. 2.
XI. locus.
Philip. 2.
Rom. 1.
Luc. vlt.
Pſalm. 92.
Scripturæ ſenſus Patribus incogniti, qui tamen minimè reijciendi, nec aſpernandi.
Canon intelligentię Scripturarũ ab Auguſtino traditus.
B. Aug. lib. 2. de Trin. c. 2. & ſeq. tom. 3.
Octaua demonſtratio.

…uræ incar- …nis Chri- …abſolutæ, ab vniuerſo.

conſiſtit in hoc, quod ab vno principio trahit eſſe ſuum, & ad idem principium reuocari debet. Sed iſta perfecta reuocatio non fieret, niſi totum vninerſum Deo cõiungeretur præſtantiori modo quo coniungi poteſt: at hic eſt modus voionis hypoſtaticæ.

II. ratio.

Deinde voitas eſt maxima perfectio in vniuerſo, tum ratione propriæ vnitatis, quæ melior eſt, vt ita dicam, pluralitate: tum quia autor vniuerſi vous eſt, & quoad fieri poteſt, vnum producit, & vnum Filium, vnum Spiritum ſanctum, vnum mundum, quamuis creaturæ ab eo progredientes propter imperfectiooem ipſarum in multitudinem veniant.

Quàm amãs vnitatis De'.

Quoniam tamen eſt ſummè vnus, quantum fieri poteſt, redneit rerum multitudinem ad vnum: ſicut videmus, omnes creaturas vniuerſi reduxiſſe ad vnum hominem, in quo ſunt actu, aut virtute: adhue tamen remanebat dualitas, nimirum Deus, & homo. Vt ergo iſta dualitas propter perfectionem vniuerſi tolleretur, decentiſſimum fuit vt vna perſona diuina fieret ſimul De' & homo per voionem hypoſtaticam.

III. ratio.

Tertiò, vniuerſum non debuit eſſe perfectum antequàm eſſet, ſed poſtquàm factum eſt; ſed antequàm eſſet, erat in Deo, & ipſemet Deus erat; ergo poſtquàm factum eſt, & in proprio eſſe conſiſtit, debet eſſe Deus: at hoc decens non erat in omnibus partibus ſuis, vt ex ſe patet; ergo in ipſa parte vniuerſi, quæ epilogus eſt ipſius. Ita ergo homioi conueniebat Deum fieri.

Quarta ratio, & vnde dicitur vniuerſum.

Quartò, vniuerſum propriè dicitur, quia perfectum, & omnia comprehendit. Certè vniuerſum hoc perfectum ooo eſſet, ſi tam admirabile opus illi deeſſet, quod longè ſuperat omnes alias vniuerſi partes.

Vniuerſum ſine Deo homine quale videri poſſet.

Eſſet enim ac ſi quis imaginem hominis pulcherrimã depingere vellet, & tamen caput illi, in quo magis eminet pulchritudo, & decor, non apponeret, ſed corpus remaneret acephalum. Sicut enim diuinæ Sapientiæ non ſatis fuit ad perfectiooem vniuerſi, naturam Angelicam cõdere, niſi & corpoream crearet: & quia videbat adhuc has duas naturas in vnum iũgi poſſe; & hoc ſpectare ad pulchritudinem mundi, hominem creauit, fecitque tres entium gradus.

Geneſ. 1.

Cùm igitur pręter hos tres gradus ſit quartus, putà Deus & homo, qui perfectiſſimus eſt, & vincit omnes alios gradus, imò ipſum totum vniuerſum; qua ſolida ratiooe negabimus hoc Deum feciſſe?

Quinto ratio à varijs exiſtẽdi modis.

Quintò, in vniuerſo debent eſſe omnes modi exiſtendi poſſibiles, & qui ſpectant ad eius perfectionem, & integritatem: verbi gratia, eſt ſubſiſteotia, inhærentia, &c. nam ſubſtantia per ſuam ſubſiſtit ſubſiſtentiam, & accidens per inhærentiam exiſtit: eſſe tamen poterat ſubſtantia ſine ſubſiſtentia: & accidens ſioe inhærentia. Illud autem inuenitur in aſſumptione carnis, & hoc io myſterio Euchariſtiæ.

Qualis facto ſanctæ Trinitatis, qualis verò incarnationis ſit exiſtentia.

Adhæc natura vna inuenitur in tribus ſuppoſitis, vt in Trinitate; ergo debebat eſſe alia excellentia trium naturarum io vno ſuppoſito, quę inueoitur in incarnatione, quia vnitas naturæ in voa perſona, vt io voo homine, vel Angelo, & plures naturæ in pluribus perſoois, vt in duob' hominibus, vel Angelis, iam inueniebãtur; nõ debuit ergo abeſſe ab vniuerſo hic pulcherrimus combioationum quaternarius. Hac ratione vtitur Alexander de Hales & Bonauentura ad probandum, cõueniens eſſe poſt peccatum iocarnari Deum: quod profectò non minus, imò magis militat ante peccatũ.

Alexan. de Hales 3.p.q. 2.memb 13. Bonau. in 3. diſtin. 2. q. 1. De incarnatione quantũ ad dignitatẽ. Geneſ. 2.

Item complendus etiam erat alter productionis diuerſæ quaternarius. Nam homines omnes ex patre & matre producuntur; Adam ſine patre & matre; Eua fuit tanquàm ex patre ſine matre: deerat ergo vt aliquis eſſet ex matre ſioe patre, & hic fuit Chriſtus. Prætereà inuenitur filius ex ſolo patre; vt Verbum: Filius ex patre, & matre vt oos: debet eſſe aliquis filius ex matre ſine patre, vt Chriſtus.

Alijs quoque rationibus & argumentis hæc ſentẽtia futuræ incarnationis abſolutæ multis & magnis confirmatur.

Quibus rationibus oon concludimus neceſſariò hoc opus fieri debere, ita vt in ordine rerum naturalium nõ eſſet eſſe perfectum, ſi non fieret: ſed volumus oſteodere, quòd magis perficeretur vniuerſum in ſuo eſſe naturali, ſi fieret, quam ſi nõ fieret: etſi maior propoſitio nõ adſtringat Deum ad hoc, vel illud magis perficiendum. Magis quoq; pia eſt hæc ſeotentia, quia magis exaltat Deum, & hominem. Fides etiam magis roboratur: nam credere Deo loquẽti, & reuelanti, opus maximæ humilitatis eſt, & obedientiæ. Magis erigitur ſpes noſtra: nam qui nõ rogatus dedit Filium proprium, quid nõ dabit rogatus, Magis etiam accenditur erga Deum, qui non contentus eſſe largitor, ſeipſum etiam voluit nobis dare.

Rom. 8.

Magis etiam inſtituimur exemplo: nam ſi in patria debemus fieri conformes imaginis Filij Dei, quidni etiam io via? Et ſi illud eſt bonum, quidni ſit hoc etiam bonum? Inſtructiores quoque fuiſſent homines ad bonum ſequendum, & ad malum fugiendum, præſertim idololatræ: nam ad idololatriam facilè conantur dęmooes homines trahere. Per incarnationem etiam cognitiooem inuidiæ dæmonis, quam habuit aduerſus nos, faciliùs perueniremus. Maior quoque cognitio fuiſſet myſteriorum Dei, vt ſacræ Trinitatis: vt ex eo quod

Pater

Pater mittit Filium, intelligeremus Verbũ à Patre generari: ex eo verò, quod chariſmatibus vngit, vtrũq; ſpirare amorem diuinũ, & conſubſtantialẽ, nempè Spiritum ſanctũ & quæ tandem vita æterna eſſet, magis cognoſcerent, iuxta illud; *Vt cognoſcant te ſolũ, verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Ioan 17.

Nonus locus à communi voto & deſiderio omnis creaturæ rationalis totius vniuerſi.

Argumentamur etiam ex communibus hominum votis, & deſiderijs. Nã in primis ipſemet Chriſtus, vt homo eſt ſic ſubſiſtens in natura diuina, potius vellet eſſe quã non eſſe, etiam non exiſtente peccato: & proculdubio ſi ab eo id percontaremur, neſcio quid aliud poſſet reſpondere. Beatiſſima Virgo quoque peculiari affectu deſiderauit non priuari tanto priuilegio, & excellentia Matris Dei. Omnes quoq; electi voluiſſent habere tã excelſum duce, & glorioſum; tã ſpecioſum forma præ filijs hominũ, in cuius vultum deſiderãt Angeli proſpicere. Et quid eſſet cœlũ ſine Chriſto? id quod mundus ſine Sole. Si tollas de medio Solem, omnia cõcident. Tolle ab vniuerſo Chriſtũ, & euacuata eſt plenitudo gratiarũ. Adã, & Eua & reliqui homines magnopere expetiſſent Chriſtũ eſſe: quis enim nõ velit ex familia ſua aliquem in Regẽ, & Dominũ exaltari? Voluiſſent quoq; Angeli habere Chriſtũ tũ ob vniuerſi perfectionem, tum propter exaltationem propriã: nec enim æquũ erat ipſos ſolos exaltari, & non homines; neque iuſtum, vt quẽ minorauerat natura, imminueret etiã in gratia. Si autẽ Angelus fuiſſet aſſumptus, nulla via homo fuiſſet exaltatus at exaltato Chriſto, exaltatur natura Angelica, ſicut & natura corporea. Deniq; damnati etiã voluiſſent Chriſtũ habere, vt ſi ſaltem ipſi nõ ſunt exaltati, natura tamẽ ipſorum eſſet ſuper omnes alias exaltata. Tantùm dæmones fuerunt, qui liuidis oculis hunc honorem humanę naturę exhibitum ſemper conſpexerunt; & vt ait Bernardus, Diabolus vidit, & inuidit: vnde de cęlo deturbatus eſt cum ſuis ſatellitibus, & ſemper aduerſatus eſt, ac ſe oppoſuit tanto myſterio ne fieret: & vbi factum eſt, homines ab eius fide, ac profeſſione auocare conatur.

Pſalm. 44.

1. Petr. 1.

Deus ſi Angelum, non hominẽ aſſumpſiſſet quid inde.

Hebr. 2.

Quibus tantummodò ingratũ, & inuiſum extiterit myſterium incarnationis.

B. Berna. ſer. 17. in Cantica circa med.

Apoc. 12.

Eſai. 14.

Poſtremũ caput ſit ex dictis aduerſariorum, & ex ſolutionibus ſolidis, quæ omnes nodos argumentorum ſuorum diſſoluunt. Nã in primis Thomas in tertio ſentẽtiarũ, & in 3. parte, non alia ratione probat cõueniẽs fuiſſe Deũ incarnari, quam ex ratione boni, per quã Deus Pater ſe cõmunicat per generationem, & proceſſionẽ in duas alias perſonas, & in creaturas vniuerſi per eius creationem. Ad hæc ratio æquè viget ante peccatũ, ac poſt peccatum. Deinde Thom. 2.2. docet, hominem ante peccatum explicatam de incarnatione fidem habuiſſe pro humanæ gloriæ cõſummatione: at hęc cõſummatio futura erat non poſito peccato: veniſſet ergo ad nos etiam illo ſublato. Adde quod in 1. part. reprehendit eos, qui dicebant; Si non fuiſſet peccatũ, non fuiſſe in ſtatu innocentiæ generationem, aut filiorũ propagationem. Et reſpondet Thomas abſurdum eſſe, quia non eſt conueniẽs quod tantùm bonũ impediatur: & inconueniens vt per peccatum conſecutum ſit tale bonũ: alioqui videretur peccatum neceſſariũ propter illud bonum: ſed incomparabiliter maius bonum eſt incarnatio, quam filiorum propagatio.

X. oſtenſio ab aduerſariorum doctrina.

B. Thom. in 3 diſt 1. q. 2. to. 7. init.

Idem in 3 p q. 1. art. 1. to. 12.

Idem Tho. 2. 2. qu. 2. art. 7.

Homo ante peccatũ quã fidem habuerit incarnationis, ſecundum Thomã

Idem 1. par. q. 98 art. 1.

Idem, Vnde probet ante peccatum futuram etiam in ſtatu innocentiæ generationem.

Sed huic argumento occurrit Caietanus, dicens: Duplex bonum eſt, vnum ſimpliciter, vt charitas, aliud ex ſuppoſitione mali, vt pœnitentia. Generatio entem filiorum eſt bonum ſimpliciter, incarnatio autem tantùm ex ſuppoſitione. Vnde ratio Thomæ valet in hoc, non autem in incarnatione. Sed videtur reprehendendum in hac ſolutione dicti Caietani, quod aſſerat incarnationem eſſe bonum non ſimpliciter; cũ tamen illa ſit incomparabiliter, & infinitis partibus melior generatione filiorum. Deinde hoc aſſerere, nihil aliud videtur niſi petitio principij. Adhæc Bonauentura in tertio volens probare cõuenientiam incarnationis, probat illam ex perfecta vnione rerum cum Deo: vt fieret, inquit, perfectus circulus ex poſſibilibus modis exiſtendi ad infinitatem oſtedendam, ad pietatem, ad liberalitatem. Quæ rationes omnes maiorem vim habent non poſito Adæ peccato quam illi poſito.

Obiectio Caietani, leuiſſima.

Incarnationẽ nõ eſſe bonũ per accidens, contra Caiet.

B Bona. in 3. diſt 1. q 1.

Ratio B. Bonauenturæ pro conuenientia incarnationis.

Ad argumenta verò aduerſariorũ facilè reſponderi poteſt. Et primò ad Scripturas illas primo loco allatas, nam figuræ fuerũt de eo, quod debebat eſſe poſito peccato, & quid efficaciter conſecutum eſt: neque oportebat in eis conſcribi figuras rerum quę fieri non debebant, ſed earum quæ futuræ erant. Ad alias verò autoritates, quę teſtantur veniſſe propter peccatum, reſpondemus, nullibi dixiſſe, propter ſolum peccatum; cum alibi ipſe Chriſtus explicet alias cauſas aduentus ſui, vt ſunt glorificatio, doctrina, exemplum, & ſimilia. Qui enim dicit: Venit liberare à peccato, non excludit iſtas alias cauſas prædictas, & maximè inſtitutionem Sacramentorum ordinationẽ, & agnitionem Dei, & doctrinam diuinitus traditam, in quibus eſt diuinæ glorio, & honoris reſtitutio. Adhæc Scriptura non magnifacit has cauſas, propter quas venit: quia in animo erat ſacris ſcriptoribus Spiritu ſancto inſpirante, inculcare animis ho-

Aduerſariorum de figuris ac typis ſumpta tantum argumẽta quid valeant.

Quid de Scripturis Chriſtum ob peccatum veniſſe teſtãtibus ſentiendum.

Ioan. 16.

Infra 18.

Suprà 13.

De hac cauſa Domini aduentus eut paſſim Scripturę loquãtur.

minum quãta paſſus eſt filius Dei pro peccato noſtro abolendo, vt homo contenderet ſe à peccato liberare, & peccatum in futurum fugere. ¶ Ad autoritates autem Eccleſiæ, & Conciliorum dicendum, illas huic ſententiæ nihil detrahere. hoc enim aſſerunt, & illud non negant. Quòd ſi aliqui ſancti, & Concilia dicere vidẽtur, quod non veniſſet ob aliam cauſam: interpretandæ ſunt, quòd non veniſſet vt mendicus, & vt redẽptor paſſibilis, & vt ſaluator per crucem, & ſanguinem ſuum. Quòd ſi obſtinatè quiſquam velit, ſanctos ita cauſam facere peccatum, vt præter hanc cauſam nulla alia ſit aduentus Chriſti; facies illos falſum dicere & ſecum pugnare. Nam quomodo verum erit quòd Auguſtinus dixit: *Veniendi cauſa nulla alia fuit, quàm peccatores ſaluos facere*, cum Scripturæ aliam aſſignent; Ait enim Dominus, *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati*. Et alio loco: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Et rurſus, *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mũdum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Salus autem eſt per conſecutionem æternæ vitæ. Et ita quadrat homini non poſito peccato. Adæ, ſiue poſito, illa ſententia: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Aug. ſerm 8. de verbis Apoſt cap 7. & ſerm ſeq. c. 1. & alibi paſſim, tom. 10.

1. Tim. 1.
Ioan 18.
Supra 10.
Supra 3.
Quomodo ſaluetur mũdus per Chriſtum.
Ioan. 3.

Quòd verò ſymbolum Nicænum ait: *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis*: rectam interpretationem admittit, cùm ait, propter nos homines ſcilicet exaltandos in gloria ante peccatum: & propter noſtram ſalutem, poſt peccatum. Duas enim cauſas poſuiſſe videtur. Deſcenſus etiam de cœlo, vt ſuperiùs diximus, nihil aliud denotare videtur, niſi quod prius veniſſet Chriſtus ad nos glorioſos, & immortalis; & cauſa peccati noſtri venit paſſibilis, & mortalis, vt in carne ſua lueret noſtrorum peccatorum debita.

Illud: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutẽ deſcendit de cœlis; quomodo accipiendum.

Ibidem.

Argumenta verò propoſita facile diluũtur. Nam illud: Incarnatio eſt opus miſericordię: miſericordia eſt de malo peccati: ergo non veniſſet niſi poſito peccato. Reſpõdeo miſericordiam nõ ſolum eſſe poſt peccatum; ſed etiam ante: miſeratio enim non ſolum eſt de malo quòd eſt, ſed etiam de eo quod poteſt eſſe. Et quia poterãt eſſe etiam in ſtatu innocentiæ aliorum peccata, quæ diuina indigebãt miſericordia. Deinde miſeratio non ſolum eſt de malo, ſed de minori bono quod quis habet: & quia homo poſt peccatum minus bonum habuiſſet, quam Chriſtus promiſſus fuiſſet.

Ad illud: Incarnatio eſt opus miſericordiæ, miſeriæ ſcilicet peccati, reſpondetur.

Ad alterum, quòd non permittit Deus malum fieri, niſi vt eliceat bonum, & quidẽ maius: dicendum, bene concludere, ſed nõ eſſe neceſſe, vt eliciatur ex malo tantum bonum, cum aliter Deus poſſet malo peccati mederi, quã incarnatione. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd etſi Angeli ſint homine perfectiores, vellent tamen ſe eſſe apprehenſos propter bonũ quod impletur in ſolo homine, non autẽ in illa alia creatura. ¶ Ad quartum, quòd videtur indignum, Chriſtum eſſe à Deo volitum propter peccatum, cum ipſe ſit perfectior hominibus: quod idem etiam ſequeretur, ſi incarnatus fuiſſet propter gloriam hominis, aut perfectionem vniuerſi: nam & his quoq; incomparabiliter perfectior eſt Chriſtus. Dicendũ eſt, quòd Deus primò & principaliter voluit Filium ſuum incarnari, etiamſi Adam non peccaſſet: quia manifeſtatur in eo bonitas eius, & prouidẽtia, &c. ſecundariò autem propter cauſas tactas in argumento; vnde nihil concludit. ¶ Ad quintum: rationes noſtræ non demonſtrant, ſicut nec oppoſitæ ſententiæ argumenta: ſed ſatis eſt quòd oſtendãt magis eſſe conueniens diuinæ bonitati. ¶ Ad ſextum, nomen Ieſu eſt ex prædeſtinatione poſt peccatum, non autem abſolute poſitum ante peccatum. Adde quòd glorificare eſt ſaluare; ideò adhuc Ieſus poterat appellari. ¶ Ad ſeptimum: Etſi maxima cauſa incarnationis extiterit peccatum tamen vrgentiſſimæ ſunt illę, quas nos attulimus, etiam ſine peccato; quare nec neceſſum fuit hominem primũ peccare, ad hoc vt Filius Dei incarnaretur. Certè in hãc ſententiam multi ex Scholaſticis propendent, vt Alexander de Hales, Scotus, Gabriel Biel, Nicolaus de Cuſſa li. 3. de docta ignorantia, c. 3. & 4. Ambroſius Catharinus proprio tractatu, Clicthoueus lib. de duabus propoſitionibus Cerei Paſchalis, vbi explicat illam ſententiam: *O neceſſarium peccatum*, & illam alteram; *O felix culpa, quæ tantum ac talem meruit habere Redemptorem*. Atque de hac tota dubitatione ſatis ſit dictum.

In id: Deus peccatum fieri permiſit, vt maius bonũ incarnationis eliceret.

Diluitur etiã hæc ratio: Cũ Chriſtus ſit rebus omnibus perfectior, quomodo eſt propter peccatũ tã vtiliſſimũ, incarnatus.

Ad hæc quoque obiecta: huius ſententiæ rationes non ſunt oſtenſiuæ. Et nomen Ieſu à præuiſione peccati onũ accepit.
Matth. 1.
Soluitur & iſtud: Chriſtus propter peccatum maxime fuit incarnatus.

Hac ſententia quos habeat autores ac defenſores.

DISPVTATIO IIII.

In verba illa: *Quorum primus ego ſum Sed ideò miſericordiã cõſecutus ſum vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam æternam. Regi autem, &c.*

HÆc verba peculiarem habẽt difficultatem, quomodò Paulus ſe primum peccatorum vocet, cũ ſi tempus ſpectes,

Priores qui fuerint peccatores Paulo.

Geneſ. 3. Infra 4.

ctes, Adam, & Eua, & Cain, atque alij innumeri in Deum peccauerint: ſi verò magnitudinẽ ſceleris, alij Iudęi qui ex malitia peccauerunt in Chriſtum, & non ex ignorantia, deteriores fuerunt: præſertim cùm certum ſit, Paulum vixiſſe irreprehenſibilem, & ſine querela, vt ipſe ait ad Philip. 3. cum alij non ſine querela, & reprehenſione vixerint: Cain quoque, ac ſimiles, qui de diuina miſericordia deſperarunt, & reprobi fuerunt, grauius deliquiſſe videntur. Item vrgendum eſt, quomodo de præſenti ait: *Quorum primus ego ſum*, cum iam eſſet iuſtus, & vas electionis.

Philip. 3. — Geneſ. 4. — Act. 9.

Ad II. quæſt. propoſitam. Paulus vt fuerit peccatorũ primus.

Thom. lect. 4 in 1. c. prioris ad Tim. 1. 10. — Matth. 14.

Reſpondeo ante omnia, non ſe vocare primum peccatorũ, quod ante omnes tempore peccauerit, vel quia anima Adę peccatrix eſſet in Paulo, vt quidam hæretici docebāt, vt refert B. Thomas hoc loco: quia fabula eſt Pythagorica doctrina illa de transmigratione animarum, & quam Iudæi ſequebantur, maximè Herodes, qui dicebat de Ieſu: Ipſe eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis; & ideò virtutes operantur in eo. Primus ergo accipitur pro pręcipuo, & potiſſimo iuxta illud; *Primus Simon, qui dicitur Petrus*: &, *Primum quidem, quia credita ſunt illis* (ſcilicet Iudæis) *eloquia Dei*. Nec enim hoc primum beneficium fuit à Deo Iudæis exhibitum: & infrà: *Vt in me primo oſtẽderat omnem patientiam*. Et c. 2. huius epiſtolę: *Obſecro igitur primum omniũ fieri obſecrationes, orationes*, &c. & Dominus, *Qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus*. Auguſtin. ſerm. 9. de verbis Apoſtoli: *Quid eſt ergo, Quorum primus ego ſum? Quia omnibus peior ſum. Ergo peiorem voluit intelligi primum. Quomodo in artificibus, quicunque vult ædificare, quid dicit? Quis eſt hic primus ſtructor? Quis eſt primus faber? Aut ſi curari vult, quis eſt hic primus medicus? Non vtiq; interrogat quis prior ſit ætate, aut quis prior ſit profeſſione; ſed quis prior ſit arte. Quomodo illi in arte primi, ſic iſte in iniquitate primus.* Et ſermone 10. *Peccatores*, inquit, *ſaluos facere; quorum primus ego ſum. Ante Paulum non erant peccatores? Certe vel ipſe Adam ante omnes, & plena peccatoribus terra deleta diluuio, & deinceps quàm multi? Vnde verùm eſt: Ego primus ſum. Primum ſe dixit, non peccatorum ordine, ſed peccati magnitudine. Magnitudine peccati ſui, vnde ſe primum dixit peccatorum: quomodo dicuntur inter aduocatos, verbi gratia, primi primus eſt iſte, non quia plures annos habet, ex quo cauſas agit; ſed quia ex quo cœpit, cæteros ſuperauit. Dicat ergo Apoſtolus alio loco, vnde primus ſit peccatorum: Ego, inquit, ſum nouiſſimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Nemo acrior inter perſecutores: ergo nemo prior inter peccatores.* Hæc ille. Et certè maxima erat Pauli iniquitas, ſi rem ipſam ſpectes: ſiquidem erat infidelis circa primum articulum Fidei, qui erat de Meſſiæ aduentu: putabat hominem iuſtificari ſine gratia Saluatoris: errabat, & excuſationem non habebat de hac infidelitate propter innumera Chriſti miracula, & Apoſtolorum, & multitudinem credentium, etiam Sacerdotum, maximè quia eruditus erat in lege, & Prophetis, quibus ſi crediſſet, vtique & Chriſtum agnouiſſet, & in cũ credidiſſet, iuxta verbũ Domini: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit.* Adhæc obſtinatus eſſe videbatur in incredulitate, vt ſuperſtitioſe exiſtimaret per eam ſe placere Deo: ideò in eam abſque remorſu conſcientię totus ferebatur. Adde violentiam, & contumelias, quibus omnes profitentes Chriſti nomẽ perſequebatur, & exiſtimabat ſe poſſe illos extinguere, & aſſiſtebat eorum neci, vt adfuit lapidationi Stephani, & per omnium manus, quorũ veſtimenta cuſtodiebat, lapidauit. Quæ omnia euincunt, ſeriò ſe exiſtimaſſe primũ peccatorum. Alij verò intelligunt, vt B. Thomas Apoſtolum dici omniũ primum, non ſimpliciter, ſed inter cõuerſos Iudæos, & ſaluatos ex illis, qui olim Crucis Chriſti ſupplicium poſtularunt à Pilato. Quẽ ſenſum innuit Ambroſius his verbis: *Cũ ante Apoſtolũ multi vtiq; credidiſſent Iudæorum ex ijs qui Dominũ occiderunt; Apoſtolus tamen vt ſe humiliet, adhuc dolens de ſua incredulitate, primum ſe omnium peccantium vocat. Quoniam præ cæteris Sacramento ſe imbuit Saluatoris proprius ad cognoſcendam magnificentiam eius accedens, accuſat ſe magis, qui tantum boni tardè agnouit, nec vltro, ſed miſericordia eius, quem prius vt hominẽ mortuum æſtimabat.* Hæc ille.

Matth. 20. — B. Aug. cap. 6 tom. 10.

Exemplum Auguſtini de locutione Apoſtolica: Quorum primus ego ſum

Idem cap 3. — Geneſ. 3. — Infrà 7. & 0. — 1. Cor. 15.

Prima ratio, quamobrem Apoſtol⁹ Paulus fuerit peccatorum primus, & maximus. — Actor. 6. — Ioan. 5. — Secunda. — Tertia. Actor. 9. — Suprà 7.

Alter ſenſus huius loci: Quorum primus ego ſum ſcilicet, peccatorum. — D. Th. lect. 4 — B. Amb. 10 5.

Paulì Apoſtoli modeſtia.

Nõ ergo ſe comparat abſolutè cum omnibus peccatoribus, ſed cũ ijs qui miſericordiam erant conſecuti poſt peccatum perſecutionis Chriſti, & Eccleſiæ; & de ijs qui in Spiritum ſanctum malitioſè peccauerant, nullus fuerat conuerſus: quia huiuſmodi peccatum non dimittitur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, niſi ægrè, ac vix. Ideò in Cruce Dominus dixit: *Pater, dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt*, excludens eos qui ſciebant, & qui in agnitam virtutem peccabant, vt Auguſtinus notauit. Vt proinde non ſepuatur, quòd inter perſecutores conuerſos aliquis maior ſit Paulo. B. Thomas 2. 2. de modeſtia diſſerens: *Quilibet homo*, inquit, *ſecũdùm id quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubijcere, quantum ad id quod eſt Dei in ipſo.* Multò magis boni aliquid in proximo, quod ipſe vel non habeat, vel aliquid in ſe mali, quod alius nõ habeat, reco-

Matth. 12. — Luc 23. — Aug. lib. quæ. Vete & Noui teſt q. 67 t. 4. — B. Thom. 2. 2 q. 161 artic. 3. tom. 11. par. 2. — Prouer. 30.

gnoſcens. Et ſicut omnium mortalium ſapientiſſimus non minus verè, quàm humiliter dixit: *Stultiſſimus ſum virorum:* ſic humilitat ſe Paulus, cum ſe omnium Sanctorum minimum, & peccatorum primum vocat. Vnde Philip. 2. dicitur: *In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.* In quæ verba ſalubriter Auguſtinus ſcripſit: *Non ait, exiſtimate fingentes, ſed verè exiſtimantes, quia in quouis alio quid occultum eſſe poteſt, quo ſuperior nobis ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.* Hinc Tertul. lib. de Baptiſmo in fine, ſe peccatorem vocat. Et Ambroſ. altera ad Miſſam præparatione ita precatur: *Te deprecor humilitatis magiſter, vt hanc cordi meo inſeras, & inſertam cuſtodias, quæ dum cunctis inferiorem ſe attendit, ſubiectionem protinus gignit, iactantiam extinguit.*

Epheſ. 3.
Philip 2.
B. Aug in lib. 83. q. q. 71 à med. tom. 4.
Tertul par. 2 poſt medium.
B. Ambr. ſub init. tom 4.

Nec obſtat, quòd ſe vocet in lege irreprehenſibilẽ, & ſine querela: quia illam iuſtitiã legalem reputabat ſtercora præ illa Chriſti eo quòd eſſet ſuperba, & Phariſaica, vt ibidem dixit. Tamen ſi Pauli conuerſionem mirabilem, ac diuinam conſidéremus, per lucis circumfulgorationem, & vocẽ Chriſti de cœlo, & Apoſtolatus dignitatem, ad quam eſt aſſumptus, de qua dixit Ananiæ, *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael;* facilè agnoſcamus illum meritò maximũ ſe vocare inter peccatores; & ideò nullum tantùm exemplar peccatorum ad Chriſtum conuerſorum fuit atque Paulus, quia plurimum diſtabat à tali conuerſione, cùm actu Chriſtum, & eius Eccleſiam perſequeretur.

Primus peccatorum quomodo Paulus qui tamen ſine querela fuit in lege conuerſatus? *Philip. 3.*
Actor. 9.

Cæterùm illud vltimo loco dubitatum, magnoperè admirandum eſt, quia de præſenti dixit: *Quorum primus ego ſum*, non, fui, vel eram: nõ tam ea tempora conſiderans, cum ſub lege eſſet, & Eccleſiam Dei perſequeretur, ſed pro eo tempore, quo iuſtus erat, & Apoſtolus, & Doctor Gentium in fide; & veritate. Quidam putant dictum, ſum pro, eram, vel fui, vt Matthæus etiam iam Apoſtolus vocatur à ſeipſo Publicanus & Simon leproſus, qui olim fuit. ¶ Hunc nodum quidam ita diſſoluunt: vt ob id primum, & maximum omniũ ſe appellet peccatorem, quia negligenter gratia Dei vteretur, ita vt in alio poſita maiorem fructum edidiſſet. Hoc quidem de nobis verè dici poteſt, qui negligentius Dei talenta tractamus; & gratiã Dei vitio noſtro in vacuum recipimus; non eam colentes, & augẽtes vt deberemus. Verùm hoc in Paulo locum habere non poteſt: quia hic Apoſtolus teſte Eccleſia, vniuerſum mundum prædicatione ſua docuit, & ab Ieruſalem vſque ad

Quam verè Paulus ſe eſſe non fuiſſe, dicat omnium peccatorum primum.
1. Tim 2.
Matth. 10.
Contra hanc ſolutionẽ: Ex conſideratione negligẽtis miniſterij ſui ſe primũ peccatorum Paulus appellauit.

Illyricum, vt ipſe ait, repleuit Euangelium Chriſti: imò etiam Italiam, & Romam, & deniquè vltimas Occidentis regiones, vt Galliam, & Hiſpaniam, Euangelio illuſtrauit. Et ipſe de ſe teſtatur: *Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit.* Et oſtendens quomodo non fuerit gratia Dei in eo vacua, ſubdit: *Abundantius illis omnibus laboraui: non ego autẽ* (ſolum ſcilicet) *ſed gratia Dei mecũ.* Quis ergo gratiæ colendæ defectus, aut quæ negligentia in multiplicando talento, tali ac tanto Apoſtolo, & qui ſe cæteris imitandum proponit, impingi poteſt?

Rom. 15.
Quam præclarè de ſe, & honorificè ſentiret Apoſtolus.
1. Cor. 15.
Supra 11.

Dicendũ ergo, quòd non ſe vocat peccatorum maximũ, quod magna peccata tunc admitteret, quia præterita peccata enarrat, cum ait: *Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus;* ſed quia conſiderabat qualis tunc etiam eſſet ſuaptè natura, ſi abeſſet gratia Dei: & pro cõmiſſo peccato habebat, quid ex gratia tũc nõ faciebat; quod eſt Sãctorum proprium. Audi quid de hac re ſenſerit magnus Auguſt. in lib. Confeſſ. ſuarum: *Domine gratiæ tuæ deputo & quæcunque non feci mala.* Et infrà: *Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ te duce nõ feci.* Planè diſſimilis Paulus in hoc eſt illi Phariſæo, qui cunctis ſe præferebat, & ab aliorum flagitijs concludebat ſe iuſtũ eſſe, & hunc penè omnes homines imitantur, ita vt ſi quis non imitetur, iam homo non ſit, id eſt filius Adæ, ſed filius Dei, qui veteri homine exuto, ineptis folijs verẽda ſua fruſtra conatur primorum inſtar parentum obtegere. Rariſſimos enim licet inueniri, qui, ſi quid virtutis habent, illam comparatione deteriorem non habeant. Nã ita quidam dixit:

Tertia ſolutio veritati, pietatiq; congruentior.
B. Aug. lib 2. Conf. c. 7. 1. 2.
Paulus Apoſtol' cui qui diſſimilis Phariſæo.
Luc. 18.
Geneſ. 3.
Quam rara virtus humilitas.

> *Nam vitijs nemo ſine naſcitur. Optimus ille eſt:*
> *Qui minimis vrgetur.*

Horat lib. 1. ſer ſatyr 3. circa med.

Vera autẽ virtus à ſeipſa vna pendet: & peccata ſua palam prodere, hoc eſt humillimæ & modeſtiſſimæ, hoc eſt, Paulinæ mentis. Hæc aliquo exemplo illuminentur, Socrates à phyſionomo quodã iudicatus eſt fur, & incontinens. Et cum adſtantes mirarentur, dixit Socrates; Non eſt mentitus: ſum equidem natura talis, ſed contineo. Apoſtolus etiam, cum verſatur in materia gratiæ & legis, ſpiritus & literæ, fidei & operũ, legem & literam & opera, diſtinguit à gratia, & ſpiritu, & fide. Nam per prima ſignificatur natura hominis deſtituta donis Dei: ſecundis verò denotatur natura illis adiuta. Et cùm diſputat de gratia, intelligit hominem in viribus ſuis ſeiunctis à gratia: *Ignorans,* inquit, *iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere; iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti:*

Veræ humilis mentis indicium.
Socratis magoi illius, à quodã furis, & incontinentis iudicati, reſponſum.
Rom. 10.

& ad

Philip. 3.

1. Cor. 15.

&ad Pbilippen. *Vt & inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt,ſed illam,quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.* Alibi rurſus, *Non ſum*, inquit, *dignus vocari Apoſtolus*; cum tamen ſe ex gratia Dei accepta metiretur, ſæpè ſeipſum nominaret Apoſtolum, quia ſubdit: *Gratia autem Dei ſum id quod ſum.* Ex in hoc eodem ſpiritu Matthæus vocauit ſe Publicanum, conſiderans quòd olim erat ante Chriſtum,& quòd ipſe in Chriſto exiſtens ex ſe fuiſſet,niſi Dominus eum ad gratiam & Apoſtolatum euexiſſet.

Ibidem 10. Matth. 10.

Pauli exẽplo qui ſe omniũ peccatorum primos arbitrentur.

Erat igitur Paulus verò iudicio mentis ſuæ peccatorũ præcipuus: ſicut & princeps eorum latronum, quorum crimina pro tribunali conuicta ſunt. Rectè dicit ſe eſſe peſſimum inter omnes ſubditos ſuos, qui aliorum peccata præſumit non eſſe tanta, cum eum lateant. Itaquiſq; ſe debet omniũ peccatorum maximum reputare, quia ſua peccata præ oculis habere debet: alios autem,quorum peccata ſe latent,meliores debet præſumere. Non enim fallit nos,vt inquit Auguſtinus,aut adulatione potius,vti Apoſtolus iubet,cum dicit: *Nihil per contentionem,neque per inanem gloriam,ſed in humilitate mentis alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi.* Noc boc ita debemus exiſtimare, vt nõ exiſtimem',ſed nos exiſtimare fingamus: ſed verè exiſtimemus aliquid occultũ eſſe poſſe in alio, quo nobis ſuperior ſit,etiamſi bonũ noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe,non ſit occultum. Idem docet omnes Patres, vt ſcilicet quiſq; alterum ſeipſo iudicet meliorem: & ſua peccata debet grauiora exiſtimare quàm alterius; ſua etiã ante oculos habere,& ponderare, at aliena extenuare,vel non attendere.

B Aug. lib. 83 q q. 71. parũ a med. tom. 4

Philip. 2.

In humilitate, quomodo vt Auguſtin' dixit, Alios nobis ſuperiores arbitremur.

Veræ humilitatis fallax nota quorũdam, & impia Baptiſta de Crema.

An autem ad veram humilitatis virtutẽ ſpectet, vt quiſque iuſtus, ac ſanctus exiſtimet ſe eſſe priorem cunctis hominibus, meritò conſiderãdum eſt: ſicut enim quidam ex ſanctis qui hoc aſſerunt. Et recens quidam noſtri ſeculi ſcriptor aſſeruit, neminẽ poſſe ſuperbiæ vitium penitus à ſe eradicare,niſi credat ſe nõ ſolùm ſuper omnes homines grauiorem peccatorem, ſed etiam ſe cauſam eſſe veram (& non occaſionem) omnium delictorum, & ſcelerum quæ commiſſa ſunt à primo homine, & omnibus hominibus,& etiam à dęmonibus:nec eorum tantùm quæ commiſſa ſunt,verum etiã eorum omnium quę cõmittentur ad diẽ vſq; iudicij. Et quia nemo poteſt hanc exiſtimationem habere de ſeipſo,niſi reuelationem ſpecialem habeat; oportet vt homo tãtùm proficiat,vt eam mereatur habere.

Verã in mendacio humilitatis virtutem nõ poſſe conſiſtere.

Ad quæ verba planè inſolentia reſpõdemus cum Auguſtino,humilitatẽ in falſitate & mẽdacio ponendã nõ eſſe. Quòd ſi quis adſtringatur credere ſe cęteris eſſe deteriorem, in pluribus continget opinari mendacium. Impoſſibile enim eſt de omnib. opinari, quod ſit cæteris hominibus deterior. Si enim vnus eſt peior cæteris, impoſſibile eſt reliquos omnes peiores eſſe illo peccatores. Nec huic opinioni patrocinãtur verba Apoſtoli, *Quorum primus ego ſum*: nã hoc dixit cogitando tempus, quo Eccleſiã perſequebatur,nõ id tempus quo loquebatur. Vnde apertè mentionem fecit peccatorum præteritorum: *Qui prius*, inquit, *blaſphemus fui,& perſecutor,& contumelioſus.* Et ait ſe miſericordiam conſecutum ob ignorantiam incredulitatis, qua præceps ferebatur in illa flagitia, putans ſe obſequium præſtare Deo: in quibus etiã tunc ſepultus iacuiſſet, niſi præuentus Dei miſericordia fuiſſet. Et ideò non abſolutè ſe primũ dicit inter peccatores, ſed inter peccatores qui erant miſericordiam conſecuti.

Nequaquã Apoſtolum hanc tradere humilitatis notam.

Quid de ijs ſentiendum, qui ex humilitate omniũ ſe peccatorũ maximos & agnouerunt, & prædicarunt.

Quòd ſi producantur exempla Sanctorum,B.Franciſci, & Catherinæ Senẽſis,qui ſe cæteris hominibus grauiores peccatores prædicabãt; percontaret exempla iſta producentem, an illi ſancti tales ſe prædicando verum dixerint, an falſum? Si verum non erat, nonne aſſerere mendacium, eſt peccatum? nonne abſurdum eſt ſanctos docuiſſe nos mentiri? Si autem verè illi loquebantur, & verè cæteris hominibus erant iniquiores, quomodo illi ſancti eſſe potuiſſent, & innocentes, & ſine peccato? Ideò recurrendum eſt ad doctrinam ſuperiùs traditam, qua ſancti ſeipſos ex natura ſua, & viribus proprijs metiebãtur: hinc ſe peccatores verè dicebant,& ſe cæteris magis peccaſſe exiſtimabant. Illud verò intolerabile eſt,quod quiſq; debeat exiſtimare ſe veram cauſam omnium peccatorum præteritorũ, etiam à dæmonibus admiſſorum exiſtere, cum ignota ſit & Scripturæ,& Patribus hęc doctrina: & cum vix dæmon tentans, & ad peccatum ſolicitans, ſit cauſa peccati ab homine admiſſi, cum tãtùm poſſit ſuggerere, & ſuadere ad vitium,non cogere, ob liberũ arbitriũ, quo ſolo peccare poſſumus. Quare cum homo quidam obmurmuraret, & querulam vocẽ emitteret inter alios, quòd à dęmone tractus eſſet ad peccatum: fertur ingentẽ alapam accepiſſe à dęmone dicente ei, Mentiris: tu enim es cauſſa tui ipſius peccati,non autem ego. Et hæc ſint ſatis de hoc loco.

Nõ omnium cacodæmonem peccatorum cauſſam exiſtere.

Exemplũ huius rei.

Adijcit ſecundò Paulus aliam cauſam, quæ finis rationẽ habet, ſcilicet conſequendæ miſericordiæ, dicẽdo: *Vt in me primo oſtẽderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad infor-*

mationem corum qui credituri ſunt illi in vitam æternam. Nomen eſt, Primo, non aduerbiū. Sed, in me primo, id eſt præcipuo, & maximo peccatore oſtendat Chriſtus omnem patientiam, id eſt integram, & perfectam longanimitatem.

Ad XII. dub.

¶ Et loco informationis Græcè habetur, ὑποτύπωσεις, quæ eſt eum res ad viuum expreſſa oculis ſubijcitur. Siquidem ratio, quā attulit de ignorantia incredulitatis, & zelo non ſecundum ſcientiā, Deum mouit ad lenitatē, & miſericordiā: hæc autem eſt quaſi finis mouens, & plures poſſunt conducere fines ad eundem effectū: vnus tamē ſummus, & vltimus eſt ipſe Deus, & gloria eius, qui omnia in omnibus propter ſemetipſum operatur.

Prouer. 16.

In Paulo De᷒ oſtenderit cur omnem patientiam.

Et rectè dixit, *Omnem patientiam:* nam omnem peccatorum illud maximum, quod in Deum directè tendit. Bene ait Scriptura de Sacerdote: *Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?*

1. Reg. 2.

Rectè etiam ait, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam ęternam.

Quemadmodum cū Paulo ad Fidem conuerſo ad conuerſionē aliorū Deus, egerit.

Nam vt auceps in vna auicula comprehenſa, & in cauea propoſita omnes alias cantando excitat, vt ad ſe veniant, vt & ipſę quoque capiantur; ita bonus auceps Deus ad Iudęos peculiariter ad fidem trahendos, vſus eſt auicula capta, hoc eſt Paulo, qua prædicante, & alios excitante, admirarētur de tanta Dei longanimitate, & patientia, & nemo etiam ex maximis peccatoribus, deſperaret de Dei miſericordia, quam cōmuniter in omnes effundit volentes acceptare: etſi non ita copiosè vt Paulo, qui rarum eſt exemplum eorum, qui grandia dona diuinæ liberalitatis, quæ per paucorum ſunt, accepit. Videturque perinde loqui peccatori Paulus, Vade ad illum medicum: ſanauit etenim me: quòd pateris, patiētem ipſe ſanauit: clama deſperatis, Chriſtus venit peccatores ſanare.

Maledictus qui peccans.

Solùm cauendum eſt, ne prætextu miſericordiæ quiſquam peccet: quia Maledictus omnis qui peccat in ſpe diuinæ indulgentiæ. Non ſolùm ergo Paulus conſtitutus fuit à Chriſto, vt verbo; & ſcripto myſterium gratiæ longè, ac latè propagaret, ſed etiam vt opere Dei miſericordiæ in ſe oſtēſo teſtis eſſet maximę gratię Chriſti.

Dies conuerſionis Pauli, quare ſacta, & ſolēnis in Eccleſia.

Vnde Eccleſia præ omnibus ſanctis eius conuerſionem celebrat. Pro quo beneficio accepto prorumpit more ſuo in gratiarum actionem dum ait: *Regi ſeculorum immortali, inuiſibili,* &c. ſcilicet ſit pro tanto dono.

XIII. quæſt. ſolutio.

Et vt ad propoſitum dubium reſpōdeamus, dicendum eſt, Deum dici Regem ſeculorum, quia ipſe condidit ſecula, & pro ſua voluntate diſtribuit quibuſque rebus, & quibuſcunq; negotijs illa accommodat. Ex Rex dicitur omnium ſeculorum, quia in omnibus ſeculis, ſiue æui ſint, ſiue tēporis, ſemper regnauit, & in futurum regnaturus eſt.

Deus cur Rex dicitur omniū ſeculorum.

Et hoc ad differentiam eorum Regum, qui vix centum annorū ſpatio regnare potuerunt, quia mortales, & corruptibiles, ac proinde viſibiles extiterūt. At hic eſt Rex omnium ſeculorum, & inuiſibilis, & immortalis: nam quæ videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna ſunt.

2. Cor. 4.

Secula quomodo noſtra

Et vt fides eſt quidem Dei dantis; noſtra autem, quatenus in vtilitatem propriam accepimus: ita ſecula Dei ſunt vt conditoris, & conſeruatoris, noſtra verò, quia illa ſortimur ad vitam hanc temporalem, & ſpiritualem agendam. Dionyſius Areopag. lib. De diuinis nomin. cap. 5. multa egregiè philoſophatur de hac re, & de hoc Apoſtoli loco: quem ſi volet prudens lector, conſulere poterit.

Deus cur ſolus etiam immortalis.

Immortalitas verò Deo tribuitur, quia ſolus per ſe habet illam, quam nulla creatura, etiam Angelica verè habet, quia ſolus neq; ex principijs intrinſecis deficere poteſt, vt poſſunt deficere elementa, mixta, & cęlum ipſum: quia cum ſint compoſita ex contrarijs, diſſoluuntur. Neque rurſus ex principijs extrinſecis Deus ſolui poteſt; quomodo Angeli, & animi immortales non ſunt, quia poſſunt Dei voluntate diſſolui, & in nihilum redigi.

De Angelis quid ſenſerit diuinus Plato.

Vnde Plato in Timæo ſermonem habens ad Angelos, vt illius ſtudioſi interpretantur: *Vos quidem,* inquit, *opera mea natura diſſolubilia,* &c. quia Angeli ex ſe non ſunt quod ſunt, ſed participatione, & munera Dei, & ex ſe in nihilū redigerentur, Deus illos manu teneret, etiamſi non eſſet diſſolutio in materia.

Angelorum qualis vita Dionyſio. Ca. 6. in prin.

Dionyſius verò lib. De diuinis nominibus de vita Angelorum ſcribit: καὶ ἀθάνατος λέγονται, καὶ οὐκ ἀθάνατοι πάντες. Et reddit rationem. Quoniam non habent ex ſeipſis quod immortales ſint, & ſempiternè viuāt. Nec ſolum immortales, ſed etiam incommutabiles, quod Angeli, & animæ non ſint.

Euſeb. tom.1.

Idem tractat Euſebius in Præparatione Euangelica lib. 11. cap. 7. ex Plutarchi opuſculo: in quo ſenſu εἰ verbi Græci, quod in Delphici templi Propyleis ſcriptum erat, quodque aut ſis, aut es Latinè ſignificare poteſt, conuenieter exponit.

Heracliti de Humanæ vitæ, vt ſic dicā mutabilitate & veritate ſententia.

Et contra ex Heraclyto omni nos momento mutari, moueri, mori ridiculos; ergo nos mortales homines eſſe, qui toties mortui ſumus, & ſæpius moriemur & nullus idem eſt, ac permanet, ſed à ſemine Embryo, deinde infās, puer, adoleſcens, vir, ſenex, decrepitus, corruptiſque ætatibus ad nouas veniet, is tandem moritur. Corrumpitur enim iuuenis in virum, virum, vir in ſenem, puer in iuuenem,

nem, infans in puerum: & qui heri fuit, in eum, qui eſt hodiè: quique hodiè eſt, in craſtinum: manet autem nullus idem. Nullus enim eſt idem; ſed in vno momento circca phantaſmata circa vnam, & cõmunem materiam influentem, ac refluẽtem omni momento commutantur. Quomodo enim ſi ſumus ijdem, alijs nunc quam antea gaudemus? Alia modò amamus, atque odimus, alia laudamus atque vituperamus, alijs verbis vtimur, alijs paſſionibus mouemur, nõ eandem figuram, nõ eandem de rebus ſententiam habentes?

Deus quare etiam ſolus inuiſibilis.

Deinde vocat Deum, innisibilem, non ex ſe, & ſui ipſius natura, cum nihil ſit illo lucidius, & conſequẽter nihil viſibilius: ſed nobis dicitur innisibilis, quorum acies oculorum ad tantam lucem contuẽdam eſt debiliſſima, & admodum imbecilla: ſicut excellens obiectũ corrũpit infirmũ ſenſum.

Angeli ſpiritus, & humani vt ſint inuiſibiles.

Quòd autem Angeli, dæmones, & animi noſtri ſub aſpectum non cadant, inde eſt quia non ſunt lucidi, & colorati, quia ſpiritus ſunt materiæ omnis, & coloris expertes; non autem vt Deus, qui per ſe omnem fugit aciem oculorum noſtrorum, etiam intellectualium. Et ſubdit: *Soli Deo honor, & gloria.* Grçca litera habet: *Soli Sapienti Deo honor, & gloria.* Ita legunt Theophylactus, & Cyrill. lib. 12. Theſauror. cap. 10. Et poteſt eſſe duplex ſenſus: alter, quòd ſoli Deo ſit honor, & gloria exhibenda, qui eſt Rex ſeculorum, id eſt æternus, & immortalis, & inuiſibilis. Et poteſt aptè de tota Trinitate accipi hoc dictum, ſicut Patres quidam intelligunt, vt Auguſtin. libr. 2. de Trinitat. cap. 8. & 17. & OEcumenius hoc loco. Quæ intelligentia dubitationem habet, quomodò Dei ſoli honor, & gloria ſit, cum ſcriptura dicat: Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius; & Apoſtolus, *Gloria & honor, & pax omni operanti bonum?* Reſpondeo, ſummam, & primariam gloriam Deo ſoli deberi propter ſeipſum; cæteris autem ſiue viuant, ſiue regnent in cęlis, propter illum, & poſt illum, & in illo. Et ita Deus in ſanctis honoratur. Quando enim duo ſunt, & vnũ eſt propter aliud, verius vnum eſt, vt tradit Philoſophus.

Theophyl.
D. Cyril. to. 2.
Huius dicti: Soli Deo honor & gloria prior intelligentia.

B. Aug. to. 3.
Oec. c. 2. in fi.
Si ſolo Deo honor, & gloria debetur, cur etiã ſanctis eius.
Pſal. 149.
Rom. 2.

Ariſt lib. 2. poſt c. 2. in fi. & alib to. 1.
Altera.

Alius verò ſenſus eſt, vt etiam Deum ſolum immortalem, & inuiſibilem, & ſapientem intelligamus. Nã de immortalitate, & inuiſibilitate ieſeriùs dicitur. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. De ſapientia verò ait Apoſtolus Rom. vlt. Soli ſapiẽti Deo, &c. Sed & in hoc ſenſu dubiũ occurrit, ſi de Patre ſit ſermo, vt vult Ambr. in hoc loco, quomodo ſoli ipſi ſit honor & gloria, & non cæteris perſonis: nam ſic eſſe accipiendum, Ambroſius, Chryſoſtomus, & Theophylactus interpretantur. Sed reſponſio in promptu eſt: in diuinis enim ſi quid de vna quauis perſona dicitur, quod & alijs conueniat Perſonis, etſi per particulam taxatiuam, & per dictionem Soli, videantur excludi, non excludnntur tamen aliæ eiuſdem conſortij perſonæ, ſed tantùm res alterius naturæ. Vt in illo loco. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum,* non excluditur à ſolo Deo, aut Chriſtus, aut Spiritus ſanctus, qui ſunt eiuſdem naturæ, cur ſubſtantiæ. Et cùm de Chriſto dixit Petrus: *Et non eſt in alio aliquo ſalus,* nõ excluditur aut Pater, aut Spiritus ſanctus. B. Auguſt. lib. 3. in Maximinũ, cap. 9. illud, *Soli,* refert ad id, *ſit honor & gloria.* Et alium adfert intellectum: qui ſolus eſt inuiſibilis, ſit honor. Sunt enim & aliæ creaturæ inuiſibiles, ſicut ait Apoſtolus; *In ipſo condita ſunt vniuerſa, viſibilia, & inuiſibilia.* Sed vnus Deus inuiſibilis maximè. Et ita hæc tria præcipuè Patri tribuuntur propter originem, quia ipſe ſolus eſt a ſeipſo, id eſt, à nullo alio productus. Sed non propterea cæteræ perſonæ minus habent. Ideò per Regem ſeculorum Cyrill. loco paulò antè citato, intelligit Chriſtum, de quo dixit Gabriel Angelus, *Regnabit in domo Iacob in æternum,* id eſt, per omnia ſecula.

1. Tim. vlt.

Amb. tom 1.

Ibidem.
Chryſ. hom. 4
Theophyl.
Cui ſoli Deo honor & gloria debeatur, Patri, an filio, an ſancto Spiritui.

Ioan. 17.

Actor. 4.

Tertius ſenſus loci prędicti, ſoli Deo honor, &c.
B. Aug. to. 6.
Coloſſ. 1.
Deus pater qua ratione ſolus ſit Rex ſeculorũ, immortalis, & inuiſibilis.

Luc. 1.

Rectè autem de quauis perſona dicitur quòd ſolus ſit Deus; vt cæteræ perſonæ à conſortio diuinitatis non excludantur, ſed vt innuatur, quod ſolitariè etiam conſiderata quælibet perſona, Deus eſt; quod eſt veriſſimum. Ita enim de Chriſto cantat Eccleſia: *Tu ſolus Sanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus Altiſſimus:* à quibus titulis, & attributis non excluduntur cæteræ perſonæ, Pater & Spiritus ſanctus.

Hæc tria etiã ſoli vt competant Trinitati ſanctiſſimæ.

Ad ſequens dubium de prophetijs præcedentibus Timotheum, exponendum eſt priùs id quod præcedit, nimirum: *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee.* Vocauit filium, ne imperioſè videretur præcipere, ſed ex paterno affectu. Et præceptum interpretantur quidam referendum ad ſuperiora de reſiſtendo pſeudoprophetis, & de prædicatione fidelis ſermonis, quod Dominus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et ipſe quidem id fecit quod in ſe fuit, ſi modò peccatores faciant quod in ipſis eſt, & ſuę ſaluti pertinaciter non repugnent. At Ambroſius, & Chryſoſtomus hoc referunt ad ſequentia: *Vt milites in illis bonam militiam.* Et apertè ait, Commendo, id eſt, Trado cuſtodiendum, & ſeruan-

Timotheum Paulus cur filium nominauerit.

Alter ſenſus.
Amb. hoc loco.
Chryſ. hom. 4

Ad XIV.dub

dum tanquam depoſitum. Et addit, de quo dubitatum fuit: *Secundùm præcedentes in te prophetias.* Quas quidem interpretantur bona de Timotheo teſtimonia à paulo reddita, quando eum ſecum aſſumpſit Actor.16. aut ſanè, vt alij volunt, intelligit Scripturarum ſcientiam, quam iamdiu à matre, & auia didicerat; & prophetia dicitur: ſic enim ſentiunt Primaſius, Anſelmus, & Thomas hoc loco.

Quænã illæ fuerint præcedentes in Timothæo Prophetiæ.
Actor 16.
2.Tim.1.
Primaſius.
Anſel. tom.1
B Th. lect 4.

Sed mihi videtur præſtare quod docet Chryſoſtomus, electiones Sacerdotum in primitiua Eccleſia ſæpè per reuelationem Spiritus ſancti fieri ſolitas, vt habes Actor. 13. de Paulo, & Barnaba ordinatis, & miſſis ad prędicandum Gentibus. Et ſicut ſanctus Zepherinus, vel, vt alij volunt, Papa Fabianus, de quo Euſebius lib.6. Hiſtoriæ Eccle. cap.21. & ſanctus Nicolaus, & Ambroſius, & Gregorius. Primus leguntur fuiſſe electi: ita Timotheus multis præcedentibus prophetijs fuerat ordinatus Epiſcopus. Quæ reuelationes, prophetiæ vocantur ab Apoſtolo, quia Prophetarum eſt dicere occulta, etiam præſentia: ſicut Saulum domi delitēſcere, patefactum fuit à Domino. Et 1.Corin.14. infidelis, vel idiota ingrediens in conuentum fidelium, cōuicitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt. Et de hac gratia inferius dicitur: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt; quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.* Eſtque ſenſus: Ita te geras, ſicut idoneū te fore Deus mihi reuelauit.

Alter ſenſus Chryſoſtomi nempe probabilior.
Chryſ hom.1
Actor. 13
Euſeb. tom 1.

Ordinationes ex reuelatione factæ cur dicantur prophetiæ.
1 Reg 10.
1. Cor. 14.

1.Tim. 4.

Hortatur ergo, vt in illis prophetijs bonam militet malitiam, reſpondendo actione, & ſolicitudine in curanda, & adminiſtranda Eccleſia ſua. Si enim vita hominis ſuper terram, quædam lucta & malitia eſt, quantò magis hoc locum habebit in ducibus, & prędidentibus Dei, qui ſunt Epiſcopi? Nam & ipſum nomen Epiſcopi, caſtrēſe eſt verbum, vt periti nouerunt: vnde & ab Homero Neſtor vocatur Epiſcopus. Nā ſi Epiſcopi ignaui ſunt, & puſillanimes, profligatur mox eorum exercitus. Hi ergo maximè adſtringuntur malitare in dæmones, & in vitia, ſiue peccata, à quibus ante omnes impugnantur. Nam ſi lupi poſſint paſtores ſimul, & canes ſtrangulare, quid de ouibus ſperādum erit? Tunc autem in primitiuam Eccleſiam tanquam in cunis vagientem inſurgebāt dæmones, Iudæi, Gentiles, & hæretici.

Quid, militare bonam militiam.
Iob. 7.
Homer. lib 1. Iliad.
Qui maximè militare habeant bonā militiam.

Ad XV.dub.

Subdit: *Habens fidem, & bonam conſcientiā quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Id eſt: Proferens ſiue exercens præclaras Fidei actiones, & recta atque orthodoxa dogmata. Qui verò habet bonam cōſcientiam, rectam vitæ conuerſationem profitetur, quam paſtor, & doctor prius ſui, quàm aliorum habere debet, vt quam ab alijs exigit, ipſe prior præſtet. Nemo bene alterius imperium gerere poteſt, qui non prius imperium tulerit, vt Ariſtoteles rectè dixit. Eum etiam, qui non ſeruierit, dominum non fore bonum, nec laude dignum, ſcripſit Plato: & in Politicis Plutarchis in Ducem, & imperium: Non eſt lapſi partes erigere, nec inſcij docere, nec incompoſiti componere, nec inordinati ordinare, nec debere imperare, qui ſub imperio non fuerit.

Habere fidē, & bonā conſcientiam, quid ſit.
Philoſop. li.3. Polit. c.2. & li 7.c.14 ante med to 3.
Plato li.6 de leg. multo ante med. to.2.
Fidem & bonā conſcientiam repellētes, cur à fide naufragauerunt.

Cùm enim conſcientia ob prauos affectus tenebris reſpergitur, ipſa fides periclitatur, & fit naufragium: nam bona conſcientia repulſa naufragium paſſi ſunt nonnulli, & defecerunt à fide, nihil habentes, vbi ſe recipiant, ſed huc atque illuc ab vndis circumferuntur, &, ſicut naufragus, omnibus nudantur virtutum indumentis, & prout ventus fluxerit, iactantur, ac merguntur. Eſtque apta metaphora, qua fides naui comparatur; & bona conſcientia, ſiue ſpes, anchora eſt nauis. Et vt nauis in procelloſo mari ſpem portus hominibus præbet, & ducit ad portum; ita fides ad ſalutem æternam. Et ſicut homo extra nauim in mari abſque ſpe ſalutis eſt; ita etiam homo in hoc mundo ſine fide, qui brachijs rationis humanæ nititur, & naturæ viribus natando euadere contendit, ſed fruſtra. Si verò in naui quis infirmetur, adhuc eſt ſpes ſalutis per pœnitentiam.

Quā elegans & pulchra hæc tranſlatio.

Sæpè verò Apoſtolus hac ſimilitudine vtitur, vt ad Epheſ. 4. *vt non ſimus,* inquit, *paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vēto doctrinæ:* & ad Hebr. Spem vocat anchoram firmam. Nouerat enim Apoſtolus, Eccleſiam per arcam Noe deſignari, & per nauiculam Euangelicam, in qua regnum Dei docebat, tempeſtates ſedabat, & ſua prǽſentia Apoſtoli piſces multos capiebant.

Cur ea frequens Apoſtolo.
Epheſ. 4.
Hebr. 6.
Geneſ 6.
Matth. 14.
Luc 5.
Ibidem.

Ex hoc loco accipimus, vitam multis eſſe cauſam hæreſeos, in defectionis à Fide. Cuius rei rationem aſſignat hic Chryſoſt. dicens: *Malè viuentes, ne futurum metu & expectatione crucientur, perſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe omnia, quæ noſtra religio continet (nempè, de peccatis & ſupplicijs eorum, reſurrectione, & iudicio futuro, & ſimilibus) atq; à fide quidem peruertuntur, dum rationibus omnia colligere quærunt.* Hæc ille; cui aſſentiuntur Theodoretus & Theophylactus.

Quare multi malè viuentes, hæretici teſte Chryſ.
Homil 3. in priorem ad Tim. tom. 4.
Theod par.
Theophylact.

Nam tales homines conſcientiæ morſum, & acculationem non ferentes, ne metu futuri iudicij torqueantur, in blaſphe-

miam

miam negandi prouidentiam Dei ob iudicium futurum incidunt.

Mala vita quos fecerit non hæreticos ſolum, ſed & hæreſiarchas.
Epiphan. in hær. 24.

Quæ quidem multis exemplis illuſtrari poſſunt. Nicolaus Diaconus cùm exemplo Apoſtolorum à propria vxore ſe continuiſſet, & poſteà à propoſito dilapſus fuiſſet (vt teſtatur Epiphanius) ac propterea redargui ac reprehendi veraretur; negabat quemquam poſſe ſaluum reddi, niſi, venerem quotidie exerceret. Marcion quoqne cùm ob corruptam virginem acriter obiurgarerur; tria excogitauit baptiſmata in remiſſionem peccatorum, vt idem narrat Epiphanius. Theodotion cùm bis in perſecutione Chriſtum abnegaſſet; docuit, CHRISTVM tantùm eſſe hominem, ne Deum abnegaſſe videretur. Qualis extiterit Montanus cum ſuis propheti ſſis, ac Nouatus, lege Euſebium libro 5. capite 18. & libro 6. capite 33. Noſtro quoque ſeculo hæretici vota caſtitatis, & vitam cœlibem, ac religioſam impia eſſe aſſerunt, ne cogantur de ſua libidine erubeſcere.

Idem ibid.
Euſ Caſ. to. 1.

Mali etiã hominum mores cur hæreſim patiant.
2. Theſſ. 2.

Eſt idem alia ratio, cur neglectus bonæ vitæ ſit cauſa hæreſeos: nimirum quia Deus in pœnam peccati hominem excæcat, & ſibi derelinquit, vt Apoſtolus poſteriora Epiſtola ad Theſſalonicenſes expreſſit: *Eò quod,* inquit, *charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent. Ideò mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.*

XV. dub. ſol.

De eo quod nominatim Apoſtolus Hymenęũ & Alexandrum Satanę tradidit, vt diſcant non blaſphemare.
2 Tim 4.
Suprà 1.
Infrà 2.

Ad poſtremum dubium, expreſſit hos duos hæreticos, Hymenæum, & Alexandrum, quos tradidit Satanæ: Primùm, vt vitentur à fidelibus: quemadmodum in poſteriori ad Timotheum expreſſit Alexandrum Ærarium: *Quem & tu,* inquit, *deuita.* Deinde, vt magis confuſi teſtimonio Apoſtoli reſipiſcant, vel minus lædant. Alibi apoſtatas vult nos fugere, vt 2. Timoth. 1. Phygellum, & Hermogenem: & capite 2. de Hymenæo ait, & Phileto, quòd ſubuerterunt quorundam fidem, qui etiam erant hæretici, dogmatizantes reſurrectionem iam factam. Et capite vltimo eiuſdem epiſtolæ: *Demas me reliquit, diligens hoc ſeculum.*

Infrà 4.
Quid ſonent Hymenæus, & Phyletus.

Nec vacat myſterio, hos duos primos naufragium à fide feciſſe. Et primus ponitur Hymenęus, in quo concupiſcentię carnis ſtudium deſignatur. Eſt enim Hymenæus carmen nuptiale, aut Deus nuptiarũ, vt Poetæ fabulantur. Et rectè illi conuenit, qui dicebat reſurrectionem iam factam, & dicebat: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.*

1. Cor. 15.

Et datus eſt illi ſocius Philetus, id eſt, Amatrix, hoc eſt, Qui amat, & viciſſim à mundo amatur; & qui reſurrectionem ignorat cum ipſo mundo, qui ei arridet, & applaudit.

Alexander verò quid denotet.
2. Cor. 4.

Alter eſt Alexander, qui Bellatorem ſignificat, id eſt, virum ad conflictus, & contentiones natum, quique ſtudio aduerſandi, & contradicendi inflammatur, propter gloriam, de quo dixit: *Valdè enim reſtitit verbis noſtris.* Et ſunt hodie multi refractarij, & pertinaciſſimi, qui ſeſe alijs opponũt, vt aliquid eſſe videantur.

Vt tradantur Satanæ excommunicati.
Chryſ præſcripta hom.
Oecum. c. 3.

Porrò tradi dicuntur Satanæ, tanquam lectori, & carnifici, qui excommunicationis mucrone percelluntur, ne alij inquinẽtur, vt per eum puniti & caſtigati, etiam ſenſibiliter, liberentur. Tradunt hoc loco Chryſoſtomus, & OEcumenius, in primitiua Eccleſia excommunicatos corporaliter à Satana fuiſſe vexatos, vt diſcerent poſteriora ſecula, quàm timenda & perhorreſcenda eſſe debeat excommunicationis cenſura, vt idem Satanas autor peccati, eſſet quoque vindex, & tortor, & vexator, Deo id ordinante ad eorum correctionẽ, vt opus Satanæ, id eſt, peccatum excludatur opera Satanæ, & non minus dæmon ſeruiat Deo, tentando, & ad hæreſim ſolicitando, quàm ad emendandum, & corrigendum. Et vt priùs opus eſt proprium dæmonis in id intendens ex officio, ita ſecundum ex bonitate, & ſapiẽtia Dei eſt, qui tortores illos, & ſeruos infideles ad ſuæ voluntatis perfectionem adigit: quod in illorum magnam cedit cõfuſionem, quia illuduntur à Domino, putantes ſe aliud agere in his, qui correcti reſipiſcunt. Certè Chryſoſtomus hom. 2. in Iub, hunc Apoſtolorũ de diabolo triumphum celebrat: *Mirari,* ait, *Deum præcipere dæmonijs. Apoſtoli veluti carnifice vtuntur dæmonio.* Et poſtea exemplum adfert de Paulo.

Corporalem Satanæ vexationem excõmunicati cur paterentur olim.
Chryſo. ante med. hom to 1. circa fin.

Apoſtoli quomodo vterentur dæmonio.
Aug epiſt 4 non procul à princ tom. 2

Auguſtinus quoque ad Vincentium: *Quolibet,* inquit, *carceris cuſtode peior eſt vtiq; Satanas, cui tamen ipſe Paulus tradidit hominem in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu. Ecce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori tradidit miſericors traditor.* Et infra: *Item cum ait idem Apoſtolus, tradidiſſe ſe quoſdã Satanæ, vt diſcerent non blaſphemare, malum pro malo reddidit, an potiùs malos etiam per malum emendare, bonum opus eſſe iudicauit?* Hæc illi Patres.

Tradi in reprobum ſenſum, & tradi Satanæ differunt.
Rom. 1.
Ibidem.

Et dicuntur tradi Satanæ, non ſicut dicuntur tradi in paſſiones ignominiæ, aut tradi in reprobum ſenſum: nam traduntur in reprobum ſenſum permiſſiuè, quia eſt culpa quædam, & peccatũ, cuius Deus autor non eſt: traduntur verò Satanæ à Deo

impul-

Actor. 5.

impulſiuè, quia pœna & ſupplicium eſt. Et ſicut olim per ſubitam Ananiæ, & Saphirę mortem oſtenſum eſt quantum Deo diſpliceat violatio voti paupertatis: & per infirmitates & mortes Corinthiorum indignè Euchariſtiam percipientium, declaratum eſt quòd iudicium ſibi manducant, & bibunt; & per aduentum Spiritus ſancti prophetabant, & linguis loquebantur fideles: ita per hoc quòd excommunicati tradebantur Satanæ, qui corpora vexabat, explicatur quàm ſit fugienda, & contremiſcenda excommunicatio. De qua re pulchrè ait Chryſoſtomus: *Eyciebant à communi fidelium cœtu abſcidebatur à grege, fiebat nudus, atque ita deſtitutus, atque ita lupi patebat, & prodebatur incurſibus: ſicut enim dudum nubes Hebraeorum caſtra tegebat, ita & Eccleſiam protegebat Spiritus ſancti gratia. Si quis igitur extra Eccleſiam fieret, comburebatur: fiebat autem extra Eccleſiam Apoſtolorum iudicio: ita & Dominus Iudam tradit Satanæ, continuò enim poſt buccellam introiuit in illum Satanas.* Hæc ille.

Quã grauis ac perhorteſcenda excõmunicationis pœna. *Actor 2.* *Infrà 19.*

B. Chryſ. ho. 5 in hac verba Diuina vi Eccleſiã primitiuã protegebat Spirit' ſancti gratia

Ioan. 13.

Traditur autem excommunicatus Satanæ ſecundùm quandam inchoationem: nam in die iudicij perfectè tradentur impij diabolo: de qua traditione legimus Matth. 18. *Iratus dominus ſerui illius, tradidit eum tortoribus.* Quemadmodum homo à peccatis rediens, & per Sacerdotes abſolutus, traditur Angelis conſolandus, & protegendus, vt particeps fiat omnium bonorum Eccleſiæ, iuxta illud: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.*

Quẽadmodũ nunc excõmunicati tradantur Satanæ à Deo. *Matth. 18.* *Luc. 15.* *Pſal. 118.*

Vltimò dubitatum fuit, quomodo diſcunt non blaſphemare traditi dæmoni, cũ ille fuerit primus blaſphemus, & pater blaſphemantium: nam dæmones incentores ſunt ad omnia ſcelera.

Hymenæus, & Alexander ac ſimiles tradit Satanæ, vt diſcant nõ blaſphemare

Reſpondetur, Apoſtolum eſſe vſum hoc dicendi charactere, vt oſtendat, per ſupplicium, ac cruciatum dæmonis retrahi quemuis peccatorem à peccato, & diſcere bene agere: homo enim malus cùm ſubit pœnam blaſphemiæ, dicitur diſcere non peccare.

1. Cor. 5.

Atque ex hoc verbo, & altero 1. Corin. 5. de excommunicato, & tradito Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret, colligimus, omnem excommunicationem ex fine eſſe infligendam, vt videlicet excommunicatus ad pœnitentiam conuerſus reſipiſcat. Et in poſteriori epiſtola docet vt excommunicatus ille inceſtuoſus benignè tractetur. Et 2. Theſſ. 3. vt pudore reuocetur qui errauerat, iuxta prouerbiũ Græcum, Ἐὰν ἔπαθες ἔμαθες, non abſimile dicto Eſaiæ: *Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui.* Vt diſcant igitur non blaſphemare, id eſt, non Deum maledicere, & falſa dogmata tueri, vel docente, vel impellente ad hoc diabolo ipſo autore blaſphemiæ. Iuxta quem locutionis modum dictũ eſt de Chriſto, quòd didicit ex ijs quæ paſſus eſt obedientiam; & Dauid dixit: *Bonum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas*; & Sapiens: *Qui tentatus non eſt, quid ſcit?* & Propheta: *Tantummodo vexatio intellectum dabit auditui.* Et de primo capite hæc ſint ſatis.

Excõmunicationis cuiuſcunque finis qualis tãtum eſſe debeat.

2 Theſſ. vlt. Prouerbium illud: Latinè ſonat: Si paſſus es, didiciſti. *Eſai. 28.*

Hebr. 5. *Pſalm. 118.* *Eccl. 32.* *Eſa. 28.*

DISPVTATIO V.

In illa verba, cap. 2. *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram Saluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, &c.*

CIRCA hoc primum in primis dubium eſt, quomodo connectantur hæc verba cum ſuperioribus, à quibus illa deducere videtur Apoſtolus, & quò tendat per hanc exhortationem. Deinde quomodo diſtinguantur illæ quatuor voces, Obſecrationes, Orationes, Poſtulationes, & Gratiarum actiones; quæ etiam à vocibus Græcis differentes ſunt. Tertiò, quare orandum pro omnibus hominibus, cùm multos excipiat Scriptura, pro quibus orari non vult: & vbi Eccleſia ſe hoc præceptum obſeruare oſtendat, & quæ ſint rationes Apoſtoli, vt preces fundamus pro omnibus hominibus, & pro Regibus. Quartò magnum dubium eſt, quomodo aſſerit, Deum velle omnes homines ſaluos fieri, cùm non omnes, imò vix pauci; & certum ſit, quod omne quod omnipotens Deus vult fieri, ſemper fiat. Et cùm multæ explicationes illi loco exhibeantur, quænam eſt præſtantior, & magis Apoſtolico ſenſui congruens, ac germana. Hæc quatuor dubia ſunt præſenti diſputatione expediẽda: quæ ſequuntur, in ſequenti abſoluentur. Quintò, quomodo vnus eſt Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Chriſtus

Prima dubitatio. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Google

ſtus IESVS; an ſcilicet iſtæ ſolidæ ſint rationes ad probandum pro omnibus eſſe orandum. Præterea, quomodò dicitur vnus mediator, cùm beatam Virginem, & Sanctos omnes mediatores, interpellatores habeamus, per quos petimus à Deo exaudiri, & à malis liberari: & vtrùm in natura Diuina, an in humana Chriſtus ſit mediator noſter.

Sexta.

Sextò ambigitur, cur Paulus ſe vocet Apoſtolum, & doctorem Gentium, videtur enim peccare in verba Chriſti dicentis:

Matth. 23.

Vos autem nolite vocari Rabbi; & eodem in loco: *Ne vocemini magiſtri*.

Ibidem.

Videtur etiam, cum ait: *Veritatem dico, non mentior, doctor Gentium in fide, & veritate*, iuſiurandum interponere, contra Euangelium:

Iacob. 5.

Ego autem dico vobis, non iurare omninò.

Matth. 5. Septima.

Septimò dubitatur, quid eſt dicere: *In omni loco leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione*, cùm Dominus dixerit: *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuũ.*

Infrà 6.

Eſai. 56.

Et Eſaias: *Domus mea domus orationis vocabitur*.

Matth. 21.

Et quomodo exigit puras manus in oratione ad Deum, cùm peccatores, etſi maximè orare poſſint, non poſſint puras manus habere? Et quomodo ſine ira, & diſceptatione, quæ non videntur prima facie ad orationem pertinere.

Sol. I. quæſt. De connexione huius capitis cum ſuperiori.

Ad primum igitur dicimus, quòd cùm paulò antè Apoſtolus dixiſſet Timotheo: *Secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam malitiam*; Idcircò ſubdit: *Obſecro*, ſiue adhortor, vt Græca vox ſonat, vt deprecationis ſtudium in Eccleſia Dei ante omnia colas. Hæc enim bona pars eſt militiæ Chriſtianæ aduerſus hoſtes ſpirituales, & ad ſeruanda & confirmanda Dei dona.

Alia ratio cõnexionis.

Vel dici poteſt, hoc ſcriptum eſſe ob id quod dixerat: Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere Deum per Chriſtum, vt non tollat nobis mutuum iuuandi nos ipſos ſtudium, quos voluit ex mutuo veluti pendere auxilio, vt vehementius nos veluti eiuſdem corporis membra amaremus, & nobis inuicem ſuffragaremur, iuxta illud:

Iacob. vlt.

Orate pro inuicem vt ſaluemini, tam orantes, ſcilicet, quàm illi, pro quibus oratio funditur.

II dub. ſolut. De obſecratione, oratione, poſtulatione, gratiarum actione quomodo diſtinguantur.

Ad ſecundum, illæ quatuor voces, etſi pro eodem ſumantur à quibuſdam, Epithaſi Hebræa ad affectum tantùm exprimendum: tamen inter ſe diſtinguuntur, & in Græco textu, & in Latino. Prima Græca vox eſt δεήσεις, id eſt, deprecationes (& ita vertit Ambroſius.)

Amb. tom. 5.

Eſt autem deprecatio interdum idem quod precatio. Sed propriè eſt precatio pro amoliendo, ſiue pro amouendo malo futuro, vt ab eo liberemur.

Obſecratio, ſeu deprecatio.

Vnde quidam dixit:

Ouid. lib. de ponto, ele. 2. in fin.

> *Sæpè precor mortem, mortem quoque deprecor idem,*
> *Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolùm.*

Oratio poſtulatio.

Secundo loco habetur προσευχάς, id eſt, orationes, quibus precamur nobis bonum aliquod contingere. Tertio loco habemus ἐντεύξεις, hoc eſt interpellationes, quibus de ijs qui nos lædunt, conquerimur. Ita exponit Theophylactus:

Theophylact.

ſed adiungit, hanc tertiam vocem pertinere poſſe ad preces ſiue interceſſiones, quas pro perſecutoribus facimus, vt ad viam redeant.

Interceſſores qui.

Et ita interceſſores ſunt aliorum, qui maiori gratia apud Deum pollent, vt pro alijs non ſolum orare, ſed etiam intercedere queant: quemadmodum Moſes, Samuel, Iob, Daniel, Stephanus, & alij glorioſi viri.

Exod. 32. Gratiarum actio.

Quartò, gratiarum actiones ſunt, pro iam acceptis beneficijs gratum, & memorem animum Deo oſtendere. De tribus prioribus ita Theophylactus ex Chryſoſtomo ſcribit:

Idem. *Chryſ. hom. 6*

Hæc tria, ceu idem ſignificantia, ab Apoſtolo ſunt aſſumpta ob perſpicuitatem, quippe qui tot vocum congerie ineuitabiliter citra recuſationem facere efflagitet eum, quod poſtulat, & ad quod hortatur.

Has voces multi Patres cur faciant diuerſas.

Alij autem diſtinguere conantur, ne in Apoſtolo admittamus aliquid ſuperfluere, aut battologiam ſonare, etſi ferè tot ſint ſententiæ quos Doctores. Aliter enim Hilarius in Pſalmum 140. aliter Ambroſius libro quinto, de Sacramentis, capite quinto.

Amb. tom. 4.

Aliter eiuſdem interpretatio huius loci. Aliter Auguſtinus epiſtola 59. ad Paulinum, dicens:

Aug. in ſolut. 5. q. circa me... tom. 2.

Cùm igitur, & qui precatur, oret, & qui oret, precetur, & qui interpellat Deum, ad hoc interpellet, vt oret, & precetur: quid ſibi vult, quòd iſta ita poſuit Apoſtolus, vt non ſit eorum negligenda diſtinctio? Excepto itaque nomine generali, & ſalua loquendo conſuetudine, quam ſiue dicas precationem, ſiue orationem, ſiue interpellationem, vel poſtulationem; vna eademque res intelligitur; aliqua etiam ſingulorum iſtorum proprietas inquirenda eſt, ſed ad eam liquidò peruenire difficile eſt. Multa quippe hinc dici poſſunt, quæ improbanda non ſint. Hæc ille, oſtendens ſe Græcorum ſenſum legiſſe, nec tamen omninò ſibi probari.

Obſecratio Latinè quid.

Quod ad voces Latinas attinet, non ſunt obſcuræ. Eſt enim obſecrare, per ſacra obteſtari: vt, *Per incarnationẽ tua libera nos Domine: Per crucem, & paſſionem tuam, &c.* & Paulus: *Obſecro itaq; vos fratres, per miſericordiã Dei.* Per huiuſmodi autẽ obſecrationes

à nobis

Quid item oratio,& poſtulatio Latinis.

à nobis mala depelli poſtulamus; ideò parum differt à deprecatione. ¶ Vox autem orationis, generalis quædam precatio eſt, & ad omnes precandi ſpecies extenditur. ¶ Poſtulare verò, teſte Vlpiano tit. de poſtulando, eſt, deſiderium ſuum, aut amicorum in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel aliorum deſiderio contradicere: qua quidem ratione poſtulatio cum interpellatione incideret.

III. Sol. dub. Quare Apoſtolus velit nos orare pro omnibus hominibus.

Ad tertium dubium: vult Apoſtolus preces fundi pro omnibus Regibus, etiam Gentilibus,& incredulis: nec tantùm dixit, pro omnibus hominibus viuentibus, ſed ſimpliciter pro omnibus hominibus, vt complecteretur etiam mortuos, pro quibus preces fundit Eccleſia in Miſſæ ſacrificio, & Chriſtus pro Lazaro mortuo oraſſe legitur.

Cur etiã pro Regibus, & omnibus in ſublimitate conſtitutis

Aug. loco prædicto.

Addit: *Et pro Regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.* Quod ſpeciatim dixit; vt etiam nomine omnium hominũ intelligamus non tantùm venire fideles: neque tunc Reges Deum colebant, imò perſequebantur Eccleſiam Dei. Quod pōderat Auguſtinus: *Ne quiſquam;* inquit, *ſicut ſe habet humana cogitationis infirmitas, exiſtimaret non eſſe in iſta facienda pro his à quibus perſecutionem patiebatur Eccleſia, cùm membra Chriſti ex omni eſſent hominum genere colligenda.*

Non eſſe orandum pro omnibus hominibus, quę Scripturæ nobię inſinuet. Ierem. 7.

Verùm quod non ſit pro omnibus hominibus orandum, videtur Scriptura inſinuare. Nam Ierem. 7. *Tu ergo,* inquit Dominus, *noli orare pro populo hoc, nec aſſumus pro eis laudem, & orationẽ, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te.* Et cap. 15. in princ. *Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: eijce illos à facie mea, & egrediantur.* Ioannes quoque in Catholica ſua. *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis:* & Chriſtus ait eſſe peccatũ, quod non remittitur neque in hoc ſeculo, neque in futuro: idem pro iјs qui neſciebant quid faciunt, in cruce orauit, vt ponderat Auguſtinus. Et Paulus pro Alexandro Ærario nō orat, ſed ait: *Reddat illi Dominus ſecundùm opera eius.* De alijs autem ſuis deſertoribus ait: *Non illis imputetur.* Et regula eſt Scripturæ: *Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus; ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Petrus etiam dixit Simoni Mago: *Roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Vbi oranti non audet promittere indulgentiam.

1. Ioan vlt. Matth 12. Luc. 23. Aug. lib qu. vet. & noui Teſt. qu. 67. tom. 4.

2. Tim. 4.

Ibidem.

1. Reg. 12.

Actor. 8.

Ex autoritates quomodo accipiendæ ſint.

Dicendũ tamen eſt, ad nos, qui pondus peccatorum, & illud Dei iudicium ignoramus, quod iam quoſdã deſpexiſſe dicitur, attinere, vt omnium ſalutẽ optemus, & pro omnibus precemur, quouſque pateant nobis, quæ in contrarium ſunt producta. Pro omnibus ergo etiam inimicis, precandum eſt. Eſt namque duplex inimicitiæ ſpecies conſideranda; altera, qua parte nos tangit, & tũc dimittere iubemur, quia dimiſit nobis Chriſtus, cùm inimici eſſemus: & ſcriptum eſt; *Dimitte, & dimittimini.* Oramus quoque: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Altera eſt inimicitiæ ſpecies, qua parte Deum tangit: & cum in genere ſit Deus dimittere paratus, niſi fortè quibuſdam; quos ignoramus, vt dictum eſt; ideo vult etiam pro cunctis generatim orari, vt poſſit congruentiùs dimitrere, quia iuſſit: *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Non enim vult Deus mortem impij, ſed vt conuertatur impiùs à via ſua, & viuat.

Matth 5. Duplex genꝰ inimicitiæ, ſeu iniuriæ, vtriuſq; ſcilicet condonandæ. Rom. 5. Luc. 6. Matth. 6.

Supra 5. Ezech 33. & ſupra 18.

Si pro omnibus hominibus eſt orandum, cur tot in Scripturis ac tantæ malorum imprecationes ſiunt. Pſalm. 6.

Nec obſtant in cōtrarium loci Scripturarum, quibus terribiles precationes, ſiue imprecationes aduerſus Dei inimicos fiũt: vt illæ: *Erubeſcant, & conturbentur vehemēter omnes inimici mei,* & ſimiles: quia tanquam propheticè dictæ intelligendæ ſunt, & denunciant ipſi Prophetæ id, quod vidēt futurum. Vel etiam ex zelo iuſtitiæ appetũt, quod iuſtum eſſe conſpiciunt, & in decretis iuſtis Dei ſancitum. Pro excommunicatis autem, nominatim, ſeu priuatas preces fundere licet, veruntamen à communibus, & publicis abſtinendum eſt.

Reſpondetur & huic argumento: Quid opus eſt orare pro omnibus hominibus, ſi tã multi pereunt.

Arguunt ſecundò, non eſſe orandũ pro omnibus: quoniam vt habet ordo prædeſtinationis, non ſunt omnes prædeſtinati, ſed plurimi damnantur, vt quidam volunt. Quid ergo? orabit pro illis, qui ſunt ad ſalutem ordinati? Nec magnopere curandum de iјs, qui dicunt, non prædeſtinatos, ac reprobos poſſe ſalutem adipiſci: quia ſcilicet poſſet, aut potuiſſet Deus non reprobaſſe. Sed certè ponimus Deum illos iam reprobaſſe, & de ſic reprobatis quęrimus, an poſſint ſimpliciter ſalui fieri? alioqui iã de damnatis, & in inferno exiſtentibus verum ſimpliciter eſſet, quòd poſſet Deus, aut potiùs potuiſſet non damnaſſe illos.

Quam leue hoc etiam, & infirmũ: Pro non prædeſtinatis orandũ eſt, quatenus ſunt nobis occulti. Matth. 10. Luc. 10.

Alij verò affirmant, pro non prædeſtinatis orãdum eſſe ea ratione, cùm prorſus ſimus neſcij, quinam prædeſtinati ſint, & qui reprobati: nec vana futura eſt noſtra oratio: quandoquidem etſi eis non proſit, ad nos tamen reuertetur, vt de pace dixit Dominus. Verùm hæc meditatio repugnat ſubſequentibus Apoſtoli verbis. Ait enim: *Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri.* Ecce ad quem finem vult Apoſtolus preces fundi pro omnibus hominibus, nimirum

mirũ quia Deus vult omnes homines ſaluos fieri, vt ſic omnibus prodeſſe poſſit oratio. Non autem ait: Si non omnes poterũt ſaluari, oratio veſtra reuertetur ad vos. Et noſtrum eſt, pro quibuſuis etiam infidelibus preces fundere, non autem iudicare abiectos à Deo eos, qui nondum ad Eccleſiam ſunt ingreſſi.

Prima ratio Apoſtoli cur iubeat, nos orare pro omnibus hominibus.

Ad primum igitur, orandum pro omnibus hominibus, & Regibus, & omnibus in eminenti, & excelſo gradu conſtitutis, Ducibus, Conſulibus, & Magiſtratibus; quia innumera bona bonis Principibus regnãtibus nobis proueniunt, & tranquillitas magna in populis, vt pietas poſſit obſeruari, & exerceri Dei cultus, & vita tranquilla ab hominibus duci. Quòd ſi Reges impij ſint, id in capita populum cedit, iuxta illud Horatij:

Horat lib. 1. epiſt 2. in pr. 2 Reg. vlt.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Vt docet exemplum Dauidis iubentis numerari populum, & quotidiana exempla huius rei ante oculos poſita videre licet. Certè in bello nullus eſt locus religioni, aut pudicitiæ, aut honeſtati. Nam vt ait Cicero, in officio excolendo ſita vitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo.

Tull. in præm. lib. Offic.

II. ratio.

Altera ratio Apoſtoli eſt. *Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo.* Quæ ſola ratio deberet nos ad hoc precandi ſtudium excitare.

Quando & vbi Eccleſia orat pro omnibus hominibus.

Quæſitum etiam fuit, vbinam Eccleſia hanc precãdi rationem obſeruet. Dicimus, id non eſſe difficilè expedire. Id enim vidẽtur continere orationes, quæ in Paraſceue in conuentu Eccleſiæ celebrantur, & maximè in publicis precibus, quas fundit Sacerdos in diuino Miſſæ ſacrificio. Ita intelligunt Patres, Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus, & Proſper lib. 1. de vocat. Gentium, cap. 4. *Nouerunt* (ait Chryſoſtomus) *fideles, quomodo diebus ſingulis mane, & veſpere fundantur ad Dominũ, quomodo pro omni mundo, & Regibus, & omnibus, qui in ſublimate ſunt poſiti, obſecrationes ab Eccleſia fiant.* Diſcant igitur non deplorare ſuã conditionem, quibus officium pſallendi in Eccleſia iniunctũ eſt. Conſtituuntur enim ad id, quod tanquàm primum commẽdat Apoſtolus. Auguſtinus verò ad Paulinum: *Multa hinc dici poſſunt, quæ improbanda non ſint; ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel pene omnis frequentat Eccleſia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod eſt in Domini menſa, incipiat benedici: orationes, cum benedicitur, & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis Eccleſia Dominica oratione concludit. Ad quem intellectũ*

Chryſ hom. 6 in princ. Ambr hoc loco tom. 5. Aug infra citandus. Proſper to. 2. operũ Ambr. init.

B. Aug. ep 59. in ſolu. 5 quæſtio. circa med. tom. 2.

Miſſæ partes clarè proponuntur.

etiam verbi Græci origo nos adiuuat. Nam cam quam dicunt εὐχὴν, rarò ita Scriptura ponit, vt intelligatur oratio, ſed plerumq; & multò vſitatiùs vocem votum appellat εὐχὴν, προσευχὴν verò, quod verbum ita poſitum eſt, vnde tractamus, ſemper orationem vocat. Vnde hanc verbi originem, ſicut ſuperiùs dixi, nonnulli minùs eruditè intuentes, προσευχὴν non orationem, ſed adorationem dicere voluerunt, quæ potiùs προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdũ dicitur, quæ vocatur εὐχὴ, adoratio putata eſt πρὸς εὐχὴ. Porrò ſi vſitatiùs, vt dixi, in Scripturis votum appellatur εὐχὴ, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda eſt oratio, quam facimus ad votum, id eſt, πρὸς εὐχὴν. Vouentur autem omnia, quæ offeruntur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur noſtrum aliud votum maximũ, quo nos vouimus in Chriſto eſſe manſuros, vtiq; in compage corporis Chriſti. Et infrà: *Interpellationes autem, ſiue, vt veſtri codices habent, poſtulationes fiunt, cùm populus benedicitur. Tunc enim antiſtites velut aduocati, ſuſceptos ſuos per manus impoſitionem miſericordiſſimæ offerũt poteſtati. Quibus peractis, & participato tanto Sacramento, gratiarum actio cũcta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit Apoſtolus. Hæc autem cauſa præcipua fuit iſta dicendi, vt his breuiter perſtrictis, atque ſignificatis, non putaretur, negligendum eſſe quod ſequitur: Pro omnibus hominibus, pro Regibus, & his, qui in ſublimate ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & charitate; ne quiſquam, ſicut ſe habet humana cogitationis infirmitas, exiſtimaret non eſſe ita facienda pro his, à quibus perſecutionem patiebatur Eccleſia, cùm membra Chriſti ex omni eſſent hominum genere colligenda.* Hæc ille in ſolutione quintæ quæſtionis: qui primo verbo intelligit quamlibet petitionem, vel precationem. Secundò, cum ad quicquam faciliùs impetrandum aliquid Deo offerimus, vel vouemus, vt cùm dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Tertiò, nomine ſignificatur, cum in oratione cauſſas cur exaudiri debeamus, proponimus, ſicut aduocati faciunt. Ita faciebat Dauid, cùm dicebat: *Tuus ſum ego, ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.*

Quæ vouentur, ſecundũ Auguſtinũ.

Quare etiam pro infidelibus, & inimicis orandum, teſte Auguſtino.

Matth. 6.

Pſalm. 118.

Emergit autem ex dictis Auguſtini dubium, quomodò aſſerat, offerendum eſſe corpus Chriſti pro Regibus infidelibus, qui perſequebantur Eccleſiam: & idem confirmant Chryſoſtomus, Theophylactus, & OEcumenius, dicentes, quod pro Gentilibus Sacramentum Euchariſtiæ oportet offerre, cum tamen Auguſtinus lib. 2. de orig. animæ ad Renatum, c. 11. in prin. oppoſitum doceat, & dicat, Catholicam, &

Pro infidelibus, vt ſcilicet infideles fiant, nõ eſſe ſacrificandũ.

Chryſ. loco iam dicto. Theophylact. Aug tom. 4. Oecum. c. 4. init.

Eccleſiaſticam regulam nulla ratione concedere, vt pro non baptizatis cuiuſtibet ætatis hominibus offeratur ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, tãquàm per huiuſmodi pietatem ſuorum ad regnum cœlorum, quò perueniant, adiuuentur. Et c.9. eiuſdẽ libri ait: *Quis enim offerat corpus Chriſti pro his, qui non ſunt membra Chriſti?*

II. argum.

Adhæc vt olim de agno Paſchæ non licebat vlli incircumciſo comedere, niſi prius per circũciſionẽ incorporaretur Synagogæ: ita nec modò licet infidelibus in Eccleſia accedere ad Sacramentum Euchariſtiæ, aut eius ſacrificij fructum participare.

Exod.12.

III. argum.

Præterea, ijs, qui adhuc in veteri Adamo, vel lege perſeuerant, vt ſunt omnes infideles, & Iudæi, nõ valet ſacrificiũ Noui Teſtamenti, quod non niſi pro hominibus Noui Teſtamenti inſtitutum eſt. Hanc ſolidam doctrinam ſequitur B. Thomas in 3. parte.

D. Thom. 3. p. q. 79 ar. 7. ad 2. tom. 12.

Quo ſenſu noluit Auguſtinus, ſecundũ aliquos, Euchariſtiã pro infidelibus offerri.

Reſpondent quidam, offerre pro aliquo eſſe illum diligere: diligitur verò quis dupliciter, vel quia bonus eſt, vel vt bonus fiat: ita dupliciter pro aliquo offertur, vel agendo gratias, quia iam Chriſtianus eſt, & orando vt proficiat, & perſeueret, vel orando Chriſtianus fiat. Pro bonis autem Chriſtianis ita ſacrificatur, vt ipſos Canon dicat ſimul offerre. Ait enim: *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt*: & de huiuſmodi intelligũt dictum Auguſtini ad Renatum. Pro impijs verò, & infidelib9 offertur quidem corpus Chriſti ab ipſis fidelibus, ſed ipſi non dicuntur offerre, vtpote non approbãtes ſacrificium, nec eius fructum petentes.

Impugnatur hic ſenſus ex eodem.

¶ Sed in hanc ſolutionem facit dictũ Auguſtini aientis, nulla ratione id concedere Catholicam regulam, vt offeratur pro infidelibus. Id etiam declarat ſacroſanctus Miſſæ Canon: *Id primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta Catholica, &c. vnà cum famulo tuo Papa noſtro, & antiſtite noſtro, & omnibus orthodoxis, atque Catholicæ, Apoſtolicæ fidei cultoribus.* Cùm oratur etiam pro mortuis, non pro omnibus, ſed pro ijs tantùm oratur, qui nos præceſſerunt in ſigno fidei, & dormiunt in ſigno pacis: nullibi ergo offerri pro infidelibus indicatur. Vnde nullum Miſſæ ſacrificium inſtitutum eſt ad offerendum Euchariſtiam pro infidelibus, vt conuertantur.

Preces pro infidelibus licere quidem in Miſſæ ſacrificio, non tamen oblationes, & ſacrificia.

Veriùs ergo dici poſſet, quòd vt Eccleſia precatur pro conuerſione infidelium, ſiue Iudæorum, ſiue hæreticorum, præſertim autem in die Paraſceues, non tamen pro illis offert: ita & nos orare quidem poſſumus ac debemus pro infidelium, ſiue Iudæorũ, ſiue hæreticorum conuerſione, tum in celebratione ſacroſancti myſterij, tum extra illud; quia hoc ſcrupulum nõ habet vllum. Ita etiam olim in lege orabant Iudæi pro infidelibus: nam 1. Mach. 12. *Nos*, inquit, *memores ſumus veſtri in ſacrificijs, quæ offerimus, &c.* & Baruch. 1. dicitur: *Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocauſtomata, & thus & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filij eius.* Vide quomodo diſtinguit oblationes, & petit, vt oretur pro vita Nabuchodonoſor, non autem vt offeratur.

1. Mach. 12.

Baruch. 1.

Regum Ethnicorum in Ieroſolymitanum olim templũ munificentia.

Legimus tamen, pleroſque Reges infideles ſumptus præbuiſſe neceſſarios ad cultum, & ſacrificia templi: quales fuere Cyrus, Darius, Artaxerxes, & Seleucus Aſiæ Rex, de quo 2. Machab. 3. & 1. Mach 7. *Exierunt*, inquit, *de Sacerdotibus populi ſalutare eũ in pace, & demonſtrare ei holocauſtomata, quæ offerebantur pro Rege*, ſcilicet Demetrio. Et vt refert Philo libr. 2. de legatione ad Caium, idem fecerunt Auguſtus & Tiberius Imperatores.

1. Eſdr. 1. Infrà 6. 1. Malach. 7. Philo par. 2. circa fin.

Traditur enim ibi, quòd, Iſidoro quodam Sycophanta calumniante Iudæos, quòd cum omnes votiuas hoſtias cæderent, ſoli noluiſſent ſacra facere pro Caio, vnanimiter exclamarunt Iudæi: *Domine Cai, calũnijs petimur: immolamus hecatombas, libatoq; ad aram ſanguine, carnes domũ, vt quorundam mos eſt, nõ retulimus, ſed integras victimas igni exurendas tradidimus: idq; ter primò, quando ſucceſſiſti in imperium: iterum, quando grauem illũ morbum euaſiſti; tertiò, quando votum pro Germanica victoria feciſti.* Hæc illi.

Iudæi quoties pro Caio Imp. ſacrificauerint.

Et Chryſoſt. & Theophylact. aſſerunt, orandum quidem pro infidelibus Regibus, nullibi tamen affirmant, pro illis corpus Chriſti offerri in altari.

Chryſ. ho. 6. ſub initio. Theophylact.

Ad IV. dub. Si vult Deus omnes homines ſaluos fieri, vnde tot homines condemnantur.

Quarto loco in illis verbis: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, grandis, & acris mota fuit difficultas. Si enim Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & veritatem illam agnoſcere, de qua CHRISTVS Iudæis dixit: *Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, ſine qua nemo ſaluatur*: quis ergo hoc poterit intelligere? Nam Dei voluntas omnipotens eſt, & faciens quæcunque vult in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis: & alio loco: *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.*

Ioan 8.

Pſalm. 34. Eſai. 46.

Quod ſi dicas, homines illam poſſe impedire. Sed hoc certè abſurdum, vt ab infirma voluntate illa firmiſſima, & primaria volũtas vincatur. Quare quidam hoc vt certum ſtatuentes, Deum, ſcilicet, nolle omnes homines ſaluos fieri, conantur hæc Apoſtoli verba varijs gloſſis, & interpretationibus ab eorum vera intelligẽtia abducere.

Reſpondetur dicentibus, diuinã poſſe ab humana impediri, & vinci voluntate.

Exploditur hæc ſentẽtia: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, ſcilicet tantùm prædeſtinatos.

Primus ergo ſenſus eſt, velle Deum omnes homines ſaluos fieri, id eſt, neminẽ aſſequi ſalutem, niſi quẽ ipſe velit miſericorditer ſaluum fieri, hoc eſt, omnem prædeſtinatum, ſiue ſaluandum. Simili enim loquendi tropo vtimur, cùm dicimus, Magiſter ſcholæ omnes hui' ciuitatis pueros docet. Sed certè gloſſa violenta videtur, & additio potiùs ad textum. Et quid illuſtre habet dicere; Non ſaluatur niſi ſaluandus, & prædeſtinatus? quaſi de hoc vnquã aliquãdo dubitatum fuerit. Neque quadrat præcentibus: Orate pro omnibus hominibus, quia Deus vult perpaucos ſaluari. Neq; vllo exemplo fulcitur hæc expoſitio. Nam illud Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, id eſt, Nemo illuminatur, niſi qui ab ipſo lumen percipiat: verum quidem hoc eſt, ſed verba illa plùs dicunt: ſignificant enim, vniuerſos, & ſingulos homines, ꝙ ad ſe attinet, illuminari à Deo, etſi ſuo vitio non omnes illuminentur, iuxta illud: *Hoc eſt iudicium* (mundi ſcilicet) *quia venit lux in mũdum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Hoc notiſſimum erat Timotheo, nec opus erat de hoc illum admoneri à tanto Apoſtolo.

Ioan 1.

Quomodo accipiendum illud, Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Infrà 3.

¶ Producunt deinde illud Pauli: *Sicut in Adam omnes peccauerunt, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur:* intelligentes de vita animæ, & propterea exponentes; Nemo viuificatur niſi per Chriſtum. Sed falſum eſt, ibi ſermonẽ eſſe de vitæ animæ, cum manifeſtè de corporis reſurrectione ſit ſermo, & vniuerſum verũ erit, quod omnes reſurgent. Et ille ſenſus ſtare non poteſt cùm litera, & ſimilitudine, quam producit Paulus: Sicut in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnea viuificabuntur. Vt ergo ſtet lanx comparationis æqua ex parte Chriſti, opus eſt in illo omnes ad vitam reſtitui. Æquantur enim Chriſtus & Adam in illis contrarijs, morte, & vita.

His verbis: Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, de vita animæ non eſſe ſermonem Apoſtolo.

1. Cor. 15.

In quo peccet exemplũ allatum: Vt ludimagiſter oẽs huius ciuitatis pueros docet: ita Deus vult omnes homines ſaluos fieri.

¶ Exemplum magiſtri, qui docet omnes pueros ciuitatis, non eſt ad rem: quia nõ dicitur omnes docere, qui vix mediam partem puerorum docet: at qui ſalui fiunt, pauciſſimi ſunt, ſi conferantur cũ innumerabilibus, qui pereunt.

Ineptum eſſe etiam iſtum ſenſum: De' vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt, de quolibet genere hominum.

¶ Alter ſenſus eſt: Deus vult oẽs homines ſaluos fieri, hoc eſt, de quolibet genere hominũ, id eſt, Iudæis, Græcis, Barbaris, fœminis, adultis, pueris, liberis, & ſeruis, &c. vt ſit diſtributio accommoda, non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, ſicut illud; *Decimatis mẽtam, & rutam, & omne olus*, id eſt, de omni genere olerum: licèt poſſit dici, ꝙ hæc eſt hyperbolica locutio.

Luc 11. Matth. 23.

Alterum exemplum producitur: Omne animal concluſum fuit in arca Noë, id eſt, omnis ſpecies animalis. Sed & hoc infirmum eſt. Nam in his exemplis nomen genericum diſtribuitur per vniuerſalem notam congruè per ſpecies ſuas, genus autem primùm in ſpecies diuiditur, deinde in indiuidua: nam in propoſito ſermo eſt de hominibus, in quibus cadit diſtributio hęc in ſpecies. Alioqui diceret Pelagius peccatum in omnes homines pertranſijt, id eſt, in quoſdam ex hominibus; & Chriſtus eſt Saluator omnium hominum, id eſt, quorundam. Sed cum dicimus, omnes homines, iuxta proprietatem, & rigorem, nullũ excludimus hominem. Et cùm Paulus ait, vt oremus pro omnibus hominibus, non intelligimus præceptum, quòd oremus pro quibuſdam hominibus, ſed pro omnibus indiuiduis ſpeciei humanæ, quia omnes iubemur ſpeciatim diligere vt proximos: aut ſaltem ſi figuratam accipimus locutionem, per ſynecdochem, vel per hyperbolem deberemus intelligere maiorem partem, ſicut illud: *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis*; & aliud: *Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Modò verò tam pauci proponuntur, vt non poſſint dici homines, quia multò plures ſunt qui damnantur, quàm qui ſalui fiunt; ac proinde non poſſunt dici omnes homines.

Geneſ. 7.

Rom. 5.

1. Tim. 4.

Quid orare pro omnibus hominibus, iuxta Apoſtolum.

Matth. 22.

Rom 13.

Luc. 2.

Matth. 2.

II. argum.

Adhæc ſi vult omne genus hominum ſaluari, quomodò infantes, qui in vteris maternis moriuntur, vult ſaluos fieri? Et cùm ait Apoſtolus: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*, non eſt interpretandum de quolibet genere hominum. Poſtremò videtur, quòd hæc ſententia ſit generalis, quia eſt illi Petri ſimilis: *Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Hæc autem generalis ſententia eſt, quia diſtinguit inter aliquos quos nõ vult perire, & inter omnes, quos vult ad pœnitentiam reuerti.

1. Tim. 2.

III. & v I. argumen.

2. Pet. 3.

Accedit tertia interpretatio huius loci: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, quia facit nos velle, vt omnes ſalui fiant. Et hæc confirmatur per alium locum, nimirum: Spiritus poſtulat pro nobis, & clamat pro nobis, id eſt, poſtulantes, & clamantes nos facit: ita vult, id eſt, facit nos velle, & optare hominum ſalutem. Sed ſanè ſi ſeriò agamus, non facit Deus velle, vt omnes homines ſalui fiãt, niſi verum ſit, & exploratum, quòd ipſe non velit omnes homines ſaluos fieri. Nõ enim vult Deus, nos velle aliquid contra voluntatem ſuam, & determinationem ſuam notam. Præterea tanta bonitatis diuinæ ſignificatio erga homines Deo tolleretur, & nobis tribueretur contra omnes Scripturas, quæ vbique nobis prædi-

Impugnatur hæc quoque intelligentia, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt, Facit nos velle, vt oẽs homines ſalui fiãt.

II. ratio.

cant diuinæ bonitatis,& miſericordiæ magnitudinem.

Quid eſt, Deũ omnes velle ſaluos fieri voluntate ſigni, non voluntate beneplaciti, vt quidam meditantur.

Quartò, alij hunc locum explicant non de voluntate beneplaciti diuini, ſed de voluntate ſigni: quia videlicet omnes facit ſalutis capaces, & dedit mediatorem Chriſtũ idoneum, & paratum omnibus ad eum accedentibus ſuccurrere. Dedit etiam præcepta,& gratiam,qua quiſque valeat ſe erigere,& ſalutem conſequi:ſicut dicimus,verbi gratia,per figuram Metonymiæ,quòd literæ principis ſint voluntas principis, id eſt, ſignum voluntatis eius. Medicus quoque

Exemplum eorundem.

præparans medicamentum omnibus morbis propellendis idoneum, dicitur omnes ſaluare velle præparatione medicamenti: ſed propriè illos tantùm ſaluat, quibus peculiariter medicamentum applicatur. Vnde Auguſtinus artic.1. libri reſponſionis ad articulos ſibi falsò impoſitos: *Poculum quidem, ait, immortalitatis, quod confectum eſt de infirmitate noſtra virtute diuina, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibatur, non medetur.*

B. Aug to 5.

Probatur nõ tantũ voluntate ſigni, ſed etiam beneplaciti Deum omnes homines velle fieri ſaluos.

Sed in hanc expoſitionem facit, quòd iſta non eſt tantùm ſigni volũtas: ſed etiam beneplaciti, de qua paulò antè dixerat Apoſtolus: *Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo*:& ad Romanos: *Reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Ecce voluntatem beneplaciti vocat eam, qua nobis gratiã Deus confert, Chriſti lumen ad ſalutẽ. Deinde probatur,quòd

Rom.12.

II. argum.

hęc ſit voluntas beneplaciti:quia velle omnes ſaluare, non eſt vlla ſpecies voluntatis ſigni, non enim eſt prohibitio, vel permiſſio, quia eſt de malis: rurſus non eſt conſilium, vel præceptum: quia ſi omnes nõ ſaluabuntur, quomodò conſulitur, aut præcipitur quod nunquam fiet? Non eſt etiam operatio Dei, quia hoc nõ operatur in nobis, niſi volentibus nobis: cum enim Deus liberi nos conſtituat arbitrij, nihil vult nos velle niſi volentibus nobis. Adhęc ſi eſt voluntas ſigni,non tamen falſi, ſed etiam veri ſigni erit. Vult ergo quicquid ſigno aliquo

III. argum.

ſuam voluntatem declarante, oſtendit ſe velle; alioqui Deus eſſet hypocrita, quia oſtendit ſe velle quod nõ vult. Accedit quòd

IV. argum.

B. Bona. in 1. ſent diſt 61. q.1.à medio.

Bonauentura in ſecũdo ſententiarum, iſtam conditionatã voluntatem refert ad voluntatẽ beneplaciti. Nec propterea, quia præcipit bona, per quæ poſſit homo peruenire ad vitam æternam, ſi nihil ei adijcias, conſequitur, Deum velle omnium ſalutẽ: quia, præceptum nihil propriè ad reparationem hominis ſpectat, vt conſtat in lege, in qua etiam dabat præcepta, per quæ tamen non iuſtificabantur, & Apoſtolus ſententiam ſuam probat ex Chriſto reparatore, non ex præceptis ſolis.

Gal.3 & alibi paſſim ad Rom.

Hæc quoque ſententia: Non eſt voluntas Dei abſoluta vt oẽs homines ſalui fiãt, ſed velleitas quędam, quæ leuis & abſurda.

Præterea audiui quoſdam hæc intelligere non de voluntate Dei abſoluta, ſed de velleitate, quæ eſt impoſſibilium. Sed iſta voluntas non cadit in virum ſapientiſſimum, nedum in Deum. Deinde non ait optatiuè, Vellet omnes homines ſaluos fieri; ſed, vult, de præſenti. Tertiò, quia ſi Dei potentiam ſpectes, & voluntatem, non eſt impoſſibile, omnes homines ſaluari ante præſcientiam damnationis ipſorum, ſed maximè eſt poſſibile. Et in vniuerſum contra has omnes expoſitiones

Prima ratio, cur prædicti ſenſus dicti Apoſtoli ſint merito deſerendi.

facit primò tanta ſolutionum varietas, ex qua facile poteſt colligi falſitas: nam qui has gloſſas inuexere, in ijs diu conquieſcere non potuerunt. Nam Beatus Auguſtinus in epiſtola ad Vitalem, quaſdam ex

B. Aug epiſt. 107.

prædictis expoſitiones cùm attuliſſet, ſubiunxit: Vel ſi quo, inquit, alio modo poteſt intelligi, dummodo non obeſſet Scripturæ veritati. Deinde, quia leui, ac futili argumento ad has gloſſas excogitandas promouentur.

II. ratio.

Ex eo enim quòd minimè ſalui fiant omnes, colligunt Deum non velle omnes homines ſaluos fieri, eo quòd fruſtrari eius voluntas non poſſit; cùm tamen aliter voluntas Dei accipiatur in Scripturis. Nam definiens idem Auguſtinus, peccatum eſſe factum, vel dictum, vel concupitum aliquid contra æternam legem, neceſſum eſt, vt concedat eſſe contra voluntatem Dei: non enim eſſent peccata, niſi eſſent contra voluntatem Dei. Multa quoque indies fiunt ab hominibus, quæ aduerſantur voluntati Dei, quibus prouocatus, vltionem contra illa perpetrantes exercet. Nam Adam peccando,& Cain,& cæteri, in Dei voluntatem egerunt.

Idem lib 22. contra Fauſt. c.28. tom 7.

Quid peccatum Auguſtino.

Geneſ 3. Infrà 4.

Vltima ſententia proponitur veritati, pietatique maximè cõformis.

Eſt ergo quædam voluntas Dei efficax, & deliberata, & contra hanc nulla vis, aut potentia eſſe poteſt, quia non pendet ex voluntate humana. Eſt etiam alia voluntas beneplaciti, quam precamur in oratione Dominica fieri à nobis, & quæ impediri poteſt à nobis ipſis; & ſine noſtra voluntate cooperante non perficitur, quia nos libero arbitrio præditos condidit, quo ſibi voluit nos cooperari. Et hac voluntate vult nos non peccare; & ideo mandat ne peccemus, & hac vult nos ſaluos fieri, ſi nos ipſi (quod noſtrum eſt) aſſenſum præſtemus,& cum diuina voluntate concurramus. Priori certè voluntati efficaci, & immobili voluntati nemo poteſt reſiſtere; poſteriori verò poſſumus reſiſtere, & fre-

Matth.6.

quenter

Actor. 7. Iob. 9.

quenter malo noſtro reſiſtimus. Cuius rei teſtimonia ſunt: *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis*; &, *Quis reſtitit ei, & pacem habuit?* ſignificans quoſdam quidē reſiſtere, ſed amiſſa ad Deum gratia, & pace. Ita etiam Dominus clamabat: *Ieruſalem, Ieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti.* Et ſequitur de pace amiſſa: *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*: & Paulus: *Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitēs cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ, & iuſti iudicij Dei.* Oſtendit ſe ergo nolle peccatum ſicut alibi ait, *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.* Et iterum: *Mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis.* Vides igitur, quàm crebrò, ac densè Scripturæ proponant nos reſiſtere Dei voluntati, & contra eam facere peccando, & noſtris cupiditatibus ſeruiendo.

Matth. 23.

Rom. 2. Quæ cauſa noſtræ perditionis.

Ezech. 33. & ſuprà 10.

Infrà 24.

In hunc ergo ſenſum de voluntate beneplaciti benigna erga nos, ſiue de hac voluntate antecedenti, & conditionata, multi Patres hunc locum explicarūt, ſicut explicandus eſt. Ecce Chryſoſtomus homil. 7. in hanc epiſtolam ſcribit: *Imitare Deum tuū; ſi omnes ille vult ſaluos fieri, merito pro omnibus oportet orare. Si omnes ſaluos fieri cupit, illius & tu concorda voluntati: quod ſi & ipſe vis, ora, quippe volentium eſt orare. Vides vt omni ex parte animam inducat ad orandum etiam pro Gentilibus ipſis?* Et infrà: *Si ergo, inquies, Deus ipſe dare vult, quid hoc me orare neceſſe eſt? Multum hoc omnimodis confert. Nam per huiuſmodi orationis ſtudium te ad diligendum trahit, neque ſinit efferari, ſufficiunt & hæc illos attrahere ad fidem.* Ambroſius etiam in hunc locum: *Si Deus vtique, qui omnipotens dicitur, omnes homines ſaluos vult fieri; cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione ſenſus eſt, conditio latet. Vnde dicit Petrus Apoſtolus: Omnis Scriptura indiget interpretatione. Vult enim Deus omnes ſaluos fieri, ſed ſi accedāt ad eum. Non enim ſic vult vt nolentes ſaluentur; ſed vult illos ſaluari, ſi & ipſi velint. Nam vtique qui legem omnibus dedit, nullum excepit à ſalute. Nūquid & medicus idcircò proponit in publico, vt omnes ſe oſtēdat velle ſaluare, ſi tamen ab ægris requiratur?* Hæc ille, eleganter annotās, Deum in Scripturis, cum aliquid vult, velle hac conditione, ſi ipſi velimus. Item Auguſtinus lib. de ſpiritu & litera, explicans hæc Apoſtoli verba: *Vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: non ſic tamen, vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel benè, vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur. Quod cùm ſit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Euangelio non credunt: nec ideò*

B. Chryſoſt.

Quo modo imitari debeamus Deū in eo quod vult omnes homines ſaluos fieri.

Diluitur hoc. Si Deus vult omnes homines, ſaluos fieri, quid mea opus eſt ad hoc voluntate.

Ambr. tom 5. circa fin. 2. Pet. 1.

B. Aug. c. 21. ſub init. to. 3.

tamen eam vincunt, verum ſeipſos fraudant magno, & ſummo bono, maliſque pœnalibus implicant, expectaturi in ſupplicijs poteſtatem eius, cuius in donis miſericordiam cōtempſerunt. Ita voluntas Dei ſemper inuicta eſt; vinceretur autem, ſi non inueniret, quid de contemptoribus faceret, aut vllo modo poſſent euadere, quod de talibus ille conſtituit. Qui enim dicit, verbi gratia, Volo vt hi omnes ſerui mei operentur in vinea, & poſt laborem requieſcentes epulentur, ita vt quiſquis eorum hoc noluerit, in piſtrino ſemper molat: videtur quidem quicunque contempſerit, contra voluntatem domini ſui facere: ſed tunc eam vincet, ſi & piſtrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri poteſt ſub Dei poteſtate. Accedat Hieronymus, qui libro primo in epiſtolam ad Epheſios, ſcribens ſuper illud: *Secundùm propoſitum eius, qui vniuerſa operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ*, & cætera. *Vult autem* (Deus) *ea quæcunque ſunt plena rationis, atque conſilij: vult ſaluari omnes & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus abſque propria voluntate ſaluatur, liberi enim arbitrij ſumus: vult nos bonum velle; vt cùm voluerimus, velit in nobis & ipſe ſuum implere cōſilium.* Et idem Hieronymus in caput 18. Ezechielis, circa finem: *Domini voluntatis eſt, omnes ſaluos fieri, & ad notitiam veritatis venire, Vbicumque autem Dei videtur ſeuera, & truculenta ſententia, non homines, ſed peccata condemnat.* OEcumenius in præſentem locum: *Si Deus vult, quare non fit quid vult? Non fit, quia illi nolunt, Nihil enim ex neceſſitate facit in nobis Deus.* Auguſtinus quoque ad articulos ſibi falsò impoſitos, artic. 1. *Qui fieri poteſt*, inquit, *vt Deus, qui etiam illos ſaluat, de quibus dici non poteſt, quòd ſaluari velint nolit aliquos ſaluari, etiamſi ſaluari velint, niſi aliqua cauſæ exiſtant, de quibus, quamuis ſint nobis agnoſcibiles, ita tamen benè iudicat, de quo dici non poteſt, aliter eum quicquam facere debuiſſe, quàm fecit? Remota ergo hac diſcretione, quam diuina ſcientia intra ſecretum iuſtitiæ ſuæ continet ſynceriſſimè credendum, atque profitendum eſt. Deum velle, vt omnes homines ſalui fiant. Siquidem Apoſtolus, cuius iſta ſententia eſt, ſolicitiſſime præcepit, quod in omnibus Eccleſijs piiſſimè cuſtoditur, vt Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur.* Hæc ille, quicunque eſt, ſiue Auguſtinus, ſiue Proſper, vt alij volunt. Adhæc producendus eſt Damaſcenus libro 2. de Fide Orthodox. cap. 29. in fine: *Neque latendum eſt*, inquit, *Deum præſertim, præcedentemque, velle omnes ſaluari, & regnum eius conſequi. Non enim ad puniendos nos plaſmauit, ſed vt efficiat nos bonitatis ſuæ participes, vt bonus: peccantes autem puniri vult, vt iuſtus. Dicitur prima, præcedens voluntas, acceptatio, ex ipſa exiſtens. Secunda verò, voluntas ſequens, & permiſſio ex noſtra cauſa* existens.

Mali Deum vincentes, quomodo vincantur ab eo.

B. Hier. to. 1.

Idem lib. 6. in Ezech. to. 5.

Oecum. c 3. ante med.

Aug. to. 7. lib. 2 reſp. obiectio 2.

1 Tim. 2.

B. Damaſc.

Cur nos plaſmauerit Deus.

Volũtas Dei ſubſequens duplex, iuxta Damaſcenũ, & quid antecedens.

exiſtens. Et hæc duplex eſt: hæc quidem diſpenſatoria, & eruditiua ad ſalutem, illa verò deſperatoria ad finalem punitionem, ceu iam diximus. Eorum autem, quæ in nobis ſunt, ſi bona quidem, præſertim, antecedenterq́; vult, & acceptat. Sin mala, & re vera mala, neque præſertim vult, neque conſequenter vult; ſinit tamen arbitrium ad illa liberum. Hæc ille, docens, antecedentem Dei voluntatem eſſe eam, quæ omnia noſtra merita, & demerita antecedit in oculo Dei, ſecundùm quam primo: omnibus, antequam videat eorum peccatum, vult gloriam: & quia non congruit dare ſine meritò, cùm ſit ſapiẽs, proponit legem, qua impleta, gloria æternæ vitæ eos coronat. Et quia nemo poteſt ex ſe legem ſeruare, largitur gratiam, qua ſeruare illam poſſit, & illam omnibus offert. Et hactenus eſt voluntas antecedens præparans finem, & media illius comparandæ, & vires, ſiue fortitudinem ſuppeditans ad præſtanda media. Sed quia poſteà videt, aliquos nolle acceptare gratiam, neque ſeruare legem; illis voluntate conſequenti præmium gloriæ decreuit non tribuere. Hæc autem voluntas antecedens, ſiue conditionis ſub voluntate beneplaciti contenta, duplex eſt: altera, qua quoſdam vult Deus abſolutè ſaluare, alios verò non niſi ſub conditione, de qua Apoſtolus hoc loco agit; alia verò conſequens, qua non decreuit conferre gloriam niſi acceptantibus lumen ſuum: refutantes verò lumen gratiæ, noluit ſalutem æternam adipiſci, & in hac voluntate ſalutis ſub conditione danda, benè nouit Deus aliquot perituros ſuo vitio; & culpa: quemadmodum ſeminans frumentum intendit vt fructificet, non autem vt pereat, etiamſi nouerit, aliquot grana peritura per volucres cœli, & propter ſpinas, & petras, in quibus aliquid fuit ſeminatum.

Deus omnes ſaluos eſſe voleos, & tamen multos condemnãs, quales videri poſſit. *Matth. 13.*

Quorundam electionem abſque aliorũ fieri præiudicio. *Infrà 25.*

Quòd verò non omnes æquali voluntatis efficacia elegerit, id non probat Deum velle omnes ſaluos fieri, cùm id ſapientia, & iuſtitia magna fiat: dat enim vnicuique talenta, & vni quidem quinque, alteri autem duo, alij verò vnum. Et plerumque illi, qui plura talenta acceperunt, pereunt, qui verò pauciora, ſaluantur: quanquam ex prædeſtinatis nemo tãdem periri poſſit.

Contra hanc doctrinam: quoſdã Deus nolle ſaluare ſed perdere. *B. Aug. epiſt. 10. ad Vitali. tom. 2.*

Qui verò aſſerere audent, Deum velle quoſdam ſaluare non propter peccata præuiſa, ſed ob Dei ipſius decretum, & voluntatem, & gratiã, à nullo duro corde reſpui poſſe, & noluiſſe miracula edere in Tyro, vbi tamen crediđiſſent, ſi edidiſſet: huic mihi ſententiæ Apoſtolicæ videntur apertè contradicere, & innumeris alijs Scripturis, è quibus ſunt quæ ſequuntur: *Perditio tua Iſraël* (ex te ſcilicet) *tantummodò in me auxilium tuum: nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Et ſub iuramento dicit, & inculcat: *Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.* Et infrà: *Quare moriemini domus Iſraël?* rurſus: *Non dicas, Ille me implanauit; nõ enim neceſſarij ſunt ei homines impij:* & iterum: *Non dixeris, Per Deum abeſt: quæ enim odit, ne feceris: Nemo cùm tẽtatur, dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt:* &, *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Speramus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium: & retractat quomodò anima non pereat.* Item, *Sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem; ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Et puniturus conqueritur: *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Et eſt dolentis, & punire volentis, quaſi cogatur ad flagellandos, & punie͂dos peccatores. Quæ omnia apertè teſtantur, Deum ex ſe velle, omnes homines ſaluos fieri. Deniq;, quòd hæc ſententia ſit perpetuæ veritatis, & omni tempore voluerit Deus omnes homines ſaluos facere, oſtendit Clemens libr. 2. Apoſtol. Conſtitut. cap. 59. *Deus enim*, inquit, *cùm miſericordiæ Deus ſit, à principio ſingulas generationes ad pœnitentiam vocauit per iuſtos, ac Prophetas, atque illos quidem, qui ante diluuium fuerunt, per Abel, & Sem, & Seth, præterea per Enos, & per Enoch, qui fuit tranſlatus, inſtituit, eos, qui in diluuio reperti ſunt, per Noë, qui erant Sodomis per Lot; eos, qui poſt diluuium nati ſunt, per Melchiſedech, per Patriarchas, per ſanctum Iob; qui in AEgypto fuerunt, per Moſem; Iſraëlitas, per eundem Moſem, & per Ieſum, Caleb, Phinees, & reliquos eos, qui poſt legem fuerunt, per Angelos, & per Prophetas; eoſdem per propriam incarnationem ex Virgine factam; illos qui fuerunt paulò ante eius corporalem manifeſtationem, per Præcurſorem Ioannem: eoſdem per eundem etiam poſt natiuitatem ipſius (Dicebat enim Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.) eos, qui poſt eius paſſionẽ fuerunt, per nos duodecim, & per vas electionis Paulum. Nos ergo, qui digni facti ſumus, vt eſſemus teſtes aduentus ipſius, cum Iacobo fratre Domini, & alijs ſeptuaginta duobus, & ſeptem Diaconis eius ex ore Domini noſtri Ieſu Chriſti audiuimus, & perfectè ſcientes dicimus, quæ ſit voluntas Dei bona, placens, & perfecta per Ieſum Chriſtum nobis demonſtrata, vt nullus intereat, ſed vniuerſi homines vnanimi ſententia credentes ei, & vnanimem laudem ferentes in eum, viuant in æternum.* Hæc Clemens.

Et lib. 1. de prædeſt. ſanct. c. 7 tom. 7. Et in li. Enchi. c. 97. & 102. Matth. 11. Luc. 10. Oſea 13. 2. Pet. 3. Ezech. 33. Eccleſ. 15. Ibidem. Iacob. 1. Ioan. 1. 1. Tim. 4. Rom. 5. Eſai. 1.

Clem. Rom. Connumeratio variæ prouidentiæ, & quẽadmodum Deus à principio per quamlibet generationem vocauit omnes ad pœnitentiam, ex Apoſtolica doctrina. *Geneſ. 4. Ibidem. Infra 5. Infrà 6. 2. Pet. 2. Geneſ. 14. Matth. 13. Actor. 9. Infrà 6.*

Bezæ Theodori dictum

Admiratus ſum autem inſignem Bezæ ſtultitiam, qui hoc dictum tam planum, &

Apoſtoli: qui omnes homines vult ſaluos fieri, de electis tantūmodo intelligentis diluitur primū argumentum.
Tri. Syno.ſeſſ. 6. Canon. 13.
Ioan. 10.
2. Tim. 2.

perſpicuum, & tam Deo, & Chriſto glorioſum detorquet, & ſingulis hominibus, applicandum non eſſe cenſet: *Fruſtra*, inquit, *prædicatur iuſtificatio ex fide, niſi ſubſternatur certa, & conſtans electio: electio verò ſine oppoſito membro conſtitui non poteſt*, Sed hæc falſa ſunt. Eſt enim in Tridentino Concilio damnatum, gratiam non dari niſi prędeſtinato, ſeu electo. Et quia ſemel prędeſtinatus non poteſt perire, cum certa fide agnoſcamus, omnes infantes baptizatos gratiam Dei recipere, agnoſceremus multos prędeſtinatos.

II. arg. Bezæ.

Secundò arguit Beza: *Qui hoc dictum Pauli ad ſingulos homines pertinere concedunt, vel liberum arbitrium, quod eſt in vtramque partem, ſtatuunt, vel Pelagiani ſunt, ſi naturalem faciunt gratiam, vel ſemipelagiani, ſi cum natura faciunt concurrere gratiam, quæ infirmam naturam adiuuat.* Sed planè futile eſt argumentum, quia & liberum arbitrium ſtatuimus cum gratia poſſe flecti in ea, quæ ſalutis æternæ ſunt, & gratiam Dei vniuerſalem ad omnes, & ſingulos homines extendi: ſicut etiam delictum in omnes, & ſingulos extenſum eſt; vnde omnes propterea gratia Dei egent. Deinde gratiam non facimus naturalem, ſed ſupernaturalem, & naturæ noſtræ accedentem. Et cum gratia cooperari liberum arbitrium, non eſt aut Pelagianum aut ſemipelagianum, ſed Catholicum, & Orthodoxum, atque adeò Paulinum dogma, qui dixit: *Abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Hinc Auguſtinus ſerm. 15. de verbis Apoſtoli. *Sine voluntate tua non erit in te iuſtitia Dei. Volūtas quidem non niſi tua, iuſtitia non eſt niſi Dei. Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine voluntate tua: ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. Qui ergò fecit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te: ergò fecit neſcientem, iuſtificat volentem.* Et Chryſoſtomus quodam loco: *Nec gratia ſine voluntate, nec voluntas ſine gratia poteſt. Nam & terra non germinat ſine pluuia, nec pluuia fructificat ſine terra.*

Rom. 5.

Liberū hominis arbitrium ſimul operari cum gratia.
1. Cor. 15.
B. Aug. c. 11. init. to. 10.
B. Chryſoſt.

III. argum.

Tertiò argumentatur Beza: *Aut parem facimus illum primæ gratiæ guſtum, aut imparem Si imparem, iam ab vniuerſali gratia recedis: ſi parem, vnde tam impar effectus?* Reſpondeo: quia gratia recipitur per modum recipientis: & non eſt par conatus omnium, qui accipiunt gratiam, & maiorem ſępè reſpuunt multi, cum alij parem, aut minorem accipiant, qui illam excolunt, & vberiores fructus producunt. Non ergò firmum eſt: Parē duo accipiunt gratiam in Baptiſmo, ergò in vtroq; gratia eandem ſanitatem efficiet, aut non fuit par naturę corruptio. Nam aſſerimus, cum pari naturæ corruptione parem eſſe ſanitatis effectum: ſed vnus in illa non ſtetit, ſed retroceſſit, alter verò perſeuerauit, & per Sacramētorum vſum, & per orationis, & bonorum operum ſtudium auxit gratiam. Et hactenus ſit diſputatum de hoc loco.

Parē gratiam recipientes cur imparem fructū ferant.

DISPVTATIO VI.

In qua reliquis tribus propoſitis dubitationibus reſpondetur.

Ad V. dubit. Quā idonea ratio ſit Apoſtoli, orādum eſſe pro omnibus, quia vn° Deus, & vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.

QVINTO loco dubitatum fuit in illis verbis: *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus*, an videlicet hæ ſolidæ eſſent rationes, ad inferendum eſſe pro omnibus precandum. Reſpondemus, firmas eſſe, & bonas rationes. Prima ex vnitate Dei accipitur: nam ille omnes condidit, & peculiarem prouidentiam omnium hominnm gerit, vt ad eum, ad quem ſunt conditi finem, peruenire poſſint. Et vt ait liber Sapientiæ: *Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus:* & Apoſtolus: *An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? imò & Gentium.* Et rurſus: *Non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum;* & Petrus: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni Gente qui timet eum, & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi.* Quòd non poteſt commodè de temporalibus bonis intelligi, cum inæqualiter illa diſtribuat: nec rurſus de priuilegijs quibuſdam conceſſis, & non alijs ad facilius conſequendam æternæ vitæ ſalutem. Conſtat enim, populo Iudæorum datam circumciſionem, promiſſam terram Chanaam, latam legem Moyſis, & Prophetas illi populo peculiariter attributos: quia in his, & huiuſmodi excellebant communiter olim Gentilibus. Sed ſermo eſt de bonis ſpiritualibus, & ad vitam æternam ſpectantibus. In his enim neminem ſua gratia, & prouidentia deſerit Deus. Vnde Sapien. 1. dicit: *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum.*

Sapient. 6.
Rom. 3.
Infrà 10.
Act. 10.

Qua ratione non poſſit dici acceptor perſonarum Deus.

Gen. 17.
Leuit. 12.
Luc. 2.
Sap. 1.

Eſt autem ſolida ratio orandi pro omnibus, noſſe quòd vnus ſit Deus, à quo ſumus & pêdemus, & cui omninò in omnibus parendum eſt. Nam ſi plures dij eſſent, qui ſibi inuicem diſſentirent, quiſq; hominum cogeretur preces fundere tantum pro illis, qui ſunt à Deo ſuo conditi, & non pro alijs & ita diſſolueretur charitas, & amicitia ad proximum.

Ex eo quod vn° eſt Deus, quare orādū pro omnibus hominibus.
Act. 17.

Mediator Dei & hominũ cur homo Chriſt' Ieſus.

Alteram rationem adiungit, acceptam ex ratione Mediatoris: *Vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.* Hominum, inquit, non horum, aut illorum, ſed abſolutè hominum, vt indefinito nomine vniuerſos intelligeres. Et apertius exprimens ſubdit: *Homo Chriſtus Ieſus;* ac ſi diceret: Quia homo fuit, ideò communem ſuſcepit cauſam tuendam, vt nemo hominem Mediatore reconciliante, & ſaluare volente deſtituatur, qui eius cauſam apud Deum, etiam ad victoriam agere valeat. Vnde Dilectus dixit: *Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum.*

1. Ioan. 2.

Volũtariam, & ſpontaneã Chriſti fuiſſe oblatonẽ ad mortem, cõtra Arrianos. *Theophil. Oecum. c. 4.*

Et ſubdit opus præclarum, & eximium, quod hic Mediator præſtitit, cum ait: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Quæ verba expendunt Theophylactus, & Oecumenius: Qui dedit ſemetipſum: Non inquiunt: inuitus, vt Arriani dicebant, cum poſſet paſſionem à ſe propulſare: nec pecuniam, aut vlla munera obtulit, ſed ſemetipſum agnum Dei gratiſſimum, & acceptiſſimum.

Rom. 3. Quid eſt Chriſtũ dediſſe redẽptionẽ ſemetipſum pro omnibus *Pſalm. 110.* *Pſal. 129.*

Addit, *Redemptionem.* Græca habent ἀντίλυτρον, hoc eſt, redemptionis pretium. Græca vox non eſt nomen verbale, quod eſt cap. 3. ad Roman. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius; per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Vbi Græcè eſt ἀπολύτρωσις, nec rurſus; quod in Pſalm. 110. habetur: *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo.* Vbi ſimplex vox habetur, λύτρωσις, vt & in Pſalmo 129. *Et copioſa,* inquit, *apud eum redemptio.* & Matth. 22. *Filius hominis venit dare animam ſuam redemptionem pro multis,* vbi Græcè eſt alia vox, ſed eiuſdem ſignificationis, λύτρον πολλῶν. Et non tantum Græca vox pretium, ſed etiam commutationem denotat, qua caput capite, & vita redimitur vita, ſicut Damon pro Pythia in cauſa capitali vadem ſe conſtituit, vt teſtis eſt Cicero in libro de Officijs. Et ita Chriſtus dedit ſemetipſum pretium: quia ſuam vitam pro noſtra tradidit, & mortuus eſt, nos moreremur: quemadmodum interdũ captiuus Chriſtianus apud Turcas non ſolet redimi, niſi reddatur Turca aliquis apud Chriſtianos detentus, & ita ſit commutatio. Subdit. *Dedit ſemetipſum pro omnibus.* Quia non pro vna gente, aut populo, nec tantum pro quibuſdam, ſed pro omnibus Deo Patri, pro noſtra liberatione à peccato, ac dæmone, & inferno ipſo, & concupiſcentiæ, & mortis dominio ſeipſum dedit.

Cic. li. 3. Offi. Chriſti redemptio qualis ſit.

Quare pro omnibus redẽptionẽ ſe Chriſtus dederit.

Quid ſit mediator.

Quantum attinet ad vocem mediatoris, dicendum eſt Græcè dici μεσίτης, vel μεσίτης, & in vniuerſa Scriptura tantum hoc loco, & Galat. 3. & Hebræor. 9. inuenitur Tertullianus libr. de reſurrectione carnis, vocat ſequeſtrum, Eraſmus vertit Conciliatorem, vel interceſſorem: quid voces apud profanos autores cum ſignificant, qui medium ſe præſtat inter diſſidentes. Iuxta quam ſignificationem non eſt impium dicere, eſſe alios mediatores præter Chriſtum. Nam ad Hebr. 5. dicitur: *Omnis quidem Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum.* Auguſtinus tamen cum admittat plures aduocatos, interpellatores, interceſſores, & pacificatores, non vult agnoſcere niſi vnũ mediatorem, libr. 2. contra epiſtolam Parmeniani, capite ſeptimo, paulò ante dimidium: *Pro quo,* inquit, *nullus interpellat, ſed ipſe pro omnibus, hic vnus, verusq; mediator eſt.* Et paulò inferius: *Si eſſet mediator Paulus, eſſent vtique & cæteri coapoſtoli eius, ac ſi multi mediatores eſſent, nec ipſi Paulo conſtaret rato, quod dixerat: Vnus Deus enim eſt; vnus mediator hominum homo Chriſtus Ieſus.* ¶ Sed profectò ſi aliæ voces, vt Aduocati, Saluatoris, Interpellatoris, Conciliatoris, & Pacificatoris; alijs à Chriſto communicantur, cur non etiam vox Mediatoris? etſi alia ratione conſtet ſignificatus: vt Chriſtus ſit ille eximius mediator, qui non tantũ precibus, ſed pretio mortis ſuę totum humanum genus reconciliauit. Et ſi mediator eſt pro quo nõ mediat alius, ergò interceſſor eſt, pro quo alius non intercedit; & aduocatus, pro quo alius non aduocat, nec interpellator, pro quo alius non interpellat; neque pacificator, pro quo alius non pacificatur. Niſi fortè reſpexerit Auguſtinus ad naturam diuinam, quam cõiunctam habet cum humanitate ſua, vt lib. 9. de Ciui. c. 15. idem docet.

Galat. 3. *Heb. 9.* *Tertu. procul a med. par. 1.*

Heb. 5.

B. Aug. to. 7. in princ. Ratio Auguſtini, cur vnus & ſolus ſit mediator hominum homo Chriſt' Ieſus.

Sanctos etiã præter Chriſtũ & eſſe, & dici poſſe mediatores aliquũ apud Deũ, & quomodo.

Qua ratione dictũ ſit Auguſtini verũ.

Hoc autem verbo mediatoris confutantur iudaizantes: hoc enim nomen ab Apoſtolo ſumptum eſt ex hiſtoria Exod. 20. & 23. & Deuteronom. 5. & 18. deſcripta. Nam cum populus Iſrael terribilibus diuinę pręſentiæ ſignis in monte Sinai territus eſſet, dixit ad Moyſen, *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Tunc dixit Dominus: *Audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti ſunt tibi: bene omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem,* (ſiue, vt habent Septuaginta, *Quis dabit eſſe ſic cor illorum in ipſis? vt*) *timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore?* Ac ſi diceret, Maieſtatem meam non ferunt, te medium inter ſe & me cupiunt, & promittunt quòd facient omnia, quæ tu illis nomine meo nunciabis. Benè

Vnde Apoſtolus ſumpſerit vocem mediatoris.

Deut. 5.

quidem

quidem loquuntur,bona, & ſpecioſa ſunt verba,ſed cor non reſpondet.Nullus ſiquidem eſt,aut Angelus, aut homo, qui poſſit inter homines mediare , vt det illis talem mentem, qua faciant mandata mea.

Deut. 18.

Tunc adiecit Dominus promiſſionem talis mediatoris,dicens: *Prophetam ſuſcitabo ab eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui,& ponam verba mea in ore eius*(hoc eſt, Sic ad eos loquetur,vt timeant me, & obſeruent præcepta mea.)

Cōtra Iudæos Chriſtū negātes Dei atq; hominum mediatorem.

Vbi apertè Chriſtus promittitur mediator inter Deum & homines,qui & reluctantes faciat obedientes,& ſubiectos Deo & Deum ex irato reddat propitium ; quod nullus homo, vel Angelus poſſit. Quanquam illi neſcientes quid orando peterent intellexit Deus,& interpretatus eſt, quod peterent Meſſiam Deum & hominem.

Nouum vbi fuerit promiſſum Teſtamētum à Deo. *Gal. 4.*

Fuit etiam tacitè promiſſum Nouum Teſtamentum in monte Sinai ſimul cum eius mediatore. Porrò ea, quæ Moyſes in monte audierat à Domino,ceremonia quadam explicuit.

Exod. 24. & ſupra 3. *Hebr. 9.*

Nam populo dicente ; *Omnia quæ locutus eſt Dominus, & faciemus, & erimus obedientes*,Moyſes ſumptum ſanguinem vituli reſperſit in populum dicens : *Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus nobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his.*

Quid aſperſus vituli ſanguis ſuper populum ſignificauerit.

Illa enim ceremonia explicuit promiſſionem illorum, quam fecerant : *Omnia quæ locutus eſt Dominus,faciemus*, irritam fore: nam ſanguis vituli non potuit auferre cor lapideum, vt ſtatim patuit. Nam Moyſe exiſtente in monte, obliti promiſſi ſui, ſanguine vitulino confirmati, per vitulum peccauerunt contra primum mandatum,

Exod. 32.

& ſummo eorum Sacerdote,id eſt,Araone, potius cooperante ex ipſorum malitia , quam impediente,& Moyſe,qui legem deſignat,&quē mediatorem poſtulauerunt, acriter vindicante hoc peccatū,& Leuitis,qui legis Doctores erant,adiuuantibus.

Sanguis ille quid myſticè

Propheticè autem ſanguine illo deſignatus eſt ſanguis Chriſti, qui confirmat, & implet Nouum Teſtamentum.

Cyril. to. 2. *Num. 16.*

Cyrillus lib.1.Dialogorum de Trinitate aliam figuram Mediatoris producit, nempè Aaronis orantis pro populo peccante, Num.16.

Aaron elegans Chriſti typus in quo. *Hebr. 9.*

& ideò ad Hebr.9. Chriſtus mediator vocatur Noui Teſtamenti,in redemptionem earum præuaricationū(id eſt peccatorum)qui erant ſub priori Teſtamento: vt Aaron fuerit figura Chriſti remittentis peccata commiſſa per mediationem ſuam; Moyſes autem typus Chriſti , prout ſe medium interponit ad hoc, vt legem impleamus,

Galat. 3.

de qua ad Gal.3.*Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris*,hoc eſt, data, vt auxilio mediatoris impleatur,non auxilio Angelorum. Ita hoc loco mediator dicitur Chriſtus inter Deum & homines,quia homines Deo reconciliat, placando eum ſuper peccatis admiſſis;& promeretur hominibus Spiritum, quo deinceps Deo obediant.

Chriſtū appellās mediatorē Dei & hominum quos excludat mediatores.

Reprehendit ergò eos,qui propria peccata, & infirmitatem ignorantes, audent Deum accedere ſine vllo mediatore,confiſi ceremonijs quibuſdam externis , quibus putabant Deum placari. Reprehendit deinde eos, qui legis ſcientia confiſi , putant ſe poſſe viribus proprijs eam ſeruare. Rurſus confutat magica ſectantes , qui dicebant Angelos eſſe mediatores ad Deum, non autem Chriſtum;de quibus ad Coloſſ. 2.dixit Apoſtolus:*Nemo vos ſeducat in humilitate,& religione Angelorum.*

Coloſſ. 2. *B. Chry. hom. 7. in ep. ad Coloſſ ſub init. to. 4.*

Vbi Chryſoſtomus ſcribit : *Sunt nonnulli, qui dicunt , non oportere per Chriſtum reconciliari , & ad Patrem accedere, ſed per Angelos.* Hæc ille. Et hæc eadem eſt cauſa, cur Apoſtolus in epiſtol.ad Epheſios tam frequenter ac denſè inculcet acceſſum ad Patrem per Chriſtum; ne videlicet id tribuerent Angelis,

Simō Magus magnus ille nebulo,quos ſomniarit atque confinxerit mediatores.

Epihanius etiam in Simonem Magum inquit:*Simon etiam nomina quædam ſupponit principatuum,& poteſtatuum,cœloſq; diuerſos tradit, & in vnoquoq; firmamento,ac cœlo virtutes quaſdā exponit,& nomina barbarica his indit. Non poſſe rò aliter ſeruari aliquem,niſi hunc myſticum ductum didicerit,& talia ſacrificia Patri vniuerſorum per eos principatus,ac poteſtates offerre.* Hæc ille.

D. Epiph. in hæreſ 21. Simonianarum, à medio.

Sumpſit autem Simon Magus hoc dogma à Platonicis tradentibus dæmones eſſe colendos tanquam mediatores ad Deum.

Vnde hanc ille hauſerit ſuperſtitionē. *B. Aug. to 5.*

De qua re lege Aug.lib.9. & 10. de Ciuitate Dei.

Prima ratio, cur Angeli ſancti, veri, atq; perfecti nō ſit mediatores,ſed tantū Chriſtus.

Ex his omnibus colligimus, ſanctos omnes,atque Angelos pro alijs orantes, & intercedentes,quo modo loquitur Scriptura non eſſe per omnia mediatores,quia nec ſatisfaciunt pro peccatis,nec placant Deū, nec promerentur nobis Spiritum obedientiæ ad ſeruanda Dei mandata; ſed impropriè ſunt dicendi mediatores,quia pro nobis intercedunt,& nobis fauent.Quicquid enim Angelus,& ſanctus homo à Deo petunt,nonniſi in virtute Chriſti mediatoris petunt.Ipſi verò per ſe immediatè non audent Deum accedere.

B. Bern. prope ſermonis init.

Hinc Bernardus ſer. de B.Virgine Maria,in verba Apocalypſis : *Signum magnum apparuit,*&c.*Opus eſt,*inquit, *mediatore ad mediatorem iſtum,*(ſcilicet Chriſtum)*nec alter vtilior nobis quam Maria.*

Cyril. Alex. to. 2. II. ratio.

Ita etiam vocat Cyrillus mediatores, libr. 12. Theſaurorum,cap.10. Deinde nemo eſt præter vnum Chriſtum, qui pro omnibus Deo reconciliandis mediator extiterit:Qui eſt,inquit,mediator Dei,& hominum

minum, ſcilicet omnium, de quo ſubdit: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Et ex his duabus poſtremis conditionibus, id eſt, accedere per ſe immediatè ad Deum, & pro omnibus intercedere, docet Auguſtin. libr. 2. contra Epiſt. Permeniani cap. 8. ſolum Chriſtum mediatorem eſſe: *Pro quo,* inquit, *nullus interpellat, ſed ipſe pro omnibus, hic vnus veruſq; mediator eſt.* Et infra: *Oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, aſcendat ad caput quod præceſſit in cœlum, in quo eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nam ſi eſſet mediator Paulus, eſſent vtique & cæteri coapoſtoli eius, ac ſic multi mediatores eſſent, nec ipſi Paulo conſtaret ratio qua dixerat: Vnus enim Deus, vnus mediator Dei, & hominum.*

D. Aug to in princ.

1. Ioan 2. Si eſſet mediator Paul⁹, quid ſequeretur teſte Aug.

Iam illud in dubitationem venit, qua ratione mediator ſit Chriſtus, anne ſecundum humanam naturam, an ſecundùm diuinam an potius ſecundum vtramque ſimul. Sed quia ait: *Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus,* ſatis oſtendit, quòd ſecundum humanam naturam mediator ſit. Si enim rectè inſpicias, duo ſunt conciliatoris, ſiue interceſſoris officia: alterum, reconciliare diſcordes; iuſti autem mediatoris eſt ita conciliare diſcordes, vt iuſtam cauſam fouens à iure ſuo non cadat; quæ autem iniuſta eſt, ad iuſtitiam deducatur. Alterum conuenit mediatori, vt proximus ſit vtriq; parti diſſentienti, atque adeò ſimilis ſit vtrique, & amicus, & quod ab vtroque aliquantulum diſtet: ſi enim vnum ſit cum altero illorum, tenet ſe tantum ex parte illius nec iam medius eſt. Si omninò ab vtroque diſtet, non poterit coniungere diſcordes.

Vt homo, an vt Deus, ſit Chriſtus mediator Dei & hominum.

Interceſſor duo præſtat.

Primum igitur competit Chriſto ſecundum humanam naturam, nam ſecundum eam Diuinæ iuſtitiæ ſatisfacit, & meretur, ac impetrat nobis iuſtitiam: ſecundum diuinam autem naturam, ipſe eſt pars placanda, vt Pater, & Spiritus ſanctus; quamquam paſſio humanæ naturæ non placat Deum, niſi in perſona diuina eſſet, & inde valorem haberet. Ita Auguſtin. in Enchiridio cap. 108. & Cyrillus libr. de Fide ad Reginas, hunc locum ediſſerens, docet. Secundùm verò, nempè medium eſſe, partim ſimilem, partim diſſimilem, & diſtantem ab vtroque, competit etiam Chriſto ſecundũ humanam naturam. Deo enim ſimilis eſt Chriſtus per iuſtitiam, per quam diſtat ab hominibus peccatoribus: nobis verò eſt ſimilis per miſeriam, per quam diſtat à Deo. Atque hæc ſimilitudo & diſtantia valdè congruit: quia per miſeriam, quam ipſe iuſtus ſuſtinuit, Dei iuſtitiæ bonam cauſam fouentis ſatisfecit, & homines iniquam cauſam fouentes, id eſt, nolẽtes ſubdi Deo, ad iuſtitiam reduxit. Ita explicauit Auguſtinus mediationem iſtam in Præfatione Pſalmi 29. qui incipit: *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me;* & libro 10. Confeſſionum, cap. 42. & 43. & libr. 1. de Conſenſu Euang. cap. 25. & lib. 9. de Ciuit. Dei, ca. 17. Quanquam cap. 15. eiuſdem libri adiecerit aliquid prædictæ mediationi, nempè quòd Chriſtus prius fuit mortalis, & miſer ad tẽpus, poſtea in æternum beatus. Primum nobiſcum commune habet, ſecundum verò cum Deo. Primum congruit morituris, ſecundum in æternum victuris: & vtroque nos reconciliauit, quia mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Nobiſcum ergò habet vnum commune, nempè, miſeriam; cum Deo duo, iuſtitiam, & beatitudinem æternam.

Quæ prima ſit conditio Chriſti mediatoris, interceſſoriſue.

Aug. to. 3 ſub init.
Cyril. to 3.
II. conditio.

Chriſti per humanitatẽ ſuam paſſibilem mediationis congruentia.
Aug. to. 8.
Idem to. 1.
Idem to 4.
Idem to. 5.

Chriſtus mediator quid cõmune habeat cũ Deo, quid verò nobiſcum.
Rom. 4.

Quòd ſi objicias: Miſeria temporalis tantum ſi attendatur in Chriſto, vt ſecundum eam dicatur nobis ſimilis, videbitur nunc non eſſe ſimilis, nec medius inter Deum & hominem, vtpotè per iuſtitiam, & miſeriam diſtans à nobis iniuſtis, & miſeris, cum tamen nunc dicat eſſe mediatorem Apoſtolus, vt etiam Hebræor. 9. teſtatur. Dicendum, quòd etſi ipſe non mediat nunc interpellando pro nobis, niſi allegando, & proponendo Deo merita præteritæ paſſionis, attamen nunc quoque medius inuenitur inter Deum & homines. Quia vt Auguſti. ait lib. de peccato originali contra Celeſtinũ attenditur in Chriſto, quod nunc ſit ſimilis nobis in natura humana, Deo aũt in iuſtitia: *Apoſtolus,* inquit, *non ait: Vnus mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus: ſed, homo Chriſtus Ieſus. Per hoc ergò mediator, per quod homo: inferior Patre, per quod nobis propinquior, ſuperior nobis, per quod Patri propinquior. Quod apertius ita dicitur: Inferior Patre, quia in forma ſerui: ſuperior nobis, quia ſine labe peccati.* Atq; hanc mediationis rationem ſequitur Thomas in tertia parte.

Chriſtus iam immortalis & diſſimilis nobis, vt ſit mediator noſter.

Heb. 9.

B. Aug. t. 2. 10. 7.

Illud: Mediator Dei & hominũ homo Chriſtus, nõ aũt ſimpliciter, Chriſtus Ieſus, expendit Auguſt.
B. Tho. in 3 p. q. 26. art. 2. to 12.

Rurſus ſi quis objiciat: Si in Chriſti perſona attendatur humana natura, per quam ſit nobis ſimilis, cur non attenditur quoque diuina, vt ſecundum eam Patri dicatur ſimilis, & ſic medius inter Deum Patrem, & hominnes inueniatur; quia enim duas habet naturas, videtur natura cũ natura comparanda, & qualitas cum qualitate.

Quare Chriſtus quomodo vt homo nobis ſimilis eſt mediator etiam, ita vt Deus Patri ſimilis non ſit mediator.

Reſponſio eſt: ſecundum humanã naturã ſimul & diuinam, non eſſet medius inter Trinitatem & homines, vtpotè qui à ſeipſo ſecundum vtranque naturam non differt.

Ipſum

Ipſum tamen rectè dicit medium inter Patrem,ſiue Spiritum,& homines, quatenus duas naturas coniunctas habet, humanam per quam conuenit cum hominibus,& diſtat à Patre, & Spiritu ſancto, & Diuinam ſecundum quam diſtat ab hominibus, & vnum eſt cum Patre,& Spiritu ſancto: etſi mediatoris officium non exerceat niſi in humana natura, & ſecundum ſuam qualitatem. Imò hæc mediatio ſecundum conuenientiam,& ſubſtantiam naturarum perfectior eſt quam ea quę ex qualitatibus cõſideratur, teſte Bonauentura in tertio ſentent. diſtinct:19. natura ſiquidem præſtantior eſt qualitate, licet qualitas ſit officio, & mediationis actioni vicinior. Quia igitur veteres Patres in voce mediatoris perfectã mediationem intellexerunt; ideò putant per eam, coniunctionem vtriuſque naturæ deſignari: ſicut cum Chriſtus vocatur Emmanuel,& primogenitus in multis fratribus, in quo vtraque natura deſignatur. Vnde Auguſtinus libr. de ouibus, cap. 12. *Mediator Dei,& hominum,* inquit, *quia Deus cum Patre, quia homo cum hominibus. Non mediator homo præter Deitatem: non mediator Deus præter humanitatem, Ecce mediator. Diuinitas ſine Humanitate non eſt mediatrix: Humanitas ſine Diuinitate non eſt mediatrix: ſed inter Diuinitatem ſolam,& Humanitatem ſolã mediatrix eſt humana Diuinitas, & diuina Humanitas Chriſti.* Et hactenus de hac quæſtione dictum ſit nobis.

Duplex Chriſti mediatio iuxta Bonauenturam, & vtra perfectior.

B. Bonauentura q. 2. de perſona mediatoris per quã facta eſt reconciliatio.

Eſa. 7. Matth. 1. Rom. 8. Aug. to. 9. à medio.

Ad mediationẽ vtraq; natura, diuina, & humana, requiritur neceſſatio.

Ad ſextum dubium explicandum, enarranda ſunt prius pauca quæ pręcedunt, nẽpè: *Cuius* (ſcilicet rei) *teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.* In Græcis non eſt, Cuius,& Confirmatum eſt, ſed tantum τὸ μαρτυρίον τοῖς ἰδίοις καιροῖς, id eſt, Teſtimonium temporibus ſuis, nec Haymo plus legit, & Gloſſa ordinaria admonet, quoſdam codices iſtis verbis carere. Ex quo conijcitur, ab aliquo fuiſſe adiecta explicãdi gratia. Ambroſius hoc loco habet: Redemptionis pro omnibus ſolutæ ſatis apertum documentum datum eſt in Chriſti reſurrectione, Aſcenſione, Apoſtolorum prædicatione, atq; miraculis.

Explicatur illud: Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

Haymo. Gloſſa ordinaria. Amb. to. 5.

At Chryſoſtomus, atq; Theophylactus intelligere videntur, tanquam dicat Chriſtum dediſſe ſe teſtimoniũ veracitatis Dei in promiſſis,& hoc cum pateretur pro nobis, vbi hoc dixit Pilato: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*

II. ſenſus. *Chry. hom. 7. Theophyl. Ioan. 18.*

Occumenius verò citans Clementem Alexandrinum, ſic intelligit: *Dedit ſemetipſum per martyriũ, ſiue teſtimonium, hoc eſt, per paſsionem quam ſubijt, propterea quia teſtimonium veritati perhibuit, dicens ſe eſſe filium Dei, Saluatorem mundi à Deo promiſſum,*

III. ſenſus. *Oecu. c. 4. ex Clem. in 6. informationum libro.*

¶ Porrò nomen martyrij, ſiue teſtimonij in Scripturis,& apud veteres Patres, vox eſt Eccleſiaſtica, deſignãs teſtimonium, quòd veritati perhibetur, nẽpè, per mortem pro veritate, quo nullum eſt præſtantius teſtimonium, de quo Matth. 10.& Lucæ 21. *Ad præſides & ad Reges duceminí propter me, in teſtimonium illis & Gentibus.* Et hodie pro vera doctrina interfectos, vocamus Teſtes, ſiue Martyres.

Martyrium quid ſonet: qui Martyres appellentur.

Matth. 10. Luc. 21.

Sequitur: *Temporibus ſuis:* Vel proprijs, id eſt, congruis,& à Prophetis prædictis, & à Deo præfixis,& ita legendum eſt: *Dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus,*& appoſitiuè: *Martyrium temporibus ſuis.*

Quibus teſtimoniũ Chriſtus cõfirmauerit temporibus ſuis.

Et ſequitur: *In quo poſitus ſum ego prædicator,& Apoſtolus;* vel, Ad quod poſitus ſum ego præco, vt vox Græca ſonat. Eſt autem præconis officium publicare. Et, *In quo:* hoc eſt: Ad hoc teſtimonium euulgandum, & euangelizandum poſitus ſum ego non tantum pręco, vt in vno loco tantum prædicẽ, ſed etiam Apoſtolus, vt per vniuerſum orbem illud teſtimonium euangelizem tanquam Apoſtolus ad hoc ipſum a Deo ordinatus,& miſſus.

Præconis officium.

Subdit: (*Veritatem dico, non mentior*) *doctor Gentium in fide, & veritate.* De duobus hic dubitatum fuit, alterum eſt, quomodo Apoſtolus hos titulos iactare videatur, cũ Chriſtus dixerit. *Nolite vocari Rabbi:*& : *Ne vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus:* & Iacobus frater Domini: *Nolite plures magiſtri fieri.* Dicendum eſt, hoc ambitionis ſpiritu modeſtiſſimum,& humillimum Apoſtolum non dixiſſe, cum paulò ante ſe vocaſſet peccatorum omnium primum,& blaſphemum,& perſecutorem eccleſię,& contumelioſum: ſed hoc dixiſſe videtur ſtatuendæ autoritatis ſuæ Apoſtolicę gratia,& ne ei pſeudapoſtoli repugnarent, negantes Paulum, Apoſtolum, ex eo quod cum Chriſto verſatus non fuiſſet. Deinde in vtilitatem auditorum hoc dicebat Apoſtolus, vt doctrinas pſeudapoſtolorum fugerent,& maiorem ſibi fidem apud eos cõciliaret. Nam vbi de Dei gloria agitur, & vera doctrina, omnes titulos & priuilegia ſua poteſt, ac debet quis proferre? Et in hoc ſpiritu alio loco dixit: *Non ſum liber? non ſum Apoſtolus? nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis in Domino, &c.*

Ad IV. dub. Cur Paulus ſe doctorem, & Apoſtolũ nominet.

Matt 23. Ibidem. Iacob. 3.

I. ratio.

1. Tim. 1.

II ratio.

1. Cor. 9.

Quod verò Chriſtus prohibuit,& frater Domini: de his eſt intelligẽdũ, qui principaliter ſibi magiſterium arrogant, & nouam doctrinam inuehunt. Plures verò ſũt docto-

Quib' imperetur à Domino: Ne vocemini magiſtri & à Iacobo: Noli-

ſe plures magiſtri fieret.

doctores, quando diuerſa à Chriſto docent qui verò quæ non niſi Chriſti ſunt, docent, etſi infiniti numero ſint, non cenſentur eſſe niſi vnus doctor, qui eſt Chriſtus, qui idē per omnes illos quaſi per organa ſua docet. Quod præſertim dici poteſt de Paulo, qui dixit: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?*

2. Cor. 13.

Quomodo Paulus, quod Domin⁹ prohibuit, iuramētū vſurpa. Matth. 5. Iacob. vlt.

Alterum eſt, de quo ſimiliter hęſitatum fuit: quia dicendo, *Veritatem dico, non mentior*, iuſiurandum à Chriſto prohibitū Paulus vſurpauit: *Ego autem*, inquit Dominus, *dico vobis, non iurare omninò, &c.* Reſpondemus, iuſiurandum eſſe religioſum, & pium quia iurauit ad commendendam ſuam autoritatem propter pſeudapoſtolos, qui vbique eum deprimebant, & eius Apoſtolatui inuidebant; & quia rem mirabilem dicturus erat, nempè quod ad Gentes idololatras miſſus eſſet doctor. Et quia Gentium erat Apoſtolus, oſtendit ſe eos diligere, & tacitè rogare, vt pro earum conuerſione Deum deprecentur.

Paulus ſe doctorem Gentium cur docet in fide & veritate. Eſa. 7. Ioan. 8.

Et pulchrè dixit: *In fide, & veritate*, præponendo fidem veritati: quia cognitio veritatis merces eſt fidei, iuxta illud: *Niſi credideritis, non intelligetis*; & Chriſtus: *Si manſeritis in ſermone meo* (per fidem ſcilicet) *cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Imò in ſecularibus diſciplinis oportet addiſcētem credere. Et Plato in Timæo, vt producitur ab Augſtino lib. de Conſenſu Euangeliſtarum: *Quantum*, inquit, *ad id quod ortum eſt æternitas valet, tantum ad fidem veritas. Duo illa ſurſum ſunt, æternitas, & veritas: duo iſta deorſum, quod ortum eſt, & fides. Vt ergo ab imis ad ſumma reuocemur, atq; id quod ortū eſt; recipiat æternitatem, per fidem veniendum eſt ad veritatem.* Hæc ille.

Aug. lib. 2. de Cōſenſu Euā. c. 25. paulo ante med. to. 4.

Solutio VII. quęſtionis. Quorſum id Volo vuos orare in omni loco, & quæ ſequuntur. 1 Tim. 5. Iuuen ſat. 6. remotius a principio. Orandū a nobis in omni loco.

Septimam dubitationem diluamus: cum Apoſtolus doctriuam traderet precādi meritò redit ad priora pręcepta orationis cum aduerbio illatiuo: Volo ergò, hoc eſt, Mando & iubeo ſic fieri. Ita enim accipi ſolet hoc verbum, vt alibi, cum ait: *Volo iuniores nubere*; & Ethnicus quidam:

Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.

Vult autem, Chriſtianum preces fundere in omni loco, ſiue in agro, ſiue domi, ſiue in ſyluis, ſiue in officina, ſiue in naui, ſiue in itinere, denique vbicunque Deus eſt, locus eſt orationi accommodus. Deus autem vbique eſt, vbiq; ergò precibus incumbendum. Et tamen decorum ſeruandum eſſe, nemo inficiabitur. Sunt enim quædam profana loca quorum impuritas prohibet ibi orationem, præſertim publicam celebrare. Reddit autem locum profanum, ſi ſit idolis, & falſis dijs dicatus, aut peccato, & turpitudini addictus, vt caupona, & proſtibulum, & theatrum, & plateæ, in quibus ludis, ſcenis, & nundinis vacatur. Nam etſi B. Agnes in lupinari precibus vacauerit, nō obeſt, quia eò pertracta fuerat, & ſua ſanctitate, & martyrij iam inchoati merito infamem locum ſanctificauerat. Cum hac tamen veritate omnibus compertum & exploratum eſt, Deum ab initio certum ſanctum locum ad cultum elegiſſe, ac deputaſſe, nempè Ieruſalem, quę ob id dicta eſt Ciuitas ſancta. Nam eo tempore mundus totus idolorum cultura profanatus erat, nō ſolum ob prędictam cauſam, ſed etiā ob futurorum ſignificationem: quia in Eccleſia tātum futurus erat locus orationi, quę per Ieruſalem adumbrata erat. At poſtquā venit Chriſtus, qui extra ciuitatem ſanguinē fudit, omnia penitus ſunt mundata, de quo Dominus ad Samaritanam: *Mulier, crede mihi, veniet hora, quando neq; in monte hoc, neq; in Ieroſolymis adorabitis Patrem.* Ideò in omni loco ad orandnm.

Quibus in locis minimè orandum.

An ita orādū in omni loco eſt, vt alicubi pręſertim orare ſit nefas.

Ieruſalem ciuitatis ſanctę vnde ſortita ſit nomen.

Dan. 9. Matth. 27.

Heb. 13. Ioan. 4.

Baſilius in Regulis breuioribus quærens nūquid in communi domo Dominica cœna debeat celebrari, ſic reſpondet: *Quemadmodum ratio non permittit, vt vas vllum commune in ſancta transferatur, eodem modo etiam vetat ſancta in domo communi celebrari, cum ex iuſſu Dei in veteri Teſtamento, nihil iſto modo fieri permittatur. Cum autem Dominus dicat, pluſquam templum eſt hic: & Apoſtolus item, Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Quid dicā vobis? Laudo vos in hoc? Non laudo. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, & quæ ſequuntur, ſanè admonetur, non debere nos, neq; cōmunem cœnam in Eccleſia mādacare, aut bibere, neq; Dominicam in priuata domo in contumelia habere: extra quam ſi quis cum neceſſitas poſcat: locum, ademue elegantiorem deligat in tempore opportuno.* Et idē plenius ſer. 2. de baptiſmo. c. 8. ſub initium: *Nobis quoque periculum eſt*, inquit, *malè obiti mandati, ſi loci rationem neglexerimus, maximè ſi Sacerdotij myſteria in locis profanis celebrauerimus, propterea quòd ea res iudicium haberet contemptus in celebrante: offendiculum quoq; generaret pro varietate affectionum multifariam, propter variam multorum in rerum diuinarum ſcientia infirmitatem.* Hæc ille.

B. Baſi. Inter. 310. to. 2. Baſilij Magni an in cōmuni domo Dominica cœna deberet celebrari reſpōſio. Matth. 12. 1. Cor. 11.

Idem to. 2. Cōmuni abſque loci, & tēpons diſcrimine duo orationis incommoda.

Intrare autem in cubiculum, noo pręcipitur propter locum, ſed vt fugiamus aſpectum vulgi, & ſtrepitum, & attentę orationis impedimenta, & ad vitandam inanem gloriam: quę omnia in priuatis precib. locum habent.

Ad illud: Si orandū in omni loco eſt, cur intra cubiculū, Domino iubēte, orare debemus.

Matth. 8.

Dixit ergò Paulus, In omni loco, ad Iudaicam ſuperſtitionem extirpandam, qui nullam vim orationi tribuebant, niſi ei tan-

Hęc Apoſtoli, orādi in omni loco doctrina, indę, quam repugnet.

tum

tùm, quæ in Ieruſalem funderetur. Iudæi enim cum tãtum Ieroſolymis ſacrificare poſſent, putabant ſimiliter ibidem eſſe orandũ tantummodo. Sic tamen hanc facultatem leuat orbi Apoſtolus, vt cum cõmodè fieri poſſit, ſit Deo gratius, & nobis fructuoſius in templis Deo dicatis precari, quam in alijs locis. Nam ibi homo aliorum exemplo, & Euchariſtiæ præſentia prouocatus magis accenditur ad orandum, & facilius à Deo exauditur. Nam Apoſtoli Petrus & Ioannes Acto. 3. ad templum orandi gratia confluebant, & nedum loca, ſed etiam ipſas horas orationi deputatas obſeruabant: vnde aſcẽderunt, ait Lucas, in templum, ad horam orationis nonam.

Act. 3.

Ibidem.

In omni loco quid orare. & cur hoc teſte Chryſ. Apoſtolus dixit.

Chryſ. hom. 8 ſub init.

Idem circa fi.

Qualis locus ad orandum deſtinat', Eccleſia. Chryſoſtomu.

Et quia eſt ſermo de communi oratione, benè ait, in omni loco, ſcilicet ad orandum deputato. Dixit etiam Apoſtolus, In omni loco, teſte Chryſoſt. ne Chriſtianus putet in ſola Eccleſia orandum, in qua fideles maximè orationis gratia conueniunt. Quam Eccleſiam idem Chryſoſtom. hom. 36. in priorem ad Corinthios, locum dicit eſſe Angelorum, & Archangelorum, Reginam cœli, & cœlum ipſum. Et id probat ex præſentia corporis Domini in Euchariſtia. Hoc etiam erat legi conforme, vbi captiuis præcipitur vt Iudæi in terra captiuitatis Deum inuocent: hinc Daniel in Chaldæa, conuerſus ad Ieruſalem ter in die orabat. Quando verò priuata incidunt pericula, in omni loco eſt orandum. Hinc Baſilius in exhortatione ad Baptiſmum: *Non locus, ſed propoſiti initium requiritur. Ieremias enim in luto erat, & Deum attraxit: Daniel in leonum lacu Deum placauit. Tres pueri in camino Deum promeruêre. Latro non Cruce prohibitus quin paradiſum aſſecutus fuerit. Iob in ſtercore (vt etiam Petrus atque Paulus in carcere) Deum ad miſericordiam prouocauit. Igitur vbicunque fueris, ora: vel ſi ante iudicem, ora.* Hæc ille.

Dan. 6.

Quando priuatum orandũ, idq; vnde conſtet.

Baſil. poſt medium. to. 1.

Ierem. 38.

Dan. 6.

Luc. 23.

Iob 3.

Act. 12.

Quid leuare puras manus in omni loco.

Leuare verò manus, habitus eſt & forma orantis, & ſpirantis auxilium ex alto: ſicut qui ſubmerguntur, extendunt manus in altum, tanquam petentes auxiliũ. Theodoritus interpretatur: Manus extollere, & orare, erat proprium Sacerdotum veteris Teſtamenti, ſed diuinus Apoſtolus præcipit hoc facere omnibus hominibus, quoniam omnes facti ſunt populus acquiſitionis, Regale Sacerdotium, gens ſancta. Ponit ergò eleuationem manuum pro inuocatione, id eſt, ſignum pro re ipſa, vt Eſaiæ 1. *Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis.* Tali habitu orabat Moyſes Exod. 17. & exaudiebatur à Deo; & ſi paululum intermitteret, ſubtrahebatur diuinũ auxilium: & Ieremias in Threnis: *Leuemus*, ait: *corda noſtra, cum manibus ad Dominum ad cœlos*; Dauid quoque: *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.* In quæ verba Origines; *Non puto quod ſi quis eleuauerit, vel extenderit manus ad cœlum (vt habitus orantium eſſe ſolet) continuò ſacrificium obtulerit Deo. Sed videamus, ne fortè hoc ſit, quod ibi indicat ſermo Dei, quia per manus opera intelliguntur. Eleuat manus ille, qui eleuat actus ſuos à terra, & conuerſatio eius adhuc in terra ambulantis in cœlis eſt. Et propoſito Moſis exemplo, quo eleuante manus, populus Dei vincebat, & illo deiciente, vincebat Amalech, ſubdit: Nunquidnam putandum eſt, quod omnipotens Deus ad manus reſpiceret Moyſi, & ſi quidem videret eas ſurſum eleuatas, Iſrael victoriam daret: ſi verò deorſum deiectas, Amalechitis? Siccine dignum eſt de ſancti Spiritus ſentire ſermonibus.* Idem Origenes id factum in futuræ Crucis Sacramentum, & præmonſtrationem ac præformandam manuum Chriſti Saluatoris affixionem aſſerens, ſtatim ſubiungit: Quin & eundem manus eleuandi ritum & ceremoniam tacito naturæ inſtinctu obſeruant Gentiles: nam Poëta inducens Æneam in periculo imminenti orantem ad Deum, dixit:

Theodorit. par. 2.

Exod. 19.

1. Petr. 2.

Eſa. 1.

Exod. 17.

Thren. 3.

Pſal 140.

Orig. poſt medium. to. 1.

Eleuet qui manus ſecundum Originẽ.

Exod. 17.

Ibidem.

Moyſi in mõte manus eleuantis cõtra Amalechitas myſterium.

Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas.

Talia voce refert.

Virg. li. 1. Æn circa prin.

Leuare porrò puras manus, non eſt, lotas & aqua mundatas manus eleuate; ſed mundas à rapinis, à libidine, à pugnis & cædibus, & ſanguine: nam tales manus ſe non exauditurum comminatur Eſa. 1. *Cum multiplicaueritis*, inquit, *orationem, non exaudiam: manus enim veſtra ſanguine plena ſunt.* Et ſubdit: *Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, &c.* Denique habere puras manus, eſt habere innocentiam comitem precationis. Hinc Aug. in Pſalm. 62. interpretans illud: *In nomine tuo leuabo manus meas*, ait: *Quia manus iſtæ leuantur vt impetres, quod vis, ipſas manus cogitas in bonis operibus exercere, ne erubeſcant leuari ad Deum.*

Myſtica puratum manuũ eleuatio.

Eſa. 1.

Aug. to. 8.

Pſal 62.

Addit Apoſtolus: *Sine ira, & diſceptatione.* Nam precatio pacatum animum exigit erga proximum, id eſt, abſque profana iniuriarum memoria & appetitu vindictæ. Quod declarauit Dominus, dum dixit: *Cũ ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem.* Nec enim iuſtum eſt dimitti ſibi velle peccata, & ipſum nolle proximo ſuo dimittere. Et continetur hæc conditio in prece Dominica, cùm dicitur: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Quid leuare puras manus ſine ira & diſceptatione.

Marc. 11.

Matth. 6.

Triplicitet vox diſceptationis accipitur.

Chryſ hom. 6. in priorem ad Timot. prope init.

Rom. 4.

Senſus Ambroſij.

Diſceptationem porrò Græcè vocat *διαλογισμὸν*, aut illam animi acerbitatem, quam facit qui iniuriam ponderat alterum accuſans, & ſe iuſtificans. Chryſoſto. verò accipit pro hæſitatione, & ambiguitate, ſiue dubitatione, cui opponitur fides: nam ita vertit eam vocem interpres noſter Rom. 4. cum dixit de Abraham: *Non hæſitauit diffidentia: Non licet*, inquit ille, *prorſus ambigere, ſi puras ad Deum leuemus preces, nos exauditum iri. Quæcunque enim petieritis, inquit, credentes accipietis.* Ambroſius verò libr. 6. de Sacramentis, per diſceptationem intelligit cogitationem ad alia diuagantem: *Nunc*, inquit, *de diſceptatione videamus. Plerunque negotiator venit ad orationem, aut auarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate, & putat quod eum Dominus poßit audire. Et ideò quando oras, diuina humanis præferre te cõuenit.* Hactenus ille. Vbi habes varias huius vocis interpretationes, pias quidem, ſed duæ priores videntur mihi magis facere ad rem.

B. Amb. lib. 6 de Sacramentis, c. 5. in princip. 10. 4.

DISPVTATIO VII.

In qua agitur peculiariter in Hæreticos negantes eſſe vllos alios mediatores ad Deum, qui pro nobis precibus intercedant, præter Chriſtum, non Sanctos, non Angelos, neq; Virginem Deiparam.

De inuocatione Sanctorũ cauſâ diſſerendi.

QVONIAM noſtri ſeculi Hęretici occaſione huius verbi Apoſtolici; Vnus eſt mediator, & ſimilium, dogmatizant, Sanctos pro nobis preces non fundere, neque à nobis eſſe inuocandos; locus ipſe poſtulare videtur, vt eorum conatibus nos opponamus, & pugnemus contra Agiomaſtigos, qui more gigantum cœlicolis bellũ indixêre: & oſtendamus, tam ex Sacris & & diuinis literis, quã ex Orthodoxorũ Patrum traditione, id ſemper fuiſſe in Eccleſia vt indubitatum, & certiſſimum dogma receptum, Sanctos & pro nobis precari, & à nobis eſſe cum omni humilitate, ac veneratione implorandos, vt facilius quæ votis noſtris concipimus impetrare valeamus. Et

Huius tractationis partes.

quò dilucidior procedat noſtra diſputatio, diſtinctè primò tractandum eſt, Sanctos pro nobis interpellare, & non tantum in genere, ſed etiam in particulari, id eſt, pro perſonis quibuſdam, aut pro peculiaribus beneficijs. Deinde à nobis eſſe inuocandos, & quomodo debeamus eos inuocare. Poſtremò eorum argumenta, & obiectiones, quas faciunt, diluemus.

Ordo eiuſdẽ.

Primum igitur, Sanctos pro nobis preces fundere, probabimus Scripturis, rationibus, Patrum traditione, & ſolutione eorum, quæ in oppoſitum obijciuntur. Prima ergò via à teſtimonijs ſcripturæ accepta, producimus Ieremiam cap. 15. *Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum*, ſcilicet ob magna crimina quæ admiſerat: quaſi diceret, Si minora eſſent ſcelera, à me audirentur. Vnde Gregorius tractans hæc verba, ait: *Non illos modo pro inimicis audit, quos magnæ virtutis merito pro inimicis orare ſinit.* Hæc ille in ſenſu. Hi autem Sancti enumerantur, quia precari & impetrare ſolebant. ¶ Nec ponit conditionem aliquam impoſſibilem, vt malè Zuinglius dixit, vt ſi diceret; Si oraret Sol, aut Luna. Simile quid & in Ezechiele cap. 14. inuenitur de Noe, Daniel, & Iob. Dicendo ergò: Si ſteterint, ſequitur quòd poterant ſtare, & ſoliti erant aſſiſtere, & iuuare populum Dei ſuis orationibus, quemadmodum Onias & Ieremias, vt habetur in lib. 2. Machab. cap. vltim. ¶ Pondera iam verbum Standi: quid enim eſt Srare, niſi ſupplices preces fundere, & more aduocati, & interceſſuris cauſam agere? nam frequenter ſtare id ſignificat. *Cum ſtabitis*, inquit Dominus, *ad orandum*: & Dauid, *Niſi ſtetiſſet Moyſes in confractione*, id eſt, humili oratione pro eis interpellans. Et Ieremias, *Recordare, quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis*: & de Gabriele dicitur: *Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum*, ſcilicet ad orandum: quia alibi dicitur, quòd vident Angeli faciẽ Patris qui in cœlis eſt. Adde quod babetur 2. Machab. 15. de Onia, quòd oraret pro omni populo Iudæorũ; & de Ieremia dicitur, *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate, Ieremias Propheta Dei.* Hic Hæretici nullum habent ſubterfugium, niſi negando librum eſſe Canonicum, vt impudenter faciunt cõtra autoritatem Eccleſiæ Catholicæ, & Conciliorum Generalium Florentini & Tridentini. Adde quòd apud Baruch cap. 3. legimus: *Domine omnipotẽs, Deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum Iſrael, & filiorum ipſorum, qui peccauerunt ante te.* Ex quo loco colligimus, ſolitũ fuiſſe exaudire preces mortuorum Patrum pro viuentibus filijs. Sed & hunc locum ſimili techna conabuntur effugere Hæretici, qui tamen ab vniuerſis Patribus receptus fuit in Eccleſia in Canonẽ. Et de huiuſmodi precibus videtur intelligẽdum illud Eſai. 63. vbi Propheta alloquẽs Deũ, ait: *Tu enim Pater noſter,*

Ierem. 15.

Primus locus ab Scriptura veteri.

Greg. li. 9 Moral. c. 12. in fin. to. 1.

Cõtra Zuinglium.

Ezech. 14.

2. Mach. vlt.

Moſes & Samuel vt ſteterint coram Domino.

Marc. 11.

Pſal. 105.

Exod. 32.

Ierem. 18.

Luc. 1.

Matth. 18.

II. locus.

2. Mach. vlt.

Conc. Floren. in Inſtruct. Armenorum.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 4.

III locus.

Baruch. 3.

IV locus.

Eſai. 63.

& Abra-

Quid illud Elaiæ: Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.

& Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Id eſt: cùm olim Abrahã, & Iſrael cõſueuiſſent nobis ſuis precibus opitulari, & pro nobis intercedere, nunc videntur eſſe noſtri ipſorum obliti, & nos pro ſuis nõ agnoſcere. Dauid quoq; Pſal. 31. ait: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno.* Et loquitur de remiſſione iniuſtitiæ, & peccati: & de Sanctis, qui mundi ſunt à peccatis, nõ poteſt intelligi quòd pro ſua iniuſtitia remittẽda orent, ſed pro aliena. Et non tãtum omnis Sanctus viuens, ſed etiã omnis Sanctus iam defunctus; vt Abrahã, & reliqui, qui in ſinu eius erant. Et hoc, in tempore opportuno, id eſt, non tantum dum viuerent, ſed etiam poſt mortem, dum in gloria conſtiterint eis noſtra iniquitas, & notum quòd eorum interceſſiones expetimus. Hæc ex Veteri Teſtamento poſſent produci.

Pſalm. 31. V. loc. & vlt.

Luc. 16.

Vetus. Nouũque Teſtamẽtum cur vix Sanctorũ inuocationis meminerit.

Sed cùm ante Chriſti aduentum introitus non pateret in cœlum, omnes pij, & fideles in limbo detinebãtur, nec erant perfecti in ſanctitate, ſicut nec beati: ideò pauca huius veritatis inuenimus teſtimonia. Euangelia quoque vitam, & paſſionem Chriſti deſcribunt, eiuſq; geſta, & dicta. Et quia eo tempore nõdum erãt beati, nihil de hac re habetur expreſſum: ſicut nec inuenitur in epiſtolis Pauli, vel Canonicis, vel Catholicis Apoſtolorũ, quæ ob alias ſpeciales materias fuerunt conſcriptæ. In reliquis verò mittũt nos ad traditionẽ, in qua eſt theſaurus totius doctrinæ Noui Teſtamenti. In Apocalypſi verò, vbi erat locus ſcribendi futuros ſucceſſus Eccleſiæ per modũ prophetiæ, & præſertim ſtatus gloriæ iam inchoatus, expreſsè habetur. Nam Apocal. 6. animæ interfectorum propter verbũ Dei, orãt pro vindicta, & petunt ſtolam primã, hoc eſt eſſentialem animæ gloriam: *Vſquequò Domine,* inquiut, *(Sanctus, & verus) nõ iudicas, & non vindicas ſanguinẽ noſtrum de ijs qui habitant in terra?* Si ergò pro vindicta orant interſectorum, multò magis pro bono noſtro, quia imitantur Deum, qui pronior eſt ad miſericordiam, quam ad iuſtitiam. Deinde Apocal. 5. & 8. fit ter mentio orationis Sanctorum omnium, quæ vocat Ioannes incenſa multa: item vigintiquatuor ſeniores, qui Beati dicuntur à Doctoribus, quia coronas habent, & cum Angelis Deum laudant, ac dicũt: *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, &c. Et iſti phialas habent plenas odoramentorũ, quæ ſunt orationes Sanctorum.* Vel ergò iſti Sancti ſunt beati, & ſic habemus, quòd pro nobis orant; vel ſunt viatores, quia ſancti iam beati à ſanctitate excidere non queunt & pro ſeipſis orare non indigent, & ſic beati, hoc eſt ſeniores, eas Deo præſentant,

Quĩta eccleſiaſticæ traditionis autoritas.

I. locus ex noua Scriptura, pro inuocatione Sanctorũ *Apoc. 6.*

II. locus. *Apoc. 5. Infra 8.*

Vigintiquatuor Seniores qui myſticè.

quod eſt precari, & interpellare pro eis: alioquin enim non offeruntur Deo, vt ipſe nouerit quid illi petant, cum ſcriptum ſit: *Scit enim Pater veſter quia his omnibus indigetis.* Tertiò, Petrus in 2. cap. 1. Orationem poſt mortem polliceri videtur, cum ait: *Dabo operam, & frequenter habere vos poſt obitũ meum, vt horum omnium memoriam faciatis:* at quomodò dabit operã, niſi orando & precãdo? Vbi Græca ſcholia annotant: τίνες βούλονται φάσκειν ἀπὸ τούτου ὅτι μετὰ θάνατον οἱ ἅγιοι μέμνηνται τῶν τῇδε, καὶ πρεσβεύουσιν ὑπὲρ τῶν ζώντων, hoc eſt: Quidnã hinc volunt colligere, quòd Sancti poſt mortẽ meminerint eorũ quæ hic ſunt; & ideò intercedũt pro viuentibus: quæ directè autoritates probare videntur intentũ. ¶ Ratio etiã apertè id probat. Primò, quia Beati laudãt in cœlo Deũ, iuxta illud: *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te.* Sed quædam ſpecies laudis eſt Deum inuocare, & patrociniũ pro cõſeruis, & fratribus poſtulare; id ergò efficient, & nihil illis denegabitur à Deo, cum ſint Patris cœleſtis filij, Chriſti fratres, Spiritus ſancti templa, & membra eiuſdem corporis nobiſcum, conciues & condomeſtici Angelorum, & non ſine nobis cõſummentur. ¶ Deinde certiſſimũ eſt, Chriſtum pro nobis interpellarẽ, iuxta illud: *Rogabo Patrẽ, & alium paracletum dabit vobis,* qui interpellare dicitur Rom. 8. ſicut & Chriſtus Hebr. 7. & aduocatus dicitur 1. Ioan. 2. & mediator hoc loco. Orat autem Chriſtus, non vt Dei Filius, quia nõ eſt diſtinctus in natura diuina à Patre, nec eget, nec alteri ſeruit: Orare aũt Deũ, actus eſt latriæ. Ideò nõ dicitur, Chriſte, ora pro nobis, quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti. Si ergò non vt Deus erat, precabitur quatenus homo eſt: quòd ſi vt homo orat, ergò etiam ſancti orant. Et probatur hæc illatio: quia Chriſtus Sanctos ſibi aſſimilat etiam in maioribus priuilegijs quam in orando: facit enim vt ſunt lux, iudices, dij, regnantes, aſſidentes vt iudici, magiſtros, & paſtores: ergò etiam in orando, & interpellando conformes ſibi reddet, in quo etiã viatores facit ſibi ſimiles. Nec hoc eſt facere Chriſto æquales, quod eſt blaſphemum, ſed imitatores, qui ſequuntur Agnum, quocunq; ierit: quod negare, perinde eſt blaſphemũ, atq; aſſerere eos Chriſto pares. Membra etiam inſeparabiliter capiti oportet eſſe cõformia: Si ergò Chriſtus orat, & Sancti orant. Vt enim beatitudo ſumma, qua Chriſtus perfruitur, non tollit illi, quin pro nobis poſſit interpellare; ita etiam nec Sancti beatitudine abſorbentur ſic, quin valeant pro nobis intercedere. Ideò colligitur, quòd

Matth. 6. III. locus.

2. Petr. 1.

I. ratio, quod Sancti orent pro nobis. *Pſal. 83.*

Epheſ. 2.

Hebr. 11. II. ratio. *Ioan. 14.*

Rom. 8. Heb. 7. 1 Ioan. 2.

Chriſtus vt oret pro nobis in cœlo.

Rectè conſe. qui: Chriſtus orat pro nobis, ergo etiam Sancti.

Apoc. 14.

II. ratio ab Angelorum patrocinijs. Zach.1.

Angeli pro nobis deprecantur. Nam Zach. 1. legimus, Angelum dixiſſe, *Domine exercituum, vſquequò tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es, iſte iam ſeptuageſimus annus eſt?* & ibi ſubiūgit Propheta, quomodo fuerit exauditus à Deo Angelus: & Tob. 12. Raphael Angelus dixit, *Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & noctè ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Et Matth. 18. ait Dominus; *Angeli eorum* (puerorũ ſcilicet) *ſemper vident faciem Patris, qui in cœlis eſt,* ſcilicet ad interpellandum, vt familiares, & noti. Et Iob 33. *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus* vel vt habetur in Hebręo, mediator vnus de millibus, *vt annuntiet hominis æquitatem, miſerebitur eius, & dicet Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier:* Et Dan. 10. Orat Princeps regni Perſarum. Cum enim præcipuum bonum noſtrum ex effectibus ſolius Dei in animo pendeat: principalis cuſtodia, quam Angeli exhibent, quibus dictum eſt, vt cuſtodiant nos in omnibus vijs noſtris, eſt, precari Deũ vt operetur. Si ergo Angeli orant, ergo & homines iam beati, quia erunt homines ſicut Angeli Dei in cœlo. Imò multò magis Sancti, quam Angeli: tum quia natura nobis viciniores, tum quia experti ſunt mala noſtra. Vnde Paulus ad Hebræos excitat fiduciam ex eo, quod non habemus Pontificem, qui nõ poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.

Tob. 12. Supra 2. Matth. 18. Iob 3. Dan. 10.

Pręcipua Angelorum quę ſit cura de nobis, atque cuſtodia. Pſal. 90.

Matt. 22. Sanctos eſſe ad orandum pro nobis Angelis propenſiores dupliter. Hebr. 4.

Teſte autem ſancto quodam: Sancti etſi ſint extra omnem paſſionem; non tamẽ exeunt erga nos compaſſionem. Origenes libro 8. cõtra Celſum circa finem, docet Angelos etiam non precatos à nobis, intercedere tamen pro nobis, & ſæpè pro nobis cõtra dęmones pugnam ſuſcipere. Cuius hæc ſunt verba: *Sicut moto corpore vmbra quoq; ipſius mouetur: ita cum aliquis Deum habet propitium, ſequitur vt amicos habeat omnes eius Angelos, animas, & ſpiritus. Sentiunt enim qui ſint digni fauore cœleſtis numinis, quibus non ſolum ipſi benè volunt, verum etiam dant operam, vt Deum ei ſeruire volentibus concilient, & vna nobiſcum precantur: vt quotquot eum colimus, audeamus dicere, hominibus bonæ voluntatis precantibus vltrò ſe adiungere innumera Sanctorum Angelorũ millia, & intercedere pro mortali noſtro genere, & (vt ita loquar) laborare nobiſcum in hoc certamine, dum vident aduerſarios dæmones impugnatores ſalutis eorum maximè qui ſe Deo dedicant.* Hæc ille, ſatis piè.

Magni cuiuſdã viri de Sanctorũ charitate iudicium. Orig. to. 2.

Angeli & Sancti quibus patrocinentur, ſecundum Originem.

III. ratio.

Tertiò, quia Sancti charitate multos Angelos vincunt, & charitati tam repugnat eſſe otioſam, quam igni non eſſe calidum. Si ergò gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, multò magis erit gaudium Sanctis. Etſi Angeli curant nos, & noſtra, curabunt & Sancti, vt pro ſe inuicem ſolicita ſint membra, ſolida pro infirmis, beata pro miſeris. Neque obſtat, Sanctos eſſe extra viam: quia obſtaret quominus Angeli orarent, & quominus etiam pro nobis Chriſtus interpellaret.

Luc. 15.

Ad illud: Sancti cum ſint extra viã, pro nobis quomodo precantur?

VI ratio. 2. Mach. 15. Exod. 32.

Quartò, animæ Sanctorum in ſinu Abrahæ orabant pro populo Dei, vt dicitur de Ieremia 2. Machab. vlt. & Moyſes orabat; *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael,* &c. quorũ merita, ſiue preces proponebat Deo, vt exaudiretur; & de Dauide ipſe Dominus dixit Regi Ezechiæ; *Protegam ciuitatem iſtam* (Ieruſalem) *propter me, & propter Dauid ſeruum meum.*

Eſa. 37.

Nec obſtat dicere, quòd quia promiſit, propterea exaudit: quia etiam promiſit ob bona, quę dedit, & ordinauit ad promiſſionem conſequendam. Abrahæ enim dixit: *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.* Adhæc Dauidi non promiſit liberare tempore Ezechiæ ciuitatem, & tamen propter eum liberauit: nec ob eum minus deſtructa ſub Nabuzardan Principe militię Nabuchodonoſor. Epulo ille diues in Euangelio opem flagitat Abrahæ; ergò illam præſtare poſſe inuocatos Sanctos nouerat; alioquin non imploraſſet: non eſt autem autem auditus, quia erat in inferno; & quia fratres eius habebant Moyſen, & Prophetas, quos audirent, ſi vellent. Sancti ergò non ſolum audiunt preces, & poſſunt orare pro nobis: ſed etiã poſſunt opitulari. Ideò iſte petebat, vt mitteret ad eum Lazarum: & nõ dixit, Ora pro me, ô Abraham. Eratq; illa, hiſtoria, nõ parabola, vt alias dixi. Si ergò Abraham in ſinu exaudiebat, quidni exaudiat beatiſſima Virgo in cœlo?

Contra hoc Lic' Sanctos nõ quia precantur, ſed quia ipſe promiſit, exaudit. Gen. 22. Eſai. 37.

4. Reg. vlt. & ſeq. Luc. 16.

Patet Abrahã cur nõ audierit diuitẽ epulonẽ orãtem. Ibidem. Lib. 4. enarrationũ Euang.

Quintò, idem probatur ab amore proprio, qui animam damnati Epulonis compulit orare Abraham pro quinque fratribus ſuis, ne deſcenderent in locum illum tormentorum, & ne in eis acrius punirentur: & dæmones compellebat, vt orarent ne mitterentur in abyſſum, & vnus ex eis expetebat à Deo poteſtatem lædendi Iob; quidni ergò magis charitatis ignis incendet beatos, vt pro noſtra deprecentur ſalute?

V. ratio ab amore proprio. Luc. 16. Suprà 8.

Iob. 1 & ſeq.

Sextò, viatores preces fundunt pro viatoribus, vnde dixit Iacobus, *Orate pro inuicem vt ſaluemini: multum enim valet depre-*

Sexta. Iacob. vlt.

catio,

Quanto dig niores nunc Sancti quam olim exauditione diuina, multis oſtenditur.

catio iuſti aſsidua: ergò Beati magis pro viatoribus preces fundunt. Et hoc non eſt difficile probare: quia magna eſſet iniuria, Chriſtum magis admittere viatores, quam beatos. Etſi quando erant in terra peccatores, & incerti de ſua ſalute, necdum confirmati in gratia, orãtes exaudiebantur: ergò nunc cùm peccare amplius non poſſint & magis ſint Deo familiares, & amici, maiorem proculdubiò vim impetrandi habebunt. Tertiò quia nunc non habent quod pro ſeipſis orent, niſi pro corporis tantùm reſurrectione, & reſtitutione. Vnde in Apocalypſi precantur ſibi dari ſtolam primam. Adhæc magis ſunt Chriſto cõformes interpellanti pro nobis, & Angelis gaudentibus de peccatorum conuerſione. Adde, quòd Beati nouerunt melius pericula, & quãtum nobis referat illa declinare: & corpus non habent, quo animus orans grauetur: nec promeruiſſe impedit, imò iuuat, vt in Chriſto eſt videre, qui dixit: *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis:* qui vſque ad perfectam gloriam diſtribuit plena dona Spiritus. Hinc ſancti, pximi morti plus ſe opitulaturos alijs promittebant: imò cœlum ipſum ingrediẽtes Deum precabantur pro alijs, vt legimus de Stephano, *Quem lapidabunt Iudæi innocantem, & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum. Poſitis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino.* Et Iacobo Minori, de quo ſic refert Euſebius: *Et quoniam deiectus in præceps non ſtatim mortem obijt, Sed vultu ſurſum ſublato, genibusq́; flexis, dixit: Obſecro Domine Deus Pater da illis veniam, neſciunt enim, quid faciunt: cœperunt ſaxa in eum conyjcere. Cumq; lapidibus illum obterere pergerent, vnus de Sacerdotibus ex Filijs Rechab, Filij Rechabim, qui ſunt Ieremiæ teſtimonio commendati, voce emiſſa contentius dixit: Quid agitis iuſtus pro vobis Deum precatur.* Et ſancto Laurentio & alijs. Nec rurſus impedit corporis defectus, quominus orare poſſint Spiritu, & veritate: cum orent ex charitate viua, quæ nunquam excidit. Sancti quoq; quò viciniores ſtatui gloriæ fuerunt, eò plus precabantur, vt Abraham, qui cum ſtaret coram Domino ſtatuente perdere Sodomã, appropinquans illi ait, *Nũquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul, & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in ea? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtũ cum impio, fiatq́; iuſtus ſicut impius: non eſt hoc tuum, qui iudicas, omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc:* atque idem ipſum precatus eſt, ſi inuenirentur quadraginta quinque, & ſi quadraginta, & triginta, & viginti: imò ſi decẽ tãtum in ciuitate illa reperirentur iuſti, obtinuiſſet quidem precibus ſuis, vt illi parceret Deus. Et Moſes in monte orabat Dominũ, dicens: *Cur Domine iraſcitur furor tuus ſuper populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robuſta: Ne quæſo dicant Aegyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per temetipſum dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli, & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poßidebitis eã ſemper. Placatusq́; eſt Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum.* Et Dauid, cum in ſpiritu pſalmos canebat; & Prophetæ in viſione, & raptu magis viuunt in Chriſto, quam dum hanc vitam, quæ mors eſt, viuerent.

Apoc. 6.
Heb. 7.
Luc. 15.

Sãctos, quia iã incorporei ſunt, nihil impedire precantes.

Ioan. 14.
1 Cor. 12.
Epheſ. 4.
Act. 7.
Euſeb. li. 2. hiſtor. Eccl. cap. 22. to. 1.
1. Cor. 13.
Exod 32.

VII. ratio ab ordine diuinę prouidentiæ.

Septimò, Diuinæ prouidentiæ ordo habet, vt inferiora per ſuperiora regat, quia in hoc eius bonitas magis effunditur, & ſpectatur: ergò in his quæ pertinent ad ſalutem, nobis per preces Sanctorum proſpicit, quorum minimus maior eſt in regno cœlorum, quam quiuis magnus in via: maximè cùm Deus omnia ſua communicet maioribus.

Matth. 11.

VIII. ratio.

Octauò magis etiam in hoc commendantur Sanctorum ſcientia, charitas, potẽtia, humilitas, vita, & gloria, & omnia quæ à Chriſto habent. Nam ſi nollent pro nobis intercedere, cum non ſit prohibitum, deeſſet illis charitas: Si auem non poſſunt, aut ignorant, deeſſet illis gloria, quæ omnem impotẽtiam, & ignorantiam abſorbet. Ergò dicendum eſt eos velle, & poſſe, & noſſe, & efficere: ex quibus eorum gloria augetur magis, & illuſtratur.

IX ratio à virtute ſignorũ, quiá Sanctis fiunt.

Nonò, id quod Deus atteſtatus eſt ſignis, & prodigijs, non eſt in dubium reuocandum: ſicut ergò edendo ſigna, probabat Chriſtus res fidei: quę rationem longè excedunt, iuxta illud, Illi profecti prędicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et ad innocationem Sanctorum, & preces edita ſunt propriè innumera, & admiranda ſigna non ergò de illorum interpellatione pro nobis dubitandum eſt: at hæc ſigna, clariſſima Eccleſia lumina teſtantur. Nam Auguſtinus libro 22. de ciuitate Dei, cap. 8. recenſet quinque mortuos ſuſcitatos ad corpus B. Stephani; & Ambroſius, & ibidem Auguſtinus, ad corpora Sanctorum martyrũ Geruaſij, & Protaſij ſuo tempore referũt plurima facta miracula: ſicut olim ad

Marc. vlt.
D. Aug. to 5.
D. Amb. epi. 85. to. 3 iuxta finem.

4. Reg 13. contactum oſſiũ Heliſęi ſuſcitatus eſt mortuus ob orationem eius, vt eſt credibile, & non ob ipſorum oſſium virtutem. B. Hier. to. 2. Hieronymus etiam cõtra Vigilantiũ multa huiuſmodi egregiè ſcribit. Et quotidie etiã multa ad orationes Sanctorũ fiunt ſigna à Deo: quæ diligenter probantur ab Eccleſia, antequam illi in catalogum Sanctorum referantur. Cum ergò Deus non atteſtetur falſitati, certum eſt, illos orandi pro alijs officium exercere.

X. ratio ab eccleſię perpetua traditiõe.

Decima ac poſtrema via eſt: Eccleſia vniuerſalis ab initio id ſemper tradidit, & obſeruauit ipſa, vt per Sanctorum merita, & preces adiret Deũ: cuius rei teſtimonia innumera habemus apud Patres, & in Eccleſiaſtico officio, & in ſacrificio Miſſę, & in ſacris litanijs. Orant autem Sancti, vel vbi deuotius inuocãtur; vel pro ijs, quibus doctrina, & exemplo profuerunt, vel pro quibus ſanguinem ſuum fuderunt, vel in loco, vbi eorum aſſeruantur reliquiæ, vel pro ijs qui ſunt in loco, vbi nati ſunt. Quę omnia quò magis confirmentur, attendenda eſt Patrũ veterum traditio, quæ huius rei antiquitatem docet.

Vbi & pro quib9 Sancti preces maximè fundant.

Sanctos pro eccleſia nõ ſolum in genere, ſed in ſpecie etiã orare Deum, cõtra Lutheranos. I. argum. ab Scripturis.

Sed quia dæmon ægrè fert ſe expelli ab anima, pluſquam à corpore; per Hæreticos, tanquam per organa ſua, tradit, Sanctos quidem in vniuerſum orare pro Eccleſia, ſed nõ pro peculiaribus perſonis, & cauſis, vel prouincijs: quos operæ pretium eſt multis, & grauibus teſtimonijs reuincere. Primò, quia in Scripturis multos legimus peculiariter preces fudiſſe: Apoc. 6. nam Sanctorum animæ interfectorum contra interfectores ſuos precantur. *Nam clamabant voce magna dicentes: Vſquequò Domine, ſanctus & verus, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra.* Ieremias, & Onias aduocati ſunt, & protectores ciuitatis Ieroſolymitanę: ſiquidem per viſum Iudas Machabeus vidit Oniam, 2. Mach. 15. qui fuerat ſummus Pontifex, manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum: & alium virum ætate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illũ, de quo Onias dixit: *Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.* Eſai. 63. apud Eſaiam conqueruntur Iudæi, quòd Abraham neſciret eos; 2. Petr. 1. quaſi dicerent, Olim opitulabatur, & curabat noſtra, nunc ad modum neſcientis ſe habet. Petrus etiam in epiſtola ſua pollicetur peculiarem fauorem quibuſdam, vt poſt obitum ſuum eorũ recordari valeat, vt ſupra admonuimus. Ciuitas etiam Ieruſalem potiſſimum defenſa eſt propter Eſa. 37. Dauid; & Patres omnes Noui Teſtamenti Sanctorum, familiarium precibus ſe commendabant, ac nitebantur: ait enim Greg. Greg. Naziã. Nazianz. in orat. 14. de Obitu Gregorij Patris: *Nunc magis proficit nobis precibus, quam antea doctrina, quanto etiam Deo propinquior eſt, poſtquam vincula depoſuit corporalia.* Hieron. Hieron. in epiſt. ad Paulam de obitu Bleſillæ: *Per te Dominum Rogat*, inquit, *mihiq; veniam impetrat peccatorum.* Aug. de Bapt. cap. 1. Auguſtinus quoque libr. 7. de Baptiſmo: *adiuuet nos Cyprianus orationibus ſuis in iſtius carnis mortalitate, tanquam in caliginoſa nube laborantes, vt donante Domino, quãtum poſſumus, bona eius imitemur.* Idipſum in multis alijs Patribus frequenter inuenitur, vt in Cypriano libr. 1. epiſt. 1. Cyprian. Chryſ. ſer. de S. Iuuenco, & Maximo, Chryſoſt. Leone III. ſerm. de Anniuerſario ſuæ aſſumptionis, Leo. & ſer. 1. de S. Petro, & Paulo: imò Hieronym. Hieron. ex inſtituto hanc veritatem probat lib. contra Vigilantium: quos iterum inferius referemus.

II. argum.

Deinde Deus, & Chriſtus qua homo eſt, non æqualiter diligit omnes, quod ad effectum attinet, nec æqualiter omnibus opitulatur; ergò nec Sancti. Nam ſunt aliqui, qui in quibuſdam neceſſitatibus peculiariter opem ferunt: & alij etiam, quibus in hac vita ob accepta beneficia particulari ratione auxiliandi tenebantur. Aliter charitas non eſſet bene ordinata. Hinc Hiſpani peculiariter colunt beatum Iacobũ, Sebaſtianum Luſitani, Romani Petrũ, & Paulum, Florentini Ioannem Baptiſtam, Veneti Marcum, Senenſes B. Virginẽ, Galli Dionyſium, Germani Barbaram, Angli Georgium, & Thomam Cantuarienſem, Pariſienſes Geneuefam virginem, Mediolanenſes Ambroſium, Siculi Agatham, & Luciã, Neapolitani Ianuariũ: deniq; quodlibet religioſum inſtitutum ſuum peculiare caput piè veneratur; vt Dominicũ, Franciſcum, Auguſtinum, Hieronymum, Benedictum, & Carmelitę Heliam, Bernardum Bernarditæ.

III. ratio.

Tertiò, homines ſunt ſicut Angeli Dei in cœlo: Matth. 22. porrò Angeli varia munera, & officia exercent: Dan. 10. nam Michael præeſt Synagogæ, Luc. 1. Gabriel Verbi myſterijs annuntiandis, Tob. 5. Raphael ſanitatibus pręſtandis, & peregrinis deducendis; Dan. 10. & apud Danielem eſt Princeps regni Perſarum, & Græcorum, & ita erunt alij varijs prouincijs deputati: denique quiuis habet ſuum Angelum cuſtodem. Si ergò homines in cœlo ſunt ſicut Angeli, nõ dedecet eos diuerſis prouincijs & muneribus eſſe honeſtatos. 1. Cor. 15. Sancti quoq; in cœlo ſunt ſicut ſtellæ, vt dixit Apoſtolus 1. Corinth. 15. at illæ diuerſas virtutes, & influxus habent, & quędam quibuſdam,

& aliæ

& aliæ his prouincijs apparent, aliæ in alijs; & apud Lucam vni ſeruo fideli dicitur: *Eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates*: alteri, *Super quinque ciuitates*.

Luc. 19.

IV. argum.

Quartò, auxilium quod Sancti alijs præſtant, effectus eſt diuinæ prædeſtinationis, & ordinatus ad gloriam conſequendam. Si ergo gloria inæqualis eſt prædeſtinata, ergo & inæqualia erunt auxilia quæ præſtant. Varia enim nobis auxilia poſtulare eos Deo, facilè inde colligitur, quòd non ſolùm ab Angelis, ſed à ſpiritibus beatorum hominũ conſtet regi, ac gubernari fideles viuentes, noſtriſque rebus continuò proſpicere, Eccleſiamque paſcere, ac res eius curare. Vnde in præfatione illa de Apoſtolis, quam teſtatur antiquiſſimam Pelagius II. in epiſtol. 4. decretali, ita dicitur, *Gregem tuũ paſtor æternè non deſeras, ſed per B. Apoſtolos tuos, cõtinua protectione cuſtodias, vt iiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores*. Quin & multi ex Patribus id diſertè docent, ait enim Hilarius: *Neq; deſunt ſtare volentibus Sanctorum cuſtodia, neque Angelorum munitiones*: & Ambroſius: *Sicut Angeli præſunt, ita & hi, qui vitam meruerint Angelorum*: & Maximus, *Cum his*, ait, *nobis familiaritas eſt: ſemper enim nobiſcum ſunt, nobiſcum morantur, hoc eſt, & in corpore nos viuentes cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiunt*. Ita etiam Baſilius orat. de 40. Martyribus. Leo ſermone 2. de anniuerſario ſuæ aſſumptionis. Theodoretus lib. 8. ad Græc.

Pelagius II. Papa.

Hilar. ſerm. 124.

Ambr. lib. 6. in Lucam.

Maxi. in ſer. de martyr. Tauricu.

Baſilius.

Leo.

Theodor.

V. argum.

Quintò, ſigna multa edita ſunt ad inuocationem Sanctorum, & ad altaria & reliquias eorum, velut loco, vbi martyrium perpeſſi ſunt.

VI. argum.

Sextò, fauet ratio: nam ſicut anima totum corpus informat; per diuerſa tamen membra varios explicat actus: nam oculis videt, auribus audit, ore loquitur, manibus tangit, pedibus ingreditur: ad eum modum Chriſtus Dominus, qui eſt velut anima quædam corporis ſui myſtici, per diuerſos Sanctos, vt per accommodata membra, diuerſa gratiarũ genera exercet, & in alia inferiora membra diſtribuit: qua metaphora vſus eſt Paulus Romanor. 12. *Sicut enim*, inquit, *in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habẽt; ita multi vnum corpus ſimus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, habentes donationes, ſecundùm gratiam quæ data eſt nobis, differentes*. Et ſicut de Chriſto dicitur: *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*; ita modò Chriſtus per varios Sanctos multa operatur: & alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem Spiritum. Alteri fides in eodem Spiritu; alij gratia ſanitatum: alij operatio virtutum; non mirum igitur ſi Eccleſia triumphans Sanctorum hac pulcherrima varietate illuſtretur, qua nunc militans decoratur. Hæc autem multiformis munerum diſtributio, partim à Deo inſpirata, partim reuelata eſt per Angelos, partim pijs coniecturis deprehenſa; & præcipuè in illis rebus ſuccurrũt, quas ipſi experti ſunt, & in ipſis verſati, iuxta illud Apoſtoli de Chriſto: *In eo enim in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari*. Ita inuocamus Petrum in vinculis, Paulum in conuerſione, vtrumque in periculo maris, Ioannem Baptiſtam in natiuitate, Euangeliſtam in colenda virginitate, Sebaſtianum, & Rochum in peſte depellenda, Antonium in igne abarcendo, & rebus amiſſis inueniendis, & ſimilibus alijs pleriſque. Et rectè dictum eſt: *Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo*: quaſi dicat, Non omnibus omnia conceſſa ſunt; ac proinde implorare debemus varios Sanctos pro diuerſis neceſſitatibus.

Anima Eccleſiæ quomodo Chriſtus ſit.

Rom. 12.

Luc 6.

1. Cor. 12.

Variæ Sãctorum in Eccleſia functiones, ac Spiritus ſancti chariſmata.

Hebr. 2.

Sanctorum quorundam peculiaria quædam in homines beneficia.

Illud Apoſtoli: Vnuſquiſque propriũ donũ habet ex Deo, quid ſignificet.

1. Cor. 7.

Nec obſtat quod obijciunt, Sanctos neſcire particulares noſtras indigentias, aut morbos, eſſeque perinde, ac ſi quis Romæ agens, & laborans rogaret amicum exiſtentem Pariſijs, qui minimè eum poſſet audire, etſi intenta voce clamaret. Sed mirum profectò eſt, quòd tu noueris ea, quæ apud eos ſunt in cœlis, & eos neſcire quæ apud nos ſunt. Quare te ipſum facis animal terreſtre, quod oculatius videat quàm cœleſte? Dicendum ergo, quòd cognoſcunt non naturali notitia, quia ea ratione nec Angeli ſciunt, nec Chriſtus cognitione naturali. Sciunt ergo per reuelationem internam, quæ omnia neceſſaria ſciunt, quia amici Dei ſunt, de quibus; *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæ verbum audiui à Patre meo, nota feci vobis*; & Propheta dicit; *Non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas*; & Deus ipſe; *Num celare potero Abraham quod geſturus ſum?* Spiritus quoque defunctorum poſſunt nobis intereſſe, vt Moſes, & Helias in transfiguratione, & noſſe quæ apud nos ſunt. Si ergo Chriſtus Dominus videt, ergo Sancti; quia membra ſequuntur caput. Et ſi Angeli, etiam ſancti illis ſimiles. Et ſi Abraham nondum gloriam adeptus vidit diuitem Epulonem, eiuſque preces audiuit; quanto magis Sancti in cœlo, qui videntem omnia vident? Etſi Heliſeus abſens vidit in ſpiritum Giezi, & Paulus dum viueret, erat corpore abſens, ſed ſpiritu præſens; quanto magis de cœlo videbit?

I. argum. hæreticorum ad probandum, Sanctos non orare pro nobis, diluitur.

Res noſtræ, quomodo Sanctis innoteſcant.

Ioan. 15.

Amos 3.

Geneſ. 18.

Matth. 17.

Luc. 16.

Greg. lib. 4. Dialog c. 23. tom 2.

4. Reg. 5.

1. Cor. 5.

Secũdum argum. Hæreticorum contra intereeſſionem Sanctorum.

Deinde argumentantur ex geſtis profanis: nam Apollo fauebat Troianis, Iuno Carthaginentibus, Minerua Athenienſibus, Diana Epheſijs, Venus Romanis, adhæc Neptunus prę̨erat aquis, Vulcanus igni, Iupiter cœlo, Ceres frugibus, vitibus Bacchus, Mars bello, Æſculapius medicinæ, Apollo, & Muſæ poëtis, & Minerua ſcientiæ. Dicendum eſt, Gentiles non peccaſſe in eo, quòd diuerſos beneficiorũ autores colereot, ſed in eo, quòd hoorem non meritum exhibebant illis qui dij non erant, nec natura, nec participatiooe. Nam ſi veros Sanctos Dei adminiſtros nouiſſent, eiſque honorem cultus illis debitum præſtitiſſent, proculdubiò non reprehendendi, imò potiùs laudandi eſſent, quia quod Dei eſt, bonum eſt in omnibus, & Eccleſia imitatur Vetus Teſtamentum in quibuſdam ceremonijs ad cultum Dei pertinentibus: imò etiam Gentiles in Sacerdotibus, & in archiflaminibus, vt docet Clemens in epiſtola ad Iacobum. Leges verò ciuiles ab Imperatoribus, & prudeotibus legis peritis editas non reijcit, ſed amplectitur.

Quid Ethnici peccauerint, alij quidem Iouem, alij Apollinem, alij verò Mercurium, alij alios colentes ac venerantes.

B. Cle. Rom epiſt. 1.

His in verbis Corinthiorũ Ego quidem ſum Pauli, ego autẽ Apollo, &c. quid Apoſtolus reprehendat. *1. Cor 1. Infra 3.*

¶ Quare quod Apoſtolus dicit: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ*: non eſt ad rem, quia ibi ſermo eſt de viuentibus. Et Paulus non adimit honorem miniſtrorum, nec eorum poteſtatem, quã vbique commendat, ſed carnales affectus, quibus ad eos capiuntur, per hyperbolen reprehendit, quaſi ita de miniſtris curaſſent, ac ſi redempti ab eis fuiſſent: quod tamen de Corinthijs minimè eſt credẽdum, ſed ita locutus eſt, vt homines ad medium reduceret: nec eò ſpectabat, vt vetaret ab eis petere preces, quas ipſe ab omnibus petebat.

III. argum.

Tertiò obijciunt, admitti vitium acceptionis perſonarum, & iniuriam fieri alijs Sanctis, maximè maioribus, quaſi ipſi orare, & opitulari non queant. Dicendum nõ eſſe imperfectam charitatem, ſed Dei ordinem: qui ſi in Angelis, ſi in cœlis, ſi in naturalibus, & politicis inuenitur, multò magis in Sanctis inuenietur: quia diuiſiones gratiarum ſunt etiam in cœlo, & alij dicuntur Cherubim, alij Seraphim, &c. Et quia homo peculiari religione ducitur in aliquem Sanctorum mioorem: nam ex deuotione maximè orationis pendet effectus. Et hoc Dei prouidentia fit; vt ſic minimos etiam quoſque Sanctos honoremus.

1 Cor 12. Vnde fiat, vt potius minores interdũ, quàm maiores Deus ſanctos exaudiat.

IV. & poſtremum arg.

Denique oon obſtat dicere, quòd fiot abuſus eorum, qui putant, quòd per ſe poſſint concedere, & quòd fint contentiones de Sanctis. Sed abuſus tollãtur. Vnde Hieronymus in Vigilantium, damnantem vigilias nocturnas Sanctorum, ait: *Error, & culpa iuuenum, viliſſimarumque mulierum, qui per noctem ſæpè deprehenditur, non eſt religioſis hominibus imputãdus: quia in vigilijs Paſchatale quid fieri plerunq; conuincitur; & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni; qui & abſque vigilijs poſſunt errare vel in ſuis, vel in alienis domibus, Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit.* Hæc ille. Dęmon etiam vt bonom vſum tollat, fingit abuſus plures quã ſint: & omnia Sacramenta eſſent tollenda, ſi hæc ratio alicuius eſſet ponderis.

B. Hier. poſt med. tom 2. Vigilantij, id eſt, Dormitantij, vigilias Sanctorum nocturnas damnantis, confutatio. *Matth. 26.*

Quod liceat inuocare Sanctos.

Iam tertiò pugnandum eſt pro alio articulo, an ſcilicet, nos debeamus Sanctos iouocare, & vt diſtinctius loquar, an liceat hoc facere, deinde verò an ad id lege teneamur. Quod igitur liceat hoc facere, multę ſuppetunt probationes. Primò, qoia Chriſtum vt hominem, & aduocatum interpellare licet: quia ſi peccauerimus, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: Sanctos ergo mediatores, & aduocatos ſub eo, & propter eum licet interpellare, quos dedit ille, vt ſi fortè eius maieſtate, & autoritate terreremur, Sanctorum ſaltem hominum qui peccatores ſicut nos extiterunt, & mala noſtra experti ſunt, patrocinium poſtularemus.

Primus locus ex Sacris lit. *1. Ioan. 2.*

II. locus. *Iob. 5.*

Deinde Iob 5. habemus: *Voca ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere.* Erat enim conſuetum afflictis hominibus confugere ad Sanctos: quemadmodùm etiam Chriſto in Cruce clamante, *Eli, Eli, lamma ſabacthani,* quidam illic ſtantes & audientes dixeruot, *Heliam vocat iſte:* ex quo colligimus, Iudæos hoc dixiſſe, qui id ex lege nouerant, & intellexeruot poſtulaſſe auxilium ab Helia. Vnde dixerunt; *Sine videamus an veniat Helias liberans eum.* Et in vtroque loco, Iobis, & Matthæi, vocare, accipitur pro, inuocare, vt plerunque Poëtæ accipiunt. Tertiò, Angelos Sanctos inuocare poſſumus; & illi nobis reſpondent, ac fauent; ergo multò magis Sancti. Conſequentia hæc valida eſt; antecedens probatur: quia Oſeæ 12. de Iacob dicitur, quia inualuit ad Angelum, & conſortatus eſt: fleuit & rogauit eum, nimirum vt benediceret ſibi, vt habetur Gen. 32. & Zach. 1. *Et dixi, Quid ſunt iſti, domine mi? & dixit ad me Angelus Domini, qui loquebatur in me, Ego oſtẽdam tibi quid ſint hæc,* &c. Dan. quoque 13. *Acceſſi,* inquit, *ad vnum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebã ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationẽ ſermonum, & docuit me.* Prætereà Abrahæ, & Lot apparueruot Angeli, eisq; futurã Sodomæ, & aliarũ infamium ciuita-

Matth. 27.

Quorum ea vox fuerit de Chriſto, Heliam vocat iſte: &, Sine, videamus an veniat Helias, &c.

Tertius locus pro inuocatione Sanctorum.

Oſeæ 12.

Geneſ 32. Zachar. 1.

Dan. 7.

Geneſ. 18. 21. 23. & ſeq.

tum

tum deſtructionem ſignificarunt: & Abraham quidem orauit pro liberatione Sodomæ,

Infrà 19.

Lot verò precatus eſt pro ciuitate paruula Segor.

VI. locus.

Quartò, Deus non vult exaudire impium, niſi interueniant viuentium orationes.

Infrà 20.
Iob. 42.

Nam non pepercit regi Abimelech raptori Saræ niſi propter preces Abrahæ, ad quē miſit illum; nec amicis Iob, niſi ipſum prius adirent, qui oraret,& ſacrificaret pro eis,

Actor. 9.

nec voluit Petrum ſuſcitare Dorcadem, niſi Petrum rogarent, & interpellarent viduæ circumſtantes.

Luc. 7.

Seniores quoque Iudæorum voluit Chriſtus interpellare pro ſeruo Centurionis:

Matth. 15.

nec ipſe liberauit filiam Chananææ, niſi ab Apoſtolis bis interpellatus. Quidni ergo Sanctos, qui ſunt maiores, inuocari volet, vt beneficia conferāt? Quia ſicut templum maius eſt auro,

Matth. 23.

vt dixit Dominus, ita Sancti in cœlo regnantes cum Chriſto, maiores ſunt viatoribus.

In illud Eraſmi: Sanctorum inuocationem ex Scripturis nō habemus, ſed tantùm deducimus.

Reſpondet Eraſmus, non haberi quidem ex Scripturis inuocationem Sanctorum, ſed tantùm ex argumētatione, & collectione. Dico; nonne etiam Dominus ex collectione probauit *reſurrectionem* Sadducæis ex illo loco:

Matth 22.
Exod 3.

Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium? ex collectione conuicit Iudæos,

Matth. 23.

dicendo, quòd iurare per templum, maius eſt, quàm iurare per aurum?

V. locus.
Geneſ. 49. & ſeq.
Supra 40.

Quintò, Iacob moriturus benedixit filijs ſuis: idem præcepit, *Inuocetur ſuper eos*, (ſcilicet, filios Ioſeph Ephraim, & Manaſſe) *nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Iſaac:* proculdubio ad intercedendum pro eis,

Exod 32.
Dan 3.

vt Moyſes pro Iudæis peccantibus fecit, & tres pueri Dan. 3.

IV. locus.

Sextò, plus honoris ineſt in illis verbis; *Domine recordare Abraham, Iſaac, & Iacob*, quæ dixit Moyſes Exod. 32. & tres pueri Daniel. 3. quàm dicere Abrahæ, Ora pro me: ergo ſi hoc licet, quia vtraque oratio eſt, profectò & hoc quoq; licitum erit. Quia enim merita Sanctorum valent apud Deum, inuocari quoque poterunt, vt ea illi præſentant, nec minus valebunt, vel quàm per nos ipſos oblata placent. Adhæc ſi Deo placent oblata per Angelos, cur nō etiam per Sanctos?

VII. locus.

Septimò, precari aliquem, actus eſt honoris, commēſuratus ei qui oratur: cum ergo hic honor non excedat creaturam, quàm vt interceſſorem rogamus, Deus voluit hunc honorem Sanctis exhiberi. Etſi viatores interdum orandi ſunt à nobis, & vt aduocati interponendi ad Deum; ergo magis Sancti, quia magis Deo accepti, & maiori honore digni.

VIII. locus.

Octauò, Sancti intercedunt etiam non rogati pro nobis, vt diximus: ergo rogati multò magis id facient: quia Deus non impediet, ſed iuuabit potius humilitatis, & charitatis actus.

IX. locus.

Nonò, ſi Sancti Deum orant pro nobis, vt fatentur Hæretici, & hoc eſt illi gratum; certè ingratum non erit, ſi optent, & petant à Sanctis fieri quod faciunt: at hoc votum, ſpecies inuocationis eſt. Et ſicut dictum eſt: *Qui vos audit, me audit*; ita, Qui vos orat, me orat.

Luc. 10.
X. locus.

Decimò, Eccleſia in diebus ferialibus, & Dominicis, & in litania antiquiſſima ante annos mille trecentes, cuius meminit etiam Baſilius in vita Gregorij Neocæſarienſis, epiſtola 63. ad clericos Neocæſarienſes,

B. Baſil circa fin. tom. 2.

Patres etiam vniuerſi, tam Græci, quàm Latini, perpetuò Sanctos interpellarunt. Vt interim omittam ſigna, & miracula ad inuocationem Sanctorum facta, & reuelationes quā plurimas quæ huic veritati fauent.

Orig to. 1 poſt fin. librorum de principijs.

Origines in lamentatione ſua conuerſa à Beato Hieronymo, in princip. *Incipiam*, inquit, *me genibus proſternere, & deprecari vniuerſos ſanctos, vt mihi non audenti petere Deum propter nimietatem peccati, ſuccurrant. O Sancti Dei vos lacrymis & fletu pleno dolore deprecor, vt procidatis miſericordijs eius pro me miſero.*

B. Cypr. epi. 1 in fin.

Et Cyprianus in epiſtola ad Cornelium Papam, promittit illi, quòd poſt mortem preces funderet pro eo apud Deum: quod ipſum pro ſe fieri ab eodem efflagitat, illi ſuperſtite.

Hier. epi. 27. in fin. tom. 1.

Hieronymus in epitaphio Paulæ: *Vale*, inquit, *ô Paula, & cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua.*

Aug. tom. 1. ſub init.
Idem to 9 inter med & fi

Auguſtinus Nebridium defunctum inuocat lib. 6. Confeſſ. cap. 3. & lib. Meditat. capite 24. *Felices Sancti Dei omnes, qui iam pertranſiſtis huius mortalitatis pelagus, &c. Obſecro vos per veſtrā charitatem, qui ſecuri eſtis de vobis, ſoliciti eſtote de nobis: ſecuri eſtis de veſtra immarceſcibili gloria, ſoliciti eſtote de noſtra multiplici miſeria. Per ipſum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, eſtote iugiter memores noſtri, ſubuenite nobis miſeris, qui adhuc in ſalo huius vitæ circumſtantibus agitamur procellis, Date manum, & erigite iacentes ſuper pedes; vt conualeſcentes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite, orate conſtanter, atque indeſinenter pro nobis miſeris, multumq; negligentibus peccatoribus, vt per veſtras orationes veſtro ſanctis conſortio coniungamur: quia aliter ſalui eſſe non poſſumus.*

Egregius locus Auguſtini pro inuocatione Sanctorum.

Pondera, bone, & prudens lector, hæc vltima verba: *Quia aliter ſalui eſſe non poſſumus.*

Greg. Nazia orat. 30 in fine ex verſione Iacobi Billy, tom. 2.
2. Cor. 12.

Greg. Nazianz. in oratione funebri Baſilij Magni, in fine: *Tu verò*, inquit, *ſacrum, & diuinū caput, nos cœlitus inſpicias carnisq; ſtimulum à Deo nobis ad diſcipulum datū, aut precibus tuis ſiſtas, aut perſuadeas, vt forti animo perferamus, omnemque vitam noſtram ad id, quod maximè conducibile eſt, dirigas: noſq;*

poſtea-

Idem orat. 91 in fin.

Baſil. ho. 20. ſub fin.

Chryſ. aliquã do poſt med. li. ſeu ſerm. 10. 3. inter med. circitor, & fin.

Idem ibidem. Iuuentini & Maximi martyrũ elogiũ.

poſteaquam ex hac vita migrauerimus, ille tabernaculis tuis excipias. Idem Nazianz. in oratione ſua in Athanaſium, eius preces, & interceſſionem implorat. Baſilius homilia in quadraginta martyres: *Quis aliqua, inquit, premitur anguſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret. Hic, vt à malis liberetur; ille, vt duret in rebus lætis.* Chryſoſtomus in vita Babylæ Antiocheni Epiſcopi, ac martyris: *Ea eſt Sanctorum poteſtas, vt illorum ſuperſtitum dæmones, ne vmbras quidem, aut veſtes ferre poſſint, vitam autem Sanctorum, & loculos quoque reformident.* Et reliqua. Idem Chryſoſtomus ſermone in Iuuentinum, & Maximum martyres, in fine: *Illos non indignum fuerit, & columnas, & ſcopulos, & turres, & cãdelabra, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniũt, & ſicut ſcopuli omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam interim ipſi ſeruantes tranquillitatem, ſicut luminaria tenebras impietatis diſcuſſerunt: & ſicut tauri, animi, promptitudineq; eadem, ſuaue Chriſti iugum traxére. Idcirco ſæpè eos inuiſamus, tumulos adorucmus, magnáque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites, vulnera quæ in prælijs ſibi inflicta Regi monſtrantur, fidenter loquũtur; ita & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæq; voluerint, apud Regem cælorum impetrare poſſunt.* Hæc ille. Et expẽde Sanctos, omnia quęcunq; voluerint, poſſe impetrare, contra Eraſmum, & alios, qui dicunt Sanctos nihil poſſe. Idem Chryſoſtom. in cap. 19. Geneſis interpretans illud: *Cùm ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abraha, & liberauit Lot,* ſcribit: *Quid eſt, Recordatus eſt Deus Abraha? hoc eſt petitionis quam fecit dicens: Ne ſimul perdas iuſtum cum impio. Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem Patriarchæ iuſtus ſeruatus eſt, & nõ propter ſuam iuſtitiam? Ita certè propter orationem Patriarchæ. Quando enim ex nobis eſt, ſimul afferimus, & accedit interceſſio Sanctorum, plurimùm nobis confert. Quòd ſi ipſi negligentes fuerimus, & ſpem in illis ſolis collocamus noſtræ ſalutis, nihil amplius nobis prodeſt: non quòd infirmi ſunt iuſti, ſed quia propter noſtram deſidiam nos ipſos perdimus. Audi Deum omnium, ad eum qui de vtero matris ſanctificatus eſt, Ieremiam Prophetam, dicentem: Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Id ſcientes dilecti, confugiamus ad Sanctorum preces, & oremus vt pro nobis intercedant: ſed non illorum precibus tantùm confidamus, ſed & ipſi noſtra, vt oportet, diſpenſemus rectè, & ad meliora ſemper conuertamur.* Hæc ille. Cuius doctrinam Theophylactus eius diſcipulus confirmat. Scribens enim in caput 11. epiſtolæ ad Hebr.

Matth. 11.

Qualis quãque efficax martyrum apud Deũ pro nobis oratio.

Idẽ hom. 44. ſub init. to. 1. Geneſ. 19.

Suprà 18.

Sanctorum preces quãdo nobis prorſus inutiles, teſte Chryſoſtomo.

Ierem. 1. Infrà 7.

Theophylact. ad calcem.

Sic ait: *Sancti iam nunc arrhabonem, & pignus honoris habent: vnde aliàs eis poteſtas eſſet, vt ſuccurrere queant inuocantibus ſe? Vnde ipſis quod fiduciam habent intercedendi?* Et reliq. Et ita probatum relinquimus, quòd liceat Sanctos inuocare.

Quod debeamus Sanctos inuocare.

Quartò probandum, non tantùm id nobis eſſe conceſſum, vt oremus Sanctos, ſed etiam ad id faciẽdum nos lege aliquando teneri. In primis, Eccleſia Eccleſiaſticis, & laicis conſtat, Sacerdotes verò, qui ad diuinum officium perſoluendum arctantur, ſæpè Sanctos inuocare coguntur; laici verò tenentur aſſiſtere officijs Sacerdotum, quæ in nomine totius Eccleſiæ celebrant, & per quorum ora laudant, & orant Deum: ipſi ergo debent dicere Amen in benedictione Sacerdotis, & ita optare vt eueniant quæ Eccleſia petit; ergo inter alia exauditionem per Sanctos. Nam oratio in Miſſæ ſacrificio ob id Collecta vocatur, quia nomine collecti populi fieri ſolet; quę vt deuotius offeratur, excitatur populus ad attentionem à Sacerdote dicente, *Dominus vobiſcum*: & ſubdit nomine omnium: *Oremus.*

I. argum.

Orationes quæ in Miſſa recitãtur, cur collectæ dicantur.

Secundò, ſunt quædam Concilia, quæ litanias in Eccleſia recitandas inſtituerunt: vt Concilium Gerundenſe can. 3. Aurelianenſe can. 23. & Toletanum VI. can. 2. & Toletanum VIII. can. 1. & Bracarenſe canone 9. & in diebus tribus Rogationũ indicuntur Sacerdotibus dicendæ, & multæ religiones ſuis alumnis dicendas quotidie pręſcribunt. At illæ litaniæ nihil aliud continent, quàm inuocationem inprimis Dei, & ſanctiſſimæ Deiparæ, & beatorum Angelorum; & Sanctorum: & vt ita dicã, ſunt emẽdicatio quædam diuini ſuffragij ad aures Dei, & Sanctorum.

II. argum. à Concilijs.

Poſtremò, cogimur dies feſtos Sanctorum cum Eccleſia celebrare: ergo & Sanctos inuocare cum Eccleſia eos inuocante: niſi enim inuocatio per Sanctos magnam haberet vim, Paulus non tam frequenter peteret, vt pro ſe fratres orarent.

III. argum. & vltimum.

Nec obſtat, quòd in veteri lege, neque in Nouo Teſtamento non inueniatur huius rei præceptum, aut quod nõ ſit expreſſum in ſacris literis: quia ſuo modo in ſcripturis eſt, vt vidimus, quoniam ex illis deducitur: & ſatis eſt quòd Sacris literis non repugnet, & Eccleſia tradat, quæ tradit ipſam Scripturam. Nam ante Scripturam Iudæi colebant Deum, & non ex Scriptura: Rechabitæ quoque cultum non ſcripto commendatum obſeruarunt, ac Deo placuerunt.

Ad hanc obiectionem reſpondetur: Si neceſſaria ad ſalutem Sanctorum inuocatio eſt, cur ea in neutro, nec Veteri, nec Nouo exprimitur Teſtamento? *Ierem. 35.*

Nec obſtat ſecundò, quòd in hoc dero-

Quàm & illud leue: Per hanc inuocationem derogatur meritis Chriſti.

gari Chriſto videatur: non enim derogat, ſed potius arrogat. Sicut enim poterat homo ſine Sacramentis ſaluari, non tamẽ voluit Deus ſalutem cõſtare ſine illis: ita cùm poſſet ſine inuocatiõe ſaluos facere, voluit tamen nos ad illos inuocandos obligare.

Nec tertiò obſtat, quòd fides & fiducia in Chriſto periret: quæ enim ſpes in Sancto ponitur, in Deo eſſet collocanda. Reſpondemus enim, quòd hæc ratio conuinceret, non eſſe ad Chriſtum hominem recurrendum, ne videatur fiducia in Deo reponenda humanitati deferri. Deinde fiducia magis augeri videtur: nam Centurio Euangelicus, qui bis mediatores ad Chriſtum interpoſuit, & ſeniores, ſcilicet, & amicos; & tamen inſigniter laudatur, & celebratur de fide. *Non inueni*, inquit, Dominus, *tandem fidem in Iſrael*. Quia Sancti non ſunt vt corpora quædam opaca, quæ nobis tegant Chriſtum, ſed ſunt conſpicilia quædam perſpicua, quæ ducunt viſum mentis internum ad Chriſtum, propter illam inſignem humilitatem, qua profitetur ſe indignum, qui propter ſe à Deo exaudiatur.

Luc. 7.

Matth. 8. Luc. 7.

Modus inuocandi Sanctos quis.

Modus autem inuocandi Sanctos, quod ad rem ipſam petendam attinet, is eſt: Aſſerimus, omnia quæ à Deo poſſumus poſtulare, eadem ab eis vt intereeſſoribus nos confidenter petere poſſe: quantum attinet ad verba, proprius modus eſt: S. Petre, ora pro me, vt fit in Litanijs, aut porrigere orationem ad Deum per merita, & preces Sanctorum, vt frequenter facit Eccleſia. Qui tamẽ diceret Pater noſter, & Aue Maria ad eorum honorem, vt ipſi Deo offerant, benè faceret: quia quicquid eſt ad honorem Dei, ad honorem quoque Sanctorum ſpectat; & quod honor eſt vnius Sancti, ob mutuam charitatem, qua ſe diligũt, eſt ad honorem alterius. Et non tantùm oratio, ſed etiam quæuis bona opera ad honorem Sanctorum fieri poſſunt: vt ieiunia, eleëmoſynæ, peregrinationes, votorum nuncupationes, & ſimilia. Vnde Conſtantinus ad honorem duodecim Apoſtolorum, duodecim ſportas terræ proprijs humetis extraxit, cùm iacerentur fundamenta templi B. Petri. Intentio enim, ſiue animus Eccleſiæ, mentes fidelium tuetur.

Deo, vel vno Sancto, inuocato, inuocãtur & reliqui Sancti.

Sancti quo modo etiam innocentur. Magni Conſtantini pietas, & modeſtia.

Si autem quæras, vtrùm melius ſit orare per Chriſtum ſolum, an per Sanctos: reſpondendum eſt, orationem ex obiecto meliorem eſſe, quæ Chriſtum mediatorem proximè attingit: ſed quia id nihil facit ad meritum; id abſolutè mihi melius eſt, quod ex maiori deuotionis affectu, & humilitate, & obedientia Spiritus agentis, ad orandum Deum, ſiue Sanctos, proficiſcitur. Cùm enim homo gratiam Dei ſit aſſecutus, eius actus magis Deo placet, licèt circa ignobilius obiectum verſetur, qui ex maiori alacritatis affectu fit, quem ſæpè Deus dat erga ſanctos. Ex quo videtur, quòd oratio fuſa per ſanctos melior ſit, quia ſecum continet duplicem actum, quàm ſimplex. Quando enim fundo orationem ad Sanctum, orat etiam Sanctus pro me. Deinde maius eſt in ſe, & in Sanctis Deum honorificare, quàm Deum tantùm in ſe ipſo. Tertiò, quia Eccleſia, quę Chriſti Spiritum habet, frequentiſſimè per Sanctos recurrit ad Deum, rariùs per ſe ad Deum accedit. Quartò, precatio Dei per inuocationem Sanctorum arguit maiorem humilitatem, ſicut videre eſt in Centurione, qui dixit: *Domine, noli vexari. Non enim ſum dignus, vt ſub tectum meum ineres. Propter quod & me ipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te.*. Profunda ſanè humilitas Centurionis, qui nec dignum ſe putauit ad quem Chriſtus veniret, nec dignum, qui Chriſtum per ſe adiret. Ait autem Dauid; *Reſpexit ad orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum*, & Beata Iudith, *Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio*. Et de his hæc dicta ſufficiant, ne longior protrahatur hæc diſputatio.

Vtrùm præſtabiliùs, orare per Chriſtum ſolũ, an per Sanctos.

Quibus de cauſſis per Sanctos ſit oratio fuſa præſtantior.

Luc. 7.

Euangelici Centurionis modeſtia ſingularis.

Pſalm. 101. Iudith 9.

DISPVTATIO VIII.

In qua argumenta Hæreticorum, quæ cõtra precationem, & inuocationem Sanctorum fiunt, refelluntur, ac diluuntur.

QVIA non ſatis eſt veritatem proponere, & illam ædificare, & confirmare, niſi eam ab obiectionibus, quæ in eam fiunt, tueamur, & tela in nos iactata propulſemus, & in capita eorum retorqueamus; operam non inutilem me ponere exiſtimaui, ſi de hac re paullò luculentius diſputauero: tùm vt locis quibuſdam Scripturarum lucem aliquam ingeram, tùm vt technas, cauillas, & ſophiſmata futilia Hæreticorum lector perſpiciat.

Veritas duo requirit ab eius profeſſoribus.

Quòd igitur Sancti pro nobis non orent, his rationibus euincere ſe poſſe contendunt. Primò, quia Chriſtus interpellat pro nobis, & eſt vnus mediator Dei & hominum, & aduocatus, & propitiatio pro peccatis noſtris: &, *Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*; dixit etiam Dominus, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*; & Apoſtolus: *Per ipſum habemus acceſſũ ambo in*

Prima ratio Hæreticorũ aduerſus precationem, & inuocationẽ Sanctorum.
Hebr. 7.
1. Tim. 2.
1 Ioan. 2.
Actor. 4.
Ioan. 16.
Epheſ. 2.

vno

vno Spiritu ad Patrem, & ex alijs multis locis, quos copioſè producere ſolent in ijs, quæ non negantur à nobis, idem probare nituntur: Sancti ergo non orant pro nobis, & iniuriam Chriſto facit, qui alio vtitur Mediatore. Reſpondeo: Deum ſolum ſummo latriæ honore colendum, hoc eſt Fide, Spe, Charitate, nec in hoc cultu quenquam Sanctorum parem illi facit Eccleſia. Deinde ſcimus Chriſtum Pontificem verum, & tentatum per omnia, vt diſceret miſereri, de quo Eſaias prædixit: *Ipſum gentes deprecabuntur*; & Dauid: *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis*: & quotquot adeunt cum fiducia ad thronum gratiæ eius, credimus miſericordiam conſecuturos, & gratiam inuenturos in auxilio opportuno. Non tamen, eo quòd ipſe cauſam agit, & interpellat pro nobis, ſequitur Sanctos non orare. Imò potiùs oppoſitum rectiùs ſequitur, vt deduximus; quia membra ſequuntur caput ſuum, & excellentias ſuas vſque ad inenarrabile conſortium diuinæ naturæ, Sanctis communicat. Etſi enim ipſe ſit lux mundi, & vnus ſit Deus; ipſius tamen vox eſt; *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Ipſe eſt iudex viuorũ, & mortuorum, & cui Pater omne iudicium dedit; & tamen dixit ad Apoſtolos; *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Et Apoſtolus: *Neſcitis quoniam Sãcti de hoc mundo iudicabunt?* Et infrà: *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus?* Ait quoq; Dominus: *Vnus eſt Pater veſter qui in cælis eſt*; & tamen Paulus vocat ſe Patrem Timothei, & Oneſimi, & Corinthiorum, quos per Euangelium genuerat, & Galatarum, quos iterum parturiebat, vt ipſe teſtatur. Dominus item; *Magiſter veſter*, inquit, *vnus eſt Chriſtus*; & tamen Paulus vocat ſe Magiſtrum, ſeu Doctorem. Eſt Chriſtus fundamẽtum, præter quod nemo aliud poteſt ponere; & tamen Apoſtoli interdum vocantur fundamenta. Adhæc Chriſtus dixit; *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*; & tamen Apoſtolus audet dicere; *Imitatores mei eſtote.* Dixit etiam Dominus: *Nemo bonus, niſi ſolus Deus*, cùm tamen alibi dixerit, *Bonus homo de bono theſauro cordis profert bona*: & Lucas Ioſephum ab Arimathia vocat virum bonum, & iuſtum.

Quem cultũ ſoli Deo deferamus.
Hebr. 2.
Eſai. 45.
Pſalm. 44.
Hebr. 4.
Chriſti prærogatiuæ Sãctis quoque communicatæ plurimæ narrantur.
2. Pet. 1.
Epheſ. 4.
Ioan. 8.
Infra 9.
Pſalm. 81.
Ioan. 10.
Ioan. 5.
Matth. 19.
Luc. 22.
1. Cor. 6.
Matth. 23.
1. Tim. 1.
Philem. 10.
1. Cor. 4.
Galat. 4.
Matth. 23.
1. Tim. 2.
1. Cor. 3.
Epheſ. 2.
Apoc. 21.
Matth. 11.
1. Cor. 11.
Luc. 18.
Matth. 12.
Luc. 23.

Communis ergo Hæreticorum fallacia eſt, futiliter argumentari: Chriſtus hoc fecit, vel illud; ergo nullus alius; vel, ergo fecit ſine medijs, vel inſtrumentis, quæ ſemper adhibet, vbi adhiberi poſſint. Tantum ergo in illis locis, qui dicunt Chriſtum ſolum, vel vnum Mediatorem, & in ſolo eius nomine ſalutem eſſe, poſſunt Hæretici cum minori impudentia inuiti. Cæterùm & ex illis quoque locis reuincuntur. Si enim intẽderet Apoſtolus docere, quòd ita ille eſſet vnus mediator, vt nullus alius intercederet, cur Romanos, & alias Eccleſias rogaret, vt pro ſe preces ad Deum fundant? Cur iuberet iuſtis hoc loco Apoſtolus, vt pro omnibus hominibus, & Regibus orarent? Ita eſt ergo vnus Mediator intelligendus, vt non tollat alios mediatores, qui pro Regibus, & omnibus in dignitate conſtitutis orarent: & cur Iacobus præcipit: *Orate pro inuicem, vt ſaluemini?* ita enim vacarent omnes orationes viuentium.

Hæreticorũ quas producunt contra Sanctos, auctoritates nihil euincere.
Chriſtũ, qualẽ faciat mediatorem Apoſtolus.
Iacob. vlt.

Cùm ergo vnus Mediator aſſeritur à Paulo; ita conſtituendus eſt, vt tamen non excludat alios interceſſores, qui ſuis precibus alijs opitulentur. ¶ Dicamus igitur, Chriſtum vnum eſſe mediatorem per cõmunionem vtriuſque naturæ, diuinæ, & humanæ. Deinde ſolus, & vnus eſt, qui ſanguinem ſuum in pretium dedit pro omnibus hominibus, vt textus hic tradit: nullius enim alterius mors, aut ſanguis hoc pręſtare potuit. Tertiò, ſolus eſt ipſe mediator qui intercedit pro omnibus, & nullus intercedit pro eo; alij verò indigent Chriſto mediatore, & pro paucis quibuſdam interceſſionis officium exercẽt: quemadmodùm Sol cùm omnem mundum illuſtret, & omnia ſua impleat præſentia, reliqua tamen ſydera quibuſdam apparent, quibuſdam verò abſconduntur. Quartò, Chriſtus ſolus eſt mediator, qui per ſe, & propter ſe, & ſua merita ſemper exauditur, iuxta illud apud Ioannem: *Ego autem ſciebam quia ſemper me audis.* Reliqui verò, qui pro alijs ſe interceſſores & pacificatores præſtant, non ſuis meritis, aut propriç dignitati nituntur, ſed Chriſti meritis, & gratię. Vnde Eccleſia cum orat ſanctos, addit: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Sancti quoque non ſemper exaudiuntur. Et ita magna eſt differentia inter Chriſtum mediatorem, & reliquos, ſiue aduocatos, ſiue mediatores vocare velis: quod alia diſputatione ſuperius declaratum reliquimus, cùm de nomine Mediatoris diſſeruimus.

Chriſtus, vnus & ſolus eſt mediator quadrupliciter.
Simile.
Ioan. 11.
Sancti quare exaudiantur.

Nec valet hæc argumentatio: Chriſtus ſolus ſufficit ad officium mediatoris; ergo non ſunt alij præter eum: quia ſi hæc ratio valeret, tolleretur omnis actio ſecundarum cauſſarum, & fruſtra Deus daret vires, aut facultates, quas agere non fineret. Quare Chriſtus ipſe eſt qui in Sanctis, ſiue beatis, ſiue viatoribus, & intercedit: & exauditur: & cùm poſſet ſe ſolo omnia operari, & orare, & audiri, & ſaluare: voluit

Refellitur hæc argumẽtatio: Chriſt' vnus ſufficit mediator: ergo alij mediatores ſunt otioſi, & inutiles.

tamen

tamen pro ſua bonitate eſſe alios, qui intercedant, & in Chriſto audiantur, & ſalntem per Chriſtum partam applicare valeant: & ita Sancti ſub Chriſto intercedunt, & poſt Chriſtum, & in Chriſto, & propter Chriſtum: vt etiam hac ratione vnum dicamus eſſe Mediatorem, & vnum Aduocatum.

II. argum.

Deinde argumentantur: Sancti qui in cœlo regnant, cùm extra viam ſint, ſunt etiam extra ſtatum merendi; non ergo poſſunt nobis auxiliari, qui in via adnuc ſumus. Et probant hoc modo: Sancti enim meritis præcedentibus, quæ in vita habuerunt, quia ponuntur remunerata ſupra cõdignum, iuxta illud: *Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem* (id eſt excedentem merita) *dabunt in ſinnm veſtrnm*: alios iuuare nequeunt. Merita etiã noua habere uon poſſunt, quia non ſunt in via, ſed in termino: acceperunt brauium, non currunt in ſtadio: coronantur, non certant: merita ergo noua babere non poſſunt, quibus aliquid à Deo impetrare valeant; non ergo orant.

Luc. 6.

Quo merito Sancti iã beati exaudiantur à Deo. *Luc. 16.*

Reſpondeo, admittendo eos non poſſe mereri; poſſunt tamen orare: quia idem de Chriſto, & Angelis concederem, & de diuite Epulone. Chriſtus & Angeli perfecta beatitudine perfruuntur, nec tamen ab interpellatione pro nobis ceſſant. Dicendum ergo eſt, non eſſe nouum meritum, ſed fructum anteàctæ militæ, & antiqui meriti, cuius fructus manet poſt mortem, de quo: *Et fructus veſter maueat, vt quicquid petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Quamquam ergo remunerata ſint ſupra condignum merita, Dei tamen miſericordia & menſura ſupereffluens eſt in àlios: tanta eſt vis paſſionis Chriſti. Et ſicut Princeps coronat militem ſtrenuè ſe in bello gerentem, non ſolùm in ſe, ſed & in alijs propter ipſum, & non hoc facit nouo merito, ſed antiquo: ita Deus in cœlis agit, & exaudit propter Abraham, Iſaac, & Iacob iam defunctos, poſteros eorum orantes, & propter Dauidem liberat ciuitatem Ieruſalem, & Iudæi erant chariſſimi propter patres. Ita etiam Nabuchodonoſor propter Danielem elegit tres pueros Principes prouinciarum.

Ioan. 15.

Deus Sãctos exaudiens in cœlo, quemadmodũ agere videatur. *Geneſ. 40. Exod. 32. Eſai. 37 Rom. 11. Dan. 2.*

Poſſumus etiam hoc illuſtrare doctrina Auguſtini, qui libro de cura pro mortuis agenda, cap. 1. aſſerit, aliquem poſſe à pœnis purgatorij liberari, quia hoc dum viuerent, promeruerunt. Ita Sancti in vita meruerunt, quò in cœlo regnantes pro alijs exandirentur.

Aug. tom. 4.

Altera ſolutio, vt ſcilicet Sancti iã comprehenſores mereãtur à Domino exaudiri. *Dan. 9.*

Eſt tamen huius argumenti alia ſolutio: admittendo, meritum eſſe nouum, nõ quidem iuſtitiæ petenti nixum, ſed liberalitati, & clementiæ dantis. Vndè Daniel dicebat: Nec enim in iuſtificationibus noſtris proſterninus preces ante faciem tuã, ſed in miſerationibus tuis multis. At oratio Sanctorum in cœlis, gratiæ Dei, & pietati nititur: quæ merita Eccleſia celebrat in die Omnium Sanctorum, dum ait: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos Omnium Sanctorum tuorum merita, ſub vna tribuiſti celebritate venerari, &c.*

III. argum. *Apoc. 6. Hiero. tom. 2. in prime*

Animæ interfectorũ propter verbum Dei, vindictã poſtulantes, quid a Deo impetrauerunt.

Tertio loco obijciebat peculiariter Vigilantius, teſte Hieronymo: *Animæ precantur vindictam à Deo, nec tamen exaudiuntur; fruſtra ergo pro alijs intercedunt.* Reſpondet Hieronymus, Sanctorum animas exauditas fuiſſe, & plus accepiſſe quàm peterent. Nam in primis dicitur quod datę ſunt ſingulæ ſtolæ albæ, id eſt gloria animarum. Deinde duplici cõſolatione exhilarati ſunt à Deo, promiſſione in primis de vindicta ſuo tempore facienda; deinde de conſeruorum, & confratum ſuorum ſalute quam ſitiebant. Tertiò de ſecundæ ſtolæ ſpe, & promiſſione, & ita maximè ſupra vota exauditi fuerunt.

VI. argum.

Quartò obijciunt: Aut Sancti vident Deum velle conferre dona illis, pro quibus intercedunt, & ſic fruſtra funderent preces, cùm Deus certiſſimè ſit daturus; aut rurſus vident Deum denegaturum poſtulata, & ſic nullo modo intercedunt, vt per omnia conformes ſe diuinæ voluntati præſtent. Reſpondeo: Simili argutia non deberemus aliquam orationem Deo offerre, vt quidam olim volebant, aſſerentes Deum immutabilem. Dicendum eſt ergo, neutrum illorum concedendum, ſcilicet Deum reuelare ſe velle dare dona, vel in oppoſitum nolle. Quòd ſi reuelet Deus ſe velle donare, ſimul quoq; reuelabit quòd id velit per determinata media efficere. Promiſerat Abrahæ ſemen, in quo eſſent benedicendæ omnes gentes; & tamen videns Iacob vxorem ſterilem, preces fudit ad Deum pro prole, & obtinuit. Ita etiam voluit conuertere Paulum; ſed ad id voluit orationem Stephani præcedere. Voluit Auguſtini conuerſionem, ſed precibus Monicæ matris: denique voluit iuxta quoſdam Traianum ab inferis liberare, ſed ad hoc adhiberi voluit interceſſionem Magni Gregorij.

Sancti an nouerint ſe à Deo exaudiẽdos, necne.

Geneſ. 12. Infrà 22. & Infrà 25.

Actor. 7.

Aug li. 5. confeſ. c. 8. in fin & alibi, 10. 2.

V. argum.

Quintò argutantur, Chriſtum reddi inſufficientem mediatorem, & fieri iniuriam eius paſſioni & orationi. Sed ſi hæc ratio ſolida eſſet, euinceret, nullos, dum in hac vita verſantur, preces pro alijs funde-

re: at preces quorundam pro alijs in Eccleſia voluit eſſe, & Apoſtoli illas, & vim earum nobis commendarunt ſine vlla Chriſti iniuria, imò cum ſumma eius gloria. Ità etiam, quòd Sancti iam beati pro nobis intercedant, non arguit paſſionis Dominicæ defectum, nec Chriſtum inſufficientem mediatorem, ſed potius abundantiam & ſufficientiam ſuæ, vt ita dicam, mediationis, cuius virtus extenditur in membra ſua, vt ita ſe prodat, quicquid iſti impudentiſſimi blaterones dicant, fœcundiſſimum mediatorem, qui tot ſub ſe interceſſores, & mediatores habeat, qui partam à ſe ſalutem alijs appellare, & accommodare valeant.

Sanctorum merita, & interceſſiones quare nihil paſſioni Chriſti præiudicent.

VI. Argum. contra inuocationẽ Sanctorum.

Sexto loco opponunt, Sanctos in Deo abſorptos eſſe, nec meminiſſe eorum, quæ prius ſuper cor ſuum poſuerant, vt à Deo poſtularent. Sed vana, & ridicula eſt hæc argutatio; nam in Deum nõ cadit obliuio, nec in ipſos Sanctos iam beatos: hic enim, quia anima imperfectè capax eſt, quandoque tamen ita à Deo ſuſpenditur, vt aliorũ obliuiſcatur. Ibi autem perfectius Deum induit, & confirmata lumine gloriæ omnia in Deo intuetur, & omnium retinet memoriam.

Beati præteritorum cur obliuiſci nequeant.

VII. argum.

Philip. 1. & ſeq.

Paulus Apoſtolus, vt dixit, permanere Philippenſibus cur maluerit, quam diſſolui, & eſſe cũ Chriſto.

Septimò: Paulus ad Philippenſes non dixiſſet: Permanere autem in carne, neceſſarium propter vos, ſi poſteà Philippenſes oratione iuuare potuiſſet. Reſpõdeo, Paulum plus potuiſſe iuuare Philippenſes pręſentia ſuæ doctrinæ permanendo cum eis, quæ poterat Euangelium ſignis ſtabilire, & vitæ exemplo firmare, & munire eos magis ad reſiſtendum Hæreticis: quæ melius pręſentia ſua fieri poterant ſimul cum precibꝰ, quam ſola oratione poſt mortem.

VIII. argum. Brentij.

Octauò, Brentius conuictus Sanctorũ ſententijs, qui aſſerunt, Sanctos pro nobis precari; tradit, pro tropicè eſſe diligendum quòd Sancti pro nobis orent: nempè hac ratione, quòd preces quos adhuc mortales fuderant, adhuc nunc in auribus Dei inſonent: nam eo modo dicitur ſanguis Abel multò poſt mortem tempore coram Deo clamare, & in Apocalypſi clamant animæ Sanctorum interfectorum, vt effuſi ſui ſanguinis fiat vltio. Sed ſanè falſum eſt & planè puerile. Nam ex ea ratione orandi ſequeretur, quòd ſi penitùs interirent animæ Sãctorum vſque ad reſurrectionem, rectè dicerentur clamare: at Scriptura teſtatur eas viuere; ergo viuam, ac recentem habent orationem. Deinde clamor diuitis Epulonis non fuit huius vitæ: qua ergo ratione clamor Sanctorum erit huius vitæ? Sed certè melius Ambroſius dixit: *Non mediocri etiam*

Geneſ. 4. Hebr. 12. Apoc. 6.

Sanctorum quẽ Scripturę eis tribuũt non olim in terra, ſed nũc in cœlo viuẽtium eſſe clamorem oſtẽditur.

Luc. 16.

B. Amb. lib. 2 de Cain, & Abel c. 2. circa med. to. 4.

dogma quod ait: Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat: quia Deus iuſtos ſuos audit etiam mortuos, quoniam Deo viuunt. Et meritò pro viuentibus habentur, quia etiamſi corporis guſtauerint mortem, vitam tamen incorpoream capiunt, & illuminantur ſuorum ſplendore meritorum, luce quoq; fruuntur æterna. Beda quoque in eadẽ verba Apocalypſis ſcribens: *Magnus,* inquit, *animarum clamor, magnum eſt deſiderium eorũ, qua Dominum facere velle nouerunt. Nec enim fas eſt, eas credere contra Dei nutum quicquam cupere, cùm earum deſideria ex eius pendeant voluntate.* Et infrà enarrans illud: *Vſquequo Domine (Sanctus, & verus) non iudicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de ijs qui habitant in terra?* ſcribit: *Non hac odio inimicorum, pro quibus in hoc ſeculo rogauerunt, orant, ſed amore æquitatis, quo ipſi iudici vt propè poſiti concordant, diem iudicij, quo peccati regnum deſtruatur, & reſurrectionem extinctorum corporum aduenire precantur. Nam & nos in præſenti, cùm pro inimicis orare iubeamur, dicimus tamen Domino orantes, Adueniat regnum tuum.*

Sancti quomodo viuentes, ſi ſunt incorporei.

Beda in c. 6. Apoc. tom. 5. propè fin.

Matth. 6.

Circa alteram partem, quòd Sancti etiã in particulari pro nobis orent, ita in contrarium argumentatur Brentius in confeſſione Vvittembergenſi, cap. de Inuocatione Sanctorum. Ait enim, Sanctos ſemper inuocatos fuiſſe per figuram Proſopopeiæ, qua poſſumus cœlum, & terram, & cæteras omnes creaturas alloqui: quemadmodùm Gregor. Nazian. non ſe precari, & inuocare S. Baſilium ſignificat, ſed exprimere illum omnium creaturarum gemitum pro noſtra ſalute. Sic ille. Et producitur ab eo in fine orationis S. Gorgoniæ ſororis ſuæ, vbi dubitando ſcribit: *Si tibi aliqua noſtri ſermonis eſt ratio, & hoc Sanctis animis habetur à Deo munus, vt talia reſciſcant; ſuſcipe noſtrum ſermonem multorum epitaphiorum loco, quem Cæſario ante te, & tibi poſt illũ perſoluimus.* Verùm hæc verba id tantùm inſinuant, quod non propter illum gemitum, quem omnes creaturę habent, Sancti inuocantur, ſed ob peculiare donum, quod à Deo habent eius beneficio, & gratia. Non enim natura poſſunt animæ Sanctorum preces noſtras cognoſcere. Nec dubitantis ſunt verba Nazianzeni, quando vtitur particula, Si, ſed aſſerentis: vt illud Pauli ad Philemonem, *Si habes me ſocium, ſuſcipe illum* (Oneſimum ſcilicet ſeruum fugitiuum) *ſicut me:* & Lydia purpuraria Paulo & ſocijs dixit; *Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meã, & manete.* Tale eſt & illud Apoſtoli ad Theſſalonicenſes; *Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere, &c.* Vnde Græca particula εἰ, pro alia particula ὅτι, vſurpatur, vt annotauit Budæus: quemadmodùm apud

Brentij eiuſdem ad probandum, pro Eccleſia Sanctos in ſpecie non orare, futile argumentum.

Greg. Naz. orat. 15 in fin. tom 2.

Qualis gemitus fuerit Nazianzeni, vti Baſilius, atq; ſoror Gorgonia ad ſe de cœlo reſpicerent.

Rom. 8.

Philem. 17.

Act. 16.

1. Theſſ. 1.

Budæus in commen. linguæ Græcæ.

Lati-

Greg Naz. orat. 31 in fin. tom. 2.
Breuitj, hæreticorumque cęterorũ muta ſtopiditas.

Latinos ſi, pro quia, frequenter ponitur. Vnde ipſe Grego. Nazianz. oratione in Athanaſium aſſerit, Sanctos res non ignorare mortalium: *Athanaſius*, inquit, *in ſenectute bona vitam finiuit, poſtquã multa certamina exantlauit: ab alto (rectè noui) res inſpicẽs noſtras, manumq; porrigens his qui laborant pro bono: & tanto plus, quanto magis à vinculis eſt liberatus.* Hæc ille. Et mirum certè eſſet, hos homines in terra cognoſcere, quod ſancti non vident res noſtras, & Sanctos in cœlo beatos ignorare quæ apud nos agantur. Leo Magnus ſerm. 1. in Anniuerſario die Pontificatus ſui, ſub finem: *Nec abeſt*, inquit, *vt confido, ab hoc cœtu etiam beatiſſimi Apoſtoli Petri pia dignatio, & fida dilectio: nec veſtram dilectionem ille deſeruit, cuius nos reuerentia congregauit, &c.* Gregor. item lib. 12. Moral. cap. 13. & vltim. explicans quaſi Auguſtini ſententiam lib. de Cura pro mortuis, ſic habet: *Sicuti ij qui adhuc viuentes ſunt, mortuorum animæ quo loco habeantur ignorant; ita mortui vitam in carne viuentium poſt eos qualiter diſponatur, neſciunt: quia & vita ſpiritus, longè eſt à vita carnis: & ſicut corporea atque incorporea diuerſa ſunt genere, ita etiam diſtincta cognitione. Quod tamen de animabus Sanctis ſentiendum non eſt: quia quæ intus Omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum eſt, quia foris ſit aliquid quod ignorent.* Hæc ille magnus Pater. Et mirum eſt, iſtos nebulones omnes locos Scripturæ per tropos, & figuras importunas eludere. Nam plerunque hæreſes ex eo fabricantur Hæretici, dum tropicè interpretantur quæ propriè erant accipienda: & rurſus propriè volunt intelligere, quæ ſub metaphoris à Spiritu ſancto ſunt dicta.

Leo Papa.

Greg Magn. tom 2.

Aug. c. 1. to. 4

Beatorum animarũ quã perfecta notitia.

Scripturæ omnes ferè ſẽſus hæreticorum quales.

Sanctorũ animas in cœlo iam viuere, noſque, atq; omnia noſtra cognoſcere, probatur traditiõe.

Certè hoc dogma plurimorum Doctorum ſententijs confirmatur, vt meritò loco traditionis diuinæ haberi poſſit. Vnde Hieronymus in Vigilantium ait: *Lege Euangelium: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Si ergo viuunt, honeſto iuxta te carcere non clauduntur. Aut enim, vel in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel ſubter arã Dei animas Apoſtolorum, & Martyrum conſediſſe, nec poſſe ſuis tumulis, & vbi voluerint, adeſſe præſentes. Senatoriæ videlicet dignitatis ſũt, vt nõ inter homicidas teterrimo carcere, ſed in libera, honeſtaq; cuſtodia in fortunatorum inſulis, & in campis Elyſijs recludantur. Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula inijcies, vt vſque ad diem iudicij teneantur cuſtodia, nec ſint cum Domino ſuo? de quibus ſcriptum eſt: Sequuntur Agnum quocunque vadit. Si agnus vbiq;: ergo & hi qui cum agno ſunt, vbiq; eſſe credendi ſunt. Et cùm diabolus, & dæmones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbiq; præſentes ſint; Martyres, poſt effuſionem ſanguinis ſui, arca operientur incluſi, & inde exire non poterunt?* Et B. Ephrem à Hieronymo laudatus, ſermone de laudibus Martyrum idem docet. Adde, quòd cùm animæ Deo viuentes in cœlo poteſtatem, & præfecturam, & regimen à Domino acceperint: & ridicula ſit poteſtas, & regimen eorum, qui ſubditos ſuos, eorumq; negotia ignorant: dicendum eſt Sanctos in partem regiminis vocatos preces, & negotia ſuorum, quò poſſint illis opitulari, diuino lumine agnoſcere. Vnde in pręfatione antiqua Apoſtolorum habetur: *Vt eiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contuliſti præeſſe paſtores.* Nam Apoc. 2. dicitur: *Qui vicerit* (ſcilicet doctrinam falſam, de qua eſt ſermo) *& cuſtodierit vſq; in finem opera mea; dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, & reget eas in virga ferrea.* Vbi in eo quod allegatur ex Pſal. 2. deſignatur paſtoralis rectorum autoritas, de qua: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël: & de quodam dicitur: *Beatus ille ſeruus, quem cùm venerit Dominus, inuenerit ſic facientem. Verè dico vobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum.* Et Ambr. lib. 8. in Lucam, ca. vlt. in fin. *Ciuitates decem eſſe quæ poſſunt; niſi fortè animæ, quibus iure præponitur, qui pecuniam Domini, & illa eloquia caſta probata ſicut argentum, mentibus hominum fœnerauerit?* Deniq; vt Magnus Greg. ait: *Quia illic* (in cœlo ſcilicet) *omnes cõmuni claritate Deum conſpiciunt, quid eſt quod ibi neſciant, vbi ſcientem omnia ſciunt?* Auguſtin. lib. 1. de cura pro mortuis gerenda, capit. 13. negat rebus viuentium ſpiritus defunctorum aſſiſtere, quia mater ſua nũquam Auguſtinum poſt mortem deſeruiſſet. Sed c. 15. concedit, animas ex relatione aliarum animarũ ad ſe venientium, vel Angelorum, qui rebus quæ hic aguntur, præſto ſunt, noſtra agnoſcere. Capite verò 16. de Martyribus apertè concedit eos noſſe, quæ hic geruntur, ſed Dei virtute. Ita enim haber: *Non igitur ideò putãdum eſt viuorum rebus quoſlibet intereſſe poſſe defunctos, quoniam quibuſdam ſanandis, vel adiuuandis Martyres adſunt: ſed ideò potius intelligẽdum eſt, quòd per diuinam potentiam Martyres viuorum rebus interſunt, quoniam defuncti per naturam propriam viuorum rebus intereſſe non poſſunt.* Et paulò antè: *Non enim ſolis beneficiorum effectibus, verùm etiam ipſis hominum aſpectibus confeſſorem apparuiſſe Felicem ciuibus, vel iniqui linupiè à ſe dilectis, cùm à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus nõ incertis rumoribus, ſed teſtibus certis.*

B. Hier. ante med. tom 2.
Marc. 12.
Exod. 4.
Luc. 16.
Apoc. 6.
Apoc. 14.
Hier. in Cat. ſcrip. Eccl. to. 1. poſt med.
Eadem veritas ratione firmatur.
Pſal 149.
Apoc. 2.
Quid regere Gentes in virga ferrea.
Pſalm. 2.
Matth 19.
Luc. 22.
Supra 12. & ſeq.
B. Amb. to. 5.
Luc. 19.
Pſal. 11.
Gregor. lib. 4 Dialog. c 33. in fin. tom. 1.
B. Aug to. 4 circa med.
Sancti Martyres, teſte Auguſtino, qua ratione noſtra cognoſcant.
Ijdem, & alij Sancti dupliciter viuentibus oppatẽt.

Deinde quærit Auguſtinus, quomodo fiat opitulatio, quam mortalibus præſtant Martyres: *Quanquam*, inquit, *iſta quæſtio vi-*

Idem ibid.
Sancti Martyres viui viuentibus opi

Digitized by Google

tùlentur, & ſecundum Auguſtinum.

res intelligentia mea vincat, quemadmodum opitulentur Martyres ijs, quos per eos certum eſt adiuuari: vtrùm ipſi per ſe ipſos adſint vno tempore tam diuerſis locis, & tanta inter ſe longinquitate diſcretis, ſiue vbi ſunt eorum memoriæ, ſiue præter ſuas memorias vbicunq; adeſſe ſentiuntur: an ipſi in loco ſuis meritis congruo ab omni mortalium conuerſatione remotis, & tamen generaliter orãtibus pro indigentia ſupplicantium, ſicut nos orãmus pro mortuis, quibus vtiq; non præſentamur, nec vbi ſint, nec quid agant, ſcimus, Deus omnipotens, qui eſt vbiq; præſens, nec cõcretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens Martyrum preces per Angelica miniſteria vſquequaq; diffuſa, præbeat hominibus iſta ſolatia. Et intrà: *Res hæc altior eſt quam vt à me poßit attingi, & abſtruſior, quã vt à me valeat perſcrutari: & ideò quid horũ duorum ſit, an verò fortaßis vtrunq; ſit, vt aliquando iſta fiant per ipſam præſentiam Martyrũ, aliquãdo per Angelos ſuſcipientes perſonam Martyrum, definire non audeo.* Hæc ille. Ita Origenes in cap. 2. ad Rom. dubitat, an opitulentur nobis Sancti Angelorum more, id eſt, non tãtùm oratione, ſed miniſterio, & operam ſuã nobis exhibendo.

Auguſtini modeſtia.

Orig. tom. 2.

IX. argum. contra Sanctorum inuocationem.

Nonò argumentantur: *Sancti nihil poſſunt nobis præſtare, ergo non ſunt inuocandi.* Sed ſi hoc ſolidum eſſet, ita cõuinceret de Angelis, & nobis in via, & de Chriſto etiam homine idem euinceret. Et Sancti omnia poſſunt in Chriſto, quia ea omnia dicimur poſſe efficere, quæ per amicos poſſumus. Ideò rogatur Petrus vt ſuſcitet Dorcadem, & vidua Iudith, vt ſaluet ciuitatem. Et cùm ſciamus, cauſas ſecundas nihil poſſe ſine prima, à qua pendent; ideò cùm Sancti inuocantur, non petimus, vt ipſi propria virtute aliquid præſtent eorum quæ petimus, ſed vt aduocatos ſe nobis exhibeant apud Deum, qui omnia poteſt donare. Ideò dicimus: Sancta Maria, vel ſancte Petre, ora pro nobis. Qui autem oratus orat, non ipſe præſtat poſtulata, ſed Deus qui à Sanctis oratur.

Philip. vlt.

Act. 9.
Iudith. 13. & ſeq.

Sancti quantum valeant apud Deum.

X. Argum.

Decimò, Deus ipſe, & Chriſtus plenior eſt benignitate, & miſericordia ad nos exaudiendum quàm Sancti; ergo ad Deum, & ad Chriſtum, & non ad Sanctos eſt accurrẽdum: quia fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora: maximè quia dixit, *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis:* quam promiſſionem nullus Sanctorum legitur feciſſe. Sed hoc argumentum ſi quid haberet roboris, concluderet, nec ad Chriſtum hominem recurrendum, nec ad Angelos, imò nec ad homines hic viuentes. Fruſtra ergo Paulus aliorum pro ſe orationes poſtulabat: fruſtra quoq; Deus miſiſſet illos tres Iobis amicos ad Iobem, vt pro eis oraret, & ſacrificaret, & quòd per illum eos exaudiret. Dicendum ergo eſt, quò hoc valeret, ſi ad Sanctos, quaſi à Deo diſtinctos, & per ſe, & à ſe habentes bonitatem, & patientiam diſtinctam, & à Deo minimè acceptam confugeremus. Nunc autem non ita eſt: quia miſericordia Sanctorum pars eſt miſericordiæ Dei, quam putamus ad hoc ſufficere. Nõ ergo ex diffidentia diuinæ miſericordiæ Sanctos accedimus, ſed ex diffidentia propriæ paruitatis. Sed Deus id voluit ob peccatores humilientur, vt fecit Centurio, qui ſeniores & amicos miſit ad Chriſtum, conſcius ſuæ indignitatis. Fecit etiã hoc ob Chriſti gloriam, & Sanctorum, & noſtram vtilitatem. Non enim ſequitur: Ad ſanctum cõfugio, ergo ille Deo eſt miſeridordior & clementior: ſicut nec valet: Deus miſit Abimelech ad Abraham, & amicos qui diſputarent cum Iob, ad Iobem, & peccatores ad Sacerdotes, ergo illi erant Deo ſanctiores, & benigniores. ¶ Nec rurſus quod ait Dauid: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus,* facit vt ſolus Deus à nobis interpelletur: quia etſi Dei ſit gratificare, & glorificare homines; voluit tamen Angelos, & Sanctos tanquam adminiſtros ad hæc ipſa danda adhiberi. Nec Sancti ad hæc concurrunt effectiuè creando, ſed impetando tantùm, & orando: quod ſatis eſt ad id vt verum inueniatur quod dixit Dominus: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Proprium etiam ſolius Dei eſt dimittere peccata; qui tamen dixit Apoſtolis: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Deus denique multos effectus producere conſtituit, ſed poſitis cauſis ſecundis. Vult, exempli gratia, multiplicationem hominũ, ſed poſito actu generationis, ſine quo homines non multiplicarentur. Ita vult ſalutem multorum, ſed intermedijs Sanctorum precibus.

Ioan. 16.

Iob. vlt.

Cùm illa Dei plenè ſufficiat, cur Sanctorum miſericordiam imploramus infinitis partibus minorẽ?

Luc. 7.

Geneſ. 20.

Si gratiam, & gloriã Dominus dat, quid eam poſtulamus à Sanctis?

Pſalm. 83.

Ioan. 14.
Marc. 2.
Ioan. 20.
Matth. 18.

XI. argum.

Vndecimò obijciunt verbum Domini: *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* Et, *Ego ſum via, & veritas, & vita:* & iterum: *In illo die in nomine meo petatis.* Reſpondeo, quòd ad eum ipſum imus, qui in Sanctis eſt; & ad Sanctos imus, vt ad eum per illos accedamus. Sicut duo illi Gentiles volentes Ieſum videre, venerunt ad Philippũ, qui eos duceret. Et falſum eſt omnino, quòd Chriſtus per hæc verba voluerit excludere iter ad Sanctos, vt intercederent: quia Iob, Abraham, Samuel, & Iudith rogantur, & exaudiuntur; & Petrus pro Dorcade, & apud Ezech. Dominus ait: *Quæſiui de eis virum qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni.* Illud

Matth. 2.
Ioan 14.
Infrà 16.
Suprà 2.

Illud: Venite ad me omnes qui laboratis &c. inuocationi Sanctorũ nihil efficit.

Iob. vlt.
Geneſ. 20.
1. Reg. 12.
Actor. 9.
Ezech. 22.

etiam:

Quomodo accipiẽdum: In nomine meo petetis.

etiam: In nomine meo petetis, non excludit ſanctorum interceſſionem. Primum, quia hoc à Sanctis poſtulamus, vt nobiſcũ Patrem in nomine Chriſti pro nobis precetur. Deinde, quia rogare Patrem in nomine Ieſu Chriſti, eſt fiducialiter ſperare, quòd per Chriſtum facilè ſit donaturus Pater quod petimus. In nomine etiam Ieſu orare, eſt ſalutaria poſtulare, vel per myſteria humanitatis Patrem obteſtari vt exaudiat: quod nõ excluditur, cùm oramus Sanctos. Non enim diffidimus Chriſto, aut ſalutaria per alium, quam per Chriſtum obtinere volumus.

XII. argum. & vlt.

Poſtremò argutantur: In Veteri Teſtamento nõ erat conſuetudo adire Sanctos: nec in Nouo vllum eſt præceptum inuocãdi Sanctos: nec promiſſionem habet; ideò ex fide fieri nequit, neque præuium exemplum habet. Dicendum eſt ad primum, ideò non fuiſſe morem in Veteri Teſtamento adeundi Sanctos interceſſores, quia nõdum erãt beati & glorificati, vt modò ſunt; ideò non debebatur eis tantus honos quãtus eſt iſte; etſi ipſi defuncti Sancti per ſe orarent, & inuocarentur ab alijs ob præfulgentem Noui Teſtamenti gratiam, & Spiritum, qui olim etiam non defuit. Erat etiam olim periculum idololatriæ: vnde etiam ſublatus fuit imaginum vſus, & corpus Moyſi ob eandem cauſſam occultatum fuit. Ad aliud verò, quod non ſit in Nouo Teſtamento expreſſum; nec Eccleſia primitiua hac inuocatione vtebatur. Dicendum eſt, quòd abunde id expreſſum fuit, ſi non ſcripto, ſaltem traditione viua, & conſuetudine, quæ vim lẽgis habet: neque magis oportebat exprimi, quia ſcripturas conditas & publicatas in primitiua Eccleſia oportebat Chriſtum fundare, & explicare, qui per tacitam ſuggeſtionem Spiritus Sanctos ſecum adducebat; & durum eſſe id Iudæis præcipere; & occaſio daretur Gentibus putandi ſibi exhibitos multos deos pro multitudine deorum quos relinquebant: & hoc quantum ad Scripturas: nam quantum ad verbo, & ore traditam doctrinam, non eſt dubium, quin Eccleſijs Apoſtolici eam tradiderint. Vnde & euentus ipſe, & exauditio Dei per interceſſiones Sanctorũ, ſatis teſtatur illos nobis opitulari poſſe, & Deum id maximè probare, & acceptare ſine aliqua Scriptura.

Prima ratio, cur Iudæis ante Chriſtum mos nõ eſſet inuocare Sanctos.

II. Ratio.

Exod. 20. Deut. vlt.

Quare nil literis traditũ Euangelicis de inuocatione Sanctorũ.

Sanctorũ inuocatio quomodo Paulatim facta in Eccleſiam introducta.

Quod verò obijcitur, non habere hanc orationem Dei promiſſionem, quod exaudiat: Dico habere eam promiſſionem, quam habuit Paulus, dum viuorum poſtulat ſuffragium: & ſi vidit Paulus ſe iuuari poſſe interceſſionibus hominum peccatorum; cur nos non confidemus precibus Sãctorum, qui cum Chriſto regnant. Chriſtus pollicetur, aliquid Patrem in nomine ſuo petentes, fore exaudiendos; at Sancti in eius nomine, & non alio precantur. Etſi ſperamus quod ſoli exaudiemur inuocantes Deum; cur non multò magis habentes comitatum Sanctorum, & adiuti eorum patrocinio?

Sanctorum oratio quam habeat promiſſionem diuinæ exauditionis.

Ioan 16.

Adhuc reſpõdetur: Inuocatio Sanctorum præuiũ exemplũ nullum habet.

¶Quod dicitur de prệuio exemplo, non eſt magni ponderis; quia nec Abel habuit vllum exemplum ſacrificandi agnos, & adipes eorum; qui tamen ſacrificando, fide placuit Deo, vt docet Apoſtolus. Iam vt ad Chriſtum redeamus, & interpellationem eius pro nobis melius capiamus, ignorandum non eſt, Artopeum quendam hæreticum negare, propriè Chriſtum in cœlo orare pro nobis, vt hac ratione tollat interceſſionem Sanctorum in cẹlo regnantium. Et hanc rationem ex Chryſoſtomo producit, qui hom. 15. in epiſtolam ad Romanos docet, quòd Chriſtus Patri iam nõ fiat ſupplex, ſed eius interpellatio exhibitio eſt ſuẹ prẹſentiæ, & paſſionis quam pro nobis pertulit. Sed reſpondemus, Chriſtum non more ſupplicantium ante Patris pedes prouolui, vt ait Nazianzenus: nec facit interuallũ inter os loquentis, & auriculas audientis, teſte Auguſtino. Nam hæc indigna Deo ſunt, & Chriſtum glorificatum minimè decent: quia iam introiuit in cœlum tãquam Pontifex in Sancta Sanctorum per propriũ ſanguinem, vt appareat vultui Dei pro nobis. Sed apparet non vt truncus, aut vt muta imago, ſed per mentem, & voluntatem idipſum à Deo petens, quod ipſa ſui corporis, in quo olim eſt paſſus, oſtenſione flagitat: ſicut milites corporis vulnera, quæ in bello paſſi ſunt pro Regibus, illis oſtendunt, vt mente, & voluntate prẹmium poſtulare videantur. ¶ Nazianzenus igitur eo loco tractans illa verba: Semper viuens ad interpellandum pro nobis: *Ieſus Chriſtus*, inquit, *vt homo eſt, etiamnum pro ſalute noſtra legationem obit, quando corpus quod aſſumpſerat, & hunc habet: obit, inquam, legationem tantiſper, dum per hoc, quod ipſe factus eſt homo, me Deum faciat. Tametſi amplius ſecundum carnem non cognoſcatur.* Eandem ſententiam profert Theodoritus dialogo 2. de Chriſto poſt dimidium: & in capit. 8. ad Romanos ſcribens, ſic inquit: *Quid his maius quæris? Dominus Chriſtus pro nobis eſt mortuus, & è mortuis ſuſcitatus Patri aſſidet, & ne ſic quidem noſtri curam gerere deſiit. Sed quas à nobis accepit primitias Patri oſtendens, & eas eſſe ab omni reprehenſione alienas Patri demonſtrans, per illas nobis ſalutem petit. Et hoc quidem quantum*

Geneſ 4. Hebr. 11.

Artopei cuiuſdam ratio contra inuocationẽ Sanctorum infringitur.

Chryſ. tom. 4

Quomodo Chriſt⁹ apud Patrem pro nobis interpellet.

Greg Naz. lib. 4 Theol ſeu orat. 3. de Filio 2 poſt med part 2.

Auguſt tract 102. in Ioan. tom. 9.

Hebr. 9.

Ibidem 24.

Hebr. 7.

2. Cor. 5.

B. Theo to. 2.

Chriſtum tametſi etiam vt Deus interpelleret, ne ſic quidē eſſe Patre inferiorem, probat exēplo Theodoritus.

ad humanitatem poſcit. Vt Deus enim non petit, ſed ſuppeditat. Quòd ſi etiam quantum ad Diuinitatem, hoc Filium facere dixerunt Hæretici, ne ſic quidem eius gloriam minorem eſſe oſtendent. Demus enim duos Reges eſſe honore æquales, & eadem poteſtate præditos; eſſe autem vtriſque aliquem præfectum, ſeu legatum, & alterum eorum, precibus ab eo quas effundit, prius auditis, petere à regni conſorte, vt ei reconcilientur, hoc ne de eius qui petit, dignitate detrahit? Nequaquam. Sed ne id quidem hic licet dicere. Quæ enim placent Patri, etiam placent Filio, & vna eſt vtriuſq; voluntas. Adhæc Cyrillus lib. 2. de Recta fide ad Reginas, circa finem:

Cyril Alex. tom. 2. Ioan. 1. Quòd etiam, Chriſtū vultui Dei apparere pro nobis. Geneſ. 3.

Conſpicuum eſt igitur nouo modo, non iam nudum, & abſque carne Verbum, ſicut ſcilicet à principio erat, ſed in forma, ac natura noſtra. Dicimus enim ſic ipſum pro nobis apparere, & quaſi ab oculis Dei ac Patris hominis naturam adduxiſſe. Quamuis propter transgreſſionem Adæ factam olim deteriorem. Nos igitur commendat conſpectui Patris quaſi in ſe ipſo, & primo, ſecundùm quòd natus eſt homo, vt nos Patri offerat, & ab antiquis liberet criminibus, inq; nouitatem vitæ in ſpiritu transferat, & poſtea vt dignus videri his, qui à Patre tanquam in filiorum ordine aſſumpti ſunt. Et apertiùs Gregorius noſter libro 22. Moralium, capit. 18.

Greg. tom 1. Chriſti apud Patrem interpellatio qualis Magno Gregorio, & quam neceſſaria.

Vnigenito Filio pro homine interpellare, eſt apud coæternum Patrem ſeipſum hominem demonſtrare: eique pro humana natura rogaſſe, eſt eandem naturam in diuinitatis ſuæ celſitudine ſuſcepiſſe. Interpellat igitur pro nobis Dominus non voce, ſed miſeratione: quia quod damnari in electis noluit, ſuſcipiendo liberauit. Adiutor ergo quæritur, vt deſiderium exaudiatur: quia niſi pro nobis interpellatio Mediatoris intercederet, ab aure DEI proculdubio noſtrarum vocum preces ſilerent.

Theophylact.

Adde Theophylactum, qui in cap. 7. ad Hebræ. circa finem, ſcribit: *Quòd Chriſtus carnem ferens Patri aſſidet, interceſſio eſt pro nobis, tanquam caro pro nobis exoret Patrem, vt quæ ob hoc ipſum omninò ſit aſſumpta, nimirum ob noſtram ſalutem.* Adhæc Cyrillus in Ioannem lib. 11. cap. 7.

Cyril. tom. 1. Rom. 1. Chriſtus pro nobis Patrē interpellat triplici nomine.

Inquantum Filius, & Deus eſt, vna cum Patre nobis bona largitur: quod oſtēdens Paulus, dicebat: Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto. Inquantum verò Mediator eſt & Pontifex, & paracletus, noſtras preces ad Patrem adducit. Ipſe enim nobis libertatem aeq; fiduciam ad Patrem largitur. Hæc ille. Si ergo eodem modo commendat, ergo Deum pro nobis orat in cœlo. Angeli ſiquidem orant, dum offerunt preces noſtras. Et Auguſt. in illud Pſalmi 19. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas*: Non ſolùm, ait,

Aug tom. 8. in prin. Pſalm. 19. Implet Dominus omnes petitiones

petitiones quas habuiſti in terra, ſed etiam quibus in cœlo interpellas pro nobis. Idem in Pſalm. 29. docet, Chriſtum nunc hominem in cœlo orare pro nobis, idq; ex Paulo ad Rom. 8. oſtendit. Rurſus lib. 1. de Trinitat. cap. 10. ſub finem:

Chriſti, duplicitet. Idem. Idem tom. 3. Regnū Chriſti, qui nam Auguſtino. Ioan. 16.

Fideles eius quos redemit ſanguine ſuo, dicti ſunt regnum eius, pro quibus nunc interpellat: tunc autem illic eos ſibi faciens inhærere, vbi æqualis eſt Patri, non iam rogabit Patrem pro eis. Ipſe enim, inquit, Pater amat vos. Ex hoc enim rogat, quo minor eſt Patre; quo verò æqualis eſt, exaudit cum Patre. Itemque epiſt. 59. in ſolutione quintæ quæſtionis interpretatur illud: *Interpellat pro nobis.* hoc eſt poſtulat. Cyprianus etiam libro 4. epiſt. 4. poſt medium:

Idem tom. 2. Rom. 8. B. Cypr.

Quod ſi pro nobis, inquit, *ac delictis noſtris ille & laborat, & vigilat, & precatur, quanto nos magis inſiſtere precibus, & orare, & primò ipſum Dominum rogare, tùm deinde per ipſum Deo Patri ſatisfacere debemus? Habemus aduocatum, & deprecatorem pro peccatis noſtris Ieſum Chriſtum Dominum, & Deum noſtrum, ſi modo nos in præteritum peccaſſe pœniteat.* Hactenus Patres, qui tradunt, Chriſtum Dominum pro nobis intercedere, ac precari.

Chriſtum regnantium in cœlo interpellare pro nobis, ponſitur obiecta, & diluuntur. Matth vlt. Ierem. 5. Act. 10. 42. Rom. 14.

Sed quidam contra hoc obijciunt; Chriſtum glorificatum in cœlis pro nobis non orare. Primò, quia ille dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra; ergo non rogat, vt detur nobis Spiritus ſanctus, ſed data ſibi poteſtate, confert Spiritum ſanctum quibus vult. Pater item omne iudicium dedit Filio, & conſtituit eum iudicem viuorum, & mortuorum: ſed non videtur conueniens, vt idem ſit iudex, & aduocatus; ergo Chriſtus propriè non eſt dicendus aduocatus.

Qualē Chriſtus poteſtatem habeat in cœlo, & in terra, atq; omnis carnis. Ioan 17. 1. Cor. 15. Hebr. 2. Ibidem, ſubiicet 1. Cor. 15. Chriſt⁹ quod regnū tradet Deo, & Patri, iuxta Apoſtolum, & quando.

Reſpondemus: Chriſtus habet poteſtatem omnis carnis in cœlo, & in terra, necdum tamen omnia ſunt ei ſubiecta, quantum ad executionis poteſtatem attinet. Vt ergo poteſtatem ſibi datam circa ſalutem electorem exequatur, Deo ſupplicat. Cùm autem nouiſſimum eius hoſtem, id eſt, mortem deuicerit, & ſubiecta fuerint ei omnia, tunc tradet regnum, id eſt fideles; Deo, & Patri, perdùcens ad claram viſionem, nec amplius oratione opus erit, quia tunc in omnia poteſtatem ſibi tributam exequetur Chriſtus. Similiter Chriſtus ſecundùm humanam naturam iudex eſt omnium, ſed ſub ſuperiori iudice Deo, à cuius omnipotentia pendet omnis executio iudicij, & ſententiæ eius. Hinc mirum eſſe non debet, eundem eſſe & iudicem omnium, & aduocatum apud ſuperiorem iudicem. Quare Ambroſius in caput 6. Lucæ ſcribens, ait: Aduocatus, & iudex eſt. In altero pietatis officium, in altero inſigne eſt poteſtatis.

Amb lib. 1. in Luc. cap. 6. de oratione Ieſu in monte, & elect. 12. Apoſtol tom. 1.

Deinde obijcitur: Nemo Catholicus

inuocat

Secunda obiectio negantium Chriſtũ aduocatum.

inuocat Chriſtum ad hoc, vt iam oret Patrem pro nobis; ſequitur ergo quòd Chriſtus non amplius roget Patrem. Dicendum eſt, Catholicos non taotùm vitare falſa de Deo dogmata, ſed etiam locutiones, quæ malè poſſent intelligi: ideo oon ſimpliciter dicuot Chriſtum eſſe creaturam, niſi cum additione humanæ oaturæ, ne in Arianiſmum quis prolabatur. Item non dicunt: Chriſte ora pro oobis; ne cum Neſtorio videantur duas in Chriſto conſtituere perſonas; alteram filij Dei, alteram filij Mariæ; ſed inuocant, Chriſte eleyſon, id eſt, Chriſte miſerere: Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos, precantes eum ſecundùm id quod in eo eſt excellentiſſimum, id eſt, ſecundùm Diuinitatem: quemadmodum etiã cum homioibus fieri ſolet. Nam quẽpiam honorare voleotes, ooo infimum, ſed ſupremum dignitatis gradum eius prędicamus. Ita in Chriſto ad id, quod ſummum eſt in eo, ſpectantes, iouocamus eum vt Deum, & non vt hominem: quemadmodum nec ignorare debemus quòd homo eſt, & vt homo pro nobis precatur. Et ſic illi taoquam homini dicere poſſumus: Miſerere noſtri fili Dauid: &, Suſcipe deprecationem noſtram: &, Adiuua nos: quia quicquid impetrat, ipſo iudice, & tanquàm Rege ordinante, ad nos peruenit: atque ea ratiooe Martha inſpiciens humanitatem: dixit: *Nunc ſcio, quia quacunq; popoſceris à Deo, dabit tibi Deus:* quod eſt dicere, Ora Deum: quod etſi à nobis dici poſſet, noo expedit tamen.

Catholici à quibus abſtineant locutionibus de Chriſto ſuſpectis.

Hæc precatio: Miſerere noſtri fili Dauid, & ſimiles, quare Chriſto etiã vt homini conueniant. *Ioan. 11.*

Tertiò argumentantur: Chriſtus dixit, *Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis.* In quæ verba Hilarius lib. 6. de Trinitate: *Caret*, inquit, *apud Patrem intercesſionis neceſſitate perfecta de Filio fides; ergo iam non rogat amplius pro iuſtis, & electis.*

III. obiectio. *Ioan. 16.*

Hilar circa med. & fin.

Reſpondeo: his verbis Chriſtus tantùm pronũtiat, ſe Patrem nõ debere rogare pro Apoſtolis credentibus, & amantibus; tanquàm pro inimicis Dei Patris, & abalienatis ab eius amicitia, quia ſolùm Deus Pater candidè afficitur erga eos, qui in Chriſtum credunt: ſicut ad Romanos 5. dicitur; *Multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius?* Nam vt hoc verbo ſignificat Apoſtolus, facilius ſaluandos iuſtos, quàm impios iuſtificandos; ita Chriſtus illa ſententia deſignat homines iam iuſtificatos mediatore non indigere; etſi alia ex parte egeant, quia nimirum adhuc & ab iofirmitate ſanandi, & à peccato redimendi ſunt. Ratione ergo prioris, dicebat Apoſtolis Dominus: *Et non dico vobis, quia rogabo Patrem de vobis*, non ratione poſterioris. Vnde Auguſtinus, ne quis hinc deduceret, Chriſtum hominem non orare pro nobis, interpretatus eſt verba hæc de diuina natura. Cyrillus verò aliter, & doctè quidem interpretans, Ita ſcripſit; *Petere aliquid* per oratiooem à Patre, nullo modo permittit, niſi in nomine ſuo, Patremque facillimè daturum pollicetur, non ſolùm mediatione ſua, ſed vltrò ad hoc præparatum, quaſi debitum redderet ijs qui Chriſtum peramant. Nec vllus putet propter tantam Patris beneuolentiam, non indigere nos Chriſto: omnia enim per ipſum ex Patre in Spiritu ſunt. Paracletus enim eſt oon ſolùm pro peccatis ooſtris; ſed etiã pro vniuerſo mundo: ita oſteodit gratiſſimum eſſe Patri, vt ipſe honoretur, atq; ametur.

Hæc Chriſti verba quid ſonet: Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis, & reliqua. *Rom. 5.*

Illud Apoſtoli: Multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius, quò tendat.

B. Auguſt. tract. 102. in Ioan. tom. 9. Alter ſenſus dicti ſuperioris.

Cyril. li. 11 in Ioan. ca. 9. in princ. tom. 2.

1. Ioan. 2.

Poſſunt & tertiò aliter intelligi verba Domini: & non dico vobis, qnia ego rogabo Patrem de vobis, vt ſcilicet referantur ad tempus, quo poſt reſurrectionem vniuerſalem plenum erit electorum omniũ gaudium, nec ampliùs quicquam reſtabit deſiderandum. Præceſſit enim: *Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.* Et poſt pauca: *In illo die in nomine meo petetis* (repete ex ſuperioribus, *Et accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.*) Et deinde de tempore nõ petitionis, ſed pleni gaudij per præcedentes orationes in nomine Chriſti obtentas, ſubditur: *Et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipſe enim Pater amat vos.* (id eſt, perfectè amabit, cùm vos fecerit beatos) *quia vos me amaſtis,* in vita, ſeruaotes præcepta mea. Auguſtinus lib. 1. de Trinitate cap. 10. in fine, hæc verba refert ad tempus futuri ſeculi, quando Deus erit omnia in omnibus.

III. ſenſus.

Quid item illud: Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis. *Ioan. 16. Aug. tom. 3. 1. Cor. 15.*

Quartò argumentantur: Chriſti oratio, quam in hac vita Patri obtulit, fuit ſemper à Patre exaudita; oon igitur opus eſt, vt iteretur in cęlo: dixit enim Apoſtolus: Vna enim oblatione conſummauit io ſempiternum ſanctificatos. Ex quo docent, ampliùs orationes ooo eſſe iterandas. Sicut enim oblationes quæ repetuntur, inefficaces ſunt, ita & orationes quæ iterantur: ergo ſi ounc orat Chriſtus pro ſanctificatione fidelium, videtur hoc ipſum poſt cœnam Chriſtus à Patre fruſtra poſtulaſſe, nec impetraſſe. Dicendum tamen, quòd in Crucis ſacrificio † cuius virtute placatur Deus, exoluitur pretium pro peccatis; & ideo ſi hoc ſacrificium repeteretur, ſignum eſſet non fuiſſe iuſtum pretium antè exolutum: at Chriſti oratio pretium non ſoluit, ſed petit vt Deus id preſtet, quod ipſe

IV. obiectio. *Ioan. 11.*

Hebr. 10.

Chriſtus in cœlò cui preces, non autem ſatisfacium iteret pro nobis.

Hebr. 9.

paſſione ſua promeritus eſt. Ideo Ioan.17. cùm Chriſtus orat ad Patrem, primò ponit pretium perſoluendum: *Ego,* inquit, *pro eis ſanctifico meipſum.* Nunc verò apparet vultui Dei pro nobis, ſolutum oſtēdens pretium: & tamdiù erat, donec totum, quod ſua virtute eſt promeritus, accipiat. Nec mirum, Chriſtum hominē pro nobis orare, Si præcingens ſe, & tranſiens miniſtrabit nobis, & Agnus reget nos, & deducet nos ad vitæ fontes aquarum. ¶ Et ſi interdum Chryſoſtomus videatur inclinare in hoc, vt dicat, Chriſtum in vita non oraſſe, ſuper illud; *Sciebam quia ſemper me audis:* & in illud, *Sublevatis oculis in cælum, dixit? Pater, venit hora, clarifica Filium tuum,* &c.

Quid minus Chriſtus facturus ſit nobis, quā nūc faciat orādo pro nobis.
Luc. 12.
Apoc. 7.
Chryſ ho. 63. in Ioan & 79 tom 3.
Ioan. 11.
Infra 17.

Ex his diſputationibus illud colligimus non eſſe Chriſtum à nobis inuocandum, vt cæteros Sanctos, dicēdo illi, Intercede pro me, aut, Ora pro me: quemadmodum Sacramentarij noſtro ſeculo auſi ſunt in oratione dicere: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ora pro nobis:* &, *Salue Rex miſericordiæ, vita, dulcedo, ſpes noſtra,* &, *Ora pro nobis ſancte Dei Genitr:* qua in re iſti nebulones impudenter Chriſto tribuunt, quod Eccleſia à tot retro ſeculis B.Deiparæ tribuit. Quòd autem nō liceat ita inuocare Chriſtum, docet in primis Eccleſiæ conſuetudo quæ in Sacris Litanijs idem petit à Chriſto, quod à Patre, & Spiritu ſancto, nempè miſericordiam, cùm ait: *Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon.* Item petit audiri, atque exaudiri, & ſuſcipere noſtrā deprecationē perinde à Chriſto, atque à Patre, & Spiritu ſancto. Eodem modo olim Arriani inuocabant Chriſtum, vt eum facerent Patre minorem. Tertiò, quia oratur, & exoratur Pater in nomine Chriſti: & Pater cum Filio præſtat omnia quæ petuntur: *Si quid,* inquit, *petieritis Patrē in nomine meo, dabit vobis.* Idem ſuprà dixerat: *Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam;* alibi etiam, *Amen amen dico vobis, non poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quò viderit Patrem facientem; quæcunq; enim ille facit, hæc & Filius ſimiliter facit.* ¶ Quartò, dum Chriſtus in terris degebat, nullus eum vt pro ſe orarret, rogauit, ſed omnes pedibus, & genibus eius prouoluti, opem, & miſericordiam ſupplices implorabant; & ipſe poteſtate ſua peccata remittebat, mortuos ſuſcitabat, ægrotos ſanabat, dęmonia de corporibus expellebat: nūc ergo exaltatus in gloriam Patris, & ad eius dexteram, vnde eſſet factus infirmior?

Hāc locutionē, Ora pro me, & ſimiles Sanctis quidem, at Chriſto minimè conuenire, probatur.
I.Ratio.
II.Ratio.
III. Ratio.
Ioan. 16.
Supra 14.
Suprà 5.
IV.Ratio.
Philip. 2.
Marc. vlt.

Obijcies: Nonne ait: *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis:* & iterum: *Ego pro eis rogo, sed & pro ijs qui credituri ſunt per Verbum eorum in me?* Imò ipſe nonne procidens in faciem ſuam, orando deprecatus eſt calicem? Reſpondeo, hæc fuiſſe opera naturæ humanæ infirmæ, & humiliatæ in Chriſto: àt poſtquam illam naturam exaltauit Pater, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, & conſtituit eum ſupra omnem poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, lōgè alius eſt. Hinc Paulus ad Hebr.5. *Qui in diebus,* inquit, *carnis ſuæ, preces ſupplicationesq; ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Et ſi enim nūc in carne ſit, non tamen humili, & paſſibili, ſed glorioſa, & immortali, vt modò dici poſſit non eſſe in carne.

Chriſtus quatenus Patrē rogauerit.
Ioan. 14.
Infrà 17.
Matth. 26.
Philip. 2.
Epheſ. 1.
1. Cor. 15.
& Heb. 2.
Infra 5.
Qualis caro Chriſti ſit nunc in cęlo regnantis.

Vnde Cyrillus lib. 10. in Ioannem cap. 9. doctè ſcripſit: *Doctor ille Gentium Paulus, poſt reſurrectionem, aſſumptionemq; conuenientem homini humilitatem non amplius ipſi attribuit. Si enim cognouimus Chriſtum ſecundùm carnem, inquit: ſed modò non amplius cognoſcimus. Et de ſe ipſo, Paulus, inquit, Apoſtolus Ieſu Chriſti, non ex hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum: cur nam cùm nos reformatum iri ad corpus gloriæ ipſius prædicaret, qui certè homines ſumus, negat ſe ab homine, & à Ieſu Chriſto cōcedit in Apoſtolatus dignitatem fuiſſe aſſumptum? Cur ne cognoſcere quidem nunc ipſum ait ſecundùm carnem? an putas Dominum à ſe negari? nequaquam ſed exacto iam tempore exinanitionis, atque humilitatis Vnigeniti, non à natura qua ſe humiliauit, ſed à dignitate, ac gloria, qua ſecundum naturam Deus eſt, & cognoſcere, & prædicare Chriſtum oportet.* Hæc ille, inſinuās ea quæ humilitatis ſunt, Chriſtum modo glorioſum pro nobis non facere, vt genua flectere, lacrymas fundere, ieiunare, aut puti, aut quicquam ſimile; ſed quæ gloriæ, & maieſtatis ſunt. Ideo petitur ab eo miſericordia, & gratia, perinde atque à Patre. Vnde Paulus hortatur: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Et de his hactenùs nobis ſit diſputatum.

(∴)

Cyril. tom 2.
2. Cor. 5.
Galat. 1.
Philip. 2.
Quo modo Paulus ſe Apoſtolum aſſerat non ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtū, cum Chriſtus etiā homo ſit, iuxta Cyrillo.
Quænam in diē gua Chriſto ſint opera in cœlis regnante.
Hebr. 4.

DISPVTATIO IX.

In illa verba: *Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittẽtes pietatem per opera bona*, vſque in fin. cap.

I Dubium.

CIRCA ea, quę in reliquis huius Capitis verbis continentur, non deſunt dubitationes quę lumen aliquod deſiderent interpretationis, & in primis quare Apoſtolus doctrinæ de fundendis precibus ad Deum, adiungit doctrinam de ornatu mulierum: quia parùm cum oratione cohærere videtur.

Secundum.

Deinde cur tradit hanc doctrinam de verecundo, & ſobrio mulierum ornatu, cũ tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento extent exempla mulierum ſanctarum, quæ ſeipſas auro, & margaritis, & pretioſa veſte exornarunt: vbi etiam Apoſtolica verba omnia expendenda erunt.

Tertium.

Tertiò, circa illud: *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione*; &: *Docere, mulieri non permitto*, dubitatur; cùm in lege ſanctæ fœminæ extiterint, quæ docerent tanquàm prophetides, vt Holda, Debbora, & Iuditha; in Nouo verò Catherina, quę Alexandriæ tot ſapjentes diſputando conuicit, & altera eiuſdem nominis Catherina Seneuſis, quæ in publico Pontificis & Cardinalium conſiſtorio ſermonem habuit, & tot epiſtolas, & Dialogos de Prouidentia ſermone Hetruſco compoſuit.

2 Reg. 22.
Iudic. 4.
Iudith. 8.
Quæ mulieres vtriuſque Teſtamenti docuerunt.

Quartum.

Quartò, ambigitur, quomodo prius Adam plaſmatus ſit quàm Eua; cùm ſcriptum ſit: *Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, &c. maſculum, & fœminam creauit eos*, vbi ſimul illos conditos fuiſſe inſinuatur.

Geneſ. 1.

Quintum.

Quintò, meritò in dubium reuocatur illa ratio, cur potiùs diſcere, quàm docere mulier debeat; cùm ſæpè cõtingat vt ætate inferiores, doctrina, & ſcientia vincant prouectiores.

Sextum.
Infrà 3.

Sextò, quomodo verum ſit, mulierem fuiſſe ſeductam, non autem virum, cũ vir ita comederit de ligno ſcientiæ, perinde atque mulier prior ederit, & multi Patres veteres teſtentur, virum quoque fuiſſe ſeductum.

Septimum.

Septimò, nec etiamſi ratio hæc efficax eſſet, quòd mulier ſeducta fuerit, non vir, exinde colligere liceret mulierem debere eſſe ſubiectam viro: nam peccatum per ignorantiam, & alterius ſuggeſtionem, excuſabilius eſt & leuius quàm illud, quod nulla ſeductione, ſed ſpontè cõmittitur. Vnde ſeruus qui nouit volũtatem domini, & non fecit, plagis vapulabit multis. Potiùs ergo vir ſubijciendus erat mulieri, quàm mulier viro.

Luc. 12.

Octauum.

Octauò, quomodo Paulus aſſerit ſaluari mulierem per filiorum generationem, cùm generatio opus ſit naturale? Quid etiam, ſi mulier ſit virgo, aut virginitatis ſtatum ſeruans, aut virum ſterilem ſit ſortita, nonne ſaluabitur, cùm ſcriptum ſit de cœlibe: *Beatior erit ſi ſic permanſerit?* Adhæc quod ſubdit: *Si permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate*, dubio ſuo non caret, nunquid ſalus parentum pendere debet ex filiorum fide, & dilectione? at id quomodo conſonum erit ſermoni prophetico: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.*

1. Cor. 7.

Ezech 18.

Sol. I. quæſt: De ratione connexionis doctrinæ de oratione traditæ, cum ornatu mulierum.

Ad primum reſpondemus, Paulum rectè dixiſſe: *Similiter & mulieres*: quod referendum eſt ad id quod preceſſit: *Volo ergo viros orare in omni loco; leuantes puras manus*; ita etiam: *Volo mulieres ſimiliter orare*. Et quia fructum orationis mulierum poterat impedire veſtitus ornatior quam par ſit, & habitus cultior prouocare viros ad malum; propterea de illo documentũ aliquod tradendum eſſe cenſuit.

Orationes & obſeruationes pro Regibus & alijs fundendas vnde conſtet pro publicis precibus atq; communib^9 accipiendas eſſe.

Et hinc colligimus, orationes, de quibus Paulus loquitur, intelligendas eas, quę in loco, & conuentu publico fiunt. Ideo 1. Corinthiorum 11. idem Apoſtolus vult mulierem orantem, ac prophetantem habere velamen ſupra caput ſuum propter Angelos: & Diataxis Apoſtolica apud Clementem refert, mulieres opertio capite accedere ſolitas ad Corpus Domini participandum. Eſt ergo de publicis precibus accipiendum: nam quid refert quo amictu mulier vtatur in cubiculo, dum fundit preces? Et habitus, ornatus dici poteſt eſſe is, qui ab eis magis ornaretur, quàm ipſe habitus eas ornaret.

1 Cor. 11.
Clem. lib 2. Conſt. Apoſt. c 41 in fin.

Quo de ornatu mulieribus hoc loco ſit ſermo.

Græcè eſt κόσμιος, quæ vox & ornatum, & modeſtum, ſiue decentem, & honeſtum deſignat. Et poſterior ſignificatus aptior huic loco videtur; vel humilis, vt habet Ambroſius. Quorſum enim admoneret mulierculas ne cultu vtantur ſordido, cùm ſua ſponte & nimis comantur, & ſuperflua ornentur? quamquàm vox noſtra ad eundem ſenſum trahi poſſit.

B. Amb. ib. 5.

Habitus verò, Græcè eſt καταςολή, quæ longiorem veſtem, & vndequaque tegentem deſignat: & virgines filiæ Regis Dauid, & ipſa Thamar ſoror Abſolon, talari veſte vtebatur, vt habes 2. Reg. 13. nec propterea ab aliqua moderata cauda abhorrẽtem, vt legimus de veſtitu Eſther cap. 15.

2. Reg 13.

Contra

Notantur concionatores quidam indocti.

Contra quam tamen quidam leues prædicatores, & ſcientię doctrinam exiguam habentes, multa verba noſtro ſeculo profuderunt apud quoſdam populos, & in re parui momenti perturbarunt multos.

Iubet igitur Apoſtolus fœminas vti honeſto, & modeſto amictu, & qui ipſas vndique tegat, & pudicitiam deceat, ne vel earũ ſandalia rapiant oculos virorum, vt illa Iudithæ rapuerunt oculos Holofernis.

Iudith. 10.

Verecundia & ſobrietas qualis ornatus cur propria puerorũ & mulierum verecundia.

Subdit: *Cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe.* Eſt autem verecundia, & ſobrietas pulcherrimus coram Deo, & honeſtis viris ornatus. Porrò verecundia, ſiue pudor maximè laudatur in pueris, & in fœminis, quia facilè labuntur in aliquid minùs honeſtum, & per verecundiam auocantur. Vnde Eccl.26. Sapiens ait: *Gratia ſuper gratiã, mulier ſancta, & pudorata:* & Rebecca viſo Iſaac marito ſuo futuro, arrepto pallio ſuo operuit ſe. Præclarum ſanè frontis fœminæ ornamentum eſt pudor, quo carent meretrices. *Frõs*, inquit, *mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.*

Eccl. 26. *Geneſ. 24.* *Ierem. 3.*

Vox ſobrietatis alibi vertitur per vocem pudicitiæ, quæ interpretatio magis grata eſt Hieronymo lib.1. in Iouinianum: quanquam Gręca vox σωφροσύνη anceps ſit; magis tamen ſonat ſobrietatem, quæ iuuat ad conſeruandum vſum rationis, & mentis ſanitatem. Mulier enim debili ratione conſtat. Vnde Romani, & Locrenſes vini potum fœminis prohibuerant, niſi valetudinis cauſa, pœna bibentibus inflicta. Et Romæ huius tentandæ gratia, conceſſum fœminis oſculum: eaſque compertas, aliam fuſte, aliam eſurie enectam, aliam dote mulctatam. Lege Plinium libro.14. capit.13. Plato libro 2. de Legibus: *Nulli interdiu vinum concederem; niſi morbi vel exercitij corporei cauſa; neque nocte viro, vel mulieri gignendis liberis operam daturis.* De qua mentis ſanitate loquitur Apoſtolus, cùm ait: *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.*

Hieron. ante med. tom. 2.

Sobrietas ad quid vtilis: quibus olim vini potus minimè impunis.

Plinius. *Plato tom. 2.* *Rom. 12.*

Vini vſum quibus concedat, quib⁹ neget Plato.

Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa. Hic duplex occurrit difficultas, altera de verbis, altera verò de ſenſu. Primam vocem periphraſticè reddidit interpres, Non in tortis. Gręcè vna voce dicitur, μὴ ἐν πλέγμασιν. Duplex enim eſt capitis ornamentum, alterum naturale, quod in capillis ſitum eſt, de quo 1. Cor. 11. *Capilli pro velamine mulieri dati ſunt*; alterum eſt artificiale, vt capilli flaui, & torti crines, ſiue cincinni, & calamiſtrati, quibus homines illaqueantur: atque hoc poſterius tollit Apoſtolus: & ad hoc artificiale reducitur, quod ait de auro, & margaritis, quibus ornatæ fœminæ citiùs alliciũt oculos hominum, & animas eorum deprędantur, de quo Petrus dixit: *Quarum non ſit extrinſecus capellatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed quod decet mulieres promittentes* (in Accuſandi caſu, Id eſt, præſeferentes) *pietatẽ*, Gręcè θεοσέβειαν, hoc eſt, Dei cultum, & maximè Ieſu Chriſti; ne quis de pietate erga filios, exiſtimet eſſe ſermonem.

His verbis: Nõ in tortis crinibus, &c. quale mulieribus capitis ornamẽtum vetet Apoſtolus.

1. Cor. 11.

1. Petr. 3.

Mulieres decẽter ornatæ quã promittant pietatẽ.

Addit: *Per opera bona.* Quod iungi poteſt cum principio promittentes, id eſt, quæ non tantùm verbis, quod plerique faciunt, ſed etiam rebus, & factis ſe colere Deum profitentur. Poteſt etiam habere locum quod ait Theophylactus, vt per parentheſin legatur: *Sed (quod decet mulieres pietatem promittentes) operibus bonis.* Opponit enim bonorum operum ornatum cum auro, & margaritis: ſicut Petrus auro, & cultui veſtimentorum opponit. (*Sed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.*)

Dupliciter accipitur hęc clauſula: Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. *Theophylact.*

1. Petr. 3.

Mirum eſt autem Concionatorẽ Chriſtianum per Euangeliũ obtinere nõ poſſe, quod Pythagoram philoſophum Ethnicũ Iuſtinus libr. 20. refert diſputationum aſſiduitate obtinuiſſe, vt matronæ auratas veſtes, cæteraque dignitatis ornamenta velut inſtrumenta luxuriæ depouerent, eaque delata in ædem, ipſi deæ conſecrarent, aſſerentes, mulierum ornamenta eſſe pudicitiam, non veſtes. Et hactenùs de litera dictum ſit.

Quid Pythagoras a matronis Crotonienſibus aſſiduitate diſputationum ſuarũ fuerit conſecutus. *Iuſtin. hiſt. ſub fin. lib.*

Quod ad ſenſum ſpectat, aduerte in primis, Caiet. putaſſe ad tempus primitiuæ Eccleſię datum fuiſſe hoc pręceptum, quia tunc mulieres ad Chriſtum vocatæ huiuſmodi lenocinia abdicabant tãquàm vena, & ſuperflua. Sed certè Apoſtolus ad honeſtatem, & decorũ Chriſtiani ſtatus hoc requirit omni tempore, taleque præceptum Apoſtoli magis noſtro ſeculo conueniebat quàm illi, quando hoc ſua ſponte, vt ait Caietanus, mulieres faciebant. Imò aliquid tunc relaxari debuit de eo quod fieri decebat: nam nimia ſeueritate minùs ad fidem & cultum veri Dei allicerentur: & multa tunc condonabantur ob iſtam gratiam circa matrimonia & cibos, qua adhuc multi infirmi erant in fide, & ſuauiter ab illis erãt ablactandi.

Generalem eſſe, non particulatem, ac propriam Eccleſię primitiuæ hanc legẽ Apoſtoli de ſobrio, & verecũdo ornatu mulierũ, contra Caietanum.

Sed obijciunt quidam, B. Cæciliam in nouo Teſtamento aureas veſtes geſtaſſe. Sed certè multi de hoc dubitant: auratas fortaſſis veſtes magis portaſſe quàm aureas; & hoc illam feciſſe magis animo inuito, quàm ſpontaneo, probabile

Ad II. dub. Cur prohibeat Apoſtolus pretioſũ habitum mulierem, ac ſplendidum.

eſt,

cũm & Iudeę & Chriſtianę mulieres ab eo non abhorruerint. *Eſther 14.* Aureis B. Cęcilia cur veſtibus vteretur.

eſt, ſi Eſther ca.14.dixit: *Tu ſcis (Domine) neceſſitatem meam, quòd abominer ſignũ ſuperbia, & gloria mea, quod eſt ſuper caput meũ in diebus oſtentationis mea, & deteſter illud quaſi pannum menſtruata.* Adde, quòd ea ætate geſtabat aureas veſtes Cæcilia, cùm ſui iuris non eſſet; cumque tantiſper eſſet diſſimulandum, cùm propter ſe vnã tota familia, quę vnum colebat Deum, detrimentum pateretur: quod apertè declarauit dies martyrij adueniens. Accedit, quòd illa ſancta virgo ad primitiuam Eccleſiam ſpectabat, & recenti illa Gentilium ad fidem conuerſione tractandi erant, vt Chriſtus diſcipulos ſuauiſſimè tractabat: non enim exigebat plura ieiunia, ne aſſutus panno nouo vetus rumperet indumentum. Multa enim tolerantur in initio, quæ homines poſteà ſponte ſua admoniti reijciunt. Et Apoſtolus hoc loco communem legem mulieribus, non Reginis, & ſublimiorib⁹ perſonis ſcribebat, quibus aliquid horum obſtatum indulgetur: quamquàm omninò illas ab hac lege non excipiat Apoſtolus, ne ſibi falsò blandiantur. Præcepit enim, vt cum verecundia, & honeſtate veſtiantur, non ſemper ſed tunc, cùm orandi gratia ad Eccleſiam ſe conferunt, vt Chryſoſtomus docet.

Quemadmodum cum primitiuis fidelibus fuerit agendum. *Matth. 9.*

Apoſtolus an Reginas hac lege comprehendat, & quatenus.

B. Chryſoſt. hom 8.

In quo hodie grauiſſimè peccatur, quia nunquam ſe maiori anxietate ob luxum & ſuperbiam ornant, qua cum ſe coram Deo offerre præparant. Prudentiores ſanè ſunt mendici inopes, qui ad ſui commiſerationem excitandam, vulnera, & membrorum mutilationem oſtentant, & voce magna exigunt, quò poſſint à prætereuntibus iuuari: at nos coram Deo ſummo medico ita nos gerimus, ac ſi nulla animæ vulnera, nullas peccatorum ſordes haberemus. Nos verò cæci ſumus, & nuditatem noſtram, & feculentas ſtercorum ſordes niue deſuper inalbatas non videmus. Quare Diataxis Apoſtolica apud Clementem libro primo, capite nono habet: *Si fidelis, & gratia Deo cupis eſſe, ó mulier; noli te ornare, vt placeas alienis viris, & meretricum plicaturas, veſtitus, calceamenta imitari, ad alliciendum eos, qui huiuſmodi rebus tenentur. Nam quanquam tu non peccandi ſtudio hoc nefas commiſiſti, ſed tantùm cultus cauſa; tamen non ideo effugies pœnam, quia illo ornatu coegiſti aliquem, vt ad te concupiſcendum induceretur, neque adhibuiſti cautionem, vt neque tu in peccatum incideres neque alij in ſcandalum. Quòd ſi tu quoque peccabis, laxata libidine, & tu deliquiſti, & illius anima rea facta es: deinde cum in vno peccaueris, veluti in deſperationem adducta, in alio rurſum delinques; vt qua omnem ſenſum doloris amiſeris, quẽadmodum affirmat diuinus ſermo: Impius cùm in profundum malorum venerit, cõtemnit: aduenit ei triſtitia, & opprobium.* Hæc ibi.

Quo magis tempore, & loco ab omni luxu veſtium, & ornatu ſit mulieribus abſtinẽdum, pau perũ exẽplo mẽdicãtium.

Clem. Rom.

Mulieres ambitioſius ſeſe ornantes, & excolentes, cur peccent Apoſtolorũ teſtimonio.

Prouer. 18.

Hic verò cogita, quantum diſpliceat in viris luxus veſtiũ, & ſumptuoſitas; cùm tantus Apoſtolus tam ſtudiosè ea de re fœminis ſcripſerit, in quo ſexu hæc vtcunque tolerari poterant: vt rectè quidam dixerit:

Multò magis viris cultum muliebrem eſſe vitandũ.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti:
Fine coli modico forma virilis amat.

Ouid. epiſt. 3.

Deinde cogita, de fuco, & figmentis, ceruſſa, & purpuriſſo, & capillatura pretio redempta, & reliquo adulterino ornatu nihil dixiſſe Apoſtolum: quia hæc vt peiora, & longiùs propulſanda nõ tantùm à viris, ſed etiam fœminis Chriſtianis intelligebat. Tertiò, ſi hæc in vxoribus proprijs, & puellis ſunt omninò vitanda, & reſpuenda, vt aperta turpitudinis ſigna; quantò magis in grandęuis, & matronis, & in viduis, quæ viros non habent. quibus ſe comant, & ornent; & in Religioſis, quæ monaſteria inhabitantes, ſe mortuas mundo, & Chriſti ſponſas, & ancillas profitentur? Poſtremò cogita, quòd in fuco, & pigmentis, maximè immoderatis, aut in ornatu veſtium ſuperfluo non vnum ſimplex peccatum, ſed multiplex, & graue ſæpè inuenitur. Eſt enim ſuperfluitas, vanitas, inanis gloria, impudicitia, prouocatio libidinis, contemptus proximi, erga pauperes immiſericordia, peſſimum à matribus ad filias, & alias mulieres transfuſum exemplum: inde excreſcunt in immenſum dotes, & patrimonia integra abſumuntur, dum nullus ab alio ſinit ſe ſuperari. Et vt hæc poſſint ſuppetere, multæ vſuræ admittuntur, & maxima populo ſcandala exhibentur. Neque credibile eſt, propter tam leuia delicta, ſi grauia non fuiſſent, Apoſtolos Petrum & Paulum tantam verborũ efficaciam adhibuiſſe in funditus extirpando hoc abuſu. Neque Deus apud Eſaiam capite 3. tanta verborum acerbitate, & tot ornamentorum peculiari enumeratione hoc vitium perſecutus eſſet, neque adeò graues pœnas tùm fœminis, tum viris interminatus eſſet. Nam eorum pulcherrimos viros gladio interituros, & fortes ſuos in prælio conterendos denuntiat: ſiquidem in his non minùs viri hæc tolerantes, quàm fœminæ ipſe peccant, & Sacerdotes, qui à confeſſionibus earum ſunt, ac de facili eas abſoluunt, non commonefacientes eas de tanto periculo, in quo verſantur, nec eas graui ſermone viuum tangentes reprehendunt: imo quod plus eſt,

Alia quęnam ornamenta mulierum vitanda, ab Apoſtolo tacitè comprehenſa.

Quas omniũ maximè fœminas dedeceat habitus ornatior, atq; pompoſior.

Immoderatũ hũc corporis ornatum & cultum grauia peccata quandoque implicare.

II. argum. *1. Petr. 3.*

Eſa. 3.

Quinam peccatis communicent taliũ fœminarum.

eſt, Epiſcopi negligentiùs agentes: quia his immoderatis, & ſuperfluis ornamentis, & libidinis fomentis non ſe opponunt, & quoad poſſunt, omoibus rationibus coërcent.

Sol III. dub Mulier vt in filẽtio diſcat, cum omni ſubiectione.

Ad tertium reſpondemus, in primis explicando illud: Mulier in ſilentio diſcat, cũ omoi ſubiectione. Mandat enim, vt mulieres taciturnæ ſint atque ſubieçtæ, & in ordine diſcentium ſe habeant: quia & loquaces, & ſuperiores eſſe, atque alios docere voluot. Qui autem præeſt, loqui debet, & docere: qui verò ſnbditus eſt, diſcere, & ſilere: ſed mulier ipſa ſubdita eſt viro, ergo diſcat in ſilentio, & humilitate.

Vbi, quemq. docere, accu mulieri non permittitur. 1. Cor. 14. Geneſ 3.

Docere autem mulieri non permitto, ſcilicet in Eccleſia, vt Paulus 1. Corint. 14. explicat: *Mulieres*, ioquit, *in Eccleſiis taceant; non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & Lex dicit. Si quid autem volũt diſcere domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.* Sermo eſt de muliere vxorata, cũ ait: Docere mulieri non permitto, (ſcilicet, virum ſuum, & in Eccleſia:) neque damnari in virum. Grçeè οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός. Vnde Philemonis cuiuſdam antiqui verſiculi circumferuntur.

Philemonis Poetæ de fœmina iudiciũ

> Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν ὦ Νικόστρατε
> Μὴ κρείττονα εἶναι ὑπ' ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπήκοον,
> Πονηρὰ δὲ γυνὴ ... ἐστιν κακὸν μέγα.

Venus teſtudini inſiſtens apud Eliẽſes, quid notaret teſte Plutarcho.

Plutarchus in Præcepto quodam Connubiali docet, Elienſibus à Phidia piacta Venus teſtudinem calcans, indicat mulierum munus, domus eſſe cuſtodiam: & vxori cum ſilentio, aut per maritum loquendum: hoc ægrè ferendum, ſi in aliena lingua, tanquam tibicen grauius loquatur.

Eccli. 26.

Rectè Sapiens: *Mulier*, inquit, *ſenſata, & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ.* Et immutatio ſumitur pro permutatione: nam permutationibus fiebant olim emptiones, vt ounc traditione pecuniæ. Eſt ergo ſenſus: Anima erudita, hoc eſt, prudens, & benè inſtituta, non poteſt vllo condigno pretio permutari, hoc eſt, ſuperat omne pretium.¶ *In ſilentio diſcat.* Id eſt, Nihil, aut vix, nec niſi neceſſariò, ac proinde raròinterrogans, niſi domi, vbi Paulus vult mulieres interrogare.

His verbis quid ſignificet Eccleſiaſticus: Mulier ſeuſata, & tacita uon eſt immutatio eruditæ animæ.

Mulierẽ quid docere ſecuodum Patres: hæc docere virum ſuum qui poſſit. 1. Cor. 7. Actor. 18. Aug li. 11. de Geneſi ad lit c 37. tom. 3.

Ex quo Pauli loco intelligunt Græci Patres, Docere, eſſe, Autoritatem exercere: poteſt tamen vxor virum blandè ſui officij commoncfacere, ſicut ſuperiorem inferior quilibet. Et Apoſtolus 1. Corinthiorum 7. dixit, quòd vxor fidelis ſaluum faciet virum infidelem: & Priſcilla exactiùs inſtruxit Apollo Actorum decimooctauo. Nam Auguſtino teſte: *Maritum habere dominum, meruit mulieris non natura, ſed culpa. Quod tamen niſi ſeruetur, deprauabitur amplius natura, & augebitur culpa.* Hæc ille. Hoc ergo vitium, quod mulieres in Eccleſia docere vellent, inde erat, quòd mulieres etiam eo tempore varia haberent Spiritus ſancti chariſmata, tùm ex indiſcreto fidelium calore, quem habebant, vt 1. Corioth. 14. proditur. Hæreſes autem ab antiquo tempore opera mulierum creuiſſe, docet Hieronymus epiſtola ad Cteſiphontem contra Pelagium.

Quæ cauſa Apoſtolicæ huius prohibitionis fuerit.

Hieron. ante med. tom. 2.

Docere quando mulierib' conceſſum munere Diuino.

Sed hæc vniuerſalis doctrina non obſtat, quo minùs Deus poſſit per ſanctã mulierem ſingulari ſua gratia dotatam, & prçſertim ſpiritum prophetiæ habentem, docere. Deus enim omni lege ſolutus eſt: ſicut de Holda, & Debora legimus, & de Anna Prophetaſſe: & Ioel, *Prophetabunt*, inquit, *filiæ veſtræ*; Philippi quoque Diaconi filiæ erant quatuor prophetantes. Sanctificatur præterea vir infidelis per mulierem fidelem; & Priſcilla docuit Apollo ea, quæ ſunt Domini Ieſu. Diuæ etiam Catherinæ, cùm periclitaretur Fides, dedit Deus doctrinam, & acumem ad diſputandum: ſicut beata Catherioa Senenſis inſigni Spiritus doctrina prædita, miniſterium docendi ſibi non vſurpauit, ſed cum bona venia, & facultate ipſius Pontificis permiſſa eſt ad çdificationem loqui in Conſiſtorio in illis turbulentis temporibus, quando ſchiſma vigebat.

4 Reg 22. Iudic. 4. Luc. 2. Ioel. 2. Actor. 2. Infrà 21. 1. Cor. 7. Actor. 18.

Diua virgo Catherina Senenſis vbi publicè docuerit, & qua autoritate.

Doctrinam igitur Apoſtolus non ſimpliciter, & cuicunque fœminæ prohibet, ſed publicam tantum, non autem priuatam, quin ſeorſum, & priuatim domui ſuæ quęq; virum ſuum, patrem, fratrem, reliquamque familiam commonefacere poſſit, & debeat, vt docent Chryſoſtomus, & Theodoritus. Solet etiam Deus pro ſua bonitate infirma mundi eligere, vt fortia quæque confundat. Sed hæc rariſſima in conſequentiam trahenda non ſunt. Vnde & ſanctiſſima Deipara, cùm eſſet omni doctrina, atque ſcientia, & perfectiſſimis donis cumulata, nunquàm tamen legitur docuiſſe, ſed de illa tantum dicitur: Conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo: quam tamen vt fideliſſimam teſtem, priuatim multa ad incarnationem Verbi ſpectantia, Apoſtolis, & Euangeliſtis tradidiſſe probabiliſſimum eſt. Hinc Diataxis Apoſtolica apud Clementem libro 3. capit. 6. ad hunc modum ſtatuit: *Non permittimus igitur mulieres in Eccleſia docere, ſed tantùm orare, & magiſtros audire: nam magiſter ipſe, & Dominus Ieſus Chriſtus, cùm nos duodecim ad docendum populum, genteſque miſiſſet, nuſquam mulieres*

P. Chryſoſt. hom. 8. Theod. par. 2.

1 Cor. 1. Deipara Virgo priuatim quid Apoſtolis docuerit. Luc. 2.

Clem Rom.

Mulierum munus in Eccleſia.

lieres miſit ad prædicationem, quanquam non de-erant. Erat enim nobiſcum Mater Domini, & ſorores eius, prætereà Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Martha ſorores Lazari, & Salome, & quædam aliæ. Hæc ibi.

Contra Pauli legẽ: Docere mulieri non permitto, hęretici. Pauli ni videlicèt Theologi, quid doceãt.

Ex quo loco falsũ eſſe colligimus, quod ſtolidè docent Hæretici, omnes habentes Spiritum ſanctũ poſſe docere ea quæ ſunt Fidei, & in Concilijs Generalibus habere poſſe, ac debere iudicium de rebus Fidei cùm tamen ordo docentium, & diſcentium partim à natura ſit conſtitutus, partim à Chriſto, & ab Eccleſia.

Hiſt. Trip.

Pulchrè proinde Beatus Baſilius libr. 7. Hiſtoriæ Tripart. cap. 36. Demoſthenem quendam Valẽtis Cæſaris coquum ſibi interminantem, repreheodit, dicens: *Tuum eſt de pulmentarijs cogitare, non diuina dogmata decoquere.*

Si in Chriſto non eſt maſculus, nec fœmina, cur docere mulieri non permittitur. *Coloſſ. 3. Geneſ. 3.*

Nec obſtat quòd in Chriſto non eſt maſculus, & fœmina: Dicendum eſt enim, id verum eſſe quantum ad finem æternę vitę, quia maſculus fœminæ non præponitur, quin poſſit & illa ad æternam vitam peruenire: quilibet tamen in ordine ſuo permanere debet.

¶ Et ne dixeris; Si per Chriſtum Deus illi peccato pepercit, cur adhuc mulier illa pœna plectitur, vt ſubdatur viro? Reſpondeo, hoc noo fieri, vt ſatisfaciat peccato, quod Chriſti ſatisfactione ſublatum fuit, ſed vt mereretur in ea ſubiectione per taciturnitatem, & humilitatem, quæ per animi elationem, & lubricam linguam lapſa fuerat. Rectè proinde addit: *Neque dominari*; vendicãdo ſibi imperium, vel autoritatem exercendo in virum. De qua Sapiens ſic ait: *Mulieris ira, & irreuerentia, & confuſio magna.*

Mulier in virum quando dominetur. *Eccleſ. 25.*

Mulier ſi primatum habet, contraria eſt viro ſuo: & Ariſtoteles mulierum dominium ait eſſe corruptionem familiæ. Cato apud Liuium de mulieribus rectè dixit: *Date frænos impotenti naturæ, & indomito animali, & ſperate ipſas modum licentiæ facturas, niſi vos facietis* Er paullò poſt: *Quid ſi carpere ſingula, & extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobn eas fore creditis? Ex templo ſimul ac pares eſſe cœperint, ſuperiores erunt.* Hæc ille.

Tit. Liuius Decadis quartæ, lib 4 ferè in princip. Porcius Cato de mulierib. quid ſenſerit.

Subdit Apoſtolus: *Sed eſſe in ſilentio.* Id eſt: Diſcat, & obediat, & ita quietè agat vitam: quia mulier dum loquitur, ad libidinem irritat, & irritatur.

Mulier vt ſit in ſilentio. Quartę ſolutio quæſt. Quàm verũ ſit Adã prius Eua fuiſſe formatum, vt tradit Apoſtolus. *Geneſ 2. Ibidem.*

Ad quartum, quomodò prior ſit Adam formatus quàm Eua, dicendum eſt reuera Adamum prius conditum quàm Euam, deinde ex coſta viri dormientis fuit Eua formata. Cùm tameo potuiſſet ante virum eam condere, vel ſimul cum Eua; non ab re poſteriorem fecit, cùm virilis ſexus maiore tunc honore potitus ſit, & primas in creatione partes obtinuerit, ſecuodo loco mulier formata ſit. Quare debent reliquæ fœminæ ſortem ſuam agnoſcentes, ſecundis partibus eſſe contentæ, & viris ſuis ſubeſſe: & quod in primis parentibus accidit, vniuerſam poſteritatem ſeruare, par eſt.

Quomodò accipiendum illud: Maſculum, & fęminam creauit eos. *Geneſ. 1.*

Quod verò dicitur Geneſ. cap. 1. *Maſculum, & fœminam creauit eos*: per anticipationem eſſe accipiendum. Primò, enim habemus in geoere, primos parentes conditos fuiſſe; capite verò ſequenti ponitur modus couditionis.

Quinta ſoluitur dubitatio De vi huius rationis: Mulier docere non debet, quia viro poſterior eſt formata. *Iob. 12. Dan. 1. Actor 16.* Vnde iuuenes ſenibus, prudentiores interdum. *Pſalm. 118. Geneſ. 2.*

Ad quintum: non infirmatur hæc ratio per id quod obiectum fuit, multos antiquiores ætate ſuperari à iunioribus in ſapieotia: quia id vitio ſeniorum accidit, cum contrarium eſſe deberet: nam vt dicitur apud Iob; *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Non pugnat etiam ex diuinitus ſibi infuſa ſapieotia iuuenem viocere ſenem: nam ſuperauit Daniel ſapientes Babylonis, & de Srephano dicitur, quòd non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur; Dauid quoq; dixit: *Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui.* Et hoc præcipuè conſtantur in ipſo Adam, & Eua. Nam vt ex Adam formatum eſt corpus Euæ, ex ſapientia tradita Adæ ipſa Eua eius vxor accipere debebat. Probatur etiam ex euentu: quia ipſa Eua fuit ſeducta in præuaricatione, vir autem ooo fuit ſeductus.

Si vir ideò eſt prudentior muliere, quia prior formatione, bruta quidni ſint viris ſapientiora, cũ ante eũ ſint formata?

Nec obſtat, Adam formatum fuiſſe poſt reliquas creaturas, & omnia animantia, quibus tamen homo ratione præcellit. Primum enim dupliciter dicitur, ratione intenrionis, & temporis: & quod intentione primum, dignitate quoque primum erit: at quod primum tempore eſt, non ſemper dignitate eſt primum, niſi pateat eſſe creatum propter illud quod ſubſequitur: quemadmodùm etiam priùs animalia, & elementa rationis expertia condita ſunt, ſed tamen propter hominem, vt inueoiret parata, in quibus conſiſteret, & quibus præeſſet, vt piſces, beſtias terræ, & volatilia cœli.

Geneſ. 1.

Altera ratio, cur mulier debet viro ſubeſſe, & ab eo doceri, & diſcere, non docere. *1. Cor. 11. Geneſ. 2.*

Illud etiam cogita, ex viro tanquam ex principio productam mulierem; omne autem, quod ex alio eſt, ſi vnum ſunt ſpecie, claritate quadam, & originis prærogatiua exceditur: pręſertim ſi qua alia ratione differunt. Quam doctrinam alibi expendit Apoſtolus. Nam 1. Corinthior. 11. legimus: *Non vir ex muliere, ſed mulier ex viro.* Etenim non eſt creatus vir propter mulierem,

ſed mulier peoptee virum. Vnde rationi conſonum fuit, vt mulier virum pro capite ſuo agnoſceret, & vir pro corpore ſuo vxorem amplecteretur. Et ita non tantùm ratione intentionis, quam Deus habuit in ereando homine, vt eſſet caput mulieris, ſed etiam ratione tẽporis, quia priùs creatus eſt Adam, ex quo ipſa foemaretur, egregiè colligimus, virum fuiſſe muliere ſapiẽtiorem, & ita rationem Pauli validam eſſe, ac firmam.

Quorſum id Mulieres docere non debent, quoniã Eua, nõ Adã, ſeducta in præuaricatione fuit.
B Chryſ ho. 9. ante med. tom 4
Theophylact.

Quærit Chryſoſtomus: *Quid ad cæteras mulieres pertinet, ſi Eua hoc paſſa eſt?* Et reſpondet: *Plurimum ſane. Eſt enim ſexus ille infirmus, ac leuis: quod iam in conſequentibus differens, dum de ſexu generaliter loquitur, oſtendit. Non enim dixit: Eua autem ſeducta, ſed Mulier, quod commune eſt nomen ſexus, potiùs quàm proprium Euæ.* Et Theophylactus: *Perinde vt in Adam omnis noſtra moriebatur, ſic per Euam in omnes leuitas peruaſit, per quam leuitatem ſanè ipſa tranſgreſſio locum habuit primum.* Et paulò antè: *Semel igitur*, inquit, *mulier docuit, & omnia peruertit.*

Solutio ſextæ dubitationis. De eo quod Apoſtulus. Euã ait fuiſſe ſeductam, non Adamũ, in præuaricatione, quomodò verum ſit.
2. Cor. 11.
Geneſ 3.

Sextum dubium non vulgare fuit, quomodò compeobetue in Scripturis diuinis, quòd vir non ſeductus fuerit, ſed Eua: nam vir ita comedit, ac mulier. Omnis autem peccans ignorans eſt, & errant omnes, qui operantur malum, vt ait Salomon. Reſpõdemus, nobis ſatis eſſe debere hoc Apoſtoli ſolidum & apertum teſtimonium, qui & in alio loco dixit: *Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Euam potiùs ſeductã, quã Adamũ quid oſtendat.
Ibidem.

Quanquàm Scriptura vetus hanc ſeductionem mulieris non celauerit. Vnde ipſa ſeipſam Deo excuſans, dixit: *Serpens decepit me, & comedi:* quibus in verbis fatetur, ſe fidem verbis dæmonis habuiſſe, ac proinde ſeductam. Adam verò non ita reſpondit, ſed in mulierem culpam retorſit, imò in ipſum Deum, dum dixit: *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.*

Ibidem.

Satis igitur ex Scripturis colligitur mulieris ſeductio, non ita viri. Et verbum, Fuit, iungendum eſt cum proxima particula, nõ cum remotiori, vt ſic legamus: Mulier ſeducta in præuaricatione fuit, quaſi dicat, Eua decepta cœpit præceptum tranſgredi. Ita interpretatur Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. 42. Præſtat ergo vir mulieri tùm ratione creationis, tùm vigore rationis: prior in factura, poſterior in culpa: mulier poſterior factura, prior in culpa. Hinc à muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur: vt ait Eccleſiaſticus.

B. Aug. to. 3.
Eccleſ 25.

Vnde conſtet non ſolum Euam, ſed Adamũ fuiſſe ſeductum.
Geneſ. 3.

Circa quam ſententiam non eſt ignorandum, veteres pleroſque Patres tradidiſſe, ita Adamum ſeductum, atq; Euam: quia ironicè dictum eſt illi. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt:* id eſt, Putabas te ſimilem fore noſtri: quia voluiſti eſſe quod non eras. Et Ambroſius interpretans illud; *Qui etiam deſpoliauerunt eum, &c.* Adamum tradit exutum veſtimento fidei. Et lib. de Paradiſo, cap. 12. *Mulieris prior error inuentus eſt. Viro enim mulier, non mulieri vir autor erroris eſt.* Vnde & Paulus ait: *Adam*, inquit, *non eſt deceptus: mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.*

Amb. lib. 7. in Luc. ã c. 8. 1 1.
Idẽ ante mediũ c. a. 10. 4.
Ign. epiſ 5. ſub fin. Irenæus.

Ignatius ad Trallianos: *Serpens autor malorum per mulierem ſeduxit Adam patrem generis humani.* Irenæus libro tertio, cap. 36. probat, Adam ſeductum ſub occaſione immortalitatis, ſed ſtatim ad fidem rediiſſe, & pœnitentiam egiſſe. Hilarius Canon. 3. in Matthæum: *Diabolus Adam pellexerat, & in mortem fallendo traduxerat.* Epiphanius in hæreſim Caianorum: *Ipſe*, inquit, *diabolus per mendacium decepit Euam, & Adam, alia pro alijs dicens, & amicitiam cum Creatore oſtendens.* Idem docuit hoc loco Chryſoſtomus. Leo Magnus ſerm. 2. in Natiuit. Domini: *Gloriabatur diabolus ſua fraude deceptum hominem, diuinis caruiſſe muneribus.* Et ſerm. 3. *Illa, quæ deceptor inuexit, & homo deceptus admiſit, nullum habuerũt in Saluatore veſtigium.* Concilium autem Arauſicanum II. à capite 5. ad 8. docet Adam perdidiſſe gratiam, & fidem, & infidelem factum, & contrarium fidei: imò tales omnes natura propagari. *Alienati ſunt*, inquit, *peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa.* Sapiens quoque: *Error, & tenebræ peccatoribus concreta ſunt;* & Præcurſor Domini: *Qui incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum;* ipſe verò Dei Filius: *Ego lux in mundum veni; vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat*, in tenebris inquam infidelitatis, & vitiorum. Adhæc inter prauos motus, quibus natura corrumpitur, primum locum habet infidelitas, vt docet Fulgentius lib. de Fide ad Petrum, cap. 3. & Auguſtinus libr. 11. de Geneſi ad literam, cap. 31. *Probabilius exiſtimauit Adam non eſſe mortem, quam timuerant ſecuturam. Tale quippe pomum credendum eſt fuiſſe in illa arbore, cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia ſenſerant: vnde magis crediderunt Deum poſſe pro peccantibus facile ignoſcere.* Vbi explicat, illos nõ credidiſſe verbo Dei dicentis: *In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* Vides, hos Patres omnes ſentire, Adam ſeductũ fuiſſe, & non tantùm Euam?

Chryſ. ho. 9.
Leo initio ſermonis
Idẽ paulò ante ſermonis di m. i. A. Conc. Arauſic. II.
Pſalm. 57.
Eccleſ. 11.
Ioan. 3.
Infrà 12.
Corruptionis noſtræ naturæ prima radix eſt infidelitas.
Fulg. to 3. operum D. Aug
Aug. 1. tom. 4
Geneſ 2.

Sanctorũ dicentiũ, Adã

Sed dicet aliquis, quòd Patres cũ loquũtur Adam deceptum, intelligunt de Adam, vt con-

in præuaricatione fuiſſe ſed actum, duplex interpretatio producitur.
Rom. 5.

vt continet Euam ex ſe formatam: ſicut Paulus cum dixit: *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi*, intellexit de homine primo, vt ſecum comprehendit Euam: & eo modo poſſent interpretari producti Doctores. Deinde dicendum, quòd Patres loquuntur de ſeductione, quam incurrit Adam poſt peccatum peractum. Omnes enim qui peccant, ignorant, & errant: ſed non ſeducuntur ſemper in peccato: ſed illud conſecuta eſt priuatio fidei, & infidelitas, & omnis erroris ſpecies; non tamen per ſeductionem vt cauſſam errauit. In omni enim peccato eſt aliquid deceptionis, qua quiſque à ſeipſo decipitur, non quia omnino decipitur, ſed quia vult decipi. Non omnis tamen qui peccat, per ſeductionem peccat, ita vt illa ſit cauſa proxima peccati. Sicut Adam ab Eua ſeductus eſt, ob nimium ſcilicet, vxoris ſuæ affectum, cui potiùs voluit obedire, quam Deo ſicut illi dixit Dominus: *Quia audiſti vocem vxoris tuæ*; & vt dici ſolet, ne contriſtaret ſuas delicias.

Quòd non omnis ſeductio ſit cauſſa peccati.
Geneſ. 3.
Ibidem.

Contra hanc ſolutionē primi dubij propoſiti: Adam non eſt ſeductus, prior ſcilicet, ſed Eua.
Oecum. c. 5.
Gloſſ. Ordin.
Thom. lect. 3. tom. 16.
Epip. hær 49.
Petrus Lombardus.

Quare ſolutiones, quæ huic loco adhiberi ſolent, minus ſunt idoneæ. Prima eſt: Sicut Adam prior eſt formatus, deinde Eua; ita Adam non eſt ſeductus, prior ſcilicet, ſed Eua. Et ita interpretãtur OEcumenius, Gloſſa Ordinaria: & Thomas hoc loco ait: Adam non eſt ſeductus, ſcilicet primò, quia fortior erat, ſed tentator incepit à debiliori, vt faciliùs seduceretur fortior: & Epiphanius in hæreſim Quintillianorum, & Petrus Lombardus.

¶ Hæc tamen non eſt plena ſolutio: quia ſeductio fuiſſet maior in Adam, quàm in Eua, quia ab hoc homine intelligentia maiori profecta: ſicut ſi puer ſeducatur, non eſt adeò graue delictum, atque ſi vir decipiatur, etſi hic poſterius peccet: nam priùs, & poſteriùs peccare, accidunt ad grauitatem peccati.

Secunda ſolutio, Hieronymi videlicet.
Hier tom. 2.
Ambr. to. 5.
Chryſ. ho. 9. ſub init.

Alter ſenſus eſt: Adam non fuiſſe ſeductum, per diabolum, ſcilicet, vt Hieronymus interpretatur libr. 1. in Iouinianum, & Ambroſio inſcriptus Commentarius, qui habet: Adijcit Apoſtolus & aliud: quia diabolus nō virum ſeduxit, ſed mulierem. Vir autem per mulierem deceptus eſt. Chryſoſtomus etiam: *Par profectò non eſt ab ea, quæ ſibi generis ſocietate iungeretur, decipi, & à beſtia, quæ ſeruituti hominis fuiſſet addicta. Illud igitur ſeductio potiùs, ac verius dici poteſt. Ad comparationem ergo mulieris, dicit illum non fuiſſe ſeductum: Illa quippè ab irrationali animante decepta eſt, hic autem à libera muliere.* Hæc ille.

Hæc etiam quid habeat incommodi.

Sed in hanc ſolutionem facit, quòd non dixit Adam, Mulier quam dediſti mihi ſociam, decepit me; ſed, Dedit mihi de ligno, & comedi: id eſt, Amore illius peccaui, ne contriſtarem meas delicias. Vnde audiuit à Domino: *Quia audiuiſti vocem vxoris tuæ*, &c. Sciens igitur ſe peccare, peccauit, credens tamen peccatum à Deo remittendum: qua in re ſeductus non fuit, quia re vera vtrique pœnitenti remiſit.

Impugnatur tertia iſta ſolutio: Mulier ſeducta eſt in præuaricatione, quia peccatū ſuū agnouit, & confeſſa eſt; non ſic autē Adam:
Theophylact.
Oecum. c. 5.
Chryſ. ho. 9.
Hugo. q. 10. tom. 1.
Hebr. 7.

Tertius ſenſus eſt Theophylacti, & apud OEcumenium poſterior, & eundem indicauit Chryſoſtomus, & ſecutus eſt Hugo de Sancto Victore, in quæſtionibus ſuper hanc epiſtolam: Virum non eſſe ſeductum, ſed mulierem, quia Scriptura dicit, mulierem apertè confeſſam eſſe ſuam ſeductionem, virum autem nihil tale dixiſſe. Ea ratione, qua Melchiſedech ad Hebr. 7. dicitur non habuiſſe patrem, neque matrem, neque genealogiam.

¶ Sed infirmatur hæc ſolutio: quia apertè Apoſtolus ait, virum non fuiſſe ſeductum: nullo ergo modo fuit ſeductus. Et ſunt alij modi ſoluendi hunc nodum: at illud de Melchiſedech non occurrit alia ratio diſſoluendi.

Quarta ſolutio non incommoda:
Geneſ. 3.

Poſſet & ille ſenſus reddi, quòd Adam verè dicere non potuit: Mulier ſeduxit me licèt interim ſuadente muliere, falſum eſſe crediderit. Nec enim is propriè decipere dicitur, qui putans verum eſſe quod dicit, re vera tamen falſum alteri perſuadet: vnde talis nec doloſus, nec fraudulentus habetur. Et Eua rectè dixit: *Serpens decepit me, & comedi*: quia animo fallendi ſerpens ei perſuaſit. Ita Adam dicitur non deceptus, quia nemo eum, nec vxor, nec diabolus fefellit, ſed ſeducta eſt mulier, diabolo eam fallente. Quod commodè ſeruit ſcopo Apoſtoli dicentis, mulierem non debere docere: quia etiam dum integra eſſet, tam infirma inuenta eſt, vt diabolus non ad virum, ſed ad eam fallendam acceſſerit, & verè deceperit. Sed in hanc expoſitionem aliquid dici poſſet: quia perinde eſt graue detrimentum, & indicat infirmitatem intellectus, decipi ab eo, qui non intendit fallere, ac ab eo, qui in primis curat fallere.

Mulier, quā inepta ad docendū, teſte Apoſtolo.

Quinta ſolutio.
Amb ſca. 12. & ſupra c. 10. in fin tom. 4.
Luc. 2.
Chryſ. ho 9.

Quinta interpretatio producitur. Nam Ambroſius capite duodecimo, ita legit: Adam non eſt deceptus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit. Vt ſit ſenſus: Vir quidem non eſt ſeductus, ita vt fieret mulieri autor præuaricationis, ſed contrà mulier ſeducta facta eſt viro in præuaricatione, id eſt, vt vir præuaricaretur. Sicut Chriſtus dicitur factus in ruinam, & in ſcandalum, & cæcitatem, & laqueum Chryſoſtomus etiam homilia 9. idem indicat: *Idcircò & Paulus: Semel, inquit, mulier*

docuit, & cuncta peruertit, virumque inobedientiæ fecit obnoxium, idcircò vltra non doceat.

Aug. tom. 3.

Et Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. 42. & vltimo: *Mulier ſeducta in præuaricatione facta eſt, id eſt, vt per illam etiam vir præuaricaretur.*

Huius ſolutionis incōmodum: Adā non fuit ſeductus in præuaricatione, ſed mulier, id eſt, Autor præuaricationis, mulier non fuit, ſed contra.

Sed contra hæc dici poſſet, quod nonniſi præceptum fuit Adæ datum, & ab illo præſertim pēdebat eius obſeruatio, & præuaricatio: vnde & Eua poſtquam edit de vetito pomo, non ſenſit ſe nudam; quòd ſi ſenſiſſet, non inſtitiſſet apud virum, vt ederet, ſed vbi vir comedit, ſtatim ambo cognouerunt ſe nudos.

Idem.

Ideò Auguſtinus capite trigeſimo, eiuſdem libri: *Denique verbis*, ait, *non contenta ſerpentis, conſiderauit lignum, viditque bonum ad eſcam, & decorum ad aſpectum: & non credens poſſe inde ſe mori, arbitror quòd putauerit, Deum alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe: Si manducaueritis, morte moriemini; atque ideò ſumpſit de fructu eius, & manducauit, & dedit etiam viro ſecum. Fortaſſis etiam cum verbo ſuaſorio, quod Scriptura tacens intelligendum relinquit. An fortè nec ſuaderi iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* Hæc Auguſtinus. Et de hac re hactenus ſit diſputatum, & concluſum pro hoc verbo, Adamum non fuiſſe ſeductum, ſed Euam.

Soluitur ſeptima dubitatio.

Cur Adæ nō potiùs imperare mulier debuerit grauiùs peccāti.

Ad ſeptimum verò, quo obiectum fuit, peccatum per errorem, & ignorantiam admiſſum non ſolùm nō aggrauare culpam, ſed extenuare, & quamplurimum offenſi animum ad miſericordiam flectere; & ita vir non ſeductus, & tamen peccans, mulieri ſubijciendus erat, à qua vir ſeparatus eſt, quia minus peccauit in eo quòd ſeducta peccauit, & vt dixit Petrus, *A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt*: dicendum eſt, ſeductionem Euæ in illius ſtatus perfectione magis culpabilem extitiſſe, vt quæ à maiori concupiſcentiæ affectu, & ſui ipſius amore eruperit. Vnde ortus eſt diuini præcepti contemptus: imò etiam verbo Dei per incredulitatem derogatum: nam dicēti Deo: In quocunque die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, cùm tamen eſſet ſumma veritas; ſed fidem habuit Satanæ patri mendacij contrarium docenti: *Nequaquam*; inquit, *moriemini*. Vir autem cùm veluti febre æſtuaret amore vxoris pellicientis, comedit penè inuitus, certò ſciens, hanc præuaricationem Deo diſplicere. Simili errore Salomon amore vxorum ſuarum alienigenarum, conſtruxit idolis earum templa, & Aaron vi, & precibus populi, vitulum adorandum propoſuit, non ignorantes ſe in hanc legem Dei præuaricari: ſed ſperabant Deum facilè ignoturum eis.

2. Pet. 2.
Ioan. 8.
Geneſ. 2.
Ioan. 8.
Adæ quale peccatū fuerit, Regiſque Salomonis.
3. Reg. 11.
Exod. 32.

Auguſt.

Vnde Auguſtinus capite 31. eiuſdem libri Geneſis ad literam in fine ſcribit: *Tale quippe pomum credendum eſt fuiſſe in illa arbore, cuius generis poma iam in alijs arboribus innoxia ſenſerant: vnde magis crediderunt, Deum peccantibus facilè ignoſcere, quòd patienter tulerint non cognoſcere, quidnam eſſet, vel cur eos inde cibum ſumere vetuiſſet.* Ex capite vltimo: *Neque enim fruſtrà eſt illud, quod Apoſtolus ait: Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione facta eſt, id eſt, vt per illam etiam vir præuaricaretur. Nam & ipſum dicit præuaricatorem, vbi ait: In ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Seductum tamen negat, Nam & interrogatus non ait: Mulier, quam dediſti mecum, ſeduxit me, & manducaui; ſed, Ipſa mihi, inquit, dedit de ligno, & manducaui: illa verò, Serpens, inquit, ſeduxit me. Ita Salomon vir tanta ſapientia, nunquidnam credendum eſt, quòd in ſimulachrorum cultu crediderit eſſe aliquid vtilitatis? ſed mulierum amori ad hoc malum trahenti reſiſtere non eualuit, faciens quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas quibus deperibat, atque diffluebat, mortiferas delicias contriſtaret.* Hæc ille.

Idem.
2. ſent. diſt. 22. cap. Solet.
Rom. 5.
Geneſ. 3.

Quid eſt, ſeductam Euā in præuaricatione.
Eccleſ. 25.

Seducta eſt, inquit, in præuaricatione, id eſt, Facta eſt tranſgreſſionis rea, ἐν παραβάσει pro εἰς παράβασιν, id eſt, ſeducta fuit, quia à muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Docuit igitur, vt mulier viro ſubderetur, à quo ſe auertendo peccauerat.

Adā Euæ ſuæ coniugi parens, cur nō, vt debebat, eius ſeruitutem incurrerit.

Attende etiam, iuxta peccati meritum, virum debuiſſe ob inſignem ſtoliditatem ſubdi mulieri, cui paruit. Sed hoc feciſſet, ſi non inſtauraſſet eos Deus in Chriſto peccatum dimittens, & nouum merendi ſtatum non præparaſſet, in quo oportebat reducere ad conuenientem ordinem omnia. Bonum autem, ac decēs eſt, mulierem viro ſubdi. Idcircò cùm nouum pactum ſtatui voluit, hoc dictum eſt in illa; *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Quod verò prius erat in antiquo pacto innocentiæ, ob viri dignitatem, licèt longè minus fuiſſet (quia ſocia potiùs erat, quam ſubiecta mulier viro) auctum eſt ob ſuam peculiarem culpam, & facta eſt ſubdita, non tamen ad modum ancillæ, quæ inſtar iumenti quodammodò ſeruit, ſed ſocia, & ſubdita ad opera carnis, domus gubernationem, & domeſticorum, quos ad imperium viri regere debet.

Geneſ. 3.
Eua Adæ, & mulier viro, quatenus fuerit ſubiecta.

Quintæ dubitationis ſolutio.

Ad octauum, & poſtremum dicimus, quod etſi τεκνογονία, id eſt, filiorum generatio, opus ſit naturale; quia tamen in eo eſt libe-

rum

Quomodo ſaluatur mulier per filiorum generationem, ſi generatio opus eſt naturæ.
1. Cor. 10.
Coloſſ. 3.
Orig. ho. 5. in Gen. tom. 1.
Euam vnde ſaluam deducat Epiphanius.
Orig. tom. 2.
Sap. 10.

rum arbitrium vtriusq́ue, viri, & vxoris, & multa prætereà mulier patitur in vtero ꝓpter fœtũ, & in patiendo, & educando prolem, & hæc omnia ad meritum, & ſalutem proueniant, ſi in fide fiant, meritò ad vitam æternam conſequendam facere teſtatur Apoſtolus. Vnde etiam alibi dixit: *Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Vbi verbis illis, *Vel aliud quid facitis*, opera generationis acutè intellexit Origenes: vt iã opera naturalia Chriſtiano ex fide, & gratia operanti, merita æterna reddantur. Saluabitur ergo mulier, quæ vox etiam Euam cõprehendit, & hinc Euæ ſalutem probat Epiphanius in hæreſim 45. & 46. Vtitur ergo Origenes ad Roman. 5. illo loco Sapientiæ: *Hæc illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo.* Quę, inquiens, hęc Sapientia primum hominem de peccato ſuo liberauit, niſi Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia? huic licet ſaluti contradicant Saturninus, Seuerus, Marcion, Tacianus, Valentinus, Archontici, qui ſpeciatim cum Seuerianis mulierem Satanæ opus eſſe blaſphemant, ſerpentis, & mortis aduocati, vt eos vocat, qui primus eos confutauit, Irenæus libr. 1. cap. 30. & 31. & lib. 3. cap. 34. vſque ad 39. incluſum: & Tertullianus libr. 2. in Marcionem ad finem, vbi ponderat, nec ipſum Adam, nec Euam à Deo maledictos, vt reſtitutionis candidatos, vt confeſſione releuatos. Et ita teſte Origene ad Rom. 5. docet, Paulum dicere, ad plures extandi donum, quàm delictum Adæ, quia non ſolùm omnes Adæ filios ſeruauit Chriſti gratia, ſed etiã ipſos peccati autores Adam, & Euam.

Quænam ſapientia Adã primũ hominẽ cuſtodierit, & eduxerit illum à delicto ſuo.
1. Cor. 1.
Mulierẽ Euã reprobatã à Deo, atq; dãnatã, & opus eſſe Satanæ, qui blaſphemauerint.
D. Irenæus.
Tertull. to. 2.
Ad plures cur Dei donum extendatur, quàm delictum Adæ, ſecundũ Originem.
Origenes.
Rom. 5.

Ad illud verò: Ex illis verbis viderentur virgo, & vidua à ſalute præſcindi, eo quod iſtæ filios non generent; reſpondetur virginem, & viduam ab hac ſententia liberas declarari ab Apoſtolo: nam de coniugatis mulieribus hoc loco ſermonem habet: nec excludit à ſalute, quæ meliorem ſalutis ſtatum elegerũt, vt ſint ſanctæ corpore & ſpiritu, & totæ, & integræ Deo ſeruiant: & deinde vidua: nam hæc fructum ſexagecuplũ, vt virgo centeſimum, & cõiugata trigecuplum germinat, iuxta magni Hieronymi interpretationem. Hinc Paulus ait: *Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſicut ego*, ſcilicet, in cœlibatu. Sterilis autem, & quæ non parit, affectu ſaltem meretur; & quia ſe ſubdit viro, vt generet, quantum in ſe eſt.

Si mulierem ſaluat filiorũ generatio, virginem, ac viduã, & ſterilem, quid ſeruabit.
1. Cor. 7.
Matth 13.
Quinam fructum triceſimũ, qui verò ſexageſimũ, ac centeſimũ fetant.
D. Hier. lib. 1. aduerſ. Iouin. tom. 2. 1. in pr.

Addit: *Si permanſerit in fide, & dilectione cum ſobrietate.* Quidam hoc referũt ad mulierem, & virum: aliqui legunt in ſingulari Permanſerit, & ſenſus eſt apertus; alij, vt Græci, & Chryſoſtomus, referunt ad filios; & pluraliter legunt, vt etiam Hieronymus lib. 1. in Iouinianum, circa med. Pelagius in ſuis Commentariolis Hieronymo adſcriptis, refert ad mulieres, vt ſit henallage numeri: nec eſt locutio incongrua, quia vox illa Mulier, vicem collectiui nominis habet, ſub quo plurima indiuidua continentur, vt, Turba ruunt, Forum clamant: nec hoc nouum eſt in Paulo, & Prophetis de numero ad numerum trãſire. Nam ad Galat. 6. *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, huiuſmodi inſtruente in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris?* vbi, & in alijs locis, à plurali ad ſingularem fit tranſitus. Et hæc clauſula opponitur doctrinæ mulierum; ideò per aduerſatiuam ſubditur, Saluabitur autem. Etſi enim fuerit ſecundò condita, & ſeducta, & cauſſa peccati, & propterea non debeat docere; non deeſt tamen illis quod agant, per quod ſaluentur. Conuenit illis in librorum tractatio, ſed liberorum parturitio, & educatio, & inſtitutio. Hoc eſt; Etſi multum ardet deſiderio docendi, habet quos domi inſtituat, liberos nimirum, ſeruos, & ancillas, quas gubernet, dummodò permaneat in dilectione, per quam operatur fides; & ſanctificatione, id eſt, munditia vitę, & morum.

Hæc clauſula: Si permã-ſerit in fide, & dilectione, dupliciter accipiunt.
Chryſ. ho. 9.
Hieron.
Quibus frequens, & familiaris, de numero ad numerũ trãſitio.
Galat. 6.
Pſalm. 124
Propriæ mulierũ functiones.
Geneſ. 2.
Infra 9.

¶ *Cum ſobrietate.* Hieronymo magis placet legere, Cum caſtitate; alijs verò, Cum moderatione, & honeſtate.

Quid, mulierẽ, vel filios permanere in fide, & dilectione cũ ſobrietate.
Galat. 5.
Hi r. li. 1. aduer. Iouinia. circa med.

¶ Quæritur etiam, quod ſalutis ſpẽ habeant, quæ tametſi piæ, & religioſæ ſint, filios tamen habent impios, & irreligioſos, ac maternæ doctrinæ, & inſtitutionis contemptores? Dicendum eſt, Apoſtolum hic nihil dicere de his, quæ piè, & rectè educant proles, (etſi id fieri vix poſſit. Qui enim ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit?) an proles ſint ſaluandæ, ſed officium mulierum ponit, quod ad ſalutem eas ducit, ſi aliud impedimentum non fuerit. Nec eas damnat, quarum filij piam inſtitutionem contemnunt, ſed quale munus matribus incumbat, oſtendit: quod ſi præſtent, ſaluabuntur ſimul cum prolibus obedientibus. Si verò rectè monentibus parere recuſent, nihilominus patres familiàs pro bene pręſtito officio ſuo ſalutem conſequentur. Hinc Auguſtin. aſſerit, mulierem ſeductam in præuaricatione factam, ſaluam fieri per filiorum generationem. Et addidit: *Si permanſerint in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. Quaſi verò poſſit obeſſe bona vidua, vel ſi filios non habuerit, vel ſi ij, quos habuit in bonis operibus permanere noluerint. Sed quia ea quæ dicuntur opera bona tanquam filij ſunt,*

Quæ, mulier filios habeat impios, & immorigeros, vnde ſeruabitur.
Eccleſ. 14
Mulier filios ſuos quomodo potent ſaluare.
B. Aug li 12. de Trinit c. 7. tom. 3
Myſticus illorũ verborũ Pauli ſenſus Auguſtini.

vita noſtra, ſecundum quam quæritur, cuius vita ſit quiſque, id eſt, quomodò agat hæc temporalia, quam vitam Græci non ζωὴν, ſed βίον vocant: & hæc opera bona maximè in officijs miſericordiæ frequentari ſolent. Hæc ille, quæ prorſus myſtica ſunt, ſicut & illud, qui in Commentariol. Hieronym. continetur: *In præuaricatione*, inquit, *fuit mandati. Sed non ideò deſperet mulier, quia per Baptiſmum, quod eſt filiorum generatio, ipſa ſaluabitur, non Eua, ſed credens mulier. Hoc, inquam, myſticum eſt: nam in Baptiſmo non generantur propriè filij, ſed regenerantur, iuxta illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei.* Et de his ſatis.

Pelag. to. 9. operū D. Hieronymi.

Ioan. 3.

DISPVTATIO X.

In illa Apoſtoli verba 3. cap. *Fidelis ſermo Si quis Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, & vnius vxoris virum.*

Primum dubium, ſecundum, ac tertium.

DVBITATVM eſt, quò tendat Apoſtolus hoc exordiolo; Fidelis ſermo, & an reſpiciat iam dicta, an dicenda de Epiſcopis. Deinde, quid ſit Epiſcopatus & nomine & re: Tertiò, an illum liceat expetere: videtur enim celebrare, & commendare tanquàm opus bonum; cùm tamen ad Hebr. 5. deterrere videatur, cùm ait: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*: & an hoc dicat Apoſtolus ad inflammandum homines ad deſiderandum Epiſcopatum. Quartò, quomodò poſſit Epiſcopus eſſe irreprehenſibilis, aut ſine crimine, vt ad Tit. 1. dixit; cùm tamen impoſſibile exigere videatur, & vel ipſe Petrus Paulo reprehenſibilis fuerit; & acutè quidam Ethnicus dixerit: *Nemo ſine crimine viuit*, & iuſtorum, & ſanctorum opera ſoleant eſſe aliorum oculis, & reprehenſionibus expoſita: ita vt irreprehenſibilis ſit nullus, ſaltem à propria conſcientia, vel à dæmone accuſatore, & calumniatore fratrum. Quintò, quid eſt quod ait: *Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum*: quo verbo videtur reijcere cœlibatum Sacerdotum, & Epiſcoporum, ſi Epiſcopus debet eſſe vnius vxoris maritus, & habere debet filios ſubditos cum omni caſtitate. Quòd ſi quis interpretetur: Qui fuerit vnius vxoris vir, non qui ſit; nunquid matrimonium debet præcedere, vt in Sacerdotibus Eccleſiæ Græcæ videmus, vt quis ſit bonus Epiſcopus? Et quæ ſit ratio tanti præcepti, vt excludatur digami; & an digamus ſit, qui duas olim ante Baptiſmum duxit vxores, vt voluit Auguſtinus; an qui poſt Baptiſmum duas accepit, vt contendit Beatus Hieronymus.

Hebr. 5. IV. dubium. *Tit. 1.* *Galat. 2.* *Cato.* *Apoc. 12.* Quintum.

Digamus quinam Auguſtino, qui Hieronymo inferius citandis.

Solutio primæ quæſtionis.

Quid agat Apoſtolus in hoc capite.

Ad primam dubitationem reſpōdemus: Hactenus Apoſtolus munus eſſe Epiſcoporum docuit, ſe opponere falſis miniſtris, qui ſecùs prædicant, atque præſcribit Euangelica doctrina: deinde orandi formam tradidit tam viris, quam mulieribus ſeruādam in publicis precibus: iam de eligendis Epiſcopis, & Eccleſiæ miniſtris diſſerit, quia ſumma ſalutis omnium in bona eorum electione verſatur, & in illorum ſiniſtra, & parum legitima promotione magnum Eccleſiæ ſcandalum, & magnus animarum interitus poſita ſunt. Et primum illud verbum, *Fidelis ſermo*, (Ambroſiꝰ vertit, Humanus quaſi χρηςὸς, legerit, non πιςὸς, etſi libro de dignitate Sacerdotali, capite 4. in principio vertit, *Fidelis*) id eſt, verus, & amabilis, & indubitatus, vt teſtatur Chryſoſtomus, & Theophylactus, & OEcumenius, ad ſuperiora referenda ſunt: quòd videlicet parētes per rectam filiorum educationem ſint ſaluādi: ſicut & illud; *Scimus quia verum eſt teſtimonium eius.*

Ex quo communis Eccleſiæ ſalus, vel malum pendeat.

Idem tom. 4.

In fidelis ſermo quid ad præcedentia ne, an ad ſequentia pertineat.

Chryſ. ho. 9. Oecum. c. 5. in fin. *Ioan. vlt.*

Ambroſiꝰ verò prædicto loco de dignitate Sacerdotali, ad ſequentia quæ dicturus eſt, accommodat, ſicut & Apocal. 21. & 22. *Hæc*, inquit, *verba fideliſſima ſunt, & vera*, ſcilicet, quæ ſequuntur: ac ſi diceret. De quo ſum locuturus, veraciter loquor, & non ex proprio capite conficta.

Secundus ſenſus Ambroſij. *Apoc. 21. Infrà 22.*

Haymo, & Petrus Lombard. ad vtrumque explicant. Et hac locutione ſolet ſibi Apoſtolus audientiam conciliare, vt qui legunt aduertant. Et præmitti ſolet magis quam ſequi, vt ſupra, Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et in poſteriori epiſtol. *Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus.* Et ad Titum. *Fidelis*, inquit, *ſermo, & de hoc volo te confirmare; vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo.*

Tertia Haymonis, & Petri Lōbardi. *1. Tim. 1.* *2. Tim. 2.* *Tit. 3.*

Ad ſecūdam dubitationem: Nomen Epiſcopatus non eſt aliud quam cura, & ſuperintendentia in alios, non autē dignitas, vel ſuperioritas. Et vt hic aſſerit Chryſo. ex eo dicitur Epiſcopus, quod cūcta inſpiciat atq; ſpeculetur. Idem docet Hier. in epiſt. ad Euagrium. Eſt enim vox Græca ἐπίσκοπος, Superintendens, obſeruator, explorator, viſitator, & curator. Ambroſ. dicto lib. cap. 6. vocat ſuperinſpectorem. Martinus Polonus teſtis eſt, B. Clementem ſtatuiſſe, vt Cathedra Epiſcopalis in eminētiori loco poneretur, in quo reſidens Epiſcopus, &

Solutio quæſtionis ſecundæ.

De nomine Epiſcopatus quid ſonet.

Chryſ. eadem homil. Hiero. epiſt. 85. ſub init. tom. 2. Ambroſ. Martinus Polonus.

Cuius decreto Pontifici

omnes

Google

Romani ſedes Epiſcopi edito in loco poni cœpit.
Homerus.

omnes circumſpiceret,& ab omnibus conſpiceretur. Deniq; in Scripturis,& in prophanis autoribus illi qui alijs præſunt, ſiue in pace,ſiue in bello , Epiſcopi vocantur. Hinc Homerus lib.10.Iliad. Dolonem exploratorem bis Epiſcopum vocat , vt habes in verſione Laurentij Vallę in illum locum:& Reges,Epiſcopos appellandi gratia alibi idem Poeta nominat. Euſebius quoq; Cæſarienſis Conſtantinum appellat , quaſi communem quendam Epiſcopum à Deo conſtitutum,Epiſcorumq; conſortem factum,ea,quæ ad pacem Dei faciebant,vniuerſis diſpenſantem.Eius hæc ſunt verba: *Et quanquam communiter erga omnes ſe talem præſtitit:tamen Eccleſiæ Dei eximiam,& peculiarem curam adhibeat,cum quidam inter ſe in diuerſis locis diſſenſione diſcordarent , tanquam cõmunis Epiſcopus à Deo conſtitutus , miniſtrorum Dei coegit Concilium : & in media iſtorum frequentia,ac congreſſu adeſſe,& vna conſiderare nõ dedignatus,rerum in deliberationem vocatarum ſe fecit participem:eaſq; res,quæ ad communẽ pacem ſpectabant,omnibus procurauit.* Et libr. 4. vitæ eiuſdem,cap.24. Conſtantinum conuiuio Epiſcopos excipientem dixiſſe ſcribit:*Vos,*inquit,*intra Eccleſiam,ego extra Eccleſiam à Deo Epiſcopus conſtitutus ſum.* Hæc ille, Ioanne Chriſtophoro , Iono interprete. Quod rectè eſt intelligendum. Non enim ea ratione ſe vocat epiſcopum , qua alij erant,quia hoc eſſet ſacra miſcere profanis; ſed epiſcopus erat, hoc eſt,inſpector & prouiſor eccleſiæ in temporalibus quatenus à Deo ſortitus erat Imperium. Cornutus, ſiue Fornutus lib.de Natura Deorum , eleganter vocat Apollinem Muſarum Epiſcopum. Et Fauſtinus lib.de fide contra Arrianos,cap. 2.Ariſtotelem Arrianorum Epiſcopum appellauit. Erant etiam Athenis magiſtratus quidam , qui Epiſcopi dicebantur: & erant propriè Prætores miſſi ad ius dicendum oppidis eorum , qui ſub eorum imperio,& ditione erant. Apud Plutarchũ verò in vita Numę Põpilij , Põtifex Max.ſacrarum virginum dicebatur epiſcopus,id eſt,Præfectus ,& cuſtos. Dorianus verò libr.8.teſtatur:*Epiſcoporum munus apud Indos erat,quid in quaq; religione fieret, ad Reges & Magiſtratus fideliter referre:* quod videtur opus eſſe viſitatoriũ.Cicero verò ad Atticum lib. 7. ſe vocat oræ Campaniæ Epiſcopum: *Vult,*inquit, *me Pompeius eſſe , quem tota hæc Campania , & maritima ora habeat Ἐπίσκοπον,ad quem delectus,& ſumma negotij referuntur.* Et lib.11.ad eundem vocat Phaſælum Epiſcopum nauem exploratoriam ; quamuis ἐπισκοπεῖν,locus ſit , & ſtatio Epiſcopi.

Euſeb. Cæſ li. 1.de vita Cõſtant c. 47.

Imperatur Cõſtantinus qualis Epiſcopus ſecũdum Euſeb.

Idem.

Fornutus autor.
Fauſt Fauſtinus circa fin. c & operis.
Quorũ Epiſcopus Ariſtoteles Ethnici quos Epiſcopos nominarent.
Plutar to.1.

Epiſt quæ incipit. Quaſo quid hoc eſt, in fine.

Epiſt cuius initium eſt Quinto Non Conſcendens,enit.

Arcadius Imperat.ff.de Muner.&hono. l.ſing.*Epiſcopi,*inquit,*præſunt pani , & cæteris venalibus rebus,quæ ciuitatum populis ob quotidianum victum ſuggerunt*(vt ſcilicet iuſto pondere,&pretio vendantur)*perſonalibus muneribus funguntur.*Hæc ille.

Similiter in Scripturis Veteris Teſtamenti à Septuaginta interpretibus Græcè loquentibus , nomen Epiſcopi non eſt infrequens. Nam Nehemias cap. 11. Leuitarum Epiſcopos vocat eos , qui cæteris præſunt. Et 1.Machabæor.1. dicitur,Ἐποίησεν ἐπισκόπους;id eſt , præpoſuit Principes; Dauid etiam , *Epiſcopatum eius accipiat alter :* id eſt,Præfecturam. Et Eſaias cap. 60. loquens de gratia Noui Teſtamenti : *Ponam,* inquit,*viſitationem tuam pacem , & propoſitos tuos iuſtitiam.* Vbi Septuaginta habent:*Et Epiſcopos tuos in iuſtitia.* Vnde Chryſoſtomus in homil.aduerſus Gentiles, probans quod Chriſtus ſit Deus, in hæc verba ita ſcribit: *Et neque ipſum Sacerdotum nomen obticuit. Epiſcoporum nomen dico. Conſtituam enim principes tuos in pace,dicit. Et Epiſcopos tuos in iuſtitia.*

Scripturæ veteres vbi nomen vſurpẽt epiſcopi.

2.Eſd.11.
Pſal 108.
Act. 1.
Eſa. 6.

Chry.ante med. Demonſtrat. to.3.circa fin.

Vbi etiam Hieronymus admiratur Scripturæ ſanctæ maieſtatem, quòd Principes futuros eccleſiæ Epiſcopos nominauit, quorum omnis viſitatio in pace eſt , & vocabulum dignitatis in Iuſtitia, vt nequaquam accipiant perſonas in iudicio,nec audiatur quippiam iniquum in terra eccleſię, neque contritio, & infidelitas in terminis eius.

Hier.to. 5. Illud Eſaiæ: Ponã viſitationẽ tuã pacẽ, & præpoſitos tuos iuſtitiã, quò quadret Epiſcopis.

Ex his igitur omnibus allatis colligimus,quid ſignificet vox epiſcopi , & quam varium eſſet munus eius,& quam aptè cõpetat magiſtratui ſacro eccleſiaſtico in Euangelio.

Hoc ergò nomen ſi caſtrenſe eſt, & militare,agnoſcere debet epiſcopus, ſe in eccleſia militanti exercitum ducere contra dæmones , & peccata , & illum armare panoplia,& clamare,& quaſi tuba ad bellum excitans exaltare vocem ſuam. Debet etiam alijs dormientibus excubias , & quaſi exploratorem,& ſpeculatorem agere, & annunciare hoſtium aduentum,& excitare eos,ne Dominus perditas oues inueniens, earum ſanguinem de manu ſpeculatoris requirat.

Epiſcopi militię Chriſtianę ſunt duces ac principes excubitoreſque.
Eſai 54.

Ezech 33.

Sin verò magiſtratum ciuilem ſignificet vel cuſtodem ſacrarum virginũ , cui ex officio incũbat ius dicere in ſubditos:epiſcoporũ quoq; munus erit de pane verbi Dei, ſiue Euchariſtiæ proſpicere , & de vniuerſo victu,quo cuncti veſci debent. Debet etiam proſpicere de piſtoribus,qui illũ panẽ cõficiant,& benedictione cõſecrent; cõſe-

Ijdem Reip. Chriſtianæ præfecti ſunt ac procuratores.

Myſtici Eccleſiæ paſtores qui ſint.

cratum verò & benedictum Deo offerant, & populo ſancto adminiſtrent. Iſti enim ſunt Sacerdotes, quos ordinare Epiſcopi officium eſt, vt viſitare populum ſibi cõmiſſum, & in fidem, & mores eorum inquirere. Vnde Petrus dixit: *Vt ex bonis operibus vos cõſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis*: vbi Grecè habetur ἐπισκοπῆς, quaſi pars Epiſcopatus ſit viſitatio, & neceſſariorum prouidẽtia. Quemadmodum etiam dixit: *Prouidentes non coactè*. Vbi Græcè etiam legitur ἐπισκοποῦντες, vt notauit Hieronymus ad Euagrium.

1. Petr. 2.

Infrà 5.

Hier. ep. 85. in prim. to 2.

Sacrarũ vt ſit virginum cuſtos Epiſcop⁹. 1. Tim. 5.

¶ Incumbit ei etiam curam gerere virginũ, quomodò ſcilicet illæ Deo ſacratæ ſanctè viuant, & Deo promiſſam caſtitatẽ ſeruent; ne ſint de numero illarum, quas infra dicit habere damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt.

Apoſtolatũ Propheta Epiſcopatum quare nominauerit. Pſal 180. Act. 1.

¶ Quis igitur non videat, omnia munera, quę olim profanis competebant Epiſcopo Chriſtiano aptiſſimè conuenire? vt non immeritò nomen Epiſcopatus pro Apoſtolatu ſumptum ſit à Dauide, & à B. Petro Actor. 1. & Sedis Apoſtolicæ paſtor, Epiſcoporum vocatur, quia ille vt Chriſti Vicarius, cæteris Epiſcopis præeſt, & eorum defectus ſupplere; quoad poteſt, & corrigere debet. Deniq; Petrus Chriſtum vocauit Epiſcopum, & Paſtorem animarum noſtrarum. Vt Epiſcopus idem ſit qui paſtor, qui doctrina, exemplo, precatione, & gubernatione eccleſiam ſuam tuetur.

1 Petr. 5.

Epiſcopus qualis paſtor Eccleſiæ.

Cemerè, ac impudenter Lutheranos, rerum ſpiritualiũ Præfectos ſuperintendentes appellare, ſanctos verò in beatos mortuos, vel defunctos.

¶ Accuſandi tamen ſunt hæretici noſtri ſeculi, quia nomen Epiſcopi, quo frequentiſſimè Paulus, & eccleſia vtitur, fugientes, eos qui ſibi in ſpiritualibus pręſint, paſtores, non Epiſcopos, ſed ſuperintendẽtes vocant: vt non tantùm illos intelligas à nobis differre in rebus ipſis, ſed etiam vocibus. Sicut etiam eos, qui piè in Chriſto vixerũt, & defuncti ſunt, non ſanctos, vt tota eccleſia conſueuit appellare, noua, & inſolita eccleſiæ voce mortuos vocant.

Epiſcoporũ nomen eſſe oneris, non honoris.

Hier ep. 83 poſt med to. 2

Quòd verò Epiſcopatus nomen miniſterium, operã, & laborem denotet, teſtãtur Patres vniuerſi ferè, ſed ex multis lege Hieronymum epiſt. ad Oceanum. Verba eius ſunt: *Si quis*, inquit, *Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat: opus, non dignitatem; laborem, non delicias: opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio*. Auguſt. li. de Ciuit. Dei, c. 19. *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Exponere voluit, quid ſit Epiſcopatus: quia nomen eſt operis, nõ honoris. Græcũ eſt enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens: ἐπὶ quippe, ſuper, σκοπὸς verò intentio eſt: ergo ἐπισκοπεῖν, ſi velimus, Latinè ſuperintendere, poſſumus dicere: Vt intelligas non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe*. Theodoritus: *Non accuſat ſimpliciter cupiditatem, ſed ambitionem, & magiſtratus gerendi deſiderium: & docet, non honorem, ſed virtutem appetere: non deſiderare dignitatem, ſed dignitatis officium inquirere*. Theophylactus: *Si quis expetit*, inquit, *præſulatum, aut præfecturam, non prohibeo: opus enim, & laborem deſiderat: ne igitur dominatum, aut autoritatem ſolum expetat*. Chryſoſtomus quoque: *Si quis*, inquit, *Epiſcopatum deſiderat, nõ culpo, non improbo, opus quippe regiminis eſt. Si quis hunc idcirco appetit, non principatus, ac dominationis faſtu, verum cura regiminis, & charitatis affectu, non improbo*, inquit, *bonum quippe deſiderat opus*. Et paulò poſt: *Si quis igitur ita deſiderat, deſiderat benè*. Et Ambroſius in hæc verba: *Quoniam Epiſcopum bona vita eſſe oportet, idcirco qui Epiſcopatum cupit, bonum opus deſiderat. Hoc enim cupiens, bonam vitam appetere videtur. ſi tamen non ab ijs declinet, quæ in ſubiectis habentur, ne ambitione, & deſiderio pecuniæ hoc egiſſe videantur*. Et hactenus nobis ſit de nomine Epiſcopi, & re ipſa dictum.

Aug. to. 5.

Vnde ductũ nomen Epiſcopi ſecundum Auguſt.

Theod par. 2.

Theophyl.

Chryſ hom. 10. in prin.

Amb. to. 5.

An verò Epiſcopi nomine ſimplices complectantur Sacerdotes, an non, inferius erit nobis examinandum.

Quid ſignificet: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

Senſus autem dilecti illius Apoſtolici eſt: Qui deſiderat alios ad ſalutem adducere, & eis proſpicere, inſigne & valde bonum opus deſiderat: & qui nunc vitam ſuam, & ſtudia ita componit, vt quandoq; verbo, & exemplo fideles ſalutariter paſcat, deſiderium ſanctum habet.

Ad II. dubit. An liceat Epiſcopatum expetere.

Eccleſ. 7.

Ibidem.

Tertiò dubitatum fuit, quomòdo hæc Apoſtoli ſententia conueniat cum his, quæ alibi docet, vt Hebr. 5. *Nemò ſumit ſibi honorem*, & cum his, quæ Spiritus ſanctus tradit: *Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris*. Et infra: *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates*. At expetere Epiſcopatum, quid eſt aliud quam quærere ducatum? nam paſtoris eſt oues ducere, & Epiſcopi iudicare cauſas conſcientiæ, & de illis, ſiue abſoluendo, ſiue damnando, ſententiam pronunciare.

II ratio difficultatis iſti⁹.

Adhæc redditur obſcura hæc ſententia propter terrena bona, quæ epiſcopatum circumſtant, & in inſigni opere adiacent, ad quæ vt plurimum carnales ſpectare ſolent: vt eſt locus ſuperior, honor, dominium, diuitię, quę magnu affectu expetuntur, non autem fructus, quem homines ſuperiori loco faciunt. Et propterea difficile redditur, an expediat epiſcopatum appetere.

Colli-

I opinio Caietani, quę reſellitur.

Colligit verò Caietanus ex verbis Apoſtoli, epiſcopatũ deſiderare ex proprio genere, nullum eſſe peccatum, ſed eſſe expetere pręclarum opus, hoc eſt, alienis commodis ſuperintendere. *Secus autem eſt*, inquit, *de appetitu gradus, honoris, prouentuum, & huiuſmodi. Nihil enim horum eſt opus bonum, cum nec ſit opus.* Hæc ille.

Deſiderium boni, & deſiderium bonum differunt.

Sed hæc ſententia mirabilis eſt: nam ſi hæc debitè cõſequantur, & mihi liceat primum expetere, cur non & ſecundum, videlicet honorem, & prouentum, conſequenter tamen? Nec verum eſt, quòd deſiderare opus bonum ex officio, vt ſignificat vox epiſcopatus, ſit ſemper licitum, quia aliud eſt eſſe deſiderium boni, aliud deſiderium bonum: nam hoc ſecundum non poteſt eſſe non peccatum, cum bonum quod deſideras, non benè deſideres, id eſt, neq; piè, neque prudenter. Vt verbi gratia, Angelus primus, & primi parentes bonum aliquod deſiderarunt, expetentes diuinum quid: Dathan & Abiron Sacerdotium expetierunt, & Ozias Rex thurificare voluit: non tamen benè, quia per vim ſe obtulerunt, & rapere voluerunt. Vnde Auguſtinus lib. 16. de ciuitat. Dei, cap. 19. *A ſtudio*, inquit, *cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus verò ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ, atque intuendæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.* Hæc ille, oppoſitam Caietano doctrinam tradens, longèque tutiorem, ac veriorem.

Eſa. 14.
Apoc. 12.
Gen. 3.
Num 16.
2. Paral. 26.
B. Aug.

Tres ob cauſas magiſtratus eccleſiaſtici expeti non debent.

Expetere ergò magiſtratum eccleſiaſticum, nequaquam licitum eſt, ſiue ob loci altitudinem, quia ſpecies arrogantiæ, & præſumptionis eſſe videtur, ſibi tribuere maiorem charitatem, & prudentiam ad alios regendos, & rectè gubernandos: ſiue ob honorem, & propriam ſui ipſius reuerentiam captandam, quia eſſet ambitio, cum tantum virtuti honos debeatur: ſiue ob diuitias, & commoditates, quia hęc eſſet auaritia, & omnium malorum radix cupiditas.

1 Tim. 6.

Licitum tamen eſt virtutes, quibus benè præſit, appetere, & à Deo poſtulare.

Tom 2. operũ D. Chryſ. Matth. 20.

Subſcribitur ſententię Auguſtini Chryſoſtomus, vel quiſquis ille fuit incertus autor, qui imperfectum opus edidit in Matthæum, hom. 35. ſuper illud: *Et audientes decem, contriſtati ſunt de duobus fratribus. Opus quidem*, inquit, *bonum deſiderare, bonũ eſt: primatum autem honoris concupiſcere, vanitas eſt. Primatus enim fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe, odit.* Hæc ille.

Quorſi magnopere Epiſcopalis ambitio fugiẽda, atque deteſtanda.

Quòd ſi tantum epiſcopatũ appetere, peccatum eſt, quanto magis pro eo litem intẽdere alteri, aut pecunia decertare, & corrũpere electores, aut ſeſe ingerere, & obtrudere: vt quoſdam feciſſe in ſcripturis legimus? & Dominus petitionem filiorum Zebedęi ad excelſos gradus eccleſiæ reprobauit dicens, *Neſcitis quid petatis*.

Ibidem.

Cui quando liceat ſe in Epiſcopatum ingerere.

Poſſet tamen euenire, vt ciuitas aliqua in fide periclitaretur, ſi certus aliquis in epiſcopatum eius non aſciſceretur: & tunc ſine dubio liceret Catholico ſe in epiſcopatum ingerere, & omni ratione, & conatu cõtendere, vt ſibi cõferatur: quemadmodũ Greg. Nazianz. in Conſtantinopolitana eccleſia conſilio Baſilij, & aliorum ſanctorum virorum feciſſe legitur.

Diſſuadeatne, ac terreat Apoſtolus an ſuadeat Epiſcopatum appetere.
3. Ioan 9.

An verò ad deterrendum potius hoc dictum ſit à Paulo: quia plures ad illum properabant, vt Diotrepes tertia Ioannis Canonica; an ad alliciendum, & inflammandum, quia tunc pauci erant Chriſtiani, qui vellent præeſſe, & epiſcopatus eo tempore ſine honore, & diuitijs erant, & periculo propter infideles expoſitus magiſtratus: meritò dubitatum eſt. Et dicendum, epiſcopatum præclarum eſſe opus, ſed non leuiter à quouis expetendum: ideò declarat munia eius præſtantiſſima, vt ponderent homines an tantum habeant in bonis, quò poſſint illis facere ſatis. Quod eleganti verbo etiã notauit Apoſtolus, cũ dixit ἔργον, id eſt, opus. Significat enim hęc vox Gręca nõ tantum apud Gentiles, ſed etiam apud ſanctos autores arduã, & difficilẽ prouinciam, præſertim cũ infinitiuus eam vocem ſequatur. Quẽadmodũ Iſidor. Peluſiota in ep. ad Pallad. contra Ἀρχοντιῶντας ſcribit, *Ex illo*, inquit, *pendent omnium ſubditorum neceſſitates, probationes eorũ qui ordinantur, potus ſitientium, cibus eſurientiũ, vinctis, viduæ, iniuriã paſſi.* Et Prou. 20. habetur: *Virũ fidelẽ quis inueniet?* pro quibus LXX. interpretes habent Ἄνδρα πιστὸν ἔργον εὑρεῖν, id eſt, *Virum fidelem difficile eſt inuenire.* Poeta eo ſenſu dixit:

Iſidorus Peluſiota de Epiſcopali munere quid ſentiat.
Prouerb 20.
Virg. 6 Æn. ſub init.

Sed reuocare gradum, ſuperasq; euadere ad auras,
Hoc opus hic labor eſt.

Bonum ergò opus, hoc eſt, præclarum, ac proinde arduum. Et confirmatur d. Apoſtolo Diataxi per Clementem li. 2. c. 29. nã alloquens Epiſcopos, ait: *Quemadmodum vos Epiſcopi eſtis* (laicorum ſcilicet) *ita Epiſcopum habetis Chriſtum. Vt igitur ille omnium veſtrorum Epiſcopus eſt, ſic vos laicorum vobis ſubiectorum. Nolite enim exiſtimare, facile, vel leue,*

Clem Rom. circa med capitu.

Epiſcopi laicorũ typus, Apoſtolorũ teſtimonio talis.

eſſe epiſcopatus onus. Conuenit igitur, vt quemadmodum onus ſuſtinetis ipſi, ita quoq; fructuũ primi participes ſitis, & egentibus partem ſuppeditetis, ſcilicet primitias, alimenta, &c.

Idem indicat etiam quod ſequitur: *Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe:* nam illa cauſali, *enim*, indicat Apoſtolus ſe reddere rationem, quam difficile opus ſit, Epiſcopatus munia præſtare. Nam id quærit in primis, quod difficillimum eſt, nempè eſſe irreprehenſibilem, quod pauciſſimis contingit. Gregorius etiam part. 1. Paſtoralis curæ, cap. 8. docet, quod Apoſtolus dixit: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, illo in tempore hoc dictum quo quis qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur. Et tamen laudans Epiſcopatus deſiderium Apoſtolus, in pauorem vertit protinus quod laudauit, cum repentè ſubiungit: *Oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Cumque virtutum neceſſaria ſubſequenter enumerat: quæ ſit irreprehenſibilitas ipſa, manifeſtat. Et fauet ergò ex deſiderio, & terret ex præcepto: ac ſi apertè dicat: Laudo, quòd quæritis, ſed prius diſcite quid quæritis; ne dum voſmetipſos metiri negligitis; tantò fœdior veſtra reprehenſibilitas appareat; quantò & à cunctis conſpici, in honoris arce feſtinatis. Hæc diuinus ille Pater.

Greg. to. 2. in princ.

Quo tẽpore, vt Greg. teſtatur, dictũ ab Apoſtolo: Si quis epiſcopatũ deſiderat, bonum opus deſiderat.

I. ratio, cur religionẽ liceat non epiſcopatũ deſiderare.

Ioan. vlt.

Quòd autem liceat religionẽ expetere, non autem epiſcopatum, inde eſt, quia ab eo exigitur vitæ perfectio, de qua Dominus interrogauit Petrum: *Diligis me plus his?* ſed ad religionem non exigitur perfectio, cum ipſa nihil aliud ſit, quam via ad perfectionẽ, de qua Dominus dixit: *Si vis perfectus eſſe:* nõ ait, Si es perfectus. In Epiſcopo enim eſt neceſſaria perfectio actiua, vt alios perficiat at in religioſo paſſiua, ſiue vt perfectibilis ſit, vt ita dicam. Eſt ergò arrogantiæ plenum, ſe reputare perfectum: nullum autem vitium eſt perfectionem expetere, vt facit Monachus. Deinde qui religionem appetit, ſubdit ſe alijs ad ſpiritualia capienda: ſed qui tranſit ad Epiſcopatum, ſublimatur ad hoc vt alijs proſpiciat: quem nullus ſibi debet aſſumere, niſi vocatus à Deo, tanquam Aaron.

Matth. 19.

II. ratio.

Heb. 5.

Ad illud: Ego ex charitate epiſcopatum deſidero.

Quòd ſi quis dicat: Ego ex charitate appeto Epiſcopatum; rectè quidem dictum. Sed aduerte ne fallaris, & in cauſa propria iudex eſſe velis. Charitas enim, vt Apoſtolus ait, non eſt ambitioſa; & non amat periculum, quo labatur. Vide ergò, ne tui ipſius amor, charitatis veſtibus indutus, videatur tibi pura dilectio, ac diuina charitas.

1. Cor. 13.

Eccleſ. 3.

Ad quartum, proponitur prima conditio, Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem debere. Vbi nota, loco cauſalis, Enim, Græcè legi, Ergò, & ita legunt Ambroſius, & Hieronymus, & accipiendum eſt expletiuè: *Videamus ergo*, inquit, *qualis debeat eſſe Epiſcopus:* Verbo Oportet, ea quæ valdè neceſſaria ſunt, & ſine quibus vix dici Epiſcopus valet, quæque omniſariam eum exornãt, denotantur. Vox, Irreprehenſibilis, Græcè dicitur ἀνεπίληπτος, ad Titum verò pro hac voce poſuit ἀνέγκλητος hoc eſt, ſine crimine vel accuſatione, ſiue, vt ſic dicam, incriminabilis, id eſt, de quo nemo iuſtam habeat querelam. Decet enim, vt is qui ponitur ad reprehendendum, ipſe irreprehenſibilis exiſtat, ne dicatur ei, *Medice cura teipſum*, vel illud: *Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.* Reprehenſione enim dignus exiſtit; qui in alijs minora reprehendit, cum ipſe maioribus obnoxius ſit. Et fortè loquitur de eodem peccato, vt declaret, idem peccatum, quod eſt in ſubdito feſtuca, eſſe in prælato trabem, in quem omnes omnium oculi ſubijciũtur, & quem pro ſpeculo, & exemplo populus habere debet.

Soluitur IV. dubit.

Deeo quod irreprehẽſibilẽ (quod eſſe nequit) vult eſſe Epiſcopũ Apoſtolus,

Ambr. tom. 5.

Hier ep. 83. ad Oceanũ, poſt med. to. 2.

Quid eſſe irreprehẽſibilẽ.

Tit. 1.

Epiſcopi, vel Antiſtites nõ irreprehẽſibiles, quib. vocibus expoſiti.

Luc 4.

Matth. 7.

Dicitur autem ille irreprehenſibilis, qui non habet crimina, aut vitia, oculis omnium ſubditorum patentia, nam humanis quibuſdam defectibus, veluti næuis, vix quiſpiam quantumlibet ſpiritualis carere valet. Dixit enim acutè quidam Ethnicus:

Irreprehẽſibilis quis ille.

Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur.

Horat. lib. 1. ſer. ſatyr 3. parum à med.

Nemo etiam eſt, quẽ conſcientia interdum non redarguat; quare de his non eſt ſermo. Ideò rectè idem Paulus, quod hic dixit irreprehenſibilem, alibi expreſſit, *Sine crimine.* Eſt enim crimen, flagitium magnũ, aut peccatum generans ſcandalum & infamiã. Minora verò delicta, ac leuia, quandoque permittit Deus in ipſis Epiſcopis; vt quam à Deo petunt remiſſionem, & gratiam ipſi Epiſcopi in alios ab ipſis petentes largiter diffundant. Rectè proinde dixit Sedulius: *Non quo eo tantum quo ordinatus eſt, ſine vllo ſit crimine, & præteritas maculas noua conuerſatione deleuerit, ſed ex eo tempore quo in Chriſto renatus nulla peccati conſcientia mordeatur. Quomodo enim poteſt præeſſe Eccleſiæ, auferre malum de medio eius, qui in delictũ ſimile corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe quæ corripit?* Hæc ille.

Tit. 1.

Crimẽ quid ſit: Epiſcopi leuiter interdũ cur, Deo permittente, delinquant.

Sedulius.

Epiſcop⁹ cur eſſe debeat ſine crimine.

Pondera deinde, peccatum poteſtatem, aut eius vſum non adimere, ſed tantum

Epiſcopum gratiam Dei

reddere

poſſe, non poteſtatem amittere.

reddere Epiſcopum, & eius poteſtatem contemptibilem. Rectè proinde veteres Patres diſtinguunt inter Peccatum, & Crimen: vt idem ſit irreprehenſibilis, qui immaculatus, & inculpatus vocatur, & tantum differunt, quantum feſtuca differt à trabe.

Chry. hom. 10 mt. ferè.

Cbryſoſtomus hoc loco ait: *Irreprehenſibilem: hoc vnico verbo genus omne virtutis expreßit. Itaque qui ſibi vel leuis culpa conſcius eſt, malè profectò facit, eam rem appetetens, qua indignum ſe per opera facit. Non enim decet huiuſmodi regere, ſed potius regi. Eum quippe, qui regendos alios ſuſcipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt inſtar Solis cæteros veluti ſtellarum igniculos, in ſuo fulgore obſcuret. Debet huiuſmodi vitam habere immaculatam, atque compoſitam, vt omnes in illum, & in eius vitam, veluti in exemplar aliquod excellens intueantur.*

Qui regẽdos alios ſuſcipit quita deceat gloria virtutis excellere teſte Chryſo.

Theodorito quid eſſe Epiſcopũ irreprehenſibilem. *Part. 2.*

Theodoritus interpretatur, Irreprehenſibilem, id eſt, nullam dantem occaſionem iuſtæ reprehenſionis. Illud enim, Irreprehenſibilem, non idem dicit quod, Calumniæ non obnoxium, aut in quem non poteſt intendi calumnia. Nam ipſe etiam Apoſtolus ſubijt omnis generis calumnias, (& diabolus ſæpè calumniatur iuſtos; & innocentes pro ratione nominis ſui.) Quin etiam iubet Dominus eos contemnere qui fruſtra ſcandalizantur. Cum enim dixiſſent Apoſtoli: *Scis quod Phariſæi audito hoc ſermone ſunt ſcandalizati?* reſpondit: *Sinite eos, cæci ſunt, duces cæcorum.*

Matth. 15.

Epiſcopi conditiones quas Apoſtolus neglexerit.

Eſt ergò princeps cõditio ad Epiſcopatũ non quidem nobilitas, aut ſcientia, aut facultatum opulentia, aut aliud quicquam, ſed vitæ ſanctitas, & cæteræ omnes conditiones ad hanc videntur ſpectare. Nam ſi quis verbi gratia, Epiſcopus fuiſſet bigamus, aut ebrius, aut inhoſpitalis, aut percuſſor, aut vinolentus, aut neophytus, reprehenſione minimè careret.

Ad V. dubit. Quomodo intelligendũ Epiſcopũ eſſe debere vnius vxoris virum.

Quinta dubitatio fuit circa illa verba: *Vnius vxoris virum:* (Cui addit Apoſtolica diataxis lib. 2. Clementis, c. 2. Qui ſit vnius vir vxoris, quæ quidem ſemel nupſerit) quomodo veniant aptè, & Catholicè intelligenda. Et quia multa dicta ſunt in hunc locum ab antiquis, & recentioribus noſtri ſeculi hæreticis, non poteſt eſſe niſi operę pretiũ, diligentius, & preſſius præſentem locum diſcutere.

I ſolutio: *Theophyl.*

Quatuor igitur ſenſus huic ſententiæ attributos lego. Et vt incipiam à leuioribus, & minus ſolidis, Theophylactus recenſet hoc loco quoſdam ſenſiſſe citra omnem rationem, Apoſtolum hæc de Eccleſia dicere: *Ne tranſeat*, inquit, *ab Eccleſia ad Eccleſiam*; hoc enim totum eſt adulterium. Hæc ille ſcripſit, & ante eum beatus Hieronymus in epiſtola ad Oceanum, vbi habet: *Quidam coactè interpretantur, vxores pro Eccleſiis, viros pro Epiſcopis debere accipi. Et hoc in Nicena quoque Synodo à Patribus eſſe decretum. ne de alia ad aliam Eccleſiam Epiſcopus trãſferatur: ne virginalis paupercula ſocietate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus.* Et ante hos omnes B. Ambroſius intellexit, in his verbis inhiberi duas ſimul vſurpare eccleſias. Monet etiam, ne poſt Catholicum dogma inueniatur Epiſcopus ſenſum habere hæreticum. Audi eius verba libro de dignitate Sacerdotali, cap. 4. initio, dum explicat illud: *Vnius vxoris virum: Si ad ſuperficiem tantum literæ reſpiciamus, prohibet bigamum Epiſcopum ordinari. Si verò ad altiorem ſenſum conſcendimus, inhibet Epiſcopum duas habere vxores. Et ſi adhuc introrſus profundiora perſcruteris, monet, ne poſt Catholicum dogma ſenſum inueniatur Epiſcopus habere hæreticum.* Hęc ille.

Hier. epiſt. 83. ante med.

Con. Nic. c. 4.

Amb. to. 2.

Quibus fauere videatur hoc dictum Apoſtoli.

Solent ergò hunc locum quidam detorquere, diſputantes cõtra eos, qui plures eccleſias Cathedrales, aut plura beneficia curam animarum habentia ambiunt: & qui ſecus ſentiunt, ſolent illis obijcere: oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris, hoc eſt, vnius Eccleſiæ, virum.

Hic ſenſus prior: Vnius vxoris vir Epiſcopus ſit, id eſt: Ne de vna ad aliam Eccleſiam tranſeat, cõfutatur.

Verum hoc minimè ſolidum eſt, vt verbis Apoſtolicis minus congruit: hoc enim myſticum eſt, & bonum ſenſum habet, ſed non eſt ad mentem Apoſtoli. Et quod attinet ad eos; qui plures Epiſcopatus affectant, aut detinent, rectè eſt per Canonem Apoſtolorum 53. ſtatutum, & prohibita Epiſcoporum, de vna in aliam Eccleſiam tranſlatio, vel plurium ſimul occupatio, ne Eccleſijs ſuis amore fornicatio copulẽtur, ambientes alias Eccleſias, aut opulentiores, aut dignitate ſuperiores: quia nullus Epiſcopus Sponſa ſua, hoc eſt, eccleſia, eſſet contentus, ſed ad aliam & aliam Eccleſiam ſemper aſpiraret: quemadmodum materia prima ſemper nouam formam appetit, vt loquuntur Philoſophi. Si quando tamen id factum eſt (quia & aliquando id fieri oportebat) nõniſi conſulta Sede Apoſtolica, ac in ea re diſpenſante conceſſum fuit. Qui verò ſimul plures eccleſias habẽt, aut aliquando habuerunt, maximè ſi id fuerit per eos malis artibus obtentum; id ab vniuerſis Patribus cõmuni conſenſu damnatũ fuit: maximè ſi in diuerſis regnis, & Prouincijs diſtantibus illę eccleſię conſiſtant: & tunc non Chriſtus, ſed opes, & pinguiores prouentus quęruntur, quò ſuę ſeruiant cupiditati: vt qui in ſeculo plerunque pauperes erant, in Chriſto diteſcant, quò ſuos

Quando de vna ad aliam Eccleſiam tranſire non liceat.

aut

aut conſanguineos, aut ſeruos, aut familiares magis ditare valeant.

Quādo liceat & expediat.

Ab horum tamen numero, & peccato ſegregandi ſunt illi, qui Romani Pontificis iuſſu commendatas accipiunt alias Eccleſias ſuis quam proximas, aut certè non longè diſtantes, quoad de prudente Epiſcopo, qui nondum inuenitur, proſpiciatur, qui illis cum fructu præeſſe valeat. Sic enim Magnus Gregorius facere ſolitus erat: nam quaſdam Eccleſias, proprijs Epiſcopis deficientibus, alijs qui non procul erant commendabat, quò eas regerent, & ad tempus de verbo Dei, legitimis Sacramentis ac debita viſitatione, & gubernationē proſpicerent. Et hæc de primo ſenſu ſint ſatis.

Secundi ſenſus dicti Apoſtolici: Epiſcop' vnius vxoris vir. *B. Chry. to. 4.*

Secundus ſenſus eſt veterum, & recentiorum Hęreticorum, qui putāt, neminem debere ad Epiſcopatum aſſumi iuxta mentem Pauli, niſi eum tantum: qui vxorē habeat: quem ſenſum Chryſoſtomus hom. 10. in hanc epiſtolam inſectatur. Non, inquit, hoc veluti ſanciens dicit, quaſi non liceat abſque vxore Epiſcopum fieri, ſed eius rei modum conſtituens. Iudęis quippe licitum erat etiam ſecundo matrimonio iungi, & duas itidem ſimul habere vxores: honorabiles enim nuptiæ. Quidam verò hoc ita intelligunt, vt, ſcilicet, ad Epiſcopatum is aſſumatur, qui vnius fuerit vxoris vir: & Theophylactus eius diſcipulus: *Porrò non vt legem ſanciat, hoc dicit, quod omninò oporteat Epiſcopū vxoratum eſſe: qui enim iſtud ſtatueret, cum alias dicat: Volo vos omnes eſſe ſicut meipſum?* In hoc errore fuerunt olim Epiſcopi Vigilantij ſectatores: de quibus Hironymus contra Vigilantium ſcribit: *Hoc Dormitantius, libidini fræna permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adoleſcentia plerunq; ferueſcit, ſuis hortatibis duplicans.*

Confutatur debere ſcilicet Epiſcopū vxorē habere vel habuiſſe. *Hebr. vlt.* *Theophyl.* *1. Cor. 7.* *Hier. to. 2.*

II. arg. ab exēplo Apoſtolorum: *Tit. 1.* *1. Tim. 1.*

Secundò confutatur hic ſenſus: quia Titus, & Timotheus, cum cœlibes fuerint, Epiſcopi minimè fuiſſent, vt poſſent in Creta, & in Epheſo Epiſcopatum gerere, niſi matrimonio prius alligati extitiſſent; quòd planè abſurdum videtur. Paulus quoq; vel vxorem non habuit, vel eam quam habuit intactam reliquit, vt Apoſtolicum munus prętaret: imò, quod maius eſt, & Petrus, & alij ex Apoſtolis, qui coniugati fuerūt, proprias vxores à ſe abdicarunt, ſicut ponderat B. Hieronymus, ſcribens contra Ioninianum, in illa verba Petri: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: Per ea autem quæ relinquenda erant, expreſſa facta erat mentio de parentibus, vxoribus, & liberis.* Adhęc Iacobus Apoſtolus ab vtero ſanctificatus cœlebs fuit, & in Eccleſia Ieroſolymitana Epiſcopatu functus eſt, Ioannes quoq; virginitatis cultor fuit; & per Chriſtum ipſum Dominum à nuptijs reuocatus, vt hiſtorici Eccleſiaſtici tradunt; & tamen in Eccleſia Epheſina Apoſtolatu ſimul & Epiſcopatu functus eſt. Paulus igitur hoc loco non tradit præceptum, vt nonniſi vxorati ad Epiſcopatum euehantur.

Apoſtoli quas habebāt vxores cur reliquerint ſuas. *Idē li. 1. aduerſus Ionin. paulò ante, to. 2.* *Matth. 19.* *Ioan. 2.*

III. arg. à legali ſacerdotio.

Tertiò idem comprobatur ex lege, qua Sacerdotes veteris Teſtamenti arctabantur tempore, quo miniſtrabant in templo, abſtinere ab vſu coniugij, vt erat traditio Hebræorum: nunc autem cum non fiat ſacrificium ſanguinis pecudum, aut animaliū, ſed ſacroſancti Corporis Chriſti, quod eſt omni puritati purius & omni ſanctitate ſanctius, & aod illud offerendum ſemper debeant eſſe parati Noui Teſtamenti Sacerdotes, non eſt ergò veriſimile Apoſtolum Legem ſanxiſſe, vt ſoli vxorati Epiſcopi fiant, ſi vetus Lex talem illis indixit caſtitatem, vt miniſtrarent in templo, & Lex naturæ ſuam qualemcunque caſtitatem exigebat à ſacerdotibus, de qua Poëta dixit:

Quidq; Sacerdotes caſti, dum vita manebat:
& alter;
Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Virg. li. 6. Æneid à med. *Tibul. lib. 2. in prin.*

Quartò, Eccleſia Catholica Spiritu Dei inſtructa, ex his verbis accepit cōtrarium, nempè, caſtitatē indici Epiſcopis, & Preſbyteris: vnde edictum prodijt Syricij Papæ de Cœlibatu Sacerdotum, & omnium exiſtentium in ſacris ordinibus: cuius ſententiam poſtea ſecuti ſunt Pontifices, & Concilia OEcumenica: quis autē ſibi poſſit perſuadere, tot Concilia, & Pontifices, atque adeò Patres omnes Orthodoxos in intelligendis Apoſtoli verbis aberraſſe, aut legem de cœlibatu ſeruando Sacerdotibus indixiſſe contra mentem Apoſtoli, ſi hæc verba ſignificarent nonniſi vxoratos ordinandos ad Epiſcopatum? Adhæc, etſi maximè daremus, hæc verba Apoſtoli præceptiua eſſe coniugij, his qui ad ſacros Ordines promouentur: quia tamen Pauli ſunt verba, & legem ſua autoritate cōderet, adhuc non eſſent iuris diuini, ſed tantum Eccleſiaſtici, & Canonici, quam Pontifices Romani, qui autoritate Apoſtolica fungūtur, abrogare in vniuerſum poſſent, vel in quibuſdam euentibus diſpenſare; nō ſecus atque olim lex illa Act. 15. lata ab Apoſtolis, abrogata fuit, & Eccleſia in hodiernum vſque diem diſpenſat cum percuſſore, & neophyto, vt promoueantur ad Eccleſiaſtica miniſteria. Denique vbi ſunt illi Eunuchi,

V. argum. *Act. 15.* *1. Tim. 3.* VI. arg. & vlt.

VI.arg.&vlt. Matth. 19. Eſa.56. nuchi,qui ſe caſtrauerunt propter regnum
cœlornm,ſi Apoſtoli non fuerunt, aut E-
piſcopi,& Sacerdotes per eos ordinati? Et
quis putare queat,legem, quæ tantum cò-
modi,& ornamenti eccleſiæ adfert,non po
tius ab ipſo Apoſtolo profectam,& cōmen
datam,quam ab aliquo Romano Pontifice
conditam?& hactenus dictum ſit de ſecun-
do ſenſu,& probatum,verba hæc Apoſtoli
non arctare ad matrimonium eos,qui pro-
mouendi ſunt ad epiſcopatum,vel ad alios
ſacros Ordines. Vnde Theophylactus hoc
Theophyl. loco ſcripſit: *Nonnulli hic dicunt,quod obſcurè,
& clanculum cœlibem hic indicarit,vel petiuerit,
&c.*

III. ſenſus hæreticorum. Sequitur tertius ſenſus quorundam no-
ſtri temporis hæreticorum, aſſerentium
mentem eſſe Apoſtoli, vt epiſcopus duas
ſimul vxores non habeat, quomodò Iudæi
olim ſoliti erant habere;ac ſi dixerit Apo-
ſtolus:ſi coniugatus aliquis promouendus
eſt,ſit ſaltem talis, qui vnam tantum vxo-
rem habeat,non qui ſimul plures. Hūc ſen
Chry hom.9 ſum tradit Chryſoſtomus, cuius hæc ſunt
verba: *Non hoc veluti ſanciens dicit, quaſi nō li-
ceat abſq; vxore Epiſcopum fieri, ſed eius rei mo-
dum conſtituens. Iudæis quippe licitum erat etiā
ſecundo matrimonio iungi,& duas itidem habe-*
Hebr.13. *re ſimul vxores: honorabiles enim nuptiæ:* Hæc
Actor. 17. ille ſermone 10. Et probant quidam exem-
plo Dionyſij,qui cum Damari vxore con-
uerſus ad fidem,epiſcopus factus eſt Athe-
Theod.par.2. nienſium. Adde etiam Theodoritum: *In-
cipiebat,* inquit, *prædicatio. Virginitatem au-
tem Græci exercebant,nec admittebant Iudæi:li-
berorum enim procreationem benedictionem exi-
ſtimabant. Quoniam ergò illo tempore non fa-
cile inuenire poterant qui caſtitatem exercerent;
ex iis qui vxores duxiſſent,eos qui temperantiam
honorаſſent,iubet ordinare.Illud autem, Vnius v-*
Qui plures ſimul habe- *xoris virum, mihi videtur quidam rectè dixiſſe.*
rent vxores *Olim enim conſueuerant & Græci,& Iudæi cum*
teſte Theodo *duabus,& tribus,& pluribus etiam vxoribus ſi-*
rito. *mul iungi lege matrimonij. Quin etiam nūc cum
Leges Imperatoriæ prohibeant duas ſimul vxores
ducere,rem habent cum concubinis,& meretrici-
bus. Dixerunt ergò diuinum dixiſſe Aopſtolum,
eum qui cum vna ſola vxore pudicè cohabitat, di-
gnum eſſe qui ordinetur Epiſcopus. Neq; enim ſe-
cundum,inquiunt,reiecit matrimonium, qui il-*
Rom.7. 1. Cor. 7. *lud ſæpè iuſsit fieri. Mulier enim,*inquit,*alliga-
ta eſt lege,quandiu viuit vir eius. Sin autem vir
mortuus fuerit,libera eſt vt cui vult,nubat, tan-
tum in Domino.* Et infra concludit: *Hæc con-
ſiderans,admitto eorum interpretationem, qui ſic*
Theophyl. *intellexerūt.* In quem ſenſum accedit Theo-
phylactus:nam poſtquam dixerat: *Si con-
tingat,*inquit,(ſcilicet Apoſtolus) *vt vxora-
tus,* (ſcilicet ordinetur) *ſit vnius vxoris vir,*
ſubdit: *Id verò Iudæorū cauſa dicebat. Illis enim,
permittebatur polygamia,hoc eſt,cum multis con
nubia iungere.* Suffragatur quoque Hierony-
Hier.ep.83. ante dim 10 2 mus duobus in locis. Nam in epiſtola ad
Oceanum: *Interim*, ait, *iuxta vulgare prouer-
bium: Malo nodo malus cuneus requirendus eſt.
Hoc quod dicit, Vnius vxoris virum,poteſt & ali-
ter differi. Ex Iudæis erat Apoſtolus. Prima Chriſti
Eccleſia de Iſrael congregebatur. Sciebat Lege con-
ceſſum,& exemplo Patriarcharum, ac Moyſi fa-
miliari populo nouerat in multis vxoribus liberos
ſpargere:ipſis quoq; Sacerdotib. huius licentia pa-
tebat arbitrium. Præcipit ergo, ne eandem licen-
tiam Eccleſiæ ſibi vindicent Sacerdotes: ne bina
pariter,& trina coniugia ſortiantur,ſed vt ſingu-
las vno tempore vxores habeant.* Deinde in ca-
Idem to.9. put primum epiſtolæ ad Titum: *Quidam de
hoc loco ita ſentiunt:Iudaicæ*(inquiunt) *cōſue-
tudinis fuit vel binas vxores habere habere, vel
plures:quod etiam in veteri lege de Abraham, &
Iacob legimus,& hic nunc volunt eſſe præceptum,
vt is qui Epiſcopus eligendus eſt,vno tempore duas
pariter habeat vxores.*

Et huic ſententiç fauere viſus eſt Paph-
Nicen.ſyno.1. ſub Sylueſtro circa fin.to.1. Concil. nutius cœlebs,& à puero omninò mulieris
notitiam non habens,qui,quod in Conci-
lio Nicœno feciſſe legitur,noluiſſe ſcilicet
clericos coniugatos ab vxoribus ante cōſe-
Heb. 13. crationem ductis lege lata ſeparari, & à cō-
greſſu cum ſuis vxoribus alienari;ob id fe-
cit,quia honorabiles nuptias eſſe aſſerebat,
& caſtitatem eſſe dicebat concubitum cum
propria vxore,& quia ſatis eſſe dicebat, ſi,
qui clericus eſſet factus, non amplius ma-
trimonium contraheret ſecundum anti-
quam eccleſiæ traditionem:non tamē diſiū
gendum ab ea quenquam cum laicus eſſet,
duxiſſet. Sic enim Suidas tradit in nomine
Suidas. Sozomenus. Paphnutij,etſi Sozomenus in Tripartita li.
2.c.14.paulò aliter ſcripſerit, non hęc per-
fectè recitans.

Quo verbo Hieronymus videatur prę- Hanc tamen expoſitionem Hierony-
dictā hæreti- mus in eiſdem commentarijs epiſtolæ ad
corū ſenten- Titum videtur reijcere, & in priori loco
tiam reprobaſſe. epiſtolæ ad Oceanum, videtur non pro-
Chry.ho.10. baſſe illum ſenſum: quia præmiſit: iuxta
vulgare prouerbium: *Malo nodo malus cu-
neus requirendus eſt.* Chryſoſtomus verò in
hanc eandem epiſtolam ſcribens, poſt illū
Idē hom.2. ſenſum dictum addidit alium Catholicum,
quaſi non quieſcens in priori. Et in epi-
ſtolam ad Titum cōtrarium ſenſum etiam
produxit; *Obſtruere,*inquit: *hæreticorum ora,
qui nuptias damnant, oſtendens eam rem culpa
carere, imò ita eſſe pretioſam, vt cum ipſa etiam
poſsit quiſpiam ad Sanctum Epiſcopatus ſolium
ſubuehi. Caſtigat hoc ipſo etiam impudicos,dum
non eos permittit poſt ſecundas nuptias ad Eccle-
ſiæ regimen,dignitatemq; paſtoris aſſumi.* Nam

qui d:functa vxori beneuolenti.an nullam ſernaſſe deprehenditur, quo pacto hic Eccleſia præceptor eſſe optimus poterit. Hæc ille. Pondera, quæſo, hæc vltima verba Chryſoſtomi. Et Hieronymus li. 1. in Iouinianum: *Si autem Samuel nutritus in tabernaculo duxit vxorem: quid hoc ad præiudicium virginitatis? quaſi non hodie quoque plurimi Sacerdotes habeant matrimonia: & Apoſtolus Epiſcopum deſcribat vnius vxoris virum, habentem filios cum omni caſtitate.* Hęc illi Patres.

Hier non mi tò ante med libri. 10 2 im. 1. Reg. 8.

Impugnatur hęc ſentētia: Epiſcopus ſit vnius vxoris vir; id eſt duas vel plures vxores nō habeat multis argumentis.

B. Tho lect. 1 in hunc locū, co. 10.

I. argum.

Quicquid autem ſit de ſenſu Hieronymi, & Chryſoſtomi allato, an illum reiecerint, nec ne, nos tamen vt certum, & conſtitutum aſſerimus cum B. Thoma, illum ſenſum deſerendum eſſe. Nam ſi illud aſſerere vellet Apoſtolus, neminem duabus vxoribus alligatum poſſe ad epiſcopatū promoueri, ſed eum tantum, qui cum vna cōiunctus eſſet, quid opus fuiſſet Apoſtolum hoc docere, cum ſecundum leges Imperatorum humanas his quibus Apoſtolus ſcribebat, non liceret etiam ante Fidem, nedum poſt illum iam exortam, duas ſimul habere vxores? quare Iudæi tempore Apoſtoli non poterant eo priuilegio, & more antiquo vti, cum per Legem Imperialem impediti eſſent. Nam Imperator Iulianus ff. de ijs qui notantur infamia: *Notantur,* inquit, *infamia, qui binas nuptias eodem tempore conſtitutas habuerunt.* Et C. de inceſtis nuptijs, Diocletianus & Maximianus ſtatuerunt, neminem qui ſub ditione Romani ſit nominis, binas vxores habere poſſe. Et C. ad leg. Iuli. de adulterijs, Imperatores Valerianus, & Gallienus decernunt: *Eum qui ſimul duas habuerit vxores, ſine dubitatione comitatur infamia,*

Iudę: squidiu permiſſę plures ſimul vxores.

Hiſt Trip li. 8. c 5.

Lex igitur, quam Valentinianus Imperator tulit, vt liceret ſimul duas habere vxores, vt tradit Hiſtoria Tripartita, tanquam impia, & contra Euangeliū, & libidinis cauſa ab eo excogitata, reiecta eſt, & vim obligandi non obtinuit.

II. argum.

Deinde reprobatur ille ſenſus: nam inferius cap. 5. huius epiſtolæ de vidua quæ fuerit vnius viri vxor, eſt ſermo: non autem hic licet intelligere, quę ſcilicet non habeat eodem tempore ſimul duos viros: nam hoc nulla vnquam lege licuit. Si igitur Paulus catalogo viduarum non ſinit adſcribi eam, quæ duos ordine viros habuit, quantò minus eum, qui duas ſimul eodem tempore vxores habuit, licebit epiſcopum fieri?

Paulus Epiſcopū cur eſſe permiſerit coniugatum.

¶ Dum permittit ergò Paulus alligatū coniugio fieri epiſcopum; id propter paucitatem Chriſtianorum; & quia rariſſimi erant idonei, quin cōniugium iam inijſſent ante Chriſtianiſmum, conceſſum fuit, & ſatis erat vigente Gentilitate vt Chriſtiani fierēt, etiamſi virgines, & cœlibes non eſſent. At creſceēte Chriſtianorū numero, continentia etiam ab initio cœpit excoli; & cœlibatum tantum colentes admittuntur ad epiſcopatum.

Epiſcop', vel Sacerdos poſt ſuſceptū ordinem cur nullus vnquā ab eccleſia vxorē ducere permiſſus, Sacerdotes, vel Epiſcopi poſt ordinationē cū ſuis quas habebant vxorib cœlibes permanſiſſe, vnde veriſimile.

Hoc autem monendum: Etſi interdum coniugati ad epiſcopatum & Sacerdotium promouerentur: nunquā tamē permiſſum fuit, vt poſt ſuſceptum epiſcopatū, vel Preſbyterium, vxores ducerent: quia eſſet ab altiori ſtatu in inferiorem deſcendere. Et ita hodie religioſè hoc obſeruatur in eccleſia Dei.

¶ Credibile tamen eſt, & valde probabile, eos qui è coniugio promouebantur ad Sacerdotium, nullam prorſus cum vxoribus commixtionem habuiſſe; quos ad tantam rem ſeruandam non ſolum ipſa epiſcopalis dignitas, & Sacramentum Eucbariſtiæ quod offerre debebant, & demum Apoſtolorum exemplum, qui ſuas vxores, ſi quas ante habuerant, reliquerunt, compellebant. Certè Synodus II. Carthaginenſis, cap. 2. legem ferens de continentia epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi, ſubiungit: *Vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus.* Epiphanius quoque in hæreſ. 59. quæ eſt Catharorum: in hunc modum ſcribit: *Non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum, eos, qui à nuptijs, mortua ipſorum vxore, ſecundis nuptijs coniuncti ſunt, propter excellentem Sacerdotij honorem ac dignitatem. Et hoc certè ſancta Dei, Eccleſia cum ſynceritate obſeruat. Sed & adhuc viuentem, & liberos gignentem vnius vxoris virum non ſuſcipit, ſed eum qui ſe ab vna continuit aut in viduitate vixit, Diaconum, & Presbyterum, & Epiſcopum, & Hypodiaconum: maximè vbi ſynceri ſunt Canones Eccleſiaſtici. At hoc non eſt iuxta Canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit, & propter multitudinem, cum non inueniretur miniſterium. Nam quod decentius eſt, id ſemper Eccleſia per ſpiritum ſanctum bene diſpoſita videns, ſtatuit apparare, vt cultus Diuini indiſtracti Deo perficerentur,, & ſpirituales neceſſitates cum omni beneuola conſcientia peragerentur,* & reliqua, quæ hic ſanctus Doctor latè ſubiungit. Accedat tertius Ambroſius in Epiſtola ad Vercellenſes: *Virtutum autem magiſter,* inquit, *Apoſtolus eſt, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes, qui vnius vxoris virum præcipiat eſſe: non quò exortem excludat coniugij (nam hoc ſupra legem præcepti eſt) ſed vt coniugali caſtimonia ſeruet abſolutionis ſuæ gratiā. Neque iterum vt filios creare, Apoſtolica inuitetur autoritate: habentem enim dixit filios, non facientem, neque coniugium iterare.* Hæc illi

Syno. 2. Carthag.

B Epiph. non procul à prin.

Coniugij ſacerdotū ratio Epiphan.

B. Amb. ep. 82. circa medio. 2.

boni

boni Patres dixerunt. Etſi interdum Eccleſia nôn ſummo iure egerit cum his, qui adhuc cum vxoribus proprijs conſuetudinem habebant: vt ex his quæ ſuperius de Paphnutio recitauimus, conſtare poteſt. Hæc tamen licentia in adulta Eccleſia ſublata eſt,& maximè ex quo Syricij Pontificis edictum de ſeruando ab his qui ſunt in ſacris oxdinibus,cœlibatu prodijt: & Hieron.in Iouinian.peculiariter agens, ita hæc verba interpretatus eſt,vt intelligatur Epiſcopis prohibita digamia,non tantum ea, qua eodem tempore duas ſimul habent vxores,ſed etiam illa,quæ eſt, cum quis vnã poſt alteram mox defunctam in vxorem aſſumit.

Hier.ante med.to.

Atq; ita in hoc tertio ſenſu excludimns eos etiam,qui exponunt: Vnius vxoris virum,hoc eſt,vna & ſua vxore cõtentum, & honeſti coniugij limites non tranſgredientem,nec alienas vxores permolentem, nec cum concubina aut vidua quauis ſcortantem,ſed tantum cũ ſua legitima vxore conſuetudinem habentem.

Alius quorũdã ſenſus dicti Apoſtolici de epiſcopo, vt ſit vnius vxoris vir,ſatis ineptus.

Quartus & poſtremus ſenſus, qui Catholicus eſt,& omni acceptione dignus, & à veteribus Patribus, & à ſacris Concilijs cognitus,& prolatus, ille eſt: vt is dicatur vnius vxoris vir ad Epiſcopatum promouendus, qui priori vxore defuncta, ſecundam non duxit. Et hoc ſuperius in verbis Chryſoſtomi in hunc locum annotatum reliquimus:quemadmodũ etiam & Theophylactus, Origenes quoque homilia 17. in Lucam,& Ambroſius non in vno loco idem tradidit, ſed præſertim hunc ipſum locum interpretans,ſic habet: *Quamuis ſecundam numero vxorem non ſit habere prohibitum,vt tamen quis dignus ad Epiſcopatum ſit, etiam licita debet ſpernere, propter ſublimitatem ipſius Ordinis:quia cateris melior debet eſſe, qui cupidus eſt ſedis illius,* Idem quoque confirmat libr.1,de Offic. cap. vlt. in princip. & in epiſt.82. ad Vercellenſem Eccleſiam aſſerit non ſolum Apoſtolum de Epiſcopo, & Presbytero ſtatuiſſe, ſed etiam Patres in Concilio Nicœno Tractatus edidiſſe: nec quenqnam Clericnm eſſe debere, qui coniugium ſecundum ſortitus ſit. *Quomodo enim,*inquit,*poteſt conſolari vidnam, honorare, cohortari ad cuſtodiendam viduitatem, ſeruandam marito fidem,quam ipſe priori coniugio non reſeruauerit? Aut quid intereſſet inter populũ, & Sacerdotem,ſi iiſdem adſtringerentur legib.*Hieronymus in epiſtola ad Oceanum agens de gis verbis:*Iubentur,*inquit,*monogami in clerum eligi.*Auguſtinus quoque libr. de Bono coniugali cap. 18. eundem ſenſum ex illis verbis colligit,&ad eundem etiam tendunt

Vltima ſentẽtia vera atq; Catholica,& ab eccleſia receptiſſima.

Chry.ho 10. Theophyl. Orig.to 2. Ambr.to.5.

Idem to.1 ini. Idem to. 3.

Coniugati clericatus incommoda.

Hier. ep.83. antedim to 2 Aug.to 6.circa fin.

verba Epiphanij in hæreſim 59.ſuperius allata,contra Catharos. Ex quibus apertiſſimè euincitur hæc interpretatio.Et huic ſoli ſenſui eccleſiæ conſuetudo &praxis fauere videtur;quare in illo maximè eſt quieſcendum.

Vt autem,quis ſit digamus,opns eſt cum duabus copulatum fuiſſe, & cum illis conſummaſſe matrimonium:nam ſi cum altera tantum conſummaſſet matrimoniũ, nõ incurreret digamiæ irregularitatem,vt docet Innocentius III. de Bigamis non ordinandis,cap.Debitum. Nec opus eſt vxorẽ eius,qui non eſt digamus,fuiſſe defunctam & aliam non attigiſſe:quia ſatis eſſet,ſi vxor eius adhuc viuens nullam conſuetudinem amplius haberet cum viro ſuo:quia hęc etſi viuat,pro defuncta habenda eſt, quãtum attinet ad vſum coniugij.

Quid ſit propriè digamus

Innoc. III.

Cum igitur iam ad verum ſenſum huius ſententiæ peruenerimus;quærenda eſt, iam ratio huius Apoſtolici inſtituti, quòd ab initio diſcutiendum propoſuimus. Deinde an is,qui ante Baptiſmum duas vxores habuit, vel vnam ante Baptiſinum, alteram verò poſt acceptum Sacramentum regenerationis, pro digamo habendus ſit. Nam vt huic ſecundæ quæſtioni faciamus ſatis,B.Hieronymus in Epiſtola ad Oceanum, magnis, & validis rationibus tuetur,eos non eſſe pro digamis habẽdos, qui ante fidem ſuſceptam duas habuerunt vxores,vel vnam ante Baptiſmum, alteram poſt Baptiſmum, & contradicentes huic ſententiæ tanquam hæreticos impugnat. Idem quoque tradit in Epiſtola ad Titum, cap.1.cuius hæc ſunt verba:*Multi ſuperſtitioſius magis quam verius,etiam eos,qui cum Gentiles fuerint,& vnam vxorem habuerint, qua amiſſa,poſt Baptiſmum Chriſti alteram duxerint, putant in Sacerdotio non legendos,cum vtique ſi hoc obſeruandum ſit, illi magis ab Epiſcopatu arceri debeant,qui vagam per meretrices ante exerceres libidinem,vnam regenerati vxorem acceperint:& multò deteſtabilius ſit fornicatum eſſe cũ pluribus,quam digamum reperiri:quia in alio infelicitas matrimonij eſt, in alio ad peccandum prona laſciuia.Montanus,& qui Nouati ſchiſma ſectantur, nomen ſibi munditia præſumpsère, putantq́; ſecunda matrimonia ab Eccleſia communione probibenda:cum Apoſtolus de Epiſcopis, & Presbyteris hoc præcipient, vtique in cæteris relaxarit:non quod hortetur ad ſecunda matrimonia ſed quod neceſſitati carnis indulgeat. Scripſit & Sertullianus de Monogamia librum hæreticum, quem Apoſtolo contraire,nemo qui Apoſtolum legerit:ignorabit.*Hæc ille, qui etiam in epiſtola ad Oceanum multa probabilia argumenta prodncit.

Duarũ vxorũ vir an baptiſmum, vel vnius ante, & alterius poſt baptiſmum an ſit digam. Apoſtolo.

Lopinio Hieronymi.

Secundas nuptias qui dãnauerint hæretici.

Tertul par.2. inter prin. & med.

Altera opinio Auguſtini longe probabilior.
Aug. li. de bono coniug. c. 21. to. 4.

B. tamen Auguſtinus, cuius ſententiam eccleſia per decreta ſua conſentiens ſecuta eſt, & contra ſenſum Hieronymi præualuit libro de bono coniugali, aliter ſenſit his verbis: *Propterea Sacramentum nuptiarum temporis noſtri ſic ad vnum virum, & vnam vxorem redactum eſt, vt diſpenſatorem Eccleſia non liceat ordinare, niſi vnius vxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui Catechumenus, vel Paganus habuerit alteram, ordinandum eſſe cenſuerunt: de Sacramento enim agitur, non de peccato, nam in Baptiſmo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit: Si acceperis vxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, non peccat, & quod vult, faciat, non peccat, ſi nubat; ſatis declarauit, nuptias nullum eſſe peccatum; propter Sacramenti autem ſanctitatem, ſicut fœmina etiamſi Catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei Virgines conſecrari: ita non abſurde viſum eſt, eum, qui exceſſit vxorum numerum ſingularem, non peccatū aliquod commiſiſſe, ſed normam quandam Sacramenti amiſiſſe, non ad vitā bona meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſtica ſignaculum neceſſariam* Hæc ille.

1. Cor. 7.

I. ratio, cur digamus eſſe epiſcopus non poſſit.

Cuius rei hæc eſt ratio: Nam etſi baptiſmus tollat vniuerſa peccata, non tamen tollit factum ipſum, ex quo colliguntur ſigna, quæ obſtant Sacerdotio. Digamia enim non ratione peccati, quod multiplex ſit, &, vt fornicatio, adulterium, inceſtus, ſacrilegium, Epiſcopatum, & ſacros ordines impedit, ſed potius ſigni gratiam. Nam matrimonium, Chriſti cum Eccleſia coniunctionem ſignificat, nam eſt vnius cum vna nexus. In eo verò qui fuit digamus hoc ſignum per incontinentiam violatum eſt, quia duabus coniunctus fuit, aut vni, quæ duobus fuerat copulata, vt explicat Romanus Pontifex Leo IX. & Apoſtolica diataxis libro 2. capite 2. nam declarans illud; *Vnius vxoris virum*, dixit: *Qui ſit vnius vir vxoris, qua quidem ſemel nupſerit.* Quamobrem digamus irregularitatis impedimētum incurrit.

Epheſ. 5.

Leo IX.
Clem. Rom.

II. ratio.

Alij verò alias rationes addunt ad idem præceptum confirmandum: Quia nimirum non eſt habendus bonus, & ſpiritualis Sponſus Eccleſię, qui in carnali matrimonio decorum non ſeruauit, & ſignum eius repetitis nuptijs maculauit: quod vitiū etiam poſt baptiſmum manet, non enim tollitur ipſo Baptiſmo indecentia quæ ſequitur: nam & ipſæ ſecundæ nuptiæ vel apud Gentes ſemper odioſæ habitæ ſunt, vt ipſemet Hieronymus in Iouinianum tradit. Epiphanius verò loco citato aliam rationem aſſignat: *Propter excellentiam*, inquit, *Sacerdotij dignitatem, & honorem.* Ob quam etiam cauſam legis Veteris ſummus Sacerdos, ac Pontifex virginem tantum, non viduam, aut repudiatam ab alijs, ducere debebat. Ambroſius quoque in dicta epiſtola Vercellenſes aliam addidit cauſam: *Vt videlicet poſſet conſolari viduam, honorare, cohortari ad cuſtodiendam viduitatem, ſeruandam marito fidem.* Cuius etiam cauſſæ meminit Chryſoſtomus in epiſtolam ad Titum. Vbi etiam addit, digamumum facile patêre detractioni, & ſecundas nuptias nonnihil petulantiæ habere viſas.

Hier. li. 1. aduerſ. Iouin ante med. to 2.
III. ratio.
Epiph. in hæreſ. 59.

Quarta.

Amb. ep. 82. to. 3.

Chryſ. hom. 2.

V. ratio Hieronymi, quæ expenditur.

¶ Hieronymus verò in Epiſtolam ad Titum, ideò putat digamum reijci, quòd non videatur idoneus continentiæ præco. Quæ ſanè ratio ſi attentius conſideretur, rectius ſentiret Hieronymus, quam reliqui, putat, Apoſtolum ab Epiſcopatu reijcere eum, qui tantum poſt Baptiſmum duas vxores habeat; cum tamen aliter ſentiat, vt diximus, & Ambroſ. qui epiſt. 82. ad Vercellenſes, ponderans illud: *Filios habentem*: Non, inquit, *facientem: neque coniugium iterare.* Quod ideò non prætermiſi, quia plerique ita argumentantur, vnius vxoris virū, dici poſt Baptiſmum habitæ, eo quod baptiſmo vitium ſit ablutum, quo afferebatur impedimentum. Et vitia quidem atq; peccata diluuntur omnia, vt ſi quis contaminauerit ſuum corpus cum plurimis, quas nulla coniugij lege ſociauerit, remittantur ei omnia, ſed coniugia non reſoluuntur, ſi quis iterauerit. Culpa enim lauacro, non lex ſoluitur: nulla enim culpa coniugij, ſed lex eſt. Et libro 1. de Officijs, c. vlt. eodem argumento idem dogma confirmat. Innocentius quoque Tertius, epiſt. 2. cap. 7. & epiſto. 122. cap. 2. ab epiſcopatu arcendum cenſet iuxta mentem Apoſtoli eum, qui duas vxores etiam ante baptiſmum habuit. Quod Auguſtinus hac ſimilitudine explicat: *Sicut fœmina etiamſi catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari*: & rationem Apoſtolici præcepti ex ſignificatione coniugij explicat: quia cum epiſcopus ſit Vicarius Chriſti, & cum repræſentet pro eccleſia incarnatum, & paſſum, ita vt nunquam ſit eam relicturus, ſed ſibi ſoli ſubiecturus: non reputatur idoneus qui cum matrimonio ſuo, Chriſti, & Eccleſiæ ſignificet coniunctionem per incarnationem. Imperfectè enim eam ſignificauit, & inutilem, qui duxit plures vxores. Hæc eadem eſt ſententia Leonis Papæ, qui epiſt. 87. ad Afros Epiſcopos: *Dicente*, inquit, *Apoſtolo, vt inter alias electionis regulas, is Epiſcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum fuiſſe, aut eſſe conſtiterit, tam ſacra ſemper habita eſt iſta præceptio, vt etiam de muliere Sacer-*

Ambr. ibid.

Baptiſmus culpā abluit carnalis pollutionis, non ſoluit cōiugij legē, inquit Ambroſius.

Idem to. 1. in prin.

Aug. li. de bono coniugali c. 10.

De digamo ad Epiſcopatum inepto, exemplum Auguſtini.

Leo Magn. ep. 87. circa med.

dotis

Digitized by Google

Quid quod ſummus Veteris legis Sacerdos vxorē ducere virginem tantum debebat, teſte Leone.

dotis eligendi, eadem intelligatur ſeruāda cōditio, ne fortè illa, priuſquam in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuiſſet vxorē, alterius viri eſſet experta coniugium. Quis ergo diſſimulare audeat, quod in tanti Sacramenti perpetratur iniuriam: cum huic magno verendoq; myſterio, ne diuina quidem legis ſtatuta defuerint, quibus euidenter eſt definitum, vt virginē Sacerdos accipiat, & alterius torum neſciat coniugis, quæ vxor eſt futura Pontificis. Hæc ille.

Leuit. 21. Ezech. 44.

Synod. Nicen.

Et certè Synodus Nicena omnem digamiam à clerico reijcit, etſi inferioribus clericis matrimonium permittat: quemadmodum etiam hodie habentes quatuor ordines Minores, ad coniugium admittuntur. Synodus autem Neocæſarienſis ad clerum non admittit illum, qui cū vxore fornicaria cōiunctus eſt, nec in eo permittitur manere. Hanc etiam ſententiam habes probatam in cap. Debitum, De Bigamis non ordinandis. Tertullianus quoq; in libro de Monogamia, Epiſcopum, & Presbyterum, & Diaconos eiuſdem eſſe Sacramenti tradit. Et ſubdit: *Coniungent vos*, inquit, *in eccleſia virgine, vnius Chriſti vnia ſponſa.* Sed Paulus pręcipit vnius vxoris virum eſſe debere, quę viris adſcribēda eſt propterea, quia viduę in eccleſia honorem caſtitatis vidualis habebant; quam illa non habet, quę mortuo marito iterum nubit: ſicut Virginis velamen habere non debet, quę corrupta eſt etiam ante Baptiſmum.

Cōcil. Neocæſ. can. 1.

Innoc. III.

Tertul. multo poſt libri dimedium.

Epheſ. 5.

De digamiæ quam vocant irregularitatē impij Lutherani quid ſentiant.

Sunt tamen quidam ex hęreticis, qui digamię irregularitatem irrident, diuina ſuo ingenio metientes, ignorantes Dei Sacramenta, & ſpecioſam eccleſię faciem, quę requiritur in oculis Dei, & Angelorū, quò omnia ornatè, & ſecundum ordinem fiāt in nobis: ignorantes etiā Dei ſapientiam, qui in Veteri lege quoſdam peculiari præcepto à Sacerdotio repellebat, ob maculas; & defectus in facie, & ob alias infirmitates corporis. Et de his hactenus.

1. Cor. 14.

Leuit. 21.

DISPVTATIO XI.

In illa Apoſtoli verba: *Sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, &c.*

Hieronymiana pręmonitio autoris de Apoſtolicis Epiſcopi conditionibus afferturi.

ANTEQVAM has Epiſcoporum conditiones explicemus, præmittenda exiſtimaui verba Hieronymi in epiſtola ad Oceanum: *Simul obſecro*, inquit, *ne quis me in ſigillationem iſtius temporis Sacerdotum ſcripſiſſe, quæ ſcripſi, exiſtimet, ſed in Eccleſiæ vtilitatem. Vt enim oratores, & philoſophi, deſcribentes, qualem velint eſſe perfectum oratorem, & philoſophum, non faciunt iniuriam Demoſtheni, & Platoni, ſed res ipſas abſq; perſonis definiunt: ſic in deſcriptione Epiſcopi, & in eorum expoſitione, quæ ſcripta ſunt, quaſi ſpeculum Sacerdotij proponitur. Iam in poteſtate, & conſcientia ſingulorum eſt, quales ſe ibi aſpiciant, vt vel dolere ad deformitatem, vel gaudere ad pulchritudinē poſſint.* Hæc ille.

I. dubium.

Quibus præmiſſis, multa occurrunt meritò dubitanda circa hæc verba. Et primò quidem multæ difficultates occurrunt in interpretandis ſequentibus conditionibus nimirum vt ſit ſobrius, prudens, ornatus, pudicus, doctor, Non vinolentus, non percuſſor, ſed modeſtus, non litigioſus, nō cupidus, ſed ſuæ domui benè præpoſitus, filios habens ſubditos cum omni caſtitate; non neophytus, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli, denique qui teſtimonium habeat bonum ab ijs qui foris ſunt. Quæ quidem conditiones ſunt numero quindecim, quarum nouem ſunt affirmatiuæ, quinque verò negatiuæ: præter duas iam ſuperius explicatas, videlicet quòd ſit irreprehenſibilis, & vnius vxoris vir. Secundò dubitatur, cur Paulus has omnes conditiones per poſitiuum gradum, & non per comparatiuum expreſſerit; cum tamen Chriſtus Petrum vt meliorem, & charitate feruentiorem cæteris Apoſtolis, in paſtorem totius Eccleſiæ prætulerit, & euexerit. Tertiò mirantur quidam, Apoſtolū nihil de nobilitate, aut generis ſplendore perſcripſiſſe, cum tamen hodie in quibuſdam prouincijs nullus ſeuerius Canon obſeruetur, quam vt tantum viri generoſi & natalium ſplendore clari ad regimen eccleſiarum promoueantur. Et ſub hac etiam quęſtione tractandum, quare de genere, & ſanguine quorundam vitando nihil ſtatuerit, cum in certis regionibus peius cane, & angue arceantur ab his miniſterijs pij pariter, & docti viri, & aptiſſimi ad regendas Eccleſias, ob id tantum, quòd ex Hebræorum, & Saracenorum ſanguine orti ſint. Quartò, quid eſt quòd Apoſtolus hoc loco nihil de cœlibatu Sacerdotum conſtituat, de quo hodie tot conflictus, & certamina cum hæreticis habemus. Quintò, cur cum hic de officio epiſcoporum ediſſerat Apoſtolus, nihil tamen de reſidentia in proprijs Eccleſijs, quæ tanti momenti eſt, expreſsè definierit. Sextò, quare Apoſtolus nihil dixerit de modò eligendi Epiſcopos, de ratione etiam illos conſecrandi; de eo, à quo Epiſcopatus ſui confirmationem accipere debent: Cur item non diſtinxit de functio-

Secundum.

Ioan. 21.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

nibus proprijs epiſcoporũ, quę ſunt, puerorũ confirmatio: & clericorum ordinatio, quę item partes, & functiones ſiut Sacerdotum quę ſunt. Sacrã Euchariſtiam conficere, & adminiſtrare, remiſſionem peccatorũ, per confeſſiouem, & enumerationem peccatorum ſuorum abſolutionem conferre, Baptiſmum, & ſacram extremam Vnctionem adminiſtrare. Quæ ſi hic expreſſa fuiſſent, magnam lucem his quæ credimus, Apoſtolus iuucxiſſet, & moleſtias Hæreticorum, qui ſemper de omnibus litigant, repuliſſet.

Septimum.

Septimò in dubium reuocatur, an hæ leges, & conditiones, quas de Epiſcopis præſcribit, diuinæ ſint, & à Chriſto immediatè profectæ, & per os Pauli præconis traditæ, an verò ſint Eccleſiaſticæ, & Canonicæ. ab Apoſtolis tanquam Eccleſiæ gubernatoribus, & diſpenſatoribus traditę, vt tantum ſtatuant ius Canonicum, in quod Eccleſiæ diſpenſatio cadere poſſit.

Quas duas Apoſtoli leges interdum epiſcopi eligẽdi Põt. Rom. laxauerint.

Nam conſtat in nonnullas barum Romanos Pontifices frequenter diſpenſare, vt in illã quòd Epiſcopus ſit vnius vxoris vir, & in alteram, Non percuſſorem, & ſimiliter in illam: Oportet Epiſcopum eſſe Doctorem: Multi enim Epiſcopi non ſunt apti ad docendum: neque ſi maximè vellent, id aſſequi poſſent, vt experieutia conſtat. In illam quoque conditionem, Non nęophytum, diſpenſatum eſſe videtur, cum Ambroſius, & Nectarius adhuc catechumeni in epiſcopos promoti ſunt. Ita vt bæ regulæ Apoſtolicæ potius videantur, quam diuinæ, & cenſuræ ac iudicio Romanorum Pontificum ſubditæ.

Soluitur I. dubitatio. De eo quod ſobrium vult eſſe Paulus Epiſcopum.

Addictis igitur dubitationibus ſatisfaciendum, reſpondeo, præter duas iam dictas ſuperiori diſputatione, primam extitiſſe in præſenti: vt Epiſcopus ſit ſobrius, qui Græcè dicitur νηφάλιος, quæ vox ſiguificatione homonyma eſt, nam ſignificat ſobrium, & vigilantem. Sed hæc duo ſignificata non multum inter ſe diſtant: nam

Sobrius & vigilans qui differant.

ſobrius propriè is eſt, qui parcus eſt, & temperatus in edendo, & bibendo, & cui opponitur ebrietas: qui verò in cibo, & potu temperantes exiſtunt, illi etiam vigilantes eſſe ſolent, prȩſtant enim clariſſima mẽtis acie, & peruigiles ſunt pro grege ſuo tendo, iuxta illud: *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*; & Chriſtus admonuit, *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate.* Et ſubdit: *Vigilate itaque omni tempore orantes*, &c. Dixit autem Cato, teſte Cicerone, de Cæſare, quod ſobrius acceſſit ad euertendam Rempublicam. Et per metaphoram

1. Petr. 5.

Luc 21.

Cic. li. 1. de of.

rura ſobria dicuntur, in quibus vinum non naſcitur; & ſobria pocula, à quibus abeſt ebrietas. Ita epiſcopum decet eſſe ſobrium, vt eccleſiam ſuam tueri valeat. Quam poſteriorem vigilantis ſignificationem Chryſoſtom. præfert priori: & Sacerdotes qui olim miniſtrabant in templo, viuum, & ſiceram bibere prohibebantur, vt melius vigilarent in miniſterio ſuo. De paſtorum etiam vigilantia Hebr. vlt. habetur. *Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*: & nonniſi dormientibus hominibus (id eſt, paſtoribus, & prælatis, quorum eſt pro alijs vigilare) venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania. Et qui in militanti eccleſia verſantur, debent quatuor noctis vigilias cuſtodire, ſicut paſtores, Luc. 2. Verſiculus ille Homeri commendandus eſt:

Chry hom 10. in hæc verba.

Leuit. 10.

Heb. 13.

Matth. 13.

Luc. 2.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,

id eſt:

Non oportet per totam noctem dormire conſiliarium virum.

Homer. E. Iliad. 2. init.

Iuuat autem vigilantia ad cauendas dęmonum technas, & inſidias, & ad orationẽ ardentius fundendã, & alios ſuę cuſtodię traditos tuendos, iuxta illud: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.*

Ad quid vtilis Temperantia.

Matth. 26.

¶ Secunda conditio eſt: epiſcopum eſſe prudentem. Sobrios autem, & vigilantes homines cõſequitur prudentia, & ſagacitas. Et excludit eos, qui nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam Sacerdotum, cum non tantum illis ſit dictũ: *Eſtote ſimplices ſicut columbæ* (ad bonum ſcilicet faciendum) *ſed etiam eſtote prudentes ſicut ſerpentes, ad malum vitandum.*

Epiſcopi quomodo ſint prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut colũbæ. Suprà 10.

Gręca tamen vox habet σώφρονα, vnde σωφροσύνη apud Ariſtotelem in Ethicis, temperantia eſt, vna ex quatuor virtutibus primarijs, moderans omnes inordinatos, & inhoneſtos appetitus facultatis concupiſcentis, id eſt, cibi, potus, & veneris, & modum illis prȩfigens. Dicitur autem σωφροσύνη, eodem autore, quaſi σώζουσα τὴν φρόνησιν, id eſt, ſeruans prudentiã: & Socrates Platonem σωτηρία τῆς φρονήσεως, inquit, id eſt, ſaluus mentis.

Philoſophus li. 3 c. 10. Eth. 10. 3. init.

Hieronymus in epiſtolam ad Titum, maluiſſet verti, caſtũ, ſiue pudicum, etſi aſſerat vocem vtrumque ſignificare: quare interpres deceptus non fuit, vertens, prudentem: quia epiſcopo maximè competit prudentia, qua in vna bonum regimen & corporum, & animarũm conſiſtit.

Plato in Charmide, ſiue de Temper. 10. 2. ſub init.

Hier in c. 1. ep ad Tit. 10. 9

Pudicitia in quibus verſetur.

Vt ergò ſobrietas moderatur delectationem cibi, & potus, ita pudicitia, ſiue temperantia, delectationes venereas, non tantum in actu, ſed etiam in verbis, & moribus, & veſtibus, & cogitationibus. Tertiò vult eſſe *Ornatum*, quod verbum teſte Hie-

Ornatus qui ſit epiſcopus.

rony-

Hier. epiſt. 83. ſub fin. to. 2.

ronymo ad Oceanum ἀνεπίληπτος eſt prioris verbi, id eſt, irreprehenſibilis. Quia vitia, inquit, non habet irreprehenſibilis appellatur: qui virtutibus pollet, ornatus eſt. Sic ille. Græca vox eſt κόσμιον, quam vertit Eraſmus, modeſtum, id eſt, compoſitum in ſermone, in habitu, & in inceſſu, & in cæteris externis bene moratus.

Epiſcopus quis item ornatus, Hieronymo.
Idem ibid.

Addit Hieronymus aliam interpretationem, dicens: *Poſſumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij. Caput eſt artis decere quid facias. Sunt enim quidam ignorantes menſuram ſuam, & tantæ ſtoliditatis, ac vecordiæ, vt & in motu, & in inceſſu, & in habitu, & in ſermone communi riſum ſpectantibus præbeant, & quaſi intelligentes quid ſit ornatus, comunt ſe veſtibus, & mundicijs corporis, & lautiores menſæ epulas parant: cum omnis iſtiuſmodi ornatus, & cultus ſordibus fœdior ſit.* Et Auguſtinus ſerm. 2. De communi vita cleric. *Modò dicturi ſunt homines, quia inueni pretioſas veſtes, quas non potuiſſent habere vel in domo patris mei, vel in illa ſeculari profeſſione mea. Non decet, talem debeo habere qualem poſſum. ſi non habuerit, fratri meo dare. Qualem poteſt habere Presbyter, qualem poteſt habere docenter Diaconus, & Subdiaconus. talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo, quod & facere ſoleo; vt quando non poteſt veſtis eſſe cõmunis pretium veſtis ſit commune. Vendo, & erogo pauperibus. Si hoc eum delectat, vt ego habeam talem, det vnde non erubeſcam. Fateor enim vobis, de pretioſa veſte erubeſco: quia non decet hãc profeſſionem, hanc admonitionem, hæc membra, hos canos.* Hæc magnus Auguſt.

Ornatus corporis, & cultus qui nam ſordibus fœdior ſit.
B. Aug. ſer. 50 de diuerſis circa fin. c. 2.
Qualem Auguſtinus corporis ornatũ requireret.

Epiſcop⁹ qui ſit hoſpitalis.

Quartò, oportet eſſe Epiſcopum *hoſpitalem.* Quo nomine cætera miſericordiæ opera includuntur: nec putandus eſt ille Epiſcopus hoſpitalis, qui menſam ſuam inſtruit amicis tantùm, aut familiaribus, aut qui diuitibus, & petentibus, aut qui fortè ebrioſis, & morionibus, aut ſcurris, aut nouarum rerum nũtijs illam exponit; ſed qui Dei ſeruos ſeminantes ſpiritualia ſouet qui egentes, & peregrinos excipit: id enim ſignificat nomen Græcum φιλόξενον, id eſt, Peregrinorum amans, hoc enim proprium eſt eorum, qui excellentiorem profitentur charitatem: quo de opere laudantur Abraham, & Lot, qui Angelos domi ſuæ excipere promeruerunt; & Magnus Gregorius Chriſtum domi ſuæ hoſpitatus eſt, cùm multos peregrinos ad menſam inuitaſſet.

1. Cor. 9.
Geneſ. 18.
Infra 19.
Hebr. 13.

Olim vbi tãtùm hoſpitari peregrinus debebat Epiſcopus.
Hier. in c. 1. in ed. Sed hoſpitalem, to. 9.

Olim autem cautum erat, ne quiſquam Epiſcopus peregrinus alibi hoſpitaretur, quàm in ædibus Epiſcopi eius loci, per quẽ diuertebat. Hieronymus in epiſtolam ad Titum: *Ante omnia*, inquit, *hoſpitalitas futuro Epiſcopo denunciatur. Si enim omnes illud de Euangelio audire deſiderant; Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me: quanto magis Epiſcopus, cuius domus omnium commune eſſe debet hoſpitium? Laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hoſpitalitatis hoſpitium. Epiſcopus niſi omnes receperit, inhumanus eſt.*

Matth. 25.

Qualẽ oportet Epiſcopũ eſſe Doctorẽ.

Quintò, oportet Epiſcopum eſſe *Doctorem*, id eſt, vt Græca vox ſonat, Διδακτικόν, aptum ſiue appoſitum ad docendum. Epiſcopi enim opus proprium eſt docere, iuxta illud; Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore eius. Non eſt igitur aut rabula, aut blæſus, aut læuis, aut infacundus eligendus. Hieronymus libro 1. aduerſus Pelagianos: *Illud certè*, inquit, *quod ſequitur*, Διδακτικόν, *qui poſſit docere, non vt interpretatur Latina ſimplicitas, docilem, cum cæteris virtutibus difficulter inuenies.* Idem in epiſtola ad Oceanum: *Quòd autem doctrina à Sacerdotibus expetatur, & Veteris præcepta ſunt legis, & ad Titum plenius ſcribitur. Innocens enim, & abſque ſermone conuerſatio, quantum exemplo prodeſt, tantùm ſilentio nocet: nam & latratu canum, baculoquè paſtoris; luporum rabies deterrenda eſt.* Ambroſius Epiſcopus ex neophyto creatus, cogebatur quotidie diſcere & docere, vt ipſe teſtatur. Et explicans Apoſtolus ad Titum 1. quid ſit eſſe Doctorem, dixit: *Amplectentem enim, qui ſecundùm doctrinam eſt fidelem ſermonem; vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.* Hoc eſt enim eſſe Διδακτικόν, quod hic ait, Doctorem. Debent igitur noſſe atque docere, non humanas, aut philoſophicas diſciplinas, ſed Sacras Scripturas, quæ in Nouo, & Veteri Teſtamento continentur, quia de eis potiſſimum intelligimus dictum, quòd ſimus parati ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea quę in nobis eſt, Spe, & Fide. Reliqua etiam per Synodos Oecumenicas, ſiue per Pontificum Romanorum canones definita, ac tradita non ignorare. Etſi negandum non ſit ad Sacras literas intelligẽdas; & aptè alijs tradendas multum conferre humanarum diſciplinarum notitiam, & perceptionem.

Malach. 2.
Hier. circa med. tom. 2. inter med. & finem.
Idem epi. 83. ſub fin. tod. 10.
Tit. 1.
Ambr. lib. 1. De offic. c. 1. & c. 1. in proæ.
Epiſcopum quid eſſe Doctorem Apoſtolo.
Tit. 1.
Quænam docere debet Epiſcopus.
1. Pet. 3.

Sextò, oportet Epiſcopum vinolentum non eſſe: quòd & idem de Diaconis ſtatuit, cum ait; Non multo vino deditos. Ambroſius vertit, non obnoxium vino, id eſt, qui non delectetur vino: multa enim vini potatio etiam citra temulentiam, vim mentis laxat, & vigorem iudicij tollit, etſi iudiciũ non adimit. Num. 6. Iubentur Sacerdotes dum miniſtrãt, à vino abſtinere. Hieronymus ad Oceanum: *Vinolentia*, inquit, *ſcurrarum eſt, & comeſſatorum: venterq; mero æſtuans, citò deſpumat in libidines. In vino luxuria,*

Epiſcopi & Diaconi eſſe vinolenti non debent.
Ambr. tom. 5.
Num. 6.
Leuit. 10.
Hier. epiſt. 83.
Contra vinolentiam.
Epheſ. 5.

Epheſ. 5.

in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt: ergo, qui inebriatur, & mortuus, & ſepultus eſt.

Geneſ. 9.

Noë ad vnius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat.

Infra 19.

Lot per temulentiam, neſciens libidini miſcet inceſtum: & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt.

Plato tom. 2.

Quibus Plato interdixerit vinum, & quatenus. Vinum hominibus cui datũ à natura, eodem autore.

Plato libr. 2. de legibus propè finem, legem Carthaginienſium legibus Cretenſium, & Lacedæmoniorum præponit: *In ciuitate*, inquit, *nec ſeruus, nec ſerua vnquam vinum guſtet, nec ipſi quidem magiſtratus illo quo magiſtratum gerunt anno: neque gubernatores, neque iudices, dum munus ſuum exercent, vllo modo vinum guſtent.* Et paullò ante dixerat, Vinum, vt aliorum hominum fert ſermo, tributum eſſe supplicij nomine hominibus. Vt autem nos dicebamus, vinum vt medelam atque remedium, ad pudorem videlicet animo conciliandum, corpori verò ſanitatem, viriumque firmitatem tribuẽdam.

Nõ omninò eleruit vſum vini Apoſtolum prohibere.

1. Tim. 5.

Non tamẽ omninò vini vſus interdicitur, in cuius ſpecie ſanguis Chriſti potandus tribuitur & quia Timotheo hac eadem epiſtola ſcribit: *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.*

Chryſ. ho. 10.

Hic ſenſus: Oportet Epiſcopum non eſſe vinolentũ, id eſt, contumelioſum, improbatur.

Chryſoſtomus tamen cum ſuis ſequacibus, magis probat, nõ notari hic ebrioſum, vel vino madentem, ſed cõtumelioſum, & elatum, temerarium, & præfractum, vt Apoſtolus nomine cauſſæ deſignauerit effectum. Sed ſi hic ſenſus verus eſſet, concurrere videretur hæc vox cum ſequenti, vbi prohibet non eſſe percuſſorem.

Quot modis Epiſcopus non ſit percuſſor.

1. Cor. 8.

Septima ergo conditio Epiſcopi eſt: *Non eſſe percuſſorem*, ὀυ πλήκτην. Et ſicut multis modis contingit percutere, aut manu, aut opere ſcandalum fratribus dando, vt qui percutiunt fratrum conſcientias puſillorum; aut lingua, & conſilio: ita multiplex poteſt eſſe ſenſus.

Hier. in c. 1. epiſt. ad Titũ.

Primus modus.

Hieronymus namque in epiſtolam ad Titum, refert ad acerbitatem linguæ: vt Epiſcopus nemini maledicat, nec ſit ſæuus, & improbus obiurgator, ne conuicijs perdat, quos poterat modeſtia, & lenitate corrigere. De quo genere percuſſionis inferiùs capite 5. ait: *Seniorem ne increpaueris*, id eſt, Ne verborum plagis percutias: nam Græca idem verbum habẽt quod hic: Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς: de qua percuſſione Ieremias cap. 18. ait: *Venite, & percutiamus eum lingua*: & Dauid: *Dentes eorum arma, & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus.*

1. Tim. 5.

Ierem. 18.

Pſalm. 56.

Explicatur illud: Dentes eorum arma & ſagittæ; & lingua eorũ gladius acutus.

Qui enim in præſentes contumelioſius debacchatur, gladio vtitur; qui verò in abſentes, ſagittis. Et hoc genus percuſſionis minimè Ethnici ignorarunt: nam quidam Poeta dixit:

Horat. lib. 3. Carm. ode 12.

aut ex-Animari metuentis patruæ verbera
linguæ.

Et alter:

Perſius Sat. 1. propè finem.

—— Secuit Lucilius vrbem,
Te lupe, te Muti & genuinum fregit in illis.

Secundus modus.

Deinde ſunt, qui etiam manu percutiunt ad iniuriam, vulnus graue, aut cędem inferentes: qui irregulares fiunt, ne promoueri poſſint ad Sacros ordines, ſiue per ſe, ſiue per alios, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè percutiant: vt illi iudices, qui iuſtas mortis pronuntiant ſententias in eos quos regũt: quia non eſt aptus ad offerendum Patri ſanguinem Chriſti pro alijs, qui fratrum ſuorum ſanguinem fundit. Quare irregulares fiunt ad Sacerdotium.

Quid quod Rex Dauid nõ eſt domũ Domini ædificare permiſſus.

1 Paral. 22.

Quod inſinuatum & adumbratum Deus voluit in eo, quòd Dauid reiectus eſt, ad templum ædificandum, ob id quod multum ſanguinem effuderat, & plurima bella bellauerat. In hęc tamen diſpenſatio Pontificia cadere poteſt.

Tertius modus.

Poſtremò percuſſor eſt; qui operibus ſcandaloſis fratrum ſuorum conſcientias percutit: de quo Græci Patres hunc locum interpretantur.

Ratio huius copulę adfertur: Non oportet Epiſcopũ eſſe vinolentũ, non percuſſorem.

Matth. 24.

Luc. 12.

Rectè autem vinolentia cum percuſſione manus, aut linguæ coniungitur: quia vino dediti facilè incaleſcunt, & ad cœdes, & iniurias inferendas propenſi ſunt: vt conſtat de Alexandro Magno; & Matthæ. capite 24. dicebat ſeruus iniquus, *Moram facit dominus meus venire: & cœpit percutere conſeruos ſuos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.*

An legẽdum ſit: Sed modeſtum, an verò, Non turpis lucri cupidum.

Hier. circa med. tom. 2.

Idem epi. 83. ſub init. to. 3.

Subdit: *Sed modeſtum.* Hæc eſt Epiſcopi octaua conditio in Latina litera, nona verò in Græca, quæ vox in Græco codice non eſt, ſed poſt verbum, Non turpis lucri cupidum, quod in Latinis codicibus non legitur, nec Hieronymus legit in epiſtola ad Oceanum, nec libro primo contra Pelagium, nec etiam Ambroſius: tamen Græcè poſt illam vocem αἰσχροκερδῆ habetur ἀλλ' ἐπιεικῆ, hoc eſt æquum, & humanum, alij legunt, modeſtum.

Modeſtus qui ſit.

Theod. par. 2.

Eſt autem modeſtus, qui ferre poteſt ea, quæ in ipſum aut fiunt, aut dicuntur. Et ita interpretatur Theodoritus.

Epiſcopus qui non ſit turpis lucri cupidus.

Tit. 1.

Si verò legamus, *Non turpis lucri cupidum*, quod in Græco habetur, ꝙ tamen expreſſum eſt de Epiſcopis in epiſtola ad Titum & inferiùs exactum à diaconis; meritò ab Epiſcopo quoq; debet abeſſe hoc vitium: *Non turpis*, inquit, *lucri cupidum*, id eſt, Qui ignorat nouas augendi lucri rationes; ne cogitet id ſibi licere propter hoſpitalitatem, aut accumulet diuitias, vt filios notos, aut nepotes dicet, & vt abiecta cupidita-

Cur electi ſeptem Diaco-

te ad

ni ab Apoſtolis.

te ad diuina ſtudia verbi Dei, & præces ſit magis expeditus: nam ob id adiuncti ſunt illi diaconi, qui temporalium bonorũ curã habent: & vt dixerũt Apoſtoli; *Nõ eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare mẽſis.*

Actor. 6.

Epiſcopi turpe lucrũ conſectãtes, quales ſiant miſeri.

¶ Caueant ergo Epiſcopi, qui Apoſtolicã vitam conſectantur, ne ſuo vitio Iudę fiant aut pecuniæ accumulandæ incumbant. Reprehendit Cyprianus quoſdam Epiſcopos ſui ſeculi, qui vſurario lucro vacabant.

B. Cypr. tra. de Opere, & eleemoſ.

Turpe lucrũ quod nã ſit.

Eſt autem turpe lucrum, emere, vt vendas; aut tempore rigidi pretij frumenta vendas, aut vt fraudibus, & illicitis contractibus illa multiplices. Nec deſunt ex paſtoribus quidam tam ſordidi, vt plerumq; minus auaritiæ agnoſcere poſſis in laicis, quàm in illis, & hoc ſanè peccatum totam eorum vitam alioqui ſanctam, & prædicationem cõmaculat.

Epiſcopus qui litigioſus.

¶ Eſt aũt hęc decima Epiſcopi conditio: *Non eſſe litigioſum*, quod vno verbo Gręcè dicitur ἄμαχον, hoc eſt alienũ à pugnis, ſiue verborũ, λογομάχιαι quę vocantur, ſiue etiã manuũ: nã inijcere clericum in alium clericũ, aut contrà laicũ in clericum manus violentas, graue peccatũ eſt, & excõmunicationi ſubditur, qui id fecerit. Debet autẽ longè eſſe à pugnis, qui aliorum futurus eſt pacificator, & mediator.

Idẽ quomodo cupidus, aut auarus.

¶ Vndecima conditio eſt: *Non cupidũ*. Alij vertũt; auarũ. Gręcè verò vnũ nomen eſt ἀφιλάργυρον, hoc eſt argẽti minimè cupidum. Videas enim pleroſq; pecuniæ, & argenti mãcipia factos & in cũ vnum finem cuncta ſua ſtudia, & cogitationes, & operã ponere videtur, vt vndiq; loculos ſuos impleant etiã ex pęnis tẽporalibus, quas peccantibus imponũt. Vnde ſępè contentiones oriuntur inter Magiſtratũ ſacrũ, & profanũ.

Magnus Epiphanius in Ioannem Epiſcopũ Conſtantinopolitanum, cupidum, & auarum, quàm ſeriò & grauiter luſerit.

Pulcherrima eſt hiſtoria, quam Polybius quidã Epiphanij diſcipulus recenſet de Ioãne Ieroſolymitano Epiſcopo, qui cum innumerã inſtruxiſſet argenteorum vaſorum ſuppellectibilem, & admonitus fuiſſet ſemel, aut bis ab Epiphanio, vt illa omnia vẽdita in vſus pauperum diſpenſaret, nec auditus ab eo fuiſſet; profectus eſt ab Eccleſia ſua gratia adorandi, & viſitandi loca ſancta. Et cum illa vaſa ab eo mutuo accepiſſet ſub prætextu honorandi Cyprios nobiles, quos ſecũ adduxerat, occultè vendidit argẽtario Romano, qui fortè fortuna tũc Ieroſolymam venerat, & ingẽtem pretij pecuniam in vſus pauperum, & infirmorũ, & viduarũ diſpenſauit. Quod cum Ioannes nouiſſet, indignatus in Epiphanium, poſt celebratũ officium veſpertinum, cũ de templo exire, apprehenſa parte ſuperiori veſtium, ſanctum virum ſtringebat, dicens: Redde mihi argẽtum meum. Cùm ille modeſtè reſpondiſſet ſe redditurum, alter autem nihilominus adhuc magis vrgeret; eleuato animo, tantillum cogitauit quid faceret.

Epiphanij diuina vis Ioãnem Epiſcopum & cæcãtis, & cæcitate liberantis.

Ad quem tandem poſt puſillum conuerſus, proiecto ſputo in eius oculos, planè illum excęcauit. Qua ille re vehementer commotus, & ad ſe rediens, proſtrauit ſe ad pedes ſancti: & confeſſo peccato ſuo; cęcitatis malum deprecatus eſt, aſſerens ſe boni conſulere quicquid de argento feciſſet. Idem etſi à principio ſe durum præſtitiſſet, inſtante tamen Ioanne, & cæteris pro eo precantibus, primùm vnius oculi, deinde etiam & alterius vſum reſtituit. Erant igitur paſtores omnes ac Epiſcopi, & diſcant quid ſit argentum, & quanta in cæcitate verſentur, qui illi accumulando, & augendo, toto vitæ tempore incumbunt.

Epiſcopus eligendus qui ſit domui ſuę bene præpoſitus.

Duodecima conditio eſt, de qua ait: *Sed ſuæ domui bene præpoſitum*. Græca vox eſt προϊστάμενον, id eſt, Qui benè præſit, vt mox vertit: *Si quis autem* (inquit) *domui ſuæ præeſſe neſcit*, &c. Græcè προστῆναι. Et de Diaconis, qui filijs ſuis bene pręſunt: & cap. 5. *Qui bene præſunt presbyteri*.

1. Tim. 5.

Ne Laurẽtius Valla valeat obijcere: Bene præpoſitum, eius magis eſſe, qui commiſit Epiſcopi munus, quàm Epiſcopi laudem. Et Ambroſ. legit, lib. de Dignit. Sacerdot. cap. 4. *Domui ſui bene præeſſe*, in Commentarijs verò, *domum ſuam bene regentem*.

Ambr. t. 4. & tomo 5.

Domum pro familia vſurpauit, vt ſit ſenſus: Qui familiam ſuam bene regat. Hieronymus in epiſt. ad Oceanum; *Domum ſuam bene regentem: non vt opes augeat, non vt regias paret epulas; non vt cælatas patinas ſtruat, non vt Phaſides aues lentis vaporibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluãt artifici temperamento; ſed vt, quod populo præcepturus eſt, prius à domeſticis exigat.* Hæc ille.

Hier. epiſt 83. circa ſi. 10. 2.

Vt ita cum Propheta dicere valęat: *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam*, & reliq.

Pſalm. 100.

Et Dominus dixit, *Qui in modico fidelis, & in maximo fidelis erit.*

Ambroſ & Hieronymus domui ſuæ quẽ aſſerant bene præpoſitum.

Ambroſius verò priori loco de dignitate Sacerdotali: *Domui ſuæ*, inquit, *bene præeſſe poteſt, qui corporis ſui ſeruauerit caſtitatem.* Et ita domũ corporis interpretatur. Etſi veriſimilior ſit priori nterpretatio. Rurſus Hieronymus ad Nepotianum Epiſcopum: *Tales habeto ſocios, quorum contubernio non infameris. Si lector, ſi acolythus, ſi pſaltes te ſequitur: non ornentur veſte, ſed moribus: nec calamiſtro criſpent comas, ſed pudicitiam habitu polliceantur.*

Hier. epiſt. 2. lõgius à princip c. 1. initio.

Concilium Carthaginenſe III. cap. 18. rectè definiuit: Placuit vt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, priuſquam omnes, qui ſunt in domo eorum Chriſtianos Catholicos fecerint.

Conc. Carth. III.

Epiſcopi cur

Addit Apoſtolus: *Filios habentem ſubditos*

debent filios habere ſubditos cũ omni caſtitate.
Ambr.tom.5.
Tomo 4.

cum omni caſtitate. Hoc enim prima pars eſt corũ,qui bene præſunt familiæ ſuæ. Et,cũ, vel in omni caſtitate, ait, ſiue vt alij vertũt, reuerentia, & verecundia, Ambr.in Commentarijs legit, *Cum omni charitate*; at li. De dignitate Sacerd. c.4. vertit, cum caſtitate, & interpretatur: *Filios ſuos ſuæ caſtitatis exẽplo ad pudicitiæ regulam doceat.*

I. ratio.
Eccleſ.10.

Tùm quia mala eorum vita teſtimonium eſſet contra patrem eis prælatum, &, *Secundum iudicem populi,ſic & miniſtri eius,qualis rector* (vel iudex) *eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Et Sap.4.

Sapien. 4.

Ex iniquis ſomnijs (id eſt, nefarijs & illegitimis concubitibus) *filij qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua*,id eſt,cùm in eos inquiritur.

II. ratio.
1.Reg. 2.

Tùm etiam quia in Epiſcopi domum populus cõcurrit, cuius intereſt, vt Epiſcopi filij filios Heli non imitentur,qui in templi veſtibulo cum mulieribus dormiebant, & religionem in prædam optimæ cuiuſq; rei cõuertebant: quæ expoſitio eſt Hieron.ad Oceanum.

Hier.epi.83. ſub fin.
Theophylacto quid filios habere ſubditos cũ omni caſtitate.

¶ Theophylactus interpretatur cum omni caſtitate, id eſt, grauitate (eſt enim: μετὰ πάσης σεμνότητος) quæ ſit & in verbo, & habitu,& opere,cũ ad omnes,tum in omni tempore.

Tit.1.
Hier.tom.9.

Ad Tit.verò ſcribens ait: *Filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.* Pulchrè autem hoc explicat Hier. in ca.1.ad Titum:

Epiſcopi filios habentes impudicos, & incontinẽtes, teſte Hieronymo, quã inepti ad Epiſcopatum.

Qua enim libertate poſſumus alienos filios corripere, & docere quæ recta ſunt, cum nobis ſtatim poſſit qui fuerit correptus, ingerere, Ante doce filios tuos. Aut qua fronte extraneum corripio fornicationem, cum mihi conſciẽtia mea ipſa reſpondeat: Exhæreda ergo fornicantem filium, abijce filios tuos vitijs ſeruientes? Cùm autem nequam filius in vna tecum communicat domo, tu audes de alterius oculo feſtucam detrahere, in tuo trabem non videns? Hæc ille.

Matth.7.

Vnde elicias bone lector, aliquos Epiſcopos non eſſe cæteris meliores.

Ex quo patet, non omnem Epiſcopum ſtatim cæteris eſſe meliorem: nam Samuel, Dauid, & Iſaac abiecti fuiſſent propter ſuos filios, qui etſi filiorum vitijs non polluerentur, libertatem tamen totius populi corripiendi non habuerunt. Qui domui ſuæ, cui vbique præſens eſt, rectè præeſſe nequit, quomodò totam Eccleſiam rectè gubernabit, curabitque, in qua tam diuerſorum ingeniorum, & morum ſunt homines? Dicere ſolet vulgus, eos, qui Rempublicam adminiſtrant,negligentiores eſſe in ſuis liberis curandis, & inſtituẽdis. Verùm certè qui virtutis amore, & prudẽtia Rempublicam gubernat, ſedulam impendit filijs, & familiæ curam. Ordinata eſt enim charitas, & qui ſuorum, maximè domeſticorum, curam habet; fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Cant.2.
1.Tim.5.

Quòd verò Hieronymus in ca.1. ad Titum ſcripſit: *Dicendum eſt, in Scripturis per filios λογισμοὺς, id eſt, cogitationes; per filias verò πράξεις, id eſt, opera intelligi, & eum nunc præcipi debere Epiſcopum fieri, qui & cogitationes, & opera in ſua habeat poteſtate, & verè credat in Chriſto, & nulla ſubrepentium vitiorum labe maculetur*: magis eſt myſticum, quàm literale: ſicut quod Ambroſius interpretatur, eum domui ſuæ bene præeſſe, qui corporis ſui caſtitatem ſeruauerit.

Horum verborũ: Filios habẽtem ſubditos cum omni caſtitate, ſiue, non in accuſatione luxuriæ myſtica Hieronymi intelligentia.
Ambr. lib. de Digni. Sacerdot.c.4. to.4.

Propterea ſubdit: *Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* Idem eſt hoc cũ eo,quod Dominus apud Lucã dixit: *Qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.* Eſtq; ſolida ratio ducta à minori ad maius. Si enim quis decem põdera portare nequit, quomodo portabit cẽtum? Et ſi quis domũ regere neſcit, quomodo ciuitatem gubernabit? cum prudens œconomus non ſit malus futurus politicus etiam ſecundum huius mundi ſapientes.

Quàm ſolidũ & efficax, domum ſuã regere qui neſciat, nec Eccleſiam Dei bene curaturum.
Luc. 16.
Cui ſimile hoc dictum Apoſtoli.

Addit & decimamtertiam cõditionem: *Non neophytum*: Id eſt: non ſit noua planta, vel,Non recẽs natus,aut nuper inſitus;alij, Non ſit nouellus, vel nouitius; nam hoc nomine Apoſtoli recens baptizatum appellabant. Et meritò,quia homo plantatur in Chriſto quaſi in terra, aut implantatur tanquam ſurculus oliuæ, aut palmes viti. Vnde & apud Romanos noui homines vocari conſueuerant, & inſititij, qui nuper ad ciuilitatem Romanam perueniſſent.

Epiſcop⁹ qui non debet eſſe neophyt⁹, & quare.
Ioan.15.

Hæc autem conditio non requirit ſenectutem, nec excludit iuniores tempore, ſi docti, & bene morati exiſtant, cùm ipſe Apoſtolus Titum, & Timotheum adoleſcentes Creto Inſulæ, & Epheſo ampliſſimæ ciuitati præfecerit,& inferius dicat, *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Nam & Scipio adoleſcens ante tempus ad Conſulatum autoritate humana euectus fuit.

Pro neophytis qui minimè cenſendi.
1. Tim. 4.

Et Diataxis Apoſtolica apud Clementem lib.1.cap.1.ſcribit: *Sit igitur,ſi fieri poteſt,eruditus,& peritus in ſcientia verbi conuenienter ætati. Quòd ſi in parua parœcia grandior natu aliquis non reperitur, qui teſtimonio probatus, & ſapiens in Epiſcopum conſtitui poſſit, iuuenis verò ibi eſt, teſtimonium habens eorum, qui cum eo vixerunt. Epiſcopatus munere illum dignum eſſe, in manſuetudine, & modeſtia ſenectutem præ ſe ferens,& probatus talium teſtimonio commendetur; is conſtituituatur in pace.* Et probat: *Nam Salomon duodecimum agens annum, in Iſraële regnauit; & Ioſias octo annos natus regnauit in iuſtitia. Item Ioas in ſeptimo anno præfuit populo.*

Clem.Rom.
Iuuenem Apoſtolica cõſtitutio quẽ admittat ad Epiſcopatũ.
Adhuc iuuenes qui regnauerint in Iudæis.
3. Reg. 6.
4 Reg.21.
2.Paral.34.
4.Reg.11.

Deinde non excludit Apoſtolus per vocem neophyti magis Iudæum, quàm Gẽtilem, modò diu ſit ad Fidem cõuerſus, & in illa ſemper permanſerit. Imò quantum ad

hoc

Gal.3.24 & 25.

Gẽtiles olim non nomen Iudæi cur eſſent neophyti.

hoc attinet, præſtabat Iudæus Gentili, quia lex Moyſi tota erat pædagogia, & catechiſmus ad fidem Chriſti accipiendam. Lege enim iuuatur, ne illi Chriſtus, aut ille Chriſto nouus ſit. Et olim Gẽtiles ad Chriſtum conuerſi, neophyti erant, non autem Iudæi qui in Sacris literis à tribus millibus annorum enutriti erant. Vnde ipſi Iudæi primi fuerunt prædicatores, & Sacramentorũ adminiſtrarores, in quibus Gentes, & præſertim Corinthij gloriabantur, ac dicere ſoliti erant: *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha.*

1.Cor 1. Infra 3.

Quis propriè neophytus Apoſtolo.

Hier epiſt.83. circa fi.to.2.

Tantùm ergo reijcit illum, qui recens eſt baptizatus, quales plures eo tempore erant. Turpe eſt enim, ait Hieronymus: Heri cathecumenus, hodie Pontifex: heri in amphitheatro, hodie in Eccleſia: veſpere in circo, mane in altario: dudũ fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator. Idem li. 1. aduerſus Pelagianos: *Si Baptiſmus ſtatim iuſtum faceret, & omni plenum iuſtitia, nequaquam vtique Apoſtolus neophytum reſutaret: ſed Baptiſmus vetera peccata conſcindit, nouas virtutes non tribuit, dimittit è carcere, & dimiſſo, ſi laborauerit, præmia pollicetur.* Auguſtinus etiam lib.14. de Trinit. cap.18. & lib.2. de Peccat. meri. & remiſſ. cap.27. apertè affirmat; Baptiſmum non ſtatim tribuere perfectam virtutem. Imò ex hoc præcepto, & eo quid ſequitur de Diaconis: Et hi probentur primùm, ſtatutum eſt ne laicus fiat diaconus, presbyter, vel Epiſcopus, niſi prius in inferioribus ordinibus ſeruierit. Huius etiam rei vmbra nũc ſeruatur: quia nemo admittitur ad vllum ſacrum ordinem, niſi prius quatuor ordines, quos vocant Minores acceperit, in quibus etiam Synodus Tridentina decreuit, vt in illis ad tempus ſeruiant, qui ad maiores, & ſacros promouẽdi ſunt; ne contingat vt miniſteria ordinum à non ordinatis ſuppleantur, & ab ordinatis negligantur.

Idem circa med. voluminis, to. eodem.

Baptiſmi quid conferat, quid non conferat Sacramentum, teſte Hieron.

B. Aug. to.3. Idem tom.7.

Ad altiores nunc ordines promouẽdi quomodo probentur primùm.

Triden. Syno. ſeſ 23. c 2 & can. 2 & alibi.

Epiſcopus neophytus, in ſuperbiam elatus, in iudicium cur incidat diaboli.

I. ratio. D. Hieron. Hieron. ad Oceanum.

Meritò autem hoc officium extendi poteſt ad eos, qui citò, & minimè per gradus ſuos euehuntur ad hoc tantùm Epiſcopatus faſtigium. Et rationem imminentis ruinæ reddit: *Ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.* Ignorat, inquit Hieronym. momentaneus Sacerdos humilitatem, & manſuetudinem ruſticorum: ignorat blanditias Chriſtianas: neſcit ſeipſum contemnere: de dignitate transfertur ad dignitatem: non ieiunauit, non fleuit, non mores ſuos ſæpè reprehendit, & aſſidua meditatione correxit non ſubſtãtiam pauperibus erogauit. De cathedra quodam modo ducitur ad cathedram, id eſt, de ſuperbia ad ſuperbiam. Ambroſius quoque: *Verum eſt,* inquit, *quia rudis in fide ſolet extolli ſuperbia, maximè ſi accipiat ordinem. Nouitate enim, & poteſtate inflatur, arbitrans ſe præ cæteris digniorem. Videns enim primo anno natiuitatis collatum in ſe honorem, putant non magis ad ſuum; ſed, ad aliorum profectum ſe vocatum quaſi beneficium religioni det magis, quam accipiat ab ea.* Et epiſt. ad Vercellenſes: *Quàm reſiſtebam ne ordinarer? poſtremò cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præſcriptio, præualuit impreſſio. Tamẽ ordinationem meam Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur ſuperbia. Si dilatio ordinationi deſuit vis coegeris eſt. Si non deeſt humilitas competens Sacerdotio; vbi cauſſa non hæret, vitium non imputatur.* Accedit & Haymo in hunc locum: *Ne dicat neophytus, Indigebat Eccleſia mea ſapientia, vel meo auxilio: ideò me ad Fidem adduxit, & ſuper ſe conſtituit.*

II. ratio. S. Ambr. Ambr. tom.5.

Idem epi. 82. circa med. t.5.

Ambroſij neophyti ordinati, Epiſcopi cauſæ.

III. ratio. Haymonis Epiſcopi.

Eſt ergo neophytus, noue conuerſus ad Fidẽ, & recenter inſtructus, non minus vrgens inſtructionem, quàm Baptiſmi Sacramentum. ¶ *Ne in iudicium incidat diaboli.* Id eſt, in eandem damnationem, in quam diabolus incidit per ſuperbiam, & arrogantiã, vt Haymo, & Chryſoſtomus cũ ſuis explicant, Baſil. ad Cœnobitas: *Diabolica iſta peſtis eſt, & libidinis dominãdi labes, quæ res inſigne eſt prima illius diaboli prauitatis indicium. Etenim ex hac ille quoque imperandi libidine præceps inſigni illo ſuperbiæ lapſu corruit.* Hieronym. verò ad Oceanum: *Iudicium,* inquit, *& ruina diaboli, nulli dubiũ, quin arrogantia ſit. Incidunt in eam, qui in puncto horæ, necdum diſcipuli iam magiſtri ſunt.* Aliter interpretatur Ambroſ. *Elatus neophytus incurrit laqueum diaboli. Iuuenta enim occaſione ſuperbiæ illius, Satanas præcipitat eum.* At Eraſmus vocem diaboli vertit per verbum Calumniatoris, vt poſſit & ad hominem referri, & non tantùm ad ſpiritum immundum: ſed præſtat Patrum veterum intelligentia, quam Hilar. etiam ponit in Pſal.118. ſuper illud: *Increpaſti ſuperbos.* Et conſideranda eſt Pauli prudẽtia hoc loco: quia cũ dixit: *Non vinolentum, non percuſſorem, nõ litigioſum,* rationem non expreſſit, quia crimina erant, & manifeſtè per ſe mala: at cũ dixit, *Nõ neophytum,* rationem adiecit: quia eſſe neophytũ, non eſt crimen, aut res per ſe mala, ob quam quis veniat à gradu ſuo arcendus, ſed media, & adiaphora.

Neophytus Epiſcopus ordinatus quale iudicium incidat diaboli.

Idem. Chryſ. ho 10. Baſil. c 10. cõſtit monaſt. Hier. epiſt. 83. ſub fin.

Amb in ca 3. 1. ad Timoth.

Alter ſenſus Eraſmi, minus probabilis.

Hilarius. Pſalm.118.

Huius ſolius conditionis, non præcedentiũ, creandi Epiſcopũ non neophytum, cur Apoſtolus rationem aſſignauerit.

Vltima cõditio Epiſcopi eſt: *Oportet autem illum & teſtimoniũ habere bonum ab ijs qui foris ſunt; vt nõ in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Hieronym. ad Oceanum, ita interpretatur: *Quale principium, talis & clauſula. Qui irreprehenſibilis eſt, non ſolùm à domeſticis, ſed ab alienis conſono ore laudatur. Alieni, &*

Quod habere teſtimoniũ bonum debet Epiſcopus ab ijs qui foris ſunt.

Hieron loco prædicto.

extra

extra Eccleſiam ſunt Iudai, Haretici, atque Gentiles. Talis ergo ſit Pontifex Chriſti, vt, qui religioni detrahunt, vitæ eius detrahere non audeant. Hæc ille. Debet ergo Epiſcopus ab externis vitæ inculpatæ habere teſtimoniũ: nam ipſi Catholicum Epiſcopum pro ſeductore habent.

2. Cor. 6.

¶ Et quòd dixit Apoſtolus: *Per infamiam & bonam famam*, explicat: Vt ſeductores, & veraces. Infamia erat, ſeductorẽ eſſe: quem titulum Chriſto mortuo Iudæi dederunt: Domine, recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc, viuens, &c. Cæterùm nullis vnquam Apoſtolus fornicationis, aut impudicitiæ, aut auaritiæ crimen obiecit, vt hoc loco ait Chryſoſtomus & Plinius in epiſtola ad Traianum ſcripſit, quod Chriſtiani nullo crimine, aut flagitio, in quos inquirebat, inuoluerentur; niſi quòd antelucanos quoſdam hymnos Chriſto canerent Deo.

Matth. 27.

Chryſ. ho. 10. De Chriſtianorum ſanctitate, Plinij teſtimoniũ.

Explicatur dupliciter hæc ratio: Vt non in opprobrium incidat, & laqueũ diaboli. *Amb. tom 5.*

Quòd verò ait: *Vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli*: quidam ad omnia ſuprius dicte de Epiſcopo referendum cenſent, quaſi dicat: Hæc omnia habeat Epiſcopus, ne apud ſideles, vel infideles probo afficiatur, & contemnatur. Vnde Ambroſius hoc loco: *Si timorem*, inquit, *ante oculos non habuerit Epiſcopus, tempori magis ſe commendans hunc quaſi infidelem, & pſeudoprophetam deſerit Deus, & deformis videbitur omnibus, & maculoſus; quia aliter facit, quàm prædicat.* Sic ille. Verùm intelligentia Græcorũ præſtat, qui hæc accommodant ad proximum verbum: Huiuſmodi enim apud Infideles increpabitur, atque ita prædicatio eius impedietur. Et vt Ambroſius interpretatur: Ne fortè accipiant inimici locum Epiſcopo obtrectandi, & infamare incipiant Catholicum dogma. Vel: Ne ipſe Epiſcopus fiat probro Eccleſiæ, doctrinæ, & laqueus per quem diabolus multos illaqueet, ſicut dicitur de Iudæis: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum.*

Alter ſenſus Græcorum præſtantior.

Amb. De dignit Sacerd. c 4. in ſi. 1. 4.

Pſalm. 68. & Rom. 11.

Doctrina Domini quando blaſphemetur.

1. Tim. vlt.

Quòd inferiùs etiam c. 6. de ſeruis dicitur debentibus dominos ſuos omni honore dignos arbitrari: ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur, Multum enim doctrina blaſphematur, cùm quis malæ famæ ad eam prędicandam conſtituitur. Tunc enim Eccleſia probro afficitur, & infirmi à fide deficiunt, & infideles à fide accipienda alienantur. Vt autem vulgò dicitur: *Malus choraula, bonus ſymphoniacus eſt.* Et Cicero pro Muræna: *Qui cytharœdi eſſe non poſſunt, aulœdi ſiunt.* Hæc ille ferè. Ita dicent Gentiles, & Hæretici: Infamis apud nos, magnus, & præcipuus eſt apud Chriſtianos. Et hactenus vniuerſas conditiones Epiſcopi explicuimus.

Epiſcopi malæ famę qua les iuxta Prouerbium videri valeant.

M. Tul. in oratione pro Murana.

Secundæ queſtionis ſolutio.

Iam ad ſecundum dubium illud: cur has omnes conditiones per poſitiuum gradum Paulus expreſſerit, & nõ per comparatiuum vt diceret: Qui melior, qui doctior, qui irreprehenſibilior; &c. dicendum eſt; Apoſtolum hoc loco conſideraſſe illas conditiones quæ ad conſtitutionem Epiſcopi requiruntur, non autem illas, quas eligentes Epiſcopum habere debẽt. Et quia ſatis eſt idoneum eligere, & ſufficientem, quia difficile eſſet huiuſmodi præcellentias vnius ad alterum agnoſcere, cum Spirituũ ponderator ſit Dominus; ſatis eſt in ſoro conſcientię eligere bonum, id eſt, charitate præſtantem, & prudentem, vt valida ſit electio. Qui tamen optimè nouit vnum alteri præſtare, tenetur in ſoro conſcientiæ, ni peccare velit, meliorem nominare, etiamſi ſufficeret bonum, & idoneum eligere.

Prouerb. 16.

Quando melior, & aptior omninò ſit Epiſcopus eligendus.

Illud tamen conſiderandum, quòd non tantùm charitas, & morum probitas, ſimpliciter facit meliorem, ſed virtutes aliæ tã naturales, quàm intellectuales, vt ſcientia, grauitas, prudentia, eloquentia; & illi, qui, cæteris paribus nobilitate præfulgent: quæ digna ſunt vt perpendantur ab electoribus & quæ tantùm ponderis habent; vt interdum etiam minor charitate veniat præferendus maiori, modò illis dotibus dictis exornetur.

Quę res Epiſcopatu alii alio faciant digniorem.

Qui verò eligitur, non debet ſe cogitare meliorem, quia eſſet ſuperbia, & arrogãtia, ſed ſatis eſt, quòd in ſeipſo nõ agnoſcat crimen aliquod impediens ſedis occupationẽ. Ideò B. Petrus etſi ter fuerit interrogatus à Chriſto an plus cæteris diligeret; ſine comparatione reſpondit, *Domine tu ſcis quia amo te.* Et quia Chriſto notiſſimæ erant Petri qualitates ad Eccleſię gubernationem idoneæ; idcircò de charitate præcipuè examinauit: quòd, vbi aliæ adſunt conditiones, hæc debet eſſe inter eas præcipua, & primaria. Et fortè aliæ partes erant præſentibus omnibus notæ. Ideò de charitate delitescẽte interrogat, vt conſtaret, optimi, & charitate præſtantiſſimi electionem fieri.

Epiſcopo futuro quid conſiderandum.

Ioan. 21.

Cur Dominus Petrum, an ſi plus cæteris diligeret Apoſtolis, interrogauerit.

Etſi verò in naturalibus, quę pręſtantiora ſunt, regant ignobiliora, & ſuperiora, ea, quæ inferiùs ſunt, vt cęli, elementa, & mixta: in donis tamen gratiæ, non ſemper melior regit, aut doctior: imò interdum inferior ſapientia, vel charitate regit quandoq; ſubditum magis ſe Deo charum: vt Maria, & Ioſeph imperabant Chriſto, & Chriſtus omnibus rationibus maior ſubijciebatur illis. In ciuilibus quoq; Magiſtratibus, non ſemper ſuperior ſcientia alios regit, imò interdum longè inferior.

Quos natura quos gratia interdum præpoſterè alijs ad regimẽ proponat.

Luc. 2.

Quomodò aũt ſit Epiſcopatus acceptãdus

Ad Epiſcopatum electo

quid obſeruandũ Cornelij exẽplo Pontificis. B. Cyprian. e piſt. a paulò remotius à principio.

dus ab eo qui eſt electus, explicat. Cyprianus libr. 4. epiſt. ad Antonianum, de Cornelio dicens: *Non iſte ad Epiſcopatum ſubitò peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in Diuinis adminiſtrationibus Dominũ ſæpè promeritus, ad Sacerdotij ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. Tum deinde Epiſcopatum ipſum nec poſtulauit, nec voluit, nec vt cæteri, quos arrogantiæ, & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, inuaſit; ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenita ſibi, & cuſtodita verecundia, non vt quidam vim fecit, vt Epiſcopus fieret; ſe ipſe vim paſſus eſt vt Epiſcopatum coactus exciperet*, &c. Et hæc ſint ſatis ad quæſtionem.

III. ſol. quæſtionis. Cur nobilẽ, & illuſtrem Apoſtol. non dixit etiam Epiſcopũ eſſe oportere.

Ad tertiam dubitationem, cur Apoſtolus nobilitatis, aut progenitorum gloriæ hoc loco non meminerit: ſunt enim nonnullæ Prouinciæ, in quibus lege cautũ eſt, ne quis ad primarum Eccleſiarum honores perueniat, niſi præclaro ſanguine, & ſtemmatis gentilitijs præſulgeat: Reſpondemus in primis, quòd Apoſtolus huius rei inter tot conditiones nunquam mentionem fecit, quia nõ eſt neceſſaria ad ſalutem, vt iſti Mobiliſtæ putant: alioqui nunquam Paulus organum Spiritus ſancti, illam conditionem ſuppreſſiſſet.

II. ratio ab exẽplo Chriſti

Deinde hoc eſt contra Chriſti exemplum: quia ipſe non viros magnos, & nobilitate ſplendidos, ſed viles, & contemptos Eccleſiæ ſuæ præfecit, ſed plebeios, piſcatores, telonarios, agricolas, & paſtores: at Chriſti exemplũ in omnibus partibus ſeruandum eſt, & retinendũ. Tertiò, quia ipſe Paulus ad Corinth. teſtatur: *Videte vocationẽ veſtrã, fratres, quia non multi ſapientes ſecũdum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius*. Cur ergo homunculi contra exempla, & verba Spiritus ſancti audent leges pernicioſas condere? Quartò, cũ multę ſint Eccleſiæ, & pauci nobiles digni ſi nobiles tãſecundùm carnem eſſent ad Epiſcopatũ legendi, multæ Eccleſiæ paſtoribus vacarent. Quintò, poſſent meritò Nobiles gloriari in carne, quòd ipſi ſoli digni eſſent, qui promouerentur ad primas ſedes; & ita periret Dei gloria, qui voluit per ignobilia deſtruere nobilia; & per infirma, & ea quæ non ſunt, potentes, & eos, qui illuſtri ſunt loco nati. Et prępoſterum eſſet de nobilitate carnis teſtes citare, de nobilitate

III. ratio à Pauli doctrina. 1. Cor. 1.

IV. Ratio.

V. Ratio. 1. Cor. 1.

vitæ, & doctrinę nihil curare, de qua tamen maximè carent ſacræ literæ, de alia verò mentionem vllam non faciunt. Sextò, venatores in canibus diligendis, & equites in equis inſtituendis, non tam ſoliciti ſunt de generis nobilitate, vt ſic loquar, quàm de velocitate curſus, & ferocitate eorum, & ſpecie, & forma qua præditi ſunt nauigaturi quoque non admodum curant quod nautæ ſin claro genere orti, ſed quòd periti ſint in nauigandi arte, & ſæpè pericula experti, & qui probe tempeſtates maris declinare nouerint: Cliens etiam anxius non eſt aut ſolicitus vt aduocatum habeat generis claritate ſplendidum, ſed eum, qui doctrina & iuris prudentiæ ſcientia præditus ſit, qui eloquentia valeat, & qui clientulorum cauſas ad victoriam perducat: ita in Epiſcopo ouibus Chriſti præficiciendo, reſpiciendum eſt ad vitæ integritatem, & morum innocentiam, & ad id, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & ad eos qui cõtradicunt, arguere. Etſi enim multa per vicarios facere poſſit, tamen ridiculum eſt, eum eſſe Epiſcopũ, qui alienis oculis ſemper videat, & alienis aurib. ſemper audiat, & qui alieno ore ſemper loquatur: deberet & per alios etiam edere, & bibere: hoc autem in Eccleſia Dei multos parere poſſet Sardanapalos, nõ autem animarũ paſtores, aut cuſtodes. Septimò, quæro quid ſit nobilitas, & quis nobilis? Reſpondent Nobiliſtæ illum eum, qui ex vtroque parente nobili ortus ſit, nõ qui ex altero tantùm. Alij verò nobilem definiunt, eum, qui ab atauis, vel tritauis nobile genus ducat. Quod ſi ita eſt, quomodo tandẽ in nobilitatis cõſortium venire potuerũt primi nobilitatis autores? Ne ergo progreſſus ſit in infinitũ, oportet peruenire ad vnum, qui neutro parente nobili ortus ſit, & qui ſit primus nobilitatis autor. Ille ergo primus nobilitatis ſuæ autor, & neutro parente nobili natus, à numero nobilium noſtri ſeculi excludetur; nobilis autem erat infans in cunis adhuc vagiens, qui ex ſemine illuſtris familiæ eſt ortus: ſimili igitur ratione, qui ex fabris naſcuntur, erunt fabri; qui ex agricolis, agricolæ; & qui ex doctoribus, doctores; & qui ex militibus, milites. Quòd ſi hęc falſa ſunt, & à vulgari ſententia remota, ſequitur, quòd vel hæc nobilitas ex parentibus profecta, vera non ſit; vel ſi nomen nobilitatis obtinet, neceſſe eſſe primos illos nobilitatis autores, quorũ virtute in nobilitatem aſciti ſunt, verè & propriè nobiles extitiſſe, etiam ſi ex obſcuris parẽtibus ſint progeniti. Quare rectè dixit quidam huius nobilitatis contemptor.

VI. ab exẽplis quibuſdã artium humanarum.

Tit. 1. Doctrinã ab Epiſcopo qualẽ Apoſtolus requirat.

VII. Ratio. à definitione nobilitatis.

Quàm vana quàm fallax nobilitatis opinio,

Romanorũ genus quam obſcurum & turpe. *Iuuen. ſaty 8. in fine.*

Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Tacitè inſinuans, Romanos ex lupa, id eſt, ex meretrice, & paſtore profectos.

Ex quo ſequitur, omnes qui noſtro tẽpore per virtutum opera nobilitatem, & ſtemmata ſunt conſecuti, licèt ex ignobilibus, & obſcuris progenitoribus orti, verè, & propriè nobiles eſſe: ſicut ijs qui in palæſtra diù, & benè eam artem didicerint, & ſunt & dicuntur Palæſtritæ, licet parentib' palęſtra alienis nati ſint. Demum conſequitur, eos omnes, qui virtutes illuſtres ſunt conſecuti, aut de Republica benemeriti propter inſigne, & eximium aliquod facinus pro ea geſtum, etſi obſcuro genere nati ſint, verè inter nobiles eſſe computandos, & omnibus nobilitatis honoribus dignos exiſtere. Quid enim aliud nobilitauit Pompeios, Cæſares, Scipiones, niſi virtus militaris? Quid item M. Tullium Arpinatem, nouum hominem, & humili loco natum, ad Conſulatum & ſummos honores euexit, niſi eloquentia prudentiſſima, aut prudentia eloquentiſſima; qua Catilinam nobilem patriæ excidium molientem oppreſſit? Quid item Marium Arpinatem hominem obſcurũ illuſtrauit, qui ſeptimum Conſul fuit, niſi magnitudo animi, & bellica fortitudo? de quo Satyricus:

Veram atque perfectam ex virtute nobilitatem oriti: quique olim per eam nobilitati fuerunt.

Iuuen ſaty. 1 adem, pa ulo ante.

In monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro.
Hic tamen & Cimbros, & ſumma pericula rerum
Excipit, ſolus trepidantem protegit vrbem.

T. Liui. lib. 1. tertia Deca die, procul à med.

M. Valerius Coruin' in oratione, qua exercitum ad prælium cum Samnitibus comitendum cohortatus eſt, teſte Liuio, dixit: *Nunc iam nobis patribus, vobiſq; plebeys promiſcuus Conſulatus patet: nec generis, vt antè, ſed virtutis eſt premium: proinde ſummum quodq; ſpectate milites decus.*

Sub hac tertia dubitatione continebatur; hic Apoſtolus cur nihil dixerit de genere & ſanguine certarum nationum? Reſpondetur: quia nihil aliud ſpectatum eſt à Chriſto, & à Paulo, niſi vt vitæ probitas, charitas, & ſcientia Scripturarum, & prudentia in eligendis Epiſcopis, aut miniſtris ſpectetur.

Neophytum eſſe recentet baptizatum, dicentum.

Objiciunt autem quidam, quòd hic dixit Apoſtolus, Non neophytum. Sed hoc ſuperiùs explicatũ reliquimus, & neophytum oſtendimus nõ eſſe eum, qui ab infantia baptiſmo eſt regeneratus, aut is, cuius progenitores, parẽtes nempè, aui, & proaui ex vtraq; parte, matris, & patris Chriſtiani fuerunt. Vnde Anſelmus: *Nec nuper*, inquit,

Anſel. par. 2.

baptizatus, nec nuper à ſecularibus negotys, vel à militia ſeparatus, fieri debet Epiſcopus: quia vnuſquiſque talis eſt neophytus. Declarat autem canon Apoſtolorum 80. quis propriè ſit ille neophytus: cuius ſententiam citat Origenes lib. 3. contra Celſum: *Qui ex Gentili*, inquit, *vel ex Iudæo fit Chriſtianus, aut ex vita praua ad honeſtam conuertitur, ne ſtatim Epiſcopus fiat. Indignum eſt enim, vt qui nondum documentum vitæ ſuæ dederit, aliorum fiat magiſter*, Ita interpretantur Concilia, & præſertim Nicænum canon. 2. atque alia permulta.

Origenes

Concilium Nicænum.

Quòd ſi Apoſtolus per neophytum intelligeret eum, qui ante Baptiſmũ per viginti, aut triginta annos particeps fuit fidei, & eum ab Epiſcopatu excluderet, profectò & ſeipſum, qui hæc ſcripſit, & Timotheum, ad quem ſcribit, & qui ab Apoſtolo Epiſcopus promotus fuit, eodem præcepto à Pontificatu excluſiſſet: quod minimè credẽdum eſt, quia ſic ſe, & omnes primitiuos, neophytos feciſſet.

Huius ſenſus incõmodum. Apoſtolo neophytus eſt, qui diu ante baptiſmũ particeps fidei fuit. *1. Tim 4. 2. Tim. 1.*

Nec poteſt meritò dici neophytus in dogmatibus, aut in virtutũ exercitio, cùm vel per triennium in illis enutritus ſufficiat ad malos habitus tollendos, & virtutes inferendas. At verò qui è contrariò ſe in illis non exerceret, ſemper eſſet neophytus: quemadmodum in militia ſemper erit tyro veterani filius, qui veterani ſtudium minimè calluerit. Acutè dixit poeta Satyricus:

Quis vel me docetur in fide, vitæque probitate vel ſtatus, immeritò neophytus appellatur.

Iuuen. ſaty 8 in fine.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniq; arma capeſſas
Quam te Therſitæ ſimilẽ producat Achilles.

Sol. IV. quæſt.

Ad quartam dubitationem qua quæſitum fuit, cur Apoſtolus neq; hoc loco, neque ad Titum quicquam de cœlibatu eorum, qui promouentur ad ſacros ordines ſtatuerit, cùm cœlibatus mirificè illos decoret, atq; exornet? Reſpõdemus ex Chryſoſt. moderatam hic virtutẽ exegiſſe Apoſtolum, non ſupremam atque cœleſtem: nã tunc continentes, & cœlibem vitam agentes non facilè inueniri potuiſſent, qui idonei eſſent Eccleſijs regendis, ſi etiam hodiè tanta eſt illorum penuria; & negotia Eccleſiæ, fructuſque perirent. Satis fuit eo tempore, vt poſteriores Epiſcopi in Eccleſia, eam legem de cœlibatu, id eſt cœlibum vita, cõſtituerent, ſicut & factum eſſe videmus. Tales enim, qui à coniugij vinculis liberi ſunt, aptiores ad præſtanda munera Epiſcopi inueniuntur, & ad ſacrificium Eccleſiæ honeſtiùs peragendum, & ad preces Eccleſiæ fundendas, & ad eleemoſynas erogãdas, & ad ſacrarum lite-

De cœlibatu Sacerdotum Apoſtolus quare nil ſtatuerit.

B. Chryſoſt. hom 10.

Sacerdotes, & Epiſcopi cœlibes quã to ſint ad regendam Eccleſiam aptiores.

rarum

rarum ſtudia, & ad prædicationis officium exhibendum. Nam ſi qui ex Apoſtolis aut 70. Diſcipulis ad munus Apoſtolicum vocati ſunt, cùm in coniugio eſſent nonnulli illorum, vxoribus ſe priùs ſpoliarunt, vt ad Epiſcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus munera præſtanda expeditiores eſſent, apertè indicatũ eſt ad eiuſmodi gradus meliores eſſe cœlibes, & aptiores. Idcirco Syricius Papa hanc legem de cœlibatu primus tulit, quam & alij poſteà confirmarũt. Probarunt autem ſuis ſententijs omnes Eccleſiæ patres, qui huic legi non ſe oppoſuerunt, neque reclamarunt, ſed eam amplexati ſunt, & præſertim Ambroſius, Hierony. & Epipha. eam commendant & celebrant, in qua neminem ad caſtitatem cogunt, ſed tantum ſtatuunt, vt qui velint ad ſacros gradus Eccleſiæ aſcendere, priùs cœlibem & caſtã vitam Deo, & miniſterio eius ordinanti promittant non coacti, ſed ſua ſponte. Vt autem vota Deo nuncupata reddere homines tenentur, ita Eccleſia huius promiſſionis votum exigit, inhabiles reddens perſonas, quę poſt talem promiſſionẽ coniugium inierint, illudq; irritum & caſſum reddens. ¶ Cauit etiam Spiritus ſanctus, ne talem legem Paulus hic pronunciaret; ne aliqui pertinacius eius verba tanquàm præceptum iuris diuini interpretarentur; cùm tamen Græci, & Orientales coniugati priùs ad hos gradus Eccleſiaſticos aſcẽdant: quãquàm vſus nunquàm fuerit, vt ſemel ad Epiſcopatum, vel Sacerdotiũ, vel Diaconatũ promoti vxorem ducant. Sed de Cœlibatu alibi multa dixi, & hæc pauca hoc loco ſint ſatis.

Math. 8.

Qui primus in Eccleſia Põtifex cœlibatum induxit, ac ſtatuit.

Pſalm. 75.

Prima ratio nõ præcepti Sacerdotib⁹ cœlibatus à Paulo.

Li. 9. Enarrationũ Euang.

Ad quintam dubitationem, cur ſcilicet nihil de Reſidentia Epiſcoporum & Paſtorum B. Apoſtolus aut hic, aut ad Titum conſtituerit: reſecatæ enim fuiſſent multæ quæſtiones, & conflictus in huius articuli diſcuſſione, & controuerſia, præſertim cuius iuris ſit, Diuini, an Eccleſiaſtici, & qua ratione eſſet intelligenda, anque in eam cadat diſpenſatio: Dicendum eſt, conſilio Spiritus ſancti Apoſtolum nihil de re hac ſtatuiſſe: tum quia eiuſmodi dubitationes ſuo tempore nondum extiterãt; tùm quia ratio, & natura paſtoris id præſcribit, vt cum gregibus ſuis paſcendis, & tuendis verſetur: & propterea cuiuſcunque iuris illa exiſtat, neceſſariò præſtanda eſt Eccleſis ſuis à bonis paſtoribus. Cæterùm ipſum paſcere oues ſuas Epiſcopum, ſiue pręſens, ſiue abſens ſit, manifeſtiſſimè ius Diuinum eſt, qui dixit Petro: *Paſce oues meas*; & in eo omnibus Epiſcopis dictum eſt pro illa portione gregis, qui ſibi ad paſcendum data eſt.

V. Sol. quęſt. De reſidẽtia cur Paulus Epiſcopis nihil ſtatuerit.

Reſidentia vt iuris ſit Diuini.

Ioan. 21.

At Reſidere, quod eſt frequenter, & aſſiduè gregi ſuo adeſſe, nõ ſemper eſt Diuinum mandatum, cùm interdum contingat magnis de cauſis abeſſe: vt, ſi Eccleſia maligni ſit, & peſtilentis aëris; aut ſi periculosè ægrotet Paſtor; aut ſi vocetur ad Synodum Generalem; aut à Pontifice Romano, ob varia, quæ occurrunt in Eccleſia Dei negotia; aut ſi ad Eccleſiam commendatam à Summo Pontifice viſitandam accedat, & ad tempus permanere pro aliqua cauſa, quæ eius præſentiam expoſcat; aut ad patrem, & matrem, & propinquos ad tempus viſitandos accedere, lege charitatis cogatur, aut ob alias multas cauſas, quas difficilè eſt certò comprehendere. Solent autem diuina præcepta de ijs tantùm, quæ per ſe aut bona ſunt, aut per ſe mala, ferri, non autem de medijs aut indifferentibus, præterquàm in his quæ ſpectant ad Sacramenta Eccleſiæ.

Quatenus humani & Eccleſiaſtici reſidentia iuris.

Diuini iuris & Humani diſcrimen.

Ex quibus deditur, ipſum paſcere ſiue præſentem, ſiue abſentem, iuris eſſe Diuini; at Reſidere, iuris Canonici & Eccleſiaſtici. Iubet enim Eccleſia ad paſcendas oues, optimam eſſe & commodam reſidentiam: at verò, cùm cauſæ occurrant, vt à grege abeſſe poſſit, quales ſunt iam enarratæ, & ſimiles, ne contingat in ijs, quę ſunt iuris Diuini, & præcepti, cadere diſpenſationem humanã, non ſit veriſimile vt reſidere ſit iuris diuini, ſed Pontificij, & Eccleſiaſtici, vt ita quod Eccleſiaſticum & Pontificium eſt, per Eccleſię Paſtores & Pontifices diſpenſetur. Nam ſicut v. g. ieiunium in genere, & cõfeſſio, quæ ſecretò fit Sacerdoti, & participatio ſacrę Euchariſtię, pręcepti ſunt diuini, & in Scripturis expreſſi; at verò tali vel tali die, & tali ac tali modo ieiunare, præcepti eſt Eccleſiaſtici; deinde confiteri huic, vel illi Sacerdoti, hæc vel illa peccata, & ſumere Euchariſtiam tempore Paſchæ, & à tali Sacerdote, & tali modo; Canonica ſunt præcepta, in quæ cadere poteſt diſpenſatio. Ad eum modum, Paſcere gregem, diuinum eſt mandatum; Reſidere autem tali anni tẽpore, vel tot menſibus, prorſus ad canonica & Eccleſiaſtica pręcepta referendum eſt. Et ita Apoſtolus de hac re nihil dixit, ſed reliquit iudicio Spiritus ſancti, & tempore quo magis Eccleſiæ prodeſſet, poſteris declarandum ac decernendum.

Vnde perſpicuum ſit, nõ eſſe reſidentiã iuris ſemper diuini, ſed etiam humani.

Vtriuſq; diuini ſcilicet, & humani iuris exempla nõ nulla.

Nec ſi maximè Apoſtolus dixiſſet: Oportet Epiſcopum in Eccleſia ſua reſidere, propterea fuiſſet iuris Diuini: quia multa hoc loco præcepta iuris Canonici, & Eccleſiaſtici ſunt, & in ea cadere poteſt diſpẽ-

Apoſtoli præcepta, vt ab ipſo tradita, non eſſe diuini iuris, ſed humani.

ſatio, vt diximus, & multa ſunt Eccleſiæ prȩcepta, quæ neceſſariò præſtâda ſunt nobis, etiamſi iuris diuini non ſint, ac perinde obligant, ac ſi iuris diuini eſſent.

Ad VI. dub. Cur Paulus conſecrandi Epiſcopos, & ordinandi rationem omnino prætermiſerit.

Sextæ dubitationi, cur Apoſtolus in his locis nihil dixerit de ratione conſecrandi, & ordinandi Epiſcopum, Presbyterum & Diaconum, & de materia, & forma cuiuſque Ordinis, quòd maximè referebat; item à quos numero Epiſcopis veniat Epiſcopus ordinâdus, & Sacerdos cum cæteris miniſtris, & quæ Sacramenta ſint per Epiſcopum tantùm adminiſtranda; item qui debeant eſſe electores Epiſcopi, & cuius ſit confirmare electionem factam, mētionem non fecerit, cùm maximè hæc ſpectent ad conditiones, quȩ neceſſariȩ ſunt in Epiſcopis deligendis: Reſpondemus, Apoſtolum non hic proponere Eccleſiaſticam hierarchiam, quam deſcripſit Dionyſius Areopagita: quia opus fuiſſet fuſiori tractatione de ætate, & qualitate ordinandorum, de electione, & electi poteſtate, de officio Archidiaconi, & Archipresbyteri, de cenſuris Eccleſiaſticis, & impedimentis, & multis alijs ſimilibus: ne quibus in corpore iuris Canonici, & maximè in Decretalibus epiſtolis diſſeritur: ſed hoc tantùm addit Apoſtolus, vt Timotheus inſignes inſtituat Epiſcopos cōtra tantam prauè docentium turbam, & vulgares homines à docendo, & adminiſtrandis Sacramētis abſterrere poſſit: nam etiam Diaconi quȩdam docebant, & euangelizabant, vt conſtat de Stephano, & Philippo.

Dion. Areop.

Ius Canonicum quid cōtineat.

Actor. 7. Infra 8.

Apoſtoli materias, & formas ſingulorum Ordinū cur minimè tradiderint.

Hæc autem de Ordinibus ſacris, & cæremonijs, quibus conferendi ſunt, & de materia, & forma ſingulorum voluit Eccleſia tanquàm myſtica, & veneranda ſupprimere, ne in contemptum venirent, ſi publica eſſent. Et ſatis erat illa viua voce doceri, & in traditione, & praxi Eccleſiæ haberi, ne euulgata, Gentiles, & Iudȩi contemnerent. Vt meritò Apoſtolus, qui omnia nouerat, ſupprimenda eſſe cenſuerit, & quæ nouerat, ſuo tempore per alios eſſe tradenda, & explicanda: nam multa horum continentur in Canonibus Apoſtolorum, & in octo libris Diataxion Apoſtolicarum apud Clementem: multa etiam horum dubia, & controuerſia nouerat Apoſtolus per definitiones Conciliorum ſuo quæque ſeculo decidenda eſſe. Hæc etiam vt minima facilè intelliguntur in doctrina, ſub qua admonitio, correctio, & præcepta ad tempus continentur; & quia Sacramentorum diſpenſationem non tantùm per ſe, ſed etiam per alios adminiſtros, vt Sacerdotes, & Diaconos Apoſtoli faciebant. Vnde Paulus ad Corinth. ſe miſſum dicit non ad baptizandū, ſed ad euangelizādum: Petrus quoque iuſſit Cornelium baptizari, ſicut Chriſtus per Apoſtolos baptizabat, Ioan. 4. Euchariſtiam quoq; adminiſtrabant per Diaconos ſeptem, vt habes Act. 6. per Sacerdotes quoque abſolutionem peccatorum conferebant, matrimonia conciliabāt, periculosè laborantes vngebant per Presbyteros, qui omnia præſtabant prȩter confirmationem, & ordinationem Clericorum.

Vbi traditæ illæ, & contentæ.

1. Cor. 1.

Actor. 10.

Ioan. 4.

Actor. 6.

Iacob. vlt.

Ad VII. dub.

Septimò dubitatum fuit, an hæ leges per Apoſtolum prolatæ, ſint diuini iuris, an Eccleſiaſtici: quia videmus Pōtificem Romanum in pluribus horū diſpenſare, & in alijs Apoſtolicis canonibus: nam quòd diuini ſint, videtur ipſe tradere, cùm ait: *An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Illud etiam probat eſſe Diuinas, quòd in ſacris literis contineantur. Ad hanc tamen difficultatem explicandam, diſtinguendū, duplicem eſſe diſpenſationem; alteram quȩ dicitur interpretatiua mentis Spiritus ſancti: & hæc propriè in ius Diuinum cadere poteſt: nam Pontificis & Cornelij generalis eſt ſenſus legitimos, & literales porrigere, & cæteros arctare, ne quiſquam audeat illos reijcere, & anathema reijcientibus infligere. Alia verò diſpenſatio propriè eſt iuris relaxatio, ne videlicet in hac, vel illa cauſa aliquem obliget. Eſtque tantùm eius qui legem condidit. At cùm ius Diuinum ſacris literis contentum, quæ vetus, & nouum Teſtamentum continent, Deum babeat autorem, eius tantùm eſt diuina præcepta diſpenſare, non autem Eccleſiæ, aut Vicarij Chriſti, quia Deo & Chriſto longè ſunt inferiores.

De Apoſtolicis legibus Epiſcopi eligēdi, an iuris diuini ſint, an humani.

2. Cor. 13.

Duplex diſpenſatio, quænam illa.

Cùm igitur in nonnullis Apoſtoli præceptis hic contentis Eccleſia diſpenſare ſoleat, vt in digamis, percuſſoribus, & neophytis; planū fit, hæc præcepta ab Eccleſia non agnita fuiſſe vt Diuina, ſed vt Apoſtolica, & Eccleſiaſtica, & non quatenùs Apoſtoli erant præcones diuinorum præceptorum, ſed quatenùs erant Eccleſiæ præſides & gubernatores, & quatenùs poteſtatem acceperant condendi Leges autoritate ſua Eccleſiaſticas, & Canonicas, & quæ inſeruirent Diuinis præceptis facilius obſeruandis, & cultui Diuino, qui in Sacramentis, & ſacrificio conſiſtit, exornando, ac decorando, & quæ Eccleſia pro tempore poſſet aut diſpenſare, aut abrogare, & in meliores, & vtiliores leges commutare. Neque ſatis eſt, vt aliquid ſit iuris Diuini, in ſacris literis contineri, cùm multa in eis ſcripta, quæ iuris ſunt humani, tùm Ciuilis, tùm Canonici, tam iuſta quàm iniuſta

In quibus ſtatū Eccleſia diſpēſauerit.

Non omnes ſacris literis leges contentas iuris eſſe Diuini, ſed etiam humani.

multa

Digitized by Google

multa etiam propriè iuris Diuini ſunt.

Exod. 1. *Dan. 3.*

Quę vt explicentur, aduerte legem Pharaonis datam obſtetricib' de maſculis Hebræorum occidendis, & fœminis reſeruandis: Legem etiam datam à Nabuchodonoſor Rege Caldæorum de adoranda ſua ſtatua iuris humani fuiſſe leges, & ciuiles, quia à Principibus profanis latæ ſunt: erant etiam iniuſtæ, quia rem iniuſtam pręcipiebãt, nimirum, infantium occiſionem innocentum, & adorationem ſtatuæ Regis: neque tamen ob id quod in Scripturis enarrãtur, præcepta Diuina fuerunt. Ita etiam Canonicæ aliæ leges, & Ecceſiaſticæ ab Apoſtolis ad tempus latæ in Scripturis inueniuntur, vt præceptum de abſtinentia ab immolatis ſimulachrorum, & ſangnine, & ſuffocato, quod Acto. 15. ab Apoſtolis pronunciatum fuit: item quod muleres velato capite orẽt, quòd Collectæ fiant per vnam Sabbati, & id Pauli, quod ordinãdus non ſit digamus, nec percuſſor, nec neophytus, quæ nemo ſani capitis dixerit eſſe diuini iuris, etiamſi in Scripturis habeantur, ſed Apoſtolica, ſiue Canonica præcepta in quibus quædam abrogauit Eccleſia. Nam præceptum illud de abſtinentia ab immolatis idolis, & ſuffocato, & ſanguine, paulò pòſt ſuſtulit: alia verò præcepta correxit, & mutanit in meliora; alia retinet, & ſeruat ob vtilitatem; alia cùm opus eſt, in particulari cauſa diſpenſauit. Nam ecce verbi gratia præceptum eſt, vt quis neophytus non ordinetur; & tamen ab initio quidam ex Iudæis ſimul ſunt & ad Fidem, & ad honores Eccleſiæ adminiſtrãdos vocati, vt Paulus Apoſtolus, qui Baptiſmo ſuſcepto ſtatim cœpit prædicare, ac de Fide diſputare, & plerique alij primitiui fideles ad Eccleſiarum gubernacula vocati. Ita quandoque nunc meritò in illa lege diſpenſatur. Ecce Cyprianus neophytus erat, cùm ad ordines promotus eſt. De cuius ordinatione Põtius Diaconus in vita eius ſic ſcripſit: Aiunt Apoſtolicę literæ, debere neophytos præteriti, ne ſtupore Gentilitatis, nondum fundatis ſenſibus adhærente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus; & puto ſolus exemplo, plus fide poſſe quam tempore promoueri. Ita Pontius. Et ad hunc modum reſolui debent, quæ de Nectario, Taraſio, & Ambroſio obijciebat Photius: cùm enim Photius ex laico milite in Archiepiſcopum Conſtãtinopolitanum aſſumptus eſſet à Michaele Imperatore (quod planè legibus Eccleſiaſticis interdictum erat) atque Photius ſe illorum trium Patrum exemplo tueretur; Reſpõdit Nicolaus Primus epiſtola ad Photium (quæ quarta actione octaui Synodi recitatur) & in primo oſtendit, Nectarium, qui ex prætore Vrbano, & ex Catechiſmo Sacerdotium ſuſceperat in ſecunda Synodo generali, cui & præfuit, vt ait Ruffinus, magnum hæreticorum expugnatorem, & Eccleſiarum defenſorem extitiſſe: & ne Eccleſia Conſtantinopolitana ſub deſtitutione Paſtoris quaſi viduata maneret ad curã Eccleſiaſticam, & dignitatem aſſumptum fuiſſe per ſecũdam ſanctam Synodum Generalem. Sed vt hoc iterum ita fieret non conſtituit, nec inſtituit illa Synodus. De Taraſio verò ſcribit Nicolaus ex laicali cœtu ad Patriarchatus culmen promotum fuiſſe neceſſitate quadam, quòd contra imaginũ deſtitutores, atque conculcatores, vt verus Chriſti miles reſtitit. Vnde & Hadrianus Papa illius promotionem confirmauit. De Ambroſio verò ita ſubiungit Nicolaus Põtifex: *Beatiſſimum quoque Ambroſium ſplendidiſsimam lucernam Eccleſiæ, qui ex Cathecumeno (diuino præſagio) ad Epiſcopalem per cõtinuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis? Qui non inſtinctu hominis, ſed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt.* Hæc ille. Vides igitur, quoties in lege Apoſtolica de neophyto in Eccleſia diſputatum fuit, & quomodo vrgente eadem cauſa hodie quoque diſpenſari poſſit.

Apoſtolorũ leges tantũmodo quæ iuris ſint humani.

Actor. 15. *1. Cor. 11.* *Infrà 16.*

Quænam illatu per Romanos Põtifices ſue ſint relaxatæ.

Actor. 9. Paulus Apoſtolus adhuc neophytus ordinatus.

Pont. Diac. non procul à princ.

Nectarij electio neophyti qualis.

Ruff. lib. 11. Hiſt. Eccle. cap. 21. *Hiſt. Trip. lib. 9. c. 13.*

Taraſi' neophytus quomodo elect'.

Ambroſium neophytum Mediolanenſem Epiſcopum eligẽdi cauſa. *Amb. epi. 82 circa med. tom 3.*

Sed ne quiſquam priuatam eſſe hanc doctrinam putat, agnoſcat profectam eſſe à B. Thoma, qui Quodlib. 4. art. 13. diſpenſare poſſe cum digamo, vt promoueri poſſit ad ſacros ordines, & præceptum Pauli nou eſſe iuris diuini, ſed humani. Hęc enim eius ſunt verba in ſolutione ad primũ argumentum: *Ad primum ergo dicendum, quod Apoſtolus dupliciter in doctrina ſua aliqua propoſuit, quædam quidem ſicut promulgans ius diuinum, ſicut illud quod habetur ad Galat. Si circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit, & multa alia huiuſmodi: & in hoc Papa non poteſt diſpenſare. Quædam verò ſicut propria autoritate aliqua ſtatuens: nam ipſe dicit 1. ad Cor. 11. Cætera cùm venero, diſponam. Et infrà 16. mandauit, vt collecta quæ fiunt in ſanctos, per vnam Sabbati fiant, quod non pertinet ad ius diuinum. Et ſimiliter etiam quod dicitur de bigamo non promonendo, non eſt iuris diuini, ſed inſtitutio autoritatis humanæ diuinitùs homini conceſſa.*

D. Tho. 10. 8.

Pauli præcepta dupliciter conſiderãda. *Galat. 5.*

1. Cor. 11. *Infrà vlt.*

1. Tim. 3.

DISPVTATIO XII.

In illa Apoſtoli verba: ***Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes. Habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primum, & ſic miniſtrẽt, nullum crimen habentes*, & cætera vſque in fin. cap.**

I. Dubium. Secundum. T[…]um.

CIRCA Diaconos illud primò dubitandum; cur poſt Epiſcopum de Diaconis agit, nulla priùs mentione facta de Preſbyteris, ſiue Sacerdotibus, & eorum officio. Deinde an vnus & idem ſit Epiſcopi, & Sacerdotis character, id eſt, vnus & idem ordo, an verò diſtinctus. Tertiò, an Diaconatus ſit ordo ſacer, & miniſterium in Miſſæ ſacrificio, an verò miniſterium diſtribuendi eleemoſynas, & ſeruiendi menſis viduarum, vt docet Oecumenius, & Canon xvi. ſextæ Synodi. Quartò dubitatur de cõditionibus, quas à Diaconis exigit: quæ decẽ ſunt numero. Quintò dubium eſt, quomodo Eccleſia dicitur domus Dei, & columna, & firmamẽtum veritatis, & per quid eſt Eccleſia infallibilis veritatis, vt errare nequeat in ſuis decretis ad Fidem, & bonos mores ſpectantibus. Sexto ambigitur, quò tendat Apoſtolus in vltima periodo, quæ ſex membris conſtat: nam de magno pietatis Sacramento ait in primis: Quod manifeſtatum eſt in carne, deinde iuſtificatum eſt in Spiritu; tertiò, apparuit Angelis; quartò, prædicatum eſt Gentibus; quintò, creditum eſt in mundo; ſextò, aſſumptum eſt in gloria. Hæc breuiter ſunt expedienda.

Oecum ca. 6. Quartum. Quintum. Sextum.

Sol. I. quæſt. De Diaconis quos Presbyterorum ordine prætermiſſo, proxime Paulus coniunxit Epiſcopis. D. Epiphan. Epiſcopum qui ſentiant ſignificare etiam ſimplicem Sacerdotem. Lect. 2. in hũc locum, to. 16. Eorum primum argumentũ, quod diluitur. Act. 20.

Ad primum igitur dicendum, extitiſſe quoſdam hæreticos, qui inter Epiſcopũ, & Presbyterum iure diuino nihil dicerent intereſſe, vti & Aerius ſenſit, de quo Epiphanius in hæreſim 75. At B. Thomas, & Albertus Pyghius lib. 2. de Hierarchia Eccleſiaſtica, cap. 18. putarunt, Epiſcopi nomen eſſe genericum, & complecti etiam ſimplicem Sacerdotem, & ita eſſe duplicem ordinem: ſicut etiam nomen Diaconi generale fuit, & quincupertitum ordinem continet prætereà, id eſt Hypodiaconum, & quatuor ordines minores, qui etiam miniſtrabant. Atque hanc ſententiam probare cõtendunt ex cap. 22. Actuum Apoſtolorum, vbi Eccleſiæ Presbyteri vocantur Epiſcopi, cùm tamen ipſius Eccleſiæ Epheſinæ vnus tantùm eſſet Epiſcopus. Sed certè, ſi verum amamus, hoc teſtimonium nihil euincit. Nam vt demus eſſe genericum nomen, videbatur tamen ad diuerſorum locorum Epiſcopos Paulus habere ſermonem. *Vos*, inquit, *à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, quatenus vobiſcũ per omne tempus fuerim, &c. Et nunc ego ſcio, quia ampliùs non videbitis faciem meam vos, per quos tranſiui prædicans regnum Dei.* Ex quo patet, ciuitatem Epheſiorum, tanquàm Aſiæ totius Metropolim, vocaſſe Epiſcopos, ſiue Antiſtites Apoſtolorum, ac dixiſſe: Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quos vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei; quòd ſanè nõ eſt munus ſimplicium Preſbyterorum.

II. Ratio ab autoritate. B. Chryſoſt. hom. 11. in prin. tom. 3. M. Tul lib. 7.

Tradit etiam hoc loco Chryſoſtomus, Epiſcopum idem eſſe in Eccleſia, quod maritus in familia; & Cathedræ meminit, ex qua docebat. Item etymologia Epiſcopi huic ſententię non quadrat, ſiue ſumpta ſit ab eo, quod Cicero dixit in epiſtola ad Atticum, ſiue illa, qua Apoſtolatus dicitur Epiſcopatus, de qua Petrus ex Propheta dixit: *Epiſcopatum eius accipiat alter*, ſiue denique ſumatur ex eo, quod 2. Eſdr. 11. habetur, vbi Epiſcopos Leuitarum Hieronymus vertit præpoſitos. Prætereà, ad ſimplicem Sacerdotem non videntur ſpectare omnes ſuperiùs citatæ Epiſcopi conditiones, vt hoſpitalitas, habitudo ad docẽdum, prudentia: quæ omnia reſpectu aliorum, quibus quis Epiſcopus præficitur, dicuntur.

2. Eſdr. 11. Tertia & vltima.

II. argum. aduerſariorum. Philip. 1.

Secundò probare idem nititur ex eo, quod ad Philip. 1. Apoſtolus ſcribens ad vnam ciuitatem, dixit: *Cum Epiſcopis, & Diaconibus*, cũ vnius ciuitatis nõ niſi vnus poſſit eſſe paſtor, & vnus Epiſcopus. Reſponderi tamen poſſet ad hæc, quòd vel in ea ciuitate, quæ colonia erat Romanorum homines diuerſarum nationum verſabantur, & quæuis illarum Epiſcopum ſuæ linguæ inſtructorem, ac doctorem habebat: vel dicendo, Epiſcopis in plurali, reſpexiſſe ad vniuerſos paſtores, qui ſiue in ciuitate, ſiue in diuerſis pagis, & oppidulis adiacentibus docebant, qui nunc & Parochi, & Curati, & Plebani, & Paſtores dicuntur. Et ita in vna Eccleſia, tam intra, quàm extra inuenies plures, qui dici poſſunt Epiſcopi. Etſi Epiſcopus non ſit ſimplex Presbyter, vel Sacerdos: Presbyteri tamen nomen, quod ab ætate ſeniori ſumptum eſt, commune eſt ad Epiſcopos, vel Parochos, & inferiores Sacerdotes. Quòd etiam denotet ſimplices Sacerdotes, id iam vſus obtinuit à tot ſeculis ortus, quòd etiam ad Epiſcopos extendatur, oſtendit Actor. 20. Lucas: nam vocatos maiores natu, id eſt, Presbyteros, paullò pòſt expreſſit

Quomodo cũ vnus Philippenſium eſſet Epiſcopus, dixerit Apoſtolus: Cum Epiſcopis, & Diaconibus.

Epiſcop⁹ interdum etiã Presbyter appellatur: Preſbyter etiam quare p ſimplice ſumitur Sacerdote: eundẽ & Epiſcopum ſignificare. Act. 20.

per

Tit. 1.

1. Petr. 5.

B. Hier. ep. 85. in princ. ep. 2.

1. Tim. 5.

Iacob. vlt.

per vocem, Epiſcopos. Indicat etiam Paulus ad Tit. 1. *Huius rei gratia*, inquit, *reliqui te Creta, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates Presbyteros.* Et ſubdit: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*, inſinuãs idem eſſe Presbyterum, & Epiſcopum. Demonſtrat quoque B. Petrus, qui 1. Petr. 5. ſe vocat πρεσβύτερον, ſiue Presbyterum, alios autem συμπρεσβύτερος, ſiue compresbyteros. Et ibidem ſubiungit: *Prouidentes non coactè*, vbi Græcè habetur ἐπισκοποῦντες, vt annotauit Hieronymus epiſtola ad Euagrium, & 2. Canonic. & 3. Ioannes ſe vocat Presbyterum, ſiue ſeniorem: *Senior*, inquit, *electa dominæ, & Senior Caio.* Ruſus Apoſtolus in hac epiſtola, cap. 5. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur; maximè qui laborant in verbo, & doctrina*: & ſtatim ſubdit: *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*: Quod in Epiſcopis tantùm locum habet, non in ſimplicibus Sacerdotibus. Quin etiam Iacobus frater Domini illud inſinuat, cùm dicit: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuper eum.* Quanquam hic locus ſpectare poſſit ad alios Presbyteros præter Epiſcopum, niſi neceſſariò Epiſcopum non includat, quia interdum hoc Sacramentum ipſi Epiſcopi adminiſtrabant, ſicut & matrimonia conciliabant.

Tertia opinio, ſeu ratio probabilior, cur ſcilicet Apoſtolus, Presbyteris omiſſis, ad Diaconos tranſit.

B. Chryſ. ho. 11 inst.
Theophylact.
Oecum ca. 6.
Amb. tom. 5.

Melius ergo ſentire videtur Chryſoſtomus, dicens: *Cur omiſſo interim Presbyterorum ordine, ad Diaconos tranſit? Quia ſcilicet inter Epiſcopum, atque Presbyterum intereſt fermè nihil. Quippe & Presbyteris Eccleſiæ cura promiſſa eſt: & quæ de Epiſcopis dixit, ea etiam Presbyteris congruunt. Sola quippe ordinatione ſuperiores illi ſunt, atque hoc tantùm plus quàm Presbyteri habere videntur.* Similia his tradit Theophylactus, Oecumenius, & Ambroſius, cuius hæc ſunt verba: *Poſt Epiſcopum Diaconatus ordinationem ſubiecit. Quare? niſi quia Epiſcopi, & Presbyteri vna ordinatio eſt: vterque enim Sacerdos eſt. Sed Epiſcopus primus eſt, vt omnis Epiſcopus Presbyter ſit, non tamen omnis Presbyter Epiſcopus. Hic tamen Epiſcopus eſt, qui inter Presbyteros primus eſt.* Et Hieronymus ad Euagrium: *Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Et infra in fine: *Presbyter, & Epiſcopus aliud ætatis, aliud dignitatis eſt nomen: Sedulij fragmenta, & Primaſij commentaria tradunt, nullam hic Presbyterorum Apoſtolum mentionem facere, ſed Epiſcoporum: eos nomine comprehendere, quia ſecundus, imò penè vnus eſt gradus.* Eadem penè eſt in ea verba Anſelmi ſententia. Et ita ſecundùm horum ſententiam, nomen Epiſcopi tantùm primam

Hiero. epi. 85. circa med. to. 2. prope fin.

Sedulius.

B. Anſelmus.

Eccleſiæ præfecturam denotat, non autem vulgarem Sacerdotem. Quæ ſignificatio non tam ex vi vocis, quæ alioqui quemuis ſuperintendentem, vel præfectum ſignat, quam ex vſu Eccleſiæ Chriſtianæ deriuata eſt: ſicut etiam nomen Diaconi quemuis miniſtrum deſignat, id eſt, Apoſtolatum, vt ad Roman. 11. *Miniſterium*, Paulus inquit, *meum honorificabo*; & Epiſcopatum, iuxta illud: *Miniſterium tuum imple, ſobrius eſto*: & ſecularem poteſtatem, vt ibi: *Dei miniſter eſt*; & Præfectos menſæ viduarum, & Miniſtros in ſacrificio Miſſæ, Diaconos propriè vocat, vt etiam hic. Hoc etiam modo accepit nomen Epiſcopi, beatus Ignatius epiſtola ad Smyrnenſes: *Omnes*, ait, *Epiſcopum ſequimini, ſicut Chriſtus Ieſus Patrem, Presbyteros ſicut Apoſtolos, Diaconos autem veneramini ſicut Dei mandato miniſtrantes.* Et paullò pòſt: *Honorate quidem Deum vt autorem omnium, & dominum. Epiſcopum autem tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem ſecundùm Deum, Sacerdotium verò ſecundùm Chriſtum.* Vbi principatum vocat poteſtatem leges ferendi. Denique in epiſtolis ad Trallianos, Tarſenſes, & Philippenſes paſſim, & diſtinctim eos ſalutat, & nominat tanquam iure diuino diſtinctos. Hieronymus verò epiſtola ad Euagrium ſentit, nomen Epiſcopi ab Eccleſia primitiua tantùm tribui eis, quibus nunc tribuitur: *Alexander*, inquit, *à Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam, & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper vnum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum, Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Infrà in fine: *Et vt ſciamus traditiones Apoſtolicas ſumptas de Veteri Teſtamento; quòd Aaron, & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi vindicent in Eccleſia.* Hæc ille.

Quòd ſi Apoſtolus reſpexit ad ſignificationem Scholæ Chriſtianæ Presbyteros deflexione quadam Epiſcopos dixit: quia nimirum in primitiua Eccleſia cum Epiſcopo populi regimen apud eos erat. Hinc Hieronymus ad Euagrium, in epiſtolam ad Titum: *Antequam diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo; Ego autem Cephæ, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò vnuſquiſque eos quos baptizauerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Presby-*

Epiſcopi, & Diaconi propriæ ſignificationes, ab Eccleſia cõmuniter ſumptę.

Rom. 11.

Rom. 13.

Actor. 6.

D. Ignat. epi. 10. poſt med.

Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos à nobis quo loco haberi velit Ignat. Idem quem appellet Epiſcopi principatum.

Hier. epiſt. 85. tom. 2.

Fideles olim primitiui quẽ Epiſcopum nominarent, teſte Hieron.

Continentur (idem ait) in Epiſcopo, Presbyteri & filiorũ Aarõ locum tenẽt.

Quo fortaſſis ſenſu Presbyteros Apoſtolus Epiſcopos nominauerit.

Idem in ca. 1. ep. ad Tit. nõ procul ab initio, tom. 9.

1. Cor. 1.

Infra 3.

Epiſcoporũ neceſſitas ordinis.

Philip.1. Actor.20. 1.Petr.5. Hebr.13.

teris electus ſuperponeretur cateris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineat, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Et probat ex epiſtola ad Philippenſ.cap.1. & Actor.20. & 1.Petr.5. & ex epiſt. ad Hebræos cap.13. vbi dicitur: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.* Etſi dici ad hoc poſſit, quòd plures eſſent Hebræorum Eccleſiæ, non vna tantùm. Et ſubiungit Hieronymus: *Sicut ergo Presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate Presbyteris eſſe maiores, & in commune debere Eccleſiam regere, imitantes Moyſen, qui cùm haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſraël, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret.* ¶ Sed hæc Hieronymi ſententia cum alijs à ſe ſcriptis non conſentit. Et Auguſtinus ad Valerium dicit, ibi ſecundùm locum gubernaculorum traditum, cùm eſt Presbyter ordinatus. Cyprianus abſens per Presbyteros ſuam gubernabat Eccleſiam.

Num 11.

Epiſcopis à Presbyteris non iure, vt vult interdũ Hieronym⁹, humano, ſed diuino eſſe diſtinctos.

Aug.epi 138. fere in init. tom.2.

Habes ergo, quid nomine Epiſcopi deſignetur, & quomodo comprehendat etiam Presbyteros, & quòd, etſi Epiſcopi, & Presbyteri nomina pro eodem ſumerentur, re ipſa tamen illi diſtincti fuerunt etiam iure diuino, & non tantùm humano, vt interdum dixit Hieronymus, qui ad Euagrium ſtatuit in oppoſitum; *Vt ſciamus,* inquit, *traditiones Apoſtolicas ſumptas de Veteri Teſtamento, quod Aaron, & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi vendicent in Eccleſia.* Idem ad Nepotianum: *Quod Aaron, & filij eius, hoc Epiſcopum, & Presbyteros eſſe nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum, vnum ſit etiam miniſterium.* Et in Epitaphio Paulæ: *Aderant Ieroſolymarum, & aliarum vrbium Epiſcopi, & Sacerdotum inferioris gradus, &c.* Et vt diſtincta vocatio duodecim Apoſtolorum eſt à vocatione ſeptuaginta diſcipulorum, ita Presbyterorum ab Epiſcopis: vt tradunt Damaſius epiſtol. 4. & Beda in Lucæ caput 10. Et hæc ſint ſatis de hac quæſtione.

Vbi Hieronymus oppoſitum ſenſerit.

Hier.epiſt 85. in fin. Idem epiſt. 2. ante med. to. in princ. Epheſ.4. Idem epi 27. prope fin to. eod. poſt med. Luc 6. Infra 10.

B.Damaſ. Papa. Beda cap.32 tom 5.

II.Sol. quæſt. Sacerdotis & Epiſcopi, an ſit vnus & idẽ character, an diuerſi.

Ad ſecundam dubitationem, an vnus & idem ſit character Sacerdotis, & Epiſcopi, controuerſia eſt inter Scholaſticos Doctores. Quidem volunt eſſe vnum & eundem characterem, ſed extenſum in Epiſcopo ad Confirmationis, & Ordinationis Sacramenta conferenda: alij verò diuerſos eſſe ſtatuunt, cui ſententiæ libentiùs ſubſcripſerim. Sed de hac re latiùs alio loco diſſeremus.

III. Sol. dub.

Ad tertium dubium faciliùs expediendum, dicimus in primis, nomen Diaconi genericum eſſe, & extendi ad omne genus miniſterij, vt ad Apoſtolatum, Epiſcopatum, ſecularem principum poteſtatem, & ad miniſtros ſpeciatim Epiſcoporum in miniſterio Miſſæ ſeruientes. Nam vt genericum nomen eſt Epiſcopi, vt oſtendimus paullò antè, reſtrictum tamen eſt ad ſignificandam primam Eccleſiæ præfecturam: ad eum modum, Diaconi vox, quæ generalis eſt ad omnes quoquo modo miniſtrantes, reſtricta tamen eſt ad miniſtros in Eccleſia ordinatos, qui in Euchariſtia offerenda, & populo adminiſtranda, Epiſcopis, vel Sacerdotibus deſeruiunt, etiamſi viduarum, & pauperum menſis, & bonis temporalibus diſtribuendis præeſſent, vt latiſſimè comprobatum reliqui in caput 6. Actorum. Cui ſenſui fauent eo loco Beda, & Cyprianus epiſtola vndecima libri tertij, & beatus Ignatius epiſto. ad Trallianos: *Quid eſt,* inquit, *Epiſcopus, niſi omnem principatum, & poteſtatem omnium illorum tenens, quemadmodùm deceat hominem tenere, imitatorem Dei factum ſecundùm virtutem? Quid eſt Presbyterium, niſi inſtitutio ſancta conſiliarij, & conſeſſoris Epiſcopi? Quid etiam Diaconi, niſi imitatores Chriſti miniſtrantes Epiſcopo, ſicut Chriſtus Patri, & operantes illi operationem mundam, & immaculatam? quomodo ſanctus Stephanus beatiſſimo Iacobo, Timotheus, & Linus Paulo, Anacletus, & Clemens Petro.* Et rurſus: *Oportet & Diaconis, qui ſunt in miniſterium Ieſu Chriſti, omnino placere. Non enim in cibo & potu ſunt miniſtri, ſed Eccleſiæ Dei adminiſtratores.* Clemens quoque Romanus lib. 8. Diataxeon Apoſtolic. cap. 22. *Et Epiſcopus,* inquit, *det oblationem, dicens, Corpus Chriſti. Et ſumens dicat, Amen. Diaconus teneat calicem; & quando tradit, dicat, Sanguis Chriſti, Calix vitæ. Et benedicens dicat, Amen.* Et capite vltimo prope finem: *Poſt aſſumptionem ipſius* (ſcilicet Chriſti) *nos oblato, ſecundùm eius ordinationem, ſacrificio puro, & incruento, conſtituimus Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos numero ſeptem, è quorum numero vnus erat Stephanus beatus Martyr, qui in amore erga Deum nobis non erat inferior.* Vbi declaratur, Diaconos non tantùm fuiſſe præpoſitos menſis, ſed etiam Miſſæ ſacrificio miniſtraſſe Epiſcopis, & calicem ſanctum populo porrexiſſe: quemadmodum etiam B. Laurentius dixit ad Sixtum: *Experire vtrum idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem.* Et certè ad miniſterium purè temporarium miniſtrãdi menſis viduarum non opus erat multis orationibus, aut impoſitione manuum Apoſtolicarum. Prudentius in Martyrio S. Laurentij inſcripſit:

Diaconatus an ſit ordo ſacer, temporalisque, an ſpiritualc miniſterium.

Diaconus quid propriè ſignificet.

Actor. 6. Lib.12 & vl. Euang. Explanat. Beda tom. 5. Cyprianus. Ignat. epiſt. 5. circa med.

Quid Epiſcopus, Presbyterium, & Diaconatus, Ignatio.

Idem ibid. prope init.

Clem. Rom.

Luc. 22.

Actor. 6. Sanctorum humilitas Apoſtolorum.

Leuitæ Laurentij verba ad B. Sixtum.

Prudent prope princ.

Hic primus è ſeptem viris
Qui ſtant ad altare proximi,
Leuita ſublimis gradu,
Ex cæteris præſtantior.
Clauſtris ſacrorum præerat,
Cœleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votaſq; diſpenſans opes, &c.

Quo tempore fideles olim eleemoſynas offerrent pro viduis, & à quo recipi ſolerent.

Cùm igitur tantùm conſideratur, quòd Diaconi conſtituti ab Apoſtolis, & in communi viuentibus ex eleëmoſynis, quas fideles offerebant, proſpicerent; colligitur, illas eleëmoſynas fidelium tempore ſacrificij ante orationem Deo oblatas fuiſſe, & recipi debuiſſe à Sacerdote ſacrificante, & ante communionem populo adminiſtratam. Creſcente verò numero fidelium, cùm tam multis communicandis, & eorum oblationibus recipiendis, diſtribuendiſque non ſufficerent, ordinaſſe ſibi miniſtros ex parte Sacerdotij conſortes, qui & eis in ſacrificio aſſiſterent, & vice eorum fidelium oblationes ſuſciperent, vt inde Deo ſacrificaretur, & fidelibus communio porrigeretur. Hinc Laurentius ſibi dicit commiſſam Dominici ſanguinis diſpenſationem, & conſummandorum conſortium ſacrorum apud Ambroſium libro 1. Officiorum, capite 41. Sicut etiam Leuitæ in Veteri Teſtamento non ſolùm decimas recipiebant, ſed & in altari Sacerdotibus miniſtrabant; & propterea decimæ eis dabantur. Rurſus ſicut Epiſcopi non ſolùm ſacrificare, ſed & docere populum debebant, ita & Diaconi in doctrina eius cooperari, vt Stephanus & Philippus faciebant. Erant igitur Diaconi iuxta doctrinam Apoſtoli, ceu quidam oculi, qui Epiſcopum prædicantem, & ſacrificantem cuſtodiebant, vt is ab orationis inſtantia, & aſſiduo verbi miniſterio non impediretur, vt tradit liber Actuum Apoſtolorum. At verò ſicut nunc ſunt quidam Presbyteri ſacrificantes tantùm, non gubernantes; ita Diaconi quidam tantùm ſacrificio aſſiſtunt, quidam verò, vt Archidiaconi, totum miniſterium conficiunt, vt docet Decretalis Tit. de officio Archidiaconi. Sicut inter Epiſcopos eſt vnus Archiepiſcopus, & inter Presbyteros eſt vnus Archipresbyter.

Cur electi olim ab Apoſtolis Diaconi ſeptem.

B. Amb. tom. 1. in prin.

Diaconi etiā etiam populi doctores: iidemq; oculi Epiſcoporum.

Act. 6.
Diaconi, & Archidiaconi munera diſtincta.

Quòd ſi vrgeas, cur Apoſtolus hoc loco non fecit mentionem ſacrificij altaris, quod erat Diaconi præcipuum munus? Dicendum eſt dupliciter. Primum, quia hoc erat ceremonia quædam, & moris erat fidelibus antiquis ea, quæ in officio Miſſæ peraguntur, abſcondere, & alijs celata tenere, vt docet Dionyſius libro de Eccleſiaſtica Hierarchia; & ob eam cauſſam excludebantur à myſterijs Miſſæ Catechumeni, vt Auguſtin. docet tractat. 11. in Ioannem, & 49. inquit: *Neſciunt Catechumeni, quid accipiunt Chriſtiani.* Baſilius idem docet libro de Spiritu ſancto, cap. 27. ſub initium, & Ambroſius in libro de ijs, qui myſterijs initiantur, capite vltim. ſub finem. Ita Lucas in Actis narrat, ſeptem Diaconos ordinatos, & officium deſcribit, quòd præerant viduarum, & pauperum menſis; ipſum enim altaris miniſterium ſupprimit; ſicut communionem ſacram eadem ratione vocat panis fractionem, vt tegeret infidelibus myſteriorum rationem.

Cur eius, in quo tamē diaconus maximè verſatur, Euchariſtici ſacrificij Paulus meminerit.
B. Diony. c. 7. par. 3. ſub fin.

Aug. tom. 9.
B. Baſil. to. 1.
Amb. tom. 4.
Actor. 6.

Altera ſolutio eſt, hoc non fuiſſe omninò tacitum, cùm inferiùs dicat: *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura*: nam verbum, Myſterium fidei, in conſecratione ſpeciei ſanguinis ponitur. Et verbo habendi ſignificat vſum miniſtrandi, & res in eo oblatas diſpenſandi. Et non poſſumus nomine Diaconi intelligere reliquos gradus inferiores, quia hi poſſunt vxores ducere, & non habent miniſterium in altari, niſi valdè remotè. Et vt ait Epiphanius in hæreſin 79. quæ eſt Collyridianorum: Diaconis in Eccleſia concreditum non eſt, vt aliquod myſterium perficiant, ſed vt ſolùm adminiſtrent, & exequantur commiſſa. Beatus Thomas in additionibus tertiæ partis, quæſtion. 38. articul. 2. ad 2. *In primitiua,* inquit, *Eccleſia, propter paucitatem miniſtrorum omnia inferiora Diaconibus committebantur, vt patet per Dionyſium 1. capit. Eccleſiaſtica Hierarchia, vbi dicit: Miniſtrorum alij ſtant ad portas templi clauſas, alij aliud proprij ordinis operantur, alij autem Sacerdotibus proponunt ſuper altare ſacrum panem, & benedictionis calicem; nihilominus erant omnes prædictæ poteſtates, ſed implicitè in vna Diaconi poteſtate: ſed poſteà ampliatus eſt cultus diuinus, & Eccleſia quod implicitè habebat in vno ordine, explicitè tradidit in diuerſis.* Hæc Thomas. Vnde Ignatius ad Antiochenos tot gradus enumerat miniſtrorū. Et paullò pòſt Cornelius in epiſt. ad Fauinum apud Euſebiū, libro 6. cap. 33. Hieronymus in Luceferianos: *Eccleſia multis gradibus conſiſtens, ad extremum Diaconis, Presbyteris, Epiſcopiſq; finitur.* Idem de Nepotiano ad Heliodorum: *Fit Clericus, & per ſolitos gradus Presbyter ordinatur.*

Illud altaris ſacrificiū hic Apoſtolū nō omnino prætetiiſſe.

B. Epiphan. ante dimid.

S. Tho. to. 13.
Inferiora olim omnium ordinum myſteria cur exercerent diaconi.
B. Dionyſ. Areop.

D. Ignat. epi. 12. in fin.
Euſeb. Cæſar. tom. 1.
Hier circa fi. Dialogi, to 2.
Idem ep. 9. ante med. to. 1. in prin.

Ad quartam dubitationem, explicandæ ſunt decem conditiones Diaconorum. Prima eſt, vt ſint *Pudici*, Græca vox eſt σεμνοὶ, id eſt, graues, conſtantes, & tales, qui in moribus diſciplinā præferant Chriſtia-

IV. ſol. quæſt. Diaconi imprimis qui pudici.

nam:

nam: quidam verò vertunt, compoſitos; hi enim apti ſunt ad miniſtrandum in rebus tanti momenti.

Diaconi deinde cur eſſe debent non belingues.

Secunda eſt, *Non bilingues*, οὐ διλόγους, Quia enim inter Epiſcopum & Eccleſiam medius interuenit Diaconus, & ob id prohibetur iſta linguæ duplicitas, quando vnum videlicet promittunt, & contrarium præſtant officium: vel qui laudant apud populum, quem reprehendunt apud Epiſcopum. Eſt autem magna virtus conſtantiæ, & veracitatis, eodem modo ſemper loquitur de eadem re apud Gentes, de qua commendatur Ioannes Baptiſta, cùm dicitur non eſſe arundo vento agitata. Sunt autem bilingues ſimulatores, qui in corde & corde loquuntur: diligunt in ore ſuo, vt ait Propheta, & lingua mentiuntur. Eſt & tertia lingua, de qua Sapiens: *Qui multos*, inquit, *commouit, & de gente in gentem diſperſit, & muratas diuitum ciuitates deſtruxit, & domos magnatorum effodit.* Et Hieronymus ad Nepotianum, prope finem: *Officij tui eſt viſitare languentes, noſſe domos matronarum, ac liberos earum, & nobilium virorum cuſtodire ſecreta. Officij tui eſt, non ſolùm oculos caſtos habere, ſed & linguam. Nunquam de formis mulierum diſputes; nec quid agatur in alia, domus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos antequam doceat, & in verba ſua iurare compellit; extorquet Sacramento ſilentium; ſermonem, inceſſum, habitum moresq; præſcribit: quantò magis nos, quibus animarum noſtrarum cura commiſſa eſt, omnium Chriſtianorum domos debemus amare quaſi propinquas?*

Math. 11.
Qui ſint cũ bilingues, qui trilingues.
Pſalm 11.
Pſal. 77.
Eccle.28.
Hier epiſt. 2. tom.1.init.
Epiſcopi quænam officia.
Hippocrates quid à ſuis diſcipulis iuramento requireret.

Diaconi etiã cur eſſe debent nõ multo vino deditos, multo minus temulenti.

Tertia Diaconorum conditio: *Non multo vino deditos*, id eſt, non multum vini potantes. Non dixit temulentos, quia id indignum eſt.

Idem cur nec ſint turpe lucrum ſectantes, atq; turpiloqui.

Quarta, *Non turpe lucrum ſectantes*, vel, Non turpiloquos, quia Græcè vna vox eſt, αἰσχροκερδεῖς. Auaritiam tollit, ne quis ſub auaritiæ prætextu quæſtum faciat, & turpe lucrum eſt, non tantùm ex malis artibus, vt alea, luxuria, impudicitia comparatum, ſed etiam ex boneſtis quibuſdam artibus, quæ ratione ſtatus eminentis vehementer dedecent, vt ait Ambroſius. Emere enim minori pretio, quò pluris vendas, quod tolerabile eſt in negotiatore, non niſi turpe eſt in Diacono Epiſcopi miniſtro, cuius facultates conſeruat, & adminiſtrat. Vnde illud: *Clericum negotiatorem vt peſtem quandam fuge.*

B. Ambr. hoc loco, tom.5.

Diaconi quomodo habeant myſteriũ fidei in conſcientia pura. varij ſenſus.

Quinta conditio: *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Hunc locum verè Patres interpretantur, & Gloſſa; quam Interlinearum vocant, & Petrus Lombardus, atque beatus Thomas explicant: id eſt, Scientes illud, quod in Fide eſt occultum. ¶ At Oecumenius cum Theophylacto, & Haymone accipiunt totam Fidem, vel omnia Fidei dogmata, quæ ſcilicet ad aliorum breuem, & compendiariam inſtitutionem præparata habebant, de quibus Apoſtolorum Princeps: *Parati ſemper ad ſatisfactionem, de ea quæ in vobis eſt Spe, & Fide.* Theodoritus verò: *Confirmantes*, ait, *fidem factis, & operibus.*

B.Tho.lect. 2 tom.16.
Oecum.ca.6.
1. Petr 3.
Theod. par.2

Vltima ſententia longè cæteris probabilior.

Sed quia in ſingulari habetur, *Myſterium Fidei*, & ita Eccleſia in conſecratione vocat Euchariſtiam, & Græcè cum articulo dicitur τὸ μυστήριον, quaſi certum, & præclarum denotetur myſterium, de myſterio Euchariſtiæ interpretantur, cui diſpenſando Diaconi tunc ſeruiebant; & quia illi magis quadrat quot ſequitur, In conſcientia pura, nam vt ille dixit:

Syncerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit,

Horat. lib 1. epi. 2. ſub fin.
1. Cor. 11.

Et non ſolùm exigit fidem, ſed & bonæ vitæ ſanctimoniam, de qua alibi ait: *Probet autem ſe ipſum homo; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat:* quia miniſtrare in peccato, graue ſacrilegium eſt; adhæc ſolitus erat in Dominica cœna Diaconus laicis porrigere calicem, vt conſtat ex ſermone 5. de lapſis, ad Cyprianum, & Ambroſium libro primo de Offic. & apud Clementem in Diataxi Apoſtol. libro 8. capite 20. paulò antè productum; quia etiam Euchariſtiæ Sacramẽtum tam Dionyſius Areopagit. de Eccleſiaſtica Hierarchia, quàm Chryſoſtomus, & Baſilius, & Cyrillus, & Damaſcenus, per Antonomaſiam vocant, Myſterium: idcircò hic ſenſus quaſi cæteris probabilior præfendus videtur, maximè quia ait, Habentes: habere autem quis dicitur, qui re habita benè vtitur in ſuam, & aliorum vtilitatem. Et confirmat hunc ſenſum, quod inferiùs ait: *Qui enim benè miniſtrauerint, bonũ gradum* (id eſt, altiorem ordinis gradum) ſibi acquirent.

B. Cyprian. Amb. tom. 1. in princ. Clem Rom. Dion. Areop. cap.3 part.2. frequenter. Chryſ in ſua Liturg. & alibi.

Diaconi ante quam miniſtrent, primũ cur probari debeant.

Sequitur ſexta conditio: *Et hi autem probentur primùm, & ſic miniſtrent.* Vt non niſi diu benè probati, & non neophyti miniſtrent. Ita enim in religionem ingreſſi, per annum prius probantur in diuerſis ſpiritus exercitijs, an ſint apti religioni, quam profiteri volunt: ſicut recens empto ſeruo, non ſtatim quis domus ſuæ curam committit, prius quàm fidelitatis ſuæ experimentum per aliquod tempus dederit.

Diaconi qui nullũ crimen habentes.

Et quod ſubdit: *Nullum crimen habentes*, ſiue inaccuſabiles, & irreprehenſibiles, vt rectè docet Theophylactus, in Nominandi caſu poſitum, iungendum eſt

cum

cum verbo: *Et hi probentur primùm.* Et ſicut voluit Epiſcopos eſſe irreprehenſibiles, & non neophytos, idem ipſum exigit à Diaconis.

Quas vult Apoſtolus Epiſcopale mu ... habere ſi ... pudicas, ſecundū Ambroſium.

Septima conditio: *Mulieres ſimiliter pudicas.* Ambroſius in hunc locum de omnibus fidelium vxoribus generaliter accipit: *Cataphryga,* inquit, *erroris occaſionem captantes, propter quod poſt Diaconos mulieres alloquitur, etiam ipſas Diaconas ordinari debere, vana præſumptione defendunt.* Eiſdem hæreticis Epiphanius, & Auguſtinus tribuunt, quòd & mulieres haberent Sacerdotium, & Epiſcopatum gererent. Non ergo tempore Ambroſij menſarum tātùm miniſtri Diaconi erant, nam & hoc mulieres præſtare poterant.

B. Epiph. in hær. B. Aug li contra hæreſes, hæreſ. 1. tom. 6. init.

Alter ſenſus Chryſoſt. *Chryſ hom 11 in princ.*

Verùm B. Chryſoſtomus hunc ſenſum reprobat: *Plerique, ait, volunt, Apoſtolum hoc de mulieribus ſimpliciter præcepiſſe. Verùm non ita eſt. Quid enim conſequentia haberet inter ea, quæ de Epiſcopis, atque Diaconis monuit, mulierum vllam facere mentionem? Sed de his profectò ait, quæ miniſterij dignitate ſunt præditæ.* Similia docent Theophylactus, & Oecumenius, & Hieronymus in Commentariolis: *De his, inquit, dicit, quas hodie in Oriente Diaconiſſas appellant.* Epiphanius in hæreſim Collyridianorum, ante medium: *Miniſtrarum quidem Diaconiſſarum appellatarum ordo eſt in Eccleſia, ſed non ad ſacrificandum, neque vt quicquam aggredi permittantur, verùm reuerentiæ gratia muliebris generis, aut propter horam balnei, aut viſitationis affectionis, aut laboris. Et quando nudatum fuerit corpus mulieris, vt ne à viris ſacrificantibus conſpiciatur, ſed à miniſtrante muliere, cui præcipitur à Sacerdote, vt curam gerat ad tempus indigentiæ mulieris, in tempore denudationis corporis ipſius.* Et ſubdit: *Obſeruandum eſt autem, quod Diaconiſſis ſolùm indiguit Eccleſiaſticus ordo, viduasq; eas nominauit, & ex his adhuc ſeniores, aniculas: nunquam autem Presbyteridas, aut ſacrificulas conſtituit.* De his Concilium Chalcedonenſe ſtatuit, quòd ante quadrageſimum annum non eſt ordinanda Diaconiſſa, & anathematizatur, ſi nubat, cum eo qui nubit, poſt ſuſceptam manus impoſitionem.

Theophylact. Oecum. ca. 7. prope fin. Hiero tom. 9. Epiphan.

Diaconiſſarū miniſterium quale tantūmodo, teſte Epiphan.

Illæ quā grādeuæ debent eligi. *Synod. Chalced Can. 15.*

Latina cur Eccleſia Diaconiſſarum hunc ordinē neglexerit. *Concil. Arauſicanum. Conci. Aurel.*

Latini verò has Diaconiſſas non receperunt, aut citò aboleuerunt, vt in Concilio Arauſicano I. cap. 26. & in Epaunenſi, cap. 21. & in Aurelianenſi, capit. 17. ſtatuitur: *Placuit vt nulli poſtmodum fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis humanæ fragilitate credatur.*

Diaconiſſæ quales hodie videri poſſint

Non fuerunt ergo hæ mulieres pars cleri, ſed miniſterium tantùm externum habuerunt, vt quæ hodie in xenodochijs infirmorum curam gerunt. Vnde Concilium Nicenum Can. 19. ita ſtatuit: *Commemorauimus autem Diaconiſſas, quæ in hoc ordine inuētæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habent, & omnimodo inter laicas habeantur.* Hæc ibi. Talis fuit Phœbe miniſtra Eccleſiæ Cēchreenſis. Et Ignatius ad Antiochenſes ait: *Saluto cuſtodes ſanctarum portarum Diaconiſſas quæ ſunt in Chriſto.*

Nicen. Synod.

Rom. vlt. Ignat. epi. 12. circa fin.

Tertiꝰ ſenſus omnium cōmodiſſimus. *D. Tho. lect 3.*

Præſtantior tamen videtur interpretatio B. Thomæ, & Petri Lombardi, atque Gloſſæ Interlinealis, qui hæc de vxoribus Epiſcoporum, & Diaconorum accipiunt. Qui enim vxorem ſuam regere nō poteſt, non eſt idoneus alios regere. Et vt ſuperiùs dixit: *Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* Debent ergo tam Epiſcopi, quàm Diaconi benè præeſſe domui ſuæ, & filios ſubditos habere in omni pudicitia; & vxores graues, & bonis moribus compoſitas. Idcircò qui pro mulieribus vxores verterunt, apertiorem lectionem ſequi videntur.

Quæ mulieres, ſiue vxores detrahentes ſint.

Has etiam vxores vult eſſe, *Non detrahentes,* Græcè διαβόλους, id eſt, Non calumniatrices, & linguæ detrectatiuæ amicas, vt eſſe ſolet illius ſexus ingenium, dum otioſæ ſunt.

¶ *Sobrias,* etiam cibo, & potu, & veſtitu: ſed maxima ornamenta ſint ſilentium, pudor, & humilitas. Seu vigilantes. Addit: *Fideles in omnibus,* id eſt, fidas, & veraces, non deceptrices, aut furaces, quæ facultates Epiſcopo viro ſuo collatas diſſipent, aut dilapidēt. Sint etiā fideles in omnibus, tam Deo, quàm hominibus, ſed viris maximè ſuis verbis & factis fidæ, & conſtantes. Non ſint adulteræ, fidem marito frangentes; aut hereticæ, fidem Chriſto datam fallentes.

Quæ item ſobriæ, & fideles in omnibus.

Diaconos etiam Apoſtolus cur velit eſſe vniꝰ vxoris viros. *Eccle. 4. Epheſ. 5. Geneſ 29*

Octaua conditio: *Diaconi ſint vnius vxoris viri.* Vult enim Apoſtolus in Diacono ſacram eſſe ſignificationem Incarnationis. Nam & Chriſtus miniſter fuit DEI Patris, & pro vnica ſua ſponſa Eccleſia cōparanda ſeruiuit, vt olim Iacob fecit pro Rachele. Hoc etiam rectè præcipitur: quia ex Diaconis plerumque creabantur Epiſcopi.

Quomodo Diaconi non debeant eſſe vnius vxoris viri.

Et pondera verba: *Diaconi ſint vnius vxoris viri:* non ſanè quòd multi Diaconi ſint vnius velut cōmunis ſcorti viri, ſed quòd cum vna ſua vxore caſtè & pudicè viuant. Non quidem vt ſi non habuerint, ducant, ſed ne duas habeant. Si enim digniorem vxor facit, cur non digami, & trigami ordinentur? Illud obſerua, quòd ab impari dignitate parem vitæ ſanctimoniam exigit: eandem enim petit à Diacono, quam

Quāti faciat cœlibatum Apoſtolus.

ab

Diaconi qui benè præſint filijs ſuis.

ab Epiſcopo prius exegerat.

Nona Diaconorum conditio eſt: *Qui filijs ſuis benè præſint.* Idem quod & ab Epiſcopis antè poſtulauerat, vt ſcilicet benè educent filios ſuos, & in Chriſtiana religione inſtituant: vt credi poſſit idem præſtituros eſſe cum externis. Nam qui ſuorum, maximè domeſticorum, curam non habet, fidē negauit, & eſt infideli deterior.

1. Tim 5.

Diaconi qui benè miniſtrauerint, gradū bonū qualem ſibi acquirent. Luc. 16.

Et vltimam conditionem addit, dicens: *Qui enim benè adminiſtrauerint, gradum bonū ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Hoc idem eſt cum eo, quod Chriſtus dixit: *Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt.* Promittit ergo benè miniſtrātibus altiorem gradum, id enim βάϑμον ſignificat, id eſt, dignitatem, & ordinem, ſeu gradum ampliorem, ſcilicet ad Sacerdotium, vel ad Epiſcopatum. Et Ambroſius ait: *Poterunt digni fieri Sacerdotio.* Ita Lōbardus, & Thomas præſentem locum abſoluunt. Et more Hebræo poſitiuum poſuit pro comparatiuo, bonū gradum, hoc eſt, grandiorem, & meliorem, de quo dixerat: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum* (id eſt, meliùs) *opus deſiderat.* Eſtque hæc promiſſio ſtimulus quidam ad benè miniſtrandum. Duplex præmium propoſuit, alterum maioris gradus, alterum multæ fiduciæ in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſiue multæ libertatis, vt alij vertunt. Nam vt coram Rege ſeruiens, & benè miniſtrans, quandam familiarem fiduciam nanciſcitur etiam pro alijs quodcunque poſtulandi, ita etiam benè coram Deo miniſtrans, habet fiduciam intercedendi pro alijs, ſiue libertatem quandam ſpiritualem liberiùs agendi, & loquendi tum apud Deum, tum apud populum. ¶ Et fiduciam, ait in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu, id eſt, per fidem; & Chriſtum Ieſum, de qua ad Epheſi. ſcripſit: *Per quem habemus acceſſum per confidentiam per fidem:* quod explicatur etiam per Tobiam ſeniorem, qui ait: *Fiducia magna erit coram Deo eleēmoſyna omnib. facientibus eā.* ¶ Bernardus autem ſerm. 3. de Aſſumptio. Virgi. hæc verba alio detorſit, vt eleganter ille facere conſueuit: *Bonum,* inquit, *acquirit gradum, qui benè miniſtrauerit: fortè meliorem, qui benè valuerit Deo: optimum autem, qui perfectus eſt in vtroque.*

Ambr. in hæc verba. D. Tho. lec. 3.

Duplex præmiū diaconorū benè miniſtrātiū, ſecūdū Apoſtolū.

Quales Diaconi benè miniſtrantes.

Quid fiducia in Chriſto Ieſu. Epheſ. 3.

Tob. 4. B. Bern. circa prin. ſermonis

Qui bonum qui verò meliorē, & qui optimū ſibi gradū acquirāt, teſte Ber.

Sol. V. dubi.

Eccleſia quo modo ſit domus Dei viui.

Ad quintam dubitationem reſpondemus, generalem Paulum cauſam reddere cur ad Timotheū has literas dederit; quaſi dicat, Non quaſi ad te venturus ſim nunquam, veniam enim quamprimùm potero, & ſi tardè contigerit, vt interim ſcias, quomodo te oporteat verſari in domo Dei, non in academia Platonis, aut Lyceo Ariſtotelis, aut in Porticū Zenonis, aut in hortis Epicuri, aut in Synagoga Iudæorum; ſed in domo Dei, hoc eſt, in Eccleſia Catholica, quæ columna eſt, & baſis, & ſedes veritatis, ſiue in qua non opiniones Philoſophorum, aut rationes, aut argumenta Dialecticorum, ſed ipſiſſima, & Catholica veritas reſidet: quæ calcar nobis addere debet ad reuerentiùs nos habendum in ea, & ad puriorem vitam conſectandam.

Gymnaſia Philoſophorum propria.

Porrò domum Dei vocat Eccleſiam, quam Deus perpetuò inhabitat, & de qua Chriſtus dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Ex quo in hæreticos noſtri ſeculi colligimus, Eccleſiam Chriſti inuiſibilem non eſſe, in qua Timotheus videri iubetur. Pulchrè hic ait Ambroſius: Eccleſia domus Dei dicitur, cuius hodie rector eſt Damaſus. Eſt ergò Eccleſia Dei tam in capita, & rectore ſuo Chriſto, quam in membris ſuis, hoc eſt, fidelibus, & in verbo Dei, quod iubetur audire; & in Fidei confeſſione, quam tenetur apertè facere; in Sacramentis ipſis, quibus imbuitur, & ſanctificatur, quæ omnia ſub ſenſum cadunt, conſpicua, & viſibilia, etiamſi inuiſibilis ſit gratia, & fides ipſa, quæ eſt in corde, & Deus ipſe, qui vocatur inuiſibilis, & quod reuerenter, & magno cum honore, & ſancto Dei timore ſit in ea verſandum.

Matt. vlt. Eccleſiā non eſſe, vt ſomniant Lutherani inuiſibilem. B. Ambroſ.

In Eccleſia quid tantùm inuiſibile. 1. Tim. 1.

Potuit etiam Paulus alludere ad Templum Iudaicum, vt ait Chryſoſtomus, & ad verba Iacob, qui in viſione loquens, dixit: *Quam terribilis eſt locus iſte? non eſt hic alind niſi domus Dei, & porta cœli.* Quia verò Paulus ſermone de vita rectè inſtituenda, & ad tractationem de doctrina, & fide, & hæreſibus faciendis redit, rectè adiunxit, quod Eccleſia ſit columna, & firmamentum veritatis, inſtituens Timotheum, magno ſtudio veritatis intelligendæ, & prædicandæ in Eccleſia verſari debere.

Item Eccleſia cur domꝰ Dei viui. Chryſ. ho. 11. Geneſ. 28.

Eccleſiā Apoſtol. columnā & firmamentum veritatis cur etiam appellauerit.

Fortè etiam in eo quod ait, Quæ eſt columna, & firmamentum veritatis, alluſit Apoſtolus ad columnam veteris legis, quæ ducebat filios Iſraël in terram promiſſam: ita Eccleſia electos, & iuſtos, quos in ſe habet, & ex quibus conſtat, ducit ad æternæ vitæ gloriam.

II. Ratio. huius appellationis. Exod. 13.

Poteſt etiam ſimpliciter accipi de columna, quæ ædificio ſuſtinendo ſupponitur, quia præceſſerat ſermo de domo Dei, qui tanquam ſapientia ædificauit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem, vt ait Salomon.

III. Ratio.

Prouer. 9.

Porrò columna dicitur: quia à verita-

te

Vnde Eccleſia ſuam habeat firmitatem.

Pſalm. 72.

Apoc. 3.

Eccleſia cui⁹ ſit columna, & firmamentū veritatis.

tur, vel à Deo per veritatem ipſam firmatur, & fortaſſis atque inuicta efficitur, vt per eandem veritatem alios ſuſtentet, atq; confirmet. Et ſicut paſſiuè dicitur: *Ego confirmaui columnas eius*, ita etiam actiuè ponitur; vt ibi: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei; & foras non egredietur amplius.* Columna quoque veritatis dicitur, cui veritas credendorum, & agendorum nititur, non autem in vmbris legis, quæ diu non durat, in qua nunc ſola veritas firmatur, quæ ante in lege poſita erat. Theodoritus verò hunc locum ita expedit: *Domum*, inquit, *Dei, & Eccleſiam appellauit cœtum eorum, qui crediderunt. Et dixit columnam, & firmamentum veritatis. Supra petram enim fundati ſtabiles, & immobiles permanent; & rebus ipſis prædicant dogmatum veritatem.*

B. Theodorit. part. 2.

Quid colūna & firmamentū veritatis Theodorito.

Eccleſiæ præſules, atq; doctores cur Paulus non columnam, & firmamentū veritatis, ſed Eccleſiā appellauerit. *Matth. 16.*

Obijcies, rectiùs paſtores, & doctores Eccleſiæ, & potiſſimùm ſucceſſores Petri appellandos columnas veritatis, quàm Eccleſiam ipſam; præſertim cùm ea ſola & petra dicatur ratione Cathedræ Petri: de qua: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam?* Dicendum eſt: Si miniſterium prædicandæ, & ſeruandæ doctrinæ reſpiciatur, veriſſimum eſſe, Apoſtolos, eorumque ſucceſſores eſſe columnas. Sin verò attenduntur ea omnia, per quæ veritas ipſa cuſtoditur in cordibus: vt verbi Dei prædicatio, & cordium ſanctificatio, conſenſio populorum, miracula, pietas vitæ, & ſimilia; cùm hæc omnia in varijs membris Eccleſia habeat, non ipſi ſemper miniſtri præ illis, meritò columnæ & petræ nomen ſibi vendicant. Deinde inſigne quiddam eſt bonis tantùm competens gemitus, & preces impetrantes à Deo, vt veritas, & pietas ad iudicium vſque in cordibus ſanctorum inſcribantur: qua ratione Auguſtinus libro ſeptimo, contra Donatiſtas, capite 51. dicit, Petrum, & ſolos bonos eſſe eam domum, quæ dicitur ædificari ſupra petram. Et ad hanc firmitatem, & columnæ rationem alludere videtur Irenæus libro tertio, aduerſus hæreticos, cap. 3. in principio. *Tanta*, inquit, *oſtenſiones cum ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facilè eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli quaſi in depoſitorium diues, pleniſſimè in ea contulerint omnia, quæ ſint veritatis, vt omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus. omnes autem reliqui fures ſunt, & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos.* Et ſubdit, quòd orta quæſtione aliqua, ſi non extarent Scripturæ, recurrendum eſſet ad Traditionem Eccleſiæ, potiſſimùm Romanæ à Petro & Paulo fundatæ, vt etiam capite 3. dixerat. Et eadem repetit, & inculcat capite 40. eiuſdem libri, & libro 4. capite 43. Hieronymus in finem libri contra Luciferianos: *Poteram*, inquit, *omnes propoſitionum riuulos vno Eccleſiæ ſiccare: verùm breuem tibi, apertamq; animi mei ſententiam proferam; in illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata vſque ad diem hanc durat.* Idem in epiſtola ad Theophylum contra Ioannem Ieroſolymitanum: *Perſpicuum eſt, dolorem proprium cauſſam Eccleſiæ non putandum, nec ſtomachum vnius hominis, imò per illum aliorū generalis Eccleſiæ vocabulo nuncupandum.* Ambroſius quoque epiſtola 82. ad Vercellenſes: *Vtrumque ad Moyſem à Domino dictum eſt: Vbi ſtas, terra ſancta eſt, & hic ſta mecum: hoc eſt, Mecum ſtas, ſi ſtes in Eccleſia. Vbi eſt Eccleſia, ibi firmiſſima ſtatio tua mentis eſt. ibi fundamentum animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo. Ego in carne, propterea ignis, vt tibi luceam, vt tuas ſpinas, & tua peccata conſumam, & meam tibi demonſtrem gratiam.* Et Auguſtinus libro contra epiſtolam, quam vocant fundamenti, cap. 5. initio ferè: *Ego*, inquit, *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ commoueret autoritas. Quibus ergo obtemperaui dicentibus: Credite Euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo?* Multa quoque talia inuenies capite 4. libri de vtilitate credendi, ad Honoratum.

I. ratio.

II. ratio.

B. Aug to. 7. in princ.

Domus ædificata ſupra petram, quæ myſticè Auguſtino.

Ab Eccleſia tanquā promptuario ditiſſimo diſcenda eſt veritas, ait magnus Ignatius. *Ioan. 10.*

Scripturis (quod abſit) deficientibus, vnde fides noſtra penderet.

Hier. tom. 2. ante med.

Idem epi. 42. prope finem, eod. tom.

Ambr. multò ante dimi. ep. to. 3. circa fin.

Exod. 3.

Eccleſia, qualis ſtatio, ſecundùm Ambroſium.

Aug. to. 6. non procul à prin.

Euāgelio cur credat Auguſtinus.

Idem ibid.

Ad VI. dubiū Quòd magnum ſit pietatis Sacramentū Apoſtolo.

Vltimæ dubitationi reſpondemus, quædam circa literam huius loci præfantes, & poſteà de ſenſu vero, & germano nobis diſſerendum erit. Græca litera ita habet: Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. Vbi Interpres pro dictione, Θεὸς, ὃ, quod & ipſum apertè refertur ad Chriſtum, qui metonymicè nomine myſterij eſt ſignificatus. Etſi Eraſmus in hunc locum dixerit: *Mihi ſubolet, Deum additum fuiſſe aduerſus hæreticos Arrianos.* Et Beza hæreticus in hunc locum ſimiliter contra Eraſmum ita ſcripſit: *At mihi Bezæ non dubium eſt, Dei nomen ſublatum fuiſſe ab his, qui diuinitatem Chriſti, vel vtriuſque naturæ vnionem ab ipſo conceptionis momento negabant.* Et idem Beza paulò antè liberè de Eraſmo loquitur: *Dicam*, inquit, *liberè, quod res eſt, ſuam operam imprudens quidem (vt malo arbitrari) ſed ſuam operam tamen Eraſmus commodauit, ita videlicet profitens Chriſti diuinitatem: vt tamen pro viribus paſſim conetur luculentiſſima, & certiſſima quæq; eius teſtimonia nobis extorquere, exemplo ſit hic locus.*

Eraſmum (vt ſemper) hoc loco arroſorem Chriſti diuinitatis, hæreticus Beza Theodorus, velut felix quidam egregiè illudit, ac vorat.

Ita ille, qui paullò pòſt reprehendit eum, quòd myſterium pietatis interpreta-

Eraſmi ſenſū de myſterio pietatis ine-

prum, idem Theodorus optiſſimè carpit, & lacarpit, & lacerat.

tus ſit prædicationem Euangelij priùs occultam, & mundo ignotam, nunc verò declaratam in vniuerſo orbe, & iuſtificatam in Spiritu: quia prædicatio vim habuit iuſtificandi per fidem ſine lege Moſaica. Sed mira, inquit Beza, expoſitio. Et quomodò exponetur, quod prædicatum eſt Gentibus? Nunquid prædicatio prædicata eſt? Aut quod ſequitur: Et aſſumptum eſt in gloria, nunquid prædicatio cœlos penetrauit? Nec dicit ſimpliciter, Myſterium pietatis erat, vel fuit, ſed, eſt. Hic ergo ſenſus, vt abſurdus cauendus eſt, cùm minus verba ei quadrare videantur.

Macedonius quodammodò hunc locũ Apoſtoli deprauerit.

Liberatus, Archidiaconus Carthaginenſis, cap. 19. ſui Breuiarij ita habet: *Hoc tempore Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Imperatore Anaſtaſio dicitur expulſus, tanquam Euangelica falſarit, & maxime illud Apoſtoli dictum: Quia apparuit in carne, iuſtificatum eſt in Spiritu. Hunc enim mutaſſe, vbi ὃς, hoc eſt monoſyllabum Græcum, & feciſſe ὡς, vt eſſet: Deus apparuit per carnem, tanquam Neſtorianus, ergo culpatus expellitur per Seuerum.* Ex quo videtur, quòd vera lectio eſſet ὃς, vt referatur ad Θεὸς, id eſt, qui Deus ipſe manifeſtatus eſt per carnem: apparet autem, hũc locum fuiſſe per hæreticos vitiatum, quare hæc verba referenda ſunt ad Chriſtum Deum & hominem.

Liberatus q dam autor.

Et myſterium dixit in ſingulari pro plurali: quia hæc ſunt magna pietatis myſteria. Et communiter de Verbi Dei incarnatione explicatur, per quam Deus ex inuiſibili factus eſt ſpectabilis aſſumpta carne, de qua: *Verbum caro factum eſt*; &, *Videamus hoc Verbum quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis.*

Ioan. 1. *Luc. 2.*

Quid eſt, hoc myſterium pietatis iuſtificatum fuiſſe in Spiritu. *Infrà 7.*

Iuſtificatum eſt in Spiritu. Quod more Hebræo eſt, iuſtum declaratum fuiſſe, habitum, & cognitum, debitaque iuſtitiæ laude affectum, ſicut Luc. 7. *Publicani iuſtificauerunt Deum Baptiſmo Ioannis, & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis*, id eſt, iuſtè habita, & agnita. Ita dicuntur iudicia Domini iuſtificata in ſemetipſa, id eſt, ad vnguem, & exquiſitè perfecta, vt palam id ita eſſe appareat. Et ita hic gloria diuinitatis ſuæ, & Spiritus ſancti, quem dedit in die Pentecoſtes ſuper omnem carnem, opponitur infirmitati & fragilitati carnis pro humana natura, quæ eſt miſera, & mortalis, de qua: *Qui in diebus carnis ſuæ*; & ad Corinthios: *Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.* Iuſtificatus ergo eſt per Spiritum, vel in Spiritu; quia ab initio conceptionis iuſtus & ſanctus ab Spiritu ſancto effectus eſt. Sic interpretantur Patres

Ibidem. *Pſalm. 18.* *Actor 2.* *Ioel. 2.* *Actor. 2.* *Hebr. 5.* *2. Cor. 5.*

Veteres, Chryſoſtomus, Cyrillus de Incarnatione vnigeniti, cap. 2. & libr. 2. de Recta fide ad Reginas, & Auguſtinus in Enchirid. cap. 40. vbi docet, gratiam Dei ſignificari, dum Chriſti conceptio Spiritui ſancto tribuitur. Per Spiritum etiam iuſtificatus eſt à peccatis: quia per Spiritum ſanctum ſuſcitatus oſtenſus eſt, non propria vlla culpa mortuus, ſed aſſumpſiſſe noſtra cauſa mortem, & ſi donec in carne fuit, creditus eſt, & habitus peccator à Deo, & ab hominibus.

B. Chry. ho 11. *D. Cyril to. 2.* *Aug. tom 3. ſub init.*

Chriſtus per Spiritum vt iuſtificatus ſit à peccato. *Rom. 6.*

¶ Ambroſius per Spiritum intelligit miracula, & prædicationem, quibus declaratus eſt Deus: inter quæ reponi poteſt, quòd Spiritus ſanctus in caput eius baptizati deſcendens, in ſpecie columbæ apparuit.

Galat. 3. *Ioan 9.* *Ioan. 1.*

Sequitur: *Apparuit Angelis, vel, Viſus eſt Angelis.* Vt etiam ipſi peculiariter hymno declararunt, Luc. 2. & per Eccleſiam etiam innotuit Principibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus multiformis ſapientia CHRISTI IESV: & ita nobis ſunt reconciliati, & maiorem ſalutis noſtræ curam gerunt. Denique Angeli incredibili voluptate afficiuntur in eius conſpectu, de quo dixit Petrus: *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Quanquam Auguſtinus in Enchiridio, cap. 41. & 42. & eum ſecutus Gregorius lib. 33. Moralium, cap. 4. Angelos intelligunt homines prædicatores, qui annuntiant Dei voluntatem mundo.

Idem myſterium pietatis quomodò apparuit Angelis. *Luc. 2.* *Epheſ 3.*

1. Pet. 1. *Aug. tom 3.* Quibus Angelis ſecundùm alios, idem peccatis myſterium apparuerit. *Greg. tom. 1.*

Et quia ſequitur: *Quod prædicatum eſt Gentibus*: eſt enim mirabile quod impijs, & idolorum cultoribus, & à ſe olim derelictis voluerit Deus tantùm myſterium patefacere, vt habetur Epheſ. ſecundo & tertio. Imò & hoc ipſum vocationis Gentium myſterium, quod maius eſt ipſa mundi creatione, voluit illis eſſe reuelatum. Ideò dixit: *Creditum eſt in mundo.* Hoc enim ſtupendum eſt, Euangelicam doctrinam tam ſublimem, fide receptam eſſe vbique contra proprios errores ab atauis longa ſerie annorum acceptos: idque tam breui tempore, & per paucos, atque abiectos homines.

Myſteriũ vocationis Gentium, quale quantumq́. *Epheſ. 2.* *Infra 3.*

Vti creditum in mundo.

Denique, quod omnibus glorioſius eſt, aſſumptum eſt in gloria. Receptus eſt enim in cœleſtem gloriam videntibus Apoſtolis, vbi ad dexteram Patris ſedens regnat. Et cùm debuiſſet hoc præcedere, tamen poſtpoſitum eſt, vt cauſſa ipſius fidei quæ præceſſit; & receptus eſt à mundo tanquam in gloria DEI Patris exiſtens. Nunquam ſic creditum fuit de Moyſe, vel de alijs Prophetis, iuxta illud: *Omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Idem vt aſſumptum in gloria. *Actor. 1.* *Marc. vlt.*

Philip 2.

Præter

Digitized by Google

Magnũ pietatis Sacramentum non ineptè ſacram poſſe Euchariſtiam intelligi.

Pręter dictum ſenſum verum, & Catholicum, & à Patribus aſſignatum, alius mihi occurrit, quem non grauabor Lectori proponere, qui & verus eſt in ſe ipſo, & Catholicus, & contextui huius loci congruus, imò etiam magis quàm alter cõueniens, etſi nullus illum hactenus, quod ſciam, produxerit.

I. argum.

Nam videtur hoc magnum pietatis myſterium, non eſſe aliud, quàm ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium, quo nomine ita vocatur Chriſtus ad Coloſſenſ. 1. ad Corinth. Sapientia in myſterio abſcondita; & Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

Coloſſ. 1. 1. Cor. 2. Epheſ. 5.

Euchariſtiæ appellationes variæ, ac multiplices.

Eſt enim Chriſtus, ſiue incarnatus, ſiue in cruce oblatus, ſiue in Euchariſtia, quaſi ingę ſacrificium Deo propoſitus. Eſtque ſingulare myſterium propter vnum Chriſtum in omnibus ſpeciebus panis conſecrati cõtentum. Eſt etiam cum articulo dictum, τὸ τῆς εὐσεβείας μυςήριον, vt vnum tantùm myſterium deſignetur. Eſtque enim propriè Sacramentum Noui Teſtamenti vnum ex ſeptem, vt Baptiſmus, & Confirmatio. Eſt etiam magnum verè Sacramentum: quia non tantùm continet fructum gratiæ, vt reliqua, ſed etiam autorem gratiæ Chriſtum. Eſt etiam myſterium εὐσεβείας, id eſt, boni cultus, quia in hoc ipſum datum eſt nobis à Chriſto, vt per illud à nobis oblatum, Deum placatum, & propitium habere poſſimus: & ad ipſum omnis cultus noui Teſtamenti refertur: nam ad hoc templa, & altaria, Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi, & ordines ſacri inſtituuntur, & ad alendos Epiſcopos, & Sacerdotes, & eius miniſtros referũtur omnes reditus & prouentus Eccleſiaſtici; denique Canonicatus, dignitates Eccleſiaſtici, cantores, & omnia Eccleſiaſtica vaſa, & ornamenta ſpectant: vt verè ſit pietatis, ſiue boni cultus Sacramentum.

II. argum.

Congruit deinde & præcedentibus, & ſequentibus: præcedentibus quidem, quia Diaconis dixit quòd habeant myſterium Fidei in conſcientia pura, & vt probentur primùm, & ſic miniſtrent, & quòd benè miniſtrantes, gradum bonum ſibi acquirent: quæ verba de Euchariſtia eſſe accipienda, ſuperiùs probatum reliquimus.

III. argum.

Quadrat etiam ſequentibus verbis de domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui: quia in Chriſtianorum templis, tanquam in domo Dei nihil maius habemus, quàm corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, quo roboramur, & alimur, vt Dominus dixit.

Ioan. 6.

IV. argum.

Quàm maximè etiam ad rẽ facit, quòd Eccleſia ſit columna veritatis, ne poſſit errare in his quæ credit, & profitetur de hoc myſterio, aut in cultu, & veneratione eius: quia promiſit Dominus: *Venient veri adoratores, qui adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate.*

Ioan. 4.

V. argum.

Quod etiam ſequitur: Et manifeſtè, ſiue, vt alij vertunt, Sine controuerſia, ſeu confeſſione, vt Ambroſius, prædicta confirmat. Nam omnes fideles agnoſcunt in ipſo Sacramẽto Chriſtum adeſſe, illud corde credunt, ore, & opere profitentur: nam coram Sacramento genua flectunt, Deum inuocant ſibi propitium, latriæ cultum, & ſummum genus adorationis Chriſto impendunt, denique omnia pietatis, & religionis ſigna edunt.

Ambroſius.

VI. argum.

Conſonat etiam ſcopo Apoſtoli hortantis Timotheum, vt cum timore, & horrore verſetur in domo Dei, in qua tantum myſterium celebratur: ad quod etiam inuitat præfatio Eccleſiæ, quæ præcedit benedictionem Euchariſtię: *Per quem*, ait, *Maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates.*

VII. argum.

Seruiunt etiam huic ſenſui ipſa verba: *Deus manifeſtatus eſt in carne.* Sed maximè lectio noſtra Latina probatur, quam ſequitur Syriacus textus, & ipſe Ambroſius: etiamſi commodè poſſit accipi de myſterio Incarnationis, magis tamen Sacramento Euchariſtiæ, & ſcopo Apoſtolico conuenire videtur: nam hæc duo, Incarnationis, & Euchariſtiæ myſteria adeò ſunt proxima, & vicina, vt neutrum alteri deroget, & alterũ alterum fulciat.

B. Ambroſ.

Vtriuſq; Sacramenti pietatis, Incarnationis, videlicet, & Euchariſtiæ, mira conuenientia.

Nam ſi admittas Deum hominem ex magna gratia, & miſericordia factum: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius*; ita ex eadem ſub ſpeciebus panis, & vini (non tamen ad vnionem hypoſtaticam aſſumptis, vt fecit de carne humana) ſeipſum collocauit, vt videri poſſit Verbum non tantùm caro, ſed etiam factum panis, & vinum, vt ita habitaret in nobis perpetuò, & ita videremus quotidianam gloriam eius.

Ioan. 1.

Ibidem.

Euchariſtiæ quanta vis, maieſtas, magnificentia.

Nam in hoc myſterio ingentia & admiranda ſigna edit, & tanquam naturalis Dei Filius pari adoratione cum Patre colitur, & venerabiliter adoratur: & oblatus Patri in hoſtiam incruentam, omnibus noſtris peccatis expiandis, & omnibus beneficijs, & gratijs à Deo impetrandis, ſufficit, & à nobis participatus, & manducatus, non conſumitur, ſed integer perſeuerat, vt dixit S. Andreas. Quis ergo niſi impius negauerit, maximum eſſe, & ſummum pietatis myſterium Euchariſtiam?

Incarnationis alioqui propria, Euchariſtiæ ta-

Patres quoq; conſueuerunt multa, quæ de Incarnatione dici videntur, ad Euchariſtiam referre: vt verbi gratia, illud: *Se-*

men Patres quænam accommodare nõ dubiteot. *Philip 2. Hebr 10.*

metipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, &c. Illud etiam: *Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit.* Cernitur enim in ſacramẽto eadem Chriſti humiliatio, & exaltatio, & idem fructus penè vtriuſq; myſterij. Et non minus graue peccatum eſt eorum, qui minimè ſeipſos probantes accedunt ad Euchariſtiam, quã illi qui pedibus conculcauerunt Chriſtum, & ſanguinem eius fuderunt.

Quemadmodum Euchariſtia caro dici poſſit more Scripturæ. *Ioan.6.*

Quæ verò conſequuntur, mirificè conſonant. Nam hoc myſterium manifeſtatum eſt in carne. Carnem ſolet Scriptura appellare externa hæc velamenta quæ nobis apparent, quæ inſtar carnis ſunt, & carnem continent Chriſti, iuxta illud: *Caro mea eſt verè cibus*; & ſub carne Chriſti deliteſcebat Verbum: ita ſub Euchariſtia deliteſcit Diuinitas, & Humanitas. Et non infrequenter apparuit caro humana, & ſanguis, & infans paruus in Euchariſtia ad propulſandam, & reuincendam noſtram incredulitatem.

Euchariſtiæ Sacramentũ Incarnationis inſtar, quomodo iuſtificetur in Spiritu. *Pſalm.144. Ioan. 6. Ibidem. Ibidem.*

Deinde dicitur: *Iuſtificationem in ſpiritu.* Vt enim per carnem ſe nobis manifeſtauit, ita per Spiritum, quem impertit dignè ſumentibus, iuſtificatur, id eſt, declaratur iuſtus, & verax, quia Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis; & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Promiſit etiam: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*; & paullò antè: *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Dixit etiam: *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.*

Idem vt appareat Angelis. *Chryſ. tom 5. Greg tom. 2. Luc 2. 1.Pet.1.*

Tertiò ait: *Apparuit*, ſiue viſum eſt Angelis: quia Angeli huic myſterio adeſſe ſolent ad venerationem impendendam creatori ſuo, ac Domino, & vt eos qui adſunt, diſponant ad dignam, & vtilem participationem fructus Sacramenti, & vt nobis exemplum præbeant honoris, & reuerentiæ aſſiſtendi coram Diuina Maieſtate. Et de his habes multa teſtimonia Sanctorum, ſed præſertim Beati Chryſoſtomi libro tertio, de Sacerdotio, & Gregorij libro quarto Dialogorum, cap. 58. Qui enim ad nos mittuntur Angeli cuſtodes, adeſſe dicuntur conſecrationi vt adorent. Et ſicut delectati ſunt in Natiuitate Chriſti, infantem videntes, & hymno celebrarunt; ita in hoc quotidiano cultu nequeunt ſatis ſe continere à viſu, & cultu eius, vt impleatur illud Petri: *In quem deſiderant Angeli proſpicere.*

Qua item ratione prædicatum ſit Gentibus hoc Sacramentum. *Malach.1. Ioan.6. Pſalm 41.*

Quartò ait: *Prædicatum eſt Gentibus.* Quia hoc myſterium apud Gentes cœpit celebrari, & apud Iudæos cum magna gloria Chriſti, omiſſis legalibus, omiſſis ſacrificijs, quibus hoc ſolùm ſucceſſit. Vnde per Prophetam Malachiam prædixit: *Ab ortu Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.* In cuius tamen prædicatione offenſi fuerunt Iudæi Ioan. 6. cùm tamen non ignorarent, olim Iudæos in templo Dei de ſacrificio edere ſolitos. Vnde illud: *In voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis.*

Quàm etiam honorificum apud Gẽtes.

Et præcipuè dicitur prædicatum in Gẽtibus, apud quas erecta ſunt templa magnificentiſſima in honorem Euchariſtiæ, quo tempore illud Ieroſolymitanum corruebat cum ipſa ciuitate nunquam amplius erigenda.

Vti creditum in mundo. Lutheranorum mira perfidia.

Ideò ſubditur: *Creditum eſt in mundo.* Quod planè omnem admirationem ſuperat, ad confundendos olim Iudæos, Hæreticos, & noſtri ſeculi Sacramentarios, & Caluinianos, quos poſt tot ſecula veritatem cognitam, & in toto orbe receptam negare non pudet: & tamen tantùm myſterium creditum eſt in mundo, id eſt, à mundi huius peccatoribus, qui Fidem Catholicam recipientes, etiam huius articuli veritatem à templis, altaribus, ornamentis pretioſiſſimis, & diuerſis ac ſacris miniſtris ſe accepiſſe, ac nouiſſe declararunt.

Quo pacto aſſumptum eſt in gloria. Magnum pietatis Sacramentum Apoſtolus cur obſcurè, & rectè Euchariſtiam nominauerit.

Poſtremò ſubdit: *Aſſumptum eſt in gloria.* Chriſtus enim qui eſt in altari, eſt idem qui ſedet ad dexteram Patris in cęlo, & qui ſuper omnem naturæ noſtræ captum ſine vllo loci motu nobiſcum dignatur adeſſe, qui in dextera Dei Patris ſedet in cœlo. Et vt ibi ab Angelis colitur, eadem gloria exaltatur & in altari. Dicta ſunt autem hæc paullò obſcuriùs à Paulo: quia ita illi, & Apoſtolis mos erat loquendi, cùm de myſterijs ageretur. Et de his ſatis.

DISPVTATIO XIII.

In illa verba Apoſtoli 4. capitis: *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à Fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mẽdacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, &c.* vſque in finem capitis.

I. Dubium.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Septimum.
Octauum.
Ariſt. libr. 1. Ethic. cap. 5. tom 3. inst.
Nonum.
Decimum.

CIRCA Caput hoc dubia inſurgunt nonnulla, neque leuia, neque parui momenti. Primum eſt, inueſtigare ſcopum eorum quæ hic dicuntur. Deinde quid eſt, Spiritum manifeſtè dicere, quòd quidam deficient à fide, & attendent ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum: nullus enim per ſe audit Apoſtolicos Spiritus; aut doctrinas dæmonum, qui ſimulatè loquũtur mendacium: & quid eſt cauteriatam habere ſuam conſcientiam, & ad quid fiat alluſio. Tertiò, qui ſunt qui damnarunt nuptias, aut prohibuerunt edere cibos, qui cum omni gratiarum actione edi poſſunt à fidelibus, qui nouerunt veritatem. Quartò, quomodo ſunt cibi immundi aut inquinati; & qua ratione mundantur per verbum Dei, & orationem. Quintò, ex his verbis videtur Eccleſia errores quos dãnat Apoſtolus, amplexata; quia Sacerdotũ dãnat nuptias, & certis diebus cibos quoſdam, vt carnes, & lacticinia, ſumere prohibet. Sextò, in verbis: *Exerce te ipſum ad pietatem:* nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt, videtur Apoſtolus ieiunia ab Eccleſia propoſita reijcere, ſi ſola pietas ad omnia vtilis eſt. Septimò, quomodo docet, Saluatorem omnium eſſe Ieſum, cùm omnes minimè ſalui fiant, imò nec omnes quidem fideles. Octauò, cur præcipit, vt nemo adoleſcentiam Timothei contemnat; cùm hoc potiùs ſitum ſit in alijs, quàm in ſe ipſo: Honor enim eſt in honorante, non in honorato, vt Philoſophus dixit. Nonò, quid eſt quod ait: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cùm impoſitione manuum Presbyterij;* quænam, ſcilicet, eſt iſta gratia minimè negligenda, & quomodò collata per manus presbyterij, cùm Presbyteri non ordinant Epiſcopos. Poſtremò, quid eſt ſibi attendere, & cur priùs ſibi, quàm doctrinæ, & quomodo in illis inſtandum, vt Epiſcopus ſui ipſius, & ſe audientium ſalutem conſequatur: interdum enim nec ſe, nec alios ſaluat, ſed condemnat.

Solut. primæ quæſtionis.
Quid doceat Apoſtolus in hoc capite.
1. Tim. 3.

Ad primum reſpondemus: Cùm oſtendiſſet Apoſtolus qua ratione eſſet Epiſcopo, & quanta religione verſandum in Eccleſia, quæ ſedes, & columna eſt veritatis, & in ea ſummum myſterium celebratum; prædicit, quoſdam hæreticos venturos, qui alio modo quàm Iudaizantes, myſterium illud eſſent oppugnaturi, & de cordibus hominum illud abolituri. Et hæc eſt noua ratio, cur Epiſcopi ſint vigilantes, & cum metu, & tremore ſit illis in gubernanda ſua Eccleſia ſalus operanda.

Secundæ ſolutio dubit.
Quis ille Spiritus, prædicens apoſtaſiam à fide.
B. Atha. to. 1.
Spiritũ quid manifeſte dicere.
B. Chryſoſt. hom. 12.

Ad ſecundum: Spiritus abſolutè, & præſertim cum articulo in Græca litera τὸ πνεῦμα, Spiritum ſanctum denotat teſte Athanaſio in epiſtola ad Serapionem, & hic Spiritus ſanctus manifeſtè dicit, & olim dicebant Prophetæ: *Hæc dicit Dominus Deus exercituum, in cælo reuelans myſteria,* modò verò in Nouo Teſtamento: *Hæc dicit Spiritus ſanctus.* Græca vox, Manifeſtè, non eſt illa, quàm ſuperiùs dixit; Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum: nam ibi ὁμολογουμένως habetur, id eſt, citra controuerſiam, indubiè; hic verò dicitur ῥητῶς, id eſt, dicit perſpicuè, & non adumbratè, aut propheticè, vt Chryſoſtomus cum ſuis hoc loco docet.

Apoſtoli fuerunt etiam Prophetæ.
Ioan. 16.

Ex quo habes, Apoſtolos non tantùm eſſe Apoſtolos, id eſt, miſſos ad plantandum, & declarandum Euangelium in orbem terrarũ, ſed & prophetas futura multa prænuntiantes, quò tela præuiſa minùs feriant, minuſque admirentur, ea cùm viderint euenire; & vt eorum probetur autoritas, qui ventura nouerunt, & impleatur verbum Domini apud Ioannem, ca. 16. de Spiritu ſancto: *Et quæ ventura ſunt annuntiabit vobis.*

Nouiſſimis temporibus quibus quidam à fide deficient.
Quinam illi qui à fide deficient, & defecerunt tandem: & vnde prodierunt.

Et, in nouiſſimis temporibus, ait, ſiue, vt Græca habent ὑστέροις καιροῖς, id eſt, poſterioribus temporibus: καιρὸς enim non tantùm pro certo, & ſtatuto temporis articulo accipitur, ſed etiam pro ipſo tempore; quod alibi annotatum reliquimus. Poſterioribus ergo temporibus, gratiæ ſcilicet, quando Chriſtus eſt creditus in mundo, paullò pòſt futuris, & proximè exorituris, à tempore, ſcilicet, Pauli ad Marcionem, & Manichæum, & Encratiſtas, qui diſcipuli fuerunt Simonis Magi. Porrò Marcion, & Manichæus, & Encratiſtarum duces cum eorum hæreſibus, breui prædi-

cuntur orituri, vt iam opus ſit vigilantia.

Quia diſcedent quidam à fide. Vel potiùs, Apoſtabunt à fide: idem enim verbum eſt verbum Græcum cum eo quod 2. Theſſal. 2. habetur, cùm dicitur: *Niſi venerit diſceſſio primùm*, ſiue apoſtaſia. At deficere à fide, ſiue in toto, ſiue in parte, ſpeciem non variat, etſi nomina ſint diuerſa: prior enim eſt apoſtaſia, poſterior hæreſis. Eſt & alia apoſtaſiæ ſpecies à religione ſua peculiari, quam quis profitetur, vt Auguſtini, Benedicti, Dominici, Franciſci. Per hanc ſi quis fidem datam in ſuperioribus ſuis Deo frãgat, horrendum crimen admittit, & ſcandalum graue; non tamen adæquat priorem apoſtaſiam à Fide, quæ data erat Deo in baptiſmo.

2.Theſſ.2.

Apoſtaſia à fide quotuplex ſit.

Spiritus verò erroris, vel vt Græcè habetur πλάνοις, id eſt, errones, ſed idem ſenſus, vocat primos hæreſum inuentores, & impoſtores, qui eiuſmodi ſpiritibus afflati, ſua, & non illa quæ Dei ſunt, loquuntur. Nam vt quidam ob inſignem bonitatem dicuntur Angeli, ita quidam ob excellentem malitiam dicuntur dæmones, vt Iudas Ioan. 6. Sunt enim quidam peculiares dæmones, maligni, & ad ſeducendum electi, qui omnes cogitationes, & neruos intendunt ad fallendos eos, qui falli cupiunt, qui dicunt: *Loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores*; quorum vnus dixit: *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum.* Certè Lutherus modium ſalis cum cacodæmone ſe ediſſe iactat, & illum introducit ſecum diſputantem in quibuſdam de ſacrificio Miſſæ, & Sacerdotio Noui Teſtamenti articulis, & ſe coactum fuiſſe ei cedere, ob Scripturarum pondera quæ producebat.

Spiritibus erroris, quibus illi attendent apoſtaſiæ.

Ioan.6.

Eſai.30.

3 Reg.22.

Lutherus, vt ipſe teſtatur, quàm fuerit diabolo familiaris, & intimus.

At ne fortè quiſquam impingat in tam fœdos & tetros errores, debet regulam à Ioanne datam ſeruare, qui dixit: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint:* quod quia plures neglexerunt, mirari non debemus de tanta hæreſum nouarum colluuie, ac de tanto Sectariorum prouentu. Ipſi ergo doctores & pſeudoprophetæ vocantur ſpiritus erroris. Et nota ex Chryſoſtomo, quòd omnis doctrina hæretica ex diabolo eſt, & peculiariter Epheſij dediti erant magicis artibus, ac proinde dæmonibus, vt habes Actorum 19.

Spiritus erroris, & doctrinas dæmoniorum optima propulſandi ratio.

1.Ioan.4.

B Chryſoſt. hom.12.

Actor. 19.

In hypocriſi, inquit, loquentium mendacium. Græcè habetur: In ſimilitudine falſiloquorum, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων. Non dixit in Datiuo, ψευδολόγοις, vt reſpondeat ſpiritibus impoſtoribus, ſed in Genitiuo, vt iungatur cum voce dæmoniorum, & in eodem caſu poſita, & κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, id eſt, Cauteriatam habentium conſcientiam, eorum ſcilicet, qui per hypocriſin loquuntur mendacium, non per ignorantiam, ſed ſimulando loquuntur, cùm veritatem non ignorent. Niſi malumus emphaſis gratia, dæmonia homines ipſos dici. Vnde Chriſtus Petrum vocauit Satanam, & de Iuda proditore: *Vnus*, inquit, *ex vobis diabolus eſt.* Et intellige de ducibus, & capitibus errorum: nam plebs quæ ſectatur illos, vt plurimùm decepta eſt, & per ignorantiam peccat. Hoc ergo verbo Encratiſtas, Marcionem, & Manichæum deſignauit; qui cùm intra parietes turpiſſimè viuerent, eſſentque impuriſſimi, tamen miram ſanctitatem præ ſe ferebant, ſimulatè & fallaciter omnia agentes. Vnde loco carnium cibaria quædam delicata, & pretioſa carpebant, & loco vini, mulſo, ſicera, & careno, paſſa, & expreſſo è nonnullis pomis ſucco recreabantur. Et dabat illa hypocriſis fidem verbo mendacij: vt mirum ſit, beatum Auguſtinum tam excellenti ingenio præditum per nouem annos detentum fuiſſe in tantis errorum tenebris, quales erant Manichæorum.

In hypocriſi qui loquãtur mendacium.

Quos Chriſtus homines dęmones appellauerit.

Matth.16.

Ioan. 6.

Encratiſtarũ Marcionis, & Manichæorũ ſimulata ſanctitas.

B. Aug. lib.3. Confeſſ.ca.11. in fin. & alibi ſæpius, tom.1.

Ad illud verò, quid eſſet: *Cauteriatam habentium ſuam conſcientiam*: dicendum, Cauterium eſſe, partem aliquam carnis vrere, ſiue amputare: & alludit Apoſtolus per Antitheſin quandam ad circunciſionem cordis. Candenti etiam ferro notabantur olim malefici, ſtigmatis impreſſis cuti: at iſti animum habent ſtigmaticum, & cauterio inuſtum ob vitæ dedecora, quorum ipſi ſunt conſcij. B. Thomas ait, quòd cauterium eſt corruptio in carne per ignem, ex qua egreditur continuè putredo. Ita ex igne peruerſæ voluntatis, iræ, odij, concupiſcentiæ, vlceratur conſcientia, & dæmoniorum egreditur falſa doctrina.

Quid cauteriatã habere conſcientiã, variæ interpretationes.

B. Thom. lect. 1. in ca. 4. 1. ad Tim. tom.16.

Ambroſius verò hãc notam ait eſſe fallaciam, conſcientiam, quæ dolo maleuolentiæ aliud ſcit, & aliud profitetur, denotat ad perditionem immutabilem. Chryſoſtomus verò intelligit impuram vitam, cuius ſibi ſunt conſcij, ex quo fit, vt peruertant dogmata. Et illud ante omnia notandum, Manichæos dæmones eſſe vocatos: quia inter omnes hæreſes plus honoris tribuebant diabolo, quia ponebãt eum principium rerum omnium ex æquo cum Deo bono. Et vt Deus bonus eſt principium inuiſibilium, ita Deus malus (ſecundùm illos) principium inuiſibilium.

Ambroſius.

Chryſ. ho. 12.

Manichæi quàm verè dęmones appellati.

Ad tertium quæſitum, qui ſcilicet, fuerint

Tertiæ ſolutio quæſtionis

Qui prohibuerunt nubere heretici & abſtinere à cibis quos Deus creauit ad vtendum.

rint autores, qui interdicebant nuptias, & præcipiebant abſtinendum à cibis: Dicendum eſt, eos non tantum prohibuiſſe nuptias mulierum, ſed etiam virorum, vt ſublato nodo, & vinculo nuptiarum, oẽs de illicito concubitu naſci cogerentur, ſi eccleſia debebat perſtare; aut ſi non debebat perſtare, ſaltem Eccleſiam breui eſſe terminã- dam. Cum tamen vtrumque falſum eſſet; nam Deus inſtituit nuptias in paradiſo terreſtri, & honorauit illas ſua præſentia, & miraculo Chriſtus in Euangelio, & de matre naſci voluit: Eccleſiam quoque ſemper durare conſtituit, iuxta illud: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi.*

Gen 2. Matth. 19. Ioan. 2. Luc. 1. Matth. vlt.

Hæc interpretatio cuiuſdã: Iubẽtiũ abſtinere à cibis minimè probatur.

Sequitur: *Abſtinere à cibis.* Id eſt, prohibentium nubere, ne quis vtatur cibis. Nouus interpres addit Textui verbum, quod in Græco non eſt, nimirum iubentium abſtinere à cibis, quaſi per defectũ, vel ecclipſin ſibi notam Apoſtolus loquatur, vt cum dixit: Mulieribus non permittitur in Eccleſia loqui ſed viris ſuis ſubditas eſſe, ſcilicet imperatur; ita hic, prohibentium nubere, & iubentium abſtinere à cibis. Sed opus non erat: quia vt ait Oecumenius, vſitata eſt Græcis locutio, vt dicant, Prohibuit ne veſceretur, id eſt, Prohibuit eſum. Et id referunt Græca ſcholia ad Atticiſmum, & phraſim nunquam non obuiam ſcriptoribus Ethnicis. Vt cum dicimus: Prohibuit eum ne perpetraret abſurda, non intelligimus, quòd ad abſurditatem ſit eum adhortatus, ſed ad contrarium. Et in Græco ſermone inter prohibentium nubere, & abſtinere à cibis, non eſt copula bimembris. Et, ſicut nec Ioannis 10. iuxta Græcum ſimpliciter: *Vnum ouile, vnus Paſtor.* Ita etiam hoc loco. Homerus quoque dixit: Σίτον, καὶ οἶνον ἔδοντες, id eſt, Panem & vinum edentes: nam in verbo Edentes per Synecdochen intelligendum eſt alterum, Bibentes.

1. Cor. 14. Oecu c. 7.

Qualis hæc locutio Apoſtolica: Prohibentiũ nubere, abſtinere à cibis, &c.

Ioan. 10. Homerus.

Cõtra Manichæos quorũdã eſum tanquam malũ ciborum vetantes.

Subdit, Deum creaſſe cibos ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & ijs qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona eſt. Manichæos notat, qui quoſdam cibos, vt rem immundam abominabantur, propter quaſdam eorum confictas fabulas de mẽbro Dei, quod per omnia membra ingrediebatur purgans omnia. Et cum ait, Deum creaſſ. cibos omnes fidelibus; indicat non eſſe conditos infidelibus, quibus omnia ſint immunda, eò quòd ipſi ſint immundi ad vitam, qua aduerſus ſuum Creatorem abutebantur. Deus tamen qui pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, permittebat etiam infidelibus edere, vt vel ſic oſtenderet diuitias bonitatis ſuę, & iuſtificetur ipſe, qui eos paulò poſt iudicabit.

Deũ creaſſe cibũ fidelibus cur dicat, nõ infidelibus Apoſtolus.

Matth. 5.

VI. quæſt. ſol. Cibi quomodo immundi infidelibus.

Gen. 2. Infra 3.

Vt ſoluamus autem quartam dubitationem, quomodo ſint cibi immundi, aut inquinati, dicimus, immũditiam ciborum non eſſe à natura, ſed à peccato, vel libidine propter prohibitionem. Nam eſus ligni vetiti per ſe, & ſecundum ſuam naturam, non immundus erat ad inquinandam animam, ſed homo à prauitate ſua, & præuaricatione edens eſt inquinatus. Non ergò ex eo quòd ingreſſus eſt in ventrem, inquinatus eſt, ſed ex eo quòd exiuit è corde contumaci, & obedire nolente. Ita Deus olim Iudæis prohibuit multa ciborum genera, quò eos abſtinentiam, & temperantiam doceret, & intelligerent, quaſi in typo quodam, vitia, à quibus eſſet abſtinendum, & quæ hominum genera vitioſa vitanda eſſent, ne alios corrumperent. Nam ſola ruminantia, & fiſſas habentia vngulas, de terreſtribus animalibus erant in cibum permiſſa; vt intelligerent in ruminatione meditationem doctrinæ, & in vngula fiſſa, diſcretionem boni à malo in moribus. Quoduis verò aliud genus ciborum vetitum, ſignificabat aliquod peccatũ vitandum: vt per ſues lutulentos, eos, qui in luto voluptatum malè olente volutantur: per piſces verò, qui ſquamas; & pinnulas haberent, ſignificabatur corporis & animi puritas. Verum iſtæ figuræ, & ſignificationes ceſsârunt poſt Domini aduentũ, quo tempore populus pueritiam debuit cauere: ideò ſignificatione à cibis amputata, ſimul & immunditia eſt ſublata. Et vt eleganter docuit Auguſtinus, immunditia illa non erat naturalis, ſed à ſignificatione. Verbi gratia: In his duabus vocibus, Bonum, & Malum, in ſe ipſis conſideratis, non eſt plus malitiæ in vna, quam in altera: & ſi Barbarus, qui non intelligeret, audiret proferri, Tu es bonus, vel, Tu es malus, nihil magis vna voce, quam altera turbaretur: ſecus ſi vim, & ſignificationem intelligeret. Continuò enim perturbaretur non quidem à voce, vt per ſe mala, ſed propter ſignificationem. Sublata ergò ſignificationem in cibis, nihil eſt in illis quod inquinet edentem.

Matth. 15. Leuit. 11. & Deut. 14.

Ruminantia ſola, & vngulas diuidẽtia, animalia ad eſum conceſſa Iudæis.

Cur verò cętera omnia eiſdẽ prohibita.

B. Aug. li. 30. contra Fauſtũ Manich. c. 5. & 6.

Elegans exẽplũ Auguſtini nullũ oſtendẽs cibũ immundũ natura, niſi tantũ ſignificatione

Fidelibus ergò, & ijs, qui cognouerunt veritatem, illam nempè, *Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Fidelibus, inquit, quia etſi Deus pro omnibus condiderit creaturas, etiam pro infidelibus, ſecundum illud: Implẽs cibo, & lętitia corda eorũ; maximè tamen pro fidelibus, quos Hæ-

Fidelib⁹ quã cognoſcũt⁹ veritatẽ Deus illis cibos ad percipiẽdum creauerit.

Act. 14.

Gen. 1.
Cibos Apoſtolus à Deo creatos cur dicat ad percipiendum.

reticis docentibus malos eſſe natura cibos opponit,& ſubdit : *Quia omnis creatura Dei bona eſt,* Sicut dictum eſt : *Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.* Et perceptio moderata eſt ciborum ſumptio: non enim ingurgitationē,aut delitias ſuperfluas cōmendat. Et loquitur de eſculentis,& poculentis humanę naturę accommodis ad alēdam vitam,& non de ſerpentibus , aut liquoribus venenatis , qui naturam humanam corrumpunt.

Quare cum gratiarum actione cibi percipiendi fidelibus.
Pſalm. 21.
Nihil quare reijciendum cum gratiarū actione perceptum.
Rom. 14
1. Cor. 8.

Additq́;: *Cum gratiarum actione.* Quia edent pauperes,& ſaturabuntur,& laudabūt Dominum. Nullus enim agit gratias de re illicita,ſicut de fornicatione. ¶ *Et nihil* (ait) *reijciendum.* Tanquam ex natura ſua malū; benè autem vt inuitans ad laſciuiam, aut vt fratrem ſcandalizans, aut voto peculiari à nobis ipſis detractum , aut ab Eccleſia pro ſalute noſtra prohibitum, vt facit in diebus ieiunij.

Prima ciborū immunditia vnde & quo modo illi ſanctificātur per verbū Dei, & orationem.
Gen. 3.
1. Cor. 7.
Act. 10.

Nulli ergò cibi per ſe immundi eſſe poſſunt, quoniam ſanctificantur, & mundantur ab illa immunditia priori, quæ proceſſit ex peccato Adæ antiquo. ¶ *Sanctificatur:* Id eſt, Applicatur diuino cultui: vt, Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem , ſaltem oratione, dum oratur pro illo. ¶ *Per verbū Dei,& orationem.* Quia oratur,& commemoratur Verbum Chriſtus, qui cuncta mundauit. Vnde dicitur Petro: *Quod Deus* (ſcilicet Chriſtus) *purificauit* (id eſt, mundauit) *tu commune ne dixeris,* Vbi perpende, homini peccatori in Adam omnia remanere immunda,& ipſe immundus à ſeipſo eſt, nō à cibo, ſed per inobedientiam ſuam. Cum autem ipſe factus eſt immundus , omnis creatura cum illo facta eſt immunda. Maledicta enim terra fuit à Deo in opere ſuo, ſeu propter illum: quę maledictio tollitur per Chriſtum, modò applicetur nobis eius benedictio,& cibis illius ex maledicta terra productis.

Adam cur immundus effectus ſit.
Gen 3.

Menſę accūbentiū abſq; prę uia eius benedictione ſineq; gratiarū actione ab illa ſurgentiū Chriſtianorū maximè Principū cōſuetudo notatus.
Matth. 26.
Prudent. ferè in prin.

Et hoc agnoſcāt Principes & Prę lati, qui nomine Chriſti non inuocato menſę accūbunt more brutorum animantium, ad implendum ventrem: qui abuſus remouēdus eſſet à populis per ſeriam prędicationem. Quamobrem non ab re docuit Euangeliſta, in cœna Dominum expreſſam feciſſe de ipſa gratiarum actione mentionem , & quod hymno dicto; exierit foras verſus mōtem Oliueti. Hinc Prudentius in hymno ante cibum ſcribit:

Te ſine dulce nihil Domine,
Nec iuuat iure quid appetere,
Pocula ni prius, atq́; cibos,
Chriſte tuus fauor imbuerit,
Omnia ſanctificante fide,

Cibi ante Chriſti aduētum, quare pernicioſi.
B. Aug to. 5.
B. Greg. to. 2.
B. Chryſ. hom 12.

Nam olim dęmon ante Chriſti aduentum, magnam poteſtatē acceperat ad varijs modis nocendum hominibus, etiam per cibos & alimenta, vt docet Auguſtinus libr. 4. de ciuit. Dei, c. 19.& 26.& libr. 18. c. 16. & duobus ſequentibus. Gregorius etiam li. 1. Dialogorum, cap. 4. meminit monialis cuiuſdā quę vna ſumpta lactuca nō benedicta , obſeſſa eſt à dęmone. Hinc in Eccleſia benedicitur ſal, & exorcizantur liberi qui benedicendi ſunt. Et Chryſoſtomus negat vllam creaturam eſſe communem. Deinde quòd ſi ſit communis, medicamentum in promptu eſt. *Signum illi crucis,* inquit, *imprime, gratias age, Deo gloriam refer , & protinus immunditia omnis abſceſſit.* Hæc ille. Sed ſi quid in menſa ſpiritale legimus,& tractatur, magis cibus mundabitur, vt docet Auguſtinus faciendum in epiſtola ad Moniales quaſdam; vt non ſolum fauces, ſed etiam mens Dęo paſcatur: & alibi docet, aſſiduam lectionem Scripturarum purificare omnia. Idem tradit Baſilius epiſt. ad Gregorium Nazianzenum, ſed apertius in Regulis breuiorib. ca. 130.& Gregorius Papa libr. 2. epiſt. c. 37. ad Natalem. Ac ne hoc, quod dixi de præuia ciborum benedictione, deque poſt illorum ſumptionē, actione gratiarum conſequenti, quibuſdam forſan incredibile, & inſolēs videatur; audiat quid Ioſephus Iudæus de Eſſæis ſolitariā vitam agentibus , ſed Chriſtum ignorantibus, ſcribat li. 2. de bello Iudaico cap. 7. poſt med. *Deinde voce cibum Sacerdos anteuenit: neq́; guſtare quenquam fas eſt, niſi prius Deo celebretur oratio. Poſt finem quoq́; prandij vota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem victus, Deum laudibus canunt.* Hæc ille.

Quid cibos etiam menſæ ſanctificet ſecūdū Patres.
Aug ep. 109. ante me. to. 2.
Idē ſer. 112. de tēpore, to. 10.
Baſil. ep. 1. ſub ſin to. 2.
Greg. to. 2.
Eſſenorū ante, & poſt cibū conſuetudo laudabilis.

Soluitur V. dubitatio.
An ieiunia eccleſiaſtica, cœlibatusq́; Sacerdotū Apoſtoli de cibis, & nuptijs doctrinæ repugnent.
Chry. hom. iam dicta.
Amb. hoc eo. loco.
Aug. to 5. procul à prin.

Vt quintum dubium expediamus, illud eſt diligenter examinandum , quam extra chorum ſaltent Hæretici noſtri ſeculi, qui has nuptiarum prohibitiones, & ciborum certorū abſtinentiam Eccleſiæ Catholicæ falsò,& impudenter impingunt. Certa ſiquidem eſt Patrum in hæc verba ſententia, ſermonem eſſe de Manichæis, & Encratiſtis,& Marcioniſtis, omnibusq́; illorum ſectatoribus, vt Chryſoſtomus cum ſuis teſtatur,& Ambroſius , qui etiam Patritianos hæreticos cōplectitur. Auguſtinus item li. contra Adimantium, c. 14, à medio: *Hos,* inquit, *propriè deſignat, qui non propterea tēperant à cibis talibus, vt aut concupiſcentiam ſuam refrænent, aut infirmitati alterius pareant, ſed quia ipſas carnes immūdas putant, & earum creatorem Deum eſſe negant.* Sic etiam Irenæus libr. 1 cap. 30. docet de Encratiſtis, ſiue Continentibus: *Vt exempli,* inquit, *gratia dicamus, à Saturnino, & Marcione, qui vocantur Conti-*

Irenæus.
Encratiſtę quo eorum in Creatorē contumelia.

nentes,

Gen. 1.

nentes, abſtinentiam à nuptijs annuntiauerunt, fruſtrantes antiquam plaſmationem Dei, & obliquè accuſantes eum, qui & maſculum, & fœminam ad generationem hominum fecit, & eorum quæ dicuntur apud eos animalia, abſtinentiā induxerunt, ingrati exiſtentes ei, qui omnia fecit, Deo. Epiphanius quoque Hæreſi 43. de Marcione teſtatur: *Docet hic animatis non veſci, pronuntians reos eſſe iudicij eos, qui carnem edunt, velut qui animas edant.* Idem in Hæreſin 66. tradit, Manichęos docere qualia Marcion de abſtinentia ab animatis. *Edentem, ait, carnes, animam edere dicit, & eſſe ipſum reum, vt & ipſe tale quid fiat: veluti ſi porcum comedit, vt porcus rurſus fiat, aut taurus, aut auicula, aut aliquid ex eduli creatura, quapropter ab animatis abſtinent iſti.* *Et ſi quis*, inquit, *vxorē duxerit, etiā ipſe poſt diſceſſum ex hac vita in aliud corpus tranſit, & fit mulier, quo etiam ipſe nubat.* Aug. libr. 30. contra Fauſtum cap. 5. initio: *Audi ergò quod confiteris te non videre, qua mente, aut conſilio hoc aduerſum vos capitulum proferamus: non quod à carnibus abſtineatis: nam hoc à quibuſdam & primi Patres noſtri fecerunt, ſicut commemoras: non tamen ea damnandi, ſed ſignificādi gratia, quod non intelligitis: & vnde iam quātum ſufficere videbatur, in ſuperioribus partibus operis huius locutus ſum: & Chriſtiani non hæretici, ſed Catholici, edomandi corporis cauſa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa eſſe immunda credant, non ſolum à carnibus, verum à quibuſdam etiam terra fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atq; temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quantò magis quiſque vel minus ſeu voluerit, ſeu potuerit. Vos autem ipſam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis, quod carnes diabolus operetur fæculentiore materia mali: ac per hoc eas tanquā immundiora, & truculentiora Dei veſtri vincula, exhorrentes abijcitis.* Poſtea Auguſtin. miratur qua ratione aduerſus Apoſtolicam doctrinam proferant hoc capitulum Pauli, cum de cibis teſtatur: *Abſtinētes à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, &c.* *Qua in re*, inquit, *Creatorem carum ſine dubio blaſphematis, hoc eſt quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum. Nolite ergo mirari hoc de vobis tanto ante à ſancto Spiritu prophetatum.* Et cap. ſequenti docet ex Apoſtolica doctrina; *Qui dat nuptum, bene facit: & qui non dat nuptum, melius facit: vt bonum eſſe nuptias diceretis, ſed meliorem virginitatem: ſicut facit Eccleſia, quæ verè Chriſti eſt Eccleſia, non vos Spiritus ſanctus ita prænuntiaret, dicens: Prohibentes nubere. Ille enim prohibet qui hoc malum eſſe dicit, non qui huic bono aliud melius antepoint. Denique vos eum præcipuè concubitum deteſtamini, qui ſolus honeſtus, & coniugalis eſt, & quem matrimoniales quoq; tabulæ præſcribunt, liberorum procreandorum cauſa, vnde verè non tam concūbere, quam nubere prohibetis.* Et infra: *Videtis ergò multum intereſſe inter hortantes ad virginitatem, bono minori bonum amplius præponendo: & prohibentes nubere, concubitum propagationis, qui ſolus propriè nuptialis eſt, vehementius accuſando: multum intereſſe inter abſtinentes à cibis, propter ſacratam ſignificationem, vel propter corporis caſtigationem: & abſtinentes à cibis quos Deus creauit, dicendo, quod eos Deus non creauit. Proinde illa doctrina eſt Prophetarum & Apoſtolorum, hæc dæmoniorum mendaciloquorum.* Hæc Auguſtinus: qui li. de Hæreſibus tradit, Manichęos docere, ſubſtantiam carnis humanę non à Deo, ſed à diabolo conditam eſſe: & Epiphanius hęreſi 45. Seuerianos notat, quòd docerent vitem ex diabolo ortam, & mulierem opus eſſe Satanæ: velut etiam Archontici Hęreſi 40. idem ſenſerunt: quare matrimonium contrahentes, Satanæ opus explere dicebant: ſed & hominis dimidiam partem eſſe Dei, dimidiam diaboli. Nam ab vmbilico, & ſupra dicunt eſſe formationem Dei, ab vmbilico, & infra, malæ poteſtatis formationem. Paternianis, ſiue Venuſtianis hęreticis etiam idem tribuit Auguſt. Et Hæreſi 30. Ebionitis, qui fuerunt tempore B. Ioannis Apoſtoli, tribuit quod ab animatis, & carnibus Ebion abſtinuerit, & ab omni Edulio ex carnibus facto: quem ſecuti Ebionitæ, penitus ab his abſtinēt. Et rogati quare ab animatis abſtineant, reſpondent imprudenter, ac dicunt: *Propterea quod ex coitu & commixtione corporū, talia ſint, nō veſcimur.* In Hæreſin quoq; Gnoſticorum 26. tradit, ipſos quidem ſe polluere, verùm vitare liberorum generationem, & tamē omnibus carnibus veſci. Docet quoque Epiphanius Apoſtolicos, & Hierarchitas damnare nuptias, non tamen quòd putarent eſſe à Satana, vel carnem natura malam. Gnoſtici, vt diximus, & Carpocratiani auerſant filiorū generationem: de quibus Irenęus li. 1. c. 24. & Epiphanius, qui docēt notari ab eis ſuos diſcipulos cauterio in inferiori auris dextræ parte: & ad hoc certè videtur reſpexiſſe Apoſtolus, cum dixit cauteriatam habere eos cōſcientiā, quòd notā cauterij in aure dextra geſtarent. Neq; neceſſe eſt eorū omnes cauterio notatos fuiſſe, aut oēs prohibuiſſe nuptias, & cibos, ſed ſufficit, ſi quidā de ſchola Simonis Magi nuptias prohibuerint, quidam cibos, quidam vtrumque, & quidam fuerint cauterio notati. Hos hodie hæreticos ſequuntur Anabaptiſtæ noſtri ſeculi, & Dauidgordiani, & ſimiles, qui dicuntur ſibi cauterium inurere. Et omnes hæreſes antiquæ & dilatatæ fuerunt, &

multos

Epiph. tit. de Euangelio ſecundum Marcionem, conſut. 24. init. Idē agens de epiſtola Marcelli ad Manichæū ſub init.

Manichæi & Marcionitæ cur à carnib⁹ abſtineāt te ſte Epiphan.

Aug. to. 6. Manichęi dogmatis de carnium abſtinentia, Auguſtini confutatio.

Idē Aug in fine cap. eiuſdē. *1. Tim. 4.*

Idem. *1 Cor. 7.*

Coniugalem concubitum bonū eſſe, & honeſtū contra Manichęos, probat Auguſtinus.

Idem hæreſi nu. 46. à medio to. 6. init. Epiphan.

Seuerianorū & Archonticorū de nomine diaboli eū figmentū.

Aug. li. de hæreſib. c. 85. Epiph. paulò ante dimid. Ebionitarum origo eorundē imprudēs, ab animatis cur abſtineāt, reſpōſio. *Idem non procul à prin.*

Idem hæreſi 05 & hær. 07. Hęretici prohibentes nubere, qui. *B. Irena.* *Epiph. hæreſi 27. à med.* Quos Apoſtolus cauteriatā innuat habere conſcientiam.

Cauteriū eorū inſtar, noſtra tēpeſtate qui ſibi inurant.

& multos fecerunt,& omnes tandem myſteriũ incarnationis euertere nituntur, dũ carnẽ à Deo bono eſſe negãt,& Deũ Chriſti Patrem dicunt nõ eſſe creatorẽ: quod Hebion tamen nõ dicit,etſi circa Chriſtũ non minus quam cęteri,erret. Hi autẽ hęretici exurgere cœperunt circa tempora Apoſtoli, vt conſtat de Ebione,& Saturnino, quos tertiam hęreſin condidiſſe à Chriſti aduentu,tradit Epiphanius.

Quãdo illas dęmon hęreticorũ peſtes excitauerit.

B. Ignat.ep. 9.circa med.

Iam verba Ignatij producenda, quibus teſtatur iam ſuo tempore hęreſes extitiſſe. Ait enim in epiſt.ad Philadelphienſes pòſt factã de Ebione mentionem: *Si quis hæc confitetur,corruptionem autem,& coinquinationem vocat legitimam commixtionem,& filiorum procreationem,aut aliquam eſcam execrabilẽ putat, huiuſmodi habet cohabitatorem draconem apoſtatam.* Quo vltimo verbo alludere videtur ad verba Apoſtoli,qui hanc doctrinam tribuit ſpiritibus erroris, vel dęmonijs. Idem ad Heronem diaconũ: *Vino, & carnibus non ex toto abſtineas,non enim ex toto ſunt abominabiles.* Malè igitur Lutherani detorquẽt hunc locum contra legem eccleſiæ de cœlibatu Sacerdotum : quia matrimonium tenet eſſe ſanctum,& immaculatum,& vnum ex ſeptẽ Sacramentis Noui Teſtamenti, dignè accedẽtibus gratiã conferens. Conſulit etiam eccleſia cum Paulo: *Qui non ſe cõtinent vxores ducant : melius eſt enim vxorem ducere, quam vri.* Et neminem arcet à coniugio, etiã certis anni temporibus,cum fidelibus interdicit nuptias. Nam etſi publicam celebritatem nuptiarum interdicat,non tamen coniugium,aut eius vſum, legẽ tamen cœlibatus ab his qui Sacros ordines ſuſcipiunt & qui Corpus Chriſti tractant,exigit,neminem verò cogit ad Sacerdotium : ſicut etiã Eccleſia nullum cogit ad habitum Carthuſianum,etiamſi qui illum ſponte aſſumũt, cogantur à carnibus,ſicut à cõiugio, in perpetuum abſtinere. Sicut ſi Imperator ad militiã nolit admittere profeſſos Chriſtianam religionem,vel medicinæ, & iuriſprudentię doctores,non propterea cenſetur damnare Iuriſprudentiam,aut Medicinam, aut Chriſtianam religionem. Si etiam ad conſilium ſuum non admittat mechanicos,nõ propterea damnat artes mechanicas. Ita eccleſia etiamſi ad Sacros ordines non admittat vxoratos,& niſi illos qui profiteãtur caſtitatem,non prohibet nuptias, ſed prohibet violare cœlibatum voto Deo nuncupatum:qui cum ſit bonus,& votum bonum, obligatio ſecundum Chriſtũ naſcitur. Chriſtus laudat caſtrantes ſe propter regnũ cœlorum:hortatuſq; eſt: *Qui poteſt capere capiat.* Paulus etiam in hac eadẽ epiſtola dicit peccare mulieres volentes nubere , & habere damnationem, quòd primã fidem irritam fecerint.

Qui habeat cohabitatorẽ Draconẽ apoſtatã ſecundũ Ignatium.

Idem ep.13. init.

Cœlibatũ Sacerdotũ Apoſtolicę doctrinę de nuptijs vt imputi hęretici vociferantur,minimè repugnare.

Heb. 3. Epheſ. 5. 1.Cor.7.

Hęc lex eccleſiæ de Sacerdotum cœlibatu qualis.

Matth. 19. Ibidem.

1. Tim. 5.

Prohibetur ergò doctrina, quæ tradit matrimoniũ eſſe per ſe malum,vel neceſſariò habere annexũ peccatum:non qui præfert illi virginitatem,quia Paulus dixit: *Qui matrimonio iũgit virginem ſuã,benè facit:& qui nõ iungit,melius facit.* ¶ Nec prohibet monachos,qui à principio Eccleſiæ fuerũt,& certam verborum abſtinentiam profeſſi ſunt, qui Patres à fide non diſceſſerunt;cum eos & corũ inſtitutum eccleſia ſemper cõmendauerit. ¶ Nec poſſunt hæretici noſtri gloriari,quòd primi hoc telum cõtra Eccleſiã intorſerint:nam fecerat hoc ante eos corũ pater Iouinianus,quẽ Hieronymus li. 1. in eũ,introducit ſic loquẽtem: Manifeſtũ eſt, vos Manichæorum dogma ſectari,prohibẽtium nubere,& veſci cibis, quos Deus creauit ad vtendũ. Et reſpondet Hieronymus : Neq; verò nos Marcionis,& Manichæi dogma ſectantes,nuptijs detrahimus:nec Tatiani Principis Encratitarũ errore decepti, omnem coitum ſpurcum putamus:qui nõ ſolum nuptias,ſed cibos quoq;, quos Deus creauit ad vtendum, damnat, & reprobat. Et Auguſt.lib.2.De nuptijs & concup.c.5: & li.2.contra duas epiſtolas Pelagianorum, c.2. Ambroſ.item epiſt.81.ad Syricium Papam,approbans damnationem Iouiniani, quæ habetur in epiſtola pręcedenti,quę eſt Syricij Papæ,& epiſt.ſimiliter 82.ad Vercellenſem Eccleſiam : deniq; Chryſoſtomus, qui hoc loco habet : *Si idolothytum ſciens ac prudens percipias,immundus iam eris:* non ideò quia idolothytum eſt,ſed quòd, cum tibi operatum ſit non communicare dęmonijs, per id communicaſſe conuinceris. Itaq; neque illud natura huiuſmodi eſt, verum ex ſententia tua, atq; inobedientia immundũ fit. Hæc ille. Et hoc eodem modo dicendũ eſt de veſcente carnibus in Quadrageſima ſicut de eſu pomi in Adam : quorum neutrum immundum ex ſe fuit,ſed perceptum contra obedientiam,immundum reddidit edentem.

Prohibentes nubere quos tantũ damnet Apoſtol⁹.

1 Cor. 7.

Monachos etiam certũ cibotũ delectũ obſeruantes,hoc loco minimè damnati.

Primus omnium Iouinianus Chriſtianorũ Epicur⁹ hinc cœlibatũ Sacerdotũ demoliri conatus eſt.

Hier ferè circa prin.to.2. init.

Tatiani Principis Encratitarum error.

Aug.to.7. paulò ante med.

Idem Ibidem. paululum à medio.

B. Amb. to 3. prope fin.

Chryſ ho. 12. ſub init to. 2.

1. Cor 8.

1. Tim.4.

Gen.3.

Sextam dubitationem diluamus ſuper illud: *Exerce teipſum ad pietatem*, premittentes tamen pauca verba quę pręcedunt: *Hæc proponens fratribus,bonus eris miniſter Chriſti Ieſu,enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam aſſecutus es.* Verbum illud, *Enutritus*, participium eſt mediæ coniugationis, & paſſiuè accipi poteſt, vt interpretatur Chryſoſtomus;& actiuè etiam,alios enutriens, & paſcens in verbis fidei,& ſolidæ doctrinę,quã magnis tuis laboribus es aſſecutus, vt alios nutrias,& paſcas.

Bon⁹ Chriſti miniſter non ſolũ enutriri, ſed etiam alios enutrire verbis fidei, & doctrinæ debet.

Chryſ pradicta hom.

Sub-

Timotheo inepię & aniles fabulæ quę vitandę.

Subdit: *Ineptas autem, & aniles fabulas deuita, vel reijce.* Per fabulas intellige Iudęorum deuteroſas, qui ad intēpeſtiuę legis obſeruationes, fabulas fingebant. Et vt alij volunt, hoc ſpectat ad ſcholam Simonis, qui longas contexebat fabulas de rerum creatione, de pugna Angelorum, & coniugijs deorū, de Deo bono, & malo: vt quiſq; videre poteſt apud Irenæum, Epiphanium, & Auguſt. lib. de hæreſibus.

B. Iren. Epipha. hære. Aug. li. de hæreſ. c. 1. 10. 0. in princ.

Sequitur iam illud, de quo dubitatū fuit: *Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt pietas autem ad omnia vtilis eſt.* Pietas Gręcè eſt εὐσέβεια, generale nomen, complectens totam Chriſti religionem. Et quidam (inter quos eſt Ambroſius) hoc explicârunt de operibus miſericordię, & pietatis ad proximū, & per corporalem exercitationem accipiendum eſſe ieiunium docent; quod parum prodeſſe dicit ſiue operibus pietatis.

Vt queſt. ſol. Cuca illud: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas aūt ad omnia vtilis eſt.

Ambr. hoc loco.

Ieiuniū corporalis exercitatio cur dici nequeat. *Chryſoſt.*

Verum hęc intelligentia Chryſoſtomo non placuit, qui ait: *Quidam hoc Apoſtolum de ieiunio aiunt dixiſſe, ſed profectò errāt: neq; enim eſt corporalis exercitatio ieiunium, ſed ſpiritualis. Nam ſi corporalis eſſet, corpus profectò nutriret: cum autem illud maceret, & extenuet, macieq; conficiat, corporalis dici omninò non poteſt.* Hæc ille. Cuius ſenſum Eccleſia confirmat, quæ canit; Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutē largiris, & præmia. B. quoq; Ambr. li. de Helia, & ieiunio: *Quid eſt, inquit, ieiunium, niſi ſubſtantia, & imago cæleſtis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt. Ieiunium vita eſt Angelorum. Ieiuniū culpa mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc ad Deum citius peruenitur.* Hæc ille, quæ accepit ex prima & ſecunda homilia Baſilij de laudibus ieiunij.

B. Ambr. c. 3. inst. to. 4. Ieiunij laudes.

B. Baſil. to. 1.

Alter ſenſus Apoſtolicæ menti congruentior.

Senſus ergò eſt: Tu docebis populum quæ dixi: ſed quantum ad te attinet, cogita te athletam: nam corporalis exercitatio vulgarium athletarum parum confert, & non niſi ad pręſentem vitam ſeruit. Corporalis quoque exercitatio, id eſt, artificium manuale (nam fortè Timotheus manibus laborabat exemplo Pauli) vitę pręſenti ſufficit: at pietas, vitę huius, & futurę commoda præſtat.

Ambroſij no mine circumferuntur enarrationes in Paulū, vnde conſtet illius non eſſe, ſed alterius. *Ambr. to. 1. in fine.*

Videtur autem Ambroſius illorum Commentariorum, quę eius nomine circumferuntur, autor nō eſſe. Nam in eis nomine pietatis cultum parentū, & miſericordię erga proximum intelligit; & tamen alibi certus ac verus Ambroſius, hoc eſt libr. 1. Officior. cap. 27. per pietatem accipit cultum Dei præcipuam religionis partem. Nam ex Prouerb. 11. iuxta Septuaginta interpretes citat illud: *Pietas in Deum, initium intellectus: Quo aduertimus, inquit, illud ab huius ſeculi tranſlatū magis, quam inuentum ſapientibus, quia pietas fundamentum eſt omnium virtutum.* Idem in illud Pſal. 118. *Intellectum da mihi, & viuam,* idem inſinuare videtur. Et ita ſanè ſuperius accepit; cum dixit: *Cum omni pietate, & caſtitate:* rurſus: *Manifeſtè magnum eſt pietatis Sacramentum.* Et infra: *Pietas cum ſufficientia:* ad Titum etiam, *Agnitionem veritatis quæ ſecundum pietatem eſt:* & B. Petrus, *Quæ ad vitā & pietatem donata ſunt nobis.* Vt iam idem ſit Pietas, quòd Timor Dei. *Ecce,* inquit ſanctus Iob, *Timor Domini, ipſa eſt ſapientia.* Vbi ſeptuaginta legunt, θεοσέβεια, id eſt, ſapientia, hoc eſt, Pietas in Deū. ſiue cultus; & Salomon, *Principium ſapientiæ, timor Domini,* id eſt, pietas in Deum. Eſaias quoque: *Timor Domini, ipſe eſt theſaurus eius.* Ad eum modum, Timere Deum nihil eſt aliud quam colere Dominum, vt habes 4. Reg. 17. *Fuerunt igitur,* inquit, *gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilominus & idolis ſuis ſeruientes.* Quare Auguſtinus lib. 10. De ciuit. Dei, cap. 1. in fine habet: *Pietas quoque propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græcè εὐσέβειαν vocant, Hæc tamen & erga parentes officiosè haberi dicitur. more autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur: quo ideo arbitror eueniſſe, quia quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificijs, vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, vt & Deus ipſe dicatur pius.* Hæc ille.

Prouer. 9.

Quid pietas ad omnia valens, Ambroſio.

Idem ſer 18. in verſ. 0. 10. 4.

1. Tim. 2.

Infrà 3.

Infrà 6.

Tit. 1.

2. Petr 1.

Iob. 28.

Prouerb. 9.

Pſal 111.

Eſai 33.

4. Reg. 17.

B. Aug. to 5.

Pietas in quos etiam præſtetur. Deum habeat.

Opera miſericordię cur dicantur opera pietatis, *Aug.* *Oſeæ 6.* *Matth. 12.*

Apoc. ...

Pietas quam promiſſionē habeat vitæ quę nunc eſt, & futuræ.

B. Tho. lect. 2. to. 16.

Quòd verò ſequitur: *Promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* B. Thomas putat eſſe in quarto pręcepto adiectam vitæ promiſſionem de honore parentum, quò ſubintelligitur omnis pietas erga proximum. Certius tamen eſt, Apoſtolum reſpicere ad promiſſa legis, quib' vita promittitur obedienti Deo, vt quę faciens homo, viuat in eis: & Dn̄s dixit; *Quis det talem habere mentē, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore, vt benè ſit eis, & filijs eorum in ſempiternum?* & Dauid, *Non eſt,* inquit, *inopia timentibus Dominum.* ¶ Fortaſſis etiam reſpicit ad Euangelium, vbi Dominus quęrentibus primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, adijcit etiam temporalia, & non tātum ęterna. Quanquam & rectè illud dictum ſit à B. Thoma, promitti à Deo tēporalia, quatenus ſpiritualibus, & ęternis ſubſeruiunt: eamq; promiſſionem omninò impleri, dū Deus compenſat in ſpiritualibus bonis, quicquid in corporeis, & caducis defuerit: ſecutus Hieronymum in illud Euangelicum dictum: *Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* ¶ *Fidelis ſermo, & omni acceptione*

Exod. 20.

Leuit 18.

Galat. 3.

Deut. 5.

Pſal 33.

Senſus alter illorū verborū Apoſtoli.

Matth 6.

D. Tho ibid.

Tēporalia vt ait Thomas, quatenus à Deo promittantur bona.

Hier. in cap. Matth. 19. in fin. to. 9.

dignus

Fidelis ſermo quis, & omni acceptione dignus. *Chryſ. ho 12. Ambr to.5.* Ad VI. dubit.

dignus. Hoc eſt, certus, & non fabuloſus, vt ille Manichæorum. Et hęc Chryſoſtomus cũ ſuis, & Ambroſius referunt ad ſuperiora quaſi diceret Apoſtolus, verax eſt, & omni fide digniſſimum, vitam præſentem, & futuram pietati promiſſam.

Quomodo Saluator omniũ hominũ, maximè fidelium Deus, cum eorum plurimi damnentur. *Chryſoſt. loco præſcripto. Ambr. ibid.*

Sequitur reſponſio ad ſeptimo loco propoſitum: *In hoc laboramus, & maledicimur quia ſperamus in Deum viuum, qui eſt Saluator omnium hominum, maximè fidelium.* Id eſt: propter hoc, quia ſperamus vitam æterrnam à Deo viuo, qui dat omnibus ſalutem, maximè fidelibus, maximos labores ſubimus, & probra libenter ferimus. Vbi dubium fuit, quomodo Deus det omnibus ſalutem: quę dubitatio multas ſolutiones haber. Primã tradunt Chryſoſtomus, & Ambroſius. Intelligunt enim, omnibus dare vitã pręſentem, fidelibus etiã futuram: vnde magnum eſt argumentum, repoſitam eſſe vitam in futuro, quòd tam conſtanter tot labores, ſuſtineant Sancti, vt in labore permaneant. Vnde martyrium, ſiue teſtimonium vocatur mors pro pietate. Sic enim in epiſtola ad Corinth. probat Apoſtolus reſurrectionem ex quotidianis periculis quę ſubibant & ex pugna cum beſtijs Epheſi habita, quæ nihil profuiſſet, ſi more pecudum homo pro pietate interiret, & nihil ei eſſet in cœlis repóſitum. Hinc Iuſtinus Martyr, Euſebio teſte dicebat: *Nam & ego ipſe*, inquit, *ſectis Platonicis inſtitutus, audiens infamari Chriſtianos, & videns eos impauidos ad ſuſcipiendam mortem, atque omne ſupplicium tolerandum, conſiderabam quòd impoßibile eſſet* [illegible] *in malitia eos, & in libidine conuerſari.* Hæc ille Sanctus Martyr in Apologia ad Antonium Pium.

1. Cor. 15. Iuſtini Martyris modus conuerſionis ad Chriſtum. *Euſeb. Cæſar. li. 4. Eccl. hiſtor. c. 8. prope fin. to. 1. Iuſtin. to. 1.*

Verba porrò Ambroſij prædictum ſenſum aſſig[illegible]ntis hoc loco, hæc ſunt: Ipſe eſt enim ſalus omnium, quia ex ipſo, & per ipſum viuunt quantum ad præſentem vitam attinet, omnes: quantum verò ad promiſſam ſalutem, fideles. Cognoſcentibus enim ſe poſt hãc vitam, quæ morte finitur, aliam ſe daturum promiſit, quæ immortalitate vigebit.

Contra hunc ſenſum: De⁹ eſt Saluator omnium hominũ, id eſt, Dat eis vitã, & ſalutẽ pręſentem, maximè fideliũ: quia fidel b⁹ dat vitã ęternam. *Pſal 35.* Quos homines, & iumẽta ſaluabit Domi⁹, iuxta Propheta.

Sed hic ſenſus non videtur ſaluare proprietatem verbi Saluandi, & ſalutis, quia non ſolet ſignificare; Dare, aut tueri vitam præſentem, ſed ſaluum facere à peccatis, dare gratiam, & alia dona Spiritus. Eſſet quoq; in eodem contextu verbi ſaluandi homonymia, quod abſurdum videtur. Vnde quod Dauid dixit, *Homines, & iumenta ſaluabis Domine,* non eſt ſoluendum per diſtinctionem pręſentis, & futurę ſalutis, ſed per diſtinctionem ſimplicium & rudiorũ, qui ſunt velut iumenta, & hominum, qui ratione vigent, vel per aliam diſtinctionem eorum, qui viuunt in actiua, vel in contemplatiua vita.

Altera ſolut. præpoſitæ quæſtionis de modo ſalutis omniũ hominum. *1. Tim. 2.*

Secũdus ſenſus eſt Theophylacti, qui ait hic, illud quod ſuperius dixerat, explicãs illa verba: *Qui omnes homines vult ſaluos fieri,* ſcilicet quantũ ad ſe ſpectat, etſi id non cõtingat niſi ſolis fidelibus. Iam hic ſenſus præſtantior priori mihi videtur.

Tertia ſolut. non incommoda.

Tertius ſenſus eſt, vt per fideles nõ quoſlibet intelligamus, ſed eos, qui peculiariter nouerunt Meſſiam Chriſtum, & in illo omnem ſuę ſalutis ſpem collocârunt: alij verò non propriè ſunt infideles, ſed non fideles: datur enim medium inter fideles, & infideles, videlicet non fideles. Omnis infidelis eſt non fidelis. Explico ſingula: *Si non veniſſem,* Chriſtus inquit de Iudęis, *& locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent,* ſcilicet infidelitatis, & ita nò eſſent infideles, ſed nec fideles quidem, quod de fide plena in Chriſtum intelligitur,

Ioan. 15.

Sine fide explicita ſalutẽ poſſe contingere. *Hebr. 11.*

Nec propterea aſſerimus aliquem ſine fide implicita ingredi poſſe regnum cœlorum: nam ſic apertè contra B. Pauli doctrinã doceremus; ſed illud aſſeruimus, quod ſine explicita fide de Chriſto non ſit impoſſibile: quemadmodum nec olim fuit impoſſibile, vt docet B. Thomas in epiſtolam ad Hebr. 11. Vbi etiam affirmat, ſatis tunc fuiſſe illos duos articulos, *Quia Deus eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit,* quibus nimirum plures non fuerant reuelati, & cogniti: Et ita in hunc ſenſum dicitur veniſſe Fides, Galat. 3. explicita ſcilicet & aperta de Meſſia: Dicitur etiam apparuiſſe gratia Dei omnibus hominibus, quaſi prius nunquã apparuiſſet, ſed eſt ſermo de inſigni gratia Noui Teſtamenti. Qui autẽ illos duos articulos accipiebant, implicitè credebant in Chriſtum

D. Tho. lect. 1. Ibidem. Quid illa: Vbi venit fides, &, Apparuit gratia Dei, & reliq. *Galat. 3. Tit. 2.*

Clem. prope fin. lib 10. 2. Duo gradus ſalutis hominum.

Hunc ſenſum verborũ Pauli tradũt duo Patres, Clemens Stromate ſexto, vbi habet: *Porrò autem genus quoq; actionis eſt manifeſtiſſimum, & per teſtamenta Domini, & per leges, quæ ſunt apud Græcos, quin etiam per ea quæ ſunt præcepta in philoſophia, Et vt ſemel dicam, omnis vtilitas, quæ ad vitã pertinet, ſuprema quidem ratione à Deo omnipotente, qui præeſt omnibus Patre, perficitur per filium, qui etiam propterea eſt ſeruator omnium, inquit Apoſtolus, maximè autẽ fideliũ. Proximè aũt ab ijs, quæ ſunt proxima ſingulis, per iuſſum, & præceptionem eius, qui eſt propinquus prima cauſa, nempe Domino.*

Amb. ferè in prin. c. to. 2.

Alter eſt Ambroſius, ſiue potius Proſper libr. 2. de vocatione Gentium, cap. vlt. *Elaboratum eſt enim,* inquit, *quantum Dominus audiuit, vt non ſolum in nouißimis diebus, ſed etiam in cunctis retro ſeculis probaretur gratiam*

Dei

Dei omnibus hominibus aſſuiſſe,prouidentia quidem pari,& bonitate generali, ſed multimodo opere diuerſaq; menſura:quoniam ſiue acultè,ſiue manifeſtè,ipſe eſt,vt Apoſtolus ait, ſaluator omnium hominum,maximè fidelium. Quæ ſententia ſubtiliſſimæ breuitatis,& validiſſimi roboris, ſi tranquillo conſideretur intuitu,totam hanc, de qua egimus: controuerſiam dirimit. Dicendo enim, Qui eſt Saluator omnium hominum, confirmauit bonitatem Dei ſuper vniuerſos homines eſſe generalem. Adijciendo autem maximè fideliũ, oſtendit eſſe partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inſpirata, ad ſummam atq; æternam ſalutem ſpecialibus beneficijs prouehatur: quod vtique nulla iniquitate agitur iuſtiſſimi, & miſericordiſſimi Dei,cuius iudicium in his diſpenſationibus non cum arrogantia diſcutiendum,ſed cum tremore laudãdum eſt:ſiquidem in ipſis quoque fidelium populis,quod iam ſuperius oſtenſum eſt,non eadem omnibus,nec paria conferantur,& ante vlla humanorum pondera meritorum, diſſimillima diuinorum menſura ſit munerum. Et paulò poſt: *Nec poſſumus hanc diuerſitatem graduum cauſis aptare meritorum: cum totius boni meriti principalis cauſa ſit,gratia,de cuius opibus ſumitur,quicquid in ſingulis probabile reperitur. Sicut ergò de ijs quæ intra Eccleſiã multiformiter Spiritus ſanctus operatur,impium eſt vllam querelam corde concipere:ita etiam de illa prouidentia,quæ infidelibus præſidet, nullatenus murmurãdũ eſt,quoniam & iuſtus,& bonus arbiter, nec voluntatis iniquæ eſt,nec diſcretionis incertæ, vt ſub immenſa omnipotentis Dei miſericordia,atq; iuſtitia putemus quod quiſquam pereat,qui perire non debeat.Nulla pars mundi ab Euangelio vocat Chriſti:& licet illa generalis vocatio non quieſcat tamen etiam iſta ſpecialis iam vniuerſis eſt ſacta communis.* Hæc ille ſanè pereleganter, & catholicè, & ad præſentem Pauli locum accommodatè.

Elegãs & docta illorũ duorum graduũ explicatio.

Fons omnis boni meriti gratia Dei eſt

Ad VIII. dub. Quã aptè Timotheo Apoſtolus pręcipiat, vt eius adoleſcentiã nemo contemnat.

Octauò dubitatum fuit ſuper illud: *Præcipe,hæc,& doce.Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.* Ad quod dubium reſpõdemus,ſenſum eſſe:hęc præcipe vt imitentur, & faciant:& doce,vt ſciantur: multi enim nouerunt pręcipere,vix docere, quia non didicêre,nec operam dant vt ſciant.

¶ Illud autem:Nemo adoleſcentiam tuã contemnat,Græcè eſt νεότητος,quæ vox iuuentutem ſignificat,quæ exacto tertio ætatis ſeptennio contingit. Et idem intelligendum eſt in illis verbis: Adoleſcentulus ſum ego,&contemptus,vbi Gręcè habetur νεώτερος,id eſt,iunior, ſiue iuuenculus. Et quia in pręcipiẽter requiritur autoritas ad pręcipiendum,quæ in iuuene deeſt, ideò ſupplenda eſt grauitate morum &ſancta vita.Et ita etſi honor ſit in honorante,& non in eo qui honoratur;noſtrum tamen eſt ita viuere,&operari,vt digni reddamur honore illo,quem gradus perſonę quam ſuſtinemus, promeretur.

Illud Philoſophi: Honor eſt in honorãte,quomodo verum.

Ariſt. li. 1. Ethic. c. 5 to. 3. in prin.

Chry. ho. 13.

Dicti illius Apoſtolici duplex Chryſoſtomi intelligentia.

Poteſtq; duplex eſſe ſenſus teſte Chryſoſtomo.Primus:Nõ ſinas te, quamuis ſis iuuenis,cõtemni,ſed autoritate,&imperio vtere,ne cõmunis ſalus turbetur. Alter ſenſus eſt:Ita ſis maturus,& grauis,vt ob defectũ ætatis non cõtemnaris. Atq; hic ſenſus conſonat cum his quę ſequũtur: ſed exemplum eſto fidelium,& forma quædam, ad quam exprimãtur aliorum imagines,id eſt Præcede,vt alij te imitentur, tanquam lex, & regula animata: Quia,teſte Hieronymo, vehementer deſtruit Eccleſiam Dei, laicos meliores eſſe quam clericos.

Hieron.

Quomodo epiſcopus exẽplũ eſſe debeat fideliũ in verbo, in cõuerſatione in charitate, in fide,& caſtitate.

Subdit: *In Verbo*:id eſt, in doctrina. ¶ *In conuerſatione*,Puræ,& ſanctæ vitæ, qua ædifices.¶ *In charitate*,Quæ bonũ ſermonẽ, & bonos mores præſtat.¶ *In fide*,Recta, & firma,qua quis credit Deo in omnibus etiãſi ſibi impoſſibilia videantur.¶ *In caſtitate*,Interna,& externa,quę in verbo, & oculis, & inceſſu oſtẽditur.Pro his duabus poſtremis vocibus Græcè legunt Theophylactus, & Oecumenius,in Spiritu, id eſt, in ordine Spirituali, & chariſmate Spiritus,nihil de ſecularibus loquaris.Non ſunt ergò hominum ingenia à vetuſtate,vt vina,æſtimãda, ait Hieronymus,ſed à probitate , eruditione,morũ grauitate.Hinc Sapientia:*Senectus* inquit,*venerabilis eſt non diuturna, neq; annorũ numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis,& ætas ſenectutis,vita immaculata* : qualis Tobias cæteris in tribu ſua iunior, nihil in opere puerile egeſſit,& alij ſancti,vt Daniel:Samuel puer Heli nonagenariũ redarguit,& Ieremias qui dixit, *Puer ego ſum*:Salomon duodennis cauſam meretricum admirabili,& diuina ſapientia iudicauit,& alij ſimiles. In Veteri lege contra legimus non ſemel ſenes imprudẽtes,&impudentes,impudicos,& pueros centum annorum morituros,tales fuêre duo illi ſenes, qui accuſarunt Suſannam de falſo crimine.Eleganter Hieronymus:*Inter eum*, inquit , *qui decem vixit annos,& eum qui mille: poſtquã idem vitæ finis aduenerit,& irrecuſabilis mortis neceſſitas: tranſactum omne tantundem eſt: niſi quod ſenex magis onuſtus peccatorum faſce proficiſcitur.* Et B. Ignat. epiſt. ad Magneſianos:*Et vos oportet non contemnere ætatem Epiſcopi,& ſecundum Dei Patris omnem venerationem exhibere, & ſecundum quod cognoui etiam ſanctos Presbyteros ei deferre, non propter iuuentutem (quæ in eo videtur) arbitrantes contemnendum,ſed in ſapiẽtia Dei ei obedire,quandoquidem non longi temporis ſunt ſapientes, neque ſenes ſciunt prudentiam,ſed Spiritus,qui eſt in hominibus. Denique*

Theoph. Oec. c. 9. initio.

Hier. ep. 104. init. Deſiderij mei,&c. to. 3. in prin ferè.

Sap. 4.
Tob. 1.
Dan. 1.
1. Reg. 2.
Ierem. 1.
3. Reg. 3.
Eſai 65.
Dan. 13. & ſeq.

Hier. ep. 3 poſt med. to. 1. in princ.

D. Igna. ep. 6 prope initium

Dan 1. Daniel duodennis ſenilis prudentia.

Daniel ſapientiſſimus duodecim annorum effectus, Spiritu ſancto repletus eſt, & illos ſeniores, canitiem vanam habentes, calumniatores, & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. Samuel etiam cum eſſet puſillus, nonagenarium Heli Sacerdotem per increpationem redarguit, quod filios ſuos honorificaret ſuper Deum. Similiter & Ieremias audit à Domino: Noli dicere quia iuuenis ſum ego. Salomon quoq;, & Ioſias in iuuentute mirifici, & ſapientes in operibus ſuis apparuerunt. Salomon quidem duodecimo anno ætatis regnare incipiens, arduam, & interpretabilem mulierem pro paruulis quæſtionem terribili iudicio diſſoluit. Ioſias verò octo annorum exiſtens, aras, & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deijcere, quæ non Deo, ſed dæmonibus fuerant conſecrata. Nam & falſos Sacerdotes interfecit vt corruptores, & ſeductores hominum, non diuinitati, ſed diabolo ſeruientes. Propter quod nō eſt contemnenda iuuentus, cum Deo adiacuerit, atq; adhæſerit, ſed illa ætas, quæ ex ſententia nocet: etiamſi inueterata fuerit dierum malorū. Iuuenis fuit etiam Chriſtophorus Timotheus: ſed audite quid ei ſcripſit magiſter: Nemo, inquit, iuuentutem tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in verbo, in conuerſatione. Dignum eſt ergo & vos obedire Epiſcopo veſtro, & in nullo ei contradicere. Hæc ille beatus Martyr ſatis appoſitè. Nicephorus quoq; in eccleſiaſtica hiſtoria refert, Eleutherium matre Anthia quam Paulus ad fidem conuertit, & ab Aniceto Papa ſacras literas doctū, ſacro Cleri numero inſertum, & quintodecimo ætatis anno diaconi gradū cōſecutū; mox triēnio poſt Preſbyterū creatū: & deinde viginti natū annos Illyrici epiſcopū delectū, vita priore ſignis, miraculiſq; ingentibus edendis tranſacta.

1. Rg. 2. — Ierem 1. — 3. Reg 3. — Salomonis iuuentem duodennis ſapientia & Ioſiæ octēnis prudētia. — 2. Paral 34. — Iuuētus quæ minimè ſpernenda. — Eleutherius quinquennis ordinatus. *Niceph. Caliſt. li. 3. c. 29.*

Suum Timotheo cur Paulus promittat aduentum. *Rom. 15.*

¶ Subdit Apoſtolus: *Dum venio* (Græcè eſt, Ἕως ἔρχομαι, hoc eſt vſquedū venero) *attendite lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Optabat Timotheus aduentum Pauli; ideò ſpe illius illum ſolatur, & mittit ad Scripturas, quæ planè cōſolantur. Attendite, inquit, lectioni, nimirū Veteris Teſtamēti, & Noui: nam probabile valde eſt tunc fuiſſe Euangelium ſcriptū. Quòd ſi hoc Timotheo præcipitur quantò magis nobis? Et ſanè huic libro præcipue vacare debent omnes qui curam animarum habent, vt inde hauriant, vnde ſe & alios paſcant, & doceant.

Cui lectioni Timotheus iubetur attendere.

Addit: *Attendite exhortationi.* Ad excitandum ad bona opera agenda: nam exhortari & docere, duo ſunt dona diſtincta, vt habes ad Rom. 12. & tam doctrina, quam exhortatio ex lectione procedit. Quod autem Dominus dixit: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini:* locum habet in extremis periculis, cum de fide agitur, & cum iam humana ſapientia, & vires non ſufficiunt.

Cui item exhortationi. — *Rom 12.* — Quo ſenſu vetemur à Domino cogitare quomodo aut quid loquamur.

Matth. 10. IX. dubit. ſol.

Ad nonam quæſtionem circa illud: Noli negligere gratiam, reſpōdemus: quia Græcè habetur χάρισμα, de dono & autoritate docendi prætertim id accipiendū eſſe. Mittitur enim Epiſcopus, cum conſecratur, ad euāgelizandum, vt nouerit quale ſit eius potiſſimum munus. Mitra quæ capiti ſuperponitur, geminata duorū Teſtamentorū ſciētiam quā tradere debet, denotat. Datur & baculus, quo lupos, & inemēdabiles abigat & percutiat, vigilando ſuper gregem ſuum. Et hoc præcipuè dicitur contra eos, qui putant ſe ſatisfacere officio ſuo, ſi quippiam ſceleris nō admittant, nō cogitantes quantum malum ſit non vti credita Dei gratia: quoniam hoc eſt negligere gratiā, & abſcōdere talentum, de quo ſeruus piger punitus eſt. ¶ Dicitur gratia data *per Prophetiā*, quia reuelante Spiritu ſancto idoneus, & aptus conſecrationi, cum in Epiſcopum ordinaretur, agnitus eſt: ſicut de Saulo, & Barnaba habetur Act. 13. Nam eo tempore ſic eligebantur, vt Matthias, & Fabianus Papa delcēſu colūbæ ſuper caput eius, & Ambroſius Mediolanenſis, & Gregorius Roman. & Nicolaus, & alij complures. Hoc eſt & quod ſuperius dixit: *Secundum præcedentes in te prophetias.* Græcè habetur κατὰ τὰς προφητείας, vbi quidam volunt, præpoſitionem κατὰ accipiendam pro altera εἰς. Et ſenſus eſt ad prophetandum. Incumbit enim ex officio epiſcopo prophetare, hoc eſt ſacras literas interpretari.

Quam gratiā Timotheus nō negligere debebat. — Capiti Epiſcopi quæ ſuperponitur mitra quid denotet. — *Matth. 25.* — Gratia Timotheo data per quam prophetiam. — *Act 13.* — Epiſcopi quinam diuinius electi. — *1. Tim. 1.* — Proprium Epiſcopi munꝰ prophetandi quod.

Habebat etiam Timotheus impoſitionē manus Preſbyterij, id eſt, cœtus Preſbyterorū: ſicut Διακόνιον eſt cœtus Diaconorum, ſeu locus, in quo congregantur Diaconi, & Cornelius Papa ad Cyprianū ſcribens, preſbyterij meminit, quanquam dicat adfuiſſe in eo quinque Epiſcopos. Poterant ergò cœtu Preſbyterorum adeſſe Epiſcopi ordinantes Sacerdotes, quibus cæteri Preſbyteri de more etiamnum manū imponunt. Sicut can. 3. Concilij IV. Carthaginenſis præcipitur. *Presbyter*, inquit, *cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manū ſuper caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum Epiſcopi ſuper caput illius teneant.*

Quid impoſitio manuum Presbyterij. — *Li. 3 ep. Cyp. ep. 11. circa med.* — Quomodo ſit Presbyter ordinandus. — *Syno. Carth. IIII.*

Ex hoc loco Pauli habes, Presbyteri vocē accipi pro epiſcopo, nā alioqui presbyter ſimplex nō habet ius imponendi manus Epiſcopo: non enim quod maius eſt, à minori benedicitur. Deinde colligitur, ordinatorem Epiſcopi non debere eſſe ſolum, ſed cum alijs duobus; vt habet primus Canon Apoſtolorum: & ex illis tribus manum imponētibus Timotheo, vnum fuiſſe Paulū vt ipſe teſtatur 2. Timot. 1. An verò impo-

Presbyterum ipſum eſſe Epiſcopū, Apoſtolo. — *Hebr 7.* — Epiſcopus quis à quot epiſcopis ordinandus. — *2. Tim. 1.*

ſitio

Ambr to 1. Manuum impoſitio quid Ambroſio.

ſitio manuũ ſit materia ordinationis epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi, alio loco huius epiſtolę explicãdũ erit. Ambroſ. tamen interpretans hunc locum ait: *Manus impoſitiones, verba ſunt myſtica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem teſte conſcientia ſua, vt audeat vice Domini ſacrificium Deo offerre.* Hęc ille. Et dũ Epiſcopus cõſecrat more Romano Sacerdotem, ait: *Accipe poteſtatẽ offerendi ſacrificium pro viuis, & mortuis in nomine Patis, &c.* ¶ Vbi illud attentè notandũ, quòd manus impoſitiones vocauerit verba quę ipſam manus impoſitionem comitantur, vt in Cõcilio Mileuitano, c. 12, habetur:

Concil. Mileuitanum.

Placuit etiam vt illud, vt preces, vel orationes, ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur. Hæc ibi.

Ordinatiões ſine verbis Sacris ab Apoſtolis nõ conferebantur.

Quibus ideò annotandum duximus, ne quis per manus impoſitionem in Actis Apoſtolicis, dũ de cõfirmatione, & ordinatione eſt ſermo, vel etiam in his epiſtolis ad Timotheum, intelligat manus impoſitionem nullo impoſito verbo, aut ne quis putet, ceremonias nunc eſſe alias in eccleſia, quã illę ipſę quibus vſi ſunt Apoſtoli. Vnde Dionyſius in fine eccleſiaſticę hierarchię aſſerit, ſuppreſſa eſſe verba quibus Sacramenta cõficiebantur propter infideles: & ita dictum eſt, vt fideles ſatis intelligerent, & nonniſi tantum externum ſignum expoſitum eſſet ſenſibus infidelium. Vnde baptiſmum lotionem, non tamen inuocationem Trinitatis, ordinationem, manus impoſitionem tacitis verbis adhiberi ſolitis; communionem, fractionem panis, diaconatũ ſacrum, nonniſi miniſterium viduarum, & menſuram appellarunt.

B. Dionyſ.

Verba illa myſtica cur tantũ ſecretò dicerētur teſte Dionyſio.

Act. 2. *Infrà 6.*

Propter Deũ operantes, naturam cõſequitur honor & aliorum bonum.

Deniq; addit Apoſtolus: *Hæc meditare, in his eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit in omnibus.* Senſus eſt: Hęc exerce, & in his totũ teipſum impende. Et particula. Vt, vim habet conſecutionis; non cauſæ: non enim ſuadet hæc ideò facere, vt ipſe manifeſtetur, ſed vt hoc faciat, ex quo laus Dei cõſequatur, iuxta illud: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrum qui in cælis eſt.* Vt enim ſignum ſciẽtis eſt poſſe docere teſte Philoſopho, & doctos habere diſcipulos, ita virtus, & gloria Epiſcopi eſt ſanctitas commiſſi populi, & pax.

Matth. 5.

Ariſt. 1. Metaphyſ. c. 1. to. 3. Virtus & gloria Epiſcopi quænam.

Ad poſtremum dubium, in illud: *Attende tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt,* mira eſt vis, & energia Apoſtolicę eloquentiæ: ſæpè enim breuis, & Laconicè paucis multa perſtringit, interdum verò multa oratione vtitur ad eandem rem inculcandam. Dixerat: *Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti:* adiecit, *Præcipe hæc, & doce:* rurſus: *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* Poſtea ſubdit: *Hæc meditare, in his eſto:* nunc verò quaſi repetens, *Attẽde,* ait, *tibi, & doctrinæ: inſta in illis.* In illis duobus, inquit, & non in vno tantum. Sunt enim nonnulli, qui ita inſtant doctrinæ, vt ſeipſos planè deſerere videantur: è conuerſo ſunt qui ſolis ſibi volunt ſine lectione attendere: & tales ſępè cõtingit errare, quia neſciunt quid ſit hominem verè eſſe ſpiritualem. Contra ſunt aliqui, qui nec ſibi attendunt, nec doctrinæ: q videlicet in Epiſcopatu nõ quęrũt aliud, niſi honores, diuitias, & opes, qui nec ſeipſos, nec alios docent, nec pro ſe aut pro ſuis ſibi à Deo credititis aut orare aut, ſacrificare nouerũt. Porrò alios videre licet, etſi raros, qui ſibi & doctrinæ ſapienter vacant, & prius quidem ſibi, vt ex ſe queant alios agnoſcere, & medicamenta eorum morbis accommoda adhibere.

Paulinæ vires eloquentiæ.

Ad vlt. quęſt. reſponſio. In id: Attẽde tibi & doctrinæ.

Qui nec ſibi attendant, nec doctrinæ.

Sibi attendẽtes, & doctrinæ, quæ fructum ferant.

Matth. 5. *Suprà 1.*

Vnde ductũ nomen Ieſu, quibus eius beneficio cõmune.

Fructus autem huius attentionis ſibi factæ, & alijs, erit pretioſus: nimirum tum ſe, tum alios ſaluos facere. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Cum autem Ieſu nomen à ſaluando ductum, magnificum ſit, & glorioſum promittit quòd eorũ ſalutem pariat. Epiſcopus igitur operam ſuæ, & aliorũ ſaluti, imò laicus hoc idem pręſtans; ſaluator erit ſui, & aliorum, de quibus Frater Domini dixit: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Vbi non ſolum datur cuiq; ſalus animarum, ſed & tegere aliorum peccata, ne à Deo amplius videantur ad vindictam.

Iacob. vlt.

Pſalm. 31.

Chriſti nomina Sanctis attributa.

Gen. 41. *Iudic. 3.* *Rupert. Tuit.*

Nemo ergò in poſterum admiretur, ſi Sancti vocentur aduocati, mediatores, & ſaluatores; vt olim in lege fuerũt multi ſaluatores, Chriſtum ſpiritualem Saluatorem pręſignantes: De quibus Rupertus li. 4. De victoria verbi Dei, c. 6. ſcriptum reliquit: *Erant in diſciplina iudices, in prælio duces, in vtroq; Saluatores.* Et Abdias, c. vnico prophetat, aſcenſuros Saluatores in montem Sion montem Eſau iudicaturos; Chriſti ſcilicet diſcipulos, qui quodcunq; ipſe dicitur, ſeruis quoq; tribuit, vt dicantur. Nemo igitur miretur, ſi de B. Virgine canat eccleſia: Vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſaluatrix, & mediatrix, qui tituli Catholicè intellecti, non ſolum Chriſto nihil derogant, ſed ei permultum laudis, & gloriæ arrogant.

Abd 21. Saluatores aſcenſuri qui in mõtẽ Sion. motem Eſau iudicaturi iuxta Prophetã.

(·)

DISPVTATIO XIV.

In verba Apoſtolica c. 5. *Seniorem ne increpaueris ſed obſecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt. Si qua autem vidua*, &c. in fine vſq; verborum, in quibus agit de viduis Apoſtolus.

I. dubium, ſecundum tertium.

QVÆRITVR in primis de ſcopo Apoſtoli in hoc capit. 2. ac dubitatur, quæ ſint iſtæ viduæ, & quomodo honorandæ; & qua de cauſſa nihil diſſeruit de honore virginitatis, quę viduitati pręſtat: & quæ ſint illæ verè viduæ, & quomodo diſtinguantur à non verè viduis.
Quartum.
Quartò, quid eſt: *Diſcant primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus.*
Quintum.
Quintò, quomodo eſt intelligendum, quòd vidua quæ videtur in delicijs eſſe, viuens mortua eſt: quia videtur eſſe implicatio in adiecto. Si enim viuit quomodo mortua eſt? & ſi mortua eſt, quomodo eſt, vel viuit in delicijs;
Sextum.
Sextò cur ait, Non alere ſuos domeſticos, eſſe fidem negare, & eſſe infideli deteriorem. Eſt enim infidelitas ſummum peccatum, & cætera vincit.
Septimum.
Septimò ambigitur de ætate viduarum, nimirum ſexaginta annorum; cum tamen viri eiuſdem ętatis non excludantur à religione.
Octauum.
Octauò, quid eſt viduas luxuriatas eſſe, & deliciatas in Chriſto, videtur enim obſcurius eſſe dictũ.
Nonum dub.
Nonò, magnum dubium eſt, quomodo damnationem habeant viduæ, quæ primam fidem irritam reddiderunt: & hęretici hanc fidem ab illis irritam redditã aiunt eſſe Catholicam; quæ eſt de articulis Fidei.
Decimum. *Cor. 7.*
Decimò, quid eſt quod ait: *Volo iuniores viduas nubere*: cum qua ſententia pugnat illud eiuſdẽ Apoſtoli: *Dico non nuptis, & viduis: Bonum eſt illis* (id eſt melius more Hebræo) *ſi ſic permanſerint ſicut & ego.*

Ad I. quæſt. reſponſio. De cõtinuatione huius capitis cum præcedenti.

Primum dubium facilè expeditur. Nam Apoſtolus munus ſuũ, quod Apoſtolo incumbit, per partes exequitur, vt præcepta videlicet, & monita ſaluti accommoda omnibus adferat. Et in primis exorditur ab his, qui ætate ſunt grandiores, quos blandè, & leniter vult admoneri.
De quo dictũ Seniorem ne increpaueris. *B. Chry. hom. 13. to 4. D. Epiph. in hæreſ. 75. à med.*
¶ *Seniorem*, inquit, *ne increpaueris.* Gręca habent, Presbyterum ne percuſſeris. Et Presbyteros intellige ætate, vt explicat Chryſoſtomus, & docent ſubiuncta: *Iuuenes, vt fratres.* Et infra ait, *Anus, vt matres*, vbi Gręcè dicitur πρεσβυτέρας. Etſi Epiphanius ex hoc loco adſtringat Aerium, quòd non idem eſt Epiſcopus; & Presbyter: *Quid negotij, ait, eſſet Epiſcopo, vt Presbyterum non obiurgaret, ſi non ſuper Presbyterum poteſtatem haberet? Et non dixit ad aliquẽ Presbyterum, Ne admiſeris accuſationem contra Epiſcopum: neq; ſcripſit ad aliquem Presbyterum, vt ne Epiſcopum obiurgaret.*
1. Tim. 3. *Supra 3.*
Et eodẽ verbo vtitur quo ſuperius: *Oportet Epiſcopũ non eſſe percuſſorem*, ſcilicet lingua, acriorem obiurgationem adhibendo, aut plagoſum.
B. Greg apud Haymonem. Dan. 13. Chryſ. ibid. Oecu. c. 19.
Quanquam ſenior ſtultus, vt ait Gregorius, vehementer eſt increpandus: vt fecit Daniel cum iniquis Suſannæ accuſatoribus. ¶ *Sed obſecra*, inquit, vel adhortare, vti Chryſoſtomus, & Oecumenius, quia vox Græca vtrũque ſignificat. Deinde iuuenes, ſiue iuniores; quia Gręcè νεωτέρους maſculinè, & iuuenculas ſimiliter per comparationẽ νεωτέρας, ſiue iuniores fœmininè. Sed veriſimile eſt comparatiua poſita loco poſitiuorum more Hebræo.

Quid eſt obſecrare in omni caſtitate. *Concil. Nic. Can. 3.*

Addit: *In omni caſtitate.* Id eſt, vitæ puritate, ita vt nullam mali incurrant ſuſpicionem. Et apertè prodit Timotheũ fuiſſe adoleſcentem, cui hæc monita dabat. Et Verbum hoc, *in omni caſtitate*, circa iuuenculas obſeruari iuſſit. Nicena quoque Synodus cap. 3. præcepit hoc munus Epiſcopis, & Sacerdotibus, atque clericis, ne ſecũ retineant externam mulierem præter matrem, vel ſorores, & eas perſonas, quæ ſuſpicionem effugiant.
Poſſidius in vita Aug. c. 26. in fin. Hier. ep. 2. ante med. to. 1. in prin. Cõtubernia Epiſcopo quę maximè fugienda.
Auguſtinus Epiſcopus à fœminis vt viſitaretur, & ſalutaretur, rogatus, nunquam ſine clericis teſtibus intrabat, & ſolus cum ſolis loquebatur. Et Hier. ad Neopotianum de vita clericorum: *Hoſpitiolum tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terãt. Omnes puellas, & virgines Chriſti aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto manſites: nec in præterita caſtitate confidas: Nec ſanctior Dauid, nec Samſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemper, quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit.*
Gen. 3. Iuſtin. to. 1.
Athenagoras Chriſtianus philoſophus ſic ſcripſit in oratione ad Imperatorem Antoninũ, & Commodum pro Chriſtianis, prope finem; *Pro ætatum gradu alios quidem filios, & filias agnoſcimus, alios autẽ fratrum, & ſororum loco habemus: tum autem ætate prouectioribus patrum, matrumq; tribuimus honorem. In quibus igitur fratrum, & ſororũ, cæterorumq; genere, & neceſſitudine nobis coniunctorum nomina eſſe nouimus, nihil nobis eſt, quã vt eorum ab omni iniuria, & contumelia libera & incorrupta permaneant corpora, prius, aut antiquius.*
Chriſtianorũ charitas, modeſtia, pudicitia.
Hæc ille ad Pauli proculdubio alludens doctrinam.

Solutio V. quæſt.

Ad ſecundum dubium de viduis dicendum, illas tunc honorari, quando Eccleſiæ

obla-

Quomodo viduæ honorandæ. *Matth. 15. Cic lib. 15. ep. fam 44. à medio. Eccleſ. 38.*

oblationibus ſuſtentantur, quemadmodum Matth. 15. honor explicatur eſſe ſubſidium. Et Cic. ad Tirooem: *Curio miſi, vt modico bonor baberetur:* & Sapiens dixit: *Honora medicũ propter neceſſitatem:* id eſt, Subſidium prgeſta ad eius inopiam ſubleuandam: & Iuriſconſulti vocant munus honorarium, quòd à clientibus datur patroois.

Merces & honor in quo differant. *Ierem. 31. Matt. 20.*

Differt autem merces ab honore, quia merces operi, & labori ex ipſa iuſtitia redditur; honor autem debitum eſt hoorabile, quod redditur oon habita ratione operis, vel laboris, ſed potius inſpecta ipſius perſonę dignitate. Ideò honoraria vocantur quę ſublimibus viris tribuuntur ob ea opera, quæ non caduot ſub ęſtimationem, vt illa mercenariorum.

Verè viduæ cur tantum honorandæ. *Chryſ ho 13.*

Et cũ ait: *Qua verè vidua ſnut:* indicat, qoaſdam eſſe fictas, quam etiam inferius ſuis coloribus depingit. Vnde Chryſoſtomus: *Datur,* inquit, *intelligi, fieri poſſe, vt aliqua ſit, qua virum non babeat, nec vidua tamen ſit. Quemadmodum enim virginem nou hoc facit, viri iguorare concubitum, ſed & alÿs virtutibus plurimis illi opus eſt ad promerendam vera integritatu laudẽ, vt, ſcilicet, ſine querela ſit, & diuinis rebus intẽta, Domino ſemper aſſideat: ita & in viduitate magno honore neceſſariò indigent.* Hęc ille.

Virginem te ſte Chryſ. quid faciat.

Amb. to 5. Verè viduæ quęnã Amb.

Dicit ergò viduas bonorandas, quę data opera, vt exponit Ambroſius, viduę ſunt, & quę cum poſſent nubere, vt meliores eſſent, & dignę Deo, ſecundas ouptias reſpuerunt, ſcientes ſemel benedici coniugium: æmulę ſanctiſſimę Annæ, quę ieiunÿs & obſecrationib. Deo ſeruiebat noctu dieque votus viri experta concubitum.

Luc 2.

Veris viduis quid incũbat ſecundum Apoſtolum.

De his ait: *Si qua autem vidua filios aut nepotes babet, diſcant primum domum ſuam regere.* Gręca vox verti poteſt, Diſcant, ſcilicet, regere filios & nepotes; etſi in ſingulari legant Chryſoſtomus & Ambroſius, Diſcat: & illis faciat, ſicut factum eſt ei à ſuis parentibus, qui eam educarunt.

Chryſ. ibid. Ambroſius. Aug. co. 1.

Hinc Auguſt. de matre ſua lib. 9. Confeſſionum, c. 9. in fine ait: *Fuerat vuius viri vxor, mutuam vicẽ parentibus reddiderat, domum ſuam piè tractauerat in operibus bonu teſtimouium habebat. Nutrierat filios, toties eos parturiens, quos abs te deuiare cernebat. Poſtremò uobis, Domine, omnibus, qui ex muuere tuo ſinus loqui ſerui tui, qui ante dormitionem eius in te iam couſociati viuebamus, percepta gratia baptiſmi tui, ita curam geſſit, quaſi omues genuiſſet, ita ſeruiuit, quaſi ab omuibus genita fuiſſet.* Hæc ille.

S. Monica Auguſtini mater omnia explicuit viduitatis officia.

Theophyl.

Theophylactus tamen legit iu plurali, *Diſcant,* & refert ad filios, & nepotes, & ſic habeot hodie Græca exemplaria.

Domũ ſuã regere, Theophylacto quid.

¶ *Domum ſuum regere.* Græcè eſt ἰυσεβεῖν, hoc eſt, teſte Theophylacto, matrem ſenio confectam curare, vel auiam: quandoquidem diuina ſit dignitas parentum, vt impietas eſt ſeoium ooo curare. Quod addidit, quia ἰυσεβεῖν, propriè eſt Dei cultus. Pertinet ergò ad viduam, domum ſuam piè tractare, & mutuam vicem reddere ad filios: quòd verbo quodam Græco, & prouerbiali dici ſolet ἀντιπελαργεῖν, eſt enim πέλαργος ciconia, quæ ſola inter omnia animantium genera hoc præſtat, vt cũ reliqua tantiſper ament, & agnoſcant ſuos parentes, dum egent illorum opera ad nutricatiooem, voa ciconia ſenecta defectos viciſſim alit, & volandi impotentes humeris ſuis geſtat.

Ciconiæ natura: eius qui ſimiles.

Virg. li. 2. Æneid. circa fi. Duo pietatis in paẽtes filiorũ exẽpla.

Quod poſtremum magois laudibus celebratur io Ænea, cui inde pij cognomentum datum eſt. Alterum verò magnopere commendatur exemplum in puella, quæ matrem in carcere poſitam ſuis vberibus per plures dies aluit. Et modò etiam idem contingeret, ſi Latini Patres, qui olim Græcorum fuerunt diſcipoli & quaſi filij, nunc Græciam veluti anum, atque effœtam, viciſſim ſuas literas doceant; aut geoti Iudęæ, ſua reddant elementa, & ſenſus Scripturarum, quos non vident.

Latini nunc Gręcos quales deberent agnoſcere, & tractare.

¶ *Hoc enim acceptum eſt coram Deo.* Acceptum dixit, pro, acceptius, more Hebræo.

De viduis quędã documenta traduntur.

Porrò ad intelligentiam eorum, quæ de viduis bic dicuntor, nõ erit ab re illud pręfari, quòd olim viduę nõ viuebant ſimul in monaſterijs, dum docet Apoſtolus; eas vagari per domos ſolitas. Et Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio, hoc idem teſtatur. Vnde in Concilio Carthaginenſi Canooe trigeſimotertio ſtatuitur, vt virgioes ſacræ, ſi parentibus, à quibus cuſtodiebantor, priuatæ fueriot, Epiſcopi prouidẽtia, vel Presbyteri, vbi Epiſcopus abſeos eſt, in monaſterio virginum, vel grauiorib. fœminis commendeotur.

B. Chryſ to. 5. Synod. Carthag. III.

II. documen.

Deinde iſtæ viduæ caſtitatem vouebant, de qoo Paulus infra ait: *Habeutes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Nam cum virginum, & viduarum ſtatus ad eius puritatem natura non euehat, voto ab inſtitutione Chriſti, & præſtantiæ Euaogelicæ inſtituebãtur, nec abſq; voto inſtituebantur ad talem ſtatum. Idem tradit Diataxis Apoſtolica lib. 3. qui inſcribitur, De viduis, cap. 1. vbi legimus: *Viduis conſtituite non minores annis ſexaginta, vt quodammodo propter illaaum ætatem ſitis certi eas bigamiæ ſuſpicione vacare. Si minorem in viduali ſtatu conſtitueritis, & illa non ferens in iuuentute viduitatem, nupſerit, dedecorabit gloriam vidualis gradus, & rationem Deo reddet, non quoniam ſecundas nuptias ſecuta eſt, ſed quoniam ſuam profeſſionem*

Clem Rom. Viduę cur eligi deberẽt ad min⁹ ſexagenariæ: ſi ſecũdò nuberent, quatenus peccarent.

non ſeruauit, luxuriata Chriſto. Quare oportet non temerè facere profeßionem, ſed cum cōſilio & conſideratione: præſtat enim eam non vouere, quā vouere, & non reddere. Hæc ibi.

Eccli. 5.
III. documētũ de viduis.
D. Epiph. in hæreſ 79 ante med.

¶ Tertiò delegebantur quædam ex illis, quæ docerent imperitas mulieres, & baptizandas præpararent, vt ſupra ex Epiphanio c.3. dictum fuit.

IV. docum.
Euſeb. Caſ. tom.2.

¶ Quartò communibus Eccleſiæ expenſis, & oblationibus alebantur. Vnde ait Apoſtolus: *Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccleſia; vt ijs quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat.* Idcircò Cornelius Papa libr. 6. Hiſtor. Eccleſ. c.33. recenſet, Eccleſiam Romanam alere præter Clericos, viduas cum indigentibus mille quingentas, & ſatis hoc docet caput ſextum Actuum Apoſtolorum, vbi iuxta Græcorum Patrum ſententiam, agitur de miniſterio, quo miniſtrabatur de Eccleſiæ eleemoſynis.

V. documen.

¶ Quintò erant aliæ viduæ vulgò honorabiliores propter maioris ſanctitatis profeſſionē: vnde tertia collecta in die Paraſceues, quò preces fiũt pro omni Eccleſiæ gradu, præmiſſis Clericis, Confeſſoribus, atque Virginibus, fit mentio viduarum, & poſt, totius populi Dei. Sextò, cura earum erat penes Epiſcopum, vt ex loco paulò ante citato ex Diataxi Apoſtolica colligitur, & ex capite tertiò eiuſdem libri. Idem etiam colligitur ex tertio libro Chryſoſtomi de Dignitate Sacerdotij.

VI. docum.
Clem. Rom.
Chryſ. to 5.

VII. docum.
Aug. ep. 190. to 2. Syno. quarta Cart. Dionyſius. Areopagita. Gen. 38. Iudic. 10.

¶ Septimò, tempore Auguſtini, & Innocentij Papæ geſtabant habitum diſtinctum vt docet Auguſtinus epiſtola ad Ediciam, & Caput 104. Concilij quarti Carthaginenſ. & Dionyſius cap. 6. Eccleſiaſt. hierarchiæ partic. 3. id in monachis fieri ſolitum teſtatur. Neque ſanè mirum id eſſe debet, cum etiam Geneſ. 38. & in libr. Iudith tunc eſſet diſtinctus viduarũ habitus à reliquis fœminis, atque harum ſtatus in principio primitiuæ Eccleſiæ frequentatus fuit, & multiplicatus, quod in veteri etiam Taſtamento idem obſeruatum eſt, vt patet ex Iuditha, & Anna Lucæ ſecundo.

Luc. 2.

¶ Temporis autem progreſſu, & inualeſcente religione, cœpit multiplicari virginitatis profeſſio vt 2. Machab. 3. De his ergò viduis agit hoc loco Apoſtolus, vt explicat Chryſoſtomus.

2. Mach. 3.

Cur nihil de virginibus dixerit honorandis Apoſtolus.
B. Chry. ho 13

Mouit etiā quæſtionem, cur nihil de virginitate diſſeruerit, neq; dixerit, Virgines honora. Et reſpondet, *Vt equidem reor, virgines tunc fortaßè non erant, ſiue etiam à propoſito virginitatis exciderāt. præſertim Epheſi: aut quia virgines minori deuotione virginitatem amplexæ erant: aut fortaßis erat ex Græcis & Iudæis parum cognita, & minus in pretio habita. Apud Corinthios tamen cum res eſſet cognita, Paulus amplam doctrinam de virginibus tradidit.*

1. Cor. 7.

Verè viduæ quænam deſolatę. Vidua vnde dicta.

Verè autem viduæ ſunt, quæ in primis ſunt deſolatæ, id eſt, non habent maritos, aut filios, fratres, nepotes, &c. à quibus iuuari poſſint. Et videtur Paulus alludere ad vocem Græcam χήρα, quæ ducitur à verbo χηρῶ, quod eſt deſolor, vel orbo: Latinis vidua dicitur quaſi à viro diuiſa, aut à viduāndo, ſiue deſolando, & viduitas, & ſolitudo, calamitas Catoni eſt, eò quòd bonis viduet.

Verè vidua, vt ſperet in Deo.

¶ Secundò vere vidua *Sperat in Deo.* Etſi Græcè dicitur, Sperauit, (ſed præteritũ ponitur pro præſenti) id eſt, A ſolo Deo pendet, & illi toto animo deuota nititur.

Eadem cur inſtet obſecrationibus nocte & die.

¶ Tertiò, *Inſtat*, ſeu inſiſtit *obſecrationibus & orationibus nocte & die.* Cum enim careat illis quæ neceſſaria victui & veſtitui ſunt, poſtulat, & vt honorē eius tueatur, conuertit ſe ad precibus aſſiduis Deum pulſandum, à quo vno & honeſtatem viduitatis, & alimenta expectat. Et verba, Sperat, & inſtat, de præſenti ſunt; quia non tam præcipit quid agere debeant, quam quid agant veræ viduæ, quæ totæ ſunt Deo ſacratæ.

Solutio quintæ quæſtionis. De hoc paradoxo: Vidua quæ in delicijs eſt, viuēs mortua eſt.

Ad quintum illud dubium: *Nam quæ in delicijs*, inquit, *eſt* (vidua) *viuens mortua eſt.* Dicimus, Apoſtolum ab oppoſito declarare quæ nō ſit vera vidua: illa nimirum, quæ non ſeruat luctum perpetuum, ſed blanditias mundi & carnis quærit; etſi corpore viuat, nō viuit tamen Deo in anima, quæ ſub nomine viduæ delicijs vacat. Multæ enim viduæ viduitatem amplectuntur, vt liberius voluptatibus vacent. Et verbum, Viuens, melius refertur ad ſequentia, quà ad præcedentia, vt ſit ſenſus, Viuit, & non viuit: viuit nomine, & ſtatu mortua eſt, quia virtutibus, & operibus viduarum caret. Et ita verbum viuendi homonymum eſt. Sicut etiam Apoc. 3. habetur *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Dominus etiam homonymia vſus eſt verbi Moriendi, cum dixit: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* At Auguſtinus in Pſalmum 9. iungit: *Viuens*, cum præcedenti voce, *in delicijs*, ſicut & Cypr. lib. 3. ad Quirinam: *Quæ autem delicata eſt*, inquit *viuens mortua eſt.*

Quale hoc dictũ Apoſtoli.
Apoc. 3.
D. Aug. to. 8.
B. Cyp. c. 74.
Matth 8.

Vidoæ quæ ſint irreprehenſibiles.
Chryſ. hom. 14 in fin.

Addit Apoſtolus: *Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint.* Id eſt: Vt nemo eas poſſit criminari, vel reprehendere. Et ait: Hoc præcipe: non enim, ô Timothee, ſufficit te hoc noſſe. Vbi Chryſoſtomus: *Præcipe*, inquit, *non vacare delicijs, quaſi pro confeſſo malū pernicioſumq; habeatur: quaſi nefas ſit eum qui delicijs ſtudeat, myſteriorum eſſe participem.* Hæc ille. Vnde apparet, quòd viduæ illæ aliquid

pecu-

peculiaris religionis, & obſeruationis habuerunt.

Ad VI. quæſ. reſponſio.

Quo ſit verũ modo, Qui ſuorum maximè domeſticorum curam non habeat, fidẽ negare, & eſſe infideli deteriorem.

Marc. 7.

Sextæ dubitationi reſpondemus, dicentes, illam ſententiam quibuſdam duram videri: Qui ſuos negligit, fidem negare. Aſſerimus tamen illum ſatis dici fidem factis negare, qui contra fidei præcepta aliquid agit; & maximè ſi quæ agit, ex fide ſe agere putet, vt filij qui ex Phariſæorum doctrina, parentibus dicebant: *Corban* (quod eſt donum) *quodcunque ex me, tibi profuerit.*

Exod. 20.

Infideli verò eſt deterior: quia quatenus talis non violat iura naturæ: at qui talia agit, & negat parentibus huius vitę ſubſidia, contra inſtinctum naturæ agit, & contra quartum præceptum Decalogi de honore parentum. Adhæc infidelis etſi peccet, neſcius peccat: fidelis verò ſciens, aut ſaltem tanquam magis ſciens, ac ſcire debens.

Domeſtici qui Paulo ſecundum Patres.

Ambroſ.
Chryſoſt.
Aug. epiſt. 38. in fin. to. 2.
Theophylact.

Verbum, Si quis, Eraſmus vertit, Si qua ſcilicet vidua, vt etiam legit OEcumenius, & interpretatur Ambroſius, etſi legat, Si quis. Et intelligit Chryſoſtomus eos, qui ex eadem familia ſunt, & pro qua vox domus accipi conſueuit. Sunt enim amici multi, & non conſanguinei. Auguſtinus verò epiſt. ad Lętum, ac Theophylactus ad filios referunt reſpectu parentum, ſicut & interpres noſter fecit: qui ſenſus etiam verus, & magis congruus videtur, ita vt Paulus de filijs, & nepotibus agat, qui parentes negligere ſolent.

Alter ſenſus myſticus ſcilicet, & allegoricus.

B. Cypr. lib. 3. ad Quir. c. 75.

Theophylactus domeſticos fidei nouè interpretatur, id eſt, fideles: vt B. Cyprianus ad Quirinum. Ad Timotheum, inquit, prima: *Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum, non agit curam, fidem denegat, & eſt deterior infideli.*

Curam non habere quid ſuorum domeſticorum.

B. Chryſoſt. hom. 14.

Curam non habet. Id eſt, Prouidentiam non habet tam quæ eſt circa corpus, quàm quę eſt circa animam, vt ait Chryſoſtomus. Turpe enim eſt, te extraneos docere, & tuos in errore relinquere.

Negare fidẽ quorum factious.

Eſt autem in Scripturis fidei negatio, atrocis criminis nomen; & propriè pertinere videtur ad apertam Dei blaſphemiam, vel ad ea opera, propter quæ Deus blaſphematur, & ab eius fide homines auertuntur. Vnde cùm hoc ad Dei abnegationem inuitet, meritò negatio fidei vocatur. Vt ſi quis inter infideles conſtitutus negligat parentes, aut filios, aut ſi ſerui Chriſtiani rebelles ſint dominis ſuis, mox id in Chriſtianã reijcitur religionem: ſicut infrà de famulis ait Apoſtolus: Ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. Contrà verò is facto confitetur, quia ita viuit, vt ſuo exemplo alij ad fidem trahantur, aut in ea confirmentur. Ita qui die Veneris Lutheranis pręſentibus, carnibus veſceretur, Catholicam fidem negaret. Erat autem nomen negationis in primitiua Eccleſia Chriſtianæ ſcholæ vox, ſicut & Confeſſionis, iuxta illud: *Qui negauerit me coram hominibus; negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt*; &: *Qui confitebitur me coram hominibus; confitebor & ego eum coram Patre meo:* & Ioannis Baptiſta confeſſus eſt, & non negauit; cùm tamen negatiuè dixerit: *Non ſum Chriſtus*, neque Helias, neque Propheta.

1 Tim. 6.

Fidem factis qui neget.

Tit. 1.

Negandi fidem, & confitendi hæc phraſis quãdo maximè viguent.

Matth. 10.

Idem.

Ioan. 1.

Ibidem.

Ad VI. dub. Vidua quæ, ſexegenaria ſit eligenda.

Septimum diluamus dubitationem de ætate viduarum, de qua ſcilicet, vidua habeat ſermonem Apoſtolus, an de quacunque, quæ ingreditur in cętum aliarum, quæ ex bonis Eccleſiæ viuunt, an de illis, quæ præſunt eiuſmodi viduarum cœtibus. Reſpondeo, duas eſſe ſententias; alteram Hieronymi cum ſuis, & Ambroſij, dicentium ſermonem eſſe de illis, quæ inſcribuntur Catalogo, ſiue in ordine viduarum: & id indicat Græcum verbum καταλεγέσθω, id eſt, allegetur, ſeu catalogo inſcribatur, & in numerum redigatur, & Diataxis Apoſtolica lib. 3. c. 1. idem docet, & inferius poſtulat, vt iuniores viduæ nubant, filios gignant. Et ab eis tria exigere videtur, vt in eo ſtatu perſiſtere queant. Primum eſt ætas ſexaginta annorum, in qua non eſt periculum incontinentiæ, quia illa ætas deferbuit.

Prima opinio Hieronymi, & Ambr.

Clem. Rom.

Sexaginta annorum vidua cur eligenda.

Quòd ſi vrgeas, tunc in feruore ætatis admitti virgines ad continentiæ profeſſionem, quod maius eſt, videtur ergo in Apoſtoli præceptum peccari. Reſpondet Hieronymus in Epiſtola ad Saluinam: *Non te moueat*, inquit, *quòd ſexagenaria eligatur vidua, & putes adoleſcentulas ab Apoſtolo reprobari. Et te crede eligi ab eo, qui diſcipulo dixerat, Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, non continentiam, ſed ætatem. Alioquin omnes, quæ ante ſexaginta annos viduatæ ſunt, hac lege accipient maritos. Sed quia tradem Chriſti inſtituebat Eccleſiam, & omni ordini prouidebat, præcipueque pauperibus quorum ei cura cum Barnaba fuerat demandata, illas vult Eccleſia opibus ſuſtentari, quæ proprijs manibus non queunt laborare, quæ verè viduæ ſunt, quas & ætas probat, & vita.* Hæc ille, tradens, minores, & adoleſcentiores poſſe ſuſcipi ad profeſſionem caſtitatis, ſed non ideò, vt alantur Eccleſiæ opibus.

Adoleſcẽtulæ quatenus virgines eligi queant, teſte Hieron.

Hier. epiſt. 9. paulò ante medium, to. 1. in princ.

1. Tim. 4.

Secunda conditio eligendæ viduæ, eſt, quod fuerit *Vnius viri vxor.* Vt Anna vidua Euangelica, filia Phanuel, quæ vnius tantùm viri fuit experta coniugium. Hoc vt argumentum continentiæ ſumitur, vt docent Græci Patres, & inter eos Chryſoſt. Et Thomas ponit aliam cauſam: quia alię poſſunt labore ſibi victũ quærere; & quia, quæ

Vidua etiam eligenda cur vnius viri vxor.

Luc. 2.

Chryſ. tã producitur.

D Tho. lect. 1.

plurium fuit vxor, irregularis in hoc efficitur, vt tradit Gloſſ. Interlin. & Petrus Lombardus, & alij.

Sed arguet quis: Cur non & in viro Religionem profitente obſeruatur, vt tantùm ſexaginta annorũ aſſumatur, etſi non propter ſignum vllum, ſaltem propter indecẽtiam? Dicendum, non ita eſſe indecentem in viris, ſicut in fœminis digamiam. Semper enim in mulieribus magis quàm in viris notatur impudicitia & digamia. Et propriè viduitas eſt fęminarum, non virorum, qui non ita vxoribus indigent, vt propter eà dicantur vidui, ſicut fœminæ viris. Nam Eccleſiam ſignificari per viduam, ex Scripturis conſtat: vt per Sarepthanam, & Sunamitidem, & illam ciuitatis Naim: quorum filios ſuſcitauit Dominus, & per Annam viduam, & per pauperculam etiam viduam, quæ dicitur miſiſſe duo æra minuta in Gazophylacium, id eſt, quicquid habuit & ſpiritualis, & temporalis gloriæ.

Cur non eadem à viris in Religionẽ admittendis monogamiæ conditio requiritur. Viduitas quare fœminarum propria. Viduæ olim quę Eccleſiam deſignatiot.
3 Reg. 17. 4. Reg. 4. Luc. 7. Suprà 2. Infra 21.

Sed hoc de irregularitate, reijcit Thomas hoc loco; cùm tamen in Additionibus ad tertiam partem, quæſt. 63. art. 1. ad ſecundum, & art. 2. ad ſecundum, tradat, nuptias ſecundas carere honore ſignificationis, qui tamẽ eſt in primis nuptijs, vt vna ſit vnius, ſicut eſt in Chriſto, & in Eccleſia: & ratione huius defectus, benedictio ſecundis nuptijs ſubtrabitur.

Viduę vniuiræ eligendæ quã tradiderat cauſam irregularitatis, alibi Thomas quare non probet. Tom 12. Epheſ 5.

Poſſet tamen Thomas defendi, dicendo, eum intellexiſſe eam irregularitatem, quæ de Sacramento à muliere adminiſtrãdo loqueretur. Et certè ſi ratione agamus, videtur viduam non eſſe ab Eccleſia alendã, quæ in matrimonio contrahendo, non ſignificauit Chriſti Eccleſiam. Et id videtur ſatis conſonum verbis Leonis Papæ, qui in verbis de Epiſcopo vnius vxoris viro, maritum viduæ reiectum intelligit ab Epiſcopatu.

Sanctus Doctor ibi fortaſſis quam excludat irregularitatẽ.
Leo Mag. epi. 87. c. 1.

Fuit autem olim honorifico loco habita viduitas. Vnde Hilar. in Pſalm. 131. ſuper id: *Viduam eius benedicens benedicam: Quanta,* inquit, *viduarum dignitas eſt, & honeſta vniuſtori conſcientia, & felicis continentia inde mutata conſtantia. Hac enim benedicitur, & benedicendo benedicitur: ex iudicio, ſcilicet, benedicentis benedictione ſit digna, &c.* Et Ambroſius libro de Viduis: *Neque verò ſi qua in ſecundas nuptias inciderit (quas vtique Apoſtolica præcepta non damnant) quaſi ſinclu pudoris amiſſio, ſi rurſus ſoluta fuerit viro, ab effectu viduitatis arcetur. Habebit illa quidem vel ſera meritum caſtitatis, ſed probatior erit, quæ alterius non fuerit experta coniugium. In illa enim eminet ſtudium caſtitatis, huic aut ſenectus, aut pudor modum videtbr feciſſe nubendi.* Hæc ille.

Quàm olim honorabilis viduitas. B. Hilar.
Amb nõ procul à prin. to. 4 circa fin. Vniuiræ viduæ & biuirę collatio.

Sicut ergo virgo ſemel corrupta, non babet excellentiam virginitatis, ita vidua, quę bis nupſit, non eſt coram hominibus in viduali caſtitate. Contingit tamen interdum, vt biuira ſanctior ſit, & caſtior vniuira, vt docet Auguſt. lib. de bono viduitatis, cap. 13.

B. Aug. to. 4. procul à med.

Caluinus vanè expendit de vidua, quæ fuerit vnius viri vxor, de Epiſcopo verò idẽ negat, quia ait: *Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum.* Sed mira eſt hominum ſtupiditas, vt à vidua alenda ex eleëmoſynis, exigat Apoſtolus, vt tota vita ſit vniuira, & Epiſcopum admittat digamum vel trigamũ. An fortaſſe maior cõtinentia ab infirmiori ſexu, quàm à fortiori, & maior à laico, quàm à Prælato Eccleſiæ requiritur?

Contra hoc inſanũ Caluini cõmentum. Viduã Apoſtolus vult eſſe vniuirã, non autem Epiſcopum vnius virũ vxoris. 1. Tim. 3.

Tertium quod à vidua eligenda exigitur, eſt: *Vt habeat bonum teſtimonium* (ab ijs, ſcilicet, qui foris ſunt, non in fide tantùm, ſed etiam) *in operibus bonis.* Et declarat quæ ſint illa opera bona: *Si filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi Sanctorum pedes lauit, &c.* Et hactenus explicuimus priorem ſenteutiam, quòd intelligitur hic locus de viduis, quæ alleguntur numero earum, quæ in Eccleſia aluntur.

Vidua in quibus habere bonum teſtimonium debet operibus bonis.

Alter ſenſus eſt, vt hic agatur de vidua illa, quæ præeſſe debet, & alias catechizare: ita enim in ſuis Commentariolis ſcribit Hieronymus (ſi tamen eius ſunt) videlicet de electione Diaconiſſarum eſſe ſermonẽ, de quarum miniſterio, & operibus loquitur Concilium Carthaginẽſe ſuperiùs productum, & Ignatius, ac Nicena Synodus in Concilio Laodiceno, ca. 11. vbi decernitur: *Mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellentur, apud nos viduæ ſeniores, vniuiræ, matricuriæ appellantur, in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere.* Epiphan. quoq; in hæreſin Collyridianorum, hunc locum de Diaconiſſis intelligere videtur: *Diaconiſſis, ait, ſolũ indiguit Eccleſiaſticus ordo, viduaſq; eas nominauit, & ex his adhuc ſeniores, aniculas.* Vbi oſtendit, non quaſuis viduas diaconiſſas dici, ſed tantùm ſeniores. Item Tertul. in lib. de Velandis virginibus: *Scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. Cui ſi quid refrigerij debuerat Epiſcopus, aliter vtique ſaluo reſpectu diſciplinæ præſtare potuiſſet, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monſtrum, in Eccleſia denotaretur: virgo vidua hoc quidem portentuoſior, quòd nec quæ vidua caput texit, vtrũque ſe negans, & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Sed ea autoritate illic ſedet intecta, qua & virgo. Ad quam ſedem præter annos LX. nõ tantùm vniuiræ, id eſt, nuptæ aliquando eliguntur, ſed & matres, & quidem educatrices filiorum: ſcil. vt experimentis omnium*

Altera opinio, quænam ſcilicet, vidua ſexaginta annorum eligi debeat. Hier. to 9.
Conc. Carthag. III. cap. 104. B. Ign. epiſt. 12. in fine. Synod. Laod.
Epiph. in hær. 29. ante med.
Tertull. paulò poſt med. par. 2. paulò remotius à princ.

affe-

affectuum ſtructa, facilè norint cæteras & conſilio, & ſolatio iuuare. Idem libr. 1. ad vxorem, prope finem: *Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarat, cū digamos non ſinit præſidere, cùm viduam allegi in Ordinationem niſi vniuiram non concedit: aram enim Dei mundam præponi (lego, proponi) oportet.* Hæc Tertullianus.

Idem eadem part. 2.

Digamiæ malū quod Tertulliano.

Iam verò huic ſententiæ verbum fauet, Eligatur: quia præſidentes alijs fœminæ ab ipſis eligi ſolet. Deinde qui ætas ſexaginta annorum maximè ſpectat ad eam quæ præſidere, & docere debet: alioquin aliæ iuniores profiteri viduitatem non poſſent. Tertiò ſeruit & illud, quòd illas velit eſſe vniuiras, & irreprehenſibiles, & habere teſtimonium bonum in operibus bonis: ſed hæ conditiones in Epiſcopis, & Diaconis qui præſunt, exiguntur; ergo & in hoc loco in ijs, quæ viduis præeſſe cupiunt, requiruntur. Quartò, quia cum dixiſſet: Honora verè viduas, deſcripſerat etiam quę verè viduæ ſunt, & quæ mortuæ, & quæ impeditæ ad tempus; declarat modò quæ inter eas præhonoranda ſit, & præeligenda in caput viduarum. Et ita vtrumque ſenſum vt probabilem recipi poſſe puto.

Poſterioris ſententiæ de vidua, quòd ſit diaconiſſa iuniorum, eligenda rationes quatuor.

1. Tim. 5.

Sequitur: *Si filios educauit*: Vel filios per Synecdochen accipit pro liberis tam maſculis quàm fœminis. Græca vox habet: *Si liberos educauerit*, vt etiam filias comprehendat, hoc eſt enim propriè τεκνοτροφεῖν, mulierum educare paruulos, non tantùm cibo corporeo, ſed integritate etiam bonorum morum. Et vidua notatur, quæ curam nutricationis filiorum in nutricem reijcit, aut ſi non ad pietatem educat.

Viduæ, ſiue matres filijs duplicem debent explicationem.

Vidua quæ indigna matris nomine.

Si hoſpitio recepit. Hoſpitalitas tēpore primitiuæ Eccleſiæ admodum erat neceſſaria, cùm publica diuerſoria plena eſſent idololatris, nec extarent xenodochia, quò pauperes poſſent diuertere. Chryſoſtomus hoc loco ſcribit: *Quid oro ſi pauper illa ſit? Nec ſic quidem muneribus omnibus fungi deſiſtat: neque enim eſt illa pauperior, quæ duos obolos ſacris theſauris ingeſſit. Nam licet pauper ſit, habet tamen domum; non enim ſub dio manet.* Hæc ille. Sed iam rari ſunt, qui velint dum viuunt, ſua bona diſpenſare: malunt enim aliquid legare teſtamento poſt mortem ipſorum ab alijs non certò diſtribuendum, quàm vt per ſe ipſi viuentes hoc faciant. At Dominus vult viduas eleemoſynas ante mortem erogare.

Vidua cur eſſe debet hoſpitalis.

B. Chryſ. hom. 14.

Luc. 21.

Qui ſint hodie inhoſpitales.

Si Sanctorum pedes lauit, ſeu lauerit. Id eſt, Chriſtianorum; hoc enim officium etſi in ſpeciem videatur vile, & ſordidum, ab illis tamen Apoſtolus exigit; imò Chriſtus per ſe primus docuit, dum lauit pedes diſcipulorum per ſeipſum. Et vidua non permittat eiuſmodi officia ancillis imperari, ſed per ſeipſam præſtet. Auguſtinus quoque tract. 58. in Ioannem: *Apud Sanctos,* inquit, *vbicunque hæc conſuetudo non eſt, quod manu non faciunt, corde faciunt. Multò autem eſt melius, & ſine controuerſia verius, vt etiam manibus fiat: nec dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam corde ipſo vel excitatur, vel ſi iam inerat, confirmatur ipſius humilitatis affectus.* Hæc ille. Et ſub vno intellige reliqua. *Si Sanctorum,* inquit, *pedes lauit.* Hoc eſt, (vt ait Clemens libr. 7. Informationum, apud Oecumenium) Si extrema miniſteria Sanctis abſque rubore exhibuit. Vnde Abigal dixit Dauidi: *Famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei.* Conſeruatur in hodiernum diem apud religiones quaſdam reformatas hæc conſuetudo pedes lauandi, vbi primum ex itinere accipiuntur hoſpites.

Quorum pedes ſanctorū vidua debebat abluere.

Ioan. 13.

Aug. de med. tract. 10. 9.

Manu potius quàm corde cur pedes fratrum abluendi teſte Aug.

Oecum. c. 11.

1. Reg. 25.

Si tribulationem patientibus ſubminiſtrauit. Tribulationem patiuntur pauperes, & infirmi, & nobiles egentes, qui præ verecundia non audent mendicare, & illi, qui in carcere detinentur propter fidem, & fœminæ, quæ præ nuditate non audent in templū venire. Iſti ſunt, quibus neceſſaria ſuppeditanda ſunt, & maximè illis, qui apud infideles captiui detinentur. Et exemplum huius rei habemus in Phœbe miniſtra Eccleſiæ Cenchreenſis, de qua Paulus, *Aſtitit,* inquit, *multis & mihi ipſi*; & in Aquila, & Priſcilla, qui pro anima Pauli, ipſo teſte, ſuas ceruices ſuppoſuerunt; & Maria, *Quæ multum,* ait, *laborauit in nobis.* Secutę ſunt harum documentum, & fidem beatæ Potentiana, & ſoror eius Praxedes.

Tribulationem quibus vidua patientibus ſubminiſtrabat.

Rom. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Subdit: *Si omne opus bonum ſubſecuta eſt,* id eſt, corporale miniſterium. Et mulieres in primis idoneæ ſunt ad hæc officia, vt lectulos ſternere, miniſterio fouere infirmos: quia vt ait Sapiens, *Vbi non eſt mulier, ingemiſcit, egens.* Et benè ait: *Subſecuta eſt,* vel proſecuta eſt: quia etſi deſit facultas ad operandum omnia, adeſſe tamen debet voluntas ad omnibus miniſtrandum.

Omne opus bonū vidua quale ſubſequi debebat.

Eccleſ. 36.

Ad octauum dubitationē in id: *Adoleſcētiores autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volūt.* Sed his verbis eas fugiendas eſſe viduas præcipit, quæ rerum penuria oppreſſæ, victus gratia profitebantur: at cùm pabulum accepiſſent, & carni vires ſuas reſtituiſſent, (quia ſine Cerere, & Libero, vt ille dixit, friget Venus: nam à Cerere, & Baccho proximus incontinentiæ gradus eſt ad incōceſſam Venerē) tētationibus carnis reſiſtere nolentes recalcitrabant:

Octauæ ſol. quæſt. Adoleſcentiores quæ viduę Timotheo deuitādæ forent.

Teren. in Eunuch. act. 4. Sce. 5.

citrabant:

citrabant:& delicias expertæ, nuptias repetebant. Ideò ait, Deuita, id eſt, reijce; & refuta, id eſt, ne recipias alendas in aliarum Catalogum, vel in hac ſuſcipi profeſſione, vt interpretatur Ambroſius. ¶ *Cum enim luxuriatæ fuerint Chriſto.* Rationem reddit, cur ſint reijciendæ, id eſt, vbi laſciuierint? qualem laſciuiam videmus in equis bene paſtis, & cæteris iumentis, quæ eùm pabulo ferociunt, & ruptis habenis ſuaptè feruntur arbitrio. ¶ *In Chriſto*, id eſt, de Chriſti bonis altæ, vel potiùs contra Chriſtum, quem in ſponſum & maritum ſibi delegerant. ¶ *Nubere volunt.* Non tantùm nubunt, ſed etiam voluntate nuptijs inſiſtunt. Nec eſt ſenſus, Adoleſcentiores viduas, id eſt, minores deuita, ſed de iuueneulis viduis eſt ſermo, de quibus inferiùs ait: *Volo iuniores* (viduas) *nubere, filios procreare*: & ſexageſimum annum exegit, vel quia præeſſe debent, vel quia ad illud vſque tempus ad victum cõquirendum ipſæ ſibi ſufficere poſſunt. Intellige ergo per iuniores, iuuenculas, de quibus ſuperiùs dictum eſt, Iuuenculas, vt ſorores, obſecrandas ſcilicet. Græcè habetur in Genitiuo, iuxta regimen verbi: Cum luxuriatæ fuerint Chriſto. Haymo iungit verbum, In Chriſto, cum verbo nubendi, & interpretatur; Id eſt, in fide Chriſti, & fidelem Chriſtianum accipere in maritum. *Solent*, inquit, *mulieres, mortuis viris ſuis, promittere Deo viduitatem, caſtitatem & accipere velamen ſuper caput ſuũ, poſteà verò miſcent ſe ſeruis ſuis, & alijs fornicatoribus, atque ad vltimum in Chriſto volunt nubere, id eſt, aliquem Chriſtianum accipere.* Sic Haymo. Cyprianus legit, *In Chriſto*, ſicut & Ambroſius & alij. Et luxuriare in Chriſto, vel in Chriſtum, dupliciter accipitur, vel in bonam, vel in malam partem. Tertullianus libr. de Monogamia: *Poſtquam*, ait, *in delicijs habuerunt Chriſtum, nubere volunt, habẽtes iudicium, quòd primam fidem reſciderunt.* Poteſt & Cyprianus ita intelligere videri lib. 3. ad Quirinum: *Iuniores autem viduas præteri. Cùm enim indeliciatæ fuerint in Chriſto, nubere volũt, habentes iudicium, quoniam primam fidem reprobauerunt.* Faber Stapulenſis interpretatur: *Quid eſt, Quando in Chriſto deliciatæ fuerunt, niſi quando Chriſti delicijs vſæ fuerint, quæ ſunt orare, Eccleſiis ſacris intereſſe, & inſuper in ſacris educari. Cùm has guſtauerint, incipiunt plerumque eas faſtidire, & nubere volunt homini mortali.* Et ita hic locus ſimilis eſſet illi ad Hebr. 6. *Impoßibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, &c. rurſus renouari ad pœnitentiam.* Et ſuperioris dicti: *Quæ in delicijs eſt* (vidua) *viuens mortua eſt*, poſſet eſſe ſenſus: Vidua quæ in Chriſto deliciatur, viuens corpore, mortua eſt mũdo, nec delectatur rebus huius mundi: ſicut dicitur ad Coloſſ. 3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Eſai. 58. accipitur in bonam partem verbum Deliciari: *Si vocaberis*, inquit, *Sabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, &c.* Chryſoſt. tamẽ cum ſuis in malũ partem accipit. *Cur id?* inquit, *Quia cùm fornicatæ fuerint, nubere volũt. Quid eſt, cùm fornicatæ fuerint? Cum in laſciuiam fuerint, delicijsq́ue reſolutæ.* Similiter Hieronym. accipit ad Ageruchiam, vel Geruntiam: propter has igitur, quæ fornicatæ ſunt in iniuriam viri ſui Chriſti, (hoc enim καταστρηνιάσωσιν Grǽcus ſermo ſignificat) vult Apoſtolus alterum matrimonium, pręferens digamiam fornicationi, ſecundùm indulgentiam dumtaxat; non ſecundùm imperium. In malum accipitur à Petro, cùm ait: *Percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationes, & maculæ delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum.* Et dilectus in Apocalyp. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum.*

B. Amb. to. 4. Eæ viduæ quomodo luxurientur in Chriſto.

Quid eſt, quod illę nubere volebãt, & quales eſſent adoleſcentulæ.

Haym. Epiſc. Viduæ etiam vt nubant in Chriſto.

Cypr. lib 3. ad Quirin. c. 37.

Tertull. non procul à fine lib. part 2. ante med.

Cypr. loco iam dicto.

Luxuriari, ſiue deliciari quid ruſus in Chriſto vidua, & nubere velle. *Faber Stapu. Hebr. 6.*

Quo ſenſu fortaſſe dictũ: Quæ in delicijs eſt vidua viuens mortua eſt. *Coloſſ. 3.*

Verbum delicandi, vbi benè ſonet. *Eſai. 58.*

Chryſ. ho. 15. initio ferè.

Hier. epi. 11. ferè in princ. to. 1. ſub init.

1. Cor. 7.

2. Pet. 2.

Apoc. 18.

Iam nonum dubium reſoluendum eſt circa illud: Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; de qua ſcilicet, fide ſit ſermo, Græci namque Patres fidem interpretantur διαθήκην, id eſt, pactũ, Epiphanius in hæreſ. 48. ἐπαγγελίαν, id eſt, promiſſionem. Auguſtinus libr. de ſancta Virginitate, cap. 33. & lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. 24. votum, Ambroſius, profeſſionem, & Tertullianus eodem ferè modo accipit libro de Monogamia. Ad Lutherani fidem illam, qua credimus Euangelio: & producunt locum, de quo ſuperiùs dictum eſt: *Fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Ad boeetiam allegant, interpretem vertere vocem Preſbyteri per ſeniorem, cũ dixit, *Seniorem non increpaueris*, aliter cùm ſubdit: *Qui bene præſunt Preſbyteri.* His addunt, per nullam Hebræam, vel Græcam phraſim dici, irritam fieri fidem, cum vota violantur.

Ad IX. dubi. Viduæ, luxuriatę in Chriſto, quam ob primam fidẽ violatam habeant damnationem. *Epiphan. Aug. tom. 6. ſub fin. Ambroſ. Tertull. circa fin. li. part. 2. ſub init.* Sẽſus Lutheranorum.

Sed ad hæc non eſt difficile reſpondere, has voces ſic ſumi in Scriptura. Legimus enim Num. 30. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum ſuum, &c.* & Gen. 17. *Pactum meum irritum fecit*, vbi eſt vox Hebræis propria. Et Dauid Pſal. 88. *Quæ prodeunt de labijs meis, non faciam irrita.* Et Marc. 17. *Benè irritũ feciſtis præceptum Dei*: vbi idem eſt verbum Pauli: ἀθετεῖν.

Irritam facere fidem, eſſe votum, pactumq́, violare, more Scripturæ. *Num. 30. Geneſ. 17. Pſalm. 88.*

Marc. 7.

Iam altera vox πίστις plerunq; pro pacto

Quòd fides

& pro-

etiam pactũ ſignificet.

& promiſſione vſurpatur, vt ad Roman. 3. *Nunquid incredulitas illorum fidem euacuauit?* hoc eſt, promiſſionem. Et apud Poetam.

Rom. 3.
Vir. li. 8. Æn.
8 ante med.

Accipe, daq; fidem.

Ita dicitur:

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Grauiſſimis Patrũ teſtimonijs confirmatur hic ſenſus.

Ergo irritam facere fidem, eſt votum continentiæ violare. Ita etiam accipit Chryſoſtomus: *Fidem pactum dicit. Contra veritatem mentita ſunt*, inquit, *ipſum irritauerunt, & fœdera violarunt.* OEcumenius pactum erga Chriſtum dicit: Pactæ ſunt enim, quòd Chriſto adiungerentur reijciunt tamen ipſum ad humanas deuolutæ nuptias. Theophylactus: *Fidem appellat fœdus. Fefellerunt*, inquit, *pactum, quod cum Chriſto ſponſo fecerunt; ac proptereà habent condemnationem.* Et Ambroſius: *Dicit temerarium eſſe profiteri, quod adhuc iuuenili ætati credi non debet.* Epiphanius contra Montaniſtas citatis his Apoſtoli verbis, ait: *Quæ enim promiſerunt, & reprobauerunt, iudicium habent.* Cyprianus libro 1. epiſtola 11. ad Pomponium, & Innocentius I. epiſt. 2. cap. 12. irrita docent virginum velatarum matrimonia, quæ Chriſto nuptæ ſunt, ſicut & Baſilius, & Bonifacius extendit ad profeſſas in probata religione: at cap. 13. de non velatis virginibus hunc textum Apoſtoli docet intelligendum, & quod peccant contrahentes, etſi ratum ſit matrimonium. Concilium verò IIII. Carthaginenſe ſtatuit: *Si qua vidua*, inquit, *quantumlibet adhuc in minoribus annis poſita, & matura ætate à viro relicta, ſe deuouerunt Domino, & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſteà verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundùm Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt irritam facere auſa ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent.* Clemens quoque libr. 1. Diataxeon Apoſtolicarum, cap. 3. damnationem ait habere viduas adoleſcentiores, quæ nubunt, non quia nubunt, ſed quia vt nuberent, primam fidem irritam fecerunt, & promiſſionem ſuam non ſeruarunt. Accedit Auguſtinus, qui lib. 1. de adulterinis coniugijs, c. 33. ita ſcribit: *Caſtitas, & ſi qua alia ſunt, quæ rectiſſimè vouentur, cùm homines vouerint, nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt: Quia & hoc Dominum præcepiſſe intelligendum eſt, vbi legitur, Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Vnde Apoſtolus de quibuſdã quæ continentiam vouent, & poſteà nubere volunt, quod eis antequam vouiſſent, vtique licebat: Habentes*, inquit, *damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt.* Hieronym. quoque lib. 1. aduerſus Iouin. *Si nupſerit*, inquit, *virgo non peccauit. Non illa virgo, quæ ſemel Dei cultui dedicauit: harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit: quantò magis de virginibus præualebit; cùm etiam his non liceat, quibus aliquando licuit?* Lege etiam Hieronymum in epiſtol. ad Furiam de viduitate ſeruanda, & Innocentium I. epiſt. 2. cap. 13. *Si Apoſtolus Paulus*, ait, *quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quantò potius virgines, quæ prioris profeſſionis fidem minimè ſeruauerunt?* Hæc illi Patres.

Chryſ. ho 25.
Oecum. c. 11.
Theophylact.
Ambr. hoc loco.
Epiph. in hær. 38. circa med.
D Cypr.
Innoc. I.
B Baſil. ep. ad Amphiloch. Can 18. tom. vlt.
Conc Carthag IV.
Clem. Rom.
Aug. tom 6. circa fin.
Pſalm. 75.
Hier. inter med. & prin. tom. 2. init.
1. Cor. 7.

Primam fidẽ irritã facientes quæ maiorem viduis habeant cõdemnationẽ.

Idem ep. 10. à med. to 1. ſub init.
Innocent. I.

Et dicitur promiſſio caſtitatis, prima fides reſpectu poſterioris, quam cum marito homine inire voluit.

Viduæ inſuper fidei violatrices cur habeãt condemnationẽ.

Poſſet quoque eſſe ſenſus, Habent damnationem, primò quia fidem reijciunt, deinde quia otiosè circumeũt domos, tertiò, quia verboſæ, & curioſæ. Nam vt Chryſoſtomus ait, non huic damnationi tantùm obnoxiæ ſunt, ſed & criminibus alijs. Poteſt etiam dici prima fides, non quòd altera debeat ſequi, ſed quia nihil eam in hoc ſpirituali matrimonio anteceſſit: quia ab ipſa promiſſione incipit coniugium, & poſtea ſequitur concubitus. Et ita Auguſtin. lib. 1. de nuptijs & concupiſcent. cap. 11. ait: *Maria coniux Ioſeph vocatur ex prima fide deſponſationis, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus.*

Chryſ ho 15.
B. Aug to 7. circa med.
Matth. 1.

Hæreticorũ de hoc Pauli loco ſententia qualis, Habentes damnationem, quia primam fidem irritã fecerunt.

Iam expendamus, quid circa hũc locum hæretici ſenſerint. Brentius enim in confeſſione Wittembergenſi leuiter, vt ſemper ſolet, ita de hoc loco ſenſit: *Nego autem Apoſtolicis illis temporibus fuiſſe tale viuendi inſtitutum, quale modò eſt apud fraterculos, & ſacrificulos. Quomodò enim Paulus ſecum ipſe pugnaret? Scribit autem mox: Volo iuniores viduas nubere; &, melius eſt nubere, quàm vri; &, Non vt laqueum vobis iniiciam. Quid eſt aliud: Non vt laqueum vobis iniiciam, quàm, Non vt vota facienda exigam? Sunt enim talia vota, quæ hypocritæ excogitarunt, inextricabiles laquei, quibus conſcientiæ ita hominum irretiuntur, vt niſi verbo Domini ſoluantur, non inueniant quò euadant. Quod igitur ait: Primam fidem irritam fecerunt, nomine fidei non intelligit votum perpetui cœlibatus, quòd magis ſecundam, quàm primam duxiſſet, ſed intelligit pactum, quod in Baptiſmo iniri ſolet, in quo Deus recipit in gratiam, (ait) & recipimus nos gratos fore, ac ducturos piam, & honeſtam vitam. Hoc eſt pactũ quo Deus, & homo inter ſe conueniunt. Hanc ſtipulationem vocat Paulus primam fidem, & primam vocat reſpectu ſecundæ, quæ ſolet præſtari, cum quis ad publicam ſeruitutem alienam vocatur.* Hæc ille homo attonitus, vt Græcum nomen ſonat.

1. Cor. 7.
Ibidem.

Brentius homo hæretic' in illud: Ad vtilitatem veſtram dico: nõ vt laqueũ vobis iniiciã quid effutiuit.

Brẽtius quid ſonat.

Sed

Digitized by Google

Contra hanc interpretationem: Viduæ volentes nubere habent damnationẽ quia primã fidem, continentiæ ſcilicet, in baptiſmo datã irritam fecerũt.

Sed iam hominem vrgebimus: Quomodo viduæ laſciuientes, & nolentes nubere, habent damnationem, quia volunt nubere? Nunquid in Baptiſmo promiſerunt ſe nunquam nupturas? quomodo ergo laſciuientes, & ſcortantes, pactum cum Chriſto initum violant? Sed quid ad id quod ait, nubere volunt, dicet, ſi illis viduis perinde atque alteri Chriſtianæ nubere liceat poſt fornicationem, & ſcortationem? Vnde ergo nubere illis eſt damnabile, cùm potiùs puella ſcortata, quæ nubere voluerit, à damnatione recedat, & à violatione voti, & redeat ad obſeruationem, & fidem primam non irritam, ſed potiùs ratam faciat? Quomodò ergo vidua laſciua volens maritum honeſtum accipere, habet damnationem, quòd primam Baptiſmi fidem violauerit?

In dictum Brentij, Laqueum inijciunt, qui vota exigunt. Eccleſ 5. Pſalm. 75.

Deinde dicit, illos inijcere laqueum cõſcientiæ, qui vota exigunt. Laqueum ergo inijcit, qui dicit, *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere*, & ille qui ait: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro.*

Si vero intelligit, Qui mandant, vt quis cœlibem profiteatur vitam, inijcere laqueum, verum eſt: ſed ſub ſpecioſis verbis vult hic impius perſuadere, impia eſſe vota. Certè ſicut non inijcit laqueum, qui conſulit virginitatem, ita nec ille qui conſulit vota: ſed ille qui inuitum ad id, ad quod non obligatur, adigit, aut ſi quis decipit, vt in perniciem ſuam ſponte incurrat. Qui autem ad maius bonum inuitat, is non illaqueat. In his autem quæ ſpectãt ad tempora Apoſtolica, magis credendum eſt Dionyſio Areopagitæ, Chryſoſtomo, Hieronymo, Auguſtino, quàm Brentio, qui facit Deum noſtrum ſimilem idolis, de quibus Baruch 6. cap. dixit: *Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neq; hoc requirunt.*

Laqueũ quis inijciat.

Baruch. 6.

Impugnatur & hæc Caluini interpretatio: Primã fidem irritã fecerunt, id eſt, Chriſtiana profeſſione defecerũt. Hier. li. 1. c. 2.

Caluinus verò præſentem locum de fide Baptiſmi interpretatur, & à Chriſtiana profeſſione dicit viduas deficere, ſed non explicat, cur nubere volentes habeant damnationem. Et ait: *In Papatu vocatur continentia, quaſi virtus per ſe accepta Deo.* Et in eo quod ſubdit, Ita gratam vitam coniugalem Deo, atque continentiæ votum, certè Iouinianum à Hieronymo profligatum agit.

Primam fidẽ alij ineptè quã vocent.

Alio modo exponitur prima fides, quæ ſcilicet, priori marito data fuit, quæ irrita ſit, cùm nubere volunt. Sed hunc ſenſum ipſe Caluinus reprobat, & Paulo aduerſatur dicenti: *Si dormierit vir eius, ſoluta eſt à lege viri: cui vult, nubat, tantùm in Domino.*

Rom. 7. 1. Cor. 7.

Brentij altera de prima fide ſentẽtia ineptiſſima, atq; falſiſſima.

Brentius in Prolegominis ſuis aduerſus Petrum à Soto, affirmat loqui de mulieribus, quæ viris ſuis orbatæ tradebant ſe in miniſterium pauperum Eccleſiæ, idque ea promiſſione tantùm, qua ſolent ancillæ ſe miniſterio dominarum ſuarum tradere: quæ vbi ſaginatæ erant Eccleſiæ bonis, ac metuentes, ne in inferiori loco, quam antè inter Chriſtianos nuberent, maluerũt à Chriſtiana religione deficere ad Ethnicas, quàm inter Chriſtianas contemptiores haberi. Hoc ſignificat, cum ait, eas laſciuiſſe aduerſus Chriſtum, & conuerſas eſſe ad Satanam. Et ita interpretatur Brentius: Habent damnationem, poſtquam ſcilicet, per laſciuiam, & ſcortationem apoſtatauerunt à Chriſti fide, & volunt nubere.

De ancillis pauperũ viduarũ metu contemptus cum Ethnicis nubere volẽtibus, hunc locum accipi non poſſe. 1. Cor. 1.

Sed mirum, & planè ridiculum eſt hoc figmentum. Nam cum Paulus liberum reliquerit mulieri viduæ, cui vellet nubere; tamen ſecundùm Brentium, ſolis pauperum ancillis probatum erat nubere, vt huius infamiæ metu vellent magis apoſtatare à Chriſto, & Gẽtili nubere, quàm Chriſtiano. Adhæc ſi Epiſcopus coniugatus tũc erat, cui contemptui habebatur ancilla pauperum, ſi alteri nupta fuiſſet miniſterio ſuo cedens, quod coniux nequiuiſſet amplius implere, etſi non omnes viduas quas reijcit Paulus, à miniſterio reijciat, ſed ab Eccleſiæ alimonia, & profeſſione viduarum? Et qualis, quæſo, eſt verborum conſequentia; Poſtquàm Chriſti iugum abiecerunt, volunt nubere; cùm nubere, Chriſti iugo non repugnet? Nunquid eſt recta verborum conſequentia, poſtquam quis à fide defecerat, facit, vel facere vult quod ſibi licet? hoc eſt, poſtquam puella ſcortata fuit vſque adeò, vt pagana fiat, vel hæretica? quod eſt dicere. Tunc demùm vult rectè agere? Ita hic, quæ nubere volunt, damnationem habent, quòd à Chriſti fide deceſſerint? Quid ſanctis, & honeſtis nuptijs cum condemnatione? Quid illi cum nubendi voluntate, quæ in ſcortationibus cum damnatione vixit? Imò laſciua puella qua parte nubit, à damnatione recedit.

Adoleſcentiores quatenus viduas Timotheo velit eſſe deuitandas Apoſtolus.

Sequitur in Textu: *Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos.* Adijcit aliud crimen viduarum Apoſtolus, quòd ſcilicet otiantur, & quia diuino timore vacuæ ſunt, orationibus non occupantur, nec domus cura tenentur, quia ſub viri poteſtate non ſunt: & alimoniam ab Eccleſia accipiebant, facientes ſe aniculis pares, quæ laborare non poterant. Diſcunt circuire, id eſt, nõ aſſueſcunt vagari per domos aliorum prætextu officij, & viſitationis, non negotij cauſa, & officij neceſſitate.

Viduæ cur otioſæ circumeant domos, & quomodo.

Plu-

Locrenſibus ac Thurienſibus populis curioſi homines non erãt immunes.

Plutarchus in Opuſculo de aliena perſcrutandi neceſſitate refert, Locrenſes peregrè reuerſum, ſi rogaſſet, Nunquid noui? mulcta affeciſſe: Thurienſes in Comœdijs ciuem taxari vetaſſe, præterquam curioſum: Xenocratem negare quicquam referre pedes, an oculos inferas in alienas ædes. Ad hunc locum Apoſtoli alludere videtur Tertullianus libro primo, in fine dicens: *Loquaces, otioſa, vinoſa, curioſa, contubernales, vel maximè propoſitò viduitatis officiunt: per loquacitatem irrepunt verba pudoris inimica: per otium ſecuritatem inducunt: per vinulentiam quiduis mali inſinuant: per curioſitatis æmulationem libidines conuehunt. Nulla huiuſmodi fœminarum de bono viuiuratus loqui nouit. Deus enim illis (vt ait Apoſtolus) venter eſt ita & quæ ventri propinqua.* Hæc Tertullianus doctè, & acutè.

Tertul. par 2 longius à pri. Adoleſcẽtiores viduas egregiè notat Tertull.

Philip. 3.

Et ex hoc Pauli verbo, Diſcunt circuire domos, patet, viduas concluſas monaſterio non fuiſſe. Pulchrè autem OEcumenius inſcripſit: *Mens nobis à Creatore ad operandum fabricata eſt. Vbi ergo bonum opus ei non ſubminiſtrauerimus, ipſa aſſumit opera abſurda.* Sic ille.

Mens noſtra teſte OEcumenio, quando operetur abſurda.
Oecum. cat. 3.
Viduæ quomodo verboſæ, & curioſæ.

Addit: *Sed & verboſa,* id eſt, nugaces, garrulæ, deferentes ſecreta, & familiarum quas adibant arcana, paſſim effutientes. Erant & curioſæ, inquirentes ea, quæ ad ſe non pertinebant, aliena negotia ſciendi cupidæ, nec ſecretorum tenaces: quia vt idem Apoſtolus declarat, loquentes quæ non oportet. Nuptiarum enim ſunt proximæ, vt ait Ambroſius, multorum ſecretorum participes, adulatrices, ſeruorum querulæ, arrident ad impudica, & loquuntur ad gratiam nonnunquam, vt & maritos captent. Otium eſt mater curioſitatis, curioſitas garrulitatis. *Percunctatorem fugito,* (vt quidam Ethnicus dixit) *nam garrulus idem eſt.*

B. Ambroſ.
Adoleſcentularum alia quædam vitia viduarũ.
Horat. ep. 18. ad Lollium: Si bene, &c. à med.

Ad decimam dubitationem circa id: *Volo iuniores nubere.* Volo, inquit, quia ipſe voluit. Sed dubium eſt, an præcipiat. Certè nihilominus, imò ne prohibet quidem, ſed tantùm oſtendit non eſſe idoneas, quæ in ſublimi illo cœlibatus ſtatu proficiant.

Sol. X. quæſt. Quomodo accipiẽdum illud: Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familias eſſe.

Iam enim quædam conuerſæ ſunt retrò poſt Satanam. Prohibet igitur huiuſmodi à profeſſione, ac deterret, non quòd adoleſcentulas viduas eſſe nolit; ſed quia adulteras eſſe vetat, loquentes quæ non oportet, nolens illas diabolo occaſionem dare.

Epheſ. 4.

Hieronymus ad Gerũtiam ita interpretatur: Propter has, quæ fornicatæ ſunt in iniuriã viri ſui Chriſti (hoc enim καταστρηνιάσωσιν Græcus ſermo ſignificat) vult Apoſtolus alterum matrimonium, præferens digamiam fornicationi, ſecundùm indulgentiam dumtaxat, nõ ſecundùm imperiũ. Simulq; ſingula teſtimonij verba tractanda ſunt. *Volo,* inquit, *adoleſcẽtulas nubere.* Cur quæſo? quia nolo adoleſcentulas fornicari. Procreare filios: quàm ob cauſam? Ne metu partus, ex adulterio filios necare cogantur. Matres familias eſſe. Quare obſecro? Quia multò tolerabilius eſt, digamam eſſe, quàm ſcortum, & ſecũdum habere virum, quàm plures adulteros: in altero enim miſeriarum cõſolatio, in altero pœna peccati eſt. Sequitur: *Nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia:* in quo breui, accinctoque præcepto multa ſimul monita continentur. Ne propoſitum viduæ acquiſitior cultus infamet. Ne oculorum nutibus, & hilaritate vultus, iuuenum poſt ſe greges trahat. Ne aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & conueniat ei verſiculus ille vulgatus:

Hieronym⁹ de hoc loco quid ſenſerit.
Hier ep. 11. ad Ageruchiũ ſub init. to. 1. in princ.

1. Cor. 7.

Idẽ explicat illud quod ſequitur Nullã occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia.

Riſit, & argutis quiddam promiſit ocellis.

Ouid. lib 3. Amor el. 2. in fi

Atque vt omnes nubendi cauſas breui ſermone concluderet; cur hoc præcepiſſet, oſtendit, dicens: Iam enim quædam abierunt retro poſt Satanam. Ideò ergo ſecunda, & ſi neceſſe eſt, tertia incontinentibus aperit matrimonia, vt à Satana abſtrahat; vt magis mulierem qualicunque viro iunctam faciat eſſe, quàm diabolo. Sed ad Corint. tale quid loquitur: *Dico autem innuptis, & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint vt ego. Si autem non ſe continent, nubãt: melius enim eſt nubere, quam vri.* Cur Apoſtole? Statim intulit: Quia peius eſt vri. Alioquin abſolutum bonum eſt, & ſine comparatione proris, eſſe quod Apoſtolus eſt, id eſt, ſolum, nõ ligatum; nec ſeruum, ſed liberum, cogitantem ea, quæ Dei ſunt, non ea quæ vxoris. Et protinus in conſequentibus: *Mulier,* inquit, *alligata eſt viro, quando vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, libera eſt: cui vult, nubat, tantùm in Domino: beatior autem erit, ſi ſic permanſerit, ſecundum conſilium meum. Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeam:* & in hoc idẽ ſenſus eſt, quia idẽ Spiritus: diuerſæ epiſtolæ, ſed vnus autor epiſtolarum. Viuente viro, mulier alligata eſt, & mortuo ſoluta. Ergo matrimonium vinculum eſt, & viduitas ſolutio. Vxor alligata eſt viro, & vir vxori alligatus eſt, in tantum, vt ſui corporis non habeant poteſtatem, & alterutrum debitum reddant; nec poſſint habere pudicitiæ libertatem, qui ſeruiunt dominatui nuptiarum. Quodq; addidit, *Tantum in Domino,* amputat Ethnicorum cõiugia. De quibus etſi in alio loco dixerat: *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut

Quid item: Iã enim quædam abierũt retro poſt Satanam.
1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Rom. 7.

Id præterea: Puto autem, quod & ego Spiritũ um Dei habeã, quid ſit.

1. Cor. 7.

Quorſum illum etiã: Nolite iugũ ducere enim infidelibus.
2. Cor. 6.

quæ conuentio Chriſti cum Belial? an quæ pars fideli cum infideli? qui conſenſus templo Dei cum idolis?

Deut. 22.
Leuit. 19.

Ne ſcilicet aremus in boue, & aſino: ne tunica nuptialis vario ſit texta ſubtegmine. Extemploque tollit, quod conceſſerat; & quaſi pœniteat eum ſententiæ ſuæ, retrahit: Beatior erit, ſi ſic permãſerit: ſuique hoc magis dicit eſſe conſilij: quod ne contemnatur vt hominis, Spiritus ſancti autoritate confirmat; vt nõ indulgens homo fragilitati carnis humanæ, ſed in Apoſtolo Spiritus ſanctus pręcipiens audiatur.

1. Cor. 7.

Paulus quas tantùm velit iuniores nubere, &c. teſte Hieron.
1. Cor. 7.

Nec ſibi in eo annorum puellarium debet vidua blandiri, quòd non minùs ſexagenariam eligi præcipit: neque enim innuptas, vel iuuenculas cogit, vt nubat, qui de nuptis quoque loquitur: *Tempus breue eſt*: ſuper eſt vt & qùi habent vxores, ſic ſint, quaſi non habeant: ſed de his viduis diſputat, quæ ſuorum nutriuntur alimentis, quæ filiorum, & nepotum ceruicibus imponuntur. Quibus imperat, vt diſcant domum ſuam colere, & remunerare parentes; & ſufficienter eis tribuere; vt non grauetur Eccleſia, & poſſit certis viduis miniſtrare.

Quæ item verè viduæ Hieron.

De quibus ſcriptum eſt: *Honora viduas, quæ vera viduæ ſunt*, hoc eſt, quæ omni ſuorum auxilio deſtitutæ ſunt, quæ manibus ſuis laborare non poſſunt; quas paupertas debilitat, ætaſque conficit; quibus Deus ſpes eſt, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adoleſcentulas viduas, exceptis his, quas excuſat infirmitas, vel ſuo labori, vel liberorum, ac propinquorum miniſterio delegerari.

Illarum honor qualis.

Honor autem impræſentiarum, vel pro eleemoſyna, vel pro munere accipitur, vt eſt illud: *Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina.*

Matth. 15.

Et in Euangelio Dominus diſſerit, mandatum legis, in quo dicitur, *Honora patrem tuam, & matrem tuam*: non in verborum ſono, qui inopia parentum caſſa poteſt adulatione fruſtrari, ſed in victus neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi.

Exod. 20.

Iubente enim Domino, vt filij alerent parentes pauperes, & redderent beneficia ſenibus, quę paruuli acceperant, Scribæ, & Phariſæi è contrario docebant filios vt parentibus reſponderent: Corban, hoc eſt, donum, quod altari pollicitus ſum, & in templi dona promiſi, ſi tu à me acceperis cibos, vertetur in tuum refrigerium.

Scribarum, & Phariſæorum impietas in parentes.
Marc. 7.

Atque ita fiebat, vt egẽtibus patre, & matre, ſacrificium offerrent filij, quod Sacerdotes, Scribæque conſumerent. Si ergo Apoſtolus pauperes, eas temen quæ adoleſcentulæ ſunt, & nulla debilitate franguntur, cogit ſuis manibus laborare; ne grauetur Eccleſia, & poſſit anus viduas ſuſtentare: qua excuſatione vtetur, quæ opibus mundi affluit, quæ poteſt etiam alijs miniſtrare, & de iniquo mammona ſibi facere amicos, qui poſſint ea in æterna tabernacula recipere.

Inexcuſabilis quæ viduæ.
Luc. 16.

Simulque conſidera, quòd vidua non eligatur, niſi vnius viri vxor: & nos putabamus Sacerdotum hoc tantùm eſſe priuilegium, vt non admittatur ad altare, niſi qui vnam habuerit vxorem. Non ſolùm enim ab officio Sacerdotij digamus excluditur, ſed & ab eleemoſyna Eccleſiæ, dum indigna putatur ſtipe, quæ ad ſecunda coniugia deuoluta eſt.

Sacerdotali lege qui teneatur laicus.

Quanquam lege Sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere ſe debet, vt poſſit eligi in Sacerdotium: non autem eligitur, ſi digamus fuerit: porrò eliguntur ex laicis Sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad Sacerdotium peruenitur. Aliud eſt, quod vult Apoſtolus: aliud, quod cogitur velle. Vt concedat ſecunda matrimonia, meæ eſt incontinentiæ, non illius voluntatis.

1. Cor. 7.

Vult omnes eſſe ſicut ſeipſum, & ea cogitare quæ Dei ſunt, & ſolutos nequaquam vltra alligari: ſed ſi labentes per incontinentiam ad barathrum ſtupri viderit peruenire; digamiæ porrigit manuum.

Amb. libro 1. à libri principio circa fin.

Ambroſius libro de viduis: *Apoſtolus adoleſcentiores viduas deuitandas putat, eo quod non valeant opera implere virtutis. Etenim vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatem, feruiorem calentis inſlammat ætatis.*

Cur vicina lapſibus adoleſcentia, & quomodo inſtituenda.

Bonique Doctoris eſt materiam arcere peccati. Prima enim inſtitutionis eſt diſciplina, culpam auertere: ſecunda, virtutem infundere. Tamen cum ſciuerit Apoſtolus, Annam illam ab adoleſcentia octogenariam viduam Dominicorum operum extitiſſe prænuntiam; non puto, quòd iuniores reuocandas putaut à viduitatis affectu, maximè cum dixerit: Melius eſt nubere, quàm vri.

Luc. 2.

Quare melius nubere, quàm vri.

Nam vtique pro remedio nuptias ſuaſit, vt peritura ſanetur, non pro electione præſcripſit caſta & continens quid ſequatur. Aliud eſt enim ſubuenire labenti, aliud ſuadere virtuti.

Aug. c. 7. paulo poſt med.

Auguſtinus quoque lib. de bono viduitatis: *Qui dixit: Si non ſe continent, nubant; potuit dicere, Si filios non habent, nubant. Sed poſt reſurrectionem, prædicationemq́; Chriſti, quando iam ex omnibus gentibus filiorum ſpiritualiter gignendorum tanta ſuppetit copia, tale officium ceſſet ex carne filios procreare, quale primis temporibus fuit. Et quod alibi dicit, Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe: nuptiarum bonum Apoſtolica ſobrietate & autoritate commendat, non procreandi officium etiam ijs, quæ continentiæ bonum cupiunt, tanquam ad obſequalem legis impoſuit. Denique*

1. Cor. 7.

cur hoc

cur hoc dixerit,pandit,cùm adiungit,& dicit nullam occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim quædam conuerſa ſunt retrò poſt Satanam: vt his verbis eius intelligamus, eas,quas nubere voluit, melius poſſe continere, quam nubere, ſed melius nubere, quàm retrò poſt Satanam ire, id eſt, ab illo excellenti virginalis, vel vidualis caſtitatis propoſito, in poſteriora reſpiciendo,cadere, & interire.

Quidnam viduas retrò abijſſe poſt Satanam, Auguſtino.

Ex quibus Patrum ſententijs colligimus, Dei Eccleſiam non peccare in hanc Pauli legem, vt ſtultè putauit Caluinus, dũ ad reformata monaſteria, & caſtitatis votum recipit probatas adoleſcentulas: hæc enim lex ex certa quadã cauſa lata eſt, qua ſublata, nullam vim habet: vt dictum de lege non conſtituendi Epiſcopum neophytum: nam tempore Pauli vt nec ſimul viuebant, ita nec probationis annum agebant,nec magiſtras perpetuò,vt nunc fit in monaſterijs, præſentes habebant. Deus etiam interdum regit Eccleſiã humana prudentia, & conſilio: tantiſper enim ad continẽtiæ votæ iuniores viduæ admiſſæ ſunt, dum experientia magiſtra cognitum eſt, id non ampliùs expedire, ſicut alia multa abolita, vt illud ex multis, *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, &c.* Et quòd viduis per Apoſtolos prouidebatur, non per aliquot certos, & deputatos miniſtros: & quòd Presbyteri vnà cum Epiſcopis Eccleſiam regerent.

Quæ cauſa fuerit, iuniores adoleſcentulas, non ſexagenarias, aut grandæuas in monaſteria recipienda. *1. Tim. 3.*

Eccleſiã quã cõuenit interdũ à Deo prudentia gubernari.

Luc 22. Presbyteri olim cũ Epiſcopis Dei Eccleſiam gubernabant.

Volo ergo iuniores, inquit, viduas nubere, vtique illas, quæ non viuerant, vt ex Concilio IIII. Carthaginenſi, & ex Auguſtino,& Epiphanio recitatum eſt. Abſit ergo, vt Apoſtolus violari votum continentiæ ſuadeat. Quare rectè OEcumenius hoc loco ait: *Bonum quidem fuiſſet,vt quæ ſimul inter viduas electa eſſent, non laſciuè agerent aduerſus Chriſtum, neq; primam fidem reijcerent. Verum quia hoc faciunt, ſeipſas Chriſto non deſpondeant,& ita nubant:hoc enim peccato vacat, illud verò impium eſt,& ſceleſtum.* Et eundem etiam ſenſum tradit Theophylactus: minus etiam malum eſt, poſt votum nubere nõ ſolemne, quàm in fornicatione permanere: & ſi ſolenni voto alligatis ſuaderet nuptias,ſuaderet etiam aduerſario occaſionem dare maledicti.

Viduæ quæ iuniores dũtaxat,nubere permittũtur. *Conc IV Cartha. Can. 104.*

Oecum. ca 9. prope fin.

Theophylact.

Nubere,filios procreare. Id eſt, Non delicijs,& otio vacare,ſed viuere,ſub mariti iugo. Et filiorum procreatio finis eſt, qui intendi debet in nuptijs,vt ſanctę ſint,& ſine peccato. Plato in lib. de legibus, ait, maris autem, & fœminæ legitimam coniunctionem concedi natura, & liberorum cauſa conceſſam,& licitam. Et ſub procreatione intellige rectam filiorum educationem. Quare eleganter Auguſtinus libr. de bono coniugali,cap.3.ſcribit: *Habent etiam* (præter prolis propagationem) *id bonum cõiugia, quòd carnalis, vel iuuenalis incontinẽtia, etiamſi vitioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatẽ, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis. Deinde quia reprimitur, & quodammodo verecundius æſtuat concupiſcentia carnis,quem temperat parentalis affectus: intercedit enim quædam grauitas, feruida voluptatis, cũ in eo ipſo quòd ſibi vir, & mulier adhæreſcunt, pater & mater eſſe meditantur.* Hæc ille egregiè quidem.

Quid viduas nubere,& filios procreare.

Plato lib. 1. & 8. tom. 2.

Duplex bonũ coniugij. *B. Aug. to. 7. prope fin.*

Quod verò hic ait Apoſtolus de iunioribus viduis; idem de maſculis eſt ſentiendum,qui ſe non continent. Vult enim Apoſtolus hos vxores ducere, filios procreare,patres familiàs eſſe: vt rectè docuit Auguſtinus libr. 1. de nupt. & concupiſcentijs cap. 16.

Idem de adoleſcentib⁹ eſſe maſculis intelligendũ. *1. Cor. 7.*

Idem tom. 7. circa med.

Quod ait: *Matres familias eſſe:* Græcè vno verbo dicitur οἰκοδεσποτεῖν, hoc eſt, domũ gubernare: nã vxores maritis ſuis obediẽtes, occupatæ eſſe debent in curãda domo, ac re familiari. Plutarchus in apophtegmatis Laconicis refert, quod cum diſtraheretur captiua, & rogaretur quid ſciret? reſpõdit, domui rectè præeſſe.

Quid item Matres familias eſſe.

Nullam occaſionem aduerſario dare maledicti gratia. Diabolo ſcilicet, ſiue Gentili, vel Iudæo, vel hæretico; nam hi omnes ſunt aduerſarij, vnde accipiant maledicendi anſam. Et hæc occaſio ſita eſt in violatione caſtitatis. Datur etiam occaſio, quando viduæ exquiſitior eſt cultus, quando oculorum nutibus, & hilaritate vultus iuuenum poſt ſe greges trahat, nec aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & conueniat ei verſiculus ille:

Iuniores viduæ quæ nullam dare occaſionem ad uerſario maledicti gratia

Riſit,& argutis quiddam promiſit ocellis.

Ouid li. 3 Amor. el. 2. in fi.

Iactabant etiam Gentiles, ficta,& ſimulata eſſe omnia apud Chriſtianos: & cùm viderent eas, quæ caſtitatem vouerant, iterũ nubere, aiebant, eas quæ non nubebant, cum Sacerdotibus habere conſuetudinem. Incontinentes enim omnes ex ſeipſis eximabant, & impuriſſimus Nero Imperator neminẽ putabat poſſe caſtè viuere. Victor li. 2. de Wandalica perſecutione aſſerit, Eccleſiam per ſtupra ſacrarum virginum cõmaculari. Et Auguſt. epiſt. ad Clerum Hipponenſ. *Ad quid ſedent iſti, & quid aliud captant, niſi vt quiſq; Epiſcopus, vel clericus, vel monachus, vel ſanctimonialis ceciderit, omnes tales eſſe credant, iactent, contendant, ſed non omnes poſſe manifeſtari?*

Adoleſcẽtiores viduæ nõ nubentes, cui paterent infidelium maledicto.

Suet. in vita Neronis, c. 29. Victor hiſtor. Aug ep. 137. à med. tom 2

Sequitur: *Iam enim quædam conuerſæ ſunt retrò poſt Satanam.* Ratio eſt, cur iuuenculas viduas velit nubere: non ſunt nunc Chriſti negli-

Iuniores nubere, filios procreare. Apoſtolica permittendi cauſa.

negligenda conſilia, etiamſi pauci illa non ſeruent, & quantum in ſe eſt, ea maculent: at rudi adhuc Eccleſiæ ſtatu, & vita continentium, nondum ita, vt iam ſit per arctiorem cancellorum cuſtodiam, id eſt, per annum probationis, & gubernatricũ prudentiam probè munita, multum afferebat incommodi Eccleſiæ, ſi vel vna tunc retrocederet. Et tamen ipſi etiam (vt verbis Auguſtini vtar) cùm aliqua maritata inuenitur adulterata, nec proijciunt vxores ſuas, nec accuſant matres ſuas. Cùm autem de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit; inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Quare Ambroſius lib. 3. de Virginibus ſapienter admonet: *Aiunt plerique, maturioris ætatis virgines eſſe velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis eſſe cautionis debere, vt non temerè puella veletur. Spectet planè, ſpectet ætatem Sacerdos, ſed fidei, vel pudoris. Spectet & maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis caniciem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos caſtitatis. Tamen deinde ſi matris tuta cuſtodia, comitum ſobria ſedulitas, ſi hæc præſto ſunt, nõ deeſt virgini longæua canicies. Si hæc deſunt, differatur puella moribus, quàm annis. Non ergo ætas reijcitur florentior, ſed animus examinatur. At certè Theclam non ſenecta, ſed virtus probauit.*

Idem ibid.

Virgines quando maturioris ætatis, quando iunioris velandæ, ſecundũ Ambr.

Amb ante di mid. tom. 1. circa med.

Theclam nõ ſenecta (ait Ambroſius) ſed virtus probauit.

Quare conuincitur Caluinus, qui putat validum Paulo argumentum fuiſſe defectionem quorundam, vt remedium vniuerſale quæreret. *Quam multa*, inquit hic impurus nebulo, *hodie Papiſtis argumenta eſſent abſoluenda impuri cœlibatus, ſi quem ædificationis haberent reſpectum? Sed crudelibus impij, & diabolici decreti laqueis malunt ſtrangulari animarum myriadas, quam nodum vnũ relaxari.*

Caluini Epicurei ſuis, in hũc Apoſtoli locum impuriſſimus grunnitus.

Sed certè conſtat ex his verbis, Caluinũ nullum habere reſpectum illius Apoſtolici dicti: *Melior erit vidua, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium*; &, *Qui nubit, benè facit: & qui non nubit, melius facit*: & illius etiam dicti: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro.* Et hunc locum intelligit, quaſi præcipiat Apoſtolus, iuniores nubere; cùm id tantùm fieri velit, cùm eſt periculum ſtupri, & ſcandali. Si autem propter ſcandala legis eſſent abſoluendæ, nullam iam poſitiuam legem haberemus.

1. Cor. 7.

Pſal. 75.

Conuerſę retrò poſt Satanam porrò dicuntur: quia deflexerunt, & defecerunt à Chriſto ſequentes Satanam, non ſolùm quia omnis qui facit peccatum, ex diabolo eſt, ſed quia etiam diabolus eſt pater mendacij. Vnde & Ananiæ, & Sapphiræ vouentibus, & non ſoluentibus, dictum fuit: *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto?* Et qui apoſtatat à Chriſto, neceſſario ſequitur Apoſtatarum omnium principem Satanam.

Adoleſcẽtiores viduę deliciosę quomodo retrò poſt Satanã conuerſæ.

Ioan. 8.

Act. 5.

Subdit Apoſtolus: *Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, vt non grauetur Eccleſia; vt ijs quæ verè ſunt viduæ, ſufficiat*, Si quis fidelis, inquit, adde etiam, quæ fidelis, & ſic legunt Chryſoſtomus, & Theophylactus, & Oecumenius: & ſenſus eſt idem, quia genus maſculinum concipit in ſe fęminum. Hieronymus ad Geruntiam intelligit de filijs, & nepotibus. Et redditur ratio pręcepti ſupra poſita. *Habet*, inquit, *viduas*, id eſt, poſſidet viduas tanquam famulas, & ancillas ad labores ſubeundos inutiles. Nam antè pręſcripſerat filijs & nepotibus, vt alerent viduas parentes.

Fideles, tam viri, quã fœminę ſubminiſtrare viduis pauperibus debent.

Chryſ. hom. 15
Theophylact.
Oecum. c. 11. in princ.
Hier. epiſt 11. to. 1. in princ.

Subminiſtret illis, ſuppeditando neceſſaria ad vitam. ¶ Et rectè ait, fidelis: quia Apoſtolus infidelibus leges non ferebat; nec decens erat, vt fideles paupérculæ ab infidelibus alerentur, ne eorum ſubſidio indigere viderentur, vt ait Chryſoſtomus. Porrò Gentiles ſenes abijcere ſolebant, quos tamen Chriſtiani colligebant, etiamſi nondum eſſent fideles. Lege Euſebium lib. 11. Eccl. Hiſt. c. 8. & lib. 7. ca. 20.

Cur fideles non infideles, iubentur viduas alere, & ſuſtentare.

Chryſoſt. loco prædicto.

Chriſtianorum charitas in ſenes.

Et nõ grauetur Eccleſia; vt ijs, quæ verè viduæ ſunt ſufficiat. Qui igitur pauperibus ſuis vnde viuant, ſuppeditat neceſſaria; etiam pauperibus Eccleſiæ prodeſt, cùm non eis adimit, quæ iſti erant habituri. Quòd ſi peccant, qui ſuos, quos alioqui ſuſtentare poſſent, Eccleſiaſticis eleemoſynis ali patiuntur: quid de ijs ſentiendum, qui ſpoliata Eccleſia, & ſibi vendicant, & luxu perdunt? Et caueant venatores Eccleſiaſticorum beneficiorum, qui vndique accumulant, vt veris miniſtris nihil ſuperſit.

Pauperibus ſuis ſubminiſtrantes, quibus etiã ſubminiſtreat ſimul.

Porrò mos iſte alendi viduas, etiam in Veteri Teſtamento fuiſſe videtur, ſicut lib. 2. Machab. ca. 3. legimus in Ærario Ieroſolymitano depoſitam fuiſſe pecuniam ad victualia viduarum, & pupillorum, non ſine miraculo ab impio Heliodoro Regis Antiochi miniſtro ſeruatam.

Iudæi etiam ante Chriſtũ viduas egentes alebant de more.

Aduerte igitur, in omni ſtatu accedere corruptionem: perfidi milites à ſuo duce, & imperatore ad hoſtes deficiũt, & in Collegio Apoſtolico prędicator à Chriſto defecit ad Iudæos. Propterea pulcherrima ſunt verba Auguſtini in Pſalmum 49. ſub finem: *Nemo vos fallat, fratres, ſcitote omnem profeſſionem in Eccleſia habere fictos. Non dixi omnem hominem eſſe fictum, ſed omnem profeſſionem habere fictas perſonas: ſunt Chriſtiani mali, ſed ſunt & boni. Quaſi plures malos vides, qui palea ſunt, & te ad grana peruenire non permittunt. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, ad-*

Non eſſe vidualem ſtatũ ex quorundã ſolutione violata damnandum.

Matth. 26.
B Aug. to. 8.

Matth. 3.

oris

oris indiciū. Inuenis ſanctimoniales indiſciplinatas. Nunquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt? Multæ non ſtant in domibus ſuis, circumeunt domos alienas curioſè agentes, loquentes quæ non oportet, ſuperbæ, linguatæ, ebrioſæ. Et ſi virgines ſunt, quid prodeſt integra caro mente corrupta? Melius eſt humile coniugium, quàm ſuperba virginitas. Si enim nuberet, non haberet nomen vnde extolleretur, & haberet frænum, quo regeretur. Sed nunquid propter virgines malas damnaturi ſumus & ſanctas & corpore, & ſpiritu? Aut propter iſtas laudabiles, etiam illas improbandas laudare cogemur? Hæc magnus Auguſtinus.

1.Tim. 5.

Coniugium vt ſentit Auguſtinus, quam in virginitate melius, ac præſtantius.

1.Cor. 7.

DISPVTATIO XV.

In illa verba cap. 5. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui triturāti: &, Dignus eſt operarius mercede ſua*, & cætera vſque in finem.

PRIMO loco declarandum eſt, quomodo hæc cum ſuperioribus conſonent. Deinde qui ſint iſti Presbyteri, & quis duplex honor, quo digni ſunt, qui benè præſunt. Tertiò, locus ille: Non alligabis os boui trituranti, & alter, Dignus eſt operarius mercede ſua, dubitatur, an ad literā producti ſunt ab Apoſtolo, an in myſtico ſenſu. Quartò, an ſint redditus Eccleſiaſtici auferendi per cōtrarium ſenſum ab his, qui malè præſunt, nec laborant in verbo, vel doctrina, ſed tantùm otiantur, & rapiunt. Quintò ambigitur de accuſatiōe preſbyteri non ſuſcipienda, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus; & cur hoc hodie non obſeruetur; quomodo etiam peccantes arguendi, cùm Dominus dixerit: *Corripe eum inter te, & ipſum ſolùm*. Et quare hoc teſtatur per Deum, & Chriſtū, & Angelos electos, vt illa ſeruet. Sextò quæritur circa illud: *Manus citò nemini impoſueris*, de qua videlicet impoſitione manuum ſit ſermo hoc loco. Septimò dubium eſt, quomodo communicatur peccatis alienis. Octauò circa illud: *Noli adhuc aquam bibere*, ambigitur, an vini vſus ſit prohibitus Sacerdoti: quia modicum tantum concedit Timotheo: & hoc tùm ob cauſam infirmitatis, deinde ob ſtomachi debilitatem. Nonò quæritur, quæ ſint illa peccata, quæ præcedunt, quæ item quæ conſequuntur iudicium. Hæ ſunt difficultates minimè cōtemnendæ, & quoad eius fieri poſſit, à nobis explicandæ.

I. Dubium.
Secundum.
Tertium.
Deut. 25.
1.Cor 9.
Luc. 10.
Matth 10.
Quartum.
Quintum.
Matth 18.
Sextum.
Septimum.
Octauum.
Nonum.

Ad primum igitur reſpondebimus, quòd cùm de honore viduarum ſit locutus Apoſtolus quæ pro Eccleſia precabantur aſſiduè Dominum, ita & nunc loquitur de Presbyteris, qui non tantum precibus, ſed & verbo, & doctrina erudiebant populum.

Sol. I. quæſt. De doctrinæ huius eum ſuperiori conſonantia.

Ad ſecundum dicimus, apertè eſſe ſermonem de Presbyteris, & Epiſcopis, quos præeſſe ponit Apoſtolus, & miniſtrare Sacramenta, & ſpiritualia, & quibus alimenta ex publico concedi debebant. Hinc Ambroſius in illud: *Seniorem ne increpaueris: Apud omnes*, inquit, *vtique gentes honorabilis eſt ſenectus. Vnde & Synagoga, & poſtea Eccleſia ſeniores habuit, quorum ſine conſilio nihil agebatur in Eccleſia. Quod qua negligentia obſoluerit, neſcio, niſi forte Doctorum deſidia, aut magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri.* Hæc Ambroſius de paſtoribus, qui paſtores non erant, non autem de plebeijs, & laicis, vt vult Caluinus: & Chryſoſtomus apertè hoc dictum refert ad Præſules, & Epiſcopos.

II. quæſt. ſol. Qui ſint Preſbyteri digni duplici honore.

Ambr in c. 5. prioris ad Timot. sub 10. s.

Senectus quā olim venerabilis exiſtit

B. Chry. ho. 15

Porrò per duplicem honorem quidam intelligunt duplicem ad illum viduarum, quaſi duplex & maior ſit; alij, vt Ambroſius, referunt ad honorem reuerentiæ, & ſubſidij, quoniam mente, & corpore laborant. Vt ſapiens enim dignus eſt honore; vt verò docens, & adferens vtilitatem, meretur vt non militet ſuis ſtipendijs.

Quis ille duplex honor Presbyteris habendus, variæ ſententiæ.

1. Cor 9.

Chryſoſtomus autem videtur optimè interpretari, id eſt, de multo, & abundanti ſubſidio: ſicut dicitur requieuiſſe duplex Heliæ ſpiritus in Heliſæo, id eſt, copioſus, & abundans: tale eſt illud; Duplici contritione contere eos, id eſt, magna; & id Salomonis, *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Oportet, inquit Chryſoſtomus, Doctoribus neceſſarium victum affatim miniſtrari, ne deficiant, neque ſoluantur, neque minimis occupati, magnis ſeipſos, atque alios priuent, vt ſpiritualia operentur, nullam ſecularium habentes rationem. Ita communiter Epiſcopatus omnes, & Canonici Eccleſiarū amplos, & pingues redditus habent, quò poſſint ipſi indigentibus diſpenſare.

Qualis hæc Apoſtolicis de duplici honore.

4. Reg. 2.

Ierem. 17.
Prouer. vlt.
Chryſ ho. 15.

Per duplicem etiam honorem poſſumus intelligere alterum, qui eſt ab hominibus, alterum qui eſt à Deo, qui dicet, *Euge ſerue bone, & fidelis, &c. intra in gaudium Domini tui.*

Duplici etiā ſecundum alios honore quo digni Presbyteri habeantur.

Matth 25.

Maximè, inquit, *qui laborant in verbo, & doctrina.* Ex qua ſententia colligimus, non omnes bonos Epiſcopos in verbo laborare potuiſſe. Exemplum ſit in Alypio, &

Laborare in verbo, & doctrina eſſe munera diſtincta.

Auguſtino: hic enim laborabat in verbo, Alypius aliter: ſicut & Valerius gratiã verbi non ita habebat. Etſi poſſent veritatẽ ſimpliciter proponere; ſed eximia gratia proponendi, & defendendi deſtituti erant. Requiritur quidem in Epiſcopo, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere: ſed omnes virtutes eminenter rarò inueniuntur in vno.

Tit. 1.

Laborare nõ tãtum in verbo ſed etiam in doctrina, cur iubeat Apoſtolus. Chryſ. ibid.

Et ne Rhetorem clamoſum putares tantùm hic laudari, adiecit, vt ait Chryſoſtomus: *Et doctrina.* Eſt enim neceſſarium in Eccleſia verborum quoque magiſterium. Cùm enim de dogmatibus diſſeritur, quẽ hic locum vitæ ſanctitas habet? quid habet virium? Neque verò cùm ſermonem laudauerim, qui faſtu tumidus, externæ peritię iactantiam ſequitur, qui virtutis, ac ſucci habeat plurimum, qui ſenſibus grauis ſit, & ſapientia plenus. Ideò ait, Qui laborant. Doctor enim magnum ſuſtinet laborem. Cùm enim alius (qui ſcilicet non præſidet) non vigilet, neque curis maceretur, ſed paſſim ſecurus, & quietus in quotidianis fabulis, & conceſſibus ſit; hic autem cõcidatur ſolicitudine, & meditationi perpetuo inſiſtat: idque maximè, ſi exterioris diſciplinæ ſit rudis: quis non videat, quãtum ſit cæteris in honore præferendus? Hos ſanè labores, & moleſtias nemo nouit, niſi qui experitur. Vnde comparat B. Paulus bonum Prælatum, ac decentem, boui triturãti fructus, & operario.

Doctori Euangelico, vt dixit Paulus, quare laborandum.

Hęc de boue triturante, & de operario digno mercede ſua, vnde ſumpſerit Apoſtolus. Deut 25. Luc. 10.

Dicit enim Scriptura, Non alligabis os boui trituranti, &, Dignus eſt operarius mercede ſua. Græci putant, Apoſtolum allegare Chriſti verba, cùm potiùs locum Scripturæ Veteris producat, quandoquidem tunc noua nondum edita erat: vt illud, *Dignus eſt operarius mercede ſua*, proferat ex communi hominum ſententia. Sed certius eſt dicere, quòd ex vtraque Scriptura producat Apoſtolus, quia tempore quo Paulus ſcribebat, fortaſſis edita erant tria Euangelia, in quibus hæc ſententia habetur; & Apoſtoli eius erant memores, quia cùm mitteret eos ad prædicandum, à Chriſto prolata fuerat.

Altera opinio probabilior.

Myſticè, an ad literam illa Paulus produxerit teſtimonia Scripturarum.

Ad tertium, an ad literam, an verò in myſtico ſenſu ſit accipiẽdus hic locus, dubium fuit. Cùm enim mos eſſet in Palæſtina, vt etiam in Italia, Gallia, & Hiſpania, excutere triticum per boues pedibus triturantes, & circumactos; at auari agricolæ bobus triturantibus ora infrænabant, ne triticum inter laborandum aſſumerent. Quod Deus Iudæis prohibuit tanquam pueris, regere, & alere iumenta neſcientibus.

Mũda quid, & immunda legis animantia deſignarent. Leuit. 11. Deut. 14. Actor. 10.

Myſticè verò, vt ſentit Chryſoſtomus, prædicatoribus magno labore parantibus panem ſpiritualis doctrinæ, non modo non ſubducenda, ſed largiter præbenda eſſe vitæ ſubſidia. Vt enim lex per pecora munda, & immunda myſticè ſignificabat homines, vt patet Act. 10. Ita & per bouem triturantem, prædicatorem. Hæc eſt ſententia Chryſoſtimi capit. 11. prioris ad Corinthios.

Chryſo ho 11. ante med. t. 4

Alter ſenſus. Aug. tom. 8.

At Auguſtinus in pſalmum 145. & alibi putat in Deuteronomij capit. 25. de prædicatore, & de non boue ad literam eſſe ſermonem: quia Deus indidit ſcientiam, qua vtiliter ſua pecora regant, nec ad id opus fuiſſet præcepto, & quia Paulus 1. Cor. 9. dixit: *Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt, &c.* Vbi videtur excludere ſenſum de bobus. Et ita nomen bouis metaphoricè pro prædicatore poſuit: & in idem res recidit, ſiue myſticè, ſiue ad literam intelligas.

1. Cor. 9.

Vbi ſcripturarum veterũ prædicatores boues nominentur.

Et certè ſecunda ſententia Chriſti, facilè priorem explicat ad literam eſſe de prædicatore accipiendam. Nec primus Apoſtolus fuit, qui vocem bouis pro prædicatore vſurpauit: nam Salomon: *Vbi non ſunt*, inquit, *boues, præſepè vacuum eſt: vbi autem apparent plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis*; Et Eſaias: *Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.* Eſt & prouerbium illud à Hieronymo vſurpatũ: *Bos laſſus fortius figit pedem.* Bos ergo triturans in area fruges, doctor eſt ſcripturas terens, & diſcutiẽs in Eccleſia: nam frumentum Scripturæ continent ſub rudibus verbis, quaſi ſub ſpicis, & paleis cõtectum, vt nudum granum prodeat. Terit autem bos pedibus fortiter: quoniam conatus affectuſq; laborioſi, quibus inſudant in Scripturis Doctores, quaſi de ſpicis veros ſenſus, & vtiles producunt, quibus alant Eccleſiam. Et ad hunc laborem hortatus eſt Paulus Timotheum, cùm dixit ſuperiùs: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*; & rurſus: *Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis*; id eſt, Intende omnes neruos, & fige pedes tuos, vt bos triturans.

Prouer. 14.

Eſai 32.

Hier. ep. 91 à medio tom. 2. circa fin.

Cur ſic appellentur.

1. Tim 4.

Illud: Dignus eſt operarius mercede ſua, vnde ſumptũ eſt. Operarius quis ille. B. Tho. lect 3. Leuit 19.

Altera ſententia Chriſti eſt: *Dignus eſt operarius mercede ſua*: quam Thomas putat ex Capite 19. Leuit. ſumptam eſſe vbi habetur: *Non morabitur opus mercenarij tui vſque mane.* Vocat autem operarium: in agro domini laborantem, cui duplex honor debetur pro mercede. Neque denotat Apoſtolus, prædicatorem ſuum laborem impendere pro temporalibus tãquam pro mercede: gratis enim docet, & annunciat Euangelium,

Si dignus eſt operarius E.

Euangelicus mercede ſua: quomodo quod gratis accepit, gratis dabit. Matth. 10. Aug. tom. 9.

gelium, & mercedem æternam à Deo expectat, Sed ſenſus eſt, quod vt operarius viuit ex mercede ſibi debita, ita prædicator dignus eſt vt ſuſtentetur. Ideò Lucas ca. 10. habet: *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Hinc Auguſtinus lib. de Paſtoribus, cap. 2. in fine: *Accipiant*, inquit, *paſtores ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis Domino. Nõ enim eſt idoneus populus reddere mercedem illis, qui ſibi in charitate Euangelij ſeruiunt: non expectẽt illi mercedem, niſi vnde & iſti ſalutem.* Sic ille. Nota ergo, quòd Apoſtolus nullam legem produxit, ſed ius naturale, ac Diuinum à Chriſto inculcatum.

Sol. IV. quæſt. An ijs qui nõ laborant in verbo, & doctrina, vlla merces debeatur.

Ad illud verò dubium, an ex hoc Apoſtoli docto, & iure naturæ, ac Diuino paſtoribus mutis, & officij ſui laborem non præſtãtibus, aliquid ſuppeditare teneamur, Dicendum eſt, iure illo, de quo hic tantum eſt ſermo Apoſtolo, nihil ipſis deberi: quia nõ ſunt boues triturantes, aut laborantes verbo, & doctrina, nec operarij digni mercede. Tibi tamen non licet iudicare an benè vel malè præſunt; ac proinde perinde teneris ſoluere decimas, & oblationes, & alios prouentus Eccleſiaſticos, ac ſi ſuum illi munus rectè præſtarent.

Quo iure debeatur.

Præter etiam ius Diuinum, inſpiciendũ eſt & Canonicum, & ius ex legatis, & fundationibus piorum hominum proueniens qui bona ſua reliquerunt Epiſcopis, & alijs miniſtris. Nam quicquid datum eſt aut legatum pauperibus, aut Religioſis, & Sacerdotibus; ſpe quidem orationis, & ſuffragiorum, non autem obligando eos ad orandũ, hoc eorũ eſt, etiamſi non orent, nec ſuffragia præſtent, nec de talibus hic inſtituitur ſermo.

Conci. Conſt. ſeſſ. 8.

Laici etiã non poſſunt iure ſuo indignis decimas Eccleſiaſticas ſubtrahere, quia ipſi iudices eorum non ſunt: ſed vbi hoc legitimo iure conſtaret, non eſſent debitores ſoluendi. Vnde Ioannis Wiclef articulus 18. damnatus Conſtantiæ à Concilio, & à Martino V. erat: *Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & Parrochiani poſſunt propter peccata ſuorum Prælatorum, ad libitum ſuum auferre eas.*

Quid illud: Si te non audierit, dic Eccleſiæ. Matth. 18. Qua in re iuxta Hieronymum, neminem oportet eſſe patientẽ. B. Hier. ep. 61 ad Pammac. in prin. to. 2.

Dices; Quid ergo agẽdum? Regulam Dominus dedit: *Dic*, inquit, *Eccleſiæ*, id eſt, Adi ſuperiorem, cuius eſt in illos animaduertere, & manus lauiſti tuas. Nec oberit ad meritum quorumcunque ſuperiorum improbitas. Secus eſt, ſi hæretica docerent: quo tempore neminem oportet eſſe patiẽtem, vt ait Hieronymus. Et temporalium bonorum diſſipatio, non tanti eſt facienda, vt te propter illa ab vnitate ſepares Eccleſiæ. ¶ Nihilominus tamen, qui beneficia indignis conferunt, & ipſi qui recipiunt, & officium ſuum non præſtant, fructus perceptos iubentur reſtituere, iuxta Cap. Commiſſa, lib. 5. de Elect. & electi poteſtate, & c. Tua nos, de Decimis libr. 3. vbi habetur, Decimas Deo deberi in ſignum vniuerſalis dominij, nec poſſe prætextu nequitiæ Clericorum alteri quàm Clericis cõcedi, quibus Dominus eas dedit. Si ergo in veteri lege omnes decimæ iubentur exhiberi Sacerdotibus, etiam improbis, vt habes Malach. Capite ſecundo, & tertio: ita & nunc iure poſitiuo laici obligantur ad eas pendendas.

Eccleſiaſtica reſtituere beneficia qui debeant. Decimæ cur Deo offerantur.

Malach. 2. & infra 3.

Quinti dubij ſolutio. De accuſatione aduerſus Presbyterum non recipienda niſi ſub duobus, aut tribus teſtib. Quis Presbyter ille ſit Chryſoſt. Chryſ. ho. 15. Cypr. lib. 3 ad Quir. ca. 67.

Ad quintam dubitationem circa illa verba: *Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere niſi ſub duobus aut tribus teſtibus*, reſpondendum eſt in primis, quod vbi de honorandis Presbyteris egit; nunc iam de ijs quæ iniquè inferuntur calumnijs, tractationem aggreditur. ¶ Deinde perpende, Chryſoſtomum cum ſuis per Presbyterum intelligere ſeniorem ætate, ſiue natu maiorem: & idem facit Cyprianus ad Quirinum Quod mirum eſt; cùm ipſe Timotheus, teſte Chryſoſtomo, Archiepiſcopus fuerit & Textus ipſius conſequentia, præcipuè eorum quæ præcedunt: Qui bene præſunt Presbyteri, &c. docent magis de Epiſcopo intelligenda. ¶ Patres etiam huic ſenſui fauent, vt indicat expoſitio inſcripta Ambroſio. Epiphanius verò in hæreſin Aerij, de ſimplici Sacerdote accipit; & Sixtus Papa II. in epiſtola ſecũda, Capite quarto: *Accuſatio*, inquit, *Epiſcoporum non eſt facilè recipienda, dicente Domino, Non ſuſcipies vocem mendacij. Et Apoſtolus inquit, Aduerſus Epiſcopum inſcriptionem non recipiendam abſque duobus, vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de Presbyteris, vel cæteris fidelibus ſunt præcauenda; quantò magis de Epiſcopis.* Sic ille. Et in tota Aſia ætate illa multi erant ſeniores, etiam Chriſtiani, & laici, ſuper quos Epiſcopi laicam iuriſdictionem non habebant; nec forum Eccleſiæ laicos reſpicit, niſi in fidem, vel præcepta Eccleſiæ peccauerint.

Alter ſenſus Epiphanij.

Sixtus II.

Epiſcopi forenſia interdum exercebant iudicia. Chryſ. ibid. Aug. tom. 4. poſt med. Ambr. tom. 5. ſub fin. Hier. tom. 9. Oecum. c. 12.

Secundò ex hoc loco habes, iuxta Chryſoſtomi ſententiam, cognitionem aliquam cauſarum forenſium fuiſſe apud Epiſcopos, & hanc eorum partem longè eſſe difficillimam. Et Auguſtinus libro De opere Monachorum, Capite vigeſimonono, & Ambroſius cum Hieronymo in Commentariolis, ſiue potius Pelagio, & OEcumenio, hic finiunt Apoſtoli ſententiam, nec adijciunt illud; Niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Vt ſit ſenſus: Non eſſe facilè admittendam accuſationem contra alium, & multò minus contra Presbyterum:

Aduerſus Persbyterum accuſatio quare non ſit recipienda.

Quoniam (ait Ambroſius) huius Ordinis ſublimis honor eſt, huiuſmodi enim vicarij Chriſti. Idcircò non facilè de hac perſona accuſatio debet admitti. Incredibile enim debet videri, iſtum, qui Dei antiſtes eſt criminosè verſatum, ſicut credibile eſt ſcenicum eſſe turpiſſimum.

Quorſdam circa hoc Pauli teſtimonium ſententia minus idonea.

Ambroſius Catharinus quoſdam refert ſentientes, quòd accuſatio non ſit recipienda in Presbyterum, niſi duobus, vel tribus teſtibus ſit ſuffulta: & hoc non ſolùm habere locum in Presbyteris, ſed in omnibus regulariter. Et ideò ait de Preſbyteris prærogatiuam eſſe, vt non accipiatur eorum accuſatio, niſi prius idonei teſtes appareant: ſed nullum habere effectũ, niſi priùs idoneis teſtibus comprobetur.

Hæc lectio: Accuſationẽ &c. ſine illo addito: Niſi ſub duobus aut tribus teſtibus, cur magis Catharino probetur.

¶ Sed hanc interpretationem non approbat, & adiungit lectionem quæ adimit illa verba ab hac ſententia: (*Niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*) ſibi magis probari ad quæſtiones ſubmouendas. Et ſimpliciter prohiberi accuſationem in Presbyterum, vel Epiſcopum, tanquam vnam de grauioribus cauſis: & hoc etiam comprobari ex Capit. Maiores, de Baptiſmo, vbi inter cauſas Sedi Apoſtolicæ reſeruatas, continetur Epiſcopi accuſatio. Quòd ſi hoc non intelligitur de Epiſcopo, ſed de ſimplici Presbytero; adhuc non mirum, ſi Paulus prohibeat hanc cauſam Timotheo propter adoleſcentiam, vt vel ſic ab actu accuſandi deterreat homines, qui in Sacerdotes Dei odium cõcipiunt.

Mirum, & incredibile immento videri Apoſtolum Timotheo vetare accuſationem recipere vel ſimplicis Sacerdotis.

Chryſoſtomus verò, & Theophylactus & Sixtus II. lectionem noſtri interpretis ſequũtur. Hieronymus etiam illam probat in epiſtola ad Marcellam, vbi habet: *Illi* (ſcilicet ſcioli) *aduerſus Presbyterum accuſationem omnino puteut recipiendum: nos legamus; Aduerſus Presbyterum accuſationem ne receperis, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus.* Hæc ille.

Hier. ep. 102 in fi. t. 2. in fi.

Ad accuſationem Presbyteri cur duo, vel tres teſtes à Paulo requirantur.

Duo autem, vel tres teſtes de crimine delato teſtari debent: quia enim multa ex ſuſpicione ſunt, oportet teſtes, qui iuxta veterem legem ipſum arguant, adeſſe, quia recepta accuſatione, adhuc accuſatus habet locum defendendi ſe, & reijciendi teſtes.

De hoc Pauli loco B. Thomas, Caietanuſque quid ſentiant.

B. Tho. lect. 2

Beatus verò Thomas, & Caietanus putãt aliquid peculiare Epiſcopo tribui, quòd non debeat ſcilicet accuſari, niſi priùs conſtet de teſtibus idoneis. Laicus autem, qui tantæ integritatis non præſumitur, accuſari poteſt, & expectare an teſtes deficiant, an non, modo ſint fideles, & honeſtæ conuerſationis: & hoc magis eſt conforme legi, & verbo Chriſti dicentis: *In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum.*

Deut. 19. Matth. 18. Ioan. 8.

Aduerſus Epiſcopũ præcipuè cur Apoſtolus recipi accuſationem nolit, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus.

Ratio verò cur Apoſtolus hoc peculiariter præſcribat de Epiſcopo, eſt: quia ſemper ſubditi iniqui ſunt, & ingrati ſuis paſtoribus; tùm quia maioribus, & ſibi præpoſitis inuidere ſolent; & ſi quid humani accideret in tam arduo officio, vehementer exaggerant: tùm denique quia eorum admonitiones, & correptiones, ſuas putant eſſe iniurias.

An duorum, vel trium teſtiũ teſtimonium ſufficiat.

Porrò numerus teſtium etſi Lege Diuina poſitiua in veteri Teſtamento; & lege poſitiua Eccleſiæ ſit determinatus ad binarium, vel ternarium: is tamen nonniſi regulariter eſt veritatis argumentum. Vnde ius Ciuile interdum plures tribus exigit, vt in Teſtamento condendo; & in purgatione canonica quandoque ſeptem teſtes requiruntur, vt capit. Tam literis, de Teſtibus. Contingit enim interdum, plenum eſſe numerum teſtium, accuſati tamen vitam ita probatam eſſe iudici, vt in veritate, & æſtimatione bonorum virorum adhuc ſuperior ſit; vt habet Caput, In noſtra præſentia, de teſtibus. Vincunt etiam interdum pauciores teſtes aduerſus etiam numeroſiores, ſi ſibi non conſtent. Moyſes ducentis quinquaginta teſtibus, qui erant teſtes Synagogę, atque eius conſiliarij, fuiſſet conuictus falſitatis, ſi eorum ſententia fuiſſet audite. Notum etiam eſt, Damaſum à duobus Diaconis de adulterio fuiſſe accuſatum, qui à quadraginta quatuor Epiſcopis fuit abſolutus. Et Sixtus III. à 56. Epiſcopis fuit purgatus, & Symmachus eiuſdem criminis accuſatus tam indignè, vt cùm accuſatores probare non poſſent, duobus teſtibus vellent per mãcipiorum quæſtiones, & torturas probare: qua de re extat ſexta Synodus Romanus ſub Symmacho, & liber Euodij Diaconi. Ob quas cauſas valdè vigilantes voluerunt eſſe iudices ne facilè admittantur ſubditi contra ſuperiores, aut laici contra Clerũ teſtari ſine exacta teſtium diſcuſſione: quia ex affectu potiùs quam ex recto iudicio accuſant, & teſtãtur ſicut Lex Dei docet: Dijs non detrahes. De quibus habes apud Gratianum 2. q. 4. & 7. & apud Thomam in Secunda ſecundæ, q. 68. art. 1. ad ſecundum.

Num. 16.

De accuſationibus Romanorum Pontificum, Damaſi, Sixti, & Symmachi eorumq; abſolutionibus

Exod. 22. Gratian. B. Tho. to. 11. part. 2.

Quod vero ibi ex Syluestro 2. q. 4. cap. Præſul, 72. requirũtur teſtes, antequam dãnetur Epiſcopus Cardinalis, & 44. ad damnandum Presbyterum Cardinalem & 28. ad damnandum Cardinalem, ſubdiaconus verò & reliqui gradus indigent ſeptem teſtibus, dupliciter ſoluit Gratianus. Primum, hoc eſſe priuilegium ſupremæ Eccleſiæ Romanæ in Epiſcopis, Presbyteris, & Dia-

Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi Cardinales, tum reliqui inferioris Ordinis Cleri quos teſtibus debent conuinci: & cur tot numero teſtes requirãtur, prima

ſolutio Gratiani.
B. Thomas.

Diaconis ſuis,&aliјs miniſtris: quam ſolutionem ſequitur Thomas in Secunda ſecũdæ,quæſt.70.art.2.ad tertium. Et tres idoneas rationes profert huius rei: quia videlicèt in ea tales inſtitui debent, quorum ſanctitati plus credatur, quàm multi teſtibus; & quia,cùm tales Romani habeant de multis iudicare, habent multos aduerſarios, quibus non ſit facilè credendum, & quia ex condemnatione alicuius eius Eccleſiæ, derogaretur multum in opinione hominum dignitati illius Eccleſiæ, & autoritati:quod eſt periculoſius,quam in ea tolerare aliquem peccatorem, niſi valdè publicum.

Secunda ſolutio euſdẽ.

Soluit deinde,eam legem intelligendã, dum teſtes non ſunt idonei,& in aliquibus requiſitis deficiunt: quam ſolutionem ſequitur Panormitanus in cap.Licet vniuerſis.

Tertia aliorũ ſolutio.

Poſſumus &tertiò reſpõdere,quod Præſul tantæ æſtimetur autoritatis & integritatis, vt 72.quæri debeant,qui dicta duorum vel trium teſtium hactenus firmẽt, vt perhibeãt teſtimonium ſe credere, eos, eſſe fide dignos: ſicut cùm quis ſeptem, vel tribus purgare ſe vellet,qui teſtentur, cum eſſe fide dignum. Sicut etiam in Marcellini hiſtoria, & actis habetur: quod ſicut in 12. vncijs libra cenſus probatur,ita & in 72.teſtimonijs comparatur damnabitur præſul, hoc eſt, autoritas eius comparabitur 72. teſtibus teſtantibus fide dignos eſſe, qui contrarium dicunt teſtimonium. Et hic videtur olim fuiſſe modus approbandi teſtes,quando nullum ab eis exigebatur iuſiurandum:vt patet ex iudicio Naboth,Suſannæ, Chriſti,& Stephani. Sic etiam contrà in cauſa Suſanna adfuere omnes parentes, cognati, & filij ad oſtendendam quodãmodo eius innocentiam.Nunc aliæ ſunt rationes,quibus teſtes approbentur. Vnde ſunt in geſtis Marcellini Papæ 85.teſtes: ſed primi 13. teſtantur ſe vidiſſe Marcellinum thurificaſſe (decimusquartus enim vt adulter reijcitur.) Deinde veniunt alij 14. & confirmant prorum teſtimonium, etſi videantur aſſerere ſe etiam vidiſſe:niſi velimus potiùs doctos priores 14.ab alijs 14.fide dignis iudicatos. Deinde ingrediuntur 44.teſtes, non tamen dicentes ſe quicquam vidiſſe: & cùm ſint 85.teſtes, tamen dicunt patres in 72. teſtibus præſidem damnari, quia videlicet tredecim ſe vidiſſe, & alij eos fide dignos teſtabantur. ¶ Placuit autem numerus 72. teſtium,quoniam (vt habent eadem geſta) annus reſurgit,& reparatur in 72. Quod enim inter eſt temporis inter Sabbatum Septuageſimæ, & Dominicam in albis, tempus eſt in Eccleſia reparationis lapſus: atque ita meritò numerus ille in lapſu præſulis Eccleſiæ eligitur.

Præſul 72. teſtibus conuictus, quare damnabatur olim.
3.Reg 21. Dan 13. Matth. 26. Actor.6.
Modus approbandi teſtes in cauſa Marcellini ſeruatus.
Epiſcopi ſeptuaginta duobus teſtibus conuicti, dãnandi myſterium.

Ex quibus Calumnia Caluini deprehẽditur, qui hic ait; Videmus quantis, & quam multiplicibus priuilegijs ſuum clerum munierit Papatus; vt cùm nequiſſimè viuant, ſint tamen à reprehenſione immunes? Certè ſi cautiones obſeruentur, quas colligit Gratianus Cauſa 2. q. 4. item q.7.non erit periculum, ne vnquam ad rationem vitæ reddendam cogantur. Vbi enim 72. reperiantur, quos in Epiſcopo damnando requirit putidum edictũ ſub nomine Sylueſtri? Sed mendax eſt Caluinus, & decreta citat, vel non authentica, vel malè intellecta. Et decretum illud poſſet videri non eſſe Sylueſtri,cùm eius non meminerit Damaſus, recenſens diligẽter eius Decreta.

Hoc decretũ multitudinis teſtium Caluinus impudenter calũniatur,cuius calumnia tripliciter refellitur.
I. argum.

Deinde nec ſub Sixto III. vel Symmacho, cùm hi accuſarẽtur,nec in alijs Decretis vlla eſt huius edicti memoria. Deinde falſum eſt,quòd omnino arceantur laici ab accuſatione criminis in Clericum, vt docet Gregorius IX. cap. Quoniam,de teſtibus, item c. Tam literis. Poſtremò Epiſcopum duobus, aut tribus teſtibus poſſe damnari, liquet tit. de accuſationibus c. Qualiter,& quando.

II. argum.
Gregor. IX.

Ad aliam verò dubitationẽ factã, Quomodo peccantes ſint arguendi, dicendum eſt: quòd cũ Apoſtolus proſpexerit honori Epiſcoporum, noluit tamen hoc priuilegium fieri incentiuum peccandi. Solent enim impij omnia rapere ad ſuam libidinem. Peccantes ergo Epiſcopos, vel quoſcunque, qui manifeſtè fuerint deprehenſi peccaſſe,ſiue id contingat teſtimonio duorum, vel trium,ſiue pro euidentia facti,arguendi ſunt ſeuerè,&obiurgandi coram omnibus, vt & cæteri Epiſcopi, vel laici videntes Epiſcopis non parci, timorem habeant, & metu pœnæ in officio contineantur. Et qui cum ſcandalo viuũt, qui cæteris vitæ exemplo præire debebãt, publicè ſunt arguendi: occultè autem peccantes, occultè ſunt arguendi. Quòd ſi quis Epiſcopum non audierit,habendus eſt ſicut Ethnicus, & publicanus.

III. argum. Quomodo ſint arguendi peccantes.
Quinam illi peccantes, & quare ſint arguendi.
Matth. 18.

Hinc collige,etiã in primitiua Eccleſia, à primo pietatis feruore rãtam factam fuiſſe declinationem, vt timore etiam fideles deberent in officio contineri; quantò magis nunc legum timore eſt opus,quando etiam ſeueræ Epiſcopi obiurgationes paruipenduntur? Deinde melius eſt timore Epiſcopi ſuũ officium præſtare, quam negligere.

Peccantes corripiendi, quanta neceſſitas.

Vt &

Fraternæ correptionis qualis fructus Apoſtolo.

Vt & cæteri, inquit, *timorem habeant.* Hic eſt enim vnus fructus puniendi peccata, vt vnius correctio adminitio ſit,&exemplum multorum: nam peſtilenti caſtigato, cæteri timent. Ita Deuteron. 17. Qui ſuperbierit,nolens obedire Sacerdotis imperio,&c. iubetur lapidari,vt cunctus populus timeat, & nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

Deu. 1.17.

Addit: *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius; &c.* Terribilis adiuratio, qua præcipit Timotheo. Et ſenſus eſt: Teſtis eſt mihi Deus Pater, & filius eius Ieſus Chriſtus, & electi Angeli teſtes, vt ſerues eius præcepta, quæ tibi coram ipſis præcepi. Et ita non omninò damnauit Paulus iuramentum. Quaſi dixerit Paulus ſecundùm Chryſoſtomum: *Deus eſt mihi teſtis, quòd fecerim quod meum eſt.* Alibi dixit Apoſtolus: *Conteſtor vos ab hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium*: quod eſt dicere, Timothee, me excuſabo in die iudicij,ſi tu non feceris officium; ita vt non ſolùm ſis reus Pauli neglecti, ſed & Dei, & Ieſu Chriſti, & Angelorum. Et Paulus, qui de ſeipſo dicere non erubuit: *Timeo ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar*; multò minùs de Timotheo eſt veritus idem dicere. Eſt & ratio iudiciorum valdè ardua, & ſeria: nam iudices vices gerunt Dei, & iuſtum eſt, vt eius conſpectum, cuius ſunt vicarij, vereantur. Denique idetur hoc Paulus addiſſe,vt importunis ſolicitatoribus ſatisfaceret Timotheus: pluribus enim modis ad acceptationem perſonarum ſolicitant, vbi niſi opponant hominibus timorem diuini iudicij, non habent quid reſpondeãt. Et vt ait Ambroſius, in vno Timotheo Epiſcopos omnes inſtituit Apoſtolus; & Chriſtus Deus eſt & homo; & Angeli electi omnes actus noſtros ſpeculantur, & ad futurum iudicium cum Chriſto venient. Ita alias vult mulieres velatas eſſe capite ob Angelorum cõſpectum, quibus pudor placet, imprudentia diſplicet. Chriſtus quoque puſillos minimè contemnendos eſſe docet ob Angelorum cuſtodiam, vt qui vident faciem Patris qui in cœlis eſt.

Hæc Pauli adiuratio qualis ſit: Teſtor corã Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis.
Homil. 16. in princ.
Actor. 20.
1. Cor. 9.
Quas ob cauſas illa fiat adiuratio.
Amb. hoc loco & ſuperio.
Mulieres in templo cur debeant eſſe velato capite propter Angelos.
1. Cor. 11.

Dicuntur electi Angeli, non ſolùm quia non ſunt reiecti,ſed quia etiam ſeptem Angeli præ alijs ſunt electi, vt habes Tobię 12. Luc.1.& Apoc. 1.

Matth. 18.
Electi Angeli cur dicantur.
Tob. 12.
Luc. 1.
Apoc. 1.

Vt hæc cuſtodias. Quę ſcilicet dixi de ordinatione Epiſcoporum, Diaconorum, & de admonitione fratrum. Theophylactus rectius ad ea quæ antecedunt de iudicio abſque præiudicio refert. Id eſt, caue ne in tribunali tuo aliquid prȩiudices nimio fauore cauſam iuſtam deſerens, re nondum ſatis bene examinata.

Quænam Timotheus cuſtodire debeat.
Theophylact.

Et addit: *Et ſine præiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando.* In quo alludit ad bilancem, vbi non eſt æqualitas inter pondus, & rem ponderatam, declinat in alteram partem. Ita iudex, qui odio, vel fauore alterius partis mouetur, fit iniquus. Cõſentiunt autem Græca ſcholia, & intelligunt præcipitationem iudicij; id eſt, Vt nihil eorum quæ dicta ſunt, temerè, & imprudenter, ac non præeunte iudicio, aut conſilio facias. Et tradunt, Clementem libr. 7. Stromatum ita explicaſſe. Oecumenius verò legit: *Iuxta propenſionem animi.* Et interpretatur: hoc eſt, Ex præſumptione: ſiquidem præſumptiones frequenter deſtituuntur veritate. Eſt enim πρόσκλισις, affectatio, quæ aliquem prouocat ad quippiam ſine iudicio faciendum. Ita Baſilius homil. 12. in principium Prouerbiorum: *Nihil*, inquit, *facias ſecundùm acclinationem, ſed recta, & non peruerſa ferens iudicia.* Sic vertit Tilmanus: quemadmodum is, qui ſagittam tenens, ad metam dirigit, nec vtrobique errando à via propoſita excidet. Ita rectus iudex factitabit, nec in factitãdo perſonam accipiet. Oecumenius docet, Baſilium hic legiſſe προσκλίσιν per ἰῶτα, id eſt, in alteram partem declinando, vt vertit interpres. Theophylactus legit: Nihil faciens per aduocationem, ſeu inuitationem, id eſt ad inſtantiam, vel gratiam aduocati, vel cuiuſcunque alterius fauorem. Quæ variæ lectiones eodem tendere videntur. Eraſmus vocat præiudicium, præcipitatum iudiciũ, cùm ex concepta opinione temerè quippiam agitur.

Huius dicti: Nihil faciens in alteram partem declinando, varia interpretatio producitur.
Oecum. c. 12.
Clem. Alex.
Oecum.
B. Baſil. to. 1.
Iudex nihil faciens in alteram partẽ declinando, qualis.
Oecum.
Theophylact.
Præiudicium Eraſmo quid.

Ad ſextam dubitationem in id: *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Dicendum eſt, multiplicem eſſe manus impoſitionem. Primam in Catechumenos, & energumenos, de qua Dionyſius in libr. de Eccle. hierar. & Concil. Carthag. IIII. & in hac non video quomodo peccatis alienis communicari poſſit cùm fiat ad expellendum dæmonem, quem citò expellere meliùs eſt quam tarde. Secunda eſt illa, cuius vſus eſt in Confirmatione, de qua: *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Et cùm hæc fierit in iam baptizatis, vt acciperent robur, & fortitudinem, non poterat quis dubitare quin danda eſſet quamprimum omnibus accedentibus, & poſtulantibus. Tertia manus impoſitio erat in vſu Patrum & ſpectabat ad Abſolutionis Sacramentum, per quam recipiebantur hæretici, & magni peccatores, qui ad Eccleſiam rediban

Sol. VI. dub. Circa illud: Manus cito nemini impoſueris. Quotuplex manuum impoſitio.
Dion. Areop. c. 2 par. 2.
Conc. Carth. IV. cap. 99.
Secunda manuum impoſitio.
Actor. 8.
Tertia.

Duobus modis conferendo Sacramentũ abſolutioni peccatur.

bant. In hoc autem dando Sacramento, poterat error admitti: vel abſoluendo eos, qui non ſunt contriti, vel attriti, vel non habent deliberatam voluntatem ampliùs non peccandi: id tamen rarò ſolet contingere, ſi prudens ſit Sacerdos. Verùm huius impoſitionis manuum nulla eſt in ſacris literis mentio.

Quarta.

Quarta erat impoſitio manuum ad Ordinis ſacros conferendos, nempè Epiſcopatum, Presbyteratum, ac Diaconatum: & in hac poterat quis communicare peccatis alienis, prouehendo indignos, & minus idoneos, id eſt, eos, qui peccatis grauibus, & publicis inquinantur; & ſacrarum literarum ignaros, & ineptos ad docendum, vel imprudentes ad gubernandum: & de hac eſſe intelligendum præſentem locum, probant tùm ſacræ literæ,

I. argum. ad probandum, de impoſitione manuum Sacramenti Ordinis hic eſſe ſermonẽ.

Actor. 6. Infra 13. Infra 14. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1.

vt Lucas Act. 6. & 13. & 14. & Paulus ſuperiùs; cùm dixit: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij*: & 2. Tim. 1. *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuũ mearum.* Deinde interpretatur de Ordinatione hæc verba Chryſoſt. cũ ſuis, Ambroſius hoc loco, & Hiero. in cap. Eſaiæ 58. à medio: Pleriq́ue, inquit, noſtrorum χειροτονίαν, id eſt, ordinationem Clericorum: quæ non ſolum ad imprecationem vocis, ſed ad impoſitionẽ impletur manus: ne ſcilicet vt in quibuſdam riſimus vocis imprecatio clandeſtina, clericos ordinet neſcentes: ſic intelligunt, vt aſſumant teſtimonium Pauli ſcribentis ad Timotheum: Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Non eſt enim peccatum leue, mittere margaritas ante porcos, & dare ſanctum canibus; & ordinationem clericatus nequaquam ſanctis, & in lege Dei doctiſſimis, ſed aſſeclis tribuere, & vilium officiorũ miniſtris: quodq́ue his dedecoroſius eſt, muliercularum precibus. In quo conſideranda loquentis in ſe Chriſti Apoſtoli ſapientia, qui vt ordinationis periculũ demonſtraret, iunxit tormenta peccantium: neq; communicaueris peccatis alienis. Sicut ergo in otdinationibus malorum, particeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit; ſic in ordinatione Sanctorum, particeps eſt eorum iuſtitiæ qui bonos elegit.

II. argum. *To. 5. ſub fin. To 5. in prin.*

Matth. 7.

Cita ac præceps manuũ impoſitio quantũ quãtum ſcelus.

B Aug. to. 7. in prins.

Accedit Auguſtinus libro ſecundo, contra epiſtolam Parmeniani, cap. 21. initio: *Docuit*, inquit, *Apoſtolus ex ſequenti, quemadmodum quod prius dixit, intelligendum ſit: qui enim ſeipſum caſtum cuſtodit, non communicat peccatis alienis. Si enim communicat, conſentit: Si conſentit corrumpitur: ſi corrumpitur, caſtum ſe non ſeruat.* Et infrà: *Parum eſt enim eorum facta non facere, niſi diſpliceant: parum eſt vt diſpliceant, niſi redarguantur.*

Caſtum qui ſe cuſtodiat, ſecundũ Auguſtinum.

Denique accedit Leo Papa, qui in epiſtola quadam latè hunc locum de ordinationis Sacramento ediſſerit, in hæc verba: *Quid eſt, citò manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum ſectatur in eligendo corpore iudicium; ita graui ſemetipſum afficit damno qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum.* Hæc ille magnus Pater, & quæ ſequuntur.

Leo Papa ep. 87 c. 1 ſub ini.

Quid citò manus imponere, atque communicare peccatis alienis, teſte Leone.

Quare corruit ſenſus Lyrani, qui interpretatur hanc manuum impoſitionem eſſe ad puniendum, & manibus peccatum caſtigandum: vt ſcilicet inſtituat Epiſcopum, vt clementer puniat. Sed hoc eſſet facere Epiſcopum percuſſorem, contra ea quæ ſuperius dixerat; imò etiam carnificem, quod peius eſt. Et certè etſi in vulgari & materna lingua manus imponere ſit punire, aut offendere pugno, aut alapa, aut enſe proximũ non legi tamen eam vim habere Græcam locutionem, aut Latinam.

Contra hunc ſenſum. Manus citò nemini impoſueris: id eſt Ne facilè punieris peccantes.

1. Tim. 3.

Qui ergo indignè promouet, ſeu temerè ordinat, varijs modis præbet aliorũ peccatis conſenſum. Primò, cũ quis alioqui rectè ſentiens, ſuccumbit aliorum importunæ ſolicitationi, quos tamen reijcere deberet: & quia horum Apoſtolus nõ meminit, potius ad ordinantis, & ordinati peccata refertur.

Ad. VII. dub. De quadruplici modo communicãdi peccatis alienis.

1

Deinde præbetur conſenſus alienis peccatis, quæ aliquando ab ordinatis ſunt commiſſa, quę fuerũt ab ijs neglecta, quorum erat munus ea corrigere. Tertiò ea quæ iam ab ordinatis probabiliter metuũtur perpetranda, tanquam perpetrata cenſentur.

Secũdus modus ac tertius.

Vnde Theophylactus rectè ait: *Nã committendorum ab ipſo flagitiorum tu cauſſa es: proptereà quemadmodum operum es particeps, ſic & peccatorum. Inſuper & præteritorum peccatorum es reus, quod ea neglexeris, ac tenebras feciſti lucem, nec dimiſiſti eum vt lugeret, atque ob commiſſa ſua plangeret.* Hæc ille.

Theophylact.

Denique is communicat peccatis alienis, qui peccata aliorum, quæ præuenire poteſt, ne fiant, nõ præuenit; vel ſi peccata eorum ſinit eſſe impunita. Et quia ita communicare peccatis alienis eſt propriũ Principũ, ſiue paſtorum Eccleſiæ; proptereà Dauid de ſe dixit; *Ab occultis meis munda me; & ab alienis parce ſeruo tuo*: & Timotheo Archiepiſcopo præcipit ne communicet peccatis alienis.

Quartus ac poſtremus.

Pſalm. 18.

Porrò illud: *Teipſum caſtum cuſtodi*: ſic intelligendũ eſt: Purũ te ſerua à peccatis tuis,

Quomodo Timotheus.

& alie-

Digitized by Google

ſeipſum cuſtodire debebat.

& alienis quæ caſtitate præueniuntur ne fiant : abſit vt ſiniſtrum quid homines de te ſuſpicari valeant, ſed libricam ætatē ex abundantia monuiſſe pietatis eſt : quæ dico, non tam tibi, quàm iuuenilli ætati à me dicta eſſe intellige.

Ad 8.dub. Quid ſit: Noli Timothee, adhuc aquā bibere, ſed modico vino vtere.

Hie. ante me. to 2 in init.

1. Ratio. Horus præcepti Apoſtolici.

Et quia ſobrietas iuuat ad caſtitatē ſubdit: *Noli adhuc aquam bibere.* Id eſt, ne poſthac abſtemius eſto, hoc eſt aquæ potor. Ex quo ratiocinatur Hieronymus lib.2. in Iouinianum, Timotheum vſq; ad id tempus aquam potaſſe. Et quia caſtitatis, & puritatis cauſſa eſt abſtinentia, & ſobrietas; rectè ſubdit de aquæ putandæ abſtinentia; ne nimia debilitate Deo ſeruire non poſſit, & poſtcà medicorum ſuffragia requirat. In quo multi feruore ſpiritus ducti interdum peccant, inhabiles ſe reddendo ad opera ſpiritus. Quanquam, vt Anſelmus, hoc loco ſcribit: Modicum vinum præcipit ob infirmitates ſumendum, medici conſilio magis quàm Apoſtoli vſus, licèt Apoſtolus ſit medicus ſpiritalis. Et ne Timotheus inbecillitate ſuperatus, non poſſet implere prædicationis opus, &c. B. Chryſoſto. homil. prima ad Populum Antiochenum, initio, egregiè ſuper hanc Apoſtoli ſententiam phyloſophatur.

Altera Anſelmi tom.2.

D.Chryſ.to. 5.in prin.

Timotheus natura, ac propoſito fuerit abſtemius.

Ibidem 35. Leuit.10. Num. 6. 1.Reg.1. Iudith 13. Hieron. ante med. Chryſ à med.

Erat Timotheus ſtudio temperantiæ; & caſtitatis, nō natura abſtemius, imitatus ſcilicet Rechabitas, qui ore Ieremiæ ob abſtinentiam vini à Domino commendantur. Abſtemij in lege fuerunt tempore miniſterij Leuitæ, Leuit.1. Nazaræi Num.6. Sāſon Iudic.13. Samuelis mater Anna 1. Regum 1. Eſſæi quoque teſtibus Hieronymo libro 2. in Iouinianum, Ioſepho, & Philone Iudæis ab eo eitatis à vino abſtinebant. Chryſoſtomus homil.81. ad Antiochenos: *Vinum,* inquit, *eſt datū, vt delictemur, nō vt dehoneſtemur vt rideamus, non vt rideamur: vt valeamus, non vt ægrotemus: vt corrigamus corporis valetudinē, non vt anima proſternamus virtutem. Te dono Deus honorauit, cur te ipſum per immodeſtiam afficis contumelia.* Hæc ille.

Vinum cur datum nobis à natura, teſte Chryſoſt.

Quare Paul' non dixerit ô Timothee, vino vtere, ſed, modico vino vtere.

Sed cur Apoſtolus nō dixit ſimpliciter: Vino vtere? nunquid periculum erat, ne ebrietatis inde cauſſam arriperet? Dicendū eſt, id Apoſtolum feciſſe, vt continentiſſimo Timotheo vini vſum ſuaderet, quaſi dicat: Scio te abſtemium, & laudo continentiam. Sed hunc rigorem ob debilitatem ſtomachi nonnihil relaxa, ob id maximè, quia & in veteri, & in noua Scriptura mali Prælati declinaturi erant ad poculorum incontinentiam. Quidam tamen interpretātur. Modico vino vtere, id eſt debili ac infirmo, ſeu tenui; vt vox illa, modico, non tam referatur ad quantitatem, quàm ad qualitatem. Sicut & illud accipiendū eſt: *Modica fidei quare dubitaſti? Sed modico vino vtere.* Non ſemel, ſed in vſu habe, quia ſic caſtitati non nocet: & exercendo Epiſcopi officio neceſſarium videtur. Scriptura enim viri vſum, & abuſum docet. *Cogitaui,* inquit, Salomō, *in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam* ; & Ieſus filius Sirac: *Quam ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum* id eſt tenue, & modicum) *& in dormiendo non laborabis ab illo, & nō ſenties dolorem.* Et infrà: *Aequa vita hominibus, vinum in ſobrietate : ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius,* &c.

Alijs quid: Modico vino vtere.

Matth. 14.

Modico vino vti, quid: Modici vini vtilitatis.

Eccli. 2.

Eccli. 31.

Ibidem 32.

Petit deinde Chryſoſtomus, cur Timotheum Apoſtolus non ſanauerit, vt cum alijs faciebat? Reſpondet: Vt ſi quoq; videri mus viros magnos, & virtute præclaros infirmari, nihil moueamur: & illud enim fiebat vtiliter. Si enim illi dat' eſt Angelus Satanæ, ne extolleretur; multò magis Timotheo oportuit dari. Poterant ſigna illum in arrogantiam tollere. Idcircò medicinæ legibus illum inſeruire permittit, vt & ipſe humilior ſit, & cæteri non ſcandalizarētur. ¶ Haymo addit aliā cauſſam : quia miracula edebant Apoſtoli propter Infideles. Sic ſanauit patrem Publij febribus, & dyſenteria laborantem, vt ſanaret mentem eius; Timotheum verò non ſanauit, vt plenum fide. Hæc ille ad ſenſum. Chryſoſtomus homilia illa ad Populum Antiochenum 1. *Cuius veſtes,* inquit, *mortuos ſuſcitabant, etiam potuit oratione firmare ſtomachum.* ¶ Nūc pauci ſunt, quib. ſuadēdus ſit vini modici vſus ob infirmitatem: multi verò, quibus dicendum, vt aquā bibant ob ebrietatem, & fornicationē cauendā; quia in vino luxuria eſt. Non eſt ergo vini vſus Sacerdotibus omninò interdictus, ſi parcè, & ad ſanitatem tuendam tantùm illo vtantur. ¶ *Propter ſtomachum.* In quo ſedes ægrotationū, & frequentes in alijs membris eiuſdem morbi æſtuationes, qui dicuntur aceeſſus, & paraxiſmi.

Timotheum vt alios pleroſq; cur non ſanauit Apoſtolus.

Chryſ.ho. 16. ſub init.

.Cor. 12.

Altera ratio Haymonis Epiſcopi.

Act. vlt. Chryſ.tom.1.

Epheſ. 5.

Poſtrema dubitatio fuit, quæ ſint illa peccata, quæ præcedunt iudiciū, & quæ ſint illa, quæ illud conſequuntur. Et in litera in primis nota, bis dici, manifeſtè vbi Græcè habemus πρόδηλα, id eſt præmanifeſta, ſiue præcognita. Deinde quod ait: Quoſdam autem & ſubſequuntur : verti poteſt, quibuſdam ſubſequuntur, & ſupplenda eſt præpoſitio, in, vt legamus, in quibuſdā ſubſequūtur. Hęc autem dixit, reſpiciens ad id quòd ſuperius præceperat : *Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.* Vbi, teſte Chryſoſtomo, docet, quomodo ſint agnoſcenda peccata ordinandorum, vt ab illorum cōmunicatione fugiamus: ſiquidem

Hoc quomodo ad literā accipiendum ſit: Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, quorundam autē ſequuntur.

Chryſ. prædicto ſerm.

Digitized by Google

idem tunc rectè iudicamus, cùm iuxta notitiam illam procedimus, quæ à nobis haberi poteſt.

Ad 9. propoſitam quæſtionem.

Quorum hominum peccata manifeſta ſint, præcedentia ad iudicium.

Diſtinguntur autem homines in bonos, & malos, & ſunt quidam in manifeſto eo vſque mali, vt ante iudicium ſint manifeſti, aut oporteat eos per iudicium manifeſtari & agnoſci. Similiter & boni quidam ſunt manifeſti & probati coram oculis Eccleſię: nam virtus vel inuitam ſe prodit, aut adhuc latent, qui tamen non poterunt ſua die latere, quia in iudicio detegentur. Illi ergo, quorum eſt manifeſtè vita ſcelerata, fugiendi; at ij, quorum manifeſtè vita ſancta, ad ordinationes ſuſcipiendi ſunt. De reliquis verò, qui nec ſe per manifeſtam malitiam oſtendunt, neq; per pręclara charitatis opera certam ſui notitiam exhibuerunt, expectandum eſt verũ iudicium: quia Nihil occultum, ait Dominus, quòd non oporteat aliquando reuelari. Si quid ergo præter hæc egeris, communicabis aliorum peccatis. Peccata ergo quæ præcedunt, dicuntur veluti ante ambulones quidã, à quibus admonita ſit Eccleſia, vt agnoſcat quis ſit ille, qui mox eſt venturus. Ex quo fit, vt Eccleſia falli non poſſit, vt patet in Simone Mago, cuius propterea quòd nota eſſet, & manifeſta magia, non ſunt ei manus impoſitæ à Petro, vt habetur Act. 8.

Quibus non ſint, quibus verò ſint manus imponendæ.

Matth. 10.

Actor 8.

Quorum verò hominum peccata ſubſequatur.

Alia verò peccata dicuntur ſubſequi, quia tunc apparent, cùm bonos viros fefellerunt, atque quaſi à tergo imminentia: vt in Iuda, Saule, & alijs hypocritis cernere poſſunt. Hieronym. verò ad Furiam de viduitate ſeruanda ita pręſentem locum ediſſerit: Quod dicit Apoſtolus, iſtiuſmodi eſt: quidã tam liberè, & palàm peccant, vt poſtquàm eos videris, ſtatim intelligas peccatores: alios autem, qui callidè occultant vitia ſua, ex ſequenti conuerſatione cognoſcimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo ſunt, in alijs longo vſu diſcimus. Atque ita Hieronym. docuit hæc verba referenda eſſe ad humanum iudicium. Et quod ait, *Subſequuntur:* intelligit longa tandem experientia cognoſcere, ſit ne probus, an improbus.

Alter ſenſus Hieronymi.

Hieron. epiſt. 10. ante med. tom. 1. prope princip.

Terti° ſenſus Auguſtini.

B. Aug. to. 4. circa fin.

Auguſtinus verò ad futurum Dei iudicium hæc accommodat. Ait enim lib. 2. de ſerm. Domini in Monte, cap. 18. ante medium: *Manifeſta ea dicit, de quibus clarum eſt quo animo fiant. Hæc præcedunt ad iudiciũ: id eſt, quia ſi fuerit iſta ſubſecutum iudicium, nõ eſt temerarium. Subſequuntur autem illa quæ occulta ſunt, quia nec ipſa latebunt tempore ſuo. Sic & de bonis factis intelligendum eſt. De manifeſtis ergo iudicemus; de occultis verò Deo iudicium relinquamus.* Ita etiam Baſil. libr. de Virginitate, circa medium: *Sicut enim, inquit, ſanctum, atque admirabilem Paulum, dum adhuc eſſet in corpore, alia quidem præceſſerunt opera; cùm plurimi ex his, qui propter doctrinam, & conuerſationem eius perfecti euaſère: in æternam illam vitam præcedentes, ſudorum præmia, quos pro illis pertulit, apud iuſtum iudicem Deum illi parauerunt: alia verò ſolutum carneis vinculis, & iam cum Chriſto regnantem vſq; ad hanc diem conſequuntur, eorum ſcilicet, qui in ſacris epiſtolarum eius monitis ſe ad vitam exercentes, laudes ſemper ac præmia præclaro illi duci, & præceptori optimo hinc tranſmittunt: ſic contra alia quidem peccata eorum, qui peſſimis ſermonibus, & operibus læſi, atq; impediti à virtutis tramite, in infernum præceſſere; ſupplicia ſua damnationis autoribus illic paraturi: alia verò etiam ſequuntur, eorum ſcilicet, qui poſt ipſorum mortem per ſummam nequitiam, & exempla peſſima quæ mundo reliquere, dum eos imitari pergũt, maximè læduntur.* Hæc ille, qui poſteà exemplum vtriuſque in Dauide, & in Marcione aſſignat. Explicans illud Eſaiæ: *Anteibit faciem tuam iuſtitia tua:* &, *Iuſtitia ante ipſum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.* Quia in oculis Dei pręcedit pręmium eius, vel quia maior eſt in eo iuſtitia, quã iniquitas: & præcedit Dei faciem, quia per hæc quiſque innoteſcit.

Paulí Apoſtoli bona ope-ra quænam manifeſta ſint, præcedẽtia ad iudiciũ: quænam verò ſubſequantur, Magno Baſilio.

Hæreticorũ è contrario, malefacta præcedentia, & ſubſequẽtia iudicium quænam.

Eſai. 58.

Pſalm. 84.

Eundem ſenſum ſequuntur Chryſoſtomus, & Ambroſius. Et intelligunt, ſubſequuntur, ſcilicet, in notitia, & manifeſtatione, quaſi diceret: Si ordinaueris manifeſtos peccatores, communicabis alienis. Si autem ſolum poſt ordinationem manifeſtentur, tuam conſcientiam non grauabũt, quòd eos ordinaueris, quia occulta noſſe non potuiſti. ¶ Illud quod ſequitur, *Similiter & facta bona:* ita cohæret: ſimiliter ſi nolueris ordinare eos, qui boni quidem ſunt, ſed de quorum virtutibus nihil conſtat, nõ eris reus; aut ſi qui velint aliquos à te ordinari minus idoneos, & tu iuſta de cauſa recuſaueris, etiamſi non poſſis plebi perſuadere te rectè agere, animo non deijciaris: benefacta enim tua nunc occulta, ſuo tempore prodentur.

Chryſoſtomi & Ambroſij in ſuperiorẽ Patrum de hoc Pauli loco dicta conſenſus.

Vt iſta præcedentibus cohæreant: Similiter & facta bona manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habẽt, abſcondi non poſſunt.

At verò ſecundùm ſenſum Hieronymi (qui profectò non eſt contemnendus) ita eſt conſequentia verborum ordinanda: Cùm dixi tibi: *Manus citò nemini impoſueris,* non ſum locutus de apertè malis: hi enim ante omnem inquiſitionem apertè reiecti ſunt: nec de apertè bonis, quorum eximia virtus clareſcit, in his enim non eſt cita, aut temeraria ordinatio, ſed de ijs qui ſunt occultè boni, vel mali, vel quorum bonitas, vel malitia non eſt in aperto. Hos debes diu probare, nec citò manum imponere. Et ſi hos diu diſtuleris, eorum vitam bo-

Altera huius verborum ratio conſequentiæ à Hieronymo tradita.

nam, vel malam ſuo tempore cognoſces.

Tertius ſenſus Oecumeni & aliorũ. *Oecum. c.14.*

OEcumenius verò ita hunc locum abſoluit: *Scio me apud quendam Sanctorum huiuſmodi legiſſe interpretationem: quòd quorum præcedunt peccata, hi omnibus manifeſti ſunt: ſint ergo & tibi: quos autem ſubſequuntur, hos tu obſerua proſpicientibus oculis. Si quid igitur præter hoc facias, communicabis peccatis.* Etſi Theophylactus aliter intelligat: vt ea peccata dicãtur præcedere ſui autorem ad iudicium, quæ committũtur, antequàm hinc migret per mortem: ea verò ſubſequi, quæ diſcipuli eius, vel qui per eum ſcandalizati ſunt, poſt eius mortem committunt. Similiter & ea benefacta præcedere quæ hic fiunt: ſequi verò, quæ à diſcipulis, & eius exemplum imitantibus exercentur. Et ita Paulus hæc diceret, vt nouerit Timotheus bona, & mala ordinatorum opera ipſum ordinantem ſecutura.

Quartus Theophylacti.

Quintus Ambroſij.

Ambroſius aliter explicat hunc locum: Vt dicantur quorundam peccata eſſe manifeſta, quia eminentia ſunt, & maiora præ benefactis, & eos præcedentia ad condemnationem; quoſdam verò (nempè iuſtos) ſeqni, quia minora ſint, quàm eorum bona, nec eis dominentur. Similiter in his dicuntur bona facta præponderare, & excellentiora eſſe, & quæ ſunt mala, & bonis operibus præponderant, per bona opera abſcondi, ſiue ignoſci non poſſunt. ¶ In qua intelligentia non habetur, quòd peccatum mortiferum non remiſſum, poſſit bonis operibus tegi: docet enim peccata vel multitudine, vel acerbitate eis præponderare. Et ita videretur hic eſſe ſenſus: Cùm dixi tibi, Ne communicaueris peccatis alienis; nolo te ab ordinibus reijcere leuibus delictis laborãtes, vel qui inſignibus operibus commiſſa texerunt, ſed eos, qui grauibus peccatis ſubiacent. Eos autem quos peccata ſequuntur, ordinare non prohibeo. Hoc habet Ambroſ. lib. de Apologia Dauid, cap. 6. in princip. *Quia non poteſt,* inquit, *ſine peccato eſſe humana fragilitas, cauendum ne plura peccata ſint, quàm opera virtutum. Quod magni vi ſapientia ſanctus Paulus expreſſit, dicens: Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, quoſdam autem & ſubſequuntur. Hoc eſt: Non inuenitur quiſquam illibatus à culpa, habet quis bona merita, habet & vitia, atque peccata. Omnia itaque noſtra quaſi in trutina põderantur. Si bonum igitur factum peccata præponderant, præcedunt ad iudicium. Vergunt enim peccata quaſi in profundum, vergũt quia & manifeſta ſunt vel pondere atq; acerbitate, vel multitudine. Quoſdam autem,* inquit, *& ſubſequuntur, hoc eſt, eos qui ſe egerint ſobriè, ſed fragilitate conditionis dederint aliquando etiam errori locum. Bona facta præcedunt, mala ſequuntur. Hi honeſtiores, ſed tamen homines lapſi leuioribus vitijs, & erratis. Ergo iuſtos ſequuntur peccata, non præeunt: iniuſtos præcedunt, & præponderant peccata quæ vergunt; ſequuntur autem, ſi quæ rectè facta ſunt, quaſi quodam præiudicio peccatorum prætereuntium prægrauata. Similiter & facta bona in manifeſta ſunt: lucent enim opere virtutum, & ſplendore meritorum: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt. Ergo talia non teguntur, nõ obumbrat ea charitas, quæ operit multitudinem peccatorum: non operit bonorum operum gratia, non abſcondit virtutum multitudo, quia nuda & intecta produntur.* Hæc Ambroſius. Et ſimili penè ratione interpretari videtur Chryſoſtomus de peccatis grauibus, & quorum nulla ſit correctio. In ſecunda enim expoſitione ait Chryſoſtomus: *Quid eſt præcedentia ad iudicium? Cùm, ſcilicet, quis peccauerit, quæ illius iam conſcientia damnat, cũ quis corrigi renuit eum, qui emendationem pollicitus eſt, opere implere nõ vult.* Sic ille iudicium pro emendatione accipiens, & ea ad damnationem præcedere, quæ hominem ſuperant, & pœnitentia non ſuperantur. Et ſubdit: Cur ergo iſtud dictum eſt? quia etſi hic lateant quidam, ibi tamen latere non poterunt, vbi nuda ſunt omnia.

Irremiſſum operibus bonis peccatum mortiferum tegi non poteſt.

Ambr. to. 4. circa med. Quid Ambroſio: Quorundã hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium; quorundam autem & ſubſequuntur.

1. Pet. 4. Prouerb. 10.

B. Chryſoſt. hom. 10.

DISPVTATIO XVI.

In Apoſtoli verba 6. cap. *Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent dominos, nõ contẽnant quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt, & dilecti, quia beneficij participes ſunt,* & reliqua vſque ad illud; *Tu autem ô homo Dei hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, &c.*

PRIMO loco quæritur ſcopus, & cur Apoſtolus tantoperè inſtructioni, & eruditioni ſeruorum, ſiue habeant dominos ethnicos, ſiue fideles, inſiſtit, non ſolùm in hac, ſed etiam in reliquis epiſtolis: & quomodo poſſunt cogitare ſerui dominos ſuos omni honore dignos, ſi agnoſcant illos impios, & inſignes peccatores. I. Dubitatio.
Secundò quæritur, an aliquis ſit ſeruus; Secunda.
cùm omnes ſimus ex eiſdem parẽtibus orti, & nullus alteri præſtet, ſed natura omnes homines inter ſe ſint æquales. Tertiò dubitatur, quis eſt ille qui aliter docet, Tertia.
& qui nõ acquieſcit ſanis ſermonibus Do-

mini

mini noſtri Ieſu Chriſti;quem vocat ſuperbum, & nihil ſcientem, & languentem circa quæſtiones, & pugnas verborum: Quomodo enim ait,nihil ſcire Iudęum,vel Hęreticum,cùm multa nouerit in externis diſciplinis, & ex Sacris literis multa producant, & negotiū faceſſere ſoleant? Et an his Apoſtoli verbis aliquid contineatur contra Doctores Scholaſticos, qui de omnibus docent dubitare, & quæſtiones de ſubtiliſſimis Fidei rebus proponunt.

Quarta.

Quartò, qui ſunt illi, qui pietatem quæſtum eſſe exiſtimant: quomodo etiam eſt magnus quæſtus pietas cum ſufficientia.

Quinta.

2. Cor. 12.

[illegible]

Quintò, dubitatur circa illud: *Qui volunt diuites fieri*: nam videtur Apoſtolus ab ſtudio diteſcendi deterrere; cum tamen parentum ſit pro filijs theſaurizare, & alimenta filijs ſuis relinquere.

Sexta.

Eccleſ. 10.

Sextò, quare vocatur cupiditas radix omnium malorum; cùm cōtradicat alteri ſententię quæ habet: *Initium omnis peccati ſuperbia.* Nàm ſi radix omnium peccatorum,ſeu malorum eſt cupiditas,ergo & ipſius ſuperbia: & ſi ſuperbia eſt initium peccati, ergo & auaritiæ, ſiue cupiditatis.

Primæ dubitationis ſolutio.

Quo tendat Apoſtolus in hoc capite.

Ad primum horum reſpondemus,Paulum varias præceptiones tradere ad inſtituendam vitam diuerſorum ſtatuum,& inter alios docet Timotheum,& in eo omnes Epiſcopos,quid ſeruis fidelibus,ſiue dominos habeant fideles, ſiue infideles, obſeruandum ſit, vt ſalutem æternā conſequantur.

Prima ratio, cur tam ſedulò ac frequenter Apoſtol⁹ ſeruis iubeat ſuis dominis obedire.

In quo licet bonitatem Dei maximam contemplari, quæ nec viliſſimos quidē homines, & miſeros negligit, ſed eorum ſalutem ſe ſitire, & promouere oſtendit.

II. ratio.

Erat præterea erronea quorūdam doctrina, qui putabant ſeruos baptiſmo initiatos, & ad Chriſtum vocatos, dominis ſuis ampliùs non ſubeſſe, cùm iam eſſent ad libertatem vocati.

Chryſ. ho. 42.

Vnde Chryſoſtomus hoc loco ait: *Non quia fidelis es, liberum te eſſe putes; hoc enim libertatis documentum eſt ſeruire magis.* Ita ille ad ſenſum:

Hier. in id: Serui obedite, &c. to. 9. Aug. to. 7? to. 4. propè init.

& Hieronymus in cap. 6. ad Epheſios: *Plurimi*, inquit, *inter initia fidei putabant Gentiles dominos contemnendos.* Auguſtinus in quæſtionibus ſuper Exodum vnum quodammodò argumentum ſeruorū præponit, dicens: *Quæ de ſeruo Hebræo præcipiuntur, vt ſex annos ſeruiat, & dimittatur liber gratis; ne ſerui Chriſtiani hoc flagitarent à dominis ſuis, Apoſtolica autoritas iubet ſeruos dominis ſuis eſſe ſubiectos, ne doctrina, & nomen Dei blaſphemetur. Illud enim ex hoc ſatis conſtat in myſterio præceptum, quia & pertundi ſubula eius aurem ad poſtem præcepit Deus; qui libertatem illam recuſaret.*

Exod. 21.

Quid ſerui Hebręi libertatem recuſantis, per ſubulam auris pertuſio ſignificaret, Auguſtinus.

III. ratio.

Tertiò, etſi nulla extaret manifeſta hæreſis, docens fidelis dominis ſuis ſaltem infidelibus non eſſe ſubiectos; vbi tamen audiūt omnes eſſe fratres in Chriſto, animos tollunt,& ad carnis libertatē rapiunt; quod de ſpirituali à peccato, & à dæmone libertate traditur.

Matth. 23.

Et licèt nihil tale in mentem illis veniret, neceſſaria erat adhortatio, & conſolatio, quæ ærumnarum multitudinem, & acerbitatem temperaret.

Chryſ. ho. 4. in id: Seruos dominis ſuis ſubijci, &c.

Dicente Chryſoſtomo in 2. cap. epiſtolæ ad Titum: *Quòd ſi ſeruum fortaſſe conſpexerit apud ſe in Chriſto philoſophari, atque vberem continentiæ fructum præ ſe ferre, ſummaq; cum modeſtia atque beneuolentia dominis miniſtrare: profectò vim prædicationis, ac religionis noſtræ mirabitur.*

Ethnici vnde de Chriſtianis iudicium ferè conſueuerint.

Neque enim ex verbis dogmata, verùm ex ipſis rebus atque vita Gentiles iudicare conſueuerunt. Sint igitur illis & vxores, & ſerui in magiſterium rectiſſimæ cōuerſationis norma. Quippe & apud eos, & vbique terrarum iſtud pro confeſſo habetur, ſeruorum genus impudens fermè eſſe, formatuq; difficile, laſciuum, lubricum, parumq; idoneum ad virtutis doctrinam capeſſendam.

Quale ſeruorum genus Chryſoſtomo.

Nō id quidem naturæ cauſa, abſit; verum propter conuerſationis, vitaq; negligentiam. Solent enim huiuſmodi in his, quæ mores tangunt, à dominis negligi.

Dominorū in ſeruos negligentia, & incuria à Chryſoſtomo notatur.

Nihil enim fermè aliud curant hi, in quorum poteſtate ſunt, quàm miniſterium ſuum. Quòd ſi mores illorum aliquando componere ſtudeant; & hoc ſui gratia tantùm faciunt, ne ipſis negotia præbeant, moleſtiq; ſint, ſi fornicationi, furto, aut ebrietati deſeruiant: cùm itaque ſic negligantur, nemineмq; habeant, cui componendi illos, ac formandi ſtudium ſit; meritò ad ipſa nequitiæ prærupta, atque præcipitia deuoluuntur. Si enim vbi patet inſtat, & mater, & pædagogus, ac nutritius, & magiſter, & æquales, ipſaq; libertatis opinio, & alia plurima, per difficile quiſpiam malorum contubernia, conſortiaq; deuitat: quid putas his omnibus deſtitutos, qui quotidiè ſceleſtis commiſcentur hominibus, & quibus volunt, licenter congrediuntur, cùm ſit nemo, qui ipſorum amicitias, ſocietateſq; diſquirat? Quid, inquā arbitraris, huiuſmodi homines fore? Nónne ad ſupremos ſcelerum vertices euaſuros?

Serui quare difficile boni & viles fiãt.

Idcirco profectò difficile eſt ſeruum fieri bonum. Præterea neq; doctrinæ adminiculo perfruuntur, neque externa, neque noſtra erudiuntur ſapientia. Non cum viris liberis educantur, & honeſtate præſtantibus, & quibus opinionis ſuæ, ac gloriæ magna ſit cura. Ex his omnibus datur intelligi, difficile eſſe atque mirabile, vt ſeruus aliquando bonus atque vtilis fiat. Hæc ille.

Quarta ratio cōmemoratæ ſcilicet ab Apoſtolo ſubiectionis ſeruorum.

Epheſ. 6.

Coloſſ. 3.

M. Tull. orat. 24 poſt med. tom. 2.

Quartò, meminit Apoſtolus ſeruorum in epiſtolis ad Epheſios, Coloſſen. & in hac quæ eſt ad Epiſcopū Epheſinū, eo quòd in Aſia plurimi eſſent ſerui, & verè ſeruili ingenio: vſque adeò, vt Cicero in oratione pro L. Flacco in Aſianos teſtes dicat: *Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia:*

vtrùm igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc vetus? prouerbium: Phrygem plagis fieri ſolere meliorem. Quid de tota Caria? nónne hoc veſtra voce vulgatum eſt, ſi quid cum periculo experiri velis, in Caria id potiſſimum eſſe faciendum? Quid porrò in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum eſt, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur? Nam quid ego dicam de Lydia? quis vnquàm Græcus comœdiam ſcripſit, in qua ſeruus primarum partium non Lydus eſſet? Hæc ille. Petrus quoque Apoſtolus in epiſtola priori (quæ ad electos aduenas diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, quæ prouinciæ ſunt in Aſia Minori, ſcripta eſt) ſeruos cohortatur, vt ſubditi ſint in omni timore dominis, nō tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Oneſimus Philemonis ſeruus furax, & fugax, Coloſſenſis erat, quæ eſt ciuitas non longè diſſita à Phrygia. Eadem ratione in epiſtola ad Titum Cretenſium Epiſcopum, ſubiectionis ſeruorum meminit, quæ Inſula ab Aſia non longè diſtat. Nouerat autem Paulus cuiuſque gentis vitia, & proprietates. In priori ad Corinth. cap. 7. etſi ſeruitutis meminerit Paulus; non tamen tam ob ſeruos mouendos quàm ob coniugia, de quibus habebat ſermonem, mentionem fecit.

De teſtibus, ſeu ſeruis Aſianis quid ſcribat Cicero.

1. Pet. 2.

Coloſſ. 4.

Tit. 2.

De ſeruis in priori ad Corinth. faciendi ſermonem occaſio.

1. Cor. 7.

Dicit autem Apoſtolus: *Qui ſub iugo ſunt ſerui.* Id eſt, conditione, non natura. Homo enim naturaliter ſuperbus, ſemper ſibi videtur reliquis præcellere; propterea alterius imperium detrectat: at ſi neceſſitate ferre cogatur iugum, fremit contra ſe, obmurmurat, & reſponſat, iuſſaque implere recuſat. Hęc omnia vitia Apoſtolus à Chriſtianis ſeruis amouere conatur.

Seruos quid eſſe ſub iugo.

Eſt autem triplex ſeruitutis ſpecies, altera naturalis, de qua Ariſtoteles in Politicis, vbi docet natura ſeruos eſſe minus ſapientes eorum qui magis ſapiunt: vt corpus natura ſeruus eſt animi. Altera eſt ciuilis, quæ diuiditur in Politicam, & Deſpoticam ſeruitutem, & de qua hic eſt ſermo: & hæc iuris eſt Gentium. Nec tamen eſt contra rationem naturalem. Fit enim tripliciter quis ſeruus, aut bello captus: nam propterea ſeruus, ſeu mancipium dicitur, quia ſeruatus eſt, & manu captus, vt tradit Iuſtinianus Imperator: aut ſi ſe vendiderit ratione pretij participandi. Quæ omnia ſanè certa ratione non carent: quia bellum poſita legitima cauſa, iuſtum eſt: ergo & quod ſequitur iure belli, quod radix eſt captiuorū, & vernaculorum. Non enim eſt abſurdum, poſito inconuenienti contra legem, aliud etiam iure ſequi inconueniens. Nam bellū ex iniuſtitia alicuius partis oritur; quod eſt inconueniens, vt ſapientiores ſint ſerui inſipientiorum.

Naturalis ſeruit' æqua ſit, quæ ciuilis.

Philoſophus lib. 1. Politico, cap. 1. tom. 3.

Rationi ſeruitutem minimè repugnare, & quot illa modis curritur.

Iuſtin. in §. ſerui autem. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuili.

Tertia eſt ſeruitus Euangelica, qua Deo ex charitate, & proximo propter eum ſeruimus. Cùm igitur ſeruitus opponatur libertati, & Chriſti doctrina prędicaretur lex libertatis; putabant Chriſtiani ſe non ampliùs in Chriſto ſeruire debere, præſertim verò infidelibus dominis. Iſtis ergo ſeruis præcepit Apoſtolus, vt omni honore dominos ſuos dignos arbitrentur, etiamſi nō ſint, id eſt, gerant ſe erga illos ac ſi tales eſſent: quia hoc decet illos cogitare de dominis vt domini ſunt. Sicut de mulierib' quidam dixit, quòd proprius vir videri debet pulchrior, & ſapientior omnibus, etiamſi non ſit: quod non eſt aliud, quàm illo contentas eſſe debere. Tales olim ſerui fuerunt Ioſephus apud Pharaonem, Daniel cū ſocijs apud Nabuchodonoſor, Mardochæus apud Aſſuerum, Caphra paruula ex Iſraël apud Nahaman Syrum, & alij permulti.

Quænā ſeruitus Euangelica.

Galat. 5.

Iacob. 1.

Infideles dominos omni honore dignos arbitrari quomodo ſerui debeant Chriſtiani.

Geneſ. 41.

Dan. 2.

Eſther 2.

4. Reg. 5.

Addit: *Ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur.* Id eſt: Ne malè audiat Euangeliū. Arguit enim Apoſtolus iniquum eſſe, vt filij Dei cauſſam præbeant, cur Dei nomen, & doctrina contemnatur. Cùm enim ſerui ſatis alioqui infideles, & dominis ſuis parū morigeri iam Chriſtiani facti, non modò non emendarentur, verùm etiam furaciores, magiſque proterui redderentur; mox vt idololatræ, Chriſto, & doctrinæ eius oblatrabant, tanquā ea ſeditioſa foret, & contumacibus facta, vt ait OEcumenius. Hæc eſt enim præcipua cauſa, cur tantoperè ſeruis Chriſtianis mandetur ſubiectio, vt domini benè afficiantur Chriſtianæ religioni per illorum promptam obediētiam, & per vitæ malæ mutationem in bonam, etiam domini ad Chriſtum conuerterentur. Mirum autē erat, dominos à ſeruis ad fidē adduci potuiſſe: ſed in Chriſtianiſmo mitiores facti domini, faciliùs ſeruos ad Fidem alliciebant. Vnde in geſtis S. Sebaſtiani legitur, quòd mille quingenti promiſcui ſexus familiæ Chromatij vrbis præfecti, vnà cum eodem à Polycarpo Presbytero baptizati ſunt. Et in Actis S. Laurentij recenſetur, totam Hippolyti familiam, in qua ſerui erant quamplurimi, vnà cum ipſo domino fidem recepiſſe. In vita quoque S. Hermetis legitur, quod ipſe cum vxore, filijs & ſorore ſit baptizatus vnà cum mille ducentis quinquaginta ſeruis, cum ſeruis etiam & filijs eorū, prius tamen ingenuitate conceſſa. Quòd ſi per improbos vilium ſeruorum mores Chriſti doctrina blaſphematur; quantò magis per ſcandaloſam, & fœtentem Sacerdotum, & Doctorum vitam?

Serui inobedientes dominis ſuis, qui præbeant occaſionē nomen Domini, & doctrinam blaſphemandi.

Oecum c 13.

Familiæ Romanorū ampliſſimę quęnam dominorum ſuorum exēplo, Chriſti religionem ſint complexatæ.

Vnde maximè nomen Dei, & doctrina blaſphemetur.

Fideles habẽtes dominos ſerui, vti eos temnere non debeant eos, quia fratres ſunt.

Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres ſunt. Hactenùs dixit de ſeruis infidelium dominorum, qui ab initio plures extiterunt, nunc de his agit, qui fideles habent dominos: qui quoniam per fidem conſerui facti ſunt, & tanquàm fratres, æqualitatem ſtatuere conabantur ad dominium proprium: idcirco ſe illis opponens Paulus monet, vt propterea quòd fideles ſint domini, ijs libentiùs ſeruiant, timori adiungentes dilectionem, qui beneficij ſunt participes. Hoc refertur non ad dominos, ſed ad ſeruos, vt ſenſus ſit: Cogitent ſerui quòd recipient multa beneficia à dominis ſuis: vt quod aluntur, quod veſtiuntur, eorũ prætereà munere Chriſtiani ſunt, & in eo fouentur: reddant igitur beneficiũ eis, benè, & fideliter ſeruiendo.

Alter ſenſus. *Oecum. c. 15.*

¶ Aliter interpretatur Oecumenius: *Sed magis*, inquit, *inſeruiant*. Nempè ſerui. Per hyperbaton enim ponitur. In medio autẽ locetur, *Quod fideles ſint ac dilecti*: & ſubaudiendum eſt, domini. Aut ſimpliciter, vt habet, intelligendum eſt. Qui beneficium recipiunt, hoc eſt domini, curam habeant, vt etiam ſeruis benefaciant.

Docendum quomodo & exhortandũ. *B. Ambroſ.*

Hæc doce, & exhortare. Doce, cum autoritate; exhortare cum leuitate. Exhortare ſcientes, ſed negligentes. Et hæc Ambroſius refert ad Gentiles: Græci Patres magis applicant ad fideles dominos, quos vult inſtitui de omnibus antè etiam dictis, ſcilicet, de viduis, de hæreſibus, & de ſeruis peculiariter.

Soluitur tertia quæſtio.

Ad tertium ſuper id: *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini, &c. ſuperbus eſt, nihil ſciens.* Iudæos notare videtur Apoſtolus, qui producebant ex lege, ſeruum nonniſi per ſex annos ad ſeruitium teneri. Sed reſponſum ſuperiùs ex Auguſtino eſt datum, qui aſſerit omni tempore, quo ſeruus vixerit, debere domino ſuo ſeruitutem impendere, niſi ab eis libertatem promeruerit.

Aug. lib. 2. qq. in Exod. c. 27. to. 4.

Gregorij decretũ, Chriſtiani Iudæis ne ſeruiant, cũ hac Pauli doctrina ac præcepto quã conſonent. *Greg. tom. 2.*

Obijciet quis, cautum eſſe titul. De Iudæis, & eorum ſeruis, ne Chriſtianus famulus vllo modo ſeruiat Iudæis. Et idem docet Gregorius libro 3. Epiſtolarum, cap. 9. Dicendum ergo, Paulum præcipere ſeruis, vt ſubditi ſeruiant, intelligẽdum quamdiù ſubditi manſerint: ſed non prohibet, ſeruos illos lege Imperiali fieri poſſe liberos, & ingenuos autoritate ſuperiorum ius & dominium ſuper dominos illorum ſeruorum habentes. Cùm igitur Iudæi commorantes in terris Chriſtiani imperij, ſint ſubditi Imperatoris, imò & ſerui eius, poteſt Iudæos fidem Chriſti contemnentes dominijs priuare, & bonis iure Gentium debitis ſpoliare. Quod comprobatur in l. fin. C. de clericis & Epiſcopis, vbi habetur: *Vt neque Iudæus, neque Hæreticus ſeruos Chriſtianos, ſerbeant. Quod ſi in tali reatu fuerint, ſancimus, ſeruos modis omnibus liberos eſſe ſecundùm anteriorem legum noſtrarum tenorem. In præſenti autem hoc ampliùs decernimus, vt ſi quis ex prædictis Iudæus, vel Paganus, vel Hæreticis, habuerit ſeruos nondum Catholica fide imbutos, & prædicti ſerui deſiderauerint ad orthodoxam Fidem venire: Tum, poſtquàm Eccleſiæ Catholicæ ſociati fuerint, in libertatem modis omnibus ſecundùm præſentem legem eripiantur.* Hæc ibi.

Iudæi Chriſtiano Imperatori quatenùs ſubſint.

Nam talia poteſt Imperator conſtituere, ſicut & ipſe Dominus in Veteri Teſtamento legem tradidit iudicialem, vt Iudæus ſeruus ſeptimo annò liber eſſet. Et Concilium IV. Toletanum cap. 45. ita refert: *Ex decreto*, inquit, *glorioſiſſimi Principis hoc ſanctum elegit Concilium, vt Iudæis non liceat Chriſtianos ſeruos, nec Chriſtiana mancipia emere, nec cuiuſquam conſequi largitatem. Nefas enim eſt, vt membra Chriſti ſeruiant Antichriſti miniſtris. Quòd ſi deinceps ſeruos Chriſtianos, vel ancillas Iudæi habere præſumpſerint, ſublati ab eorum dominatu libertatem à Principe conſequantur.*

Exod. 21. Deut. 15. Ierem. 34. Conc. Tolet. IV.

Chriſtianis ſeruis cur vetitum [illegible] Iudæis.

Leo Magnus.

Leo quoque Magnus in omnibus ferè ſermonibus id vnum rogat, vt domini ſeruos è vinculis relaxent, & delicta condonent. Conſule ſermonem eius 2. & 4. & ſimilia docent ſermones, 1. 3. 5. 6. 7. 9. 11. & 13. vbi eum agere de ſeruis intelligimus, quos domini in vincula, & carceres coniecerant: & inuitat, & hortatur Romanos Imperatores, vt in honorem Dominicæ paſſionis reos culparum præcipiant relaxari.

Aliter docere quid.

Eſt ergo verbum ἑτεροδιδασκαλεῖν aliter, ſiue diuerſa docere, quod verbum etiam in principio capitis poſuit, deuteroſes Iudæorũ, ſiue ex Philoſophia Ethnicorũ, ſiue ex magia Simonis diuerſa, aut cõtraria tradere: ſicut, qui modò ſerunt hæreſes, vel commentitia exempla, vel falſa miracula: aliter profectò docere, & tradere cenſendi ſunt.

Non acquieſcit, quando quis ſanis ſermonibus Domini noſtri. *Ambroſ. Haymo. Petr. Lõbard.*

Et non acquieſcit, Correctus, ſcilicet, & conuictus, vt ait Ambroſius, ſed qui, poſtquàm ei veritas detecta eſt, nihilominùs in peruerſa doctrina perſiſtit. Eſt enim peruerſa doctrina, ſecundùm Haymonem, & Lombardum, illa quæ tradit, ſeruos fideles dñis infidelibus ſubiectos non eſſe.

Sani qui ſermones Domini noſtri.

¶ Sermones autem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſunt doctrina Fidei, quã Chriſtus nos docuit; vt illi ſint Chriſti ſermones, qui ſunt de Domino Ieſu; ſicut Euangelium Chriſti, & verbum Chriſti, quod Chriſtus annũtiauit.

Cur ſani ſint qui contra infirmi ſermones.

¶ Sanos porrò ſermones Domini vocat, qui integri ſunt, & pleni veritate, cui omnia cõſonant. Infirmi autem ſermones

Sanam quando appellet doctrinam Apoſtolus.
Aug. to. 7. procul à med.
Idem ibid. circa med.
Quænam ſecundùm pietatem ſit doctrina.
Idem tom. 3. paulò longiùs à fine.

ſunt, quos mendacium, & falſitas inualidos, ac reprobos præſtat. Et ſanitas doctrinæ per metonymiam eſt illa quæ ſanos homines in fide efficit. Et ferè cùm Paulus agit contra Iudaizantes, vt in hac epiſtola, & ſecunda, & in illa ad Titum, vocat ſanam doctrinam Chriſti. Auguſtinus quoque agens in Pelagium, doctrinam Catholicam illius doctrinæ repugnantem, ſanam vocat: libro etiam cõtra 1. epiſtolas Pelagianorum cap. 14. ait: *Hæc eſt fidei Catholicæ ſanitas, quam ſanctus vbique ſeminat Spiritus, non prauitatis hæreticæ vanitas, & præſumptio ſpiritus.* Et lib. de natur. & grat. cap. 68. *Meminerimus Chriſtianos hac inſtruere ſanitate doctrinæ.* Et hanc ſanam doctrinam Apoſtolus per paraphraſim quandam explicat, cùm ait: *Et ei, quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ,* id eſt, eius quæ docet verè pium eſſe, verum Deum colere: cuius cultus caput eſt agnoſcere, Deum omnium honorum quæ deſiderari poſſunt, eſſe largitorem propter Chriſtum, illique gratias pro acceptis beneficijs, & pro accipiendis immenſas inceſſanter agere. Hæc doctrina eſt de gratia Dei, vt Auguſtinus docet lib. de Spiritu, & litera cap. 11. id eſt, doctrina Euangelica: nam illa Veteris Teſtamenti ſeuera magis erat, quàm pia.

Iudaizantes quare ſint ſuperbi.
Geneſ. 3.
Aug tom. 2.
Philip. 3.
Ro. 2. & ſeq.
Infra 10.

Subdit: *Superbus eſt, nihil ſciens, & languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.* Superbus eſt, inquit, ſiue ſuperbit, ſiue tumore inflatus, vt Græca vox ſonat. Superba autem reuerà erat inflatio Phariſæorum Iudaizantium, & Pelagianorum tantùm naturæ tribuentium, & gratiæ vim negantium, quam primis parentibus ſerpens inſpirauit, cùm dixit, Eritis ſicut dij: vt eodem capite libri de Spiritu, & lit. tradit Auguſtinus, cap. 9. epiſtolæ Celeſtini Papæ. Adde Apoſtolum, qui pluries notat Iudaizantes tanquàm cõfidentes in carne, vt ad Philippenſ. 3. Roman. 2. & 3. & cap. 10. Et erat hæc ſuperbia cauſſa, cur pietatis doctrinam, quæ docet à Chriſto petendam eſſe iuſtitiam, declinarent.

Quare nihil ſciant.
1. Cor. 2.
Rom. 10.
B Aug. to. 7. ſub initium.

Additque: *Nihil ſciens.* Quia ſcioli ſunt, & ſibi vindicant pietatis doctrinam, ignorant tamen omnia: qui enim ignorat quæ ſcire debet, nihil ſcit. Nihil ſciens, inquit, videlicet de doctrina Euangelica, & Chriſto, & quem vel ſolum noſſe, Apoſtolus gloriatur. Cùm ius tamen ſcientiam illi ſibi vendicabant, & miro modo ſibi placebant. Et Rom. 10. quod zelum, ſiue æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. Alioqui non negarent Deum eſſe creatorem omnium, & futuram eſſe mortuorum reſurrectionem. Vt enim docet Auguſtinus lib. de vnico Baptiſmo contra Petilianum, ca. 5. in principio. *Hanc & nos per maiores noſtros traditam nobis ſequẽtes Apoſtolicam regulam, ſi quid recti etiã in peruerſis inuenerimus, eorum peruerſitatem correcta, illud quod rectum eſt, minimè violamus; vt in vno homine ex ijs quæ vera tenet, etiamſi falſa emendentur, non ex falſis conuictis etiam vera deſtruantur. Sicut ergo dicitur Iudæo: Tene fidem reſurrectionis mortuorum, ſicut tenebas, ſed crede iam Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, quod non credebas,* &c. Hæc Auguſtinus.

Quam tenere debeamus cum Auguſtino Apoſtolicam regulã.
Iudaizantem nihil ſcire doctorem, quomodo verum ſit.
Epheſ. 1.
Coloſſ. 1.
De Chriſto, & Eccleſia, quã de Deo, cur peius malè ſentire quodammodo.
Hæreticus qualis Paulo.

Aſſerit ergo Apoſtolus, Iudaizantem Doctorem nihil ſcire, videlicet de primo religionis noſtræ capite, hoc eſt de agnitione Chriſti, & gratiæ eius neceſſitate, iniquitatis propriæ, ac infirmitatis, corporis etiam ipſius, quod eſt Eccleſia, in qua manendum eſt. Etſi ergo multa quis ſciat de Deo, & de rebus diuinis; nihil tamen illum ſcire pronuntiat. Vel: Nihil ſcit: quia incredulus vni articulo probato, nihil credit de alijs. Et tolerabilius eſſet errare ſine pertinacia circa Dei naturam, & Trinitatem, quàm circa Chriſti gloriam: quia ille error circa rem quidem ſublimiorem, hic verò circa rem hoc tempore nobis viliorem, & magis neceſſariam verſatur. Vnde Scriptura in Chriſti gratia, & Eccleſia commendanda, tota occupata eſt. Quare videtur hoc loco Apoſtolus Hæreticum pulchrè depingere. Eſt enim ſuperbus, & inflatus, & nihil ſciens, vel ignorans quædam ſuperbè.

Langueat quis circa quæſtiones, & pugnas verborum.
Baſil. circa fin. libri, to. 2.
Ambroſius quẽ definiat ſuperbum.
Amb. epi. 84. circa fin to. 3. verſus fin.

Subdit: *Languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.* Eſt enim languens, ſiue ægrotans animo, delirus, vel deſipiens, etſi maximè corporali ſanitate floreat. Et opponit hanc ægrotationem ſanis ſermonibus Domini, id eſt, qui reddebant animo ſanitatem ſpiritus. Et conuenit curioſis omnibus citra Fidem, veritatem quærentibus. Omnes enim homines vitiati ſunt, & ægrotant animo per peccatum. Vnde Baſilius libr. 5. aduerſus Eunomium: *Morbus eſt animæ, malè & curioſè de Deo quærere, ea maximè quæ cum fide cunctis perſpicua ſunt.* Hæc ille. At qui fide, & Chriſti gratia, propriæque infirmitatis agnitione Chriſto adhæret, paullatim ſanitati reſtituitur. Nam qui gratiam Chriſti, & ſuam infirmitatem non agnoſcit, languori, & inſipientiæ obnoxius eſt. Hinc Ambroſius de languore eorum ſuperborum loquitur, dicens: *Hoc eſt propria fiducia inflari, hoc vanam gloriam quibuſlibet ambire diſpendijs, & poſtremò eſt nolle habere quæ Dei ſunt: & ibi ſuum conſtituere meritum, vbi diuinum ceſſarit auxilium.* Hæc Ambroſius, ſiue Proſper, vt alij volunt, in epiſtola ad Demetriadem virginem. Languida igitur eſt anima ſine

Fides, id eſt, certa ſcietia quid efficiat.
Eccleſ. 7.

ſine fide inquirens veritatem.

Circa quæſtiones, inquit, *& pugnas verborum*. Simile eſt illud huic loco, quod Eccleſiaſt. 7. habetur: Fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis immiſcuit quęſtionibus. Scientia namque veritatis ſtabilit, & ſolidat hominem, ignorantia infideliũ omnia dubia reddit, & in quæſtiones vertit. Et ita quęrere, languere eſt, vt ait Chryſoſtomus. Et eſt ſermo de quęſtionibus, quæ ex infidelitate oriuntur. Vt cum Iudæi quærunt: Quomodò vos Chriſticolæ aſſeritis nos lege Moſaica non iuſtificari; cùm lex dicat; *Iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in eis?* Scilicet mandatis legis. Et Pelagius ait: *Quomodo potuit tranſire peccatum Adæ in animam, quæ non eſt ex traduce?* Et Neſtorius: *Quomodo Deus eſt natus ex muliere bimeſtris, & trimeſtris?* Et Arrius: *Quis nouit Patrem, qui prior tẽpore non fuit filio?* Et Capharnaitæ dicebant: *Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuam dare ad manducandum?* Quo loco Chryſoſtom. ſcribit: *Quando ſubit quæſtio quomodo aliquid fiat, ſimul ſubit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus eſt, inquiens: Quomodo poteſt homo in ventrem matris ſuæ iteratò introire?* Et ſubdit: *Quando anima cogitationum vritur febre, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc quærit: Cùm verò illa ſana eſt, non quærit, ſed fideliter credit. Nam ex quęſtione & concertatione verborum inueniri nihil poteſt. Quæ enim fides profitetur ſola, ſuccedens quæſtio neq; oſtendit, neque permittit intelligi. Neq; enim ſi quis clauſis oculis quærat, inuenire quid poterit: ſicut item ſi apertis illis ſe ipſum homo obruat, auerſatusq; Solẽ ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit. Adeò ſine fide nihil inuenire poteſt, eaq; abſente pugnas naſci neceſſariò contingit.*

Chryſo. ho. 17. Iudęi vel hæretici ãgueãt circa quas quæſtiones, & pugnas verborum.
Leuit. 18.
Rom. 10.
Galat. 3.
Rom. 5.
Ioan. 6.
Idem hom. 45 to. 3.
Supra 3.
Idem ho 17. prædicta in Paulum.
Qualis anima nõ credẽs ideoq; nullũ verũ inuenire valens, Chryſoſtomo.

Similia pene Theophylactus docet: *Aegrotare igitur, inquit, eſt haud perinde neceſſaria quærere: nam vbi non eſt fides, iſtic omnia languẽt & ægrotant, neq; quicquam aliud atq; pugnæ verborum naſcuntur, eloquentiore, & perſuaſibiliore alterum peruertere viſo, Fides oculus eſt: qui non habet oculos, nihil inuenit, ſed ſolummodo quærit.* ¶ Similis huic locus eſt ille de quæſtionibus in ſecunda epiſtola: *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Et in illud: *Stultas, & ſine diſciplina quæſtiones deuita*, rectè per Chryſoſtomum annotatum reliquimus: *Sunt*, inquit, *aliæ perutiles quæſtiones de Scripturis, de alijs neceſſarijs, à quibus ille nos minimè prohibet: ſed ita, vt in conquirendo ceſſent lites, iurgia rixa.* Et Auguſtin. de natur. & grat. contra Pelagianos, c, 20. Credere iſta fortaſſe ſufficeret: ſed tamen quia quia diſputare vis, nec obeſt, imò etiã prodeſt, ſi firmiſſima præcedat fides, ita illi Patres egregiè.

Theophyl.
2. Tim 3.
Vtiles de ſcripturis, deq; alijs rebus neceſſarijs quęſtiones quomodo tractandæ.
B. Chry ho. 6.
D Aug to. 7. circa med.

Non ergò eſt hoc loco ſermo de vtilibus quæſtionibus, quales propoſuit Chriſtus in Euangelio, nec de inutilibus fidelium, ſed de infidelium, qui non acquieſcunt ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Rurſus non agit Paulus de Scholaſticis Doctorum quęſtionibus, etſi quidam ex illis plus ſatis in quibuſdam ſibi indulſerint: quia non animo dubitandi, ſed cõprobandi res fidei per Iudæos, & Hęriticos, & Paganos agitatas tractant, & gratia explicandi Scripturę locos inter ſe pugnantes: quę quidem vtiliſſima eſt, & neceſſaria in Eccleſia Dei, ſi ſobriè, & cum modeſtia tractetur.

Theologiæ Scholaſticæ quam vocãt, de Deo, & diuinis rebus quæſtiones quas tractat, ab Apoſtolo nequaquam damnari.

¶ Quare falſa eſt Caluini interpretatio, aientis, Apoſtolum hic agere de ſophiſtis. Sed oſtendendum illi eſſet, tempore Apoſtoli ſophiſtas extitiſſe. Sed ille odio habebat Scholaſticos, qui ſuas nouerant fraudes detegere, ſed de hoc alibi latius diſputauimus. Subdit Apoſtolus: *Pugnas verborum*. Quas vna voce Gręca exprimit λογομαχίας. Et vnus morbus eſt inquiſitio abſque fide Chriſti, alter pugnæ verborum, de quibus & hic, & in ſecunda epiſtola, & ad Titum notat Iudaizantes, quòd relicto ſcopo, & fine legis, intenderent fabulis, & genealogijs, quęrentes diſputationibus res fidei oppugnare, quas è contrario Stephanus Act. 6. Paulus, & Barnabas, Act. 15. propugnabant. Nam Iudaizantes ſequebãtur potius verba, quam res verbis incluſas. Et hoc eſt languere, non ſuſtineri neruis, & fundamentis Fidei. Vt, Oportet ſemper orare. Ex quo Eutychæ volebant ſemper eſſe orandum. Ita etiam Heluidius mordicus adhæreſcens in illis verbis: *Antequam conuenirent*. Et, *Non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitũ*, perpetuæ virginitati Deiparę iniurius fuit. Item ex illis verbis: *Omnia munda mundis*: &, *Omnis creatura Dei bona eſt*, docebat Iouinianus, omnibus cibis vtẽdum omni tempore; & modò Lutherani ex illis verbis: *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*, colligunt non opus eſſe charitate, vel bonis operibus ac iuſtitia ad vitã ęternam. *Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, &c.* Vitia ſatis commodè proſequitur Apoſtolus, quę ex inutilibus quęſtionibus Iudęorum, & hęreticorum oriuntur, vt inuidię, & contentiones. Vna enim ſecta à principio in plures diuiditur: vt illa Simonis Magi in diuerſos variè ſentientes diſcipulos, vt Menandrũ, Carpocratem, Marcionem, Valentem, Manichęũ quanquam in blaſphemia Creatoris, & libidinis turpitudine cõuenirent. Arrius etiam autor negandę cõſubſtãtialitatis diſcipulos

Theologos Caluinus Scholaſticos magnus ille nebulo cur vocet ſophiſtas.
Quæ pugnæ verborũ Apoſtolo, nobis vitandæ, ac fugiendæ.
2. Tim. 2.
Tit. 1.
Act 6.
infra 15.
Luc. 18.
Eutyches, Heluidius, & Iouinianus in his quomodo languerint.
Matth. 1.
Ibidem 25.
Tit. 1.
Quæſtiones vanę & inutiles Iudaizantiũ, & hæreticorũ quos fructus pariant, teſte Paulo.
Simõ Magus Arrius, atque Lutherus, hydræ inſtar Lernææ in quot capita diuiſi.

pulos inter ſe digladiantes ſortitus: quales fuêre Semiuiriani, Macedoniani, Aeriani, & qui merè ſunt Arriani. Ita vnus Lutherus peperit Anabaptiſtas, Cōfeſſioniſtas, Sacramentarios, Antimonos, Libertinos. Vnus credit eſſe Chriſtū in Euchariſtia cum pane, nec tamen adorandum; alij, abſentis tantum corporis ſignū; alij corpus Chriſti eſſe vbiq;, & ideò in Sacramento.

Sancti Eccleſiæ Doctores interdū cuius rei tantū gratia inter ſe diſceptauerint.

B. Hier. to. 2.

Nota etiam, aliud eſſe docendi, diſputandique gratia diſputare, vt Catholici ſolent; quemadmodum Cyprianus cum Stephano Papa, Hieronymus cum Auguſtino, ſalua Fide diſputârunt. Hinc ad Auguſtinum Hieronymus epiſt. 30. *Nos inter nos eruditionis cauſſa diſſerimus: cæterùm æmuli, & maximè Hæretici, ſi diuerſas inter nos ſententias viderint, de animi calumniabuntur rancore deſcendere.*

Quēadmodū ex ſtultis quęſtionibus inuidiæ oriātur.

Philip. 1.

Tit. 3.

Ex quibus, ait, *oriuntur inuidiæ*. Cū enim eorum dubitationes, & argumenta, aut contemnuntur, aut diſſoluuntur, & eorum ſententia cum riſu exploditur, inuidēt ſucceſſui Euangelico, & ſanctis Patribus. Nam Apoſtolus ad Philippenſ. 1. teſtatur quoſdam inuidiſſe, & ad Titū 3. ſe in inuidia, & odio egiſſe teſtatur: ſicut Phariſæi liuore concepto clamabant totum mundum poſt Chriſtum abijſſe. Ambroſius legit in ſingulari, inuidia, ſicut & Græci, ſicut etiam, contentio, non contentiones. Eleganter ſanè Auguſtinus in Procemio Retractionum, ſcripſit: *Abſit vt multiloquium deputem, quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine, ac prolixitate dicatur. Ita aſſerere poſſumus: Abſit vt contentio vocetur, quantalibet argumentorum multitudine, ac prolixitate neceſſaria probentur, vel elucidentur.*

Ioan. 12.

Amb. hoc loco

B. Aug to. 1. initio.

Multiloquiū quod minimè cēſendū Auguſtino.

Blaſphemias etiā quas pariant quęſtiones illæ.

Ambroſ.

Oecu. ibid.

Haymo Epiſc.

Sequitur: *Blaſphemiæ*. Per quas etſi quidā intelligunt maledicta, & conuicia quę in ſe mutuò iaciunt diſputantes, cui ſenſui cōſonat Ambroſius: Gręci tamen intelligūt maledicta in Deum, quibus eum afficiunt illi, qui rationi humanę nixi diuina tractare volunt. *Neceſſe eſt*, inquit Oecumenius, *eum qui humanis permittit rationibus diuina, etiā in blaſphemias incidere ex quæſtionibus.* Haymo: *Blaſphemat*, inquit, *ſacram Scripturam per malam interpretationem.*

Suſpiciones item malæ quæ, & conflictationes hominū mēte corruptorum, ex illis procreentur.

Suſpiciones malæ. Falſæ ſunt de Deo opiniones, & peruerſa dogmata, quæ ex quæſtionibus ducuntur, vt ait Chryſoſtomus. ¶*Conflictiones hominū mente paratorū, qui veritate priuati ſunt.* Gręcè legimus παραδιατριβαί. Et ſignificat inutiles, & ſuperfluas diatribas, id eſt, cōſuetudinem, & exercitium, & cōgreſſum, ſiue diſputationem: nam defendebant hæc vitia repugnante conſcientia, & accipiente cauterium.

Alijs quid cō flictationes hominū mēte corruptorum.

Quintil. li. 5. c. 8 poſt med.

Theopyl.

Alij legunt, peruerſæ exercitationes, Græcè διατριβαί, quæ à Quintiliano ſcholarum exercitationes vocantur: quę ſeruiebant ad acuendum ingenium, & ad confirmandum iudicium. Præpoſitio verò παρὰ, quæ præponitur, adiuncta eſt ad innuendum peruerſum harum exercitationum vſum ad fidem. Theophylactus legit ſuperuacaneum ac diligens ſtudium: *Transfuſio*, inquit, *morbi prauorum dogmatum.* Et Græci docent metaphoram ſumptam ab ouibus ſcabie infectis, quæ, dum alias fricant, inficiuntur: quòd maximè Iudaizantibus conuenit, de quibus Actorum 15. legimus, quomodò venenum ſuum alijs inſperſerint: tales enim alios circumueniunt, transfigurantes ſe in Angelos lucis, veluti miniſtros iuſtitiæ.

Act. 15.

2. Cor. 11.

Soluitur IV. dubium.

Quinā exiſtimēt quęſtum eſſe pietatē.

Tit. 1.

Rom. 10.

Suprà 2.

Ad quartam dubitationem dicimus, Qui pietatem quæſtum eſſe exiſtimant; illi ſunt, qui lucrum ex prædicatione intendunt, vt etiam Apoſtolus ait ad Titum: quorum maior ſanè fuit animi corruptio, quam eorum, qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Erat enim gens Iudæorum auariſſima, quibus ait Apoſtolus: *Qui prædicas non furandum, furaris*: & hodie Iudæi infami, & viliſſima arte fœnerandi viuunt. At noſtro ſeculo Lutherani Fidei Catholicæ hoſtes, pietatis loco quærunt ſecuritatem in peccatis, quæ ſtatim fide in propitiatorem aboleantur: rurſus à legibus omnibus libertatem, imò licentiam faciendi quodcunque placuerit. Æſtimant prætereà pietatem, quæſtum eſſe, quòd Eccleſias, & monaſteria ſpoliant, auream & argenteam ſupellectilem ſacrilegè diripiant, fundos, ac poſſeſſiones earum contra ius commune ſibi vendicent. Præterea Auguſtinus in Epiſtola ad Hilarium: *Multi ſunt*, inquit, *tales qui etiam putant ſibi ad augendas opes ſuas, & multiplicanda delectumenta terrena, religionem ſuffragari debere Chriſtianam.* Cuiuſmodi animo, complures ad monachatum, ac Sacerdotium aduolant, vt pietatem æſtiment quæſtum, otium, & vitæ huius delicias.

Hæreticorū noſtrię tēpeſtatis vana fiducia, eorundem ſacrilegis rapinæ.

D. Aug. ep. 79 circa fin to. 2.

Aliud quoddam genus hominū exiſtimantium quęſtum eſſe pietatem.

Illud: Secede ab his quæ ſunt huiuſmodi, quid ſecundum Græcos.

Chryſ. 17.

Theophyl.

Oecu. c. 16.

Haymo initium ſexti capitis.

Poſt hæc verba, Græci codices habent, quod in Latino non habetur: ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, id eſt, Secede ab his quæ ſunt huiuſmodi, & ſic legit Chryſoſtomus, cum ſuis, & Ambroſius. Haymo verò annotat, ſubaudiendum eſſe in Latino textu: *Hos deuita*. Pulchrè Oecumenius habet: *Non dixit*, ait, *implicare talibus, & è conuerſo contende, ſed ſeiungere poſt vnam & alteram admonitionem. Quando enim perſuadere poteris hominibus, qui pecuniæ gratia pugnant? Cùm igitur*

incor-

Quibuſnam hominibus difficillimè perſuadeatur

Chryſ. ibid. Tit. 3.

incorrigibiles ſint, deuita illos. Chryſoſtomus quoque annotat, locum hunc ſimilem eſſe ei, qui eſt ad Titum: *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.* Si enim, cui erat ſumma pugnãdi neceſſitas admonet, vt illotum congreſſum, & conſuetudinem deuitet: quãto magis nos, qui adhuc erudimur, qui in diſcipulorum ordine ſumus? Et diligenter annotent hoc Apoſtoli dictum, qui ſibi & colloquia hęreticorũ, & librorum ab eis conſcriptorum lectionem permittunt.

Ab hęreticis & eorũ libris ſecedendum.

Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia. Corrigit illorum dictum, qui æſtimant pietatem eſſe quæſtum. Imò, inquit, pietas ſatis per ſe magnum lucrum eſt, vtpotè æterna bona præſtans. Quod ait, cum ſufficientia, poteſt referri ad affectum animi, vt ſufficiens is dicatur, qui eo quod habet, contentus eſt: ſicut ad Philippenſes ait Apoſtolus; *Ego didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Scio humiliari, ſcio & abundare, & c. & penuriam pati.* Vnde Ambroſius: *Magnas,* inquit, *diuitias, & acquiſitionẽ in eo dicit, ſi quis fidelis ſuo contentus ſit.* Et quidam verbum illud; Cum ſufficientia, verterunt: Vt maneant ſua ſorte contenti, quò pertinet illud Poëtæ:

Vt ſit quęſtus magnus pietas cum ſufficientia.

Philip. 4.

Amb. hoc loco

Auſon. Gallus ex Biante Prien.

Quis diues? qui nil cupiet. Quis pauper auarus?

Poteſt quoq; referri ad rerũ neceſſariarum ſufficientiam, vt ſenſus ſit: Pietas quę ſemper cõiuncta eſt rerum neceſſariarum ſufficientię; magnum eſt lucrum, etiamſi diuitijs careat. Ita intellexit Theophylactus, & Auguſtinus epiſtola 121. ad Probam, c. 6. Eſt enim propriè ſufficientia, tantum, quãtum ſufficit, & non vltra quicquam quærere. Aiunt autem quidam minus pij, Chriſtum nõ ordinaſſe Religioſis, vt quęrerent, & mẽdicarent, ac ita de alieno viuerent: quia non eſt res pietatis. Et ideò Dominus Luc. 10. dixit: Edentes & bibentes quę apud illos ſunt.

Alter ſenſus eius loci.

Theophyl. Aug. to. 2.

Luc. 10.

Sed reuera quæſtus in pietate non poteſt dici pietas, aut pietatis res, quia nomen quęſtus ſignificat, quòd ſupra neceſſitatem queritur. Quod ergò excedit ſufficientiam quęſtus eſt, non pietas, & pietatem violat: quod verò non accedit, cum pietate eſt, & ex pietate. Sic enim dictat pietas, & non eſt quæſtus, quod cum pietate eſt, & ex pietate. Et cum id quod ſufficiens eſt, habetur per humilitatem & abiectionẽ mendicitatis, certè magis ex pietate eſt, per quã homo ſe ſubijcit huic ſorti viliſſimæ propter Chriſtum, quæ eſt ex emendicato viuere.

Quæſtus in pietate quare non poſſit dici; c. 25.

Ridiculum porrò eſt, concedere Caietantum, alium pro alio poſſe mendicare, pro ſe ipſo autem non poſſe: nam ſi mendicitas malum eſt propter rapinam, quantò magis prohibenda, ne pro alio fiat? Etſi bonum eſt propter humiliationem, quantò id melius pro ſe agetur? Præterea quid intereſt an id fiat per ſe, vel per alium, modò idem bonum, vel malum reſultet ex facto?

In dictum Caietani:

Pro alijs, non pro nobis mẽdicare licet.

Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid poſſumus. Probat cur pietas ſit ſua ſemper tenuitate contenta, ſibique ſatis habere videatur, licet interim abſit copia. Et diſcurrit ab ingreſſu noſtro in mundum, vſque ad egreſſum per mediam vitam. Nihil enim diuitiarum intulimus in mundum, ſed nudi prodijmus. Rurſus certum eſt, hinc emigrantes nihil ablaturos, ſed vt Iob capite primo ait: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc,* ita vt ſi quando vetera ſepulchra frangantur, diuitum oſſa non internoſcantur. Hinc beatus Auguſtinus ſermone 205. de Tempore: *Communem habetis* (alloquitur pauperes) *cum diuitibus mundum, non communem habetis cum diuitibus domum, ſed commune habetis cœlum, commune lucrum. Sufficientiam quærite: quod ſufficit quærite, plus nolite. Cætera grauant, non ſubleuant: onerant, non honorant.* Hęc ille magnus Pater.

Quęſtus magnus cur pietas cum ſufficientia, ſecundum Apoſt.

Iob 1.

B. Aug. t. 5. ſer. to. 10.

Similia Propheta Dauid Pſalmo quadrageſimo octauo docet: *Diues cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.* Et iterum Pſalmo ſeptuageſimo quintò: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis;* & Sapiens capite ſeptimo: *Vnus introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.*

Pſal. 48.

Pſal. 75.

Sap. 7.

In via verò media; *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Ecce quid ſit ſufficientia, quæ Grecè vocatur αὐτάρκεια, alimenta, ſcilicet, & quibus tegamur, id eſt, cibum, potum, veſtem, & domũ. Etſi nomine alimentorum apud Iuriſconſultos ſoleant venire veſtes, & alia neceſſaria ad vitam humanam: Et non eſt dignatus Apoſtolus veſtes vocare, in quibus quidam inaniter gloriantur, ſed tegumenta, quibus teguntur iumenta, & quibus homo, futurus aliquando puluis, & vermium eſca, tãquam Æſopi cornicula furtiuis nudata coloribus, Alienæ proinde ſunt à nobis diuitiæ, nec inter bona noſtra recenſendæ, vt dixit Sapiens ille, qui interrogatus cur in communi Ciuitatis incendio fugiens, nihil portaret; reſpondit: *Omnia bona mea mecum porto.*

Quid eſt: Habentes alimẽta, & quibus tegamur his cõtẽti ſimus.

Diues qualis tandẽ erit, ac modo quidem ſit.

Gen 3.

Bianti s dictũ

Rebus ad vitã neceſſarijs cur debeam' eſſe contenti. *Matth. 6.*

Et ſubdit Apoſtolus: *His contenti ſimus.* Quia quærentibus regnum Dei, & iuſtitiam eius, reliqua adijciuntur, iuxta Domini pollicitationem. Et ita Iacob capite vigeſimo octauo Geneſis: *Si dederit,* inquit, *mihi Dominus panem ad veſcendum, & veſtimentum ad veſtiendum.* Sapientiſſimus quoque, ditiſſimus, ac potentiſſimus Rex Salomon precabatur: *Mendicitatem ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria.*

Prouerb. 30.

Saladini Aſię dominatoris, morib͂udi, rariſſimũ ſpernendę gloriæ m͂udi & diuitiarũ exemplum.

Blondus Decade ſecunda, libro ſexto refert, Saladinum Sarracenum, vnum ſui ſeculi & gloria, & magnitudine rerum geſtarum, facilè principem, interulam, qua cadauer eius indui Teſtamento diſpoſuerat, præcepiſſe, vt lancea ſublimem ſeruus circumferens per compita, vicoſque clamaret, Saladinum Aſię dominatorem nihil aliud ex tanta opum affluentia ſecum auferre; rariſſimum ſpernendæ gloriæ mundi, & diuitiarum exemplum. Sint ergò mores ſine auaritia, contenti præſentibus. *His,* inquit, *contenti ſimus.* Nos verò contra in victu, & amictu, & habitatione nihil aliud præter luxum, delicias, & oſtentationem quærimus: quo fit, vt nihil vnquam ſufficiat, & ſemper nouis lucris inhiemus, ſemperque egeamus, cum paſſim Scriptura nobis ad memoriam reuocet, vt externa hæc nihil ad nos pertinere conſideremus, ad quæ tandem dimittenda cogimur tot Scripturarum teſtimonijs, & Sanctorum virorum documentis.

Contra immoderatum victum, & veſtitum.

II ratio. cur victu & veſtitu debeamus eſſe cõtenti.

Rurſus ex his bonis externis non eſt nobis certum iudicium vel ad felicitatem æternam, vel ad perpetuam miſeriam, ſed ex operibus noſtris bonis, vel malis expectandum eſt. Et ſi ſanari volumus, reſecanda nobis eſt omnis cupiditas, nec ſequendum vulgi iudicium: nihil enim ei ſufficiet, qui cupiditatem ſuam non refrænauerit. Lege Homiliam ſeptimam Baſilij Magni ad eos qui ditеſcendi ſtudio tenentur: & Hieronymum libro ſecundo aduerſus Iouinianum: *Sapientiæ,* inquit, *operam dare non poſſumus, ſi menſa abundantiam cogitemus, quæ labore nimio, & cura indiget. Citò expletur natura neceſſitas: frigus, & fames ſimplici veſtitu, & cibo expelli poteſt. Vnde & Apoſtolus: Habentes, inquit, victum, & veſtitum, his contenti ſimus. Deliciæ, & epularum varietates, fomẽta auaritiæ ſunt.* Et paulò poſt: *Tolle epularum, & libidinis luxuriam: nemo quæret diuitias: quarum vſus aut in ventre, aut ſub ventre eſt.* Vnde Horatius libr. 1. Epiſtolarum.

Magn. Baſil. tom. 1.
Hier. inter med. libri circiter, & init. to. 2.

Quid natura noſtra ſit paucis contenta.

Hora. li. 1. ep. 10. ad Fuſc. Ariſt. prope fin.

Seruiet æternum, quia paruo neſciet vti.

V. ſol. quæſt. In id: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentatiõẽ & in laqueũ diaboli, &c.

Ad quintum circa illa verba: *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, &cæt.* Diſputat per occaſionem Apoſtolus de auaritia Sacerdotum, ob quam ad vulgus malè audiunt. Nihil, inquit Ambroſius, tam aſperum, tamque pernicioſum eſt, quam ſi Eccleſiaſticus, maximè qui in ſublimi loco eſt, diuitijs huius ſeculi ſtudeat: quia non ſolum ſibi ipſi, ſed & cæteris obeſt. Contrariam enim formam dat hominibus: neceſſe eſt enim multos imitatores eius exiſtere ad perditionem. Chryſoſtomus homilia decimaſeptima rectè expendit, Apoſtolum nõ dixiſſe: Qui diuites ſunt; ſed, Qui volunt fieri diuites. Sunt enim & qui pecunias habentes, eas ritè diſpenſent, ac aſpernentur, eaſque pauperibus diuidant; profectò non eos, qui ſunt huiuſmodi, ſed cupidos notat.

Amb. hoc loco

Chryſ. ho. 17.

Aug. procul à med. to. 8.

Præterea Auguſtinus in Pſalmum centeſimum trigeſimum ſextum, illud acutè conſiderauit, hîc mentionem fieri eorum, qui non ſunt diuites: nam de ijs, qui ſunt diuites, infra dicetur: *Præcipe diuitibus huius ſeculi, &c.* Incidunt, inquit, in tentationem. Multa enim diteſcere volentibus occurrunt, quibus tentantur; & vt ait Chryſoſtomus, multis periculis inuoluuntur.

Chryſ. ibid. in illud: Cõfeſſus es bonam confeſſionem, &c.

Altera ſolut.

Alius ſenſus eſſe poſſet: Incidunt in tentationem, id eſt, ſuperantur à tentatione: ſicut in Oratione Dominica dicitur induci in tentationem. Quaſi dicat: Qui diteſcere vult, ſingulos quoſque veretur, & timet, ne quopacto in re augenda ab eis impediatur. Quare dum homines offendere metuit, iniquè frequenter agit: potiſſimum verò incidit in illam tentationem ſuperbię & elationis. Nam etſi tentari malum non eſt, niſi nos in eam tentationem noſtra culpa incidamus, & ad reſiſtendum noſtra culpa imparati inueniamur, alioquin tamen & bona eſt, & magni meriti materiam prębet. Nam qui non eſt tentatus, qualia ſcit? & Dauid ait: *Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum.* Si tamen homo pigritiæ, & otio, & curioſis rebus intendat, tentationi dat locum: ſicut ſi in tribulatione, & aduerſis caſibus preces non fundat, contra Domini præceptum: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem:* quemadmodum ſi in proſperis gratias non agat, nec ſe tantò magis humiliet, in ſuperbiæ tentationem incidet: ſi habet ſcandalum ab otio, & non fugit, nec amputat ſibi oculum, vel manum, vel pedem ſcandalizantem, hic incidet in tentationem ſic homo, qui vult fieri diues, intrat in tentationem furandi, rapiendi, iniuſtè agendi, & abutendi poteſtate, aduocatione, mer-

Tẽtatio quæ bona & vtilis nobis ſit, quæ noxia, ac pernicioſa.
Eccl. 24.
Pſal. 25.

Matt. 26.
Superbiæ, otij, & auaritię quomodo tẽtationibus occurrendum.
Eccleſ. 7.
Matth. 18.

Nullus (ait Menander) citò ditatus, fuit iuſtus.
Prouer. 23.

cibus: tentatur etiã vt mentiatur, iuret, periuret, & omnibus fraudib⁹ ac dolis ſeipſum exerceat, ac muniat. Vnde rectè habet dictum Menandri:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.

Tale eſt illud Sapientis. *Qui feſtinat ditari, nõ erit innocens.*

Aug. 10. 10.
B Tho. lect. 2.
B Amb. ſer. 4.

Et in laqueum diaboli. Græci codices non habent Diaboli, nec in textu Ambroſij legitur, nec apud Auguſtinũ ſermone quinto de verbis Apoſtoli, nec in Homilia octaua libri quinquaginta homiliarum, nec denique apud beatum Thomam in interpretatione. Legit tamen hoc verbum verus Ambroſius ſermone decimoquarto, in illum verſiculum Pſalmi 108. *Poſuerunt peccatores laqueum mihi, & à mandatis tuis non erraui*, vbi ait: *Aperuit tibi Apoſtolus autorem omnium peccatorum, &c.* producens hunc textum. Diuitias eſſe tentationem, & laqueũ Diaboli, quem tetendit etiam Saluatori, Et Chryſoſtomus exponit laqueum, inſidiatem, quæ in Scripturis ita vocatur. Et diuitiæ à fide aberrare faciunt. Haymo interpretatur laqueum diaboli, damnationem.

Matth. 4.
Laqueũ quẽ incidant diteſcentes.
B. Chry. ho. 17
Haymo.

Ijdẽ deſideria multa quęincidant, & inutilia.
2. Tim. 3.

Addit: *Et deſideria multa, & inutilia.* Perfectio hominis in vno poſita tunc læditur, quando cor eius ad multa diſtrahitur. Et in ſecunda Epiſtola aſſerit de mulierculis quæ ducuntur varijs deſiderijs. Inutilia vocat deſideria, Græcè ſtulta: quia homo ſtudio diteſcendi incipit habère oculum ad domum proximi, ad vineam, & oliueta, vel alia, dicens: Vnde habeas, quęret nemo, ſed oportet habere. Hinc Chryſoſtomus reſpiciens ad vim vocis Grecę ἀνοήτους, ait: *An non ſtulti, qui fatuos, qui nanos habent, oblectationis, non clementiæ gratia, qui piſces includunt atrijs, qui feras nutriunt, qui canibus ſtudent, qui equos ornant phaleris, horumque non ſecus ac paruuli affectu rapiuntur? Hæc omnia inutilia ſunt, ſuperflua, nihil in his neceſſarium, nihil vtile.* Subdit etiam *Nociua*, tum proximis quos quærit ſpoliare; tum ſibi ipſis, qui quærunt diteſcere, difficultateſque, labores, anxietates, & inuidias ſibi acceſſunt.

Chryſ. ibid.

Deſideria quæ nociua.

Deſideria inutilia, & nociua, quomodo mergant homines in interitum.
Matth. 13.

Quæ mergunt homines in interitum. Id eſt, More aquarum multarum, à quibus emergere non datur. Et benè Dominus dixit, ſpinas ſuffocare verbum Dei, vt non valeant euadere, propter ipſum peccatorum pondus. Mergunt autem in interitum animæ in præſenti tempore, & in perditionem in futuro ſeculo, & animi, & corporis. Nam in primis reſtituenda non reſtituunt, aut difficillimè, aut rariſſimè, aut tardiſſimè.

Ad ſextum, in id: *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas*, dicendum eſt, cupiditatem Græcè dici φιλαργυρίαν, id eſt, ſtudium pecuniæ, ſeu argenti amorem. Et veteres, & recentes legere ſolent, Auaritia, vel pecuniæ ſtudium. Nam eſt cupiditas gloriæ, imperij, vindictæ, voluptatum, & aliarum rerum. Ita Origenes in c. 5. Matthæi, Arnobius in Pſalm. 61. & Hilarius ad hoc, alludens, ait in eundem Pſalmum: *Radix maximè iniquitatum, in pecuniæ cupiditate eſt: quam qui apppetit, grauiſſimè tẽpeſtatis naufragio mergitur.* Ambroſius in textu & Commentario legit: *Auaritia. Auaritia,* inquit, *omnia mala poteſt admittere, ideò radix omnium malorum eſt, quia vt deſideria ſua expleat, (quod impoſſibile eſt) & maleficia, & homicidia, & obſcœnitatem, & quicquid ſceleris eſt, perpetrat.* Hæc ille. Et probatur ex eo quod præcedit: *Qui volunt diuites fieri.* Et in moralibus, ſicut & in naturalibus non quid ſemper fuit quęritur ſed quid in pluribus accidit, quia voluntas non ex neceſſitate operatur. Prout autem cupiditas inordinatus eſt cuiuſuis rei appetitus, in omni peccato includitur, quia eſt conuerſio ad bonum temporale. Rectè autem Bion quidam Ethnicus dixit, teſte Diogene Laërtio: φιλαργυρίαν eſſe κακίας μητρόπολιν, id eſt, malitiæ metropolin. Timon verò dicebat duo eſſe malorum elements, ἀπληστίαν & φιλοδοξίαν, hoc eſt, inexplebilem opum auiditatem, & gloriæ appetitionem.

Origenes.
Arnobius.
Hilarius.
Ambroſius.

Bion philoſophus, & Timon de amore quid ſenſerint.
Diogen. Laer.

Solutio VI. dubitationis. Radix omniũ malorũ cur ſit auaritia.

Dicitur autem radix omnium malorum, cupiditas, quòd omnis generis mala ex ea oriri debeant, non vt genera ſingula, ſed vt genera ſingulorum: nullum enim genus peccati eſt, quod non quandoque à ſuperbia oriatur. Nam ſunt qui diuitias cupiunt, vt per eas ad culmen honorum pertingere valeant. Sunt rurſus alij, qui dignitates, & honores appetunt, vt ex illis ditiores fiant. Vt ſuperius ex Ambroſio protulimus. Auaritia ideò radix omnium malorũ eſt, quia vt deſideria ſua expleat, quicquid ſceleris eſt, perpetrat. Non enim viuentibus parcit, neque mortuis, ſed hos quoque deprædatur. ¶ Aliter ſoluit Auguſtinus libr. 31. in Geneſin ad literam, cap. 15. *Meritò, inquit, initium omnis peccati ſuperbiam Scriptura definiuit, dicens: Initium omnis peccati ſuperbia. Cui teſtimonio non inconuenienter aptatur etiam illud, quod Apoſtolus ait: Radix omnium malorum eſt auaritia: ſi auaritiam generalem intelligamus, qua quiſq; appetit aliquid amplius quam oportet, propter excellentiam ſuam, & quandam propriæ rei amorem.* Et infra: *Specialis eſt autem auaritia, qua vſitatius appellatur amor pecuniæ. Cuius nomine Apoſtolus per ſpeciem*

Altera ſolut.
B Aug to 3.
Eccli. 10.
Si initium omnis peccati eſt ſuperbia, iuxta Sapientẽ: quomodo radix omniũ malorum eſt cupiditas?

genus

Eſai. 14.

genus ſignificans, vniuerſalem auaritiam per genus volebat intelligi, dicendo: Radix omnium malorum eſt auaritia. Hinc enim & diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriã poteſtatem. Idem in Pſalmum 118. explicans illud: *Inclina cor meum, Deus, in teſtimonia tua: Auaritia,* inquit, *eſt radix omnium malorum, culpæ, & pœnæ. Et alibi charitatem vocat radicem, iuxta illud: In charitate radicati, & fundati. Vt enim radix omnium malorum eſt cupiditas, ita omnium bonorum charitas.* Hęc ille.

Idem ſerm. 11. to. 10. Pſal. 110. Epheſ. 3.

Auaritia quorũ malorum radix ſit.

Quam (ſcilicet cupiditatem, ſiue rectius, Quam pecuniam) *quidam appetentes, aberrauerunt à fide.* Sex genera malorum ab auaritia proficiſci dixerat: nempè, incidere in tentationem, & in laqueum, & deſideria multa irrationabilia, & nociua, & quę mergunt ad interitum, & perditionem. Addit & ſeptimum, quod facit apoſtatare à fide: quod apertum redditur in Nouo Teſtamento in Iuda proditore Domini: patet etiam in Phariſæis & Iudæis, qui dicebant: *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* Liquidum etiam redditur in Simone Mago, qui voluit pretio comparare Spiritum ſanctum, vt illum alijs impertiretur, & inde diteſceret. In Veteri quoque Teſtamento reſpice Balaam, qui amore pecuniæ fidem reiecit, & in ſcelera multa incidit, docens Regem Balac, quomodò populus Iſrael idòla coleret. In hæreticis etiam idem perſpicimus, quorum multi hodie ab hæreſi non recedunt, ne potiſſimum cogantur reſtituere, quæ furto ab Eccleſia, & Monaſterijs abſtulerunt. Idem poſſet Oſij Cordubenſis Epiſcopi exemplo confirmari, qui ſolicitatos à Conſtantio, vt cauſam ageret contra Gregorium Illibertinũ, lucri ſtudio Fidem abnegauit, vt teſtis eſt Iſidorus in libro de ortu & obitu Sanctorum.

Amore pecuniæ quinam aberrârint à fide.

Ioan. 11. Act. 8.

Num. 23. 2. Petr. 2. Iudas.

Oſius Cordubenſ. à qua mercede corruptus.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Et inſeruerunt ſe doloribus multis. Id eſt: Nõ ſolum eſt radix omnium peccatorum, ſed etiam omnium malorum pœnæ in hac vita per ſynteresim conſcientiæ, & in futura vita ob obiuratam fidem, & propter vermem conſcientię perpetuò rodentem cor hominis. Inſeruerunt ſe, inquit, doloribus multis: quia, vt quidam Sanctus rectè conſiderauit, inſeruerunt ſe prius amoribus multis. Et alludit Apoſtolus ad inſitionem arboris, quæ ſi mala eſt, malos fructus produci t; ſi bona, bonos. Et qui ingerit ſe per charitatem Chriſto, bonos fructus facit: qui verò in dæmonem per amorem ſui ipſius, malos fructus peccatorum, & ſuppliciorum germat. Vnde per dolores intelligunt quidam peccata, & mala culpæ more Hebræo, vt ſæpè alias vſurpatur. Vnde Pſaltes: *Ecce parturijt,* inquit, *iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem:* & alibi: *Sub lingua eius labor, & dolor;* Eſaię quoque 10. vox Amal, quę alibi vertitur doloris nomine, ibi conuertitur per nomen iniuſtitiæ. *Scribentes,* inquit, *iniuſtitiam ſcripſerunt.* Sunt enim mala culpæ verorum dolorum cauſæ.

Auari quibus ſe inſeruerint doloribus multis, & quare.

Matth. 7.

Quibus quoque, ſecundũ alios, cupidi illi ſe doloribus inſeruerint multis.

Pſalm. 4. Eſai. 10.

DISPVTATIO XVII. ac poſtrema.

In illa Apoſtoli verba: ***Tu autem, O homo Dei, hæc fuge, ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatẽ, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus. Præcipio tibi coram Deo qui iuſtificat omnia,*** **& reliq. vſque in finem capitis.**

PRIMÒ dubitatur, quò tendat Apoſtolus. Deinde, quis dicitur homo Dei apud Paulum. Tertiò, quę ſint illa quę fugienda Timotheo abſolutè, & non explicando illa, pręcipit: & quę ſunt illa quę ſectari debet; & quomodo certando bonum certamen, apprehenditur vita ęterna. Quartò, quę eſt hęc bona confeſſio, quam confeſſus erat coram multis teſtibus Timotheus. Quintò, quale fuit illud mandatum quod ſub tanta conteſtatione proponit, vt illud ſeruet ſine macula, & irreprehenſibile. Sextò, quomodò ſolus Deus dicitur habere immortalitatem, quę eſt tam Angelorum, quam beatorum omnium hominum; & cuius perſonę conueniunt illi ritu- li, Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, cui honor, &c. Septimò, qui ſunt diuites huius ſeculi, quos Apoſtolus vult à Timotheo doceri, & inſtitui. Octanò, quod eſt illud depoſitum ſeruandum à Timotheo, & non ſpeciatim expreſſum. Nonò, quę ſunt profanę vocum nouitates: ſemper enim in Eccleſia fuerunt nouę voces ad explicãda myſteria Noui Teſtamenti. Decimò, & poſtremò, quos tangit, cum ait; Et oppoſitiones falſi nominis ſcientię, quam quidam promittebant, qui tamen à fide exciderunt. Hæc pauca videntur breui explicanda, & illuſtranda.

I. dubium. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum. Octauum. Nonum dub. Decimum.

Primę ſolut. quæſtion:s. Qui ſcopus Apoſtoli.

Ad primum de ſcopo nõ eſt difficile reſpondere:dixerat enim multa contra auaritiam corũ,qui in Eccleſia pręſunt: ipſe iam exhortatur ad exercitia ſpiritualia,& virtutes,quibus munus Epiſcopi perficitur:nam in vno Timotheo inſtituere intendit omnes Epiſcopos,& Sacerdotes,quorũ quidã adeò inhiant diuitijs accumulandis, & cõgerendis,vt ſeculi huius diuites longè poſt ſe relinquant;quod plenum eſt ſcandali, & infamiæ.

Secũdę quæſtionis ſolut Homo Dei quis Apoſtolo.
Hier to 5.

Ad ſecundum: Dei homo eſt, qui populo in rebus Dei præeſt, qui paſtorem agit,& Epiſcopum. Hieronymus in caput 17. Ezechielis aſſerit,eos propriè, & peculiariter vocari homines Dei, qui non modò conditionis. & familiaritatis iure Deo ſunt coniuncti. Alioqui omnes animæ Dei ſunt, quia ab ipſo conditæ. Vnde in Veteri Lege qui iuſtus vult deſignari, vir Dei, vel Dei homo dici conſueuit, is nimirum dumtaxat, cui Deus loquebatur,& ſua reuelabat. 1. Regum 2. dicitur; *Venit vir Dei ad Heli*,& cap. 9. *Vir Dei eſt in hac Ciuitate, vir nobilis: omne quod loquitur,ſine ambiguitate verum eſt.* 3. Regum 13. *Tu ne es vir Dei?* Ita Helias, & Heliſæus vocari ſolent:*Si homo Dei ego ſum*,inquit: *deſcendat ignis de cælo,& deuoret te, &c.* Dauid quoque vocatur homo Dei,hoc eſt,Propheta: Auguſtinus etiam in Ioannem: Cyprianum, & ſimiles vocat homines Dei per quandam excellentiam;cum omnes iſti ſint populus Dei.

1. R.g. 2. *Infrà 9.* *3. Reg. 13.* *4. Reg 1.* *2. Paral. 8.*

Certię ſolut. dubitationis. Timotheus quæ fugere debebat.

Ad tertiam circa id:*Hæc fuge*:intellige vitãdam teterrimam auaritiæ peſtem, de qua erat ſermo:non ſecus atq; auari ipſi paupertatem fugiunt,quam vt non valeant expellere à ſe ipſis,nullum non mouent lapidem Et vt Poeta quidam dixit:

Hora li 1. ep. 1. circa med.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa,per ignes.

Illa quomodo eidem fugienda.
Eccl. 21.

Euge ergò promptè,& impigrè,tanquam à facie colubri:quia rapit hominem voluptas rapiunt diuitiæ,niſi fugiat, eò quòd homo proprio ſuæ naturæ vitio,& affectui Inclinetur ad illas. Et fuga hæc fit affectu, & mentis alienatione, non autem corporis greſſibus, quia *Cælum* (ait ille) *non animum mutant,qui trans mare currunt.* Et ſcripſit Ambroſius elegantem librum de fuga ſæculi. Ac vt expeditus eſt nudus ad curſum,& ad fugam,ita adoleſcentulus amictus ſyndone ſuper nudo,relicta ſyndone euaſit eos, qui tenere eum volebant. Et tales debent eſſe omnes religioſi, qui mundum ſe reliquiſſe profitentur.

Hora li. 10. ep. 11. ad Bullatium in fin.
Marc. 6.

Quid fugere quid verò ſectari.

De his verò quæ ſectanda ſunt, ſubiungit:*Sectare verò iuſtitiam,pietatem,fidem,&cæt.* Fugimus ea,à quibus nobis metuimus, & feſtinanter recedimus;ſectamur verò, quæ magno conatu, & ſtudio nitimur apprehendere.

Iuſtitiã quomodo ſectemur,pietatẽ, charitatem.

¶Sectamur verò iuſtitiam,cum in ſtudio pietatis conamur nos ipſos ſuperare,& nouum ſemper aſſumimus ſpiritum & iuſtitiã ne immodica cupiditate alicui iniuriam faciamus:pietatem verò, dum Dei cultui vacamus:fidem,quę in futura proſpicit, dũ ad pręmia ęterna aſpiramus: quia fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum.Porrò charitatem Dei,cùm erga proximos liberales, & beneficos nos oſtendimus. ¶ *Patientiam*, ne in paupertate victus & amictus, animo deficiamus.*Manſuetudinem verò*, hoc eſt, animum mitem,& tranquillum,dum ea quę noſtra ſunt,nobis eripiuntur.

Heb. 11.
Patiẽtiã quoque,ac manſuetudinem.

Certemus bonũ certamen fide quando.

Certa bonum certamen fidei. Certamen bonum fidei certamus,dum omnis pugna, & conatus ſuſcipitur propter cœleſtia. Et apprehendimus vitam æternam,hoc eſt, regnum cœlorum,quod vim patitur, & à violentis rapitur,non à tepidis. Hæc enim victoria,quæ vincit mũdum,fides noſtra. Eſt etiam bonum certamen, quia ad ſummum bonum poſſidendum ducit,& malum ſummum deuitat. Hinc Auguſtinus rectè dixit: *Melius confligitur cum vitijs, quam cum ſine vlla conflictatione dominantur. Melius eſt*, inquam:*bellum cum ſpe æternæ pacis,quam ſine vlla liberationis cogitatione captiuitas.Cupimus quidem etiam hoc bello carere,& ad capeſſendam ordinatiſſimam pacem,vbi firmiſſima ſtabilitate potioribus infirmiora* (alij legunt, inferiora) *ſubdantur,igni diuini amoris accẽdimur.* Hæc magnus ille Pater.

Matth. 11. *1. Ioan. 5.*
B. Aug. li. 21. de ciui. Dei, c. 15. in fin. 10. 15.
Melius quod bellum captiuitate ſit.

Quid itẽ certate bonum certamen fidei:& apprehendere vitã æternam.

Alij putant,certamen fidei, eſſe defenſionem fidei. Apprehende tanquam palmam victoriæ vitam æternam, quam cum vitijs certando quis conſequitur. Et apprehendere eſt conſequi. Et vt fructum arboris nobis altiorem non apprehendimus, niſi ſaltu quodam à terra nos erigendo;ita vitam æternam non aſſequimur, niſi terra relicta, ſaltem corde in cælum nos eleuemus.

Soluitur IV. dubit. Timotheus quã confeſſus ſit bonã confeſſionẽ coram multis teſtibus, triplex intelligentia.

Ad quartum: *In quam*,inquit, (ſcilicet vitam æternam). *vocatus es, & confeſſus bonam confeſſionem*,vel bonam profeſſionem. Vocat igitur Deus ad vitam æternam, non ergò retrocedendum eſt,nec oſcitanter agendum. Et ob illam eandem vitam profeſſus es bonam confeſſionem:quod triplicem habere poteſt intelligentiam. Prima eſt Chryſoſtomi, & Theophylacti, quòd in periculo vitæ ob Euangelium verſare-

Theophyl Chryſ hom. 11 & 10.

tur;& idcò coram multis confeſſus eſt Fidei doctrinam. Secundò intelligi poteſt de profeſſione, quæ fit in Baptiſmo, qua profitemur abrenuntiare Satanæ, & pompis eius:& in hac ſententia eſt Ambroſius, OEcumenius, & Haymo. Petrus verò Lombardus,&Thomas ita interpretantur: Confeſſus es bonam doctrinam, cùm coram multis teſtibus tuæ pietatis bonum ſpecimen dediſti : vel in conſecratione cùm fieres Epiſcopus, profeſſus es bonam profeſſionem,te ſcilicet ſemper euangelizaturum. Secunda autem expoſitio magis placet, quia dicit ſe in vitam æternam vocatum;quod tunc propriè fit,cùm Chriſtiani efficimur:& interrogatus in Baptiſmo Chriſtianus, Quid præſtat tibi fides ? reſpondet,Vitam æternam. Timotheus etiam vocanti non defuit. Turpe igitur fuerit terga dare,&fidem ſolenniter datam deſere.

Ambroſ. Oecu.c.16. in fine. Haymo. Pet. Lombar. D.Tho lect. 2.in fin.

Quinam ſenſus illorum trium pręſtantiſſimus.

Multi teſtes erant Sacerdotes miniſtri, reliqui verò Chriſtiani,&ſancti Angeli.De quo ritu profitendi loquitur Auguſtinus libr.8.Confeſſion. cap. 2. poſt medium, loquens de Victorino:*Vbi ventum eſt ad horam profitendæ fidei,quæ verbis certis conceptis, retentiſq; memoriter de loco eminentiore in conſpectu populi fidelis Romæ reddi ſolet ab his, qui acceſſuri ſunt ad gratiam tuam,oblatum eſſe dicebat Victorino à Presbyteris,vt ſecretius redderet, ſicut nonnullis,qui verecundia trepidaturi videbantur offerri mos erat : illum autem maluiſſe ſalutem ſuam in conſpectu ſanctæ multitudinis profiteri.*

Multi teſtes bonæ cõfeſſionis Timothei quinam illi fuerint. *B. Aug to.1. ſub init.*

De hoc etiam ritu loquitur Dionyſius lib. de Eccleſiaſt.Hierarchia,cap.2.part. 2.& c. 7.part.3. Et hic ritus publicus conformis eſt legi naturæ.Iuſtum eſt enim, vt qui publicè aduerſatus eſt Deo,etiam ſe illi publicè ſubijciat,vt ad eum redeat. In veteri etiam lege quando populus ob idololatriam à Deo defeciſſet, publicè iterum fœdus cũ Deo feriebat, & ſpondebat ſe Deo adhæſurum ſemper in futurum:vt de Ioſia habetur 4.Reg.13.& de Iuda 4. Reg. 11.& Nehem.9.& 10. Et huic ſenſui fauet verbum ὁμολογεῖν,quod ſignificat Gręcè ſpondere, paciſci,& profiteri.

Dionyſ. Areo. Publicè Fidẽ profitẽdi ritus,quam ſit naturæ conſentaneus.

4.Reg 13. Suprà 11. Nehem. 9.

Ad quintum,addit Apoſtolus horrendã adiurationem:*Præcipio tibi:* inquit, *corã Deo:* quam putat Ambroſius non propter Timotheum, ſed ob eius ſucceſſores ab Apoſtolo additam.Chryſoſtomus cum Græcis adiectum cenſet,vt metum Timotheo inijciat,quo teſtem ſemper Deum præ oculis habens,animo commoueatur.

Timotheum cur adiuret Apoſtolus dicens, Præcipio tibi coram Deo. *Amb hoc loco Chryſ hom. 18.in prin.*

Adiungit:*Coram Deo, qui viuificat omnia,* id eſt,qui potentiſſimus eſt; & ita alacrior ſit ad certamen,& pericula ſubeunda. Reſurrectio enim diuinę opus eſt virtutis.¶ *Et Chriſto*,inquit,*Ieſu*.Hunc inducit vt exemplar,quod imitetur. *Qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato,bonam confeſſionem.* Quod ſecundùm Patres Græcos refertur ad id, quòd coram Pilato confeſſus eſt ſe Regem Iudæorum. *Ego*,inquit,*in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.*Idem etiam facto martyrij ſui, quo mortem ſubijt, & ſuppliciorum tolerantia conteſtatus eſt.Sic Haymo exponit, ac Thomas.

Quare adiuret corã Deo qui viuificat omnia.

Chriſtus quale teſtimoniũ reddiderit ſub Pontio Pilato bonã confeſſionẽ. *Ioan. 18.*

Haymo Epiſ. D.Tho lect. 2.in fin.

At Theodoritus bonam confeſſionem explicat ſalutem hominum,pro qua Chriſtus paſſionem ſuſtinuit, & confeſſus eſt, quòd ipſe ſolus ſit Saluator omnium : id quod nos in Baptiſmo confitemur,& ita eã teſtimonio ſtabiliuit. Teſtimonij ſiquidem vox pertinebat ad iuſtificationẽ, quæ fit opere,& ſanguine,& voluntaria morte. Chriſtus igitur id quod erat, antè verbis profeſſus eſt, & opere poſtea conteſtatus. Ita tu Timothee hoc cogita,vt id quod verbis es profeſſus in Baptiſmo, opere exequaris,& ipſo facto mortis,ſi opus ſit,conteſteris.

Alter ſenſus, nempe Theodoriti,pat. 2.

Ad illud verò,quale ſit illud mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq; in aduentum Chriſti, reſpondeo, quoſdam ſentire eſſe illud,quod ſuperiùs dixit: Certa bonũ certamen fidei;alij verò mandatum per cæteroſin numeri,id eſt, quæcunq; mandaui ſpectantia ad boni Epiſcopi munus. Alij intelligunt mandatum prędicationis verbi Dei,quod accepit in Epiſcopatus profeſſione.Alij mandatum dilectionis proximi, per Antonomaſiam mandatũ abſolutè dictum,quòd qui præſtat Epiſcopus,boni paſtoris opera pręſtabit,& ponet animã ſuam pro ouibus ſuis.

Ad V. dub. Timotheus ſeruãdũ ſine macula, irreprehenſibile quodnã accepit mandatum. *Ioan. 10. 1 Ioan. 3.* Timotheus quomodo ſe immaculatũ, & irreprehenſibilem, vel mandatũ ſeruare ſine macula,& irreprehenſibile deberet.

Addit:*Sine macula irreprehenſibile*, Græca litera poteſt referri ad Timotheũ,vt Chryſoſtomus facit, & Theophylactus. Vnde quidam conuertit : Vt ſerues pręceptum immaculatus,& irreprehenſibilis; & in idẽ redit:ita vt neq; vitę,neq; dogmatum gratia aliquam maculam contrahas, vnde meritò reprehendaris.

Chryſ.ho. 18. Theofyl.

¶ Oecumenius autem refert ad mandatum:maculat enim, & reprehenſibile facit mandatum,qui punit,ſecundum illud: *Qui detrahit fratri,detrahit legi.*Ita maculat,& reprehendi facit legem, qui eam non ſeruat, maximè ſi ſit Epiſcopus,propter cuius malam vitam,aut praua dogmata, ſicut nomẽ Dei,ita & mandatum eius vituperatur, & blaſphematur.

Oecu.c.17. initio. Iacob.4.

Porrò per immaculatum intellige, ſine macula magni: & grauis delicti; nam ſine le-

Seruari ſine macula quis poſſit.

ne leuibus & venialibus non viuunt etiam perfecti viri. Vnde protſus eſſe ſine macula, in ſeculum futurum ſeruatur. Nam Epheſ. 5.dicitur; *Vt exhiberet ipſe ſibi* (Chriſtus) *glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi.* Veruntamen Paulus apertè ſubdit, hoc tribui hominibus in die iudicij, quia ſubdit: *Vſq; in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti*;ita ergò locutus eſt, ad illud tempus reſpiciens.

Epheſ. 5.

Baptiſmus quo ritu, & ordine cele bretur.

Pro quo ſenſu perſpice ritum, & ordinem baptiſmi.Primò enim inſtituitur Catechumenus de Fide,deinde baptizatur, & poſt Fidem, & Baptiſmum præcipienda ſunt ea,quæ ſunt ſeruanda: ſicut Hieronymus apertè docet ſuper illud Matthæi: *Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis*; vt quodammodò baptizato dicatur: *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare*: quod præceptum non tantum verbo, ſed & ceremonia quadam baptizato proponitur, cùm eius vertex chariſmate inungitur, & veſte candida induitur, & ardens cereus datur in manibus eius,ac dicitur ei; *Accipe veſtem candidam,ſanctam,immaculatam,quam feras ante tribunal Chriſti, & habeas vitam æternam, & viuas in ſecula ſeculorum, Amen.* Hieronymus in epiſtola ad Damaſum meminit cerei,qui datur, ac dicitur: Accipe lampadem ardentem, irreprehenſibilem cuſtodi baptiſmum tuum,ſerua Dei mandata;vt cùm Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei vna cum omnibus ſanctis in aula cœleſti,habeasque vitam æternam, & viuas in ſecula ſeculorum. Huius veſtis mentionem fecerunt Dionyſius Areopagita libr.de Eccleſiaſt.Hierarch.ca.2. part.3.ſub finem;& Ambroſius libr. de ijs, qui myſterijs initiantur,cap.7.initio: *Accepiſti*,inquit,*veſtimenta cãdida,vt eſſet indutum quod exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina.*Paulinus in carmine:

B Hier. in c. Matth.28.& vltimum,in ſin to 9.

Ioan. 15.

B. Hieron.

Matth. 25.

B. Dionyſ.

B. Amb to.4 Baptiſmalis cand dæ veſtis myſteriũ.

B Paulinus.

Inde parens ſacro ducit de fonte Sacerdos
Infantes niueos corpore,corde,habitu.

Et Lactantius in carmine Paſchali, in fine:

Lactant.

Candidus egreditur, nitidis exercitus vndis,
Atq; vetus vitium purgat in amne nouo.

Sabbatum in albis quale ſit,& cur huius nominis.

Ideò Sabbatum poſt Paſcha primum, dicitur Sabbatum in albis;quia tunc candidam veſtem neophyti deponebant. Et ad hanc fortaſsè veſtem alluſit Iudas in Catholica ſua,cùm ait:*Odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.*

Iudas.

Ad rem igitur, vocat Paulus præceptum immaculatum,& irreprehẽſibile,quia præcipit homini agere,vt in die iudicij immaculatus,& irreprehenſibilis appareat:quẽadmodum præcepum temperatum, ac fortè dici poſſet,quòd temperantiam,ac fortitudinem præſcriberet. Nam leges à rebus præſcriptis nomina ſumunt, vt lex repetundatum,& lex ſumptuum.

Immaculatũ cur Apoſtolus mand aũt appell e.

De Secundo Chriſti aduẽtu idẽ,& Scripturę omnes cur ſæpius loquantur.

Sequitur:*In aduentum*.Græcè eſt,in apparitionem: frequenter enim inculcatur nouus ſecundus Chriſti aduentus,quia res præcipua eſt,& ſanctorum ſpes,& conſolatio contra miras Satanæ inſidias, & carnis, & mundi technas.Et ſicut in veteri lege omnia deſignabant primum Chriſti per incarnationem aduentum: ita quod nunc agitur à pijs, vt impleatur ſecunda petitio Orationis Dominicæ:*Adueniat regnum tuũ.* Ideò Apoſtolus ſæpè proponit ſecundum Chriſti aduentum, vt ad Philippenſ.1. *Vt ſitis ſynceri,& ſine offenſa in diem Chriſti*;Cap.3. eiuſdem epiſtola:*Vt & inueniar in illo nõ habens meam iuſtitiam.* Et infra:*Si quomodo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis.* 1. Corint.1. *Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.*Ita etiam dicitur ad Coloſſ.1. & in 2.ad Timotheum: *Non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Dixit ergò Apoſtolus Timotheo,vt ſeruet mandatum vſq; in aduẽtum Domini noſtri:quod interpretatur Chryſoſtomus, vſq; ad conſummationem tuam, vel vſque ad exitum: Quod alibi expreſſum eſt à Spiritu ſancto: *Eſto*,inquit,*fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*Et vt Auguſtinus docet ad Heſychiũ:*Vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit ſua vitæ huius vltimus dies.* Hæc ille. Ac fortaſſis ſpiritus ſanctus hoc ſermone libenter vtitur,quia melius capiunt homines totius hominis,quam ſolius animę iudicium; ac vt fides reſurrectionis inculcetur,& ſit quiſque in hac vita ſolicitus, quia ex ea in extremo iudicio omnes iudicabũtur. Quem ſcilicet aduentum, ſiue quam apparitionem, ſuis temporibus oſtendet, ſiue reuelabit: Temporibus,inquam ſuis, à ſe decretis ac deſinitis,ac Patri ſoli notis, vt CHRISTVS dixit, & congruis, quia Deus opportuno, ac congruo tempore omnia faciet.

Matth.6.

Chriſti aduẽtus ad iudicium,Pauli teſtimonia.

Philip.1.

Infra 4.

Ibidem.

1.Cor.1.

Coloſ.1.

1. Tim. 4.

B. Chryſ ho. 10.

Apoc. 2.

Aug. ep. 80. ſub init.10 2.

Quid eſt, Chriſti aduẽtũ à Deo ſuis fore tẽporib' oſtendendũ.

Matt.24.

Neque dixit in ſingulari,ſuo tempore, ſed in plurali,ſuis temporibus; vt intelligat quiſque ſuam è vita migrationem fore diem iudicij.Et hoc addit; ne contriſtetur quis, quòd nondum adſit Domini aduentus:*Beatus,& ſolus potens, Rex Regum,& Dominus Dominantium.*Dicitur beatus Græcè

Suis tẽporib' non aũt ſuo tempore, cur dicitur declarandus.

Ambroſius.

cum articulo ὁ μακάριος,& Ambroſius legit Beatus ille, quòd ſolus ex ſe,& per ſe beatus ſit,& tanta beatitudine plenus, vt eam in omnes electos copioſè effundat. Vnde cap. 1. dixit: *Secundum Euangelium gloriæ beati Dei,* Et honorat Patris autoritatem, quia ab ipſo procedunt omnia. etiã ipſe Filius,& Spiritus ſanctus:& quicquid eſt, habet autorẽ Deum, quia ipſe eſt Rex verus, & Dominus, qui à nullo regitur, ſine quo nemo regit,& per illum Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

1. Tim. 1. *Prouer. 8*

Potens hoc loco quid: Deus quare ſolus dicitur potens.

Dicitur ſolus potens, vbi Gręcè eſt ſubſtantiuum δυνάςης, quod eſt ſubſtantiuum & ſignificat ſatrapam, vel principẽ, & deriuatur Gręca dictio à potentia, quę eſt Gręcè δυνάμις, Et hoc dicitur ad ſolatium diſcipuli, ne metuat, neue admiretur mortales Reges: tunc enim Reges oppugnatores Fidei videbantur beati,& magni principes,& potentes; in quos ait Apoſtolus, Fili mi Timothee, illi nec verè beati, nec verè principes ſunt, ſed ſolus Deus.

Ad VI. dub. Deus quomodo ſolus potens, cum & Angeli ſint potentes. *Rom 13.* *Pſalm. 102.* *Ambroſ.*

Obijcies: Nonne omnis poteſtas à Deo eſt, & omnes Principes ſunt Dei miniſtri? Deinde Dauid ait: *Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius*: quomodò ergò Deus ſolus potens? Sed hoc optimè ſoluit Ambroſius, in hæc verba dicens: Solus eſt ipſe, qui propriam, & à nullo habet acceptam beatitudinem, atque potentiam, dominatum & regnum, nec non immortalitatem. Alij verò intelligunt, Solus perfectè princeps, & potens eſt, ſolus Rex Regum, & Dominus dominantium.

Altera ſolut.

Quare ſolus Deus habeat immortalitatem.

Qui ſolus habet immortalitatem. Non accipit ab alio, ſed à ſe habet,& in ſeipſo; accipit verò Filius à Patre, & à Patre & Filio, Spiritus ſanctus. Dicitur hoc etiam, ad differentiam noſtrorum Regum mortalium, qui tandem omnes morti obnoxij fuerunt: & de quibus Sapiens ait: *Omnis potentatus breuis vita. Breuem languorem præcidit medicus.* Sic & Rex hodie eſt, & cras morietur. Vel vt ait Hieronymus, ſolus Deus habet immortalitatem: quam per naturam habet, non per gratiam, ſicut Angeli: animi verò,& Angeli per gratiam, & participationem habent. Rectè quoque Auguſtinus libro 3, contra Maximinum.: *Immortalitatem Deus habere dicitur ſolus, quia eſt immutabilis ſolus. In omni enim mutabili natura nonnulla mors eſt ipſa mutatio, quia facit aliquid in ea non eſſe quod erat: ſolus autem Deus immutabilis.* Et Ambroſius libr. 3. de Fide ad Gratianum, capite 2. *Sed alia immortalitas,* inquit, *ſuæ naturæ* (.i. diuinæ) *alia noſtra eſt: non ſunt fragilia comparanda diuinis: vna ſola ſubſtantia diuinitatis eſt, quæ mori neſcit. Vnde & Apoſtolus cum ſciret animam, & Angelos immortales, quod ſolus Deus immortalitatem habeat, prædicauit. Nam & anima moritur: anima enim quæ peccauit, ipſa morietur. Nec Angelus immortalis eſt naturaliter, cuius immortalitas in voluntate eſt Creatoris. Neque ad præiudicium trahas quod non moritur Gabriel, non moritur Raphael, non moritur Vriel: & in ipſis enim naturæ capacitas vitio obnoxia, ſed non obnoxia diſciplinæ.* Hæc ille.

Eccl li. 10.

II. ratio. *Hier. li. 2. contra Pelag. initium verſus, to. 2.*

Aug. c. 3. poſt med. tomo 2.

Ambro. to. 2.

Ezech 18.

Lucem Deus cur habitet inacceſſam.

Qui lucem habitat inacceſſibilem. vel inacceſſam, vt Gręca vox ſignificat, ἀπρόσιτον, quia videlicet ad eam nullus ſuis viribus peruenire poteſt. Nam cum accedemus, aſſumemur,& trahemur ab eo, non noſtris viribus ſed ſuo munere.

Si Deus lux eſt inacceſſa, quomodo lucẽ habitat inacceſſibilem. *1. Ioan. 1.* *Oecu. c. 17. in fine.*

Obijcies; Quomodo dicitur inhabitare lucem, cùm ipſe ſit lux inacceſſa, iuxta illud: *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ?* Reſpondet Oecumenius: *Vides, quod dum etiam magnum aliquid* (de Deo ſcilicet) *dicere volumus, lingua impotens efficitur? Inacceſſa verò dicitur, ad quam nemo ob vehementem ſplẽdorem poteſt accedere.* Sic ille. Metaphoricè ergò dictum eſt, *habitat*, pro, ipſe eſt lux inacceſſa; quale illud eſt: *Amictus lumine, ſicut veſtimento,* cùm eius lumen ſit ipſe Deus, & ipſe denique ſit ſibi omnia: id eſt, Hoc ipſum quòd Deus eſt, omnium excutit comprehenſionem.

Pſal 103.

Deum quaſtione viſus hominũ non vidit, ſed neq; videre poteſt. *Ioann. 1.*

Subdit: *Quem nullus hominum vidit.* Id eſt, oculis corporis non vidit ipſius ſubſtantiã: nam alioqui per ſubiectam oculis creaturam ſæpè viſus eſt. ¶ *Sed nec,* inquit, *videre poteſt.* Nam qui vidit, iam non eſt homo, quia repugnat hominis conditioni. Id ergò quod Paulo eſt lux, nobis eſt caligo, nubes, tenebræ, id eſt, incomprehenſum, in cuius viſione caligat oculus intellectus, etiam interior. Vnde Damaſcenus lib. 1. cap. 4. propè finem: *Infinita diuinitas, & incomprehenſibilis.* Et hoc ſolùm eius comprehenſibile, infinitas, & incomprehenſibilitas. *Non videbit me,* inquit, *homo, & viuet,* dum ſcilicet in humana natura, & ſola ſubſiſtit. Sicuti autem inuiſibilis eſt, ita & incorruptibilis: qui videntur, Reges temporarij ſunt; qui non videtur, æternus. Hinc Auguſtinus epiſtola ad Italicam: *Nam etſi mentibus piorum eſſet inacceſſibilis, non diceretur: Accedite ad eum, & illuminamini. Et ſi mentibus piorum eſſet inuiſibilis, non diceretur: Videbimus eum, ſicuti eſt.* Hæc Auguſtinus.

B. Damaſcen. Solum comprehenſibile quid Dei, teſte Damaſc. *Exod. 33.*

Aug. ep. 6. ſub init. tom. 2. in princ. *Pſal 33.*

Nullus hominum Deum vidit, ſed neq; videre poteſt, duo expenduntur.

Et ſignanter dixit; *Quem nullus hominum vidit,* non excluſit Angelos, ſed homines tantùm: nec excluſit viſum intellectualem hominum, ſed corporalem. Etſi Auguſtinus libro 3. contra Maximinum, capite 9.

Idem to. 0. circa fin.

& 12. generaliter accipit viſionem etiam pro intellectuali,& inacceſſam lucem,eam, quæ nec ſpiritali greſſu ab homine adiri poteſt.Neque dixit Apoſtolus. Nullus hominum poterit,ſed, Nemo poteſt. Poterit enim homo,ſed tunc,cum ęternum erit fidelium præmium,videre Deum, Capite 12. ait: *Quomodo erit verum, Accedite ad eum & illuminamini: niſi quia hoc nemo poteſt, ſi de ſe quiſque præſumpſerit,ſed ſi ipſe donauerit?* Concione 6.in Pſalmum 118. *Dictum eſt: Deus habitat lucem inacceſſibilem: & audimus tamen, Accedite ad eum, & illuminamini.* Quæ vtiq; ſic ſoluitur quęſtio, vt inacceſſibilis ſit viribus noſtris,accedatur tamen ad Deum muneribus ſuis.

Idem to. 8.

Qua ratione autem etiam per corpus ſit Deus videndus poſt reſurrectionem, ſicut anima rationalis dicitur videri in motibus ſuis,tractat idem Auguſtinus libr. 22. de Ciuitate Dei,capite 29. & Epiſtola 112. ad Paulinam de videndo Deo, vbi illud: *Nullus hominum vidit:* explicat intelligi de viuente vita animali propter Moyſen, & Paulum,nam Chriſtus qui prouidebat Dominum in conſpectu ſuo ſemper, non eſt purus homo: de quo conſule eundem Auguſtinum libro 4. de Conſenſu Euangeliſtarum, cap.vltim. Et ita cum dixit: *Nullus hominum vidit:* excluſit Moyſen, & ſeipſum, qui viderunt non viuentes animali vita.

Deus an oculis videri corporeis poſſit ſecundum Auguſtinũ.
Idem to. 5.
Idem to. 2.
Pſal. 15.
Act. 2.
Idem to. 4. circa med.
Exod 33.
2. Cor. 12.

Annotat quidam,hoc dictum eſſe contra ſcholam Simonis, qui multa de Angelis,& virtute eorum iactabat, & ignotum quendam Patrem inducebant. Quoniam tamen Angeli à Paulo inuiſibiles dicuntur Coloſſ. 1. non videtur hoc contra illos ab illo productum.

Hanc ſententiam,Deum nemo vidit vnquam, vt alijs placet, in quẽ Apoſtolus torſiſſe videatur.
Coloſſ. 1.

Iam ambiguum eſt,de qua perſona loquatur Apoſtolus,de Patre,an de Filio, an de Spiritu ſancto? Ambroſius hoc loco refert ad ſolum Patrem hæc verba: quem in Veteri Teſtamento negat apparuiſſe, ſed ſolum Filium. § Auguſtinus tamen libro ſecundo de Trinitate, capit. 18. hunc ſenſum egregiè ex Scripturis confutat.Et germanus Ambroſius in illud Luc. 1. Apparuit Angelus,etiam Spiritum ſanctum, & Patrem,per ſubiectam naturam apparere docet. Auguſtinus de tota Trinitate putat intelligendum hunc locum: omnia enim hęc tribus perſonis communia ſunt, vt docet lib. 3. contra Maximinum c. 12. & libr. 1. de Trinit. c. 6. vbi acutè admonet, etiamſi expreſsè diceretur ſolus Pater Rex Regum, & Dominus dominantium,non debere intelligi ſecluſo Spiritu,aut Filio, ſed ijs tantum,quæ ſunt alterius naturę,ſicut ibi: *Quæ Dei ſunt,nemo cognouit niſi ſpiritus Dei,* nõ excluditur Pater,aut Filius. Et cùm dicitur Eccl. 24. *Gyrum cœli circuiui ſola* (ſcilicet Diuina ſapientia) ibi nec Pater, nec Spiritus ſanctus excluduntur.

Quis ille Deus inuiſibilis, Pater,an Filius,an Spiritus ſanct⁹ variç ſentẽtiæ.
Amb. hoc loco tom 5.
Aug to. 3.
Ambr. li. 1. in Luc c. 3. ſub init. to. 4. in princ.
Aug to. 6. & 3.
1. Cor. 2.
Eccl. 24.

Quòd etiam Gręci hic diligenter obſeruandum docent. Oecumenius verò dictionem Solus,additam putat ad diſcrimẽ eorum,qui dicuntur dij,& non ſunt. Et vbi Ioan. 17. Pater dicitur ſolus verus Deus, pulchram accipit interpretationem à Cyrillo ibidem,& libro 10. Theſaurorum, capite 6. & lib. 4. capite vltim. Solus enim Pater dicitur habere immortalitatem, qui à nullo habet,ſed à ſeipſo: Filius verò naturaliter habet ex Patre,& Spiritus ſanctus ab vtroque. Sed hoc loco videtur, id; Qui ſolus habet immortalitatem, magis referendum ad Reges terrenos, viſibiles atq; mortales. Sed rectè monuit Auguſtinus in epiſtola ad Paulinam,dicens: *Plus mihi videtur valere in hac inquiſitione viuendi, quam loquendi modus. Nam qui didicerunt à Domino Ieſu mites eſſe, & humiles corde,plus cogitando, & orando proficiuntur,quam legendo, & audiendo.* Et capite 20. *Cauendum eſt, ne dum altercando quærimus inueſtigare quomodo poſſit videri Deus, pacem, ſanctificationemq́; perdamus, ſine qua nemo poterit videre Deum.* ¶ *Cui honor, & imperium in ſempiternum, Amen.* Par ſanè fuit, vt deſcripto Deo per tot præclaras conditiones,more ſuo in vocem gratiarum actionis prorumperet; vt indicet Deum ſempiterno tempore dominari, & ſuos pręmio æterno afficere.

Deus cur ſolus habere dictus eſt immortalitatẽ, teſte Oecumenio.
Oecu. c. 17.
Cyril. li. 11. in Ioan. c. 16. circa fin.
Idem to. 2.
Qui plus cogitando & orando proficiant,quam legendo & audiendo,ſecundum Auguſtinum.
B Aug. ep. 112 c. 1. initio.
Matth. 11.
Heb 12.
Ratio huius doxologiæ: Cui Deo honor, & imperium,in ſempiternum, Amen.

Ad ſeptimam dubitationem dicendum eſt, quòd poſtquam Apoſtolus docuit, quam periculoſum ſit ſtudium diteſcendi: nunc de vitijs diuitum agit, cuiuſmodi permulti erant Epheſi,ciuitate potenti, & opulenta. Nam etſi ab initio ferè omnes eſſent pauperes, & vt ait Apoſtolus, *Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi nobiles:* erant tamen nonnulli, vt Act. 19. recenſeatur: *Quidam autem de Aſia principibus, qui erant amici Pauli,miſerunt ad eum, &c,* Et tamen, vt propoſito dubio ſatis fiat, congruè vocauit diuites huius ſeculi;ad differentiam eorum,qui in alio ſeculo diuites erunt,qui ferunt fructum centeſimum, & quos Chriſtus in Deum diuites vocat Luc. 12. Sic in parabola de ſeminante,diuitias vitæ, vel huius ſeculi vocat, id eſt, non permanentes,neque ſtabiles. Et qui ſoli viri boni, & ſerui Dei ſunt; verè, & abſolutè ſunt diuites. Et de hac diuerſa diuitum ratione meminit Tobias capite 4. cum ait: *Noli timere, fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timueri-*

De diuitibus quæ nunc Apoſtolo cauſa differendi.
1. Cor. 1.
Act. 19.
Ad VII. quæ. Quinam ſint diuites huius ſeculi.
Matth. 19.
Luc. 12.
Luc. 8.
Tob. 4.

Huius Apoſtolici: Vt diuites nõ ſublimè ſapiant præcepti neceſſitas.
B. Aug. to 10. in prin.
Amb to. 5.
Chryſ ho. 15.
Auguſt.

mus Deum, &c. Et quia ait: *Præcipe;* neceſſaria eſſe præcepta ad ſalutem indicat. ¶ *Non ſublime ſapere,* vel ſentire, vel ſuperbè, vt legit Auguſt. ſer. 5. de verbis Domini, c. 9. & 10. & Ambroſius: id eſt animo non efferri. Nihil enim ita ſupercilıũ attollit, nihil ſic ſuperbiam gignit vt opes, teſte Chryſoſtomo. Auguſtinus eodem ſer. 5. & capite 9. ſupra producto idem docet: *Præcipe. Quid? Præcipe ante omnia non ſuperbè ſapere. Nihil eſt enim quod ſic generent diuitiæ, quomodo ſuperbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem ſuum. Alius eſt vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici; vermis diuitiarũ, ſuperbia. Ergò præcipe diuitibus huius mundi, non ſuperbè ſapere. Excluſit vitium, doceat vſum. Non ſuperbè ſapere.* Et ſerm. 205. de Tempore, c. 3. *Primus,* inquit, *vermis diuitiarum ſuperbia, Mala tinea, totum rodit, & ad cinerem vſq; perducit.*

Diuitiarum vermis quis nam ille.
Idem.

Diuites quomodo ſperẽt in incerto diuitiarum.

Secundus morbus diuitũ eſt, ſperare in pecuniæ theſauris; ideò ſecundò præcipit: *Neq; ſperare in incerto diuitiarum.* quòd putẽt diuites nihil ſibi nocere poſſe, nihil aduerſi accidere, eò quòd diuites ſint. Dicuntur & diuitiæ incertę, quia incertum eſt quamdiu es poſſeſſurus. At enim illę tibi ſubducentur, aut tu illis, quando minimè credes, ſubtraheris. Diuitiæ enim ſuperbos faciunt: quando immortalitatem illis polliceantur. Et ſubdit: *Sed in Deo viuo.* Id eſt, Præcipe vt illis ſpretis, ſperent in Deum viuum, ab eo pendentes, qui diuitias dat, & ſubtrahit, cũ voluerit. Et rebus pereuntibus opponit Deum viuum permanentem, vel potius Chriſtum reſurgentem, qui de reſurrectione ſua æternam vitã nobis pollicetur; quòd diuitiæ quas adferre nobiſcum non poſſumus, nemini præſtant.

Diuites vt ſperare hebeant in Deo viuo.

Pręſtet nobis omnia abũdè ad fruendum quomodo Deus.
Matt. 5.

Qui (Deus) *præſtat nobis omnia abundè ad fruendum.* Id eſt, Qui nobis communia beneficia non denegat, annuas cœli cõuerſiones, & Solis lucem, aquam, & reliqua. Quique pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. ¶ Theophylactus exponit. Qui præſtat omnibus communiter ſufficientiam rerum externarum, quantum ad ſe attinet, etſi auaritia cũ potentatu omnia etiam cõmunia propria faciat, & quod erogandum erat, recondat. Dat, inquit, ſeu præſtat nobis omnia abundè ad fruendum, id eſt, affluenter; nam cibo, & lætitia implet corda hominum, & aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Et Auguſtin. ſer. 5. de verbis Domini, c. 10 *Omnia,* inquit, *temporalia, & æterna: ſed magis ad fruendum æterna, ad vtendũ temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciamus æterna, vnde boni efficiamur.* Hęc ille. Omnia ergò temporalia, vt illis vtamur in pręſenti, vt perueniamus ad fruendum æternis.

Theophylacti ſententia.
Act 14.
Pſalm. 144.
Aug. to. 10. in princ.
Quę bona nobis ad vtẽdũ, quę verò ad fruendum dentur à Domino.

Benè agere, quid Apoſtolo.
1. Cor. 13.
Act. 9.

Benè agere. Quòd Græcè eſt ἀγαθοεργεῖν. Id eſt, Præcipe vt bona agant: Nec hoc tantùm, ſed diuites fieri in bonis operibus, & non tantùm in fide, montes etiam transferente. Ita Act. 9. Tabitha erat plena operibus bonis, & eleëmoſynis, quas faciebat. Præcipe etiam facilè tribuere de ſuis opibus indigentibus: facilè, inquam, id eſt hilariter, quia hilarem datorem diligit Deus. & Salomon: *Ne dicas amico, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare.* Vocat etiam εὐμεταδότους, id eſt, faciles ad impertiendum, vt ait Ambroſius: & refert ad pecuniam, & charitatem, ſociales, placidos, alienos à ſuperbia, aditu; congreſſu, reliquáque vitæ conuerſatione perfaciles, & humanos. Plinius Iunior in Traiani laudibus, commemorat multam admiſſionem eius, facilitatem, nullam in audiendo difficultatem, aut in reſpondendo moram. Regi cuidam ſe excuſanti apud anum pauperculam, quòd non poſſet eius cauſam cognoſcere: reſponſum eſt ab eadem: Si non vacat audire, nec vacet, inquit, regnare; quòd Demetrio Plutarchus, & Philippo Macedoni accidiſſe memorat: Dio Caſſius Imperatori Hadriano tribuit: nec quicquam vetat idem à pluribus dici, vel fieri.

Quid, Facilè tribuere.
2. Cor. 9.
Prouerb. 3.
Ambroſius.
Traiani facilitas Imperatoris, & humanitas.
Plutarch.
Dio Caſſius.
ſub init.

Pręcipe etiam, *Communicare.* Id eſt beneuolos, amicos, & faciles, & abſq; faſtu proximis ſe prębere. Eſt aũt communicare, mortales ſe recogitare, & ſocios eſſe alijs hominibus in fragilitate, vt ait Haymo. Et re vera nihil eſt cuiquã proprium, ſed verò pręcipuè Chriſtiano communia omnia putanda.

Cõmunicent proximis diuites quõdo: quid id eſt communicare.
Haymo Epiſc.

Theſaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam. Vbi bonum eſt fundamentum, omnia ſunt firma, & inconuulſa. Et theſaurizamus, quando diuitias in futurum reponimus: quia proprium eſt parentum theſaurizare filijs. De quibus diuitijs ait Dominus: Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. ¶ *Vt apprehendant vitam æternam.* Vel veram vitam, vt habet textus Græcus. Hęc enim vita vanitas eſt, & mors potius dicenda quam vita. Et reponendæ ſunt facultates in loco ſecuro veræ vitæ, vt hoc ibi inueniamus; quod hic damus. Quemadmodum enim ſtultus eſt, qui ſcit ſe in alienum locum debere migrare, vbi non inueniet niſi quod præmiſerit, nihil tamen vult illuc præmittere: Ita ſtultus eſt, qui hic nihil dat de diuitijs ſuis, vnde illic ſuſtentetur.

Act. 4
Ijdem quẽadmodum theſaurizare ſibi fundamentũ bonum in futurũ debeant.
2. Cor. 12.
Matth. 6.

Diuites vitã ęternam quãdò apprehendãt. ijdemq; niſi theſaurizent in futurum quales.

Expende Apoſtolum hoc loco duplici

Cur Paulus fundamẽtum bonũ, bona opera nominauit?

vti metaphora, altera ædificandi, ſiue ponendi fundamẽtum, quòd fabricam ſuſtineat, altera theſaurizandi, quo indies aliquid ſeponimus, ſiue recondimus, & hoc eſt bonorũ operum peractio: quam & fundamentum nominauit, quòd illa vitam æternam ſibi conciliat. Thomas ſcribit: *Theſaurus ſpiritualis eſt congregatio meritorum, quæ ſunt fundamẽtum futuri ædificij, quod nobis præparatur in cœlo: quia tota præparatio futuræ gloriæ eſt per merita quæ acquirimus per gratiam, quæ eſt principium merendi.*

B. Thom lect. 4. tom. 10.

Bonis operibus reddi vitam æternã, contra Caluinum.

Redditur ergo vita æterna bonorum operum merito, quicquid hic dicat Caluinus. Ait enim Apoſtolus, bona opera aperte eſſe fundamentum pro futuro tempore, vt vera vita acquiratur, & ſuperſtruatur. Indigna eſt; inquit hic nugator, noſtra benignitas, quæ in rationem coram Deo veniat: nam ſi ad calculum nos vocaret Deus, nemo eſt vel perfectiſſimus, qui non conturbetur: adeò longè abſumus à plena ſolutione. Reſpondemus enim, iuſtos, etſi peccent, tamen in multis operibus ſuis magna ex parte ſatisfacere, quãquàm bonum illud nũquam perficiant: quia iuſtitia legis impletur in eis, qui non ſecundùm carnem ambulãt. Ioannes etiam pronuntiat, quod fidelis vincit mundum, & peccatum ei non dominatur: & Ambroſius in Apologia Dauid bona opera in iuſtis præualere, in malis præponderare aſſerit. Auguſtinus item lib. 2. de peccat. mer. & remiſſ. aſſerit multos eſſe perfectos curſores, & propinquos perfectioni, etſi non perfectos: regnat in multis charitas, & paullatim minuit cupiditatem. Deinde docemur, bona opera, & legis impletionem, eſſe fidei iuſtitiam, non ſolùm vt eius appendicem, ſed etiam vt meritum, & cauſam. Vnde Apoſtolus dicit legem ſtatui per fidem, & gratiam regnare per iuſtitiam in vitam æternam.

Rom. 8.
1 Ioan 5.
Infrà 3.
Rom. 6.
Ambr. c. 6. eius lib. to. 4.
Aug. c 12. & ſeq. & alibi paſſim, to. 7. circa med.
II. argum.
Rom. 3.

Fundamentũ bonum quid Pelagio: cuius ſentẽtia refellitur.

Aduertendum prætereà, Hieronymum in commentariolis, ſiue potiùs Pelagium hoc loco interpretari. Fundamentum eſſe, vendere omnia, & dare pauperibus: quod vult eſſe præceptum, iuxta dogma ſuũ falſum: quam ſententiam Auguſtinus epi. 79. ad Hilarium refutat, vbi nominatim huius interpretationis Pelagij meminit, dicens quoſdam aſſerere, Apoſtolum hoc docere, vt diuites theſaurizent fundamentum bonum, omnia vendant. Sed eos inde refellit, quod Apoſtolus domum diuitum ſic inſtituit, vt permittat illis domos, vxores, filios, & ſeruos, qui omnes à pauperibus ali nequeunt.

Tomo 9.
Matth 19.
Aug 10 2.

Solut. quæſt. octauæ.

Ad octauam dubitationem reſpondentes, dicimus Apoſtolum ab inſtitutione diuitum redire ad falſam doctrinam iugulãdam, quæ res Paulum angebat. Et ideo ait; *O Timothee.* Nomine proprio vocans, eius attentionem excitat. *Depoſitum cuſtodi.* Id eſt, ſecundùm OEcumenium: Vel præceptum Dei de doctrina Timotheo per Paulum propoſitum, aut gratiam per ordinationem acceptam. Haymo intelligit: Gratiam fidei, & ſapientiam quã tibi commendaui. Alij depoſitum, id eſt, curam creditæ Eccleſiæ, non per vires proprias, ſed per Spiritum ſanctum cuſtodiẽdum; Thomas & Caietanus: Gregem tibi commiſſum in Eccleſia tua, interpretantur.

De depoſito quod Apoſtolus Timotheo commendarat.
Oecum. c. 18.
Haymo Epiſcopus.
Thom lect. 4. ſub finem.

Probabilior ſententia.
2. Tim. 1.
Infra 2.

Verùm cùm hic mentio fiat doctrinæ, potiùs illa nomẽ Depoſiti meretur, de qua: *Quæ à me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitum cuſtodi.* Rurſus: *Quæ à me audiſti per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Et infrà: *Rectè tractantem verbum veritatis.* Eſt ergo doctrina Chriſti depoſitum, quia per manus tradita: & Epiſcopi conſtituti ſunt doctrinæ cuſtodes, vt ne minimã eius partem tolli patiantur. Hinc Chryſoſtomus: *Caue ne minuas: non enim tua, ſed aliena ſunt quæ ſeruanda accepiſti, nihil imminuas.* Et Baſilius: *Qui diuinis,* inquit, *innutriti ſunt eloquijs, corrumpi de diuinis dogmatibus ne vnam quidem ſyllabam patiantur, ſed pro his (ſi contingat) etiam omnes mortis ſpecies amplectuntur.* Tertullian. lib. de præſcriptio. Hæretic. *Eadem dementia eſt, cùm confitentur quidem nihil Apoſtolos ignoraſſe, nec diuerſa inter ſe prædicaſſe, ſed nõ omnia volunt illos omnibus reuelaſſe: quædam palàm, & vniuerſis, quædã ſecretò, & paucis demandaſſe: quia & hoc verbo vſus eſt Paulus ad Timotheum: O Timothee, depoſitum cuſtodi,* &c. Gregor. Nazianzen. orat. 3. ad Gregor. Nyſſenum: *Fidem Catholicam beatæ ac principalis Trinitatis, in quam credimus, quam colimus, & coram Deo, atque hominibus confitemur, nihil timentes, neminem verentes, vtinam ad extremum vſque vitæ ſpiritum cum magna libertate confiteamur, præclarum, inquam illud ſanctorum Patrum, qui Chriſto, naſcentiq; Fidei propinquiores extiterunt, depoſitum, confeſſionem illam nobis collactaneam, quam primam prolocuti ſumus, & cum qua vtinam poſtremò ex hac vita migremus, ſi nihil aliud, hinc certè pietatem nobiſcum efferentes.* Hæc ille.

Ibidem 15.
Chriſti doctrina cur veniat nomine depoſiti.
Chryſ. ho. 10. hiſt. Trip lib. 7 c. 30. intro ferè.
Tertul. multò antè lib. dimid. part 1.
Pro traditionibus contra Hæreticos.
Greg. Nazian. orat 22 in fi. Iacobo Billio interpr. to. 2. ſub initium.

Nona quæſt. diſſoluitur.
Quæ ſint profanæ vocum nouitates deuitandæ.

Ad nonum in illud; *Deuita profanas vocũ nouitates,* dicendum eſt: quod vt nõ eſt permittẽdum diminui quicquã de ſancta doctrina nobis depoſita, ita nõ eſt ferendum, vt noui aliquid, & peregrini in eam inuehatur. Et in primis perpende, vocem Græcam *κενοφωνίας* dupliciter poſſe ſcribi, aut per, ε, ſimpliciter, non per, αι, & ita ſigni-

Huius loci variæ lectiones.

fiat inanitates, ſeu vanitates vocum, & hoc modo legunt Theophylactus, & Oecumenius, & habent exemplaria Græca; admonent tamen, Chryſoſtomum per αι legiſſe, id eſt, nouitates vocum, vt interpres noſter tranſtulit, & hanc lectionẽ ſequuntur Ambroſius, & Auguſtinus, & 2. Tim. 2. Interpres vertit, vaniloquia, reſpiciens ad aliud ſignificatum: & tamen alij ſequentes aliam lectionem, vertunt, nouiloquia. Familiare eſt, hæreticam doctrinam notari nomine nouitatis. Hinc Dilectus; Non mandatum, ait, nouum ſcribimus vobis, ſed mãdatum (vetus ſcilicet) quod habuiſtis ab initio; & B. Petrus, & Iudas in Canonicis ſuis. Paulus etiam bis expreſſit per verbum ἑτεροδιδασκαλεῖν, ſiue aliter docere. Veruntamen has nouas doctrinas certum eſt eſſe inanes, ac vanas; & ideo vtraque lectio bona eſt.

Ambr. hoc loco.
Aug inferius citandus.
2. Tim. 2.
1. Ioan. 2.
2. Pet. 3.
Iuda 18.
1. Tim. 1.

Quarum vocum nouitates notet Apoſtolus, varius ſenſus.

Et vocum dictione quidam intelligunt probiberi noua vocabula & profana: qualia in familia Simonis introducebãtur: habebant enim barbara Principum nomina, quibus perterrefaciebant, vt docent Epiphanius, & Auguſtin. de nomine Abraſax, & de Combo Valẽtini, de nominibus 366. Principum, quę magno in pretio habebant Gnoſtici. Alij verò non tam ad voces referunt, quàm ad res, & noua dogmata. Vnde Auguſt. tract. 97. in Ioan. ad vtrumque videtur referre, nimirum ad voces prodigioſas, ſed magis ad doctrinas, & dogmata. Et annotat, Apoſtolum dixiſſe profanas vocũ nouitates. Si enim omnis nouitas profana eſſet, non diceretur à Domino, *Mandatum nouum do vobis*: non diceret, *Nouum Teſtamẽtum*: non cantaret Eccleſia canticum nouũ cum Dauide, & cum Eſaia, & cum Ioanne Euangeliſta: Chriſti fideles non noua voce dicti eſſent Chriſtiani, nomen nouum nouæ Ieruſalem; res tamen erant ante nomina ſua. Rurſus Eſaias non dixiſſet: *Nomen nouum, quod os Domini nominauit.* ¶ Sunt & aliæ quædã nouæ voces valdè religioſæ, vt Trinitas, Incarnatio, Homouſion, quam vocẽ Patres Concilij Niceni cõdiderunt, vt rem non nouam tali nomine deſignarẽt, & non eſt aliud, quàm: *Ego, & Pater vnum ſumus*: pro qua voce Hæretici homauſion introducebant, vt deciperent: Hypoſtaſis, quæ ab initio fuit Hieronymo profana nouitas, cùm eſſet ambigua, quòd ſubſtantiam, & perſonam deſignaret; & ex vno trium Hypoſtaſeon ſignificatu arguerent tres eſſentias, ex altero tres Perſonas: poſteà verò explicatum eſt ſignificare perſonam, nõ eſſentiam. De qua idem Hieronym. ad Damaſum: *Clamamus*, inquit, *Si quis tres hypoſtaſes, aut tria enypoſtata, hoc eſt tres ſubſiſtentes perſonas non confitetur; anathema ſit. Si quis autem hypoſtaſin vſian intelligens, nõ in tribus Perſonis vnam hypoſtaſin dicit, alienus à Chriſto eſt.* Hæc ille. Modò igitur hypoſtaſis non eſt profana nouitas, vt diximus, ſed accipitur pro indiuiduo atomo ſubſtantię rationalis. Θεοτόκος etiam vox eſt non noua, aut profana, ſed ſancta, & religioſa, & probata à Patribus in Concilio Epheſino: quemadmodum nomen Chriſtianus, monaſterium, liberum arbitrium, Purgatoriũ, ſatisfactio, indulgentiæ, & tranſubſtantiatio, & pleræque aliæ voces, quas horrent noſtri ſeculi Hæretici. Et adiungit dicto loco Auguſtinus. *Omnes inſipientiſſimi Hæretici, qui ſe Chriſtianos haberi volunt, audacias figmentorum ſuorũ, quas maximè exhorret ſenſus humanus (hac) occaſione Euangelica ſententia colorare conantur, vbi Dominus ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: quaſi hæc ipſa ſint, quæ tunc diſcipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritus ſanctus, quæ palàm docere, atque prædicare, quantalibet feratur audacia, ſpiritus erubeſcit immundus.* Et infra: *Audite itaq; Apoſtolum talia præuidentem, & ea vitanda ſalubriter admonentem. Profanas, inquit, verborum nouitates euita: multa enim proficiunt ad impietatem.* Hæc ille.

Epiphan. in Hæreſ. 24.
Aug. lib. de Hæreſ. c. 6. 10. 6. initio.
Idem 10. 9.

Vocum nouitates quæ minimè profanæ.

Ioan. 13.
Matth 26.
Pſalm. 32.
Pſalm 39.
Pſalm. 95.
Pſalm. 97.
Pſalm. 143.
Pſal 149. &
Eſai 42.
Apoc. 5.
Actor. 11.
Apoc. 2.
Infra 3.
Eſai. 62.
Ioan. 10.

B Hier. epiſt. 57. ad Damaſum, huius principij, Quoniam vetuſto, &c. to. 2.

Ibid. Hier.

Aliæ quædã voces Eccleſiaſticę minimè profanæ.

Syno Epheſ. cap. 1 & Florent. ſeſſ 7.

Aug. tract. 97. in Ioan.

Propriũ Hæreticorum.

Ioan. 16.

B. Thomas rectè hoc loco philoſophatur: *Sicut Princeps ſecularis ponitur ad cuſtodiẽdam vnitatem regni, ita Spiritualis ad ſeruandam virtutem ſpiritualem. Pax autem regni conſiſtit in iuſtitia. Et ideo ille ordinatur ad iuſtitiam. Sed vnitas Eccleſiæ eſt in fide; & ideo principaliter monet ad cuſtodiam fidei.* Luc. 22. *Ego rogaui pro te (Petre) vt non deficiat fides tua; & tu (aliquando) conuerſus, confirma fratres tuos, &c. Similiter autem poſſet corrumpi fides per fallaciam, ſicut etiam qualibet ſcientia. Sed ſicut dicitur 1. Elench. Fallacia eſt quandoque ex voce, quandoque ex re. Vnde eſt fallacia in dictione, & extra dictionem. Et ſic fides aliquando corrumpitur per aliquas voces inordinatas, ſicut dicit Hieronymus, quòd ex verbis inordinate prolatis, fit hæreſis.* Hæc Thomas. Nouæ ergo, & profanæ, & voces, & inordinatæ, quibus aliquid contra Fidem inducitur, non ſunt audiendæ, vt idem Paulus docet in 2. Epiſt. cap. 1. *Formam habe ſanorum verborum quæ à me audiſti in fide, & in dilectione.* Et per profanas voces intelligit irreligioſas: & ita illa dictio eſſet poſita ad diſtinguendas voces irreligioſas à non religioſis: ſi verò ad res, vel dogmata referatur, quod eſt veriſimilius; tũc non refert hoc Apoſtolus ad aliqua bona, & religioſa dogmata poſt ſe inuenta, ſed ad ea, quæ ipſius tempore erant profana, & à Deo adducebant, quòd noua ſunt, & recẽter inuenta. Ita OEcumenius in 2. epiſtol.

B Thom. lect. 4. in fin.

Secularis, ac Spiritualis Principum officia.

Luc. 22.

Fallacia duplex.

Hieron.

Quo ſenſu, vel ad voces, vel ad res ipſas profanæ voces referantur.

Oecum. c. 4.

cap.

cap. 4. profanas vocum nouitates intelligit: *Si quid*, inquit, *nouum in prædicatione fuerit inductum ex recentiore inuento, omninò vitioſum eſt, & profanum.* Et ibi dat exemplum Paulus eorum qui aſſerunt reſurrectionem iam factam.

2 Tim. 2.

Quæ voces alioqui à Chriſtianis & Catholicis vſurpatæ, profanam aliquã ſapiant nouitatem, ideo meritò vitandæ.

Sunt etiam quædã profanæ vocum nouitates, quæ cauendæ ſunt; vt qui pro Angelis dicunt genios, pro Baptiſmo lotionẽ, pro Eccleſia Chriſtianam Rempublicam, pro Epiſcopo ſuperintendẽtem, pro Preſbyterio Senatum, & his ſimiles, & qui contendunt pro Saluatorem dicendum Seruatorem, qui Latiniùs loqui volentes, doctrinam ſacram in voces Gentilitias conuertunt. Quemadmodum etiam quidam Iudaiſmum affectantes, pro Ieſu, Ioſua, pro Maria, Miriam, pro Eſaia, Ieſaiuahu, pro Ieremia, Iirmiahu, pro Ezechia Chizchiahu, & pro Cyro Cores, pro Nabuchodonoſor Nabuchadneſar: non contenti vſitatis vocibus Septuaginta Interpretum, quas Dominus in Euangelio, & Apoſtoli in Epiſtolis tradiderunt.

Quæſtioni huic: Si vitandę oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ ſunt, an ne igitur Hæreticorũ non eſt argumentis reſpõdendum: Chryſoſtomus reſpondet. *Chryſ. ho. 18. Oecum. c. 18. in fin.*

Ad poſtremum circa illud, Oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, præmittendum eſt, quod Chryſoſtomus, & OEcumenius docent, oppoſitionem aliquã eſſe, ad quam ob abſurditatem non oportet reſpondere. An igitur vetat Apoſtolus reſpondere Hæreticorum argumentis? Minimè: ſed vult eũ non moueri obiectionibus quas faciunt contra veritatem, ſub magnificis ſcientiæ, & veritatis titulis. Vult enim ita diſputare, vt nec ſibi, nec alijs ſit periculum. Vult igitur ita vitari argumenta, vt quis eis nõ moueatur. Alioquin Apoſtoli in Epiſtolis ſuis diſputant contra Iudaizantes, & in Gentiles: nam vbi fides non eſt, nec ſcientia quidem eſt. Admonet ergo, ne cùm huiuſmodi paſſim manus conſeramus, ſed illis omiſſis, Fidem teneamus, quæ petra fixa eſt, & inconcuſſa.

Falſi nominis ſcientiã, Cabalam accipi nõ poſſe probatur. *Caiet.*

Per falſi nominis ſcientiam, ſiue falsò nominatæ ſcientiæ, quidam interpretatur artem Cabaliſticam, nam alia nõ occurrit, quæ falſum nomen ſcientiæ habeat. Ioannes tamen Picus Mirandulanus inter multas concluſiones publicè diſputatas, hanc quoque à Criticis ſubnotatam adiunxit: *Nulla eſt*, inquit, *ſcientia, quæ nos magis certificet de diuinitate Chriſti, quàm Magia & Cabala.* Sed reprobata fuit etiam poſt ſuam Apologiam, & mirum eſſet, nullum veterum Doctorum, nullum Apoſtolorum hanc ſcientiam nobis commendaſſe, vt tantum fructum, quantus eſt cognitio diuinitatis Chriſti, aſſequeremur. Eccleſia etiam eſſet meritò reprehendenda, quæ tantum theſaurum nobis occultauit. Illi etiam, qui huius artis principia nouerunt, & quæ dicuntur de elementis, & mutatione vnius literæ in alteram, & numero maiori, & minori, & literarum tranſpoſitione, deprehenderunt non magis eſſe hanc ſciẽtiam pro Chriſtianis contra Iudęos, quàm pro Iudęis contra Chriſtianos. Mirum etiam eſſet, & minimè diuinæ prouidentiæ conſonum, ſi gens reprobata Iudæorum, de qua ſcriptum eſt; *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua*, aliquam vtilem, & peculiarem artem haberet ad Chriſtum Deum agnoſcendum, quam Chriſtiani non habeant. Quare ipſemet Ioannes, Pico teſte Franciſco nepote ſuo, eam poſteà concluſionem meliori, & ſaniori iudicio damnauit.

Quantum huic ſcientiæ tribuerit Ioãnes Picus Mirandulanus immeritò.

Cabala in quibus maximè verſetur.

Eſai. 6. 10 & alibi paſſim.

Franc. Picus Miran.

Verùm ambiguum eſt, an tempore Pauli eſſet vſus eius artis Cabaliſticæ: & ſi quis fuit, nonnullæ Hæreticorum veterum hæreſes, quæ nonnullis eius ſcientiæ rationibus nitebantur, à ſanctiſſimo, atq; doctiſſimo martyre Irenæo confutantur.

Ad X. quæſt. Quorũ propriè fuerint oppoſitiões falſi nominis ſcientię, apud Paulum.

Quare certius videtur, hic notari Gnoſticos, quorum hoc loco meminit Chryſoſtomus; qui, Gnoſtici à ſeipſis appellabantur, quaſi qui plus cæteris ſcirent, qui etiam multa profana habebant. Et Paulus Græcè dixit τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, id eſt, falsò nominatæ ſcientiæ, à qua voce Græca Gnoſtici dicti ſunt. Monet etiam Clemens Alexandrinus libr. 2. Strom. quod cum ab hac voce confunderentur Gnoſtici, Epiſtolas Pauli ad Timotheum abrogabant. Et Irenæus: *Secundùm antiphraſim ergo veritatis ignorãtiam agnitionem vocant. Et benè Paulus ait: Vocum nouitates, falſæ agnitionis, Verè enim falſa agnitio ipſorum inuenta eſt.* Hæc ille. Docet etiam Auguſtinus epiſtol. 56. Hæreticis ſolenne eſſe, vt magnificos titulos ſuę doctrinæ prætendant: vnde alij ſe Apoſtolicos, alij Spirituales, alij Catharos, hoc eſt puros, alij Gnoſticos ſuperbè appellarunt.

Clem. tom. 2.

B. Iren li. 2 c. 19. poſt med.

Quam aptè vocum nouitates falſi nominis ſciẽtiæ à Paulo nominentur. *Aug. to 2.*

Hieronymus in Oſeę cap. 5. *Hæretici matrem habẽt iniquitatis ſuæ ſuperbiam, dum ſemper altiora ſe ſcire iactitant: & in Eccleſia contumeliam debacchantur: & excelſam ſibi ſcientiam pollicentur.* Pulchrè ſcripſit Tertullianus lib. De præſcriptionibus aduerſus Hæreticos, initio: *Febrem vt malum, & dum cauſa, & de potentia ſua, vt notum eſt, abominamur, potiùs quàm miramur, & quantum in nobis eſt præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate. Hæreſes verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferentes malũt quidam mirari quòd hoc poſſint, quam deuitare ne poſſint: cùm habeant deuitandi poteſtatem. Cæterùm nihil valebunt, ſi illas tantùm valere non mirentur. Aut enim dũ mirantur, in ſcandalum ſubminiſtran-*

Hier ſub fin. lib. 1. in Oſeã, to. 6 init. Idẽ initio lib. 2. in idem c. 5. Tertul. par. 1.

Hæreſes potiùs cauẽdæ, quam ſint admittendæ, quòd inferãt mortem æternã, teſte Tertulliano.

niſtrantur; aut quia ſcandalizantur, ideo mirātur, quòd tantùm valeant, quaſi ex aliqua veritate veniant. Mirum, ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat: niſi quòd hæreſes apud eos multum valēt, qui in fide non valent. Ibidem; *Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur.*

Idem procul à modio.

Subdit Apoſtolus: *Quam* (ſcilicet falſam ſcientiam) *promittentes, circa fidem exciderūt.* Videtur notare Gnoſticos, qui à promiſſione ſcientiæ, quam pollicebantur, vt diximus, dicti ſunt Gnoſtici: imitātes dæmonem, qui decepit primos parentes, dicendo, Eritis, ſicut dij ſcientes bonum, & malum. Quod ait: *Circa fidem exciderunt:* Græca vox habet ἠςόχησαν, id eſt, errauerunt, ab ſcopo, ea eſt enim vis verbi Græci. Scopus autem eſt fides. Exciderunt, inquit, à fide, id eſt, totam religionis ſubſtantiam deſeruerunt. Ita etiam cap. 1. dixit: *A quibus* (ſcilicet, fabulis & genealogijs interminatis) *conuerſi ſunt in vaniloquiū.* Vbi idem verbum Græcum eſt aberrantes.

Vnde Gnoſtici hæretici ſint appellati, cui ſimiles. *Geneſ. 3.*

Falſam ſcientiam illi promittentes, quomodo errauerint à fide. *1. Tim. 1.*

Pelagij verò ridiculus eſt ſenſus, qui per falſi nominis ſcientiam intelligit Dialecticam, per quam miſer videbat ſe ab Auguſtino, & ſimilibus ex Scripturis reuinci; cū illa ſit inſtrumentum vtile ad inueniendam veritatem, & ſine qua omnis diſputatio nō tantùm Sanctorum Doctorum, verùm etiam Chriſti, & Apoſtolorum frigeret. Nam etiamſi illam autem non dedicerint, ea tamen ab Spiritu ſancto accepta vtebantur tam in reuincēdis Iudæis, & Paganis, quàm etiam Hæreticis. Subſcripſit autem Apoſtolus ſua manu: *Gratia Dei tecum, Amen.* Id eſt:

Contra hunc ſenſum Pelagianum: Falſi nominis ſciētiam ô Timothee deuita, id eſt, dialecticam. *Pelag. to 9. operum. D Hier in has verba.*

Benè vale.

(∴)

DISPVTATIONES IN OBSCVRIORES LOCOS

Epiſtola Secunda ad Timotheum.

DISPVTATIO I.

Continens Epiſtolæ argumentum, & quo tempore fuerit ab Apoſtolo hæc Epiſtola conſcripta.

Scopus Apoſtoli.

RVRSVS Apoſtolus Epheſinum Epiſcopum, ac filium chariſſimum Timotheum muneris quod debet Ecclesiæ ſibi creditæ cōmonefacit: in qua quidem pleraque ſunt neceſſaria præcepta & ſalutaria monita, quæ erant in priori Epiſtola: quæ conſultò repetit, & inculcat. ¶ Occaſio autem ſcribēdi, iuxta ſententiam Theodoriti, hæc fuit: Promiſerat Apoſtolus ſe ad eum venturum: *Spero*, inquit, *ad te venire citò*; &, *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrina.* Et cùm non potuiſſet ad eum venire, opus fuit, vt pro præſentia literas ſaltem daret, quibus conſolaretur eum, & confirmaret, eo quòd nō veniſſet: ſimul etiam, vt, cùm omnes, qui cum Apoſtolo peregrinabantur, eum deſeruiſſent, ſaltem Timotheum, ad ſe quāprimùm veniret, rogaret, quatenùs Apoſtolus breui, vt putabat, immolandus, eius præſentia confirmaretur, & deferret ad ſe penulam, libros, & membranas; & vt interim vitaret Hæreticos Philetū, & Hermogenem, & maximè omniū Alexandrū ærariū, qui cū graues controuerſias Apoſtolum habuerat, & multis malis & incommodis ab eo fuerat affectus. Oſtendit etiam, illos qui ab Aſia erant, Phygellum & Hermogenem, ei in catenis exiſtenti aduerſatos fuiſſe: tātùm de Oneſiphoro egregium fert teſtimonium, & hunc ad ſe viſitādum veniſſe, & ſuſcepiſſe, cùm primùm Romam appulit. Conſcius etiam futurorum temporū hortatur, vt prædicatione opportunè, & importunè non ceſſet falſis fratribus ſe opponere, qui hominum libidini, & aurium prurituí inſeruiunt. Admonet etiam legitimè & ſtrenuè pro pietate certare, & certantium præmium proponit, vt ad fortiter ferenda pro religione pericula cohortetur. Et quia Apoſtolus mortem præ oculis habebat, & eam ſuſcipere paratus erat pro Euangelij teſtimonio; hæc Epiſtola ſolennis eſt perinde, & ſubſcriptio Paulinæ doctrinæ, & inſtitutio omnium Epiſcoporum non minus quàm præcedens.

Cur hęc ſcripta ad Timotheum Epiſtola. *1. Tim. 3. Infra 4.*

2 Tim. vlt.

Ibid. 14.

Suprà 1. Ibid. 16.

Infrà 4.

Difficilius autem eſt aſſequi, quo tempore Apoſtolus has literas dederit ad Timotheum. Nam ſi verba ipſius: *Ego enim iā delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, contempleris, in ſpeciem ſonare videntur tempore mortis ſuæ iam inſtantis cōſcriptas, vt etiam Patres, & præcipuè Euſebius, & Hieronymus, & alij permulti, qui eos ſequuntur, aſſeruerunt. Putantque nonnulli, illam ſecundam ſui præſentationem factam coram Nerone, & tunc ſententiam tuliſſe, vt

Quomodo ſcripta hęc Epiſtola ſecundū aliquos. *2. Tim. 4.*

Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 22. Hier. in lib. de ſcript. Eccleſ. prope init. to. 2.

pęnam capitis ſubiret: non quidem ſtatim, vt venit è Iudęa Romam ſecundo Neronis anno, ſed alia poſteriore poſt decennium exactum præſentatione. Et ita communiter ſentiunt hanc Epiſtolam poſtremo loco fuiſſe conſcriptam, & poſt eam prætereà nullam aliam.

Altera opinio probabilior.
2. Tim. 4.

Sed quoniam hi loci non videntur apertè euincere quod volunt; alij ſunt qui tradũt, quòd cùm Paulus ſcripſit: *In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt, nõ illis imputetur. Dominus autem mihi aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes, quia liberatus ſum de ore leonis*: tunc quidem putauerit ſe trucidãdum, ac de medio tollendum, ac

Ibid. 6.7.8.

valedixerit amicis, & Timotheo per has literas, in quibus ſcribit: *Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, & reliq. Cùm ergo ſe ſecũda defenſione liberatum cerneret; verba præcedẽtia, quæ de delibatione, & immolatione inſtãte dixerat, expungere noluit, vt indicaret quo animo, & quàm ad mortẽ parato ad tribunal Cæſaris acceſſerit; vt ita in primo aduentu ad Vrbem, intelligamus eum Cæſari bis fuiſſe præſentatum; & agnoſcamus coronidis loco adiecisſe quę ſequuntur: *Feſtina ad me venire citò. Demas me reliquit, diligens hoc ſeculum*, & cætera vſq; in finem: quæ omnia huiuſmodi ſunt, vt videantur adiecta, poſtquã ſecundò ſiſtebatur Cæſari, & tunc omninò liber euaſit, ita vt iã cogitarẽt de prædicatione cõtinuanda, & de nouis peregrinationibus inſtituendis, in quem finem dixit; *Marcum aſſume, & adduc tecum. Eſt enim mihi vtilis in miniſterio*, ſcilicet, prædicationis Euangelicæ; & infrà, *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.* Et accepit confirmationem à Domino de prædicãdo adhuc Euangelio inter Gentes. Eſtque ſermo de prima annũtiatione Euãgelij Gentibus facta. Hoc autem probabiliter ſatis, & efficaciter probari videtur ex eo, quod vt in cæteris Epiſtolis ſcriptis ex Vrbe ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Hebręos; & ad Philemonem, mentionem fecit vinculorum ſuorum, & catenę, ita & in hac 2. ad Timoth. non ſemel idem fecit: vt cap. 1. *Noli erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neq; me vinctum eius.* Et de Oneſiphoro, *Catenam*, inquit, *meam non erubuit*: & cap. 2. *Secundùm Euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans.* Ergo videtur eodem tempore hæc ſcripta Epiſtola, quo etiam reliquiæ priores dictæ: at illæ ſcriptæ

Quàm prompto ac parato ad martyriũ eſſet animo Paulus.

2. Tim. 4.

Ibid 13.

Ibid. 17.

Poſteriorem ad Timotheũ hanc, ſcilicet, Epiſtolam, vnam eſſe de illis, quæ de vinculis à Paulo ſcriptæ ſunt.
2 Tim. 1.
Ibid 16.

fuerunt illo biennio, cuius meminit Lucas Actor. 28. ergo & iſta. Nam in ſecundo aduentu ad Vrbem non legitur fuiſſe in vinculis: quia nec tempus commodum illi datum fuiſſet à Nerone, in arctiorique cuſtodia illum retinuiſſet. Adhæc probabile non eſt, illam ſecũdam Epiſtolam tam ſerò, hoc eſt poſt decẽ annos ab illa liberatione, quæ quarto Neronis anno contigerat, ſcriptam fuiſſe: quod ex nõnullis firmis coniecturis licet elicere. Prima eſt: quia Paulus in ea Epiſtola multa cõmemorat, quæ ad ea tempora pertinẽt, quibus Paulus ex Gręcia nauigauit Ieroſolymam, vbi & comprehenſus cum ad Cęſarem appellaſſet, & Romam ductus fuit, in cuius comitatu venit & Lucas, vt ipſe de ſe ait Actor. 16. *Vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus euangelizare eis.* Vbi oſtendi ſe comitem fuiſſe peregrinationis Pauli, etiam vltimo capite, cùm ait: *Et cùm euaſiſſemus, tunc cognouimus quia Melita, inſula vocabatur.* Et infrà: *Cùm autem veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo permanere*, &c. at in hac ſecunda epiſtola ſcribit: *Lucas eſt mecum ſolus.* Secunda cõiectura eſt, quod ait: *Tychicum miſi Epheſum*; conſtat autem, hanc miſſionem factam tempore illius biennij, quo cauſam egit apud Neronem, non autem poſt decennium, quando egit ſecundo cauſam, & morti adiudicatus eſt à Nerone. Tertia: non peteret penulam, libros, atque membranas quas Troade reliquerat poſt duodecim annos elapſos. Quarta: In hac Epiſtola ſcribit: *Saluta Priſcam, & Aquilam*: quos tamen Epheſi reliquiſſe, teſtatur Lucas Actor. 18. paulò antequàm vinctus duceretur Romam. Quinta ac poſtrema coniectura ſit, quod in hac Epiſtola Paulus ſcribit: *Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti*: Conſtat autem ex cap. 20. Actor. in extrema ex Macedonia profectione, qua redijt in Aſiam, in comitatu Pauli fuiſſe Trophimum, & eo tempore relictum Mileti, quo Mileti vocauerat maiores natu Eccleſiæ, omnes ſcilicet, alios Preſbyteros, & Epiſcopos, eodem cap. Nam Trophimus ille, de quo Actor. 21. fit ſermo, alter eſſe videtur, & diſtinctus à primo; nam dicitur Epheſius, ſicut primus Aſiaticus. Et quanquàm Epheſus ſit in Aſia, aut potiùs Aſiæ metropolis; diſtincta tamen ſunt cognomenta illa, Trophimus Aſiaticus, & Trophimus Epheſus: hæc enim ſolent diſtinguere in nominibus perſonas: niſi fortè dicamus, Trophimum relictum infirmũ à Paulo Epheſi, quo tempore vinctus nauigabat Romam.

Quæ verò in contrarium obiectiones

Actor. vlt.

Eandem non eſſe omnium vltimam Epiſtolarum eius.
I. argum.
Actor. 21.

Actor. 16.

Infrà 28.
Ibid. 10.

2. Tim. 4.

II. argum.
Ibid. 12.

III. argum.
Ibidem 13.

IV. argum.
Ibidem 19.

Actor. 18.
V. argum. & vlt.

2. Tim. vlt.

Actor. 20.

Ibidem 17.

Infra 21.

Aduerſariorũ obiectionibus reſpondetur.

fiunt, facilè diluuntur. Prima eſt, quia ſcribit: Saluta Oneſiphori domum; at Oneſiphorus Romæ erat, vt cap. 1. huius Epiſtolæ teſtatur. Sed reſpondemus, prudenter dixiſſe Apoſtolum, domum, vel familiam, non ipſum, qui Romæ erat: & non tantùm Epheſi Oneſiphorũ habuerat propitium, ſed totam eius familiam, quàm propterea ſalutat.

2. Tim vlt.

II. obiectio. *2. Tim. 4.*

Secunda obiectio: Mittit ſalutem nomine Eubuli, Prudentis, Lini, & Claudiæ. Sed hoc nihil euincit: nam vt alij ſcribunt, Linum præfecerat Petrus Romæ, & loco Petri Eccleſiam gubernabat, & ante martyrium Apoſtolorum erat mortuus.

III. obiectio.

Tertia: Non obſtat quod bis iubet in hac Epiſtola Timotheum ad ſe venire citò, quem tamen in Epiſtolis Philippenſium, Coloſſenſium, & ad Philemonem ſocium ſibi in ſcribendo adiũgit, & in ea quæ eſt ad Hebræos, facit literarum portitorem. Dicendum enim eſt, quòd eum vocauit & venit ad ſe, & tunc ſcripſit epiſtolam; vt intelligas Paulum fuiſſe Romæ commoratum ſupra biennium.

IV. obiectio. *Philem. 24. 2. Tim. vlt.* *Coloſſ. 4.* *Philem. 24. Ibidem 23.* *Actor. 28.*

Quarta etiam obiectio efficax non eſt, quòd videlicet Deman in Epiſtola ad Philemonem appellat adiutorem ſuum: at in hac poſteriori ad Timotheum, aſſerit ſe ab eo derelictum: nam intelligere debemus, quòd illa prior ſcripta eſt ad Philemonem, ſicut in illa etiam ad Coloſſ. 4. Ariſtarchum vocat vnà ſecum captiuum; in ea verò, quæ eſt ad Philemonem, vocat adiutorem, & Epaphram ſolum concaptiuum ſuũ in Chriſto Ieſu. Hęc enim arguunt, Paulum Romę ſupra illud biennium egiſſe: vt primò fuerint quidam captiui cum eo, poſteà verò liberi. Et hactenùs nobis ſit de hac probabiliter diſputatum. Ex quibus illud elicimus, hãc ſecundam ad Timotheum, poſtremam epiſtolam Pauli minimè fuiſſe, vt communiter affirmari ſolet.

DISPVTATIO II.

Iu primum cap. Epiſtolæ poſterioris ad Timoth. ab eo loco: *Gratias ago Deo meo, cui ſeruio à progenitoribus meis, in conſcientia pura, quòd ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die, Deſiderans te videre,* vſque in finem capitis.

HVIVS Epiſtolæ ſalutationem alibi interpretatam reliquimus, quam qui volet legere, conſulat primum librum.

I. Dubitatio.

Primùm igitur in dubium venit in hoc capite; cur Apoſtolus in hac gratiarum actione producat progenitores ſuos ſecundùm carnem, qui ſeruiunt Deo in pura cõſcientia: & quomodo in conſcientia, cùm Chriſtum ab initio ignorauerint; cùm tamen rectè ille dixerit:

1. Tim. 1. *Ouid lib. 13. Metam. iuxta princip.*

Nam genus, & proauos, & quæ nõ fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Secunda.

Deinde cur in commendando Timotheo, fidem & matris, atque auiæ ſuæ Loidis proferat, nõ autem laudet maſculinæ lineæ parentes: videntur enim hęc carnem, & mundum, non autem Spiritum ſapere, cùm in Chriſto Ieſu non ſit Iudæus, aut Græcus, maſculus aut fœmina; & quomodo certus erat Apoſtolus, quod in Timotheo fides eſſet nõ ficta. Secundò, admonetur Timotheus de reſuſcitanda gratia Dei quam acceperat per impoſitionem manuũ ſuarum; &, quid eſt non accepiſſe Spiritum timoris, ſed dilectionis, & virtutis, & ſobrietatis.

Tertia.

Tertiò, ambigitur de manuum impoſitione, an eſſet materia Sacræ ordinationis, an non; & an illa impoſitio formã Sacramenti includeret, vt quidam volunt, an verò non includeret, vt aliàs docui.

Quarta.

Quartò, ambigitur, an forma qua olim vtebantur Apoſtoli, ſit eadem cum illa, quam nunc ſeruat Eccleſia Romana, ſaltẽ in prioribus Epiſcopatus, Preſbyteratus, & Diaconatus ordinibus per orationem imperatiuam: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis, & pro mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* an verò ſatis ſit pro Sacramenti forma oratio de precatoria, qua etiam in hodiernum vſque diem vtuntur Epiſcopi Orientales, & Græci, quæ habentur libr. 8. Diataxeon Apoſt. Hæc enim duo dubia de materia ordinationis, & forma, grauiſſimi ſunt momenti.

Clem. Rom.

Quinta.

Quintò, dubitatur quid eſt quod ait: *Vocauit vocatione ſua ſancta*, & an poſſit eſſe vlla vocatio non ſancta; & quæ eſt illa gratia, quã dedit in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia. Si enim ante tempora ſecularia data eſt hæc gratia; quomodo verum erit gratiam datam nobis, cùm nõdum non eſſemus in rerum natura, quibus daret. Nam quod ad Tit. 1. ait Apoſtolus de vita æterna, quam promiſit qui non mentitur Deus, ante tempora ſecularia, erant quidem, vt Græci putant, Angeli iam creati, quibus illam poterat promittere: at hic ſermo eſt de gratia data, & non promiſſa, & hominibus qui nondum erant; non Angelis.

Tit. 1.

Sexta.

Sextò in illud; *Scio cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitũ meũ ſeruare*, dubitatur, an poſſit eſſe fides & ſcientia de aliquo; & an quiſquam tantam habere fidem,

Septimum. ʒ Octauum.

ac perſuaſionem de Deo poſſit quod ſeruabit depoſitum ſuum. Septimò, quę ſint ſana verba; & quomodo adhortetur ſeruare in diem illum bonum ſibi ereditũ, & quale eſt illud depoſitum. Octauò circa illud; *Scis hoc, quòd auerſi ſunt à me omnes, qui in Aſia ſunt,* qua ratione hoc verum eſſe poterat: nunquid omnes Aſiani à Fide defecerãt? & quare nominatim Phygelum, & Hermogenem pronuntiat. Cur etiam commendat Oneſiphorum, qui miniſtrauerat Paulo, & Epheſi, & Romæ? In his paucis elucidandis verſabitur præſens diſputatio.

Quare Paol^9 Epiſtolas ſuas ab actione gratiarum orditetur.

Ad primum dubium, explicãdum venit exordium, quod continet ſolitam gratiarũ actionem, quam de beneficijs acceptis, ab ijs ad quos ſcribit, Deo reddebat. Hic autem ſingulare quid continet, quia agit gratias Deo de memoria ac recordatione Timothei, quam in ſuis orationibus ad Deum ſeruabat, ita vt cùm oraret, occurreret ei Timotheus: quem in vltimis vitæ temporibus viuere optabat, eo quòd memor eſſet lacrymarum, quas veriſimile eſt profudiſſe, cùm ei valediceret, & ab eo ſeiungeretur, vt infans auulſus à matre facere ſolet magno enim omnium fletu Paulus abiens ab Epheſo ad nauem deductus eſt, vt Lucas teſtatur.

Timotheum Apoſtol^9 cur optaret diu viuere. *2. Tim. 1.*

Actor. 20.

Duplicẽ Deo gratiarum actionem Pauli nos docet exemplum.

In quo inſtituimur, non tantùm pro aliorum bonis agendas eſſe largitori gratias, ſed etiam pro illis omnibus bonis, quæ nos ipſi operamur in aliorum gratiam, & cõſolationem, etiam pro ipſis precibus fuſis pro alijs, & pro ipſa gratiarum actione. Et hoc eſt quod ait: *Quod ſine intermiſſione habeã tui memoriam,* intellige, quoties orare contingit, deſiderans te videre.

Paulus Deo quomodo ſeruiret in conſcientia pura. *Chryſ. hom. 1. tom. 4.*

Quòd verò aſſerit ſe ſeruire Deo (cultu ſcilicet latriæ, vt habet vox Græca) in conſcientia pura: idem eſt acſi diceret, ſe Deum colere in vitæ immaculatæ puritate, vt Chryſoſtomus hoc loco docet, dicens familiare eſſe Apoſtolo conſcientiam ponere pro bona vita. Igitur Timotheus tantum patronum apud Deum nactus, quãtus erat Paulus, cuius precibus nihil denegabat diuina bonitas, beatus habendus eſt.

Quinam Pauli progenitores exstiterint.

Et ait: *A progenitoribus meis.* Progenitores ſunt προγονοι, & nõ tam de auo accipi ſolet, vt quidam poeta dixerit:

Quid ſorti genitore & progenitore Tonantis.
Eſſe ſatum prodeſt?

Et etiam anteriores parentes, qui maiores dicuntur, & patres. Imponebant Apoſtolo quòd deſertor eſſet patriæ religionis, & à lege Moyſis apoſtataſſet, & à legis datore, quem à maioribus acceperat Deum eſſe, ſcilicet Abraham, Iſaac, & Iacob, qui ſe patefecit Iudæis, & legem ſuam tradidit per manum Moyſis, non Deum aliquem nouitiũ. Idcircò Petrus in principio cõcionum ſuarum apud Lucam in Actis: *Deus patrum noſtrorum,* & ſimiliter Paulus ibidem.

Exod. 3. Infrà 19. Galat 3. Actor. 7. Infrà 3. Suprà 3.

Infra 3. Ad 1. dub. Quæ iſthæc Apoſtoli modeſtia, dicentis Deo ſe ſeruire à progenitoribus ſuis in conſcentia pura.

Hoc autem nõ inflatus carne dixit Paulus, ſed grauatus ſpiritu, & debito ſeruiendi Deo: vt oſtendit, quòd in magna felicitatis parte debeant liberi reponere, ſi à pijs, ac probis parentibus orti ſint, quandoquidem Deus multa peculiaria dona filijs dilargitur in gratiam parentum, & ob improbos, & vitioſos beneficia ſua retinere ſolet. Vnde in Scripturis dicitur: *Propter Abraham propter Iſaac propter Iacob, propter Dauid ſeruũ tuum:* & Patres olim recurrebant ad Deum, interponendo ſuorum progenitorum merita: *Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob;* & in Euãgelica Ioannis Baptiſtę hiſtoria, primò enumerãtur parẽtes; ex quibus ortus fuit; vt inde colligatur ſanctitas quaſi propria filij, & natiua. Solent. n. domeſtica exempla magnam vim habere apud poſteros, vt eos imitentur, quorum ſunt filij, & eos magiſtros, quorum ſunt diſcipuli. ¶ Alij interpretantur: A progenitoribus meis, id eſt, ab ea die qua renatus ſum in Chriſto. ¶ Probabilius tamẽ eſt, quòd antiquos Patres Patriarchas intellexerit, qui omnes in vnũ Meſſiã promiſſum à Deo, & expectatum oculos defixos habuerũt. Et ſicut Leui fuit decimatus in lumbis Abrahę, ita Apoſtolus in Abrahã, Iſaac, & Iacob patribus Deo ſeruiuit, vt explicat Haymo. Imò vt ait Theodoritus quãdo perſequebatur Eccleſiã, ſe pro Deo facere exiſtimabat. Hinc ad Philipp. 3. dixit: *Secundùm æmulationem perſequens Eccleſiam Dei: ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt conuerſatus ſine querela.* Et de tam remotis progenitoribus loquitur. Sic Dan. 3. dicitur: *Benedictus es Domine Deus patrum noſtrum,* & eos explicat: *Abraham dilectum tuum, Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum.* Moſes quoque dixit de dijs alienis, & falſis; *Noui, recentesq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Et de Antiocho typo Antichriſti: *Faciet quæ nõ fecerunt patres eius, & patres patrum eius: Deum quem ignorauerunt colet.*

Exod. 32.

Luc. 1. Exemplorũ vis domeſticorum quanta.

Progenitores ſuos Apoſtolus ſecũdum alios, quare Patriarchas appellauerit.

Haymo. Theod. par. 2 Philip. 3.

Dan. 3.

Deut. 32.

Dan. 8.

Quorum ſcilicet Iudæorum, & non Pauli vana gloriatio à progenitoribus ſuis. *Ioan. 8. Ibidem 39. Matth. 3.*

Et ita Paulus nõ iactabat parentes ſuos ſecũdùm carnem infideles, aut fideles, quorũ veſtigia non ſectabantur, vt illi qui dicebãt. *Nos ſemen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam.* Quibus reſpondit Dominus: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.* Et eius Pręcurſor: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham.* Iſti ergo in parentibus ſpiritualibus gloriabantur ſecũdùm carnem: & tales fuerunt parentes Timothæi; nam mater eius fidelis erat, vt conſtat Act. 16.

Quid ſonet Eunice, mater Timothei quid Eutyche. *Actor. 16.*

Ac dicitur Timotheus filius mulieris Iudæę fidelis in Genitiuo: πιςῆς enim Gręcè fœminini eſt generis, & ſecundi caſus. Et ita mater fuit Eunice, id eſt bona victoria. Et nomen eſt meretriculę apud Theocritũ non autem Euthyce, id eſt bona fortuna, vt quidam decepti verterunt: non enim legitur Euthyce, ſed Eunice.

Non eſſe legendum, Eutyche, ſed Eunice: Lois auia Timothei, quam fidelis. *Actor. 16.*

Et auia eius fuit Lois, non tantùm fidelis per fidem implicitam, quaſi tunc nõdum veniſſet Chriſtus, ſed etiam per fidem explicitam de Chriſto qui iam venerat. Erat enim illis per aliquẽ prædicatum, antequam Paulus in Lyſtram vnde erant perueniſſet. Et ait habitaſſe fidẽ in illis, quaſi permanentem, & nunquã mutatam.

Ad 2 quæſt. Quare Apoſtolus matrẽ, & auiam Timothei, non autẽ eius patrem, & auũ cõmemoret. *Greg. ora. 24. to. 2. ſub init.*

Quod autem progenitores ex parte maſculina ſupprimat, vt patrem, & auum, id cauſſa fuit: quia erant Gentiles, nec fide cõmendabiles: quemadmodum Gregorius Nazianzenus in oratione in fratrem Cæſarium, genus detegens ſuum, declarat, parẽtem ſuum fuiſſe Gregoriũ, hominem Ethnicum, matrem verò ex ſacra, & ſancta progenie Iudæorum ortam: vnde & illa prima in Chriſtum credidit. Et cùm catechizaſſet virum ſuum, ac filios, omnes ad fidem Chriſti amplectendam cõuertit.

II. Ratio.

Præterea non ſolùm partus ſequitur ventrem, ſed multò magis educationẽ, & inſtructionem parentum, vt cum lacte pietatem quoque imbibant.

Paulus quomodo certus fuerit, etiam Timotheum eſſe fidelem. *Ambroſ. hoc loco.*

Et quia interdum filij non ſequũtur exemplum parentum: ſubdit: *Certus ſum autẽ* (vel, certum autem habeo, vt Ambroſius legit) *quod & in te*. Scilicet quod & in te fides inhabitat, ſcilicet in matre, & in auia; Græcè legitur Πέπεισμαι, quod verbũ ſpectat ad quamuis perſuaſionem ex bonis iudicijs, & coniecturis profectam, & non ad eam tantùm, quæ fidei Catholicæ eſt.

Certitudo duplex.

Nemo enim dicere poteſt, Paulum fide Catholica, vel Chriſtiana crediſſe Timotheum fuiſſe fidelem.

Rom. 15.

Similis eſt locus Pauli ad Roma. 15. *Certus ſum autem, fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione*, &c. & ad Hebræos,

Hebr. 6.

Confidimus autem de vobis dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. Vbi interpres vertit Gręcum verbum, Πέπεισμαι, per aliud, Confidimus.

Timotheus quam gratiã ſuſcitare debebat.

Ad ſecũdum dubium de ſuſcitanda gratia in Timotheo, perpende, gratiam hoc loco non eſſe χάριν, ſed χάρισμα, quod eſt donum in ordinatione acceptũ. Et admonet, non docet, quaſi dicat; admoneri indiges, nõ doceri, ne donum Dei ſopitum, & otioſum teneat, ſed illud exercitio reſuſcitet in alios communicando, ſicut etiam Chriſtus reprehendit eum pigrum ſeruum, qui talẽtum abſconderat, & non poſuerat ad menſam vt cum vſuris exigeret, metaphora ſumpta ab igne paruo ſopito, vel cinere obtecto, aut lampadis oleo deficiẽte morientis, qui follibus excitatur.

Matth. 25. Hæc deſit ... ſtuſcitatio.

Nam gratia vt ignis deliteſcens ſub cinere non lucet: nos quoque indigemus in dies gratiam, & dona accepta tum precibus, tùm pijs meditationibus, & ſacris ſtudijs, & bonis operibus, velut quibuſdam ſpiritualibus follibus excitare, ne ſinamus Spiritum Dei refrigeſcere, aut tribulationum metu dormire, & torpeſcere, & dona Dei in nobis extingui. Vnde Petrus egregiè dixit: *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam* (Græcè χάρισμα) *in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores, multiformis gratiæ Dei*.

1. Petr. 4.

Hoc vltimum verbum eſt τῆς χάριτος. ¶ Ex quo conſtat aliud eſſe χάρισμα, aliud χάριν; quod expedit annotare, ne inuoluamur homonymia vocis Gratiæ, quæ & illam, qua iuſtificamur, ſignificat, & præterea alia dona, quæ gratis data, ſeu gratuita vocantur. Vocauit autem multiformem gratiam, etiam illam, qua iuſtificamur: nam diſtincta eſt gratia, quæ porrigitur in Sacramento Baptiſmi, ab illa Confirmationis, & vtraque ab illa Euchariſtiæ, & à dictis, illa Sacramenti Pœnitentiæ.

Multiformẽ Petrus Apoſtolus cur gratiam appellauerit.

Nam prima eſt gratia ad renaſcendum, ſecunda ad corroborandum, tertia ad alendum, quarta ad medendum peccatis, in quæ quis prolapſus ſit, & per reliqua Sacramenta variæ etiam gratiæ cõferuntur. Nam per Sacramentum Matrimonij accipimus gratiam, qua ſanctè colamus matrimonium, & prolem Chriſtianè educemus: per ſacræ Ordinationis myſterium, accipimus gratiam, qua cùm ædificatione præeſſe populo valeamus, & purè Sacramenta adminiſtremus: denique per extremam Vnctionem gratiam, & robur accipimus vt contra extremos mortis agones, ac dæmonis tentationes luctari valeamus.

Gratia Timotheo cur data per impoſitionem manuum Apoſtoli.

Hoc autem donum quod acceperat Timotheus ad inſtitutionem Eccleſiæ, id eſt, prædicationem, regimen, ſiue præfecturam Eccleſiæ ſuæ, dicit illi collatum per impoſitionem manuum ſuarum: quandoquidem ſcilicet illum conſtituit Epiſcopum Epheſinum, & conſecrauit, non ſolus, ſed cum alijs, ſicut in ſuperiori epiſtola dixerat, per impoſitionem manuum Preſbyterij.

1. Tim. 4. Quamobrẽ Deus dederit nobis Spiritum, non timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

Subdit: *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris; ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Virtutis, ait, id eſt, roboris, & potentiæ, vt poſſimus nos periculis exponere pro pietate. Et eſt ſermò de Epiſcopis. Addit: Et

dilectionis: ne deſeramus proximos; & vt in actum illam virtutem, atq; potentiam adducamus; quoniam qui diligit, operatur. Et quoniam charitas immodeſta, aut ambitioſa eſſe non poteſt; adijcit: *Et ſobrietatis*: non corporis, cùm Timotheus eſſet abſtemius, ſed doctrinæ, ſicut Paulus dixit; *Sed ſapere ad ſobrietatem*; & ad Feſtum dixit: *Verba ſobrietatis, & veritatis loquor.* Græcè dicitur σωφρονισμῷ, id eſt, ne quid ſupra menſuram fidei, vel virium noſtrarum audeamus. Nam ſunt qui cadunt per exceſſum, quò non pertingunt, qui plus ſapere volunt, quàm ſapere oporteat: & tales inſanire videntur. Vnde Plato lib. 1. de Republica eleganter ait, τὸ μαίνεσθαι ἄρα ὑπεναντίον, ὡς δοκεῖ τῷ σωφρονεῖν, id eſt; Inſanire, & ſapere, inter ſe eſſe contraria. Si ſuis viribus infans alatur, fiet vt creſcendo plus creſcat: ſi autẽ vires captus ſui excedere voluerit, deficiet antequam creſcat. Et iſti tres effectus conſequuntur donum illud impoſitionis manuum.

1 Tim. 5. Rom 12. Actor 26. Sobrietatis, & veritatis verba loqui, quid. *Rom. 12.* *Plato in Alcibiade 2. in princ. tom. 2.*

Ad tertium, in quo dubitatum fuit, an manuum impoſitio ſit materia Sacramenti Ordinationis, vt quidam volunt, quia ſic ſemper exprimitur in Actibus Apoſtolicis & apud Paulum in Epiſtola priori & poſteriori ad Timotheum: & quia hoc Sacramentum non nuncupatur à forma, vel ab effectu, ergo à materia: quemadmodũ Baptiſmus ab immenſione, & Sacramentum Chiſmatis ab iniunctione, & panis fractio ſimiliter à materia Euchariſtiæ denominatur: Dicendum breuiter eſt, quòd impoſitio manuum, vt libro primo dictũ fuit, ad multa refertur in ſacris literis, ad ſigna videlicet, & ad teſtimonia reddenda, & ad ſanitates conferendas, & dæmones expellendos: ſed præſertim in tribus Sacramentis eius vſus inuenitur, in Confirmatione, nimirum, Pœnitentia, & Ordinatione, de quibus alio loco diſputaui. Sed nunc reſpondemus, non eſſe materiam Sacramenti Pœnitentiæ, quia alias actiones materię loco habet, nempè, Contritionem Confeſſionem, & Satisfactionem: & in cõtrario confutando non moror, qui alibi id præſtiti.

Sol. III. quęſtio an materia Sacramenti ordinationis ſit manuum impoſitio. *1. Tim. 4. Infrà 5.* *Actor. 2.* Quotoplex ſit manuum impoſitio. *Lib. 12. & vl. Enar. Euang ex c. 14. Acto. in fine.* Materia Sacramenti Pęnitentięq; qualis modò ſit. *Actor. 8. Infrà 19. Florent Synodus in Bulla vnionis.*

In Sacramento verò Confirmationis nõ eſt manuum impoſitio materia etiamſi Actorum octauo, & decimonono, impoſitio manuum nominetur: ſed vt tradit Concilium Florentinum, ipſum Chriſma ex oleo, & balſamo confectum, & benedictum ab Epiſcopo. Vnius autem Sacramenti vnica eſt tantùm materia. Quamquàm titulo De Sacramentis non iterandis, Capite ſecundo, in Decretalibus docet Innocentius Tertius, vt ſi quis per errorem fuit non Chriſmate, ſed oleo delinitus non ſit in talibus aliquid iterandum, ſed cautè ſupplendum, quòd incautè fuerat prætermiſſum. Vbi Chriſmatis vnctio nõ agnoſcitur vt vera eius Sacramenti materia; qua prætermiſſa, iteratò dandum eſſet Sacramentum, ſed vt ritus & ceremonia ab Apoſtolis vſitata, quæ ratione pręcepti obligat ne omittatur; etſi reuera negare non poſſumus, mirum fuiſſe, quòd Chriſma ſit ſuppreſſum in Scripturis, & quòd balſamũ tam rarum & pretioſum ſit conſtitutum materia Sacramenti.

Innocent. III. Chriſmatis olim vnctio quatenus, adhibita.

In Sacramento verò Ordinationis impoſitio manuum videtur eſſe propria materia: tùm quia ita vocatur Actorum ſexto, decimotertio, decimoquarto; & 1. Timot. 3. & 5. & hoc loco: & quia in Ordinatione Presbyteri, Epiſcopi, & Diaconi videtur præcipi manus impoſitio, & illam in illis tribus gradibus exigit Dionyſius Areopagita Capite quinto libri de Eccleſiaſtica hierarchia; non autem in alijs inferioribus Ordinibus, & inde χειροθεσία, & χειροτονία, Clericorum ordinatio vocatur, eò quòd ad tres ſummos gradus ſit neceſſaria, & denominatio à re nobiliori accipi conſueuerit. Prætereà videtur illa Chriſtus vſus, cùm dixit: *Accipite Spiritum ſanctum*; & quia Epiſcopi cùm ea verba proferunt, imponunt manus ſuper caput ordinandi. Et hæc ratio valida eſt, ſi etiam illud valet: Chriſtus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, & tota Eccleſia facit commemorationem ſacrificij: ergo ipſe priùs obtulit ſacrificium, ne nos plus facere videamur. Valet etiam: Chriſtus benedixit pani, edito ſigno crucis ſuper illum: quia nos idem facimus. Verùm hoc tãtùm probaret ad dandam autoritatem remittendi, & retinendi peccata, Chriſtum vſum fuiſſe manuum impoſitione.

I. Ratio quorundam ad probandum impoſitionẽ manuũ, materiam eſſe propriam ſacræ Ordinationis. II. Ratio. *Dion. Areop.* II. Ratio. *Ioan. 20.* *Luc 22. 1 Cor. 11.* Ab exemplo Chriſti.

Contra hæc tamen apertè militare videtur doctrina tradita in Concilio Florentino Armenis, materiam Ordinis Sacerdotalis eſſe panis cum patena, & calicis cum vino porrectionem: ſicut Chriſtus hanc poteſtatem contulit Apoſtolis, tribuens patenam cum corpore, & calicem cum ſanguine ſuo. Diaconatus verò confertur per libri Euangeliorum porrectionem: Subdiaconatus autem per calicis vacui ſub patena vacua traditionem. Si igitur iſta eſt materia trium Ordinum, non erit impoſitio manuum neceſſaria.

Oppoſitæ opinionis primum argumentum. *Florent. Synodus in fine.* Presbyterij & Diaconatus ordinum materia.

Facit etiam contra hoc, quod Gregorius Nonus, Capite Presbyter, titulo De Sacra-

II. argum. *Gregor. IX.*

Sacramentis non iterandis, decreuit: *Preſbyter, & Diaconus cùm ordinantur, manus impoſitionem tactu corporali (ritu ab Apoſtolis introducto) recipiunt: quod ſi omiſſum fuerit, non eſt aliquatenus iterandum, ſed ſtatuto tempore ad huiuſmodi. Ordines conferendos cautè ſupplendum, quod per errorem extitit prætermiſſum.* Hæc ille. Vbi impoſitio pro vera materia non agnoſcitur, ſed pro ritu ab Apoſtolis introducto, obligãte tantùm ex præcepto.

III. argum. quod ſcilicet Sacramenti Ordinationis propria materia non ſit impoſitio manuum.

Dion. Areop. cap. 5. libri de Eccle. hierar.

IV. argum.

Adhæc Subdiaconatus non eſſet Ordo ſacer, quia in eo non fit manus impoſitio, vt tradit Dionyſius Areopagita Capite ſuperius allegato. Conſtat etiam tempore Apoſtolorum in Baptiſmo dando multos ritus ſeruatos (vt de exorciſmo ſale guſtando, & de intinguẽda lingua infantis ſaliua, & candidæ veſtis, & cerei ardentis porrectione, & ſimilibus multis) qui tamen ritus non ſunt materia Baptiſmi, ſed tantùm aqua eſt materia, qua quis tingendus eſt.

V. Argum.

Præterea, ſi manus impoſitio non eſt materia Sacramenti Cõfirmationis, etiamſi maximè ita nominetur in Scripturis, nõ mirum etiam, ſi ordinatio, quæ eodem verbo ab Apoſtolo, & Luca vocatur, non ſit pars eſſentialis Sacramẽtis Ordinis. Adde verba beati Thomæ, qui in Quartum ſenten. Diſtin. 24. *Epiſcopus*, inquit, *in collatione Ordinum duo facit: Præparat enim ordinandos ad Ordinis ſuſceptionem, & Ordinis poteſtatem tradit. Præparat quidem & inſtruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando, vt idonei ſint poteſtatem accipiendi: quæ quidem præparatio in tribus conſiſtit, ſcilicet, benedictione, manus impoſitione, & vnctione. Per benedictionem Diuinis obſequijs mancipatur, & ideo benedictio omnibus datur: ſed per manus impoſitionem datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia ſint idonei: & ita ſolis Diaconibus, Sacerdotibus ſit manus impoſitio, quia eis competit diſpenſatio Sacramentorum, quamuis vni vt principali, & alteri ſicut miniſterio, ſed vnctione ad aliquod Sacramentum tractandum conſecrantur; & ideò vnctio ſolis Sacerdotibus ſit, qui proprijs manibus corpus Chriſti tangunt, ſicut etiam calix inungitur qui continet ſanguinem, & patena quæ continet corpus. Sed poteſtatis collatio ſit per hoc quòd datur eis aliquid, quod ad proprium actum pertinet: & quia principalis actus Sacerdotis eſt conſecrare corpus, & ſanguinem Chriſti, ideò in ipſa datione calicis ſub forma verborum determinata, character Sacerdotalis imprimitur.* Ruardus quoque Tapper Decanus Louanienſis in Articulis Louanienſibus agens de Sacramento Ordinis, ſcripſit: *Facta ſunt autem, inquit, in forma, & materia* (ſcilicet, Confirmationis, & Ordinationis) *hæ mutationes ex Apoſtolica traditione, & Spiritus Chriſti ſuggeſtione. Sicut enim Apoſtoli ſine expreſſo in Scripturis iuſſu Chriſti, imponebant baptizatis manus ad Spiritum ſanctum accipiendum, eodemque ritu Presbyteros ordinabant: ita eodem Spiritu ducente, ritum quem nunc obſeruat Eccleſia, maximè conſentientem ritus quem ſeruauit Chriſtus, tradiderunt: niſi fortè dicatur hoc relictum fuiſſe Eccleſiæ, qua forma, quaue materia iſtud Sacramentum conferendum, modò ſignificatio, quæ in Sacramentis principaliter attenditur, quæ ſcilicet ſignificetur quæ poteſtas tradatur, ſeruetur. Nam in Sacramentis, quorum materiam, & formam Chriſtus non determinauit, hæc diſpoſitioni, & arbitrio reliquit ſanctæ ſuæ præfecti, cuius exemplum habemus in Pœnitentia, & Matrimonio: imò & forma Baptiſmi magnam admittit mutationem, modo ſeruetur eadem ſignificatio. Nam liberum Eccleſiæ relictum eſt, quod non eſt per Chriſtum determinatum.* Et hactenus de priori diſputatione ſit dictum.

D. Th. art 3. q. 2 in reſpon. tom. 7.

In collatione Ordinum ob ſeruãtur duo

Solis Diaconibus, & Sacerdotibus, cui fiat manus impoſitio.

Ruar Tapper artic 17. poſt med. part. 2. circa med.

Quorũ Chriſtus Sacramẽtorum materiã, & forma inſtituendam Eccleſiæ reſeruauerit.

Ad V. dub. De forma Sacramenti Ordinationis, qua Græca, & Latina vtitur Eccleſia, an ſit vna, & eadem, an diuerſa.

Iam ad alteram dubitationem ad formam Ordinationis ſpectantem accedendũ eſt. Nam Orientales Epiſcopi, inſtituti à maioribus ſuis, conferunt Epiſcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus Ordines per orationem depretatoriam; cum nos more Eccleſiæ Romanæ conferamus per modum imperandi, ſicut Chriſtus Lucæ vigeſimoſecundo fecit, & faciendum docuit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*: pro quibus Eccleſia ait: *Accipite poteſtatem*, &c. Dicendum tamen eſt, nihil hac ratione nos perturbandos, quia etiam Baptiſmus & Pœnitentia more Latinæ Eccleſiæ datur per Indicatiuum: *Ego te baptizo*; &: *Ego abſoluo te à peccatis*; cùm tamen Græci dicant deprecatoriè: *Baptizetur ſeruus Chriſti.* Forma etiam ſacræ, & extremæ Vnctionis per deprecationem confertur, hoc modo: Per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam parcat tibi Deus quæcunque deliquiſti vitio oculorum, vel aurium, vel manuum. Adde etiam Clementem Romanum, qui libro octauo Diataxeõ Apoſtolorum, Capite tertio tradit rationem conferendi Epiſcopatus ordinem: & Capite vigeſimoquarto Presbyteratus, & Capite vigeſimoquinto Diaconatus. Et omnes hi Ordines conferuntur modo deprecatorio per orationem emiſſam ad Dominum.

Luc 22. 1 Cor 11.

Forma extremæ Vnctionis Sacramenti qualis.

Clem Rom.

Qui ordines collati ab Apoſtolis fuerint modo deprecatorio

Quarto loco, quãdo electus eſt Matthias in Apoſtolatum, oratione quadam vſi ſunt Apoſtoli: & Actorum decimotertio ordinati

Act. 1.

Infra 13.

Suprà 6.

nati ſunt Paulus, & Barnabas, fitque mentio liturgiæ, & orationis, & impoſitionis manuum: *Tunc ieiunantes*, inquit, *& orantes, imponentesq́, eis manus, demiſerunt eos.* Adhęc Diaconi Actorum ſexto acceperunt Ordinationem per manus impoſitionem, & orationem: & Actorum decimoquarto: *Cùm oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino.* In quibus locis quod dicitur de oratione, intelligendum eſt de precibus quibus à Deo petebant, vt efficeret illos bonos Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, poteſtatemque illis ad ea munera præſtaret.

Infra 14.

In eis confe rendis quid orarent Apoſtoli.

Græci, vt videtur, formã Sacramenti Cõfirmationis vnde ſumpſerint deprecatoriam.

Actor. 8.

Quinto loco formam Sacramenti Confirmationis vidêtur Græci deprecatoriam facere: quod conſonum eſt Scripturæ Actorum 8. vbi dicitur: *Rogauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum ſanctum*: erat ergo forma deprecatoria; qua Deus conferebat Spiritum ſanctum ad robur, & confeſſionem Fidei.

Nouam & Apoſtolus inuſitatam Ordinationis formam potuiſſe Eccleſiam inſtituere Cõſecrationis panis & calicis formę aliæ apud Græcos quam apud Latinos & diuerſæ.

Sextò, ſi Eccleſia Gręca potuit formam Baptiſmi à Chriſto inſtitutam mutare in aliam idem ſignificantem, nempè: *Baptizetur ſeruus Chriſti*; cur non etiam poterit formam, quam non conſtat eſſe à Chriſto inſtitutam, mutare in aliam: maximè ſi iſtæ mutationes ortæ ſint ab Apoſtolis, & eorum principium ignoretur? Adde etiam formam panis, & calicis Euchariſtiæ in Eccleſia Græca Orientali diuerſas eſſe ab illis, quibus vtitur Latina Eccleſia: in nonnullis tamen diſcrepare videntur, quia quædam addunt, quædam tollunt, quæ nõ inueniuntur in noſtris. In beati enim Iacobi Apoſtoli liturgia forma corporis eſt: *Quod pro vobis frangitur, & datur in remiſsionem peccatorum.* In forma verò ſanguinis habetur: *Hic eſt ſanguis noui Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur, & datur in remiſsionem peccatorum.* Et his ſimilia tradunt Baſilius, & Chryſoſtomus in ſuis liturgijs. Quæ ſi conferantur cum noſtris Latinæ Eccleſiæ formis, quædam planè tollunt, & quædã addunt. Sicut ergo nullus hactenus turbatus eſt de formis huius Sacramenti in liturgijs Græcorũ obſeruatis, ita vllus nec de forma Ordinationis turbari debet, quia in reipſa planè conueniunt: niſi quòd id, quod Latina Eccleſia dicit per enuntiationem Indicatiui, illa Græcorũ enuntiat per deprecationem.

Luc. 22.

Chryſ. tom. 1. in fin.

Quare Apoſtolus nõ formam ordinationis, ſed ſolam manuũ impoſitionẽ notauerit.

1. Tim. 4.

Quòd ſi objcias, Apoſtolum Paulum tantùm meminiſſe manuum impoſitionis 1. Timoth. 4. & 5. & in hoc capite, & nihil dixiſſe de forma: Reſpondemus, id eſſe ſupplendum ex alijs locis, in quibus impoſitioni manuum adiũgitur oratio, quę formæ rationem habebat. Nam Actorum ſexto, decimotertio, & decimoquarto fit vtriuſque mentio. Et ſicut vna voce Baptiſmi comprehendimus materiam aquæ, & formam, & reliquas ceremonias & orationes quibus vtitur Eccleſia, & nomine Chriſmatis Confirmationis Sacramentum ex materia, & forma conſtans, ita etiam nomine impoſitionis manuum, intelligimus & debitam materiam, & propriam formam cum cæteris ritibus neceſſariam. Intelligo autem neceſſariam, ſiue neceſſitate Sacramenti, ſiue neceſſitate præcepti. Hinc Hieronymus in Eſaiæ caput quinquageſimumoctauum: χειροτονία, inquit, *eſt ordinatio Clericorum, quæ non ſolùm ad imprecationem vocis, ſed ad impoſitionem impletur manus*; Et Clemens Romanus libro octauo de Conſtitutionibus Apoſtolicis Capite vltimo: *Scitis*, inquit, *à nobis Epiſcopos, Preſbyteros, & Diaconos vocari, oratione, & manuũ impoſitione, differentia nominum, rerum differentiam indicantes.* Ambroſius etiam in priorem epiſtolam ad Timotheum. *Manus impoſitiones verba ſunt myſtica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem teſte conſcientia ſua, vt audeat vice Domini ſacrificium Deo offerre.* Vbi valdè ponderandum, quòd manuum impoſitionẽ dicit eſſe verba myſtica, quibus confertur Ordo ſacer. Auguſtinus libro tertio de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. decimoſexto, in fine: *Manus impoſitio non ſicut Baptiſmus repeti non poteſt. Quid eſt enim aliud niſi oratio ſuper hominem?* Et intelligens Auguſtinus de peccatorum remiſſione, ſubiungit ſtatim capite ſequenti: *Nam quòd in typo vnitatis Petro Dominus dedit poteſtatem, vt id ſolueretur in terris, quod ille ſoluiſſet, manifeſtum eſt.* Clemens quoque libro ſecundo Diataxeon cap. 42. abſolutionem vocat manus. *Idem fac tu, Epiſcope: ſed quemadmodum Gentilem per lauacrum recipis, poſt eius inſtitutionem, ita hunc per manuum impoſitionem vti per pœnitentiam purgatum, omnibus pro eo rogantibus in priſtinum ſtatum reſtitues, & erit ei in locum lauacri impoſitio manuum.* Hæc ille. Adde etiam Concilium Mileuitanum Capite duodecimo: *Placuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, ſeu Miſſæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones ab omnibus celebrentur.*

Infrà 5.
2 Tim 1.
Actor. 6.
Infra 13.
Infrà 14.

Hier. tom 4.

Clem Rom.

Amb. in c. 4 propo fin. to 5.

Aug tom 7. in fine.

Manus impoſitio quid ſecundum Auguſtinum.

Matth 16.

Clem. Rom.

Concil. Mileuit.

Hæc autem omnia eò tendũt, vt probemus, quòd quãdo ſimpliciter in Scripturis dicitur Manus impoſitio, non debemus interpretari nudam impoſitionem, ſed cũ verbis illis, quibus illa manus impoſitio determinatur, vel ad ſigna, vel ad Confirmationis Sacramentum, vel ad Ordines

Nomine impoſitionis manuũ quid etiam Scripturæ comprehendant.

Digitized by Google

Lotiones variæ, & quomodo determinentur.

ſacros. Quemadmodum etiam lotio verbũ commune eſt, & indifferẽs ad corporis, vel animæ ablutionem; & ad lotionẽ à medico præſcriptam pro corporis ſanitate & ad illã Lege Moyſi pręſcriptam, & ad illam Euangelicam à Chriſto præceptam. Et per verba appoſita quaſi per formam determanatur ad aliquam ex illis ſpecialem, vel ad Regenerationis Sacramentum: ita quoq; manus impoſitio generale verbũ eſt, & per ea quæ illi adiunguntur verba determinatur, vel ad ſigna, vel ad Confirmationem, vel Ordines ſacros.

Erubeſcere teſtimoniũ Domini noſtri, & Paulũ vinctũ eius, quodnam ſit

Ad quintam dubitationem expediendã de gratia data ante tempora ſecularia, prætermittendum eſt quod præcedit in Apoſtolo: *Noli itaq; erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neq; me vinctum eius, ſed collabera. Euangelio ſecundùm virtutem Dei, qui nos laborauit, & vocauit.* Eſtq; ue ſenſus congruus. Ex quo tantum chariſma virtutis, dilectionis, & ſobrietatis, ſiue ſobriæ ſapientiæ accepiſti, nõ eſt quòd te debeat pudere de teſtimonio quod Chriſtus dedit in paſſione & cruce ſua, vel apud Paganos, qui Chriſtum ſtultitiam reputant, vel apud Iudæos, qui eum habent pro ſcandalo. Neque rurſus debes pudore ſuffundi propter me vinctum eius: vt enim martyr eſt, qui propter Chriſtum patitur, ita vinctus Chriſti, qui propter ipſum alligatur. Noli ergo erubeſcere, quòd Chriſti profeſſores vincula, perſecutiones, & tormenta ſuſtineant, ſed tu quoque ad eadem cum illis ſuſtinenda te accinge, vt particeps ſis paſſionum, quas profeſſores Euangelij propter eius prædicationem tolerãt. Indicat ergo ſe vinctum non pro furto, vel homicidio, vel alio crimine infami, ſed pro Chriſto; quod eſt glorioſum. Vnde alibi ait: *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

1. Cor 1.
Ibidem.
Martyr Chriſti quis.
Paulus quare vinctus.
Galat 6.

Collaborare Euangelio, quid.

Et quod ait: *Collabora Euangelio*, ſignificat; Non tantùm mihi, aut gratiæ Dei, ſed labores, & afflictiones propter Chriſtum, & cum Chriſto ſuſtine, ſicut ipſe pro te ſuſtinuit. Vnde Græcè dicitur, *συγκακοπάθησον*, quod eſt honorificum & ſalutiferum. Et quia hoc ſupra vires eſt humanas, & virtutem Dei requirit, quæ hoc nobis pręſtet, ſubdit: *Secundum virtutem Dei.* Qui adeſt omnibus pro ſe patientibus, vt ſuſtineant, permaneant, & coronam promiſſam aſſequantur, iuxta illud: *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et Sapient. 10. *Hæc* (ſcilicet Spientia) *venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit; deſcenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum regni.* Ex quo licet colligere; omnes qui vincula patiuntur pro Chriſto, aut pro iuſtitia non eſſe à Chriſto relinquendos, ſed in cœleſte regnum participes euehendos.

Dei virtus præſentanea quibus & efficax.
Pſal. 90.
Sap 10
Geneſ. 37.

Quod Chriſtus minimè derelinquat.

Qui nos liberauit. Vel ſaluos facit à peccato, & Satana. Qui ergo tot, ac tanta pro nobis effecit, & paſſus eſt, dabit & virtutem rectè pro eo patiendi. Non enim tantùm nobis donatum eſt pro Chriſto, vt in eum credamus, ſed vt etiam pro illo patiamur. Qui ergo, cùm inimici eſſemus, ita erga nos effectus fuit, vt per mortem ſuam nos Patri reconciliaret; multò magis recõciliatis, & amicis factis, & pro eo affligi cupientibus, virtutem dabit euadendi, & vincendi.

Quomodo nos Deus liberauerit.
Philip. 1.
Rom. 5.

Deus qua vocatione ſua ſancta nos vocauerit.
Amb hoc loco to. 5 ſub ſi

Subdit; *Et vocauit vocatione ſua ſancta.* In Gręcis exẽplaribus, & in Ambroſio non eſt pronomen, Sua, intellige quia non tantùm ad ſanctitatem vocat, & facit ſanctos, & non fruſtratur, ſed ſemper ſuum ſortitur iuſtificationis effectum; ſed etiam quę non contingit per vlla opera, ſed gratia, & munificentia Dei, quæ propriè ad electos ſpectat, quę propoſitum dicitur Dei, & gratia quæ data eſt nobis ante tempora ſecularia. Etſi ſit alia vocatio ſancta, & alia non ſancta; eſt tamen quędam vocatio firma, & quæ deficere non poteſt: eſt & alia ex parte noſtra, quæ deficere poteſt.

Epheſ. 1.

Ad V. dub. Gratia nobis quomodo data ante tẽpora ſecularia.

De hac re dubitatum fuit in eo quòd aſſerit gratiam datã ante tempore ſecularia; id eſt, ante mundi conſtitutionem; at id quomodo fieri potuit, cùm nondum eſſent homines quibus daretur? Verùm id ſoluendum eſt per illud quod præcedit: *Secundum propoſitum ſuum*, id eſt, propoſita eſt, & præuiſa dari, ſed non ſimpliciter data eſt ſed addidit, In Chriſto Ieſu, quod eſt dicere, Propter Chriſtum Ieſum, ſiue propter merita eius.

Secularium illorum temporũ initium
Geneſ. 1.

Cœperunt autem hęc tempora ſecularia à primo die quando lux facta eſt, & ex eius motu veſpere, & mane factus eſt dies vnus, ſiue primus. Secula enim erant antea, non ſecularia, ſed intelligibilia, quę æui nomine veniunt, cùm eſſent Angeli tantùm, & cœlum Empyreum, & terra inanis & vacua, id eſt, materia prima. Etſi verò homines eo tempore non eſſet, nec etiam in primo die, quando cœpit æuum ſeculare diſtinctum ab illis ſeculis intelligibilibus; erant tamen homines quãtum attinet ad corpulentam ſubſtantiam, quæ ex materia prima deriuata eſt; erant etiam homines in prædeſtinatione Dei, propter quos hic mundus corporeus præcipuè conditus eſt.

Ibidem.

Altera ſolutio, datæ gratiæ

Vel meliùs dicẽdum eſt, dationem Dei, quod ad effectum attinet, temporalem fuiſſe,

iſſe, quia in tempore dedit: ipſa tamen datio Dei, quæ eſt actio diuina, æterna fuit, & ab eius eſſentia Diuina non diſtinguitur: & ita ex parte ipſius actionis dicitur eſſe ante tempora ſecularia, hoc eſt, gratia data in prædeſtinatione Dei, quamuis effectus datus ſit in tempore.

mirum gratiæ Dei nobis ante tēpora ſecularia.

Adhæc, quomodo data eſt in Chriſto Ieſu iſta gratia ante tempora ſecularia: cum Chriſtus Ieſus ſit nomen hominis, & certum ſit quòd Filius Dei non fuit homo ante tempora æterna, ſed tantùm vbi venit plenitudo temporis, & miſit Deus filium ſuum? Dicendum ergo, quod ſignificatur eleganter modus participandi ſalutem, & gratiam Diuinæ prædeſtinationis, quia propoſuit Chriſtum ſaluare nos, & dare nobis gratiam.

Cum Chriſtus Ieſus homo ſit in tempore natus: in Chriſto Ieſu vt gratiam nobis Deus dedit ante tempora. *Galat. 4.*

Non autem rectè vertit Eraſmus hunc locum, dicendo, Ante tempora æterna, quia eſt Deus, ante quem nihil eſt, vel eſſe poteſt. Auguſtinus tamen legit. Ante tempora æterna, & interpretatur, id eſt, ante omnia tempora, & quia Hebraicis eſt עולם & quod Græcis eſt, αἰών, Latinis ſeculū eſt, quod tempus ſignat dieb⁹, & horis diſcretum; per tempora ergo ſecularia intelligimus tempora illa antiqua, quæ non fuerūt coæterna Deo, qui creauit tempora, & ſecula, nam Hebr. 1. dicitur: *Per quem fecit, & ſecula:* & c. 9: *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verba Dei.* Et vt æternitas eſt menſura æternorum, hoc eſt trium Perſonarum, quæ principio carent, ac fine, ita æuum menſurat æternitas, quæ principium habet, ſed non finem, vt Angeli. & materia prima, informis, ſiue inuiſa. Tempus autem menſura eſt motus eorum, quæ principiū habent, & finem: & hoc ſimul creatum eſt cum luce, quæ motu ſuo fecit veſpere & mane diē vnum. Vnde rectè Haymo dixit: *Tempora ſecularia debemus hic intelligere tempora, & ſecula, quæ ex eo tempore eſſe cœperunt, quo mundus factus eſt, & dies, & nox. Nam antea non erant ſecula, neque tempora, quouſq; venit viciſſitudo diei, & mortis, & mutabilitas temporis, ſed quaſi æuum erat.* Hæc ille.

Eraſmū tempora æterna pro ſecularibus ineptè vertiſſe. *Aug. li. 83. q. q. 71. in prin. tom. 4. tit. 1.*

Tempora ſecularia quænā Apoſtolo.

Hebr. 1. *Infra 11.* *Geneſ. 1.*

Sap. 11. c. 18. Tempus proprie quid.

Haymo Epiſ.

Et ſubdit de gratia data: *Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem* (vel apparitionem) *Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium.* Nam primò quidē Chriſtus apparuit in carne mortali, vnde ſuſcitatus deſtruxit mortem corporis, & peccati, dando Spiritum ſanctum in remiſſionem peccatorum, & carnis, ſiue corporis mortem, ſe ipſum à mortuis excitando, & ſpiritus noſtros in cœleſtem domum colligens tantiſper, donec venit generalis omnium corporum reſurrectio.

Gratia Dei vti manifeſta nunc fuerit per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Hebr. 2.

Philip. 3.

Illuminauit autē, vitam gratię, qua Deo viuemus, & vitam æternam, & incorruptionem atque immortalitatem actu præſtans: ex quo reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. In potentia autem & meritis omnes qui Chriſto hærent, ad illam vitam immortalem ius habent. Hieronym. in Epitaphio Nepotiani: Gratias, inquit, tibi Chriſte Saluator, tua agimus creatura, quod tam potentem aduerſarium noſtrum, dum occideris, occidiſti. Quid antè miſerius homine, qui, æternæ mortis terrore proſtratus, viuendi ſenſum ad hoc tātùm acceperat, vt periret? Regnauit enim mors ab Adā vſq; ad Moyſen, etiam ſuper eos qui non peccauerunt.

Quemadmodum Chriſt⁹ vitam, & incorruptionē illuminauerit per Euangelium. *Rom. 6.* *Hier ep. 3. ſub init. tom. 1. in princ.*

Rom. 5.

In quo (ſcilicet Euangelio) vel vt Græcè habetur εἰς ὅ, id quod) *poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, magiſter Gentium.* Non me ipſum ego poſui, & conſtitui, poſitus ſum à Deo præco, ſiue prædicator, & Apoſtolus, ſiue legatus, nihil eorum omittens, aut celans, quæ commiſſa fuit mihi. *Et Magiſter Gentium.* Ob quam cauſam ſum Euangelij præco apud Gentes, & Apoſtolus earum. Ob id maximè etiam hęc tanta vincula patior, non ob aliquod facinus, ſed pro gloria Chriſti, & pro trahendis Gentibus ad libertatem Euangelij. ¶ *Sed non confundor.* Quia Deus ſuo Spiritu me recreat atque confirmat.

Prædicator, & Apoſtolus qualis, & magiſter Gentiū Paulus.

1. Tim. 2.

Paulus cur minimè confuſus in Euāgelij miniſterio.

Ad ſextam dubitationem circa illud: *Scio cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare vſque in illum diem.* In quo dubitatum fuit, anne tanta fides, & confidētia poſſit eſſe in animo noſtro? Circa literam tamen primò nota, verbū, Credidi, ambiguum eſſe tam Gręcè, quàm Latinè, ad fidem habere, & ad cōmittere, ſeu ad fidei alterius committere aliquid. Prior tamen ſignificatio videtur magis ad rem facere, quia fide cum Deo agēdum eſt, qui potens eſt depoſitum ſeruare. Quia enim ſermo erat de Deo Ieſu Chriſto, in quem crediderant, propterea dixit: *Potens eſt depoſitum ſeruare,* non autem, Fidelis eſt, aut verax eſt depoſitum ſeruare. Notum enim erat, Meſſiam eſſe, in quo implendæ erant Dei promiſſiones; ſed dixit, Potēs eſt, quia de ea potentia poterat ſubeſſe dubium: nō autem apud Paulum, qui nouerat, Chriſtus ſe ipſum à mortuis excitaſſe, & poſſe omnia quæcunq; Deus ipſe facere poteſt. Eſtque hoc loco hyperbaton, & ordo eſt iſte: Scio & certus ſum, quòd is cui credidi, potens ſit quicquid apud illū depono, ſeruare in illum diem.

Cū dicitur: Scio cui credidi, & credere quid ſignificet, Habere fidem, aucōmittere.

VI. quæſt. ſol. An poſſit de aliquo credito eſſe ſcientia.

Si credere hic eſt actus fidei, qui poteſt, inquit,

D Th li. 4 præſè vnti. 1om. 16.

inquit hoc loco B. Thomas, etiā eſſe ſcientia, nec idem creditum, & ſcitum? quia de ratione ſcientiæ eſt quod videatur, ſicut fidei, quòd non videatur. Reſpondet idem Sanctus Doctor: In fide duo ſunt, ſcilicet id quod creditur, & ille cui creditur. De eo quod creditur, non poteſt eſſe ſcientia, quia ſic perderet crediti rationem; ſed de eo cui creditur, eſt ſcientia, quia per euidētiſſimam rationem eſt ſcitum, quòd Deus eſt verax.

Altera ſolut. & vbi ſcripturarum fides, & credere pro ſcientia ac ſcire ponatur.

Simplicius dici poſſet: Fides ob ſuam certitudinem ſolet in Scripturis venire nomine ſcientiæ; & ſcire eſt credere. Teſtimonia ſunt: *In ſcientia ſua* (id eſt, in fide) *iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos.* Et Zacharias. *Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius*, id eſt fidem: *Scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem: Scimus quoniā diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Et, *ſcio cui credidi*, perinde eſt dicere, Noui per fidem.

Eſai 53. Luc. 1. 1. Ioan. 3. Rom. 8.

Quid eſt, ſcio ego Paulus, cui credidi, & certus ſū, quia potens eſt depoſitū meum ſeruare, &c.

Sed videamus iam quomodo conueniāt hęc Paulo. Nam his verbis rationem reddit cur non Apoſtolus confundatur: *Quia noui*, inquit, *& certiſſimè ſum perſuaſus per ipſam fidem, quàm bonus, & fidelis ſit ille, cui fidem meā adiunxi, & quā verax in promiſſionibus, & quòd ſeruabit depoſitum meum*, id eſt, corpus, & animam velut in depoſitum tradita, *vt aliquādo & ſibi illa magna gloria reſtituat*: de quo depoſito dixit Dominus morti proximus: *In manus tuas commendo ſpiritum meum*; & Stephanus: *Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum*; & Salomō: *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis*: Chriſtus etiam, *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam*, apud me tanquam depoſitum quoddam rectè ſeruatam.

Pſalm. 144.

Depoſitum ac quodnam Pauli Deus conſeruabit.

Luc 23. Pſal 30. Actor. 7. Sapient 3. Matth. 16.

Alij, Pauli depoſitum quid ſit.

Sunt alij, qui per depoſitum apud Deum intelligant merita propria ex gratia Dei prodeuntia, quæ tam benè operādo, quàm mala patienter tolerando, colligere ſolent iuſti, vt intelligamus quòd illa non pereūt, nec tranſeunt cum tempore, quod cum actionibus, & paſſionibus labitur, ſed commendantur in depoſitum non apud vllum hominem immortalem, ſed apud Deum hæc ſeruare valentem in die iudicij, in quo magnificentiſſimis præmijs illa remunerabit, & corā vniuerſo orbe illa laudabit: *Euge*, inquit, *ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium Domini tui.* Et tantopere ea eſt celebraturus, & reprobos ad inuidiam conflādam excitet. Nam dicturi ſunt: *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cōputati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt.*

Deus quādo illud reddet.

Infra 25.

Fidē in Deo ſui depoſiti ſeruandi maximè habere qui debeant.

Sapien. 5. Hebr. vlt. Philip 3. 1. Cor. 15.

Et certè hæc tanta, & tam illuſtris fides debet à quolibet fideli concipi, quia ſine illa nullus conſiſtere in tantis tribulationibus valeret, maximè verò Prælati Eccleſiarum qui pro ſua, & ſuarum Eccleſiarum ſalute inuigilant, & laborant. Spero etiam me accepturum corporis redemptionem per reſurrectionem ad vitam æternam, quando Deus erit omnia in omnibus. Sed etiam quod vincula mea nihil ſint impeditura, alios quominus Euangelium complectantur, imò potius conſolationem, & confirmationem omnibus fidelibus, maximè autē miniſtris Dei allatura.

Paulus etiam Dei depoſitū quod haberet ſeruandū. Depoſitū ille cui ſuum nominauerit.

Collige etiā, aliud eſſe depoſitum à Deo Paulo creditū doctrinæ integræ, & incorruptæ ſeruandum. Et addit, eſſe depoſitum noſtrum, quod Deo tāquam nummulario potētiſſimo, fideliſſimoq; cuſtodiendū deponim⁹: & hic eſt bonorū operū theſaurus.

Solut. 7. dub. Quænā verba ſana, quorum formam Timotheus habere debebat.

Ad ſeptimum in illud: *Formam habe ſanorum verborum*, Dicendum eſt, illa eſſe membra ſana, quæ vitam participiāt, & ſuas functiones facilè perficere poſſunt: ita per metaphoram ſana ſunt illa verba, quæ ſanam fidei doctrinam, id eſt, Catholicam, & Orthodoxam tradunt, & præſertim ſi commodè, & aptè, & cum charitate, & prudētia, ac ſignis id quod prædicatur, cōfirmetur. Nō tantùm enim in rebus fidei conſideratur quid dicas, ſed etiā quomodò dicas, vt verba ſint ſimplicia, & ex Scripturis petita, vel ſaltem Eccleſiaſtica, & ab Hæreticis; quantum fieri poteſt, remota, & aliena, ne vel in vocabulis cum illis communicemus.

Autoritas traditionis, quid nē formam habere ſanorum verborum.

Subdit: *Quæ à me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto Ieſu.* Vt ſcilicet in alios effūdas, nam hęc ego à Chriſto accepi. Et dicēdo: *Quæ audiſti*: indicat traditionem, cuius autoritatem hic exaltat. Qui ergo ita loquitur, ſanum, ſe Doctorem prodit, & corruptam hominum linguam ſanare poteſt. Et formam Gręcè eſt ὑποτύπωσις, id eſt, exemplar, ſiue imaginem, de quo 1. Theſſ. 1. Et formam habe, perinde eſt ac dicere; vtere vel exerce, vel retine: frequēter enim ſignificat habere.

1. Theſſ. 1.

Quæ phraſis iſta: Quæ à me audiſti in fide & in dilectiōe in Chriſti Ieſu.

Quod ſequitur: *In fide & dilectione in Chriſti Ieſu.* Id eſt: Quæ ſūt de fide, ſiue quę verſantur circa fidē, & dilectionē, præpoſitio. In denotat materiam, ſiue obiectum, vt ſtatim ſubiungit: *Omnes qui in Aſia ſunt*: id eſt, ex Aſia, vel de Aſia. Et nè quamlibet fidem accipias; addit: *In Chriſto Ieſu*, Id eſt: Quæ eſt Chriſto conſentanea, & doctrinę eius.

Depoſitum bonū quod acceperit Timotheus cuſtodiendum.

Ad illud: *Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum*: dicendùm eſt quod cōueniat illi doctrinæ depoſitū, & muneris chariſmatis, quod acceperat per manus impoſitionem.

nem. Cura ergo, vt eius ſis memor, & ſerues per Spiritum ſanctũ, qui iuſtos, & pios inhabitat, non autem per ſpiritum proprium: quæ dona ac munera apud Timotheũ, veluti egregiũ theſaurum Deus depoſuerat. ¶ Et ex hoc loco colligimus, tempore Pauli non apud plebem, & vulgares homines, ſed apud Epiſcopos depoſita fuiſſe religionis myſteria.

Penes quos fidei noſtræ myſteria tantummodo ſeruarentur. VIII. Sol. qu.

Ad poſtremum: *Scis enim hoc, quod euerſi ſunt à me omnes, qui in Aſia* (vel de Aſia *ſunt.* Horum verborum non eſt ſenſus, totam Aſiam à Paulo defeciſſe, ſed Aſianos, qui Romæ erãt. Quia difficile eſſet ſeruare puritatem doctrinæ inter tot hæreſes; idcircò hæc addita ſunt à Paulo. Et notant Græca ſcholia, prępoſitionem, In, poſitam eſſe loco Ex, vt paulò antè diximus. Omnes ergo Aſiani, vel qui ex Aſia ſunt, me Romæ exiſtentem auerſati ſunt, & ſcandalizati.

Qui verum fuerit, Aſianos omnes auerſos à Paulo fuiſſe. *Oecum. ca. 2*

Ex quibus, inquit, *eſt Philetus, & Hermogenes.* Græci codices habent, Phygellus loco Phileti, & Ambroſius ita legit in explicatione, vt & Hieronymus in epiſtola de veſtibus Aaron; vt agnoſcat Timotheus quos fugere debeat: & iſti erant præ alijs celebriores. Eſt autem vſitatum transfugis, ac militiæ Chriſti deſertoribus, quò ſuam turpitudinem excuſent, quaſcunque eriminationes fingere aduerſus probatos, & fideles Euangelij miniſtros. Erant autem illi duo alicuius dogmatis hæretici, aut peregrini autores. Hic Hermogenes non eſt ille, contra quem ſcripſit Tertullianus, qui ſcripſit ſub Antonino Caracalla, minus cẽtum quadraginta annis poſt Chriſtum paſſum; hic autem Hermogenes Romę verſabatur tempore Pauli ſub Nerone.

Philetum & Hermogenẽ hæreticos cur Paulus expreſſet nominatim. *Amb. hoc loco tom 5. Hier epi. n. 28. ad Fabiolã, ſub init. t. 3. 1. prope princ.* In quẽ Hermogenem ſcripſerit Tertull. *Tertul par 1 ſub fin.*

Cæterum veriſimile fit, hos duos fuiſſe Iudæos, & ad Fidem conuerſos: & aſſumebant ſibi nomina Græca, nam Gręcis litteris incumbebant, non Hebraicis: quemadmodum Philo, & Ioſephus, qui Iudæi erãt genere, Græcis literis, non Hebraicis omnia ſcripſerunt. Iſti tempore ſignorum, & prædicationis glorioſæ adhęrebant Paulo: ſed vbi in vinculis & carcere detineri, vt ignobiliſſimum accepere, à fide Chriſti defecerunt. Et pulchrè Phygellus interpretatur fugitiuus; & Hermogenes, Mercurio genitus, id eſt, loquax, & mendax; aut mercimonijs intentus, aut facundiæ. Et vterque ſuo nomine denotat inconſtantiam: ij enim erant apoſtatæ, qui doctrinæ Pauli obſtabant, & ab illis ſe ipſos auertebant, fugitiui ſcilicet, qui extra Eccleſiam ſunt per infidelitatem, quique deſerunt votum Baptiſmi: quemadmodum Hæretici noſtri ſeculi vota, quibus vitam Regularem profitebantur, irrita reddiderunt. Sunt qui doceant, Philetum, & Hermogenem à B. Iacobo Zebedæi conuerſos, & Abdiæ fortaſſis libris apocryphis, in quibus hæc narrantur. Dorotheus primum, facit Epiſcopum Epheſinum, poſteriorem Epiſcopum Megarenſium.

Phileti, & Hermogenis ſimulatio.

Phygellos & Hermogenes quid ſonent: ijdem quos referant.

Philetus & Hermogenes apoſtatę, ac vtrũ conuerſi ſecundũ aliquos. *Dorothe in Synopſi.*

Sequitur in textu: *Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, quia ſæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.* Monitionem cõfirmauit ex aliorum defectu, nunc vrget ex aliorum profectu ad ſtandum. Etſi verò multi à Paulo defeciſſent, ac eum deſeruiſſent, non tamen Deus, qui pro ſua bonitate nunquam omnino hominem iuſtum deſerit: ſed, ſi qui ſint aduerſarij, pręſtat etiam adiutores, & aduocatos qui tueantur. Ita Paulo proſpexit de Oneſiphoro. Et vnum opponit pluribus: quia plus eſt vnus vir iuſtus, quàm millia corruptorum. Quod fecit, ne exemplis multorum ad defectionem ſolicitaret. Iſte autem erat Epheſinus, & fuit poſtea einſdem ciuitatis Epiſcopus: quanquam Dorotheus illum fuiſſe Epiſcopum Coroniæ tradat. Et deſignat eum, qui vtilitatem, & commoditatem adfert: nam ὄνησις, vtilitas eſt & iuuamen. Et proprium eſt ſeruorum Dei, qui beneficia recipiunt temporalia, implorare pro illis Diuinam miſericordiam, *Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Elegans eſt in hunc locum Chryſoſtomi ſententia. *Nam ſi in Regibus,* inquit, *fieri ſolet, vt non modò qui pugnant, ſed & qui vaſa cuſtodiunt, honorũ participes ſint, ſæpè contigit vt paria bellatoribus acciperent præmia, quãuis non fœdaſſent cruore manus, neque arma cœpiſſent, imò ne prælium quidem aſpexiſſent: multo magis id in tribulationibus fit. Qui enim athletam fame confectum cibo recreauerit, qui illi adſtiterit & fuerit hortatus, qui obſequia reliqua intulerit; pari cum illo mercede donabitur.* Hæc ille

Deus ſuos, maximè Paulum Romæ vinctũ, prouidentia.

Vnius iuſti Oneſiphori in ſe beneficii cur faciat mentionem Apoſtolus. *Doroth. ibid.*

Oneſiphori Etymon, Seruorum Dei proprium quid ſit.

Matth. 5. Chryſ. hom 3

Afflictos Dei ſeruos ſefocillantes quãti ſint meriti apud Deum. *Infrà 10.*

Nec tantùm Oneſiphoro, ſed & domui, ac familiæ precatur miſericordiam Paulus. Eſt autem ingens Oneſiphori laus, & magnum apud Deum meritum, qui facultatibus ſuis & præſentia, & alloquio refocillauit non ſemel Apoſtolum, & non erubuit crucis ignominiam, aut carceres, aut catenam.

Honorificũ de Oneſiphoro Pauli teſtimonium.

Et nota illam Paranomaſiam: *Quæſiuit,* &, *Det illi Dominus inuenire miſericordiam.* Vbi etiam perpendenda eſt illa phraſis Hebraica, ſicut annotauit Oecumenius: *Det illi Dominus* (ſcilicet Pater) *inuenire miſericordiam à Domino* (ſcilicet Filio) *in die illa,* ſcilicet iudicij poſtremi. Sicut Geneſ. 19. *Pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur* ignem

Oecum. c. 11. in fin. Qualis hæc phraſis Det illi (Oneſiphoro) Dominus inuenire miſericordiam à Domino. *Geneſ 3.*

ginem, à Domino de cælo, id eſt, à ſe ipſo. Et videtur pronomen poni pro relatiuo. Eſaiæ 8. *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignum & in portentum Iſrael à Domino exercituum*, hoc eſt, à ſeipſo. Interdum etiam nomen perſonæ loco pronominis accipitur: vt Dan. 9. *Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac, ne moreris propter Dominum* (ſic enim Hebraicè habetur, Eloha) id eſt, propter temetipſum, vt ſignentur duæ Trinitatis perſonæ, Pater & Filius.

Eſai. 8. *Hebr. 2.* Huius quoq; Propheticæ: Exaudi me Domine propter: Dominum, locutionis myſteriũ. *Dan. 9.*

Contra duo Principia Marcionis.

Quia verò dixit: *Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Domino*; propterea Marcion poſuit duos Dominos, ſiue duo Principia, quia etiam Dominus eſt Spiritus ſanctus. Sed reuera in tribus Perſonis vnus Dominus demonſtratur tantùm, iuxta illud: *Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem.*

Quam inuenite Oneſiphori domũ gratiam Apoſtolus exoptaret. *Luc. 1.*

Eſt autem inuenire gratiam vt Luc. 1. *Inueniſti gratiam apud Deum*, idem quod inuenire miſericordiam iuxta Phraſim Hebræam: ſignificat, nos graue iudicium euadere, & miſericordiam Domini, & benignitatem ſentire.

Oneſiphorꝰ quanto Paulum videndi, ac iuuandi ſtudio teneretur.

Et ait: *Sed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit & inuenit.* Hoc eſt: Nec aduerſatus eſt me, vt alij, nec retroceſſit à me, nec caſu repertum ſalutauit: ſed ſtudioſiſſime quæſitum tandem inuenire promeruit: & de vinculis, & catena mea nõ erubuit, & meis neceſſitatibus ſumptus ſuppeditauit; alloquio etiam, & præſentia refrigerauit. Verbum autem, Mihi, non habetur in Græco, nec in Ambroſio, ſed tantùm, Quanta Epheſi miniſtrauit, tu melius noſti. Significans illum Eccleſiæ Epheſinæ, vel ſanctis Epheſinis multa ſuppeditaſſe. Vt tu, inquit, qui Epiſcopus eius ciuitatis es, melius quàm ego nouiſti. Et vt olim æqua erat pars, ſiue portio remanentis ad ſarcinas, & deſcendentis prælium 1. Reg. 30. ita Sancti affectu collaborantes, & abſentibus communicantes temporalia, aut preces, participes fiunt meritorum, quæ ſancti Martyres pro Chriſti fide morientes adipiſcuntur: quia hoc plus eſt quàm recipere Prophetam, aut iuſtum domi ſuæ, qui mercedem prophetæ, vel iuſti habebunt. Et hæc ſatis de hoc capite.

In Epheſinos Chriſti fideles eiuſdem beneficentia.

1. Reg. 30.

Matth. 10.

***

DISPVTATIO III.

In verba ſecundi capitis: *Tu vero fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu: Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus; vt ei placeat, cui ſe probauit, &c.* in finem vſque cap.

PRIMO loco agendum de conſequentia ſermonis huius cum præcedentibus. Deinde dubitatur, quæ ſunt illa, quę audiuit Timotheus per multos teſtes; & cur illa velit communicari fidelibus hominibus, qui idonei ſint alios docere: cùm Euangelium omnibus ſit diſſeminandum, iuxta illud: *Euntes docete omnes Gentes, & Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Tertiò, quid eſt dicere: Labora ſicut bonus miles Chriſti, vel, Feras afflictionem, quia verbum Græcum eſt κακοπάθησον. Et falſa videtur illa ſententia: Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus: quia etiam ſeptem Diaconi Act. 6. militabant Deo, & prædicabunt verbum Dei; & tamen præerant menſis viduarum, & modo Epiſcopi bona temperaria curant: Epiſcopi quoque præſunt ſpiritualibus cauſis Clericorum, & ſecularibus de bonis temporalibus Eccleſiæ. Quartò, quò tendit Apoſtolus per illas tres metaphoras, Militis Chriſti, & Agricolæ laborantis, & eius qui certat in agone. Quintò, dubium eſt in eo quod ait: *Sed verbum Dei non eſt alligatum*; Et, *Omnia ſuſtineo propter electos, vt ipſi ſalutem conſequãtur cum gloria cæleſti*: nunquid vnus alteri ſuis meritis poteſt comparare gratiam, & vitam ęternam? at hoc Pelagianum dogma videtur. Sanguis etiam aliorum ſanctorum non funditur pro ſalute, aut redemptione, quia hoc eſt priuilegium ſolius ſanguinis Chriſti. Sextò dubitamus de illa ſententia: *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſe ipſum non poteſt*: nam ſi hoc per liberum arbitrium homo facere poteſt, cur non idẽ poterit Deus, qui præſtantiori præditus eſt libertate? præſertim cùm promiſſiones quaſcunque fecit, pro ſua libertate irritas facere poſſit? Septimò dubium eſt, quò tendat Apoſtolus in eo quod adhortatur ad ſugiendum cõtentionẽ verborũ: nã in omni contentione ſemper vtimur verbis, & ſine illis nulla fit diſputatio. Octauò dubiũ eſt, quomodo qs euadat operarius in cõfuſibilis; & rectè tractare, aut ſecare valeat verbũ

I Dubium. Secundum.

Matth vlt. *Marc. vlt.* Tertium.

Actor. 6.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimum.

Octauum.

veritatis,

veritatis, & ad quam metaphoram alludat per illam locutionem. Nonò ambigitur, cur ſermo hæreticorum dicitur ſerpere vt cancer, & ad quid fiat alluſio. Decimò qua ratione, aut in quo ſenſu Hymenæus, & Philetus dicebant reſurrectionem iam factam, cùm tam apertum eſſet, & planum commentum. Vndecimò dubitatus, quid eſt: *Firmum fundamentum Dei ſtat*, quis enim de ea re dubitare poſſet? Deinde ſi ſubuerterunt quorundam fidẽ, vt ipſe dixit, quomodo firmum fundamentum Dei ſtat; & Chriſtus: *Et porta*, inquit, *inferi non præualebunt aduerſus petram*, vel in Eccleſiam? In eo etiam quod ſequitur: *Habens ſignaculum hoc*, quale eſt hoc ſigniculũ; &, Cognouit Dominus qui ſunt eius, nunquid non pręuidit Deus omnia, etiam mala? nam in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Deinde videtur præuiſioni operum tribuere prædeſtinationem. Et poſtremò cum ait: *Diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini*, videtur indicare, dilectionem Dei fallibilem eſſe, ſi præter eos quos præſciuit, adhuc alij ab iniquitate poſſunt diſcedere, & ſalutem cõſequi. Duodecimò ambigitur, quænam ſit illa magna domus, in qua ſunt vaſa aurea, & argentea, & alia lignea, & fictilia: nam aliqui hanc domũ dicunt eſſe mundum, & alij verò Eccleſiam Chriſti. Decimotertiò, cur ſecundò ſtultas, & ſine diſciplina quæſtiones iubeat vitari, ex eo quòd generant lites: cùm iam ſuperiùs dixiſſet: *Noli cõtendere verbis*. Poſtremò dubium eſt, quomodo hæretici, & improbi homines teneantur captiui ad voluntatẽ diaboli: videntur enim iſti coacti, ſi captiui ſunt; & libero arbitrio deſtituti, ſi nequeũt redire. Ex his propoſitis dubitationibus quædam ſunt facilioris expeditionis, quædam verò difficilioris, & alicnius momenti: vtræque tamen breuiter explicandæ.

Nonum dobium ac Decimum.

Vndecimũ.

Math 16.

Prouer. 15.

Duodecimũ.

Decimumtertium.

Decimumquartum & vlt.

Ad primum igitur: Cùm priori capite Apoſtolus hortatus eſſet ad ſtudium cõfirmandæ veritatis doctrinæ contra hæreſes, & ad ſubeundem pro Chriſto martyrium, contra ſpiritum ignauiæ, & timiditatis; idcircò hoc capite corroborari vult diſcipulum ſuum. Et ita incipit: *Tu ergo fili mi confortare, ſiue inualeſce, vel corroborare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu*. Id eſt: etſi alij Aſiatici deficiant, tu verò conſtans eſto: nam proprijs viribus tuis, ſed Dei gratia, quæ data eſt, enutrita, & aucta per fidem Ieſu Chriſti. Fit ergo quis robuſtior in gratia, dum is qui gratiam accipit, non ſinit illam langueſcere, nec in vacuum recipit, ſed illam diligenter excolit ad maius incrementum. Atque hanc gratiam in Chriſto Ieſu ſitam, frequenter commemorat, teſte Chryſoſtomo; ne nos in nobis gloriemur, ſed agnoſcemus fontem vnde oritur. ¶ Vel, in gratia, hoc eſt in docenda, & propaganda doctrina de gratia, vt interpretatur Ambroſ, & conuenit cum ſequentibus quæ proponit: *Quæ audiſti à me per multos teſtes*. Perge ergo docere, Patrem reconciliatum humano generi, idq́ue per vnum mediatorem filium eius. Non moreris Iudæos, qui quærunt iuſtitiam quæ ex lege eſt, neque Hæreticos, qui varia, & contraria docent. ¶ Et vtitur blanda illa, *Fili mi*, appellatione; quò magis doctrina in eius animum penetret: poſtquam ab amantiſſimo Patre proceſſit: & audaciam ſolet addere diſcipulo magiſtri afflictio.

Sol. I. quæſt.

De ordine contextus Apoſtolici.

Confortari in gratia Chriſti Ieſu, quid.

De gratia Chriſti Ieſu cur frequentem habeat ſermonem Apoſtolus.

Chryſ hom. 2 tom. 4.

Amb. hoc loco tom. 5.

Rom. 10.

Filium ſuum cur Paulus Timotheum appellet.

Ad ſecundam dubitationem circa id: *Quæ audiſti à me, per multos teſtes, &c.* reſpondemus, velle Apoſtolum non ſolum vt cõfirmetur in gratia Dei Timotheus, ſed vt ad Euangelicum munus adſciſcat alios, vt quod factum fuit in promotione Timothei, idem ſeruetur in promotione aliorũ. Vt ita quæ audiſti à me de fide (de qua: Ergo fides ex auditu) per multos teſtes comprobata, hæc commendes fidelibus hominibus. Teſtes vocat paſſionum tolerantiã, ſanctam vitam, item ſigna, & prodigia, tum & ſacrarum literarum teſtimonia. Nam ita OEcumenius producit Clementem Alexandrin. libro 7. Hypothypoſeon, qui interpretatur per multos teſtes, teſtimonia ex lege, & Prophetis à me inducta. Non vult igitur Apoſtolus Timotheum noua dogmata cõminiſci, quæ ignorat Eccleſia, ſed quæ ab ipſo Paulo didicerat ſacris Scripturis confirmata, vt fidelibus hominibus illa concredat, ac pijs doctoribus per manus tradat, quò paſſim ſana doctrina in multos diffundatur, & in multorum animis radices agat. Per multos, inquit, teſtes: non clam, aut in angulis, ſed in propatulo, & in multorum teſtium præſentia.

Sol. II dub.

Rom. 10.

Quinam illi multi teſtes.

Oecum. ca. 2. in fin.

Contra hæreticos noua dogmata cõminiſcentes.

Noluit autem ſignificare Apoſtolus teſtes fuiſſe adhibitos ſolenni ritu Timothei cauſa, ſed quod Timotheus ab ipſo acceperat, confictum non fuiſſe, cùm multi viuerent adhuc, qui poſſent teſtari, nihil ſolitũ tradere Timotheum, quod non prius ex ore Pauli accepiſſet. ¶ Et fideles homines vocat non à communi hominum fide, ſed per excellẽtiam, qui rara fide pollent, qui fide, & non humanis rationibus doctrinam metiuntur Euãgelicam, quiq́; de omnibus inſtructi ſunt, quæ verũ Chriſti pręconem, & miniſtrum decent, de quo Dñs dixit: *Fidelis ſeruus, & prudens quem ſuper conſtituit dominus familiã ſuã*. Non ergo loquitur de laicis, ſed

In eo quod multos teſtes produxit, quid Apoſtolus obſeruarit.

Fidelibus hominibus audita ab Apoſtolo Timotheus commendare debebat quib.

Math 24. Luc. 12.

de Preſ-

Vbi ſita fidelitas in homine. Qui ſint idonei ad docendum.

de Presbyteris, & Epiſcopis. ¶ Fidelitas verò, voluntatis eſt virtus. Idoneum autem ad docendum facit intellectus perſpicacitas, & lingua expedita, & animus promptus ad ædificandum alios, ſed maximè zelus, & dilectio Dei ad proximum, qua id quod docetur, primus ipſe qui docet, opere præſtat. Quare etſi Euangelium prædicandum ſit omni creaturæ. Ex illis tamen ſeligendi ſunt certi præ alijs, qui fidelitatis virtute præfulgeant, & apti ſint ad docendũ alios: & iſti ſunt ad Epiſcopatum eligendi, ac talibus præ alijs commendanda eſt prouintia alios inſtituendi.

Marc. vlt. Quare tantũ fidelibus hominibus Pauli doctrina cõmendenda, ſi etiam vniuerſæ creaturæ eſt Euãgelium prædicandum.

III. dub. ſolu. De ſenſu huius dicti: Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

Ad tertium explicandum, præcedit in textu: *Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.* Vbi verbum illud, *Labora,* κακοπάθησον, id eſt, Mala, & afflictiones ſuſtine more ſtrenui militis. Eſt enim vita hominis militia ſuper terram; maximè ijs qui vt alijs intendant, eliguntur. Et militia noui Teſtamenti eſt mala pati, ſicut illa Veteris fuit mala inferre alijs, cum quibus pugnabant.

Iob. 7. Circa hoc: Nemo militans Deo, implicat ſe, duo ad literam obſeruantur.

Subdit: *Nemo militans Deo, &c.* In qua ſententia nota, verbum, Implicat ſe, verbũ eſſe Græcum ἐμπλέκεται, id eſt, implicatur, quod idem eſt atque implicat ſe. Illud nomen, Deo, abundare videtur, nam Græcè non habetur, nec plerique Patres Græci eius meminerunt, vt beatus Ignatius epiſtola decimatertia ad Heronem, Baſilius in Epiſtola in libros Aſceticos, & Ambroſius libro 1. de Officijs. Illud quoque; Negotijs ſecularibus, vel huius ſeculi, Græcè eſt ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, id eſt, vitæ negotiationibus, curis ad victum, ac potum pertinentibus: moleſtijs legit Cyprian. lib. 1. epiſt. 9. ad Quirinum lib. 3. cap. 11.

B. Ignat. epi. 13. in princ. B. Baſil. init. 2. tomi. Amb. c. 36. l. 1. in init.

D. Cyprian.

Quid eſt: neminem Deo militantem, implicare ſe negotijs ſecularibus.

Quantum ad rem, ſenſus eſt: Similes huius ſeculi hoc ſeruat, vt negotijs ſecularibus, & alienis ab arte quam profitetur, minimè ſe implicet, vt ei probatum ſe reddat, qui delectum ipſius habuit, hoc eſt, imperatori ſuo, ac duci: quãtò magis id cauere debet miles ſummi Imperatoris Ieſu Chriſti, vt ei placeat, cui ſe per Baptiſmum deuouit? Et videtur notare Apoſtolus quoſdam ſui ſeculi Epiſcopos, ac Doctores, qui ſuis commodis ſeruiebant, & ſecularibus negotijs mundi huius per ſuperbiam, vel auaritiam, vel carnem ſe implicabant, & occupationibus ſui muneris non vacabant. Et Epiphanius grauiſſimè reprehendit Epiſcopum, quòd multiplicandis argenteis vaſis, & ſuppellectili domeſticæ totus incumberet.

Apoſtolus ijs verbis quos notet Epiſcopos.

Polybius Epiphanij diſcipul' autor eſt.

Spiritualia negotia quę nam Epiſcopi ſecularia, & quatenus conueniant.

Negotia verò, quæ Epiſcopus exercet, ſpiritualia ſunt, vt orare, ſacrificare, prædicare, ordinare Clericos, & illos peccantes corrigere. Quando verò ad Eccleſiæ bona temporalia conſeruãda in vſum proprium, & pauperum, animum adijciunt, certè iam temporalia ſpiritualia fiunt, & nõ dedecent Epiſcopos, dummodo ea per Diaconos exerceant, & tueantur, quãtum poſſunt, vt fecerunt Apoſtoli, & Chriſtus, qui loculos habeat, & temporalium curam Iudæ demandauerat. Pro cauſis verò Clericorum, quæ interdum geruntur coram Epiſcopo, expedit vt ipſi per ſeipſos perficiant, vel ob eam rem vicarios ſuos habeãt, qui ius adminiſtrent, vt Epiſcopi valeant magis ſpiritui vacare. Vnde Auguſtinus interdum conqueritur in ſuis ſcriptis, ſe cauſis, & negotijs ſecularibus diſtineri; quod ipſe deplorat.

Ioan 13. Infrà 13.

Cauſę Clericorum Epiſcopis quomodo tractandæ.

Quod verò interdum laici litigantes ad Epiſcopos accurrerent, vt pro ſuo arbitrio controuerſias terminarent, id non erat ex aliqua poteſtate, quam Epiſcopi habeant ſuper ſeculi huius negotia, ſed ex illis ipſis inter ſe decertantibus, qui cauſam in Epiſcopum compromittebant, & ex charitate, quæ eſt ſuper omnem legem; & quia Chriſtus dixit: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

An Epiſcopi laicorũ cauſas interdum iudicantes, implicare ſe negotijs ſecularibus mereantur.

Matth 5.

Vt quartum expediamus, pręter iam dictam metaphoram militis Chriſtiani, addit alias duas, primã de eo qui certat in agone, qui nõ meretur coronari, niſi munus athletarum præſtiterit: nec ſatis eſt quomodocunque certare, niſi ex legibus præſcriptis quiſque agat: ita nec Epiſcopum ſatis eſt certare, niſi iuxta legem, nõ Moſaicam, ſed Euangelicam decertet, & patienter agat in laboribus, paſſionibus, in vinculis, & carceribus. Hæc clauſula ita habetur Græcè: *Si autem & certat quiſpiam* (ſcilicet, vt athleta) quod interpres per dictionem, In agone, id eſt, loco pugnæ & certaminis) *non coronatur, niſi legitimè certauerit.* Eſt (certè, vt quidam rectè dixit) multis certare datum, ſed vincere paucis.

Ad IV. dub. reſponſio.

De ſenſu huius metaphoræ: Qui certat in agone non coronabitur, niſi legitimè certauerit.

1. Cor. 9.

Iam tertiam metaphoram attingit: *Laborantem,* inquit, *agricolam, oportet primum de fructibus accipere.* Id eſt, ad literam, Oportet agricolam accipere fructus: nam hyperbaton eſſe videtur, &, Primum, iungendum cum participio, Laborantem, non cum verbo accipere. Sed ea lege videlicet, ſi prius laborauerit, & prius terram coluerit: alioqui inculta dabit ſpinas, & tribulos pro fructu.

Huius quoque metaphoræ: Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus accipere, quinam ſit ſenſus.

Vel, Primum, id eſt, multum inde accipias: quia res quam adminiſtras, maximè digna eſt. Ita interpretatur ſcholium Brunonis, & conuenit cum eo Apoſtolo: *Presbyteri duplici honore digni habeantur,* id

Bruno in hūc Pauli locum.

eſt,

1. *Tim.* 5.

eſt, multo, magno & amplo honore, ne mendicare cogatur prædicator. Nam decimę, & oblationes non ſunt purę eleëmoſynæ in Clericos; quē articulum tenuit Wicleffus, & damnatus eſt à Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 8.

Ioan. Wicleff. de decimis & eleëmoſynis error.

Conc. Cōſtan.

Et in hunc ſenſum tractat præſentem locum Auguſtinus libr. de opere Monachorum, ca. 15. propè finem; *Timotheum*, inquiens, *ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis manibus operari non poterat, ſic exhortatur, monet, & conſolatur: Labora*, inquit, *ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus vt ei placeat, cui ſe probauit: nam qui in agone contendit, non coronatur, niſi legitimè certauerit.* Hic ne ille pateretur anguſtias, dicens: *Fodere non poſſum, mendicare confundor*; adiunxit: *Laborantem agricolam, primùm oportet de fructibus percipere*, ſecundùm illud quod ad Corinthios dixerat: *Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit?* Fecit itaque ſecurum caſtum Euangeliſtam, non ad hoc euangeliaantem vt venderet Euangelium, ſed tamen huic vitæ neceſſaria ſuis ſibi exhibere manibus non valentem: vt intelligeret quod ceſſarium ſibi ſumebat ab eis, quibus tanquam Prouincialibus militabat, & quos tanquam vineam cultura exercebat, vel tanquam gregem paſcebat, non eſſe mendicitatem, ſed poteſtatem. Et ita Latini interpretantur.

B. Aug. to. 3. inter med. & finem.

1. *Cor.* 9.

Luc. 16.

Caſtus Euāgeliſta quis Auguſtino.

Laborans agricola Græcis myſticè quis.

Oecum. c. 3.

At Gręci altiùs videntur interpretari, & prędicantem exemplo agricolę, intelligunt eum, qui nō ſuijpſius curam gerit, ſed fructuum terræ, vnde non mediocrem voluptatem carpit, nec exiguam laboris ſui cōpenſationem, præceptorem, inquam, diſcipulorum primum profectu frui, magna doctrinæ ſuæ retributione, ne quis moræ impatiens, futuræ quæ differtur mercedis tarditatem ęgrè ferat, animarum ſaltem ſalutem: eximium ſanè lucrum eſt, & ſimile ſuperioribus: vt ſi miles & athleta pręmium niſi parta victoria non capiat: agricola interim dum terram colit, fructus aliquid percipit, copioſiorem in poſterum expectans. Ita Chryſoſt.

Chryſ. ho. 4. *in præſentem epiſt. to.* 4.

Sunt autem hæc tria exempla, militis, athletæ, & agricolæ, nonnihil obſcura & metaphorica, quæ ex parte res aperiunt, & ex parte relinquunt nobis occaſionem eas coniectandi, & applicandi. Idcircò rectè ſubiungit: *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Id eſt: Propoſui tres parabolas, Militis, Athletæ, & Agricolæ; quorum vnuſquiſque cæteris curis omiſſis, ſuum munus grauiter obit: neque deeſt præmium, ſi ſuo prius functus fuerit officio, exemplo Domini, qui poſt parabolas ſolitus erat ad eas intelligendas excitare: *Qui habet*, inquit, *anres andiendi, audiat*: Nam ſimilitudines de milite, & athleta, non applicauerat, neque admoneret, ſi omnes intelligere poſſent.

Quare Apoſtolus Timotheum ad intelligentiam à ſe dictorū de milite, athleta, & agricola laborante excitet.

Matth. 13.

Quòd ſi quis diceret: Tu magiſter, qui dicis, Milita, certa, labora, & ſtipendium accipe; id verò tu non facis, ſed manuario labore viuis. Reſpondet: Id facio, ne mihi videar contrarius, & contra quàm dico facere: quia, vt aiunt Bruno, & Anſelmus, ſi Timotheus infirmus manibus laboraſſet, minùs Dei verbo ſuffeciſſet. Paulus verò robuſtior, & ad vtrumque ſufficiens, nihil capiebat, & alios capere volebat. Adde, quod eſſet ſcandali periculum, vt exponit Thomas: nam vbi eſt occaſio vel cnpiditatis, vel otij, vel ſcandali, ſeu offendiculi, non eſt ſtipes ab Eccleſia petenda.

Paulus nullū foæ prædicationis cur caperet ſtipendium.

Bruno.

Anſel. par. 2.

Prædicatori quando nullū eſt ſtipendium poſtulandum.

D. Tho. lect. 1. *in fin.*

Iam perpende quò hæc omnia tendant: nam tu es Epiſcopus, conſidera quid agat miles, quid toleret athleta, cur laborem ſuſtineat agricola: atque ex his diſce non otiandum tibi, ſed laborandum, & ſudandū, & pericula multa obeunda. ¶ *Dabit enim tibi, vel, Det tibi Dominus in omnibus intellectum, ſeu intelligentiam.* Vt ſit peccantis oratio, vel optantis intelligentiam, & executionem, vt agnoſcat quanta differentia ſit agricolæ laborantis pro fructu paruo, & militis pro modica victoria de hoſtibus reportanda militantis, & certantis pro corona temporaria adipiſcenda.

Id: Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum, quomodo accipiendū.

In metaphora agricolæ, ait Gregorius Nyſſenus ab OEcumenio citatus: *Oportet primùm de fructibus participem eſſe. Quòd præceptores in ſeipſis primùm bona operentur, quæ docent. Nam hoc eſt, primùm oportere fructuum participes eſſe, quos ſibi ipſis primùm ante alios per virtutes colunt. Militis quidem, & athletæ exemplum etiam diſcipulis quadrat: agricolæ verò, ſolis præceptoribus. Quemadmodum enim, inquit, agricola, terræ, ac fructuum curam habet, ita & tu diſcipulorum, & prædicationis. Et vide quomodo reſpondeat. Præceptor, inquit, primus vtilitate diſcipulorum fruitur apud Deum, quemadmodum agricola fructibus.* Hæc ille.

Nyſſeni Gregorij de exēplo agricolæ laborantis ſententia.

Oecum c. 3.

Ad quintam dubiationem ſoluendam, explicāda ſunt priùs verba quæ pręcedunt: *Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum Euāgelium meum.* Quidam hæc interpretantur, vt pergat Apoſtolus hortari ad labores tolerandos, & martyrium ſubeūdum, ſi fortè inſtaret: & eſſet iam præter dicta quartum exemplum, quod eſt cæteris præſtantiùs, & maiores habet aculeos. Alij autem veriſimili-

Quorsū hoc Memor eſto (Timothee) Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū reſurrexiſſe à mortuis, &c.

ſimilius putaut, trãſire Apoſtolum ad ſuggillandos hæreticos, qui dogmatizabant, Chriſtum non deſcendiſſe reuera in carne, & conſequenter nõ verè paſſum fuiſſe niſi tantùm in phantaſia. Contra quos B. Ignatius in epiſt. ſuis acriter interdum decertat. Hanc hæreſim amplexati ſunt poſtea hæretici dicti Manichæi: ideò rectè ait: Memor eſto quod Chriſtus verus ſit homo, & verè, non phantaſticè reſurrexerit à mortuis: quemadmodum nos contra noſtri ſeculi hæreticos proteſtamur, verè Chriſtum eſſe in Euchariſtia, & non phantaſticè, aut metonymicè, aut in figura profitemur.

In verbis Apoſtol⁹ quorum ſecundũ alios, confutet errorem.

Quid quod ex ſemine Dauid eſſe dicitur Chriſtus.

Ioan.14.

Illud autem, Ex ſemine Dauid, perinde eſt atque, Ex poſteritate, & familia eius, ſicut olim Dauidi promiſſum fuerat, & impletum docent Euangelia, maximè Ioannes, cum dixit: *Verbum caro factum eſt.*

Explicatur hæc phraſis: Secundùm Euangelium meum.

Rom. 2. *1. Theſſ 1.* *2. Theſſ 2.* *Galat. 2.* *Hier. to. 1. poſt dimid.*

Addit: *Secundùm Euangeliũ meũ.* Ita Rom. 2 ait: *Secundùm Euangelium meum.* Et cõmune facit alijs iniuſtis Euangelium noſtrum appellans in Epiſt. ad Theſſ. *Secundùm Euangelium,* inquit, *meũ,* quod ſcilicet erat cõprobatum ab Apoſtolis vt verum, Galat. 2. Et Lucæ Euangelium Pauli dici poteſt, & ſolet, teſte Hieronymo in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, quod apud omnes Eccleſias autoritatis põdus obtinebat. Et in ſua Genealogia Luc. c. 3. docet, Chriſtum ex Dauid ſanguine prodijſſe. Erant & alij, qui ſuũ habebant Euangelium, ſed falſum: ideò dixit, Meum. ¶ Quòd autem, dicat interdum, nũquam autem, Baptiſmum meum, ex eo colligit Auguſtin. vt illius eſſe intelligatur, qui Eccleſiam mundauit lauacro aquæ in verbo vitæ, contra libros Petiliani, lib. 3. cap. 16. & tract. 5. in Ioan. Meum ergo, non cuius executor ſum, ſed miniſter in prædicando, iuxta illud ad Corin. *Notum vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis:* ſed ad quod prædicãdum multum facit exhortatio, & ſolicitudo: ideò Euangelium poteſt dici noſtrum, non autẽ Baptiſmus. Et cauſam addit B. Thomas: quòd perfectè baptizare etiam minus docti poſſunt; perfectè verò Euangelizare, multo difficilioris & rarioris eſt operæ. Vnde & ſe miſſum Euangelizare, non baptizare teſtatur Apoſt. quoniam illud per multos, hoc per paucos fieri poterat, inter quos idem eminebat Apoſtolus. Quare Aug. libr. 5. de Baptiſ. cap. 14. ita ſcripſit: *Inuenimus dictum ab Apoſtolo: Et gloriam meam; quamuis vtique in Domino, & miniſterium meum, & prudentiam meam, & Euangelium meum, quamuis vtique à Domino impertitum, atque donatum: Baptiſmus autem meus, nemo dixit eorum omninò. Neque enim omnium æqualis eſt gloria, nec miniſtrant omnes æqualiter, nec æquali prudentia ſunt omnes præditi, & in Euangelio alius alio melius operatur; & ideò dici poteſt alius alio doctior in ipſa doctrina ſalutari: alius autem alio magis minuſve baptizatus dici non poteſt, ſiue ab inferiore, ſiue à maiore baptizetur.* Hæc ille.

Cur Paulus non Baptiſmum ſuum, ſed vocet Euangeliũ ſuũ, teſte Aug. *Aug. to 7.* *Epheſ 5.* *Tit 3.* *Idem tom. 9.*

1. Cor. 15. II Ratio, videlicet Angelici Doct.

B. Tho lect. 2

1 Cor. 1. III Ratio Auguſt.

B. Aug. to. 7. prope init.

1. Theſſ. 2. *Rom 11.* *Epheſ. 3.* *2. Tim. 2.*

Simon Magus, vt tradit Epiphanius, aſſerebat, Chriſtum nõ verè paſſum, nec verè ſuſcitatum. Baſilides verò docebat, pro Chriſto Simonẽ Cyrenenſem paſſum fuiſſe: at Cherintus fatebatur Chriſtũ paſſum, ſed non ſuſcitandum niſi in extremo iudicio; & ob eam cauſam tradit Epiphanius Paulum ſcripſiſſe: *Si mortui nõ reſurgunt; neq; Chriſtus reſurrexit.* Et paulò antè: *Si autẽ Chriſtus nõ reſurrexit; inanis eſt prædicatio noſtra inanis eſt & fides veſtra.* Et illæ hæreſes tempore Apoſtoli vigere cœperunt. Gnoſtici autem dicebant carnem perire, & non reſurgere: Chriſtum non ex Maria carnem accepiſſe niſi apparentem, ſed in Maria oſtenſam.

Simonis Magi, Baſilidis, atque Cherinti vana de Chriſti paſſione ac reſurrectione figmenta. *Epiphan hær. 21 init.* *1. Cor. 15.*

Gnoſticorũ quoque de Chriſti carne commentum.

Sequitur: *In quo laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans.* Græca habent: Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. Id eſt: Cuius gratia plura perpetior tanquam maleficus, aut facinoroſus quiſpiam. Et frequenter hanc fortaſſe Timotheo cantilenam canit; vt admoneat Timotheum, & Epiſcopos omnes in eo ad talia ſubeunda. Suetonius in vita Neronis ſcribit: *Afflicti ſupplicijs Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouæ, ac maleficæ.* Et maleficos vocabant homines vitæ puriſſimæ ſectatores (vt teſtatur Plinius libr. 10. Epiſtol. ad Traianum) quia operabantur ſigna, vt putat Caietanus, quæ ipſi maleficis, & magicis artibus tribuebant. Vnde & Moyſen virum mirificum, vel θαυματουργόν. Plinius ſenior libr. 30. cap. 1. maleficum, & magum habuit. Et ideò ſe hic maleficum Apoſtolus vocat. Et pondus ſuum habet quod dicit, *Vſque ad vincula:* quia alligare ciuem Romanum, ſcelus magnum eſſe dicit Cicero: quemadmodùm alio loco ipſemet Apoſtolus ponderat, quòd Chriſtus fuit obediens vſque ad mortem; mortem autem crucis; quod ampliſſimè Cicero exaggerauit, quia ſupplicium illud teterrimum erat, de quo dixit: *Quid dicam in crucem tollere?*

Vinculorum ſuorum Euangelij cauſa cur Apoſtolus frequenter meminiſſet.

Suet. c 16. Chriſtiani E hoicis quale genus hominum.

Caietan.

Plinij ſenioris impia, & ſuperſtitioſa de Moyſe ſententia.

M Tull orat. 7. in Verr. à med. Expendituṙ illud, vſque ad vincula. *Philip 2* *Idem ibid.*

Ad illud verò: *Sed verbum Dei non eſt alligatum,* reſpondemus, ſenſum eſſe, quòd etſi corpus vinculis poſſit adſtringi: lingua tamen nõ eſt alligata; id eſt: Non ceſſo etiam in vinculis docere non tantum verbo, ſed etiam ſcripto, epiſtolas ad varias Eccleſias mittendo: linguæ vincula, & carceres ſunt timor, & ſilentium. Quaſi diceret: Velociter currit ſermo Dei: nam etſi fiſtula canẽs occidi poteſt; non tamen ars modulandi li-

Ad V dubit.

Quomodo verbum Dei non ſit alligatum. *Pſalm. 147.* Hæc locutio qualis Apoſtoli.

gari poteſt: nam fiſtula fracta, poteſt ſumi alia, per quam fiat modulatio: ad eum modum etſi miniſtri Euangelici deficiant, & per mortem cadant; veritatis tamē ars, quæ immortalis eſt, & ipſum miniſterium verbi vinciri nō poteſt, aut exſcindi, quia Dominus ſuſcitat alium, in locum demortui. Vnde & in vinculis exiſtens Ioſeph futura prędicebat: Ioannes Baptiſta in carcere prædicabat, & mittebat diſcipulos ſuos ad Chriſtum, & Cyprianus vinctus literis frequentibus inſtituebat Eccleſiam ſuam.

Geneſ. 40. *Matth. 13.*

Dictū Apoſtoli: Verbū Dei non eſt alligatum, quemadmodum Lutherani detorqueant.

Detorquent autem quidam ſcioli hoc Pauli dictum ad ſuam temeritatem tuendam, volentes prædicare, etiamſi miſſi non fuerint, neſcientes non eſſe verbum Dei, quod per verba impia, & profana eorum qui ſe ingerunt, profertur. Omnia enim in Eccleſia honeſtè & ordinatè fieri debent, & Chriſtus diabolo ſilentium impoſuit, ne loqueretur verbum Dei. Quis enim ſua ſponte legatione fungi audeat pro rege aliquo, ſine magno ſcelere, aut graui punitione, ſi ab eo miſſus non ſit? Et tamen dixit Apoſtolus, non eſſe verbum Dei alligatum ex parte ſuijpſius, cui data ab initio autoritas prædicandi fuit, cùm tamen ipſe eſſet alligatus; vt in hoc operationem Dei agnoſceremus, & fortius prædicationis teſtimonium quod prędicatur in vinculis vſque ad extremum vitæ ſpiritum.

1. Cor. 14. *Matth. 4.* *Galat. 1.*

Quò tendat hæc Pauli ſētentia: Ideò omnia ſuſtineo propter electos.

Sequitur iā illud etiam quinto loco dubitatum, diluendum: *Ideò omnia ſuſtineo propter electos.* Apoſtolus præoccupat eos, qui dicerent: Cur hæc patitur Paulus? nonne poſſet ſaluus eſſe præter huiuſmodi afflictionum, & paſſionum tolerantiam? Reſpondeo: Poſſem quidem, ſed ita quoſcunque poſſum, allecto, & alios mecum ſaluos cupio, alijsq; Chriſtum commune eſſe bonum demonſtro. Pluris ergo faciebat ædificationem proximorum, quàm ſeipſum: non enim tantùm mori, ſed inter ſceleſtos peputari paratus fuit, vt ſalutem Eccleſiæ promoueret. Eſt ergo iuſto propter aliorum ſalutem neceſſarium ponere animam ſuam, iuxta illud eiuſdem: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.* Si enim vt nos, illos quoque elegit Deus, & propter eos, & propter nos paſſus eſt Filius Dei: & pro illis quoque nos pati debemus. Et ſi ille pro nobis animam poſuit; & nos debemus pro fratribus noſtris animas ponere. Cato qui prælegitur pueris, ſtultè ſcripſit:

Quanti faceret proximorum ſalutem Apoſtolus.

Coloſſ. 1.

1. Ioan. 3.

Contra illud Catonis: Stultum eſt, pro alterius vita mortem oppetere.

Stultitia eſt, morte alterius ſperare ſalutem.

Nam etſi ſola mors Chriſti Filij Dei ad remiſſionem peccatorum, & vitam æternam ſit ſatis: ad exemplum tamen conſtantiæ, & fidei perſeuerantiam, & preces, & ſatisfactiones, valent mortes ſanctorum Martyrum: *Pretioſa*, inquit Dauid, *in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* Eſtque ingens charitas Apoſtoli, quam omnes imitari debemus, vt ſtudeamus ſeruare puritatem doctrinæ. *Vt electi ſalutem conſequantur per gratiam in* (vel cum) *gloria cæleſti.* Nam per hæreticam, & falſam doctrinam nullus ad ſalutem pertingere poteſt.

Pſalm. 115.

Neminem hæreſis ſaluat.

Et ex hoc loco habemus, opera neceſſaria eſſe ad ſalutem æternam: quòd ſi licet bene operari, vt noſtrorum operum merito, & ſudore ſalutem electi conſequantur; multò magis licebit propter ſuam ipſorum ſalutem, & gloriam, cùm quiſq; proximum perinde ac ſeipſum charitate diligere teneatur.

Quòd opera bona neceſſaria ſint ad ſalutem, cōtra Lutheranos.

Matth. 22.

Quod verò obiectum fuit, neminem poſſe alterius meritis gratiam, & gloriam comparare: veriſſimum eſt; iuuabat tamen Paulus alios electos perſeuerantis fidei exemplo, precibus, prædicatione, Sacramentorum miniſterio, paſſione, mortis, & ſanguinis effuſione, vt aliorum debita ſatiſfactoria, quæ per peccata contraxerant, dilueret: & hoc vnus pro altero poteſt ſua intentione efficere, & applicare tam viuis, quàm mortuis ſuas paſſiones, & ſupplicia, quibus affligitur. Solus Chriſtus inuenitur mediator & redemptor, qui meritò ſanguinis & mortis ſuæ omnium eorum qui ſalui erunt, tùm gratiam præſentem, tùm gloriam futuram promeruit. Lege Caium Romanum Pontificem, & martyrem ad Felicem Epiſcopum, Leonem ſerm. 12. de paſſione Domini, & epiſtol. 83. ad Palæſtinos, Cyrillum libro 1. de recta fide ad Reginas, & in Ioann. 18. ſuper id: Sinite eos abire.

Alio modo ſanctorum quam Chriſti paſſiones, & opera homines ſaluante.

1. Tim. 2.

Chriſti proprium redēptoris ſolius.

Caius Papa.

Leo Magnus. *Cyrill. Alex. tom. 2.*

Hæc autem doctrina Catholica eſt, non Pelagiana, & confirmatur articulo illo de Communione Sanctorum; & illo Dauidis teſtimonio: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua*, & illa Pauli ſententia: *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Poteſt ergo vnuſquiſq; fidelium ſuis laboribus iuuare alios, quò Chriſti paſſionem, & obedientię eius meritum alteri applicare valeat, vt gratiam, & gloriam aſſequatur.

Docentes ſanctos aliquem poſſe ſaluare minimè Pelagianizare.

Pſalm. 110. *1. Cor. 9.*

Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus. Fidelis ſermo eſt, ſcilicet, is qui ſequitur, vbi certitudinem præmiorum ex afflictionibus & ſupplicijs, quæ propter Euangelium proueniunt, proponit. Poterat enim infirmus dicere: In terra nihil promittis, in cęlo omnino polliceris: parua non exhibes, & quomodo maiora præſtabis?

Quinam ſermo fidelis, præcedens, an ſubſequēs.

bis? Et prima verba nõ ſunt præteriti temporis, ſed pręſentis in Græco, extenſi ad totam præſentem vitam: Si commorimur, & ſuſtinemus. Cuinam? Chriſto indubiè pro nobis mortuo. Reliqua verò, Cõuiuemus, & conregnabimus, futuri ſunt temporis. Et ſignificat, pręſentem hanc vitam, in qua eſt locus morti, & ſuſtinentiæ, commodam eſſe ad merita vitæ æternæ comparanda: futuris autem deſignat præmia futuræ vitæ. Conuiuemus autem cum ipſo qui reſurrexit, & viuit vita æterna, & immortali: & conregnabimus cum Chriſto iam regnante. *Si oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*; ſic per multas tribulationes oportet ingredi in regnum Dei. Sed nos, vt ait Leo, vel Auguſtin. ſerm. de Martyribus, volumus gaudere cum ſanctis, & tribulationem mundi nolumus ſuſtinere cum ipſis. Et infrà: Recuſat eſſe in corpore, qui odium non vult ſuſtinere cum capite. ¶ *Si negauerimus*, ore, aut factis. ¶ *Et ille negabit nos*. Iuxta illud: *Qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei*: id eſt: Non agnoſcam pro oue mea. Quidam enim, vt alibi ait, cõfitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant.

Explicatur hæc ſentẽtia: Si commortui ſumus, & conuiuemus ſi ſuſtinem⁹, & contegnabimus.

Luc. vlt.
Actor. 14.
Aug. ſer 3. de plurimis martyribus, init. ſeu ſermo 47. de Sanctis, tom. 10.
Luc. 12.
Tit. 1.

Ad ſextum in illud: *Si non credimus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt*. Dicendum eſt, ſenſum eſſe, quòd etſi nos à debito officio noſtro Deo præſtando deficiamus, ille tamen ſemper fidelis permanet in omnibus verbis ſuis, ac promiſſis, ac ſeipſum negare nequit. Græca habent: ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Id eſt: Si non credimus quòd Deus negantem ſe negaturus ſit, credibilior eſt & fide dignior, qui toties ait, negantem ſe ab eo coram Deo, & vniuerſo mundo negandum. Hinc collige, duplicem eſſe fidem: alteram actiuam in dubitante, alteram paſſiuam in creditore, à qua vltima dicitur Deus fidelis. Et nihil eſt aliud quàm promiſſi redditio, de qua: *Nunquid incredulitas illorum* (ſcilicet Iudæorum) *fidem Dei euacuauit?* Et Naſo: *Verba fides ſequitur*; & ab eo dicta fides, quòd fiat quod dictum eſt. Altera paſſiua fides, quæ hominum eſt, promiſſi eſt expectatio, quam Diuina facit autoritas, vt opinionẽ ratio probabilis, & cauſarũ notitia ſcientiam. ¶ Porrò Deus negare ſe ipſum non poteſt: nam etſi omnipotens ſit, & ſuapte natura liberrimus, & obligationis cuiuſcunque minimè capax; tamen ſicut peccare non poteſt, nec mori, nec fallere, nec mentiri, nec aliquid iniuſtũ facere, nec deſinere eſſe Deus: quia poſſe peccare, aut mori, non eſt perfectio, & potentia, ſed potius defectus, & impotentia, & eſſet impotẽtiam omnipotentiæ impingere. Deinde qui ſe ipſum negare poteſt, mutabilis eſt; Deus autem eſt immutabilis eſt; Deus veritas ſemper eſt. Negaret autem ſe ipſum, ſi verax non eſſet, aut promiſſa ſua non obſeruaret. Siue autem credamus, ſiue non credamus; ſiue cõfiteamur, ſiue negemus, eueniet quod ille promiſit, nimirum pijs immortalitas, impijs verò mors æterna. Quòd autẽ homo, poſſit ſeipſum negare, ac ſeducere, & mendacem ſe præbere, ex eius imbecillitate, & malitia oritur, non ex Deo, cui tantum quicquid implicat contradictionem, adimitur, quia minimè fieri poteſt. Vnde Auguſtin. lib. 26. contra Fauſt. cap. 5. initio: *Quiſquis dicit; Si omnipotens eſt Deus, faciat vt quæ facta ſunt, facta non fuerint, non videt hoc ſe dicere: Si omnipotens eſt, faciat vt ea quæ vera ſunt, eo ipſo quo vera ſunt, falſa ſint*. Hinc etiam illud Agathonis tragœdi, quod allegat Ariſt. libr. 6. Ethic. ad Nicomach. cap. 2.

Quid ſignificet. Si non credimus, ille fidelis permanet.

Pſalm 44.
Matth. 10.

Quænam fides actiua, quæ paſſiua.

Rom. 3.
Ouid. lib. 1. Fauſt. circa med.
Cic lib 1. de off ſub init.

VI. Sol. quæſ. Si Deus negare ſeipſum non poteſt, vt eſt omnipotens?

II. Ratio cur Deus negare ſeipſum non poſſit.

Num. 23.
Matth. 3.

Vnde homo poſſit negare ſeipſum

Aug. to. 6.
Philoſop. to. 3. in princ.

Hoc etiam ipſe Deus, ſoloq; carere videtur,
Infectum vt faciat, quod factũ eſt atq; peractũ.

Et Hieron. ad Euſtoch. quod eſt ex Baſilio ad Letoium de Virginitate, deſumptum: *Audenter loquar: Cum omnia poſſit Deus; ſuſcitare non poteſt Virginem poſt ruinam*. Dionyſ. Areop. lib. de diui. nominib. c. 8 introducet Elymam Magum diſputãtem: *Si eſt omnipotens Deus, quomodo à veſtro Theologo aliquid non poſſe dicitur? Beatum inſimulās Paulum, qui ait, Deum ſeipſum negare non poſſe. Illud autem ſi adijciam, vehementer timeo, ne vt amens ridear, qui puerorum ludẽtium ſtructuras, & ſupra arenam fundatas, & infirmas euertere moliar, atque huius rei diuinum ſenſum veluti arduum aliquid ac perdifficile intentius aperire aggrediar. Nempe enim ſeipſum negare, à veritate cadere, à Deo eſt cadere. Si igitur veritas Deus eſt, & non poſſe non poteſt, & non noſſe ſecundum priuationem non nouit: id Sapiens ille non intellexit, imitaturque athletas imperitos, qui ſæpè imbecillos ſibi aduerſarios eſſe ſuadentes, contraq; abſentes ipſos fortiter adumbrata pugna dimicantes, & aerem caſſis ictibus conſtanter ferientes, aduerſarios ipſos ſuperaſſe arbitrantur, ſeq; victores buccinantur, cũ neque illorum nouerint vires*. Hęc ille. Vt ergo, quia omnipotens eſt, non eſſe non poteſt, ita quia ſumma rerum fides, & veritas ſeipſum negare non poteſt. Auguſt. lib. de Natur. & Gratia, ca. 49. *Non vt ſtulti putant, ideò non erit Deus omnipotens, quia nec mori poteſt, & negare ſeipſum non poteſt*. Et lib. de Trinit. *Magna illius verbi potentia eſt, non poſſe mentiri*. Item ad Catechumenos lib. & ca. 1. Deus cũ ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt: &, quod ait Apoſtolus, negare ſeipſum non poteſt.

Virginem Deus lapſam reparare non poteſt teſte Baſilio.

Hier. ep. 22. ſub init to. 1.
Baſil. non procul à fine
Dion. Areop. circa med.

Elymæ Magi hoc Pauli teſtimonio cõtra Dei omnipotentiam argutatio, Dionyſio qualis.

Eundẽ quibus comparet magnus Dionyſius.

Aug to 7. circa med.
Idem to 9 paruum à med.

Ad ſeptimum reſpondeamus in illud:

Solut. 7. dub.

Noli

De non contendendi verbis, tradito documento.

Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium: quòd etſi omnes diſputationes verbis peragi ſoleant; tamen quādo non ſolidis Scripturæ teſtimonijs, aut rationum momentis, ſed verbis tātùm, & dicacitatibus decertatur, & iniurijs ac conuicijs tota res peragitur, in quibus nulla prorſus eſt vtilitas, tunc tantùm verbis contenditur. Quod Apuleius alicubi dixit eſſe verbigerari; & Salomon, *Vbi*, inquit, *verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas*. Nam in illis congreſſibus nulla veritas altercationibus eluceſſit, ſed contra magis inuoluitur, & plerumque amittitur, etiam cum graui audientiū ſcandalo: nam qui velit ingenio cedere, nullus erit. Quare prudenter monēt Patres, qui vetāt, ne Catholici cum Hęreticis magno verborum apparatu, & copia diſputent: *Qui Sophiſticè loquitur*, ait Sapiens, *odibilis eſt*: vnde imperita multitudo ſeducitur, quia rationum momenta apprehendere non valet. Nam vbi maiorem percipit verborum, vel linguæ volubilitatem, admiratur, & tribuit clamori, non veritati victoriam. Hinc Aug lib. 4. de Doct. Chriſt. cap. 28. *Verbis contendere, eſt non curare quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.* Et hoc eſt ſimile illi præcepto Catonis: *Contra verboſos noli contendere verbis.*

Apuleius.

Prouerb. 14.

Catholici cū hæreticis diſputantes, quid cauere debeant.

Eccleſ. 33.

Vulgi imperitia.

Aug. to. 3. initio ferè.

Subdit Apoſtolus, de quo erat octauo loco dubitatum: *Solicitè autem cura te ipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Credibile eſt hoc dictum fuiſſe per aduerſatiuā, hoc modo: Noli cōtendere verbis, ſed bonis operibus reddere te Deo probatū, qui corda, & renes intuetur, & diſcutias tuam mentem, an recto zelo accedas ad diſputādum. Redde ergo te ipſum non verborum affectatorem, ſed operarium inconfuſibilem, id eſt, non erubeſcentem, vel impudoratum, vt Ambroſius legit: vel inconfuſibilem, id eſt, omnis notæ expertem, qui nihil quod meritò offendat, proferat, ſiue importunè dictum. ¶ Pro verbo, Rectè tractantem, Græcè legitur cùm participio illo ὀρθοτομοῦντα, id eſt, rectè ſecātem: ὀρθοτομεῖν, enim, ſiue in moribus, ſiue in verbis, denotat, nō eſſe à regulis, ſiue canonibus Eccleſiæ traditis recedendum, ſed ad eas eſſe dirigendam vitam & doctrinam. Et accepit hoc verbum Apoſtolus à 70. interpretibus, qui Prouerb. 11. vbi nos habemus: Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius, Septuag. dicunt Δικαιοσύνη ἀμώμους ὀρθοτομεῖ ὁδοὺς, id eſt, Iuſtitia immaculati recta incedit, non declinans ſcilicet ad dextram, vel ſiniſtram.

Quēadmodum ſe quis probabilem Deo exhibere valeat. operarium inconfuſibilē.

Pſalm. 7. & alibi paſ.

Ambr. hoc loco to. 5.

Vnde hanc Paulus metaphorā ſumpſiſſe videatur.

Prouerb. 11.

Secare verbum Euangelicæ doctrinæ, non eſt aliud quàm rectè frangere panem, ac diuiſum cuique porrigere, vt ita manducari valeat: quia ſcriptum eſt, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

Operarius quis rectè tractans, aut ſecans verbum Euangelij.

Thren. 4.

Et ex hoc verbo erudimur primū, verbum Dei in partes eſſe ſecandum: quia integrum nullus manducare poſſet. Debet ergo inſtar mundi animalis vnguem findere, & ruminare. Deinde docemur hoc verbo, diſtinctionibus doctoribus eſſe vtendum, ſine quibus multa obſcœnitatibus inuoluuntur; at per diſtinctiones lux ingeritur, & hæreſis detegitur, & conuincitur. Tertiò, agnoſcat Doctor Euangelicus, ſe inſtar Chironomontis, cui, volante cultello, incumbit cibos pręſcindere, quò melius edi valeant, maximè ab edentulis, & infantibus qui lacte egent, & infirmis, qui olus manducant. Magnum ergo, & verſatile ingenium oportet eſſe eorum, qui tot hominum guſtibus in prædicando Dei verbo ſatisfacere debent. *Quis, putas, eſt*, inquit, *fidelis ſeruus, & prudens; quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore.*

Euangelium cur ſecandū, ac diſtinguendum.

Leuit. 11. Deut. 14.

Chironomos quid; huic quàm ſimilis Euangelij miniſter.

1. Cor. 3. Hebr. 5. Rom. 14.

Matth. 24.

Hæretici verò mutiſant, vel diſcerpunt; & alij in cortice hærentes, non perueniunt ad animæ medullam, vt Iudæi, & Gentiles, quandiu tales ſunt.

Quàm peruerſam hæretici tractent verbum veritatis.

Alij verò, vt Græci, hanc metaphoram referunt ad ſecurim, quæ ſuperflua in ligno, vel arbore ſecat. Sectio autem, bona eſt explicandi ratio ad ædificationem formata. Sunt & qui velint eſſe metaphoram ſumptam à panis fractione, qua pater alendis filijs panem in fruſtra ſecādo diſtribuit. Seca ergo inutilia, & gladio verbi Dei omnia quæ ab eo ſunt aliena, circumcide.

Dicti Apoſtolici de operario rectè tractante verbum veritatis, producuntur duo alij ſenſus.

De quibus ſubdit: *Profana autem, & inaniloquia deuita.* Vel, Profanas autem vocum inanitates omitte; non eſt enim in Græco codice. *Et*, nec in Latinis emendatis. Profana, vocat aliena à verbo Dei, & quæ non nouit Scriptura. Sæpè profanas vocum nouitates, vel inanitates, & ſermonem ſerpentem more cancri opponit verbo ſano, & irreprehenſibili Catholicorum Doctorum. Corrumpunt enim mentes, ac mores bonos colloquia praua: & verba hæreticorum proficiunt ad impietatem. Sæpè apud hæreticos multa ſunt vaniloquia & nouiloquia, non autem in Eccleſia Catholica, in qua ſunt ſanctæ Fidei Inquiſitores, qui Epiſcoporum ſunt adiutores, & omni diligentia dant operam, vt homines ſani ſint in fide, & ſanis verbis vtantur in illa explicanda. Hi autem etiam tempore Originis in Eccleſia erant, vt patet ex eius tertio libro contra Celſum Philoſophum:

Profana & vaniloquia quæ nam Timotheo deuitanda.

1. Tim. 6.

1. Cor. 15.

Sanctorum Inquiſitorū officium.

Eorum antiquitas.

Orig. to. 1.

erat enim ordo φιλοπευθύνων, id eſt, eorum, qui in aliorum vitam, & fidem inquirebãt, ad puniendos infames in vita, & doctrina, & expellendos de Eccleſia.

Ad IX. dub. reſp.
Quid ſit cancer, & quare hæreticorum ſermo vt cãcer ſerpat.

Nona fuit dubitatio de eo quòd dicitur ſerpere hęreticorum ſermo vt cancer, velut γάγγραινα, vt Græcè habetur, quòd in neutro genere morbus eſt, teſte Theophylacto, putredinem efficiens, atque adeò circum circa omnia depaſcens. Dicitur verò ſerpere, hoc eſt latenter repere, & in ſimilitudinem ſerpentis circuire: vnde & ἑρπυστὰ vocatur: morbus autem Cancri illud habet proprium, vt ſerpat quandiu habet carnem depaſcendam, vſque ad cor, & ad oſſa: vnde Ouidius lib.2. Metam.

Ouid lib. 2. Metam in ſi.

Vſque malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illeſas vitiatis addere partes.

Ita hęreſis ſerpit, quandiu habet animos vlceroſos carni deditos, & ſenſui: tales enim pabulum ſunt horum colloquiorum, & deuorantur ab impietate, & infidelitate. Solus Anſelmus de piſce Cancro interpretatur, qui retrogradus eſt, nec in anteriora tendit: & tales eſſe docet hæreticos.

Cur ſimilis hęreticus cãcro ſecundũ Anſelmum. *Par 2.*

Quorſũ exẽplo Hymenæos & Philetus exciderunt à veritate.

Circa decimum: Nominatim expreſſit Hymenæum, & Philetum, qui à veritate exciderunt: ſicut diabolus in veritate quam nouerat, non ſtetit, & ij, de quibus Ioannes dixit: Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique vobiſcum. ¶ *Qui exciderunt*, inquit, *à fide*, vel aberrarunt à ſcopo, quia Græcè eſt ἠστόχησαν. Et melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti. Et detegit hæreticos, vt illos caueat. Nam ſi illis parces ô Timothee, peribunt tuo ſilentio centum, aut mille: & vni parcere, toti fidelium vnitati eſt non parcere. ¶ *Et ſubuerterunt quorundam fidem.* Græca habent de præſenti, ſubuertunt, ἀνατρέπουσι, quia adhuc in errore perſiſtebant. Et benè ait ſubuertũt fidem, vel fidei fundamẽtum ſanctum, & reſurrectionis nomen in aliam rem transferrẽtes: illa enim euerſa, plurimi fidei quæ ſic euaneſcit, fundamenta concutiunt, vt parũ differant à Saducæis, & Barbaris animas ſimul cum corporibus extinguentibus.

Ioan. 8.
1 Ioan 2
2.Pet.2.
Hymenæum & Philetum hæreticos cur Paulus Timotheo manifeſtet.
Hæretici fidẽ quomodo ſubuertant.
Matth 22.
Actor. 23.

Solutio X. dub.
Hymenæus & Philetus reſurrectionem iam factã quomodo ſentirent, varij ſenſus.
B Theo p ſt. Amb hoc loco. Ecclef 30.

Quod attinet ad eorum (Hymenęi ſcilicet, & Phileti) falsũ dogma, ſcribit Theodoritus: Succeſſionem quæ fit per liberorum procreationem, reſurrectionem miſeri appellarunt: & effecerunt vt nõnulli deficerẽt à doctrina Apoſtolica. Idem docuit Ambroſ. & veteres aliqui ex Latinis noſtris etiam ſenſerunt, fortaſſis reſpicientes ad illud Eccleſiaſtici: *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe filiũ vtiq;* Filijs enim nos referentibus, quodãmodo renaſcimur, & reuiuiſcimus. Quę Platonica eſt humanę naturę immortalitas, vt legis lib.4. de legib. propè finem, interprete Ioan. Serrano: *Humanũ*, inquit, *genus cum vniuerſo tempore cognationem habet, cum generationis beneficio immortalitatẽ quandã adipiſcitur, id eſt, vnuſquiſq; liberos relinquẽs in ſuis liberis quodammodo renaſcitur, prolemq; ſuam quaſi in poſterum ſerit: eoq; ipſo humanum genus perpetuò ſibi conſtantem immortalitatis imaginem habet qua ipſum immortale perdurat, vnum videlicet, atque idem perſtans.* Hæc ille.

Tom. 11. poſt med.
Humanum genus Platoni quomodo immortale.

Primaſius verò aſſerit, oſſa viuificata Ezech. ca.37. & de captiuitate collecta, quaſi reſurrexiſſent, interpretatur. At Sedulius aſſerit, animarũ in alia & alia corpora tranſitum iuxta Platonicam palingeneſiam, eos putauiſſe. Et hic ſenſus iuuari poſſet ex verbis Euãgelicis: Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, & venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Et B. Cyrill. Diſputationem ſcripſit aduerſus eos, qui reſurrectionem aiebãt ideo factam pro cuiuſq; meritis, quia Dominus ait Luc.16. mendicum Lazarum conſolari, & diuitem Epulonem eſſe in tormentis, & iam factã re, & veritate remunerationem, nec aliam reſurrectionem, aut remunerationem in fine mundi expectandam. Sed hanc opinionem reijciunt Thomas, & Lyranus; quod illa magis ad cõtrarium inducit: nã de ſimilibus idẽ debet eſſe iudicium.

II. Senſus Primaſij videlicet.
Ecclef. 37.
III. Sedulij, & vnde confirmetur.
Matth. 27.
Cyrill. Alex.
Luc. 16.
Eius ſenſus incommodũ.
B. Tho. hic. Lyran.

Quartus ſenſus producitur, quòd iſti negarent reſurrectionem corporis, eo quòd in Baptiſmo veterem hominem exuamus, & nouum induamus; & poſt ſepulturam Baptiſmi in nouã vitam reſurgamus. Ad quã ſententiam Seleuciani acceſſiſſe videntur, qui futuram reſurrectionem negabãt, quia quotidie in regeneratione piorũ fieri ſolita erat. Ita Epiphan. hær.40. in Archonticos. Eam ſententiam ſecuta eſt Gloſſa Ordin. & Anſelm. & Aug. tract. 16. in Ioan. In hunc quoque ſenſum Tertull. libr. de Reſurrect. carnis ſcripſit: *Nacti quidam ſolenniſſimam eloquij Prophetici formã allegorici & figurati plerunque non tamen ſemper, reſurrectionem quoq; mortuorum manifeſtè annũciatam, in imaginariam ſignificationem diſtorquent, aſſeuerantes ipſam etiã mortem ſpiritualiter intelligẽdam. Non enim hanc eſſe in vero, quaſi in medio, diſſidium carnis atq; animæ, ſed ignorãtiam Dei, per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit, quã in ſepulchro.* Hæc ille, &, quæ ſequuntur. ¶ Sed certè vt per reſurrectionem corporum nõ poſſumus, nec debemus negare illam ſpiritualem animarum reſurrectionẽ, quam paſſim Apoſtolus inculcat; ita per

IV. Seleucianorum.
Epheſ. 4. Rom. 6.
D Epiphan. Gloſſ ordin. Anſel. ib. 11 Aug. 10.9. Tertul. multo ante dimid. part. 1.
Reſurrectio duplex, animæ, & corporis, in Scripturis expreſſa.

illam

illam ſpiritus minus debemus illam corporum inficiari. Vnde ſpiritus ſanctus duplicis huius reſurrectionis nos admonuit: beatus, inquit, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima, qua ſcilicet à morte peccati in Baptiſmo ad vitã in virtutum officijs exigendam reſurgimus. Neutra ergò alteri præiudicat reſurrectioni, & vtriuſque fides eſt retinenda, & ſeruanda.

Apoc. 20.

Quã ſtolidè Hymenæus & Philetus dixerint reſurrectionem corporum nõ futuram.

Dices, Craſſa erat hæc cogitatio. Sanè quam craſſiſſima: quia per eam priuamur Chriſti aduentu ad iudicium: non eſſet retributio meritorum, malorum ſupplicium & mendax inueniretur Chriſtus, qui promiſit, nec eſſet iudex viuorum, & mortuorum. Et vetus hic erat olim Sadducæorum in Synagoga error Matth. 22. Iſti ergò homines vaniloquio, & nouiloquio vtebãtur non intelligentes Scripturas, & potentiam & virtutem Dei, qui & animã ſuſcitat nũc, & poſtea corpus. Hic etiam error eſt hodie apud Libertinos, carnis reſurrectionem negantes. ¶ Anabaptiſtæ verò craſsè, & carnaliter de reſurrectione loquuntur: nam miles apud eos reſurrecturus eſt gladium tenens, ebrioſus poculum, & epulo farcimen. Sed hunc errorem impugnant Patres, & præter Tertullianum Ambroſius libr. de Fide c. 3. in fine ſcribit de quibuſdam hæreticis: Solius animæ per lauacri vitalis gratiã reſurrectionem in carne defendunt: nam & ipſius carnis ſalutem excludunt. Et hos paulò ante aſſerit reſurrectionẽ carnis negare ad decipiendas animas ſimplicium dicentes bis quia in carne non reſurgant. Auguſtinus etiam in Ioan. tract. 22. ſub finem de talibus ſcribit: *Eſt quidem iſta reſurrectio quæ fit nunc. Mortui erant infideles, mortui erant iniqui: viuunt iuſti, tranſeunt à morte infidelitatis ad vitam fidei. Sed noli inde credere nullam futuram poſtea reſurrectionem corporis.* Hæc illi Patres.

Act. 10.

Num. 22. & Act. 23.

Idẽ qui noſtro ſeculo dogmatizãt.

Quã ſtè corporũ reſurrectionẽ ſibi ſomniẽt craſſiſſimi Anabaptiſtæ.

Tertul. lib. de Reſurr. carnis tom. 1.

Amb. to. 2.

B. Aug. to. 9.

Hymenæus, & Philetus quos denotent.

Hymenæus porrò, Deus erat nuptiarum cõmendans crapulas, & vitiorum actus, & impudicitias. Philetus ſignificat amabilẽ, id eſt mundanũ, qui enim mundanus eſt, mũdo eſt amabilis, iuxta illud: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret.* At eos qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, odioſos eſſe mundo oportet, & ab illo perſecutionẽ pati, per quam meliorem ſperent reſurrectionem, vt pui nihil credant de futura vita. Impudentius loquuntur, & hæretici eò ſenſim delabuntur, venerationem ſanctorum, & inuocationem repudiantes, & quæcunq; ad ſocietatem vitæ cœleſtis faciũt, & deniq; aiunt: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Quas perſuaſiones facere conatur Malignus, & ita vitur homine ad quæcunq; impia euomenda, & ad præferẽdum, & ad prædiligendum præſens hoc ſeculum ipſi futuræ vitæ felicitati.

Ioan. 15.
2. Tim. 3.

In quo Lutherani Hymenæo & Phileto nequiores ac ſceleratiores exiſtant.

1 Cor. 15.

Sol. XI. dubi. Quo tendat hæc Apoſtoli ſententia: ſed firmum fundamentum Dei ſtat, &c.

Ad vndecimum in id: *Sed firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculũ hoc, Cognouit Dominus qui ſunt eius.* Soluit tacitã obiectionem, quòd in illa primitiua, & parua Eccleſia eſſent tot hæreſes ortæ, nec propterea tamen fundamentum Dei ruiturũ. Quia etſi quidam imbecilliores eſſent ſubuerſi, de quibus dici poterat,

Qui cecidit, ſtabili non fuit ille gradu;

non tamen pars illa ſolida, & firma fundamenti.

Quodnã ſignaculum illius fundamenti Dei ſic Theodorito. *Theo part. 2.*

Et ſignaculum Græcè vocat σφραγῖδα, id eſt ſigillũ, haud ſecus ac lapis, vel gẽma literas, & inſculpta ſibi ſigna tenet. Quã vocem Theodoritus refert ad ſuperiora, id eſt ad fidem, & ſpem reſurrectionis cõmunis omnibus: hanc enim qui negat, Dominicã negat reſurrectionem, ac proinde mortem, ac natiuitatem, & totã conſequenter Chriſti œconomiam. Et ita Ambroſius: *Signaculum,* inquit, *promiſſionis Dei, fides noſtra eſt, qua firmat Dei verba.* Hanc itaq; de vera Chriſti, omniumq; noſtrûm reſurrectione intelligamus fidem tenendam, & cautè ſeruandam, & veluti ſignaculum quoddam lapidi aut gemmæ inſculpendum, ac incidendum vt ſit nobis vice literarum. Et ita Græci interpretantur.

Ambr. hoc loco to. 5.

F. tu ę corporũ reſurrectionis fides quam i nobis facienda.

II Senſus ſignaculi, Ambroſij nimirũ & Auguſtini.

Alij verò volunt hanc veluti ſigilli impreſſionem ad ſequentia accõmodare: *Cognouit Dominus qui ſunt eius,* vel, qui ſunt ſui, vel ipſius. Et nõ vno modo explicatur. Ambroſius, & Auguſtinus paulò poſt citãdi legunt: *Cognouit enim Dominus qua ſunt eius.* Et prior exponit: In die iudicij cognoſcet Deus qui habent ſignum eius, diſſentiẽtes à perfidorum, & hæreticorũ iniquitate, quæ Dei promiſſionem infirmare ſe putat. Nihil enim tam iniquum, quam Dei fidei contraire.

III Græcorũ Patrum.

¶ Græci verò ſigillũ hoc, quo ſtabile Dei fundamentum impreſſum eſt, referunt ad præcognitos, ſiue prædeſtinatos, & electos, qui ſunt veluti aliorum fundamẽtum. Manet immobile, & inconcuſſum, & ſtat; id eſt permanet, & nõ ſubuertitur, quia à fide nequeunt excidere. Et verba quidem Scrip-[illegible] ſignaculũ hoc eſſe. Et Chryſoſtomus putat hoc ex Deuteronomio deſumptum, locum expreſſit: nam libro Numerorum capite, 16. habetur, Moſen rebellibus illis, nẽpè Core, Dathan, & Abiron, contra Domini præceptum offerre præſumentibus, reſpondiſſe: Notum faciet Dominus qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi, &

Chryſo ho 5.
Amb hoc loco

Num 16.

Quodnã ſignum prædeſtinationis electorum.

quos allegerit, appropinquabunt. Quæ verba ſatis explicare videntur præſentem locum. Deus enim ſtrenui alicuius ducis inſtar, ſigno aliquo ſuos, vt ab alijs internoſcantur, conſignat, vt viſo ſigno diabolus prętereat, nec illos tangat: & hoc eſt ſignum prædeſtinationis: nam in Libro vitæ prædeſtinati indelebiliter ſunt conſcripti. De quibus Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei ca. 7. ſub finem, & cap. ſequenti initio, ſimili ſchemate vtitur, vbi per hoc fundamentum firmum intelligit Eccleſiam electorũ ad vitam æternam, & non tantum ad gratiam. Et lib. de Catechizandis rudib. cap. 9. ſub finem: *Satis firmum, ait: atq; immobile debet corde retineri Ieruſalem captiuã ab huius ſeculi Babylonia, decurſis temporibus liberari, nullumq; ex illa eſſe periturum, quia qui perierit, non ex illa erit. Firmum enim fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, Nouit Dominus qui ſunt eius.* Hæc ille.

B. Aug. to 5.

Idem to. 4. circa med.

Quid eſt, Deũ cognoſcere qui ſunt eius, more Scripturæ. *Ioan. 10. Rom. 8. Infra 11. 1. Pet. 1.*

Porrò verbum, Cognouit non ſimplicem notitiam, ſed cum amore, & probatione coniunctam hoc loco deſignat, vt ſemper ſolet, cùm verbum ſciendi, vel cognoſcendi de perſonis dicitur: exempla ſunt: *Ego cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Quos præſcinit; & prædeſtinauit: Nõ repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit.* Vnde Chriſtus dicitur præcognitus ante mundi conſtitutionem.

Eiuſdẽ loci: Cognouit Dominus qui ſunt eius, duę refelluntur ſententię, de prędeſtinatione, atque cognitione. *Epheſ. 1. Heb. 4.*

¶ Non ergò ex hoc verbo accipias, præuiſionem noſtrorum operum, cauſſam eſſe prædeſtinationis; cum contrà prædeſtinatio benè operandi ſit ratio: quia pugnaret ſecum Paulus, qui hoc ſæpè in epiſtolis ad Romanos, & ad Epheſios negauit. Neque rurſus cognitio Dei eſt ſimpliciter accipiẽda pro quacunq; notitia: quia omnia ſunt nuda, & aperta oculis eius, & nõ minus mala videt quam bona. Ergò nouit, vel cognouit, idem eſt quod, dilexit. Et verbis illis. *Diſcedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini:* videtur alludere Paulus ad hiſtoriã prædictã Core, Dathan, & Abiron, de quibus Moſes dixit: *Notum faciet Dominus qui ad ſe pertineant:* & paulò poſt; *Recodite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ.* Cùm enim non omnes tales eſſent, id eſt, cogniti, & dilectium à Deo in illlo prædeſtinationis gradu, vt ſubuerti nequeã t[illegible] addidit admonens vt quiſq; recedat ab iniquitate hęreſis, & iniuſtę, & iniquę vitę, & à cõſenſu in errorem, vel in vitioſæ vitę exẽplum. Hinc B. Proſper Ad excerpta Genuẽſium, in ſolut. 9. Dubij ſcribit: *Agnoſcamus itaq; ſapienter, pièq; fateamur, præſciſſe incommutabiliter Deum, quibus eſſet daturus vt crederent,*

Vnde ſumptũ hoc: Diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. *Num. 16*

Omnis inuocans nomen Domini, à qua iniquitate debet diſcedere.

D. Proſper Epiſcopus Aquitanus. Ioan. 17. & Infrà 18.

aut quos daturus eſſet Filio ſuo, vt ex eis non perderet quenquam. Et ſi hæc præſciuit, beneficia ſua illum, quibus nos dignatur liberare, præſciſſe. Et hanc eſſe prædeſtinationem ſanctorum: prædeſtinationem ſcilicet. & præparationem gratiæ Dei, qua certiſſimè liberantur. Cæteros autem quicunq; nõ liberantur, quos à generali perditione humani generis gratia non exemit, iuſto nouerimus iudicio non exemptos: & quid nobis remiſſum ſit, in eis diſcamus, dè quorum queri damnatione non poſſumus. Non eſt enim iniquitas apud Deũ, neq; quiſquam ſub iudicio eius innocens perit: & reliqua quę ſequuntur.

Rom. 3.

Ita hic accipit iniquitatem pro erronea doctrina teſte Theohylacto; ſicut Aom. 2. *Nõ acquieſcunt veritati, credũt aũt iniquitati,* id eſt falſis, pernicioſis dogmatibus. Omnis, inquit, qui innocat nomen Domini. Gręca litera habet paranomaſiã elegantem, & Gebręis familiarẽ, ὁ ὀνομαζων τὸ ὄνομα, nam ita legit Auguſt. ſupra citatus, & Ambr. *Omnis qui nominat nomẽ Domini,* vel Chriſti, vt Gręcè dicitur. Vt nõ ſolum nominet ore ſed etiam intus per fidem, extra verò per opera. Nam ſi, qui Dominum nominat, vel inuocat, debet declinare à malo: ne dignus quidem eſt qui à Deo exaudiatur, quia ſcimus quòd peccatores Deus nõ audit, &, *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Multi enim dicẽt in die iudicij: *Domine Domine,* quibus reſpõdebit Dominus: *Quia nũquam noui vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Et hęc eſt pars altera ſignaculi, quod in noſtræ Fidei fundamẽto apparebit impreſſum, ſed ſponte hęreſes, & iniquitates declinemus. Et licet interim magis à mala vita, & moribus corde ac volũtate ſeparari poſſumus, & diſcedere, corporalis tamen ſeparatio ad ſeculi finem fidenter, & fortiter expectanda, vt magnus docet Aug. li. 3. Cõtra literas Petiliani Donatiſtę c. 3. ex quibus certum colligemus electorum ſignum eſſe, non ſuberti à falſis dogmatibus, vel ab operibus impijs, & iniquis.

Credere iniquitati, quid Apoſtolo. *Theophyl. Rom. 2.*

Inuocatur nomẽ Domini tuplicitet. *Aug. lib. de catechizãdis rudibus, c. 11. Amb. hoc loco, to. 5. Pſalm. 33. 1. Petr. 3. Ioan. 9. Eccleſ. 15. Matth. 7.*

Pſal. 6.

Qualis præſens ſit, qualis verò futura noſtra ab omni iniquitate diſceſſio.

Aug. to. 7.

Circa duodecimum dubium: *In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & cæt.* Rurſus aliam eſſe dicimus tacitę obiectionis, & admirationis ſolutionem, quaſi dicat Apoſtolus: Nemo miretur hęc fieri in Eccleſia, id eſt, vt alios labi à Fide permittat, alios verò perſeuerare velit in finem vſq; in fide accepta: cogitet Deum in domo Eccleſię ſuę varia vaſa habere. Alluditq; Apoſtolus ad magnas Principum aulas, in quibus ſunt vaſa diuerſa, non ſolum in materia, vt aurea, & argentea, & teſtacea, & lignea; ſed etiam in forma; & in fine, quia quædam ad honorificos vſus, alia verò ad vilia officia deputata, vt alibi dixit de corporis

Electorũ certiſſimum ſignum quod.

Vnde accepta hæc metaphora.

mem-

1. Cor. 12.

Pretioſa quoque & eximia, vilia contra, & abiecta atque deformia, quibus verbis exprimant Poetæ.

membris, alia honeſta eſſe, alia infirmiora, alia ignorabiliora, & minus honeſta, tamen magis neceſſaria. Et in profanis literis, præſertim Poeticis, quòd eximium videri volunt, aureum vocant, & argenteum, vt Iuſtitiæ vultus aureus, Venus aurea, antea verba, ætas, & ſimilia, aurei mores, & montes, fons argenteus, argenteus anſer, argentea luna. Quę autem vilia, ac fragilia, lignea, lutea, fictilis homo.

Ad 12. dub. Quęnam illa magna domus vaſa habens aurea & argentea, lignea etiam & fictilia. Prima ſententia, Græcorũ.

Epheſ. 1.

1. Ioan. 2.

¶ Quæ ſit autem domus magna docent Chryſoſtomus, & Theophylactus, ac Theodoritus; ex noſtris Sedulius, & Hieronymus in Commentariolis, non poſſe accipi pro Eccleſia, quòd omnia eius vaſa munda ſint & virgo caſta non habens maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Ideò interpretantur de mundo, in quo ſunt pij, & impij, iuſti & peccatores; & quia Hymenæus, & Philetus hęretici erant, & in Eccleſia Dei eſſe non poterant, de quibus; Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, cùm negarent carnis reſurrectionem.

Latinorũ altera probabilior.

1. Tim. 3.

Prouer. 9.

1. Tim. 3.

Pſal. 34.

Pſal. 12.

Baruch. 3.

1. Cor. 5.

Magna domus cur aptius Eccleſiã, quã mundũ ſignificet.

Veriſimilius tamen eſt, quòd parabolicè ſignificet Eccleſiam: tùm quia idem Apoſtolus in priori Epiſtola dixerat, *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui*, de qua Salomon dixit; *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*. Et apud Marcum cap. 13. *Sicut homo qui peregrè proficiſcitur, reliquit domum ſuã, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet*: ad quod alludens quoque Paulus, dixit quòd eſſet columna, & firmamentum veritatis. Et magna domus dicitur, ſicut Dauid inquit, *Confitebor tibi in Eccleſia magna*: & Baruch, *O Iſrael, quam magna eſt domus tua, & ingens locus poſſeſſionis eius*. Ratio quoque idem indicat: quomodò enim intra mundum concludendi ſunt, qui de mundo eſſe negantur? Et, *Quid mihi de ijs qui foris ſunt iudicare?* Nam in vna domo omnes moribus, quamuis diuerſis, vno tamen domini ſui nomine cenſentur, & profeſſione: mundus autem diuerſę profeſſionis continet homines, ita vt diſpares profiteantur ſe habere deos, & dominos. Non ergò mundum magnam domum vocauit, in qua omnes ſub vno degentes ſunt, quantumlibet actu diuerſi ſint, ſed Eccleſiã Dei per totum terrarum orbem extenſam, & dilatatam. Et quia ſubiungit: *Si quis ergo emũdauerit ſe ab iſtis*, loqui ſe indicauit de Eccleſia, extra quam non eſt mundatio; & in qua eſt Sacramentum Pœnitentiæ, & remiſſio peccatorum.

II. ratio ab autoritate Patrum.

B. Cyprianus

Patres etiam vt plurimum de Eccleſia interpretantur, vt Cyprianus libro 4. Epiſtol. 2. ad Antonianum, oſtendit ante tempus vltimæ ſeparationis futuræ in die iudicij iuſtorum & iniquorum, vel ouium, & hœdorum, nullo modo eſſe propter mixtionem malorum cum bonis ab Eccleſiæ vnitate recedendum. Ita etiam lib. 3. epiſt. 3. Maximo Preſbytero, & alijs ab hæreſi, & ſciſmate ad Eccleſiam recedentibus gratulatur, & ait: Nos operam demus, & quantũ poſſumus, laboremus, vt vas aureum, vel argenteum ſimus. Cæterùm fictilia vaſa cõfringere, Domino ſoli conceſſum eſt, cui & virga ferrea data eſt. Deinde præter Nouatianos fuerunt quoque Donatiſtæ, deſerẽtes Eccleſiam propter malos in ea frequenter permiſſos, & frequenter obijcit hũc Apoſtoli locum: vt libr. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 12. & libr. 7. c. 51. & 52. Ambroſius etiam: *Hoc dicto Apoſtolus ſignificauit in Eccleſia diuerſos eſſe homines. Quoſdam bonos, & ſummos viros, quos in auro intelligi vult: quoſdam bonos tantùm, quos in argento deſignat: alios verò non bonos, quos vaſa lignea, & fictilia appellat*. Ita quoq; intelligunt Haymo, & Anſelmus. Deniq; fuit olim hæreſis Nouatianorum, & Donatiſtarum, qui aſſerebant malos nõ eſſe in Eccleſia, aut eius partem: quã ſententiam, vt falſam hoc teſtimonio Paulino dotiſſimum iugularunt Patres, & arca Noe, quæ typus erat Eccleſię teſte Petro, in qua erant munda & immunda animalia, & ex ſagena miſſa in mare, & bonos, & malos piſces congreganti, cui regnum cœlorum ſimile eſſe perhibetur.

Matt. 25.

Idem.

Pſalm. 2.

Apoc. 2.

Infra 19.

III. ratio. Ab exemplo Nouatianorum & Donatiſtarum Eccleſiæ deſertorum.

Aug. to. 7. ſub init.

Amb. hoc loco

Haymo Epiſt.

Anſel. par. 2.

1 Petr. 3.

Gen 6.

Matth. 13.

VI. & vltima ratio poſterioris ſententiæ à verbis Apoſtoli.

Aug. to. 7.

Tum denique ex ipſo contextu Apoſtoli, idem euincitur: cum enim locutus eſſet de Hymenæo, & Phileto, ſtatim de magna domo adiecit; ne eſſet mirabile in Eccleſia videri homines diſſentientes. Et cum illi eſſent hęretici, & Auguſtinus propẽſus fuiſſet ad tuendam autoritatem Cypriani in illo loco ad Antonianum, eos nõdum exiſſe ab Eccleſia, ſed pertinere eos ſenſit ad magnam domũ Eccleſię propter Sacramenta nondũ mutata. Lege Auguſtinum lib. 3. De Baptiſmo contra Donatiſt. c. 19. & in li. quẽ contra Donatum ſcripſit poſt collatonem: *Si Hymenæum, inquit, fecimus hæreticum: poteſt intelligi quod Apoſtolus reſpexerit ad aliud tẽpus; quo nondum ſic erat: quo tamen tempore vas erat in contumeliam, ſicut Paulus cum perſequeretur Eccleſiam, vas in honorem.*

Act. 9.

Vaſa aurea quid, argentea, lignea, & fictilia.

Eccli. 50.

Act. 9.

Vtile vas vt ſit quiſpiã Domino Deo.

Vaſa quædam aurea, & argentea. Id eſt, bona, & meliora, alia in mala, & peiora, hoc eſt lignea, & fictilia, ſunt facti vaſa pretioſa, iuxta illud Eccleſiaſtici; *Vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo*. Paulus vas electionis. Vilia vaſa, ſunt impij, & iniqui in dedecus ſuum perpetuum. Vas vtile, nõ Dei, qui nõ indiget in perſona ſua, ſed vtile domui eius

Quo itē modo ad omne opus bonum paratum.

quid cedat in honorem Dei ad alios cōquirēdos. ¶ *Ad omne opus bonum paratum.* Vt ſi nō ſemper ſit, aut occurrat benè operandi occaſio, promptus tamen ſit animus ad prædicationem, ad Sacramenta adminiſtranda ad virginitatem, ad martyrium, ad eleēmoſynas erogandas.

Altera vaſorum illorum explicatio non inepta.

Poſſemus & alio modo interpretari pręſentem locum: vaſa ſcilicet eſſe quędam aurea, quędam argentea, quędam verò lignea, & fictilia; & hæc ſunt numeroſiora propter varios vſus: & tamen omnia bona ſunt: ita in Eccleſia Dei vaſa quędam firma ſunt, vt priora: quędam infirma, vt poſteriora. Et ſi nullo modo liceat figmento, vel luto; figulo dicere, *Quid me feciſti ſic?* multò minus homo dicere hoc poteſt contra Deum, qui omnia optimè, & ſapienter diſponit, etſi non omnia æquali bonitate conſtent, ſed vnum ſit melius altero, & iniquiſſima eſſet quęrela hominis illius, qui nihil eſſe vellet minus bonum, ſed ęquè in vniuerſo bona omnia: at iam deſineret eſſe illud vniuerſum, quod non compleretur omnibus bonis, & omnibus varietatum gradibus.

Rom 9.

Sap. 8.

Mundus cur veniat nomine vniuerſi.

Sed prima differentia eſt penes materiam, ſecunda penes vſum: quia quędam ſunt in honorem, quædam in cōtumeliam. Sed prima differentia attenditur penes maiorem, vel minorem gratiam; ſecunda penes liberum arbitrium, cuius eſt vti vaſe. ¶ Vnde ne quiſquam crederet hunc vſum eſſe à à ſolo Deo, & non à libero arbitrio: ſubiūgit: *Si quis ergò emūdauerit ſe ab iſtis*, Scilicet doctrinis, & ſui ipſius abuſibus. ¶ *Erit*, Id eſt, efficietur Dei dono, & liberi arbitrij aſſenſu, *Vas in honorem ſanctificatum*, Id eſt, mūdatum à peccato. *Et vtile Domino*, In ſuis membris, quorum ſalutem quærere, & promouere debet. Et tam hic, quam ad Rom. 9. vbi eſt ſermo de figulo faciente vaſa, ſemper in hominis arbitrio, ponit eſſe vas honoris, vel dedecoris. Et per hæc quæ clariora ſunt, & planiora, interpretanda ſunt illa obſcuriora, quæ habentur in Epiſtola ad Romanos. Vt teſtatur Origenes li. 3. περὶ ἀρχῶν, id eſt, De principijs. *Si quis ergò emundauerit ſe ἐκκαθάρῃ*, id eſt, penitus expurgauerit, vt Chryſoſtomus ponderans præpoſitionem ex animaduertit. *Ab iſtis*. Scilicet Hymenæo & Phileto. Vel profanis vaniloquijs, erroribus, & vitiorum ſordibus: at hoc quomodò potuiſſet Apoſtolus dicere, ſi non poſſet ſe emendare? Quòd cum ſine gratia fieri nequeat, certè indicatur nulli Deum gratiam ſubtrahere, niſi tātùm nolenti, & reſpuenti illam. ¶ Et licet in aureis, & argentes, intelligamus vaſa in honorē; in ligneis verò quę cōburuntur, & in

Cum dicitur: Si quis ergo emūdauerit ſe ab iſtis, quid ſignificetur.

Rom 9.

Orig c. 1. poſt med. tom. 1.

Chryſ. hom 6.

A quibus ſe ruſus homo futurus vas in honorem ſanctificatū, & vtile Domino, ſe debeat emundare.

fictilibus quę franguntur, intelligat Augu. ex Cypriano vaſa in dedecus: tamen ipſemet li. 2. Retract. c. 18. magis probat, quòd etiam ex Tyconio animaduertit, in vtriſq; intelligendum, quędam in honorem, non ſola ſcilicet aurea, & argentea, & rurſus in vtriſq; quædam in contumeliam: non vtique ſola lignea, & fictilia. Ideò enim Apoſtolus non dixit: Iſta ſunt in honorem, illa verò in contumeliam, ſed; *quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam*: nā Iudas cum vas aureū eſſet prius, poſtea verò à ſeipſo factus eſt vas in contumeliam. Hinc Chryſoſtomus ait: *Vides vt non naturæ, carnaliſue neceſſitatis ſit, aureum eſſe, vel fictilem, ſed noſtræ tantūmodo voluntatis? Vas erat fictile Paulus, ſed euaſit in aureum, vas fuit aureum Iudas, ſed in fictile conuerſum eſt.*

B. Aug. lib. 7. cōtra Donat. c. 51. l. 7. Idem to. 1. in prin.

Quare Apoſtolus dixerit quędam vaſa eſſe in honorē, quędā verò in cōtumeliā: non autē iſta vaſa ſunt iſta verò in contumeliā, teſte Auguſt. Chryſ. ibid.

Subdit: *Iuuenilia autem deſideria fuge: ſectare verò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem; & pacem.* Hæc adiunxit, ne quis fiat vas in ignominiam: nā deſideria Hymenęi, & Phileti talia erant, quia ſuperba animoſitate ſtudebant videri docti. Et ideò fuge eiuſmodi inanis gloriæ expetitionem, in qua eſt philautia, & philoncia. ¶ Alij interpretātur, deſideria iuuenilia, affectus ad carnem; vt, piſcari, venari, aucupari, varijs luſibus, cauillis, & riſibus: quibus omnia negatiua pręcepta comprehendit. Sed hæc omnia homini Dei ſunt fugienda, maximè verò paſtori, qui alios regere debet.

Iuuenilia deſideria, Timotheus quę fugere debebat.

Alter ſignificatus iuuenilū deſiderio.

Et illi vitæ veteris hominis, opponit Chriſtianam, & Euangelicam iuſtitiam, ſiue iuſtificationem, quæ conſiſtit in Fide, Spe & Charitate, & pace, de qua iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum: iuſtitiam etiam ad proximos: nam iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem, vt Ariſtoteles dixit.

Iuſtitiam ſectari quam iubetur Timotheus.

Rom. 5.

Philoſoph. li. 5. Ethic. c. 1. prope fin. to 3.

Sol. 13. quæſt.

Ad decimamtertiam dubitationem reſpondemus Apoſtolum reperere præceptū vitandi ſtultas quęſtiones, & ſiue diſciplina ſiue ineruditas, hoc eſt enim ἀπαιδεύτους, quales ſunt ſunt Iudaizantium, aut hæreſes ſerentium quę non procedunt ex fidei fundamento: vt ſi quis negans reſurrectionem, quæreret cuius erit vxor in cœlis quę pluribus nupſit in hac vita, quomodò Sadducæi diſputarunt; aut, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? vt Capharnaitæ.

Timotheo iuſſus eſt ſtultæ, & ſine diſciplina quæſtiones iubentur vitandæ, & quales illæ ſint.

Matth. 22.

Ioan. 6.

Quam verū ſit, eiuſmodi quæſtiones gignere lites, & contentiones.

Addit: Sciens quia generant lites (ſiue rixas) ſeruum autem Domini non oportet litigare (aut rixari) ſed manſuetū eſſe ad omnes. Sanè nullus erat fructus ex huiuſmodi ſtultis diſputationibus, quia fides non ex illis oritur, ſed magis ex precibus, & orationibus. Qui etiam aſſiſtebant diſputationi, offendebātur

inter-

Digitized by Google

ma habebant, nutabant, & animo vacillabant: & Catholici qui modeſtius agebant, habebantur victi. Vt rectè dixerit Salomon: *Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus: Omnes autem ſtulti miſcentur contumelÿs.* Et ob has cauſas Apoſtolus hoc præceptum inculcauit. Ad omnes ergò qui volunt diſcere, oportet eſſe manſuetum, aliôqui incorrigibiles vitandi ſunt, vt docet ad Titum 3.

Prouerb. 20.

Tit. 3.

Ad poſtremum vt reſpondeamus, prius quod præcedit, explicādum eſt. Vult igitur Apoſtolus ſeruum Dei placidum eſſe ad omnes etiam contumelioſos. ¶ *Docibilem.* Id eſt Appoſitum ad docendum, nam Græcè eſt Διδακτικόν. Ita 1. Tim. 3. dixerat: *Oportet Epiſcopum Doctorem eſſe:* vbi idem eſt Græcū verbum. Maximinus Arrianus Epiſcopus dicebat: Nō ſum talis Arrianorum Epiſcopus, vt emendationem non accipiā cum Epiſcopum præcipiat Apoſtolus docibilem eſſe. Is autem docibilis eſt, qui quotidie diſcit, & meliora diſcendo proficit: teſte Aug. lib. 1. in eum, c. 14. Idem etiam lib. 4. De Baptiſmo contra Donatiſt. c. 5. initio. *Vir,* ait ſanctus Cyprianus, *Non ſolum doctus, ſed etiā docibilis, quod in laude Epiſcopi quem deſignat Apoſtolus, ſic intellexit ipſe, vt diceret etiam hoc in Epiſcopo eſſe diligendum, non ſolum vt ſciēter doceat, ſed etiam vt patienter diſcat.* Idem habet li. 5. c. 26. in princ. Cypriani ergò eo loco lectionem, & expoſitionem ſuam veteres fecerunt, & Hęretici, & Catholici, qui hic *Docibilem* legit, & contra Creſconium Grammaticum li. 3. c. 78. Et idem eſt, docibilis, & docilis, ſicut æquale, & ęquabile, rationale, & rationabile, exitiale, & exitiabile.

Seruus Dei qui docibilis, Apoſtolo.

1. Tim. 3.

Docibilis quis item Auguſtino.
B Aug. to. 6.
Idē to. 7. init
D. Cypri. ad Pōpeium, contra Epiſtolā Stephani prope finem
Idē Aug. eod. tomo.

Patientem Gręcè ἀνεξίκακον. Epitheton vel titulus eſt Herculis ἀνεξίκακος. Et ſignificat, tolerantem iniuriarum, ſiue malorum, vel tolerentem impios, & proteruos. Debet etiam Doctor patienter fructū expectare ab auditoribus. Quòd ſi benè patiētes eſſe debent qui annunciāt, & vt ait Salomon, Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi, id eſt ad ea, quæ contra eum delinquuntur, conuiuere, & diſſimulare, iuxta illud Apoſtoli; Maledicimur, & benedicimus perſecutionem, patimur & ſuſtinemus: Patientiam debet habere Doctor, & prædicator, ſi piſcatores ſępè per totum diem, & noctem iactantes rete nihil capiunt.

Seruum Dei quid eſſe patientem. Quibus de cauſis ſeruū Dei, atque Doctorē oportet eſſe patientem.
Pſal. 91.
Prouer. 19.

Et cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt. Gręcè non eſt verbū, veritati, nec in multis Latinis codicibus emēdatis: etſi meritò ſuppleri poſſit, quia de diſputationibus circa fidem eſt ſermo. In maximū verò incidunt periculū, qui non horrent veritati notę reſiſtere, ignari an fortè Deus det illis pœnitentiam ad ſalutem. Nā de alijs peccatis videtur certa pœnitentia promiſſa à Deo, nō autem huic peccato, de quo Dilectus dixit: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatū ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

Reſiſtentes veritati quare corripiēdi.

1. Ioan. 5.

Subdit. *Ne quando* (Gręcè eſt Μήποτε, id eſt, ſi quando) *Deus det illis pœnitentiā ad cognoſcendam veritatē.* Ecce cui rei reſiſtebāt nimirum veritati: nam per pœnitentiam acceptā à Deo, digni redduntur, vt agnoſcant quam impugnabant veritatem.

Effectus pœnitētię, cognitio veritatis.

Et vltimò ſubiūgit illud, de quo fuit dubitatum: *Et reſipiſcāt à diaboli laqueis à quo captiui* (ſiue vt Gręca vox ſignificat, capti) *tenentur ad ipſius voluntatem.* Hæretici incidūt in laqueos extenſos à diabolo peſſimo venatore, qui captiuos retinet obcęcatos, ne poſſint videre veritatē, & induratos, ne cognitam ſectentur, Et in hoc loco oſtēditur Hæreticos pro gratia, & benignitate Chriſti, conuerti poſſe ad Deum, etiamſi de hæreſiarchis rariſſimū ſit. Porrò Hęretici captiui tenentur: quia Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, &, *A quo quis ſuperatus eſt; huius & ſeruus eſt:* ſiue, vt legit Auguſtin. in Enchiridio, *huic & ſeruus addictus eſt:* quia nō eſt in hominis poteſtate ſe eripere, qui iam ſe ei ſubdiderit per peccatum mortiferū, maximè autem per hęreſim. Thucydides lib. 5. Belli Peloponneſiaci: *De hominibus,* inquit, *ita natura neceßitate comparatum eſt, vt quis ei dominetur, quē ſuperauerit. Quam legem neq; primi omnium tulimus, neq; nouam vſurpamus.* Eſt ergò iuris Gentium hęc lex. Hinc autor operis imperf. in Mathęum: *Omnes homines,* inquit, *antequam peccemus, liberū quidem habemus arbitrium, ſi volumus ſequi voluntatem diaboli, an nō. Quod ſi ſemel peccantes obligauerimus nos operib. eius, iam noſtra virtute euadere nō poſſumus, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tēpeſtas voluerit: ſic & homo diuina gratia auxilio perdito per peccatū, agit quòd nō vult, ſed quod diabolus vult. Et niſi Deus valida manu miſericordia ſua ſoluerit eū, vſq; ad mortē in peccatorū ſuorū vinculis permanebit. Ergò noſtra quidem volūtate, & negligētia alligamur, ſed per Dei miſericordiam abſoluimur.* Hæc ille, qui etiam pulchrum aliud ſubiungit exemplum. Idem rurſus: *Sicut ingenuus homo ſi diutius in poſſeßione, vel domo potentis alicuius, & violenti fuerit commoratus, per poſſeßionem longi temporis vſu capit eū in ſeruitute: ſic & homo ſi diutius fuerit in poſſeßione diaboli, vſu longi tēporis vendicat ſibi dominium ſuper eū, ita vt nemo poſſit à dominatione diaboli liberare, niſi ſola potentia Dei.* Hæc ille. ¶ Homo tamen, etiamſi ſponte,

Ad 14. dub. Hæretici ſi à diabolo captiui detinentur, libero vt conſtant arbitrio.

Hęreſiarchæ rariſſimi cōuertuntur.
Ioann. 8.
2. Petr. 2.
B Aug. c. 30. to. 3. ſub init.
Hæreticorū præſertim, & aliorū peccatorū ſub dæmone quā iſta captiuitas.
Thucydid.
Hom. 37 to. 2. operum.
D. Chryſoſt.

Peccatoris ſub dæmone qualis ſit illa captiuitas.

Idem ho. 30. prope fin.

Quo etiā modo, peccato Satanicam contrahat ſeruitutem.

Hic ſoluitur 14. dub. propoſita.

& volun-

Hæretici ſi à diabolo captiui detinentur, libero vt conſtant arbitrio?

& voluntate ſe in diaboli captiuitatem ingeſſerit, non propterea libero priuatus eſt arbitrio, quia id amitti non poteſt, tametſi nequeat per ſeipſum ad Deum redire, niſi fuerit vocatum, & adiutum à Deo. Et propterea dixit: *Si quando Deus det illis pœnitentiam*, non autem, Si quando eos pœniteat, & reſipiſcant à diaboli laqueis, & dicant cũ Dauide: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*, agnita Dei gratia in veritate dilecta. Sed dixit: *Ne quando Deus det illis pœnitentiam*, iuxta id: *Ignoras quoniam benignitas Dei ad pænitentiam te adducit?* vt ponderat Auguſt. lib. 5. in Iulianum, c. 4. in princ. Eſt enim reſipiſcere, quaſi Re, ſiue iterum ſapere, & ad ſanam mẽtem redire. Nam vel vna ſola dogmatis alicuius particula auerſus à Deo, diaboli laqueo ſubijcitur: vt paſſerculus ſi vel extrema pedis particula comprehendatur, captiuus tenetur.

Pſal. 123.

Rom. 2.

B. Aug. to 7. circa med.

Reſipiſcere, Quid: Quomodo etiam vel vnum Fidei denegans articulũ nihilominus à dęmone teneatur captiuus.

Subdit deniq;: *Ad ipſius voluntatem*, Gręcè eſt ἐπ' ἀυτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, hoc eſt, ad illius (ſcilicet Dei) voluntatem: nec enim plus poteſt dæmon, qui Dei miniſter eſt in iram quam id quid Deus illi permittit. Vnde & ad tentandum Iob, facultatem prius poſtulauit. Et amplius ſub ſuo iure non detinet, niſi quantũ illi conceſſum à Deo fuerit. Exemplo ſit Valentinianus primus, qui à militibus electus, vt Imperij ſibi ſocium aſciſceret, rogatus, reſpondit: *Veſtrum quidem fuit, vt priuatum me ad Imperialem extolleretis dignitatem: res autem adminiſtrare, non iam veſtri, ſed Principis ipſius arbitrij eſſe, vos ipſi quoq; dixeritis. Vos deinceps imperata facere, & quietos eſſe, me autem quid facto opus ſit, curare decet.* Ita Nicephor. libr. 11. cap. 1. prope finem.

Ad cuius volũtatẽ hęretici detineãtur captiui Dei, an dæmonis.

Iob 1. & ſeqq.

Imperatoris Valentiniani ad milites vt ſibi collegam adiũgeret poſtulantes prudens & acuta reſponſio. *Nicephor. Calliſt.*

Obſeruandus eſt hic locus contra Nouatianos, negantes pænitentiam lapſis. Deinde conſidera, diſputatio cum Hæreticis, quem finem habere debet, vt magis conſiſtat in aduerſarijs ad Fidem conuertendis, quam iniurijs iactandis, & immodeſtis verbis. Lege Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium, c. 78. Cuius hæc ſunt verba: *Ecce Apoſtolica manſuetudo, cum quibus placidè, patienter modeſtèq; agi præcepit, eos ipſos dicit à diabolo captiuatos, nec tamen quam commendabat, amiſit lenitatem, quia eam quam docebat, tacere noluit veritatem.*

Nouitianorũ hęreſis à Paulo damnatæ.

Catholicorũ quę ſuſcipitur cum Hæreticis diſputatio, qualis eſſe debeat. *B. Aug to. 7.*

(.)

DISPVTATIO IIII.

In verba 3. cap. Epiſtolæ poſterioris ad Timotheum. *Hoc autem ſcito, quod in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erũt homines ſeipſos amantes cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi*, &c. in finem vſque cap.

I. dubium,

PAVCA ſunt; & illa quidem leuia, quæ in hoc capite poſſent in dubium reuocari; ſed ne nihil dicamus, primò ambigitur de verborum iſtorum connexione, & cur Prophetam agat Apoſtolus, prænuntiant futura mala. Deinde qui ſunt ij nouiſſimi dies, quibus inſtabũt tẽpora periculoſa, an illi Pauli, an verò dies poſt Pauli mortem. Tertiò quę ſit iſta catena vitiorũ, cuius caput eſt: *Et erunt homines ſeipſos amantes:* finis verò, *Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Quartò vnde accepit Paulus, quę tradit de Iãne, & Mambre quòd reſtiterint Moyſi, cùm in Scripturis non habeantur. Quintò circa illud, *Vltra nõ proficient*, quæritur quomodò verum ſit, cũ ſuperius dixerit, *Multum proficient ad impietatem:* & infra: *Seductores proficient in peius.* Sextò, cur ſuas Apoſtolus Timotheo cõmemorat virtutes, & eas illi imitandas proponit. Videtur enim hoc arrogantiæ ſymbolum eſſe, & ſibi ipſi contradicere, qui alio loco dixit: *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendo meipſum.* Septimò quomodo Scripturæ nutriant fidem illam, quæ eſt in Chriſto Ieſu; vt ſit etiam Scriptura vtilis ad illa quatuor, id eſt, ad arguendum, docendum, corripiendum, & erudiendum in iuſtitia.

Secundum. & tertium.

Quartum.

Quintum. dubium. *2. Tim. 3. Infrà 3.*

Sextum.

Philip. 3.

Septimum.

Ad primũ ſpeciatim ſuperiori capite diſſeruerat de falſis Doctoribus, & de vaſis in ignominiam à ſeipſis formatis, quorum ſermones voluit vitari quaſi cancri morbum depaſcẽtẽ omnia, quę in corpore ſana ſunt, iam generatim prędicit, vt propheta quæ ventura ſint, nempè nunquam defuturos improbos, & ſceleſtos homines, & nõnullos, qui falſa dogmata tueantur in aliorum perniciem. & Eccleſię Catholicę perturbationẽ. Cùm ergò dixiſſet, In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia: hoc ad ſuum tempus nõ adſtringit, ſed ad nouiſſimos dies Meſſiæ, à ſuo videlicet tempore ad diem vſq; iudicij, ne Timotheus offendatur. Nam à tempore Abel vſq; ad Chriſtum, ſemper fuerũt mali bonis permiſti; & eo plus, quò magis ad finem appropinquatur.

Soluitur I. dubitat. De filio orationis Paulinæ.

Ad

Solut. 2 dub. Nouiſſimis dieb⁹ in quibus inſtabũt tempora periculoſa.

Ad ſecundnm dubium: Nouiſſimi dies à Prophetis,& Apoſtolis dicuntur aduentus Meſſiæ vſque ad iudicium: de quibus multa Iacob filijs ſuis futura prędixit: Congregamini, inquit, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis, eſtque primus, qui locutus eſt de nouiſſimis diebus. Hinc Petrus Acto. tempus Meſſiæ deſignatum tradit per nouiſſimos dies Ioëlis, qui in totum orbem extenduntur, quia dixit: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.* Idem quaque Petrus dixit, *Paratam reuelari in tempore nouiſſimo.* Et B Paulus in priori Epiſtola nouiſſima tempora vocat conſummationem ſeculorum. Et de extręmo horum dierum meminit Chriſtus, cum dixit, *Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die:* Martha etiam, *Scio,* inquit, *quia reſurget Lazarus, frater meus in nouiſſimo die,* Ioannes item, *Nouiſſima hora eſt.* In his nouiſſimis diebus, & propinquis extremo diei iudicij maximè nos verſamur, & periclitamur propter innumeras, & varias hæreſes, & mores corruptiſſimos, in quibus quia abundat iniquitas, refrigeſcit charitas multorum: ita vt in Eccleſia in breuiſſimis horarum ſpatijs anguſtata regnent omnia peccata, & poteſtas malignorum Spirituum, qui impunè vagantur, vt cogitare poſſimus, quia modicum tempus ſibi ſuppetat ad complendam malignam voluntatem: vt iam rara ſit pura Fides, & innocens atque integra vita, & incredibilis Prælatorum dormitantia. Vt is qui hæc non videat, communi ſenſu carere, iudicari valeat, & breui inſtare diẽ Domini, aut ſaltem inſigne aliquod, & horrendum flagellum, quò à tanto ſomno negligentiæ quaſi lethargo quodam excitemur. ❡ Periculoſa tempora Græcè vocat *καίρους χαλεπους*, quę ſunt moleſtę, & acerbæ occaſiones: nam tempora bona, vel mala dicuntur, ex his quæ in his contingunt per Metonymiam.

Gen. 49.
Ioel. 2.
1. Petr 1.
1. Tim 4.
Nouiſſima tẽpora quę nã Apoſtolo.
Ioan. 6
Infrà 11.
1. Ioann. 2.
Nouiſſimi illi dies quare periculoſi.
Matth. 24.
Apoc. 12.
Quid propriè Apoſtolo ſint tẽpora periculoſa.
III. queſt ſol. Homines qui erunt ſeipſos amares in diebus nouiſſimis.

Tertio dubio reſpondemus: *Et erunt homines ſeipſos amantes.* Gręcè habetur, *ἔσονται γὰρ*, & particula Et, pro quia, frequenter accipitur tropo Hebræo. Et quod ait: Erunt homines ſcipſos amantes, Græcè vna voce dicitur *φίλαυτοι*, id eſt ſui amãtes, & ſibi placentes, & proprijs commodis ſtudentes, & id vnum curantes, vt relicto communi bono, quod charitas, & iuſtitia dictat, ſibi benè ſit. Et vt ait Ariſtoteles lib. Moral. Malè *audiunt fœdo inſaniq; cognomine.* Et ſemper hic amor ſui ipſius cauſa, & fons malorum, ac peccatorum extitit, vt Plato docet libro De legibus. Et idcircò hoc loco, vt ante ſignana omnium vitiorum prænominatur. Ambroſius hic vertit ſui tantum amatores. Et intellige ſui amantes, nimium ſcilicet prætermiſſo Deo, & Proximo. Nam amor proprius radix eſt omnium malorũ in regno diaboli, qui tali amore ardẽs, ac deperiẽs perdidit ſeipſum, & omnes qui ei adhæſerunt. In hũc ſenſum dixit Dominus: *Qui amat animã ſuam, perdet eam: & qui odit animã ſuã in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eã.* ❡ *Cupidi*, ſcilicet pecunię. Ambroſius habet, auari; Auguſtinus, amatores pecuniæ. Primus fœtus philautiæ eſt auaritia, ſicut charitatis omnia bona. Gręcè eſt *φιλάργυροι*. ❡ *Elati.* Gręcè *ἀλαζόνες*, Ambroſius, *Inſolentes*; Hieronymus in Michęã *faſtidioſi*, vel potius *faſtuoſi*: quę vox Gręca ad iactantiã ſpectat: quia iactabũt diuitias, nobilitatẽ, ſciẽtiam, &c. ❡ *Superbi.* Id eſt, qui præ ſe alios deſpiciunt: vt Simon Magus, & Lutherus. ❡ *Blaſphemi.* In Deum, & Sanctos, & in Eccleſiam maledici. ❡ *Sceleſti.* Græcè *ἀνόσιοι*, id eſt, ſine pietate, & ſanctitate; Ambroſius vertit, *Impy.* ❡ *Sine affectione.* Gręca habent *ἄστοργοι*, id eſt, qui nullo affectu ſunt in ſuos vel parentes, vel liberos, vel vxores; & ideò redduntur infideli deteriores. ❡ *Sine pace.* In Græco eſt; *ἄσπονδοι*, id eſt, neſcij fœderis, & amicitiæ, id eſt, inconfœderabiles. Vnde bellũ irreconciliabile vocant Græci *ἄσπονδον πόλεμον*. Et hoc quantum attinet ad alienos, & extraneos. Fœderũ etiam violatores. ❡ *Criminatores.* Græcè *διάβολοι*, id eſt, delatores, ſiue calumniatores. ❡ *Incontinentes.* Græca vox eſt *ἀκρατεῖς*. Et Ariſtot. lib. 7. Ethic. diſtinguit inter intẽperantes, & incontinentes: alij autem non diſtinguunt, ſed generatim intelligunt eos, qui ſe à vitijs linguæ, ventris, & cæterorum omnium non ſe cõtinent, Cicero pro Cælio: *Is multa,* inquit, *de incontinentia, intemperantiaq; diſſerit.* ❡ *Sine benignitate.* Gręcũ eſt verbum *ἀφιλάγαθοι* id eſt, qui nõ ſunt amici bonis, & ſanctis viris. Eſt enim videre permultos, qui nihil afficiuntur virtutibus, aut bonarum literarum ſtudioſis. ❡ *Proditores.* In Gręco eſt, *προδόται*, id eſt, deſertores amicitię, & ſodalitatis. Vel proditores, id eſt ſecretorum alterius detrectatores. *Qui ambulat,* inquit, *fraudulẽter, reuelat arcana: qui aũt fidelis eſt, celat amici cõmiſſum:* &, *Audiſti verbũ aduerſus proximum; cõmoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.* ❡ *Proterui.* Προπετεῖς Gręcè; id eſt pręcipites, ſiue temerarij. ❡ *Tumidi.* Græcum eſt verbum *τετυφωμένοι*, id eſt, Inflati, inde typho, id eſt tumentes apud B. Auguſt. libr. 11. de ciuit. Dei, c. 33. & alibi paſſim. Et ſignificat eos qui ſibi videntur inſignes in re quapiam, aut in opinione, quã de ſe concipiũt, & ideò intumeſcunt. ❡ *Voluptatum amatores magis quam Dei.* Iſta eleganter Græcè di-

Philoſophus li 9 c 8. ante med to. 3.
Malè qui audiant apud Philoſophũ.
Plato li. 5. de legib. to. 2.
Ambr to. 5. ſub finem.
Apoc. 12.
Ioan 12.
Matth. 16.
Aug ſer 47. de diuerſis, c. 2. & alibi to. 10.
Homines itẽ qui cupidi, qui Elati.
Hier. li 2 in Michæã in c. 7. ſub ini. to. 6.
Qui vero ſuperbi, blaſphemi atq; ſceleſti.
Homines rurſus qui ſine affectione, ſine pace.
1. Tim 5.
Criminatores quoq; & incontinentes.
Philoſophus c. 8. to. 3 init.
M Tull.
Homines etiam qui ſine benignitate & Proditores.
Prouer. 25.
Eccl. 19.
Proterui qui Tumidi.
Aug. to. 5.

Voluptatum amatores magis quam Dei quales Apoſtolo.
B. Cypr. lib. de vnita Eccl. à medio.
Epiph in Hæreſin 26. poſt med.

cũtur: φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι: Cyprianus, Voluptates, ait, magis quam Deum diligentes. Fides enim abſq; operibus forma eſt abſque virtute, corpori vita deſtituto, picto, ficto, mortuo ſimilis. Et vidẽtur hæc quadra[illegible] in familiam Simonis Magi: nam hunc locum citat Epiphanius, & aſſerit dictũ propter Gnoſticos diſcipulos Simonis: ideò iſta etiam ad Pauli tempus ſpectabant. ¶*Habentes ſpeciem, vel formam quidem pietatis.*

Hęretici quomodo ſpeciẽ quidẽ pietatis habeant: virtutẽ aũt eius abnegent.

Quia profitentur Chriſtianitatem, & vitam regularem, & Sacerdotium. ¶*Vim aũt, ſiue virtutem eius* (quę non eſt inſignita bonis operibus) *abnegantes.* Factis ſcilicet. Et hos vult deuitari à Timotheo. Erant ergò eo tẽpore tales homines, & ſunt hoc tempore multi, & ita putemus nós in ea tempora Pauli incidiſſe. Perpende etiam, omnia vitia, etiam maxima celari poſſe ſpecie, & forma pietatis. Et ex his multos iam eſſe ait, qui penetrent domos, & in alienas domos ſe ingerãt impudenter. Vnde illud Eccleſiaſtici: *Pes fatuus facilis in domum proximi.* Hinc Satyrographus dixit:

Vnde conſtet vitia interdũ tegi & colorari poſſe virtutibus.
Eccl. 21.
Iuuen.

Scire volunt Secreta domus, atq; inde timeri.

Iulius Capitolinus in fine vitæ eius.
In alienas domos veniens, qualis eſſe debeat.
M. Tull. li 2. de orat. inter med circiter & finem.

Omulus quidam apud Iulium Capitolinũ reſpondit Imperatori Antonino Pio. *Cùm in alienas ædes veneris, & ſurdus, & mutus eſto.* Et cum Sergio Galbo apud Ciceronem Libo dixiſſet: *Quãdo tandem de triclinio tuo exibis? Cùm tu,* inquit, *de cubiculo alieno.* ¶ *Qui penetrauit,* inquit, *domos.* Vt occultè doceant. *Et captiuas ducunt mulierculas.* Id eſt, dogmatibus ſuis faciunt ſibi eſſe obnoxias, vt poſſint prædicando penetrare per aulas, & gynecia, id eſt, domos fœminarum, quò viris non licebat ingredi. Addit: *Oneratas peccatis.* Quia niſi malæ conſcientiæ eſſent, nequaquam paterentur ſe in hæreſes abduci. Et vt dæmon per fœminam Euam captiuauit Adamum virum eius, ita modò per mulieres oneratas peccatis proprijs & alienis facit, dum illæ adminiſtræ fiunt hæreſeon, & ſpirituum ſeductorum: de quibus lege exemplum Valentini apud Irenæum lib. 1. c. 9.

Hæretici cur penetrarent domos alienas, & captiuas ducerent mulierculas.
Cur illæ mulieres eſſent oneratæ peccatis.
Gen 3.
B Irenæ.
Amb hoc loco, to 3.

Ambroſius hæc ita Hæreticis omnibus fecit cõmunia, vt tamen Manichęis prę cæteris congruerent. *Quia nulli,* inquit, *tã importuni, tam fallaces, tam captioſi ſunt quam ipſi, quos conſtat aliud colere, & aliud profiteri: aliud intus gẽrere, & foris aliud vẽdicare.* Nam hi ſordidi, & impuri mulieres inueniebant, præ vanitate nouum aliquid audire deſiderantes, quibus prçter ea quæ placida ſunt, fœda ſuadebant, & illicita.

Eadẽ Arrianis quoq; conuenire.
Hiſt. Tripar.

Deinde de Arrianis ſcribit hiſtoria Tripart. libr. 1. cap. 13. in princip. ex Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Cõſtantinopolitanum epiſtola: *Vrbes circumeunt, curſitant, nihil aliud agenes, quam vt literis amicitiæ obtentu, & nomine pacis per hypocriſin, & blãditijs datis & acceptis mulierculas paucas à ſe iam deceptas, ſeducant, peccatis oneratas, & impudicas, inhoneſtas: quibus etiam interuenientibus, lites, & iudicia Catholicis intendebant, tum iuuenculis ſuis vicatim diſcurrentibus, Chriſtianiſmũ obtrectationi exponebant, atq; traducebant.* Hęc ibi ferè. ¶ Tertiò Euſeb. lib. 7. c. 26. *Tales,* inquit, *mulierculas ſubornârat Paulus Samoſatenus, & inſtituerat in medio Eccleſiæ magno die Paſchæ, de ſeipſo pſallere, ſeq; concionantem non audire tantum, ſed & plauſu, & clamoribus indecorè, ſeditioſèq; laudare, ſic inſultârat mulierculãrum non ſolum domos, ſed & in animo penetrâ- Epiſcopos ſuperbia pluſquam gigantea.* Hęc ille propemodum.

Paulus Samoſatenus muliercularum qualis & ipſe ſeductos exterit.
Euſeb. to. 1.

Quartò cum eiuſmodi fœminis Donatiſto paſſim commiſti fuerunt contra omnem ordinem, diebuſq; ac noctibus peruagati: vt ſcribit contra Parmenianum Augu. lib. 2. c. 3. & 9. Taxat etiam Circumcellionũ inter vinolenta conuiuia liberam cum fœminis maritos non habentibus comitandi, vagandi, iocandi, bibendi, & pernoctandi licentiam, vt habes apud Auguſt. eodem li. & cap. 9.

Donatiſtas iidem mulierculas abduxiſſe.
Aug. to. 7. in princ.

Poſtremò Hieronym. ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos: *Simon Magus,* inquit, *hæreſim condidit Helena meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarũ repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Appelles Philemonem ſuarũ comitem habuit doctrinarum. Montanus, immũdi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maxillam, nobiles, & opulentas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius, vt orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſq; fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq; ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum: cui iuncta Galla, non gente, ſed nomine germanam huc illucq; currentem, alterius, & viciniæ hæreſeos reliquit hæredẽ. Nunc quoq; myſterium iniquitatis operatur. Duplex ſexus vtrunq; ſupplantat.* Et infra propè finem: *Magiſtrorum ſilentia profert rabies diſcipulorũ. Quod audierunt in cubiculis, in tectis prædicant: vt ſi placuerit auditoribus quod dixerint, referatur ad gloriam magiſtrorum: ſi diſplicuerit, culpa ſic diſcipuli: non magiſtri. Ideò creuit veſtra hæreſis* (*nimirũ Pelagiana*) *& decepiſtis plurimos maximè eos, qui adhærent mulieribus, & ſciunt ſe peccare non poſſe: quia ſemper docetis, ſemper*

Quos præterea Hieronymus hæreticos mulierculatum ſeductionis inſimulet.
Hier paulo motus à prin. ep. to 2. poſt med.
1. Theſſ. 2.
Matth. 10.
Mores Pelagianorum.

nega-

Idem in illud: A ſeculo non eſt auditum, &c. 10. 2.

negatu. Idem in Eſai.c.64.tradit per Hæreticos Luſitaniȩ mulierculas fuiſſe deceptas, oneratas peccatis, quæ ducuntur deſiderijs varijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, vt Baſilidis, Balſami atq; theſauri, Barbelonis quoque, & Leuſiboræ, ac reliquorum nominū portenta ſuſciperent. De qnibus diligentiſſimè vir Apoſtolicus ſcribit Irenæus, Epiſcopus Lugdunenſis, & martyr, multarū origines explicans hæreſeon, & maximè Gnoſticorum, qui per Marcum Ægyptium Galliarum primùm circa Rhodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles fœminas deceperunt, miſcentes fabulis veritatem, & imperitiæ ſuæ nomen ſcientiæ ſuæ vendicantes. Et in Ierem.29.e.ex ſententia Hebræorum ait, quòd Achabus & Sedechias pſeudoprophetæ (duo nimirum illi Presbyteri teſtes iniqui Suſannæ, ſic vocati) mulieres decipiebant, dicentes quia de tribu erant Iuda, Chriſtum de ſemine ſuo eſſe generādum: quæ illectæ cupidine, prębebant corpora ſua quaſi matres futuræ Chriſti: quos frixit Rex Babylonis in igne. Falſi ergò ſunt Doctores, qui quò liberius ſeducant, priuatim in domibus docent. Ego, inquit Dominus, palàm locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Id eſt: veritas non amat angulos. Pulchrè profectò Bernard. *Stat*, inquit, *Scriptura veritas. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum reuelare (ſeu inueſtigare) ſermonem. Nō vis tu reuelare? Non ergo vis Deum glorificare.*

B. Irena. in libris contra Valentinum.

Idem in illud Ieremiæ: Hæc dicit Dominus exercituū, & reliq. Ierem. 29.

Duorū teſtiū Suſannę falſorum nomina muliebres ſeductiones; eorundé pœna. *Dan. 13.*

Hęreticos priuatim tantū docētes falſos eſſe doctores. *Ioan. 18.*

B. Bern ſerm 65. in in Cāti. ca, ante med. Prouerb. 25.

Sed priuatim (aiunt) Dominus docuit ſuos diſcipulos, & Nicodemū ſolùm Ioan. 3. Sed id ea cōditione fecit, vt quod in tenebris eis prædicauerat, dicerent in lumine; & quo in aure audierant, prædicarent ſuper tecta. Nec in templo tantum, ſed & circa domos prędicauerant Euangelium. Et circa domos panē frangebant, ſed quando aliter prę Iudęorum metu non eis licebat facere. Penetrat Ananias domum Iudæ; ſed à Domino ad quęrendū Paulū miſſus. Penetrat Cornelij domum Petrus; ſed eiuſdem per Angelū Chriſti iuſſu, & à Cornelio accerſitus. Paulus introiuit domū Lydiæ purpurariæ, ſed coactus. Intrat domum Titi, ſed iuſti & colentis Deum. Intrat domum Philippi Euangeliſtę, Epheſios quoq; per domos publicè docuit.

Cur Domino diſcipulos interdū priuatim docuerit. *Matth. 13. & ſeq. Ioan. 3. Matt. 10. Act. 2. Infra 9. Infra 10. Infra 16. Infra 18. Infra 21. Suprà 20.*

Sequitur in textu: *Quæ ducuntur varijs deſiderijs.* Nempè pecuniæ, gloriæ, iactantiæ, deliciarum, & voluptatum, quas conſultò ſuppreſſit; vt virum, qui ſeducitur, & ad hæreſes trahitur, inſinuet verè eſſe mulierculam, quia: *Varium* vt Poëta dixit) *& mutabile ſemper Fœmina.* Et mulieres nunc hæc, nunc illa cupiunt, nūc quæ tenent, faſtidiūt & alijs nouis oblectantur. Et vt quidam dixit, *Nolunt vbi velis, volunt vbi nolis.* Et ideò tales tam in Scripturis, quam in profanis autoribus dicuntur multiuolæ. Eccleſiaſtes 9. *Ne reſpicias*, inquit, *mulierem multiuolam; ne forte incidas in laqueos illius*: & Catullus ad Mallium:

Quibus illę mulierculæ ducerētur varijs deſiderijs ſecundum Apoſtolum.

Virg. li. 4. Æneid. à med.

Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.

Catull Epigram. 63.

Semper, inquit, *diſcentes.* Id eſt, diſcere cupientes, *Et nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Ἐλθεῖν δυνάμενα, id eſt, peruenire valētes. Ex deſideriorū enim varietate ſemper migrant ab appetitu diſcēdi in cupiditatem nō perdiſcendi, nec vni rei inſiſtunt. Nec vituperat Paulus ſemper diſcere; vnde Solonis dictum à Cicerone laudatum: *Seneſco ſemper multa addiſcens.* Et Seneca ad Lucilium fratrem: *Tamdiu diſcendū eſt*, inquit, *quamdiu neſcias, & ſi prouerbio credimus, quamdiu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quam huic, Tamdiu diſcendum eſt, quemadmodum viuas, quamdiu viuis.*

Mulieres etiā cur illæ ſemper diſcentes nūquā tamē ad ſcientiam veritatis perueniunt.

Tul. li. de ora. Senec. lib 10. ep. 77. init.

Ad quartū circa illud de Ianne & Mambre (vel Iambre, quia Grȩcè dicitur Ἰαμβρῆς nam vtrumq; ponitur in Hebræorum nominū interpretatione) qui reſtiterūt Moyſi, vnde Paulus acceperit, nō ſatis eſt exploratum. Hinc quidam occaſionem acceperunt reijciendi hanc Epiſtolam, quaſi non eſſet Pauli, quòd ex apocryphis libris citauerit. Sed infirma ratio eſt: nam non propterea quòd in apocryphis inuenta ſint, ſunt reſpuenda quæcunque in apocryphis continentur. Nam & Epiſtola Iudæ fratris Iacobi citat ex apocrypho libro Noe aliqua quæ non erant apocrypha, de corpore Moyſi. Origenes tract.35. in Matth. *Apoſtolus*, inquit, *Scripturas quaſdam ſecretorum profert, ſicut dicit alicubi: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit. In nullo enim regulari libro hoc poſitum inuenitur, niſi in ſecretis Heliæ Prophetæ. Item quod ait: Sicut Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, non inuenitur in publicis Scripturis, ſed in libro ſecreto, qui ſuprà ſcribitur Iannes & Mambres liber. Vnde auſi ſunt quidam Epiſtolam ad Timotheum repellere quaſi habentem in ſe textum alicuius ſecreti, ſed non potuerunt.* Hęc ille. Sed Gelaſius librū hunc appellatum Iamne & Mambre, reijcit. c. Sancta Romana Eccleſia. diſt.15. Meminit etiam horū Numenius Philoſophus citatus ab Euſeb. Cæſar. lib.9. de prępar. Euang. c.3: *Iamnes & Labres Aegyptij erant, viri magicis artibus adeò præpotētes, vt Muſæo Iudæorū duci, viro Deo coniunctiſſimo, ſoli reſiſtere poſſe à cunctis Aegyptijs iudicati ſint. Multas enim calamitates, quas Muſæus*

Quarta ſolutio quæſt. Vnde Paulus nouerit Ianne, & Mambre Moyſi reſtitiſſe.

Poſteriorē ad Timotheum reijciendi Epiſtolā, ineptiſſima quorundam ratio reijcitur.

Iudd 9. Orig. int er med. & finem homilia 10 2.

1. Cor. 2. Eſa. 64.

Gelaſius I.

Iamnes & Mambres ſeu Labres quales illi fuerint.

Moſis varia nomina.

Exod. 7.

Chryſ. ho. 6.

Quos illi duo Magi figurauerint.

Act. 8.

Infrà 13.

Pſal. 120.

Iamnes, & Mambres quoties Moyſi reſtiterint.

Exod. 7.

Ibidem 22.

Hęretici quomodo reſiſtãt veritati Euangelicæ.

Iidē cur homines ſint mēte corrupti, & reprobi circa fidem.

Pſal 13.

Aegypto intulit, ſoluere viſi ſunt. Et cap.4. circa med. *Artabanus, quē Iudæi Moſem, inquit, Græci Muſæū appellant, cuius doctrina multa Orpheus didicit.* Et poſt pauca: *Sed Memphiticos Sacerdotes vocatos, moriq; iuſſos, niſi aliquod ſignum ipſi etiam ederent, magis artibus dracone producto, & fluuij colore mutato effeciſſe, vt elatus Rex atrociter Iudæos tractaret.* Chryſoſtomus idē tradit, Iamnem, ſcilicet, & Mambrē, fuiſſe magos Ægyptiorum, qui in portentis edendis cum Moyſe, & Aaron decertârunt, duo cōtra duos. Quorum nomina accepit Paulus, aut ex reuelatione, aut ex traditione Hebręorum, & libro aliquo ſecreto, vt eſt veriſimilius. Et ne quiſquam poſſet huic veritati repugnare; ecce in initio Noui Teſtamenti Orientis alij duo magi ſe oppoſuerunt Euangelio, Simon Magus contra Petrum, & Elymas Magus contra Paulū: ſicut in Veteri olim cōtra Aaron, & Moſen duos legiſlatores, Iamnes, & Mambres fratres, vt impleatur illud; Sępè expugnauerunt me à iuuentute mea. Et bis illis reſtiterunt, ſemel quando virgas in ſerpentes conuerterunt; & iterum, quando aquas in ſanguinem. Sed in tertio ſigno cyniphum defecerunt, dum confeſſi ſunt digitum Dei ibi eſſe, id eſt, operationem diuinam, non humanam, aut angelicam. ¶ *Ita & hi reſiſtunt veritati.* Euangelicę per verborum argutias, & argumentorum fallacias frequenter, occultè interdū & manifeſtè agnoſci Moſen fuiſſe veritatis Doctorem contra obtrectatores Veteris Teſtamenti. ¶ *Homines corrupti mente.* In quibus lux rationis & iudicium obtenebrata ſunt; & mente ab adultero diabolo vitiata, & amiſſa ea quæ eſt in Chriſto caſtitate. Mens enim prauis affectibus corrupta facit reprobū circa fidē, iuxta fidē, iuxt illud: *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt*, &c. *Reprobi circa fidem.* Quia non conſentiunt cum Apoſtolis, & Eccleſia, quia reprobas opiniones amplectuntur.

Sol. 5. dubi. Hæretici ſi multum proficient ad impietē, vt antè dictum fuit, quomodo non vltra proficietur.

Pſal 41.

Erroris ingenium.

B. Aug. li. 12. cap. 5.

Cur Magi Pharaonis, dracones quidem effecere, non tamen Cyniphes potuerint.

Iob 1. & ſeq.

Ioan. 19.

Ad quintum circa illud: *Sed vltra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus.* Reſpondent Græci, hoc non eſſe cōtrarium dictis, aut dicendis, Malos ſcilicet profecturos ad impietatem. Et dicet profecturos in peius, praua enim, & noua dogmata ſemel introducentes, magis noua, & peiora ſemper excogitabūt: nec errandi finem inuenient, quia ea eſt erroris vis, vt ſiſtere nequeat, ſed abyſſus abyſſum inuocat. Hic verò profecturos negat nō diutius decepturos, etſi ab initio quoſdā deceperint incautos, nec tam multos, quos ipſi vellent corrumpere, ſed vel aliquando deprehēdentur. Et talis eſt error, vt licet omni ex parte inualeſcat, nō tamen ad finem vſq; permanet. Ideò ait: *Sed vltra, vel amplius nō proficient* ſcilicet mulierculas ſeducendo proficient: quia defecerunt in tertio ſigno, agnoſcēdo Dei virtutē. Et vt Auguſt. dixit, magis quędam mira facere permiſſi ſunt, vt mirabilius vincerentur. Et licet potentiam habuerint faciendi ſerpentes; nō tamen cyniphes quod minus eſt; vt intelligas malos Angelos, per quos magicę artes exercentur, non poſſe facere quicquid poſſunt, niſi data virtute deſuper à Deo, ſicut nec tentare ſanctū Iobem; vel obtenta à Deo facultate, id eſt, auferre bona temporalia, & ſanitatem. Et poſſemus illis magis dicere, quod Dominus dixit Pilato: *Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam niſi tibi datum eſſet deſuper.*

Quemadmodum Hæretici non vltra proficient [illegible].

1. Cor. 12. & Ioan. 4.

Sed vltra, inquit, *non proficient.* Hoc per hyperbolen, vel per Synecdochen dictum eſt, Et ſenſus eſt, quòd ſolùm mulierculas, & imperitas decipient, nō mulieres cordatas, aut viros bonos. Et non proficient vltra apud ſapientes, qui facilè cognoſcent eorum inſipientiam. Nam Deus dat donum diſcretionis ſpirituum, ne fallantur niſi falli volentes, hoc eſt ſuperbi, qui ſibi permultum tribuunt, aut deſiderijs carnalibus dediti, & implicati, qui libenter audiunt quæ ſenſus, & carnis ſunt; aut curioſa, qui terrena ſapiunt: in alijs verò nō proficient vltra. Porrò vt Ægyptiorum magorum impietas, & ſtultitia vindice Deo ſubuerſa eſt, ita etiā hodie coruſcante veritate Euangelica, & multorum corda illuſtrante, cadent ſtultitię hęreticorum, & pſeudoprophetarum, & agnoſcetur quòd in Eccleſia tantum eſt digitus Dei, id eſt Spiritus ſanctus, qui eam protegit, ac tuetur.

Sextę ſolutio quæſtionis. Quęnã Paulus ſic humilitas ſuam doctrinā, & virtutes cæteras cōmendans.

Ad ſextum, cum ait: *Tu autem aſſecutus es meam doctrinā, inſtitutionem, propoſitū*, &c. vbi videtur multarum virtutum ſuarum officia coaceruare: dicimus, non vlla hoc Paulum arrogantia, aut quicquam ſibi tribuēdo dixiſſe, ſed magis in memoriam reduxiſſe beneficia quę acceperat, vt magis in Chriſto confirmaretur, & vt ſe imitandum Timotheo, & in eo omnibus Epiſcopis proponeret, & vt ex vita, & doctrina magiſtri ſui diſceret quantum Hęretici ab eo diſtarent, ſiue fidem ſpectes, ſiue mores,

Quid aſſequi doctrinā hoc loco inſtitutionē, propoſitū, fidē, longanimitatē, dilectionem.

Aſſequi hoc loco non eſt adipiſci, ſed iuxta ſequi, vel vt alij vertunt, ſectatus, vel aſſectatus in comitatu meo doctrinā, quam tot Eccleſijs tradidi. ¶ *Inſtitutionem.* Quam verbo diſpenſaui, & proſpexi Eccleſijs de paſtoribus. ¶ *Propoſitum.* Id eſt, alacritatem, & promptitudinem animi. ¶ *Fidem.* Id eſt, conſtantiam in retinenda Fide; vel articulos Symboli: vel fiduciam tractandi, quæ

regit

Paulus Antiochię qualia paſſus.

regit ꝓpoſitum, etſi arduum. Et hæc fides pait. *Longanimitatem*, in ſperãdo à Deo præmi vitæ æternæ, vel in Hæreticis expectandis. ¶ *Dilectionem*, erga Deum & Proximos. *Patientiam.* Erga flagra', & frigus ac nuditaem ac ſitim. ¶ *Perſecutiones, paſſiones.* Quia in illis mihi affuiſti. ¶ *Qualia mihi facta ſunt Antiochia*, &c. Rem reſpexit, nõ verba; cùm alioqui debuiſſet dicere. Quales mihi factę ſunt, ſcilicet perſecutiones, & paſſiones quas ſuſtinui Antiochiæ Piſidiæ, non Syriæ vbi lapidatus eſt, & quaſi mortuus relictus. ¶ *Iconij.* Quæ etiam ciuitas eſt Piſidiæ. ¶ *Lystris.* Lycaoniæ. Act. 13. & 14. Et hoc non tantum mihi, ſed etiam tibi, & omnibus pietatis ſectatoribus commune eſt multa pati. Quod imprimendum cordi, & ſæpius rememorãdum, ne dilaſſemur. Nullus Chriſti ſeruus eſt ſine perſecutionibus: & qui nondum eſt illas expertus, nondũ in Chriſto cœpit piè viuere. Pugnandum eſt cum infidelibus, cum Hereticis, cum falſis fratribus turpis vitę exemplo alios corrumpentibus, cũ carne, & illecebris eius, cũ domeſticis & parentibus, &, quod omnibus maius eſt, cum diabolo mille nocendi artibus inſtuctiſſimo. Idcircò in vniuerſum dixit: *Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.* Hic perpende, quòd non tantum dixit, ij qui piè viuunt, ſed ij qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu; vt intelligas etiam eos qui melioris vitę votum concipiunt, tentationes, & perſecutiones perpeti; vt exemplo nobis eſſe poſſunt filij Iſraël, qui volentes deſerere Ægyptum, & Pharaonem, ab eo flagellati ſunt, & miris modis vexati. Magna etiam perſecutio, & tentatio eſt, cum putamus nos extra omnẽ eſſe tentationem, & perſecutionem, & deniq; accidere ea videmus in hoc mundo, vt ſæpè infideles quererentur de Dei prouidẽtia. Hinc autore Plutarcho interrogationes apud Cratippum Philoſophum, quomodo deorum facta ſe haberent victore Cæſare Romanę libertatis oppreſſore? *Et quo* (inquit Cratippus) *modo Pompei, quoue ſigno demonſtremus, melius te fortuna vſurum, ſi viciſſes?* Brutus apud eundem Plutarchum pugna Pharſalica victus præſentibus amicis, nocte obſcura cœlum ſtellis ornatum aſpiciẽs dixit duos locutus verſus, quorum alterum Volumnius ſcripſit: *Iſta Iouem haud lateant, qui q; horum eſt cauſa malorum.* Idem ſecundũ Dionem Caſſium, recurrens ad mortẽ, alta voce recitauit Herculis dictũ: *O infelix virtus, ita ne, cum nihil quam nomen eſſes, ego te tanquam rem aliquam exercui, cum tu fortunæ ſerwieris?* quib⁹ dictis, gladio incubuit. Beroaldus apud Suetonium, & Volaterranus libr.

Act. 14. Supra 13.

Cum quibus hoſtibus ſit nobis pugnandum.

Omnes qui piè viuere volunt, cur inquit Apoſtolus, non, Omnes qui piè viuũt, perſecutionem patientur.

Exod. 1.

Noſtra quæ magna perſecutio, atque tentatio ſit.

Plutarch.

Idem.

Bruti impiæ voces de diuina prouidentia.

Dio Caſ. libr. 47. in fin.

16. vulgatum diſtichon recitat Tonſoris cuiuſdam Auguſti:

Marmoreo tumulo Licinus iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo; credimus eſſe deos?

Ex hac origine oriũtur Athei, & Epicurei: hinc Gentiliũ ſententię de vltione diuina. *Nunc dij beati* (vox gratulantis) *quoties nocentibus digna contigiſſet vindicta.* Et contra probrum, *Si res malis ſint proſperæ*; &, *Serò deorum molunt molæ: Dij laneos pedes habent: Ad deorum aures peruenit: Inuitus Iupiter nouit: Serò diphteram inſpexit*; id eſt pellem caprinam, in qua ſcribit omnia Iupiter.

Raphael Volaterr. circa finem libri.

Aliorũ quoq; prouerbia Ethnicorum cõtra diuinã prouidẽtiam.

Porrò in hanc ſententiam Pauli ita ſcribit Chryſoſtomus: *Nemo certans requiẽ quærat, nemo amplectatur quietem. Nefas eſt pugilem Dei vacare delicijs, non licet epulari luctantem. Luctamen quidem ſunt præſentia omnia, certamen, bellum, preſſura, anguſtia, ſtadium. Aliud eſt quietis tempus, hoc ærumnis deputatum eſt, atque ſudoribus: nullus vbi ad certamen ſe exuit, vinctusq; eſt, requiem quærit. Si enim inquiris requiem, quid te exuiſti? Cur iactaſti manum? Qua enim ratione hic requiem ſperes, cum libidinibus indixeris bellum, atq; aduerſus naturam pugnare perrexeris?*

Chryſo. ho. 8.

Miles Chriſtianus, teſte Chryſoſtomo, quomodo ad pugnãdum ſe debet comparare.

Sed addit Apoſtolus id, quòd ſeruos Dei maximè conſolatur, ne animũ deſpondeãt, ait enim: *Et ex omnibus eripuit me Dominus.* Id eſt, Fecit cum tentatione prouentum, vt idem alibi dixit.

Perſecutionẽ pro Chriſto patientiã magnũ ſolatium.

1. Cor. 10.

Ad poſtremum dicendum, Apoſtolum laudare in Timotheo ſtudium ſacrarum literarum ab infantia cœptum: ſicut parẽtes Suſannę commendantur apud Danielem, quòd filiam ſuam erudierint ſecundum legem Moyſi. Reuocat ei in memoriam ſuam in pietate educationẽ, & inſtitutionẽ, quòd à matre Iudæa, & fideli benè ſit edoctus, & in ſcholas infans traditus, & fidem cum lacte ſuxerit: vt ab ea ętate altas egerit radices & inualuerit. Nam vt habet Salomon: *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea:* & Ieremias, *Bonum eſt viro cũ portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Sicut contrà turpe eſt hominem à teneris in bono nutritum, in ſancta deficere. Hoc etiam Ethnici diligenter tradiderunt, dicentes, vt quem volumus ſtrenuum in aliqua arte, aut exercitio inſtituere, in illo ab infantia eum nutriamus. Et Quintilianus vult oratorẽ futurum ab ipſa infantia eſſe ad illam ſcientiã formandam. Adeò vt Cicero in li. de claris oratoribus, de Grachis, & Cornelia eorum parente aſſerat, eorum eloquentię multum maternum ſermonem contuliſſe. Vnde dixerunt multas in hãc rem ſententias. Hinc Horatius:

Timotheus quib⁹ ſtudijs deditus ab adoleſcentia.

Dan. 13.

2. Tim. 1.

Prouer. 22.

Thren. 3.

Infantiam ac pueritiã artib⁹ & diſciplinis plurimũ addiſcendis conducere.

Quintil. lib. 1 c. 2.

M. Tull.

Horat. ep. 2. ad Lollium, in fine. Virgil. lib. 2 Georg. circa medium. Plato non procul à princ. Idem lib. 7. de Reſpub.

Quo ſemel eſt imbuta, recens, ſeruabit odo-
rem
Teſta diu.

Et Maro.

Adeo à teneris conſueſcere multum eſt.

Plato in Timeo: *Quæ à pueritia*, inquit, *addiſcimus, quia cum voluptate, & iocunditate audimus, quaſi quaſdam literarum notas, quaſi indelebiliter inuſtas, diutiùs, firmuſq; meminiſſe ſolemus.* Et alibi affirmat, vt pueri minimè ad diſcendum cogantur. *Nec enim decet hominem liberum aliquam cum ſeruitute diſcere diſciplinam, quia nulla diſciplina violenta ſtabilis.* Hæc ille. Ideò Samuel puer in templo nutritur; & Salomon, *Verba Samuelis*, ait, *Regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua.* Alibi quoq; Timotheum Paulus hortatur, vt attendat lectioni. Ita mater Eunice multum contulit Timotheo. ¶ Et quia dicturus erat, finẽ ſibi iam inſtare; oſtendit per Sacrarum literarum ſtudium eum poſſe conſolationem accipere.

1. R[e]g. 2. Prou vlt. 1. Tim. 4. 2. Tim 1.

Ad 7. dubit. Scriptu[r]æ quẽadmodũ inſtituant ad ſalutẽ per fidẽ quę eſt in Chriſto Ieſu

Ambr. to. 5.

Quæ te poſſunt, inquit, *inſtruere ad ſalutem*, ſiue vt verbum Græcum habet, σοφίσαι, id eſt, ſapientem reddere, vel erudire, vt legit Ambroſius. Inſtruunt porrò ad ſalutem æternam, quam reſpiciunt. *Scrutamini*, inquit Dominus, *Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere.* Et hoc, *Per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu*: ducunt enim ad æternam nos ſalutem. Quod non ſine cauſa additum eſt: quoniam multi Iudæi, & Hæretici ſine Fide in Chriſtum dant operam Scripturis, nec tamen proficiunt. Hinc diſertiſſimus Philo ſine hac Fide Chriſti luſit in allegorijs Veteris Teſtamenti, non inuento oſtio earum, id eſt, Chriſto, vt notat Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum Manichęum cap. 39. Quicunque enim, ſiue Iudæi, ſiue Hæretici ſint, ſiue Catholici, vitijs tamen carnis, aut ſuperbię fumo cumulati ex Scripturis, quibus vacant, quæ difficiles, & obſcuræ ſunt, nullam vtilitatem, vel commodum hauriunt. Nulla eſt enim alia Scriptura, quæ tot laqueos & offenſiones pariat ipſis ſine fidei ſenſu lectoribus, atque ipſa Diuina: quia nõ videtur continere aliud, niſi quod quiſque præcogitat, aut affectat. Et planè ſine ſpiritu viuificante litera occidit. Hinc Dominus Apoſtolis: *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Hinc etiam tantus prouentus hæreticorum iſi Germania, & Gallia, vbi quiſque pro ſuo arbitrio ſacras literas frequentat, & commentatur.

Ioan. 5.

Scripturę quibus potiſſimũ difficiles ſint, & obſcuræ.

2. Cor. 3. Matth. 13.

Et fides hic ſignificat quidquid nobis, credendum eſt, ſiue materiam, & obiectum ad quod reſpicit fides. Sicut ſpes ponitur pro re quę ſperatur. Eſt autem Chriſtus lumen, & Sol quidam omnium ſcripturarum omnes tenebras, & vmbras pellens, lucẽ, ac vitam omnibus ingerens, homines illuminans, iuſtificans, & ſaluans.

Fides in Chriſto Ieſu, hoc loco quid. Scripturę vnde ſuũ lumẽ accipiant.

Scripturę quatuor vtilitates.

Subdit: *Omnis enim Scriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Vbi primum circa literam aduerte, in Græco textu non haberi illud, *enim*, ſed in Latino tantum; nec tamen propterea otioſum eſt. Reddit enim rationem Apoſtolus, cur vtilis ſit lectio Scripturarum. Et pro illis Gerundijs, quibus vſus eſt interpres, Græca habent, ad doctrinam, ad redargutionem, ad correptionem, ad eruditionem, licet idem ſit ſenſus.

Scriptura quomodo ſit diuinitùs inſpirata.

Et addit: *Diuinitùs inſpirata*, ſiue θεόπνευστος id eſt, non humano ſenſu ſcripta, ſed per Prophetas tradita, & immediatè per reuelationem Dei accepta. Vt enim tradit Petrus Apoſtolorum Princeps, *Voluntate humana non eſt allata aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto Dei inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines*: quod non conuenit Philoſophorum aut ſacrorum Doctorum libris: Nam etſi ſacri Patres, ac Doctores multa præclara, & omni fide digniſſima ſcripſerint, quæ meritò ſunt tribuenda Spiritui ſancto, qui illa eis ſuggeſſit, ſunt tamen interdum nõnulla minus certæ, & conſtantis veritatis, quædam verò probabilia, & interdum grauiores lapſus de rebus, quæ in Eccleſia ſuo tempore definita non erant: & ideò ad autoritatis pondus, & faſtigium, quale obtinent Scripturæ, non pertingunt: ita vt Biblia ſacra ſola digna ſint vt abſolutè dicantur Scriptura, iuxta illud: *Et nõ poteſt ſolui Scriptura*; & alibi: *Vt impleantur Scripturæ*: & iterum: *Dicit enim Scriptura Pharaoni*, & his ſimilia.

2. Pet 1.

Diuinarũ ex omnibus priuilegium Scripturarum.

Ioan 10. Marc. 14. & 49 & alibi. Rom. 9.

Scriptura quare diuinitùs inſpirata.

Dicitur autem diuinitus inſpirata, quia de Sacris, & Diuinis erudit, vt de vnitate Dei & Perſonarum Trinitate, de creatione mundi, eius prouidentia, de generis humani redemptione, reſurrectione, iudicio, & vita æterna. Iſtę ergò Scripturæ veritatem, & bona dogmata, & opera docent ignorantes, & arguunt reſiſtentes, errorem, falſitatem, & mendacium ſectantes, corripiunt fratres negligentes, vel delinquentes, errantes. Et inſtituunt, vel erudiunt, omnes rudes, ſimplices, incipientes, & proficientes, omnes denique hominum gradus.

Scriptura diuina in qua iuſtitia nos erudiat.

¶ *Ad erudiendum in iuſtitia.* Id eſt: In omni virtute. Nam etiam teſte Ariſtotele, iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem: nec ſiſtit, donec ad perfectionem perdu-

Philoſop. l. Ethic. c. 1. ſub fi. to. 3. in princ.

ducat: quæ eſt vt homo Dei ſit ad omne opus bonũ inſtructus, vel paratus. Et illud, *in iuſtitia*, reddendum eſt omnibus illis gerundijs, docendi, arguendi, corripiendi, & erudiendi, ſiue inſtituendi in iuſtitia.

Diuina eadẽ Scriptura quos doceat, & arguat: corripiat & erudiat.

Prouerb. 1.

Duæ primę cõditiones pertinent ad eos qui ſe profitentur aliquid ſapere. Si enim voluerint humiliari, & doceri, eueniet illis, quod Salomon ait: *Audiens ſapiens ſapientior erit*. Si verò nolint humiliari, ſed rationibus agere, & contendere: tunc Scripturæ ſuppeditant argumenta ad conuincendum illos. Si verò ſint inerudıti, & arrogantes, poterunt corripi, ſiue vt Græca vox ſignificat, redintegrari, ſi ſcilicet, quid eſt collapſum. Si verò ſint cupidi, & auidi Euangelij, erudientur, vel inſtituentur etiam elementari doctrina tanquam rudes.

Eadẽ illa vt reddat perfectum hominem Dei in iuſtitia.

Finis porrò Scripturæ eſt: *Vt perfectus ſit homo Dei in iuſtitia*. Id eſt: Conſummatus, & conſtans ex omnibus requiſitis ad perficiẽdum hominem Dei. Id eſt, Epiſcopum, vel Doctorem Chriſtianum: hic eſt enim homo Dei, vt ſuperiùs diximus, & vt ſit ad omne opus bonum inſtructus. Finis enim ſacrarum literarum eſt fides, fidei verò bona opera, quibus ſempiternam vitam conſequatur. Non ſolùm ergo paratus eſſe debet ad intelligendum, ſed ad operandum: quia Fides ſine operibus mortua eſt: quod hæretici non libenter audient, ſoli vtpotè fidei vanæ nitentes.

Scripturarũ finis.

Iacob. 2.

Perfectio iuſtitiæ quę propria hominis viatoris.

Ex hoc etiam loco perpende, hominem peruenire poſſe ad quandam perfectionem in hac vita, etſi non ſit par illi, quæ in præmium expectatur ab omnibus in patria: aut, quæ exacta fuiſſet olim in ſtatu innocentiæ, vbi mira erat tranquillitas carnis, & ſpiritus, corporis & animæ, hominis, & omnium animantium ſibi ſubditorum: quæ modò in Chriſto exiſtentibus non contingit. Talem tamen attingere poſſumus perfectionem, quæ lethale peccatum non admittat. Nam minutiora, & venalia, iuſtitiam, aut gratiam, aut charitatem non adimunt.

Caſtellionis neſcio cuius hæretici noſtræ tẽpeſtatis, indocta neſcio quæ, atque vaniſſima de ſecretiori Pauli doctrina ſibi ſoli reſeruata, confutatur doctrina.

Ex grege hęreticorum noſtri ſeculi, quidam eſt inſignis, Caſtellio dictus, qui Scripturas ex fontibus Hebræis, & Græcis interpretatus eſt: qui quidem meritò venit reprehendendus, quoniam docet Apoſtolum reconditiorem aliquam doctrinam habuiſſe, quam tamen ſcriptis non commendauerit, & ſolùm quibuſdam perfectis hominibus eam tradiderit; & verbum Dei non decidendis religionis controuerſijs non ſufficere, quocunque modo explicetur, ſed ampliorem aliquam reuelationem expectandam, vt illi obijcit Beza eius æmulus. Sed hic facilè videre poteris, quid ſit homo Spiritu Dei, & Eccleſiæ lumine deſtitutus: intolerabile enim eſt, vt Paulus quam accepit reconditiorem doctrinam, non ſcripto conſignauerit: fuiſſet enim alioqui infidelis depoſiti miniſter. Et quomodò hic diceret, ſacras Scripturas efficere hominem perfectum in iuſtitia? at qui perfectus eſt in iuſtitia, nulla amplius indiget reuelatione. Quòd ſi hæc feneſtra aperiatur ad expectandam aliquam ampliorem reuelationem, omnes hæretici ſuas iactarent reuelationes ad propugnanda ſua commenta, & figmenta. Sed relinquamus hos homines fanaticos, & Caſtelliones caſtella in aëre fabricantes, & redeamus ad Paulum.

Huius opinionis incommoda.

DISPVTATIO V.

In verba quarti capitis poſterioris epiſtolæ ad Timotheum: *Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt mortuos, & per aduentum ipſius, & Regnum eius: Prædica verbũ: inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina, &c.* reliqua vſque in fin. cap.

IN hoc capite primum ambigitur, cur Apoſtolus tanto verborũ pondere conteſtetur Deum, dum exhortatur, & adiurat Timotheum ad prædicationem verbi Dei. Deinde dubitatur, cur dicat, opportunè, & importunè; cùm tamen Spiritus ſanctus per Salomonem dixerit: *Omni negotio tempus eſt, & opportunitas*; & ad Titum idem Paulus: *Increpa eos durè*; &, *Argue cum omni imperio*. Cur item dixerit: *In omni patientia & doctrina*; cùm prædicatio verbi Dei ſine patientia, qua quidam vſque ad ſudorem patiuntur, & non ſine doctrinæ traditione peragatur? Tertiò in dubio eſt, quãdo fuerit illud tempus, quo ſana doctrina non ſuſtinebitur, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus? Nam ſi tunc erat, quare dicit de futuro, erit tempus: & ſi futurum eſt, quando cœpit? Quartò quid eſt, *In omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto*. Quintò, per illas duas metaphoras delibationis, & reſolutionis ſuæ, quid inſinuare velit Apoſtolus. Sextò circa illud: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui*, tria dubia occurrunt: Primum

Quæſtio I.

Secunda.

Eccleſ. 8.

Tit. 1.

Infrà 2.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

de iſtis metaphoris, quomodò applicandæ ſint. Secundum, quomodò ait, Certaui, cõſummaui, & fidem ſeruaui, de præterito, cùm adhuc ſupereſſet paſſionis, quam ſibi impendere prædixerat, magna conflictatio, tam moleſtum, & tam grande certamen, & vbi futurus erat acrior, & crudelior inimicus. Tertium, quomodò tanta fiducia audeat proponere anteactæ ſuæ vitæ merita, & non potiùs tanquam humilis, & modeſtus ſuorum pœnam deprecatur delictorum? hoc enim videretur magis tutum, & verum: vt qui in extremo iudicio dicturi ſunt: *Domine, quando vidimus te eſurientem, & pauimus, aut ſitientẽ, & dedimus tibi potum? &c.* Et cur potius vocauit iuſtitiæ coronam, quàm gratiæ, & miſericordiæ; cùm ſcriptum ſit: *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus?* Septimò, cur rogat Timotheum, vt ad ſe quàm primùm veniat, cùm cognoſceret ſibi mortem inſtare? Octauò, quis eſt iſte Demas, qui receſſit ab Apoſtolo: quis Creſcens qui abijt in Galatiam, quis Titus, qui in Dalmatiam, & quis Lucas, qui ſolus ſecum erat: quis Marcus in miniſterium aſſumendus, quis Tychicus Epheſum miſſus. Nonò, quæ ſit penula, quæ item membranæ, & qui libri, quos ad ſe adferri præcipit, quorum nullus futurus erat vſus, cùm iam inſtaret mors, vt putabat. Decimò, quare Alexandro ærario, imprecatur iuſtam à Deo punitionem: quia non eſt præceptis ſuis conforme, cùm capite 12. ad Roma. dixerit: *Benedicite perſequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere*; & verbis Domini: *Benefacite his qui oderunt vos.* Vndecimò, quæ ſit illa prima defenſio, in qua derelictus fuerat ab omnibus, & liberatus de ore leonis, & quę ſit ſecunda, cuius non meminit, & neceſſariò debet reſpondere priori. Duodecimò, cur ſalutat Priſcam, & Aquilam, qui non Epheſi, ſed Corinthi manebant; & cur ſalutet Oneſiphori domum, & quandó Eraſtus manſit Corinthi; cur etiam Trophimum reliquit languentem Mileti. Poſtremò qui ſint illi, Eubulus, Pudens, Linus, & Claudia, ſalutantes Timotheum cum Paulo: & quare ait: *Gratia vobiſcum*, & non potiùs vt in priori: *Gratia tecum, Amen.* Hæ ſunt huius capitis dubitationes minimè contemnẽdæ, quanquam facilè poſſint explicari.

Matth. 25. *Pſalmo 102.* Septima. Octaua. Nona. Decima. *Rom. 12.* *Matth. 5.* Vndecima. Duodecima. Decimatertia ac poſtrema.

Ad primum igitur reſpondemus, non ſatis fuiſſe Paulo ſimplici admonitione excitare Timotheum ad lectionem ſacrarum literarum, ex quibus hauriat quos & quæ docere debeat, & quos redarguere; quos item corripere atque inſtituere elementari doctrina debeat. Sed addit obteſtationem coram Deo, & homine glorioſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui venturus eſt ad iudicandum vniuerſos mortales, tam eos qui defuncti ſunt, quàm qui nunc viuunt: omnes tamen prius per conflagrationem vniuerſi præmorientur, & poſteà omnes tunc viui Chriſti tribunali ſiſtentur, vt dignam quiſque fidei ſuæ, & anteactæ vitæ ſententiam accipiat.

I. quæſt. ſol. De cauſa cõteſtationis hui' Apoſtolicæ. Chariſſime, conteſtor corã Deo, & Ieſu Chriſto, & reliq.

2. Cor. 5.

Per aduentum, inquit, ſiue, vt Græca vox ſignificat, per apparitionem, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, non autem παρουσίαν: quia non humilis, aut latens, vt prius, apparebit, ſed vt Rex, & iudex vniuerſorum, & cui Pater dedit omne iudicium, quia filius hominis eſt. Obteſtatur ergo per apparitionem, & regnum eius, cuius tunc plenam poſſeſſionem accipiet. Quare Rex vocatur in iudicio, ſecundùm illud: *Tunc dicet Rex ijs qui à dextris eius erunt, &c.* Et cum illatione iuxta Græcam literam habetur: *Obteſtor igitur coram Deo*: quæ eſt ſpecies adiurationis: nam obteſtatio irrefutabile facit præceptum, vt doceat Epiſcopos quid ſibi in periculoſo tempore ſit agendum, nimirùm id quod ſubdit: *Prædica verbum*: Ambroſius habet, Prædica hoc verbum, ſcilicet fidei, & hoc per te ipſum: quod & ab omni Epiſcopo, cui cura credita eſt animarum, exigitur, Et videtur Apoſtolus prænouiſſe, multos hoc munus Epiſcoporum detrectaturos, & ſomno potius, & otio vacaturos, qui hoc miniſterio minimè delectentur, nec præſentia ouiculas ſuas conſolantur: qui vel ſaltem vitæ exemplo conſortant, aut ſacrificio, & precibus corroborant: Eccleſia Dei prædicatione eſt orta, eius frequentatione nutrita, meritis & numero per vniuerſum orbem aucta, & multiplicata. Mors Eccleſiæ eſt verbum Dei non audire, à Sacramentorum perceptione abhorrere, ab ſtudio precandi alienos reddi, Epiſcopos dormire, & ſtertere, lupos hæreticorum Eccleſiæ ouile inuadentes, à caulis Eccleſiæ non repellere.

Ioan. 5. Per Chriſti aduentũ teſtificari quid. *Matth. 25.* Quod verbũ prædicandũ. *Ambroſius.* Vnde Eccleſia ſit orta, eius vita, & mors in quo ſita.

Ad ſecundum ait, *Inſta*, id eſt, Non ſis horarius, ſed in prædicatione aſſiduus eſto, & non ſis contentus paucis concionibus, per annum officium boni paſtoris præ te ferens, vel, Circumſpice, & obſerua ne quis peccet. ¶ *Opportunè, & importunè.* Hoc eſt, tempeſtiuè, & intempeſtiuè; vel, cùm ſe offert opportunitas ex parte audientium, ſiue ex parte prædicatoris: Siue importunè, cum minimè ſe offerre videtur occaſio, vt dum auditores mũdo, & genio vacant, obliti ſuæ quam profeſſi ſunt, religionis, & fidei: ita vt importunitas tẽperet opportunitatem, & opportunitas importunitatem. Et

II. quæſt. ſolutio. Inſtare quid opportunè, & importunè.

ſemper

Quib' opportunũ, & quibus importunum ſit verbum Dei
Theod par. 2.

ſemper verbum Dei bonis eſt opportunũ, malis verò importunũ. Pulcbra eſt Theoriti expoſitio: *Nihil quod ſit importunè, laudatur. Non iubet ergo eum ſine delectu, & temerè prædicare, ſed exiſtimare omne tempus ad id eſſe aptum, & opportunum. Hoc enim & ipſe quoque ſemper fecit, & in carcere, & in naui, & menſa appoſita: Teſtantur autem quæ Philippis, quæ in Troade, quæ in mari facta ſunt.* Hæc ille.

Inſtare quid item in omni patientia.

Quod autem ait: *In omni patientia* (vel, vt Græca vox ſonat, longanimitate) *& doctrina*, indicat prędicatorem patientem eſſe oportere, vt ferat æquo animo ad verbum Dei audiendum venire nolentes, & eos qui ſomnolenter, aut negligenter audiunt, aut eos, qui non ſolùm ſe ingratos, ſed etiam maledicos, verbi Dei obtrectatores oſtendunt. Ideò rectè exigit omnem patientiam. Non mucrone excommunicationis, & fulmine anathematis. Vnde Petrus ſcripſit: *Prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum; neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: Neque vt dominantes in cleris, ſeu aduerſus cleros, ſed forma facti gregis ex animo.* Et Paulus: *Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.* De talibus apud Ezechielem dicitur: *Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.* Cyprianus lib. 3. epiſtol. 9. in fine: *Magis optamus*, inquit, *& cupimus contumelias, & iniuriam ſingulorum clementi patientia vincere, quàm ſacerdotali licentia vindicare.*

Qui faciunt contra hoc Apoſtoli pręceptum Epiſcopi.
1. Pet. 5.
2. Cor. 1.
Eccleſ. 34.
B. Cypriani clementia.

Inſtandum quoque eſt in omni doctrina.

Exigit etiam omnem doctrinam, non tantùm ex Nouo, ſed etiam ex veteri Teſtamento depromptam. Ex externis etiam Doctor Euangelicus ad homines conuincendos aliquid poterit producere, vt interdum Paulus fecit.

Arguẽdi, qui obiectandi, & increpãdi.

¶ *Argue*, inquit, contendentes, ac reſiſtentes. ¶ *Obſecra*, vel exhortare timidos, infirmos, ac puſillanimes, ne nimia triſtitia abſorbebantur. ¶ *Increpa.* Pòſt vulnus illatum, adhibendo pharmacum. Nec increpandus ergo ſine doctrina, nec docendus ſine redargutione. Vtinã noſtri ſeculi concionatores, qui inſignes, ac nominati habentur, ad hanc Pauli regulam attenderẽt: non enim tantas ſapientiæ, & eloquentiæ humanæ opes proderent; nec tam curioſis, quàm bonis artibus ſatisfacere ſtuderent, nec tam nomini ſuo illuſtrando, quã Chriſti nomini amplificando, atq; ſanctificando incumberent.

Notãtur quidã noſtri ſeculi Concionatores.

Quod autem ad Titum ſcribit: *Increpa eos durè, & argue cum omni imperio*: cum his non pugnat. Erat enim Apoſtolus medicus amborum, id eſt, Timothei & Titi. Titus nimiæ erat patientiæ; ideò dubitat Paulus, ne ob ſuam mãſuetudinem non increparet delinquentes. Contrà verò Timotheum nouerat acrioris animi eſſe; quare rogat eum, ne vltra modum increpans, in deſperationem puſillanimes adducat. Erat manſuetioris ſpiritus Titus, feruentioris Timotheus: ideò illum per æmulationis ſtudium inflammat, hunc per lenitatem patientiæ temperat.

Ij loci Apoſtolici: Increpa eos durè, & argue cum omni imperio: quomodo accipiendi ſint.
Tit. 1.
Infra 4.

III Dubit. Solut.
De quo tempore dictum ſit: erit enim tempus, cũ ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, & quænam ſana doctrina.

Ad tertium dicimus: Etſi interdum ea inciderent tempora, quibus ſana doctrina non eſt recepta, & hæretica admiſſa: nulli tamen tempori perinde quadrat atque noſtro, quo omnes è ſepulchris, in quibus deliteſcebant, ſuſcitatæ videntur. Nam prima fidei principia, & articuli maximè exibilantur, vt Trinitas, quæ ab Hungaricis miniſtris excitata eſt: Chriſti diuinitas à multis in dubium reuocata: Scripturæ decurtatæ ſunt: Sacramenta, & numero, & fructu gratiæ deſtituuntur: Sacrificium Miſſæ proſcribitur à nefarijs hominibus, qui Sacramentarij vocantur, & Caluiniſtæ: Chriſtus extorris fit ab Euchariſtia: Primatus Petri à multis abnegatur: ſanctorum honor, & inuocatio eleuantur: Purgatorio, & indulgentijs à pleriſque detrahitur: liberum arbitrium, & bonorum operum merita proſcribuntur: Monachatus, & virginitas contemnuntur: Denique quid eſt in religione Catholica, quod noſtro ſeculo per nefarios errores non tentauerint hæretici conuellere, & labefactare?

Ad ſua quænam illi deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros.

Sequitur: *Sed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus:* Deſideria vocat concupiſcentias prauas, & effrẹnes, quę nolunt ſubijci legi Dei, ſed vitam amat licentioſam. Iſti coaceruant ſibi magiſtros, id eſt, indiſcretam, & confuſam doctorum multitudinem temerè, & ſine iudicio. Et dicendo, ſibi ipſis, oſtendit quod à diſcipulis conſtituantur magiſtri: res rationali dignitate indigna, quod à diſcipulis ad magiſtrorum ordinem promoueantur. ¶ *Prurientes auribus*, Græcè eſt Nominandi caſus, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. Eſt autem pruritus incendium carnis ſine effuſione ſanguinis, vel ſeminis. Ita verba hæreticorum pruritum faciunt in auribus auditorum. Et vt pruriens ſemper appetit fricari, ita iſti volunt audire verba, quæ voluptatem illiciunt: vt pedibus pruriunt, qui quieſcere nolunt; ita qui Athenienſium inſtar ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid noui. Pruriginem quidam vertunt. Et Deuteron. 28. dicitur: *Percutiet te Dominus vlcere AEgypti, &c. ſcabie quoque, & prurigine; ita vt curari nequeas:* qualem paſſus eſt Herodes intolerabilem per totum corpus extenſam, vt docet Ioſeph.

Idẽ quomodo prurientes auribus.
Actor. 17.
Deut. 28.
Qui prurient auribus.

lib. 3.

lib.3.de Bello Iud.cap.vlt.Platoni in Philebo, & Gorgia, eſt morbus dolore, ac voluptate mixtus: ſed plus doloris quàm voluptatis afferens.

Eſai 30.
Coaceruare magiſtros quid ſecundum Thom.
Lect. 1. à med.
Sapien. 6.
Prouerb 11.
Iacob 3.
Plures quando magiſtri fieri dicantur Auguſtino.
Aug. 10. 1. initio.

Eſtque non de Doctoribus, ſed de diſcipulis ſermo, quibus aures pruriunt, ſine ij, quibus voluptas pruritum titillat aurium, qui vellent ſcalpentes, & magiſtros, qui dicerent ſibi placentia, gaudentes audire quæ delectant. Porrò ſecundùm B. Thomam, magiſtrorum coaceruatio eſt, quando indigni, & inſufficientes multiplicantur, & magis coaceruatio eſt, ſi fiant quatuor indigni, quàm ſi centum boni: quia, vt habetur Sapient. 6. Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & iterum, Ibi ſalus, vbi multa conſilia. Et Iacobus frater Domini: Nolite plures, magiſtri fieri fratres mei. Quod tunc fieri exiſtimat Auguſtinus in Prologo Retract. cùm diuerſa atque inter ſe aduerſa ſentiunt: cùm verò id ipſum dicunt omnes, & verum dicunt; ab vnius veri magiſtri magiſterio non recedunt.

Chryſ. ho. 9.
Theophylact.
Epiſcoporū à vulgo notatu electio: ea quibus hodie paſſim in vſu.

Chryſoſtomus cum Theophylacto ex hoc loco docent, quàm ſit alienum à veterum Theologia, Epiſcopum à vulgo eligi, quod faciunt Lutherani. Nam ſi animo tuo colluſtres, quis Galliæ, aut Germaniæ ſuperioris, aut inferioris ſtatus, aut quid per totum Septentrionem credatur, videbis ante oculos expreſſam faciem huius Prophetiæ impletæ: tantus eſt Lutheranorum Doctorum, ſiue Anabaptiſtarum, ſiue aliarum hæreſeon numerus. Non enim errantes, ſed ſpontanei in errores quos volunt, labuntur, & quærunt magiſtros conuenientes, qui eiuſmodi dogmata ferant, ac tueantur.

De quibus dicatur: & à veritate quidē auditū auertent, ad fabulas autem cōuertentur.

Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Principium Hæretici eſt primùm dubitare de fide Catholica iam ſuſcepta, & à veritate Fidei, & legis, & Scripturæ, quia vitia damnat, recedere. Deinde præferre fabulas, id eſt, doctrinas falſas, & commentitias, quibus pleni erant Iudaizantes, ac diſcipuli Simonis Magi, & Manichæi; de quibus multa Epiphanius, Irenæus, & Auguſtinus.

Ad IV. dub. Quid eſt: Tu verò vigila, in omnibus labora, &c.

Sed quia contra hæreſes imminentes non minus ſoliciti eſſe debemus atque arcis alicuius cuſtodes, ne vlla proditione capiatur: proptereà adiungit quod quarto loco dubitatum fuit: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, &c.* Tu ſcilicet, Epiſcope in hoc poſitus à Deo, vt pro te, & animabus tibi creditis rationem reddas, vigilantia vtere, quæ neceſſaria eſt & paſtoribus, & militibus, qui tempus nocturnum in quatuor vigiliarum tempora diuidunt. Et nonniſi dormientibus hominibus inimicus ſuperſeminauit aizania. Et vt vigilantibus, non dormientibus iura ſubueniunt, ita lupi inuadentes greges, & hoſtes ſecretò irrumpentes detegentur. Sequitur: *Matth 13.*

Boni paſtoris officium.

In omnibus labora. Græcè κακοπάθησον; Id eſt, Tolera afflictiones, & aduerſa, vt paſtor æſtum, gelu, & incommoda tolerat pro tuendo grege: vt faciebat Iacobus. Hæc enim via eſt, qua te ipſum, & alios ſaluos facies. *Geneſ. 31.*

Opus facere Euangeliſtæ quid.
1. Cor. 1.

¶ *Opus fac Euangeliſtæ.* Id eſt, Euangeliſtæ: in quod ſe miſſum Filius Dei gloriatur Luc. 4. & Paulus cum ait: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare, ſiue in opere Euangelizandi perſeuera.* Et ait: *Miniſterium tuum imple.* Vt ſcilicet præſtes quod debes Domino, vt & quæ prædicas, animis auditorum indiuulsè hæreant. Græca vox eſt πληροφόρησον, ſicut etiam Coloſſen. 4. vbi idem præcipitur: pro quo aliqui vertunt: Facito plenam fidem prædicationis, patiendo mortem pro Euangelio: quod cum fit, plena fit probatio, & nihil amplius deſideratur.

Quid etiam: Miniſterium tuum imple.
Coloſſ. 4.

Soluitur V. dubium.
Illud: Ego enim iam delibor, quomodo accipiendum ſit.
Aug. 10. 4.
Chryſ. ho. 9.

Ad quintum dubium de illis metaphoris: Ego enim iam delibor (vel immolor, vt legit Auguſtin. ſuper Iudic. cap. 49. Græcè σπένδομαι, quod eſt, pro libamento offero meipſum in hoſtiam. Et ſignificat perfectam hoſtiam, teſte Chryſoſtomo, quæ tota abſorbetur. Vnde non dixit hoſtiam, ſed, σπονδὴν, id eſt, libamen, quod ſacratius erat: nam in hoſtijs quædam pars Deo cedebat, libamen verò totum Deo ſeruabatur.

Explicatur hæc altera metaphora: Et tempus reſolutionis meæ inſtat.
B. Cyprian.
Orig. ho. 14. ante med. 1.
Luc. 12.

¶ Et declarans hanc ſacrificij metaphoram, apponit aliam pleniorem, quæ eſt: *Tempus reſolutionis meæ inſtat.* Cyprianus lib. 2. epiſtol. 6. legit, aſſumptionis, & videtur in Græco inueniſſe ἀναλήψεως, non ἀναλύσεως. Origenis interpres Latinus ſuper Numeros, & reſolutionis, & regreſſionis legit, quia vtrumque ſignificat ἀνάλυσις. Et qui enim redit, dicitur ſoluere, iuxta id Lucæ 12. *Quando reuertatur à nuptijs*: & reditus, ſeu reuerſio, reſolutio dicitur. Eſtque duplex, & animæ, vel ſpiritus ad Deum, & corporis in puluerem, & pulueris in terram ſuam, vnde erat. Et deſignat mortem, in qua corpus reſoluitur in terram, vnde ſumptum eſt, & reditum ad Chriſtum, qui creauit, vt habetur Eccleſiaſt. 12. Plato ſiquidem in Gorgia, & Phœdone, mortem non ſolùm rerum dominam, ſcilicet, animæ, & corporis ſolutionem vocat, ſed & permutationem quandam, & tranſmigrationem animæ ab hoc in alium locum. Idem Plutarchus ad Apollionum, vbi Epicharmi verſiculus citatur: *Concretum*, inquit, *& diſcretum, eoq; iterum receßit, vnde ac-*

Duplex reſolutio.
Eccleſ. vlt.

In morte duo ſunt, ſecundùm Platonem.

Epicharmi de morte ſententia.

ceßit,

ceßit, terra in terram, aër in ſublime: qui conuenit cum hac Apoſtoli ſententia, & illa Salomonis producta. Eſtque vox diſſolutio in hac re non tantùm Chriſtiana, ſed & Ciceroniana. Vnde libr. 1. de Legib. *Mors*, inquit, *eſt diſſolutio animæ*. Et libr. 2. de Finibus: *Quæro quid ſit, quòd cum diſſolutione, id eſt, morte ſenſus omnis extinguitur*. Et lib. 1. de natura Deorum: *Mortale igitur omne animal, ac diſſolubile*; & Paulus: *Cupio diſſolui*; rurſus ait: *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, &c*. Homo igitur per mortem, non totus ſolet interire, aut annihilari, ſed tantùm ſoluuntur vincula, quibus animus corpori colligatus eſt.

Quid mors Ciceroni.

Philip. 1
2. Cor. 5.

Mors igitur in Nouo Teſtamento non tantùm dicitur reſolutio, ſed etiam diſſolutio, & dimiſſio, iuxta illud: *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine*; ſomnus, dormitio, tranſitus ex hoc mundo ad Patrem, depoſitio tabernaculi, & ſimilibus alijs nominibus appellatur.

Mortem Scriptura quibus ſoleat nominibus appellare.
Luc. 2.
Pſalm. 126.
2. Mach 12.
Ioan. 11.
Infrà 13.
2. Pet. 1.

Et præter has duas metaphoras adiunxit alias tres, nempè, *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui*. Docet etiam, laborũ & certaminum curſus mortem eſſe finem: ideò deſideranda eſt, & vbi venerit, amplectenda. Tribus ergo ſimilitudinibus deſcribit totum vitæ ſuæ curſum. Primò, enim bonum certamen certauit, ex perſecutore, & lupo factus prædicator, & propugnator Euangelij. In quo certamine feliciter victus fuit à Chriſto; & agnoſcens manum Domini, dixit: *Domine, quid me vis facere?* Certauit autem poſtea pro Chriſto, & Euangelio contra Iudæos, & Gentiles, & contra hæreticos inſurgentes, imò contra dæmones, de quibus ipſe dixit: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*. Et Romæ præcinctus catena decertauit contra Neronem, & coronã cœleſtem promeruit ſimul cum Petro Apoſtolorum principe. Et hoc Romæ, in qua moris erat victores triumphare. Eſt autem pulchrum certare pro bono, de quo Sapiens: *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*. Et Iudas Apoſtolus: *Deprecans ſupercertare ſemel traditæ ſanctis fidei*; Paulus etiam: *Sic pugno, non quaſi aërem verberans*.

Ad VI. dub. Paulus Apoſtolus vt bonũ certamen certauerit.

Actor. 9.

Epheſ vlt.

Paulus quando coronatus à Domino.

Eccleſ. 4.

Iudas.

Secunda metaphora de curſu conſummato, ſumpta eſt à ludis Olympicis, in quibus qui curſu anteuertit, præripit alijs palmam, vt alibi dixit: *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium*: at in curſu Euangelico vnus accipiens brauium, alteri parat poſt ſe currenti vt perueniat. Et rurſus in via Dei, quia cum feſtinatione curritur, iuxta illud: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*. Curſum ergo prædicationis mihi iniunctæ, vel bonæ actionis, quo ad cœleſte brauium properabam, abſolui.

Quomodo Paulus curſum conſummauerit.
1. Cor. 9.

Pſalm. 118.

Tertia metaphora eſt à depoſitario ſumpta, de quo: *Fidem ſeruaui*. Non tantùm illam qua quis credit in Chriſtum, & iuſtificatur, ſed etiam fidelitatem, de qua: *Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam*; &: *Hic quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*. Cui Dominus dicet: *Euge ſerue bone, & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui*. Seruauit ergo in finem vſque depoſitum Apoſtolatus, & puritatem doctrinæ, & chariſmatis accepti in ordinatione ſua, de quibus illud intelligi poteſt: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*. Pulchrè Auguſtinus hæc verba ponderans Apoſtoli, ſcribit: *Reddet*, inquit, *mihi Dominus coronam iuſtus iudex. Debet ergo quod reddit. Reddet ergo iuſtus iudex. Non enim opere inſpecto poteſt negare mercedem, qui opus inſpicit. Bonum certamen certaui, opus eſt: ſupereſt mihi corona iuſtitiæ, merces eſt. Sed in mercede tu nihil agis, in opere non ſolus agis. Corona tibi eſt ab ipſo; opus autem abs te, ſed non niſi in ipſo adiuuante*. Hæc ille.

Fidem & qua ratione idem ſeruauerit Apoſtolus.
Matth. 24.

1. Cor. 4.

Matth. 25.

Apoc. 2.

Serm 14. de verb. Apoſt. c. 2. 10. 10.

Ad aliam propoſitam dubitationem, quomodo nondum finito curſu, necdum certamine completo, Paulus dixerit de præterito, *Certaui: conſummaui, fidem ſeruaui*. Dicendum eſt, quòd certus ac ſecurus gaudet, quia de futuri certaminis victoria certum eum & ſecurum iam fecerat Deus, qui eandem ei paſſionem futuram reuelauerat: at quod futurum eſſe præſumpſit, tanquam iam factum indicauit, & ita tandem euenit, etſi non ſtatim euenerit, vt ipſe putabat, & putare debebat, quia vt dicemus, ſuperuixit per decennium, & reuelationem acceperat, quòd eſſet ad gloriam æternam venturus, ſed non quo tempore, an ſcilicet tunc, an poſt decennium. Et vt Chriſtus ingreſſus eſt in Ieruſalem triumphans cum palma & oliua, & acclamatione quòd eſſet Rex Iſraël, quia poſt reſurrectionem non expediebat ſe illis oſtendere; ita Paulus canit epinicion ante conſummationem victoriæ: de qua tamen certiſſimus fuit, quia ei Dominus adfuit, & confortauit eum; qui cum Propheta dicere poterat: *Dominus mecum eſt quaſi bellator fortis: idcircò qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer*.

Qui nondũ certarat, nec cucurrerat, Apoſtolus, quàm verè ſe bonum certamen certaſſe, & curſum aſſerit conſummaſſe?

Simile Chriſti factum narratur.
Matth. 21.

2. Tim 4.

Ierem 20.

Ad prætactam dubitationem ſexto loco

pro-

Quo itẽ modo ad omne opus bonum paratum.

quid cedat in honorem Dei ad alios cõquirẽdos. ¶ *Ad omne opus bonum paratum.* Vt ſi nõ ſemper ſit, aut occurrat benè operandi occaſio, promptus tamen ſit animus ad prædicationem, ad Sacramenta adminiſtranda ad virginitatem, ad martyrium, ad eleẽmoſynas erogandas.

Altera vaſorum illorum explicatio non inepta.

Poſſemus & alio modo interpretari pręſentem locum: vaſa ſcilicet eſſe quędam aurea, quędam argentea, quędam verò lignea, & fictilia; & hæc ſunt numeroſiora propter varios vſus: & tamen omnia bona ſunt: ita in Eccleſia Dei vaſa quędam firma ſunt, vt priora: quędam infirma, vt poſteriora. Et ſi nullo modo liceat figmento, vel luto; figulo dicere, *Quid me feciſti ſic?* multò minus homo dicere hoc poteſt contra Deum, qui omnia optimè, & ſapienter diſponit, etſi non omnia æquali bonitate conſtent, ſed vnum ſit melius altero, & iniquiſſima eſſet querela hominis illius, qui nihil eſſe vellet minus bonum, ſed equè in vniuerſo bona omnia: at iam deſineret eſſe illud vniuerſum, quod non compleretur omnibus bonis, & omnibus varietatum gradibus.

Rom. 9.

Sap. 8.

Mundus cur veniat nomine vniuerſi.

Sed prima differentia eſt penes materiam, ſecunda penes vſum: quia quędam ſunt in honorem, quædam in cõtumeliam. Sed prima differentia attenditur penes maiorem, vel minorem gratiam; ſecunda penes liberum arbitrium, cuius eſt vti vaſe. ¶ Vnde ne quiſquam crederet hunc vſum eſſe à ſolo Deo, & non à libero arbitrio: ſubiũgit: *Si quis ergò emũdauerit ſe ab iſtis*, Scilicet doctrinis, & ſui ipſius abuſibus. ¶ *Erit*, Id eſt, efficietur Dei dono, & liberi arbitrij aſſenſu, *Vas in honorem ſanctificatum*, Id eſt, mũdatum à peccato. *Et vtile Domino*, In ſuis membris, quorum ſalutem quærere, & promouere debet. Et tam hic, quam ad Rom. 9. vbi eſt ſermo de figulo faciente vaſa, ſemper in hominis arbitrio, ponit eſſe vas honoris, vel dedecoris. Et per hæc quæ clariora ſunt, & planiora, interpretanda ſunt illa obſcuriora, quæ habentur in Epiſtola ad Romanos. Vt teſtatur Origenes li. 3. περὶ ἀρχῶν, id eſt, De principijs. *Si quis ergò emundauerit ſe ἐκκαθάρῃ*, id eſt, penitus expurgauerit, vt Chryſoſtomus ponderans prępoſitionem ex animaduertit. *Ab iſtis.* Scilicet Hymenæo & Phileto. Vel profanis vaniloquijs, erroribus, & vitiorum ſordibus: at hoc quomodò potuiſſet Apoſtolus dicere, ſi non poſſet ſe emendare? Quòd cum ſine gratia fieri nequeat, certè indicatur nulli Deum gratiam ſubtrahere, niſi tãtùm nolenti, & reſpuenti illam. ¶ Et licet in aureis, & argenteis, intelligamus vaſa in honorẽ; in ligneis verò quę cõburuntur, & in

Cum dicitur Si quis ergo emũdauerit ſe ab iſtis, quid ſignificetur.

Rom. 9.

Orig. l. 3. peri ... tom. 1.

Chryſ. hom 6.

A quibus ſe rurſus homo futurus vas in honorem ſanctificatũ, & vtile Domino, ſe debeat emundare.

fictilibus quę franguntur, intelligat Auguſtinus ex Cypriano vaſa in dedecus: tamen ipſemet li. 2. Retract. c. 18. magis probat, quòd etiam ex Tyconio animaduertit, in vtriſq; intelligendum, quędam in honorem, non ſola ſcilicet aurea, & argentea, & rurſus in vtriſq; quædam in contumeliam: non vtique ſola lignea, & fictilia. Ideò enim Apoſtolus non dixit: *Iſta ſunt in honorem, illa verò in contumeliam*, ſed; *quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam*: nã Iudas cum vas aureũ eſſet prius, poſtea verò à ſeipſo factus eſt vas in contumeliam. Hinc Chryſoſtomus ait: *Vides vt non natura, carnaliſue neceſſitatis ſit, aureum eſſe, vel fictilem, ſed noſtræ tantùmodo voluntatis? Vas erat fictile Paulus, ſed euaſit in aureum, vas fuit aureum Iudas, ſed in fictile conuerſum eſt.*

B. Aug. lib. 7. cõtra Donat. c. 51. l. 7 Idem to. 1. in prin.

Quare Apoſtolus dixerit quędam vaſa eſſe in honorẽ, quędã verò in cõtumeliã: non autẽ iſta vaſa ſunt iſta verò in contumeliã, teſte Auguſt. *Chryſ. ibid.*

Subdit: *Iuuenilia autem deſideria fuge: ſectare verò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem; & pacem.* Hæc adiunxit, ne quis fiat vas in ignominiam: nã deſideria Hymenęi, & Phileti talia erant, quia ſuperba animoſitate ſtudebant videri docti. Et ideò fuge eiuſmodi inanis gloriæ expetitionem, in qua eſt philautia, & philoncia. ¶ Alij interpretãtur, deſideria iuuenilia, affectus ad carnem; vt, piſcari, venari, aucupari, varijs luſibus, calullis, & riſibus: quibus omnia negatiua pręcepta comprehendit. Sed hæc omnia homini Dei ſunt fugienda, maximè verò paſtori, qui alios regere debet.

Iuuenilia deſideria, Timotheus quę fugere debebat.

Alter ſignificatus iuuenilium deſideriorum.

Et illi vitæ veteris hominis, opponit Chriſtianam, & Euangelicam iuſtitiam, ſiue iuſtificationem, quæ conſiſtit in Fide, Spe & Charitate, & pace, & de qua iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum: iuſtitiam etiam ad proximos: nam iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem, vt Ariſtoteles dixit.

Iuſtitiam ſectari quam iubetur Timotheus.

Rom. 5.

Philoſoph. li. 5. Ethic. c. 1. prope fin. to 3.

Sol. 13. quæſt.

Ad decimamtertiam dubitationem reſpondemus Apoſtolum repetere præceptũ vitandi ſtultas quęſtiones, & ſine diſciplina ſiue ineruditas, hoc eſt enim ἀπαιδεύτους, quales ſunt ſunt Iudaizantium, aut hæreſes ſcentium quę non procedunt ex fidei fundamento: vt ſi quis negans reſurrectionem, quæreret cuius erit vxor in cœlis quę pluribus nupſit in hac vita, quomodò Sadducæi diſputarunt; aut, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? vt Capharnaitæ.

Timotheo rurſus cur ſtultæ, & ſine diſciplina quæſtiones iubentur vitandæ, & quales illæ ſint.

Matth. 22.

Ioan. 6.

Addit: Sciens quia generant lites (ſiue rixas) ſeruum autem Domini non oportet litigare (aut rixari, ſed manſuetũ eſſe ad omnes. Sanè nullus erat fructus ex huiuſmodi ſtultis diſputationibus, quia fides non ex illis oritur, ſed magis ex precibus, & orationibus. Qui etiam aſſiſtebant diſputationi, offendebãtur

Quam verũ ſit, eiuſmodi quæſtiones gignere lites, & contentiones.

inter-

ma habebant, nutabant, & animo vacillabant: & Catholici qui modeſtius agebant, habebantur victi. Vt rectè dixerit Salomon: *Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus: Omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs.* Et ob has cauſas Apoſtolus hoc præceptum inculcauit. Ad omnes ergò qui volunt diſcere, oportet eſſe manſuetum, aliòqui incorrigibiles vitandi ſunt, vt docet ad Titum 3.

Prouerb. 20.

Tit. 3.

Seruus Dei qui docibilis, Apoſtolo.

Ad poſtremum vt reſpondeamus, prius quod pręcedit, explicãdum eſt. Vult igitur Apoſtolus ſeruum Dei placidum eſſe ad omnes etiam contumelioſos. ¶ *Docibilem.* Id eſt Appoſitum ad docendum, nam Græcè eſt Διδακτικόν. Ita 1. Tim. 3. dixerat: *Oportet Epiſcopum Doctorem eſſe:* vbi idem eſt Græcũ verbum. Maximinus Arrianus Epiſcopus dicebat: Nõ ſum talis Arrianorum Epiſcopus, vt emendationem non accipiã cum Epiſcopum pręcipiat Apoſtolus docibilem eſſe. Is autem docibilis eſt, qui quotidie diſcit, & meliora diſcendo profi. it: teſte Aug. lib. 1. in eum, c. 14. Idem etiam lib. 4. De Baptiſmo contra Donatiſt: c. 5. initio. *Vir,* ait ſanctus Cyprianus, *Non ſolum doctus, ſed etiã docibilis, quod in laude Epiſcopi quem deſignat Apoſtolus, ſic intellexit ipſe, vt diceret etiam hoc in Epiſcopo eſſe diligendum, non ſolum vt ſciẽter doceat, ſed etiam vt patienter diſcat.* Idem habet li. 5. c. 26. in princ. Cypriani ergò eo loco lectionem, & expoſitionem ſuam veteres fecerunt, & Hęretici, & Catholici, qui hic *Docibilem* legit, & contra Creſconium Grammaticum li. 3. c. 78. Et idem eſt, docibilis, & docilis, ſicut æquale, & ęquabile, rationale, & rationabile, exitiale, & exitiabile.

1. Tim. 3.

Docibilis quis item Auguſtino.
B Aug. to. 6.
Idẽ to. 7. init
D. Cypria. ad Pōpeium, contra Epiſtolã Stephani prope finem
Idẽ Aug. eod. tomo.

Patientem Gręcè ἀνεξίκακον. Epitheton vel titulus eſt Herculis ἀνεξίκακος. Et ſignificat, tolerantem iniuriarum, ſiue malorum, vel tolerentem impios, & proteruos. Debet etiam Doctor patienter fructũ expectare ab auditoribus. Quòd ſi benè patiẽtes eſſe debent qui annuntiãt, & vt ait Salomon, Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi, id eſt ad ea, quæ contra eum delinquuntur, conniuere, & diſſimulare, iuxta illud Apoſtoli; Maledicimur, & benedicimus perſecutionem, patimur & ſuſtinemus: Patientiam debet habere Doctor, & prædicator, ſi piſcatores ſępè per totum diem, & noctem iactantes rete nihil capiunt.

Seruum Dei quid eſſe patientem. Quibus de cauſis ſeruũ Dei, atque Doctorẽ oporteat eſſe patientem.
Pſal 91.
Prouer 19.

Et cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt. Gręcè non eſt verbũ, veritati, nec in multis Latinis codicibus emẽdatis: etſi meritò ſuppleri poſſit, quia de diſputationibus circa fidem eſt ſermo. In maximũ verò incidunt periculũ, qui non horrent veritati notę reſiſtere, ignari an fortè Deus det illis pœnitentiam ad ſalutem. Nã de alijs peccatis videtur certa pœnitentia promiſſa à Deo, nõ autem huic peccato, de quo Dilectus dixit: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatũ ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

Reſiſtentes veritati quate corripiẽdi.

1. Ioan 5.

Subdit. *Ne quando* (Gręcè eſt Μήποτε, id eſt, ſi quando) *Deus det illis pœnitentiã ad cognoſcendam veritatẽ.* Ecce cui rei reſiſtebãt nimirum veritati: nam per pœnitentiam acceptã à Deo, digni redduntur, vt agnoſcant quam impugnabant veritatem.

Effectus pœnitẽtię, cognitio veritatis.

Et vltimò ſubiũgit illud, de quo fuit dubitatum: *Et reſipiſcãt à diaboli laqueis à quo captiui* (ſiue vt Gręca vox ſignificat, capti) *tenentur ad ipſius voluntatem.* Hæretici incidũt in laqueos extenſos à diabolo peſſimo venatore, qui captiuos retinet obcęcatos, ne poſſint videre veritatẽ, & induratos, ne cognitam ſectentur, Et in hoc loco oſtẽditur Hæreticos pro gratia, & benignitate Chriſti, conuerti poſſe ad Deum, etiamſi de hæreſiarchis rariſſimũ ſit. Porrò Hęretici captiui tenentur: quia Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, &, *A quo quis ſuperatus eſt; huius & ſeruus eſt:* ſiue, vt legit Auguſtin. in Enchiridio, *huic & ſeruus addictus eſt:* quia nõ eſt in hominis poteſtate ſe eripere, qui iam ſe ei ſubdiderit per peccatum mortiferũ, maximè autem per hęreſim. Thucydides lib. 5. Belli Peloponneſiaci: *De hominibus,* inquit, *ita natura neceſſitate comparatum eſt, vt quis et dominetur, quẽ ſuperauerit. Quam legem neq; primi omnium tulimus, neq; nouam vſurpamus.* Eſt ergò iuris Gentium hęc lex. Hinc autor operis imperf. in Matthęum: *Omnes homines,* inquit, *antequam peccemus, liberũ quidem habemus arbitrium, ſi volumus ſequi voluntatem diaboli, an nõ. Quod ſi ſemel peccantes obligauerimus nos operib. eius, iam noſtra virtute euadere nõ poſſumus, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tẽpeſtas voluerit: ſic & homo diuina gratia auxilio perdito per peccatũ, agit quod nõ vult, ſed quod diabolus vult. Et niſi Deus valida manu miſericordia ſua ſoluerit eũ, vſq; ad mortẽ in peccatorũ ſuorũ vinculis permanebit. Ergò noſtra quidem volũtate, & negligẽtia alligamur, ſed per Dei miſericordiam abſoluimur.* Hæc ille, qui etiam pulchrum aliud ſubiungit exemplum. Idem rurſus: *Sicut ingenuus homo ſi diutius in poſſeſſione, vel domo potentis alicuius, & violenti fuerit commoratus, per poſſeſſionem longi temporis riſu capit eũ in ſeruitute: ſic & homo ſi diutius fuerit in poſſeſſione diaboli, vſu longi tẽporis vedicat ſibi dominium ſuper eũ, ita vt nemo poſſit à dominatione diaboli liberare, niſi ſola potentia Dei.* Hæc ille. ¶ Homo tamen, etiamſi ſponte, & volun-

Ad 14. dub. Hæretici ſi à diabolo captiui detinentur, libero vt conſtant arbitrio.

Hęreſiarchæ rariſſimi cõuertuntur.
Ioann. 8.
2. Petr. 2.
B Aug c. 30. to. 3. ſub init.
Hæreticorũ præſertim, & aliorũ peccatorũ ſub dæmone quã iſta captiuitas.
Thucydid.
Hom. 37. to. 2. operum.
D. Chryſoſt.

Peccatoris ſub dæmone qualis ſit illa captiuitas.

Idem ho 30. prope fin.
Quo etiã modo, peccato Sataniccam contrahat ſeruitutem.

Hic ſoluitur 14. dub. propoſita.

Hæretici ſi à diabolo captiui detinentur, libero vt conſtant arbitrio?

& voluntate ſe in diaboli captiuitatem ingeſſerit, non propterea libero priuatus eſt arbitrio, quia id amitti non poteſt, tametſi nequeat per ſeipſum ad Deum redire, niſi fuerit vocatum, & adiutum à Deo. Et propterea dixit: *Si quando Deus det illis pænitentiam*, non autem, Si quando eos pœniteat, & reſipiſcant à diaboli laqueis, & dicant cũ Dauide: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*, agnita Dei gratia in veritate delecta. Sed dixit: *Ne quando Deus det illis pænitentiam*, iuxta id: *Ignoras quoniam benignitas Dei ad pænitentiam te adducit?* vt ponderat Auguſt. lib. 5. in Iulianum, c. 4. in princ. Eſt enim reſipiſcere, quaſi Re, ſiue iterum ſapere, & ad ſanam mẽtem redire. Nam vel vna ſola dogmatis alicuius particula auerſus à Deo, diaboli laqueo ſubijcitur: vt paſſerculus ſi vel extrema pedis particula comprehendatur, captiuus tenetur.

Pſal. 123.

Rom. 2.

B. Aug. to 7. circa med.

Reſipiſcere, Quid: Quomodo etiam vel vnum Fidei denegans articulũ nihilominus à dęmone teneatur captiuus.

Subdit deniq;: *Ad ipſius voluntatem*, Grecè eſt ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, hoc eſt, ad illius (ſcilicet Dei) voluntatem: nec enim plus poteſt dæmon, qui Dei miniſter eſt in iram quam id quid Deus illi permittit. Vnde & ad tentandum Iob, facultatem prius poſtulauit. Et amplius ſub ſuo iure non detinet, niſi quantũ illi conceſſum à Deo fuerit. Exemplo ſit Valentinianus primus, qui à militibus electus, vt Imperij ſibi ſocium aſciſceret, rogatus, reſpondit: *Veſtrum quidem ſunt, vt priuatum me ad Imperialem extolleretis dignitatem: res autem adminiſtrare, non iam veſtri, ſed Principis ipſius arbitrij eſſe, vos ipſi quoq; dixeritis. Vos deinceps imperata facere, & quietos eſſe, me autem quid facto opus ſit, curare decet.* Ita Nicephor. libr. 11. cap. 1. prope finem.

Ad cuius volũtatẽ hęretici detineãtur captiui Dei, an dæmonis.

Iob 1. & ſeqq.

Imperatoris Valentiniani ad milites vt ſibi collegam adiũgeret poſtulantes prudens & acuta reſponſio.

Nicephor. Calliſt.

Obſeruandus eſt hic locus contra Nouatianos, negantes pænitentiam lapſis. Deinde conſidera, diſputatio cum Hæreticis, quem finem habere debet, vt magis conſiſtat in aduerſarijs ad Fidem conuertendis, quam iniurijs iactandis, & immodeſtis verbis. Lege Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium, c. 78. Cuius hæc ſunt verba: *Ecce Apoſtolica manſuetudo, cum quibus placidè, patienter modeſtèq; agi præcepit, eos ipſos dicit à diabolo captiuatos, nec tamen quam commendabat, amiſit lenitatem, quia eam quam docebat, tacere noluit veritatem.*

Nouitianorũ hęreſis à Paulo damnatæ.

Catholicorũ quę ſuſcipitur cum Hæreticis diſputatio, qualis eſſe debeat.

B. Aug to. 7.

(.)

DISPVTATIO IIII.

In verba 3. cap. Epiſtolæ poſterioris ad Timotheum. *Hoc autem ſcito, quod in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erũt homines ſeipſos amantes cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi*, &c. in finem vſque cap.

PAVCA ſunt; & illa quidem leuia, quæ in hoc capite poſſent in dubium reuocari; ſed ne nihil dicamus, primò ambigitur de verborum iſtorum connexione, & cur Prophetam agat Apoſtolus, prænuntiant futura mala. Deinde qui ſunt ij nouiſſimi dies, quibus inſtabũt tẽpora periculoſa, an illi Pauli, an verò dies poſt Pauli mortem. Tertiò quę ſit iſta catena vitiorũ, cuius caput eſt: *Et erunt homines ſeipſos amantes:* finis verò, *Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Quartò vnde accepit Paulus, quę tradit de Iãne, & Mambre quòd reſtiterint Moyſi, cùm in Scripturis non habeantur. Quintò circa illud, *Vltra nõ proficient*, quæritur quomodò verum ſit, cũ ſuperius dixerit, *Multum proficient ad impietatem:* & infra: *Seductores proficient in peius.* Sextò, cur ſuas Apoſtolus Timotheo cõmemorat virtutes, & eas illi imitandas proponit. Videtur enim hoc arrogantiæ ſymbolum eſſe, & ſibi ipſi contradicere, qui alio loco dixit: *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendo meipſum.* Septimò quomodo Scripturæ nutriant fidem illam, quæ eſt in Chriſto Ieſu; vt ſit etiam Scriptura vtilis ad illa quatuor, id eſt, ad arguendum, docendum, corripiendum, & erudiendum in iuſtitia.

I. dubium,

Secundum. & tertium.

Quartum.

Quintum. dubium.

2. Tim. 3. Infrà 3.

Sextum.

Philip. 3.

Septimum.

Ad primũ ſpeciatim ſuperiori capite diſſeruerat de falſis Doctoribus, & de vaſis in ignominiam à ſeipſis formatis, quorum ſermones voluit vitari quaſi cancri morbum depaſcẽtẽ omnia, quę in corpore ſana ſunt, iam generatim prędicit, vt propheta quæ ventura ſint, nempè nunquam defuturos improbos, & ſceleſtos homines, & nõnullos, qui falſa dogmata tueantur in aliorum perniciem. & Eccleſię Catholicę perturbationẽ. Cùm ergò dixiſſet, In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia: hoc ad ſuum tempus nõ adſtringit, ſed ad nouiſſimos dies Meſſiæ, à ſuo videlicet tempore ad diem vſq; iudicij, ne Timotheus offendatur. Nam à tempore Abel vſq; ad Chriſtum, ſemper fuerũt mali bonis permiſti; & eo plus, quò magis ad finem appropinquatur.

Soluitur I. dubitat. De filio orationis Paulinæ.

Ad

Solut. 2 dub. Nouiſſimis dieb⁹ in quibus inſtabũt tempora periculoſa.

Gen. 49.

Ad ſecundnm dubium: Nouiſſimi dies à Propbetis,& Apoſtolis dicuntur aduentus Meſſiæ vſque ad iudicium: de quibus multa Iacob filijs ſuis futura prędixit: Congregamini, inquit, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in dicbus nouiſſimis, eſtque primus, qui locutus eſt de nouiſſimis diebus. Hinc Petrus Acto. tempus M ſſiæ deſignatum tradit per nouiſſimos dies Ioëlis, qui in totum orbem extenduntur, quia dixit: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*. Idem quaque Petrus dixit, *Paratam reuelari in tempore nouißimo*. Et B Paulus in priori Epiſtola nouiſſima tempora vocat conſummationem ſeculorum. Et de extremo horum dierum meminit Chriſtus, cum dixit, *Ego reſuſcitabo eum in nouißimo die*: Martha etiam, *Scio*, inquit, *quia reſurget Lazarus, frater meus in nouißimo die*, Ioannes item, *Nouißima hora eſt*. Iu his nouiſſimis diebus, & propinquis extremo diei iudicij maximè nos verſamur, & periclitamur propter innumeras, & varias hæreſes, & mores corruptiſſimos, in quibus quia abundat iniquitas, refrigeſcit charitas multorum: ita vt iu Eccleſia in breuiſſimis borarum ſpatijs anguſtata regnent omuia peccata, & poteſtas malignorum Spirituum, qui impunè vagantur, vt cogitare poſſimus, quia modicum tempus ſibi ſuppetat ad complendam malignam voluntatem: vt iam rara ſit pura Fides, & innocens atque integra vita, & incredibilis Prælatorum dormitantia. Vt is qui hæc non videat, communi ſenſu carere, iudicari valeat, & breui inſtare d ē Domini, aut ſaltem inſigne aliquod, & horrendum flagellum, quo à tanto ſomno negligentiæ quaſi lethargo quodam excitemur. ¶ Periculoſa tempora Græcè vocat καιροὺς χαλεποὺς, quę ſunt moleſtę, & acerbæ occaſiones: nam tempora bona, vel mala dicuntur, ex his quæ in his contingunt per Metonymiam.

Ioel. 2.
1. Petr 1.
1. Tim 4.
Nouiſſima tēpora quęnam Apoſtolo.
Ioan. 6.
Infrà 11.
1 Ioann. 2.
Nouiſſimi illi dies quare periculoſi.
Matth. 24.
Apoc. 12.
Quid propriè Apoſtolo ſint tēpora periculoſa.

III. quęſt ſol. Homines qui erunt ſeipſos amares in diebus nouiſſimis.

Tertio dubio reſpondemus: *Et erunt homines ſeipſos amantes*. Gręcè habetur, ἔσονται γὰρ, & particula Et, pro quia, frequenter accipitur tropo Hebræo. Et quod ait: Erunt homines ſeipſos amantes, Græcè vna voce dicitur φίλαυτοι, id eſt ſui amātes, & ſibi placentes, & proprijs commodis ſtudentes, & id vnum curantes, vt relicto communi bono, quod charitas, & iuſtitia dictat, ſibi benè ſit. Et vt ait Ariſtoteles lib Moral. Malè *audiunt fœdo infamiæq́; cognomine*. Et ſemper hic amor ſui ipſius cauſa, & fons malorum, ac peccatorum extitit, vt Plato docet libro De legibus. Et idcircò hoc loco, vt anteſignana omnium vitiorum prænominatur. Ambroſius hic vertit ſui tantum amatores. Et intellige ſui amantes, nimium ſcilicet prætermiſſo Deo, & Proximo. Nam amor proprius radix eſt omnium malorũ in regno diaboli, qui tali amore ardēs, ac deperiēs perdidit ſcipſum, & omnes qui ei adhæſerunt. In hũc ſenſum dixit Dominus: *Qui amat animã ſuam, perdet eam: & qui odit animã ſuã in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eã*. ¶ *Cupidi*, ſcilicet pecunię. Ambroſius habet, auari; Auguſtinus, amatores pecuniæ. Primus fœtus philautiæ eſt auaritia, ſicut charitatis omnia bona. Gręcè eſt φιλάργυροι. ¶ *Elati*. Gręcè ἀλαζόνες, Ambroſius, *Inſolentes*; Hieronymus in Michęã *faſtidioſi*, vel potius *faſtuoſi*: quę vox Gręca ad iactantiã ſpectat: quia iactabũt diuitias, nobilitatē, ſciētiam, &c. ¶ *Superbi*. Id eſt, qui præ ſe alios deſpiciunt: vt Simon Magus, & Lutherus. ¶ *Blaſphemi*. In Deum, & Sanctos, & in Eccleſiam maledici. ¶ *Sceleſti*. Græcè ἀνόσιοι, id eſt, ſine pietate, & ſanctitate; Ambroſius vertit, *Impy*. ¶ *Sine affectione*. Gręca habent ἄστοργοι, id eſt, qui nullo affectu ſunt in ſuos vel parentes, vel liberos, vel vxores; & ideò redduntur infideli deteriores. ¶ *Sine pace*. In Græco eſt; ἄσπονδοι, id eſt, neſcij fœderis, & amicitiæ, id eſt, inconfœderabiles. Vnde bellũ irreconcilıabile vocant Græci ἄσπονδον πόλεμον. Et hoc quantum attinet ad alienos, & extraneos. Fœderũ etiam violatores. ¶ *Criminatores*. Græcè Διάβολοι, id eſt, delatores, ſiue calumniatores. ¶ *Incontinentes*. Græca vox eſt ἀκρατεῖς. Et Ariſtot. lib. 7. Ethic. diſtinguit inter intēperantes, & incontinentes: alij autem non diſtinguunt, ſed generatim intelligunt eos, qui ſe à vitijs linguæ, ventris, & cæterorum omnium non ſe cōtinent, Cicero pro Cælio: *Is multa*, inquit, *de incontinentia, intemperantiaq́; differuit*. ¶ *Sine benignitate*. Gręcũ eſt verbum ἀφιλάγαθοι id eſt, qui nō ſunt amici bonis, & ſanctis viris. Eſt enim videre permultos, qui nihil afficiuntur virtutibus, aut bonarum literarum ſtudioſis. ¶ *Proditores*. In Gręco eſt, προδόται, id eſt, deſertores amicitię, & ſodalitatis. Vel proditores, id eſt ſecretorum alterius detrectatores. *Qui ambulat*, inquit, *fraudulēter, reuelat arcana: qui aũt fidelis eſt, celat amici cōmiſſum*: &, *Audiſti verbũ aduerſus proximum; cōmoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet*. ¶ *Proterui*. Προπετεῖς Gręcè; id eſt præcipites, ſiue temerarij ¶ *Tumidi*. Græcum eſt verbnm Τετυφωμένοι, id eſt. Inflati, inde typho, id eſt tumentes apud B. Auguſt. libr. 11. de ciuit. Dei, c. 33. & alibi paſſim. Et ſignificat eos qui ſibi videntur inſignes in re quapiam, aut in opinione, quã de ſe concipiũt, & ideò intumeſcunt. ¶ *Voluptatum amatores magis quam Dei*. Iſta eleganter Græcè di-

Philoſophus li 9 c 8. ante med to. 3.
Malè qui audiant apud Philoſophũ.
Plato li. 5. de legib. to. 2.
Ambr to 5. ſub finem.

Apoc. 12.
Ioan 12.
Matth. 16.
Aug ſer. 47. de diuerſis, c. 2. & alibi to. 10.
Homines itē qui cupidi, qui Elati.
Hier. li 2 in Michæã in c. 7. ſub ini. to. 6.
Qui vero ſuperbi, blaſphemi atq; ſceleſti.
Homines rurſus qui ſine affectione, ſine pace.
2. Tim 3.
Criminatores quoq; & incōtinentes.
Philoſophus c. 8. to. 3 init.
M Tull.
Homines etiam qui ſine benignitate & Proditores.
Prouer. 11.
Eccl. 19.
Proterui qui Tumidi.
Aug. to. 5.

Voluptatum amatores magis quam Dei quales Apoſtolo.
B. Cypr. lib. de vnita. Eccl. à medio.
Epiph in Hæreſin 26. poſt med.

cũtur: φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι: Cyprianus, Voluptates, ait, magis quam Deum diligentes. Fides enim abſq; operibus forma eſt abſque virtute, corpori vita deſtituto, picto, ficto, mortuo ſimilis. Et videtur hæc quadrat in familiam Simonis Magi: nam hunc locum citat Epiphanius, & aſſerit dictũ propter Gnoſticos diſcipulos Simonis: ideò iſta etiam ad Pauli tempus ſpectabant. ¶ *Habentes ſpeciem, vel formam quidem pietatis.*

Hæretici quomodo ſpeciẽ quidẽ pietatis habeant: virtutẽ aũt eius abnegent.

Quia profitentur Chriſtianitatem, & vitam regularem, & Sacerdotium. ¶ *Vim aũt, ſiue virtutem eius* (quę non eſt inſignita bonis operibus) *abnegantes.* Factis ſcilicet. Et hos vult deuitari à Timotheo. Erant ergò eo tẽpore tales homines, & ſunt hoc tempore multi, & ita putemus nós in ea tempora Pauli incidiſſe. Perpende etiam, omnia vitia, etiam maxima celari poſſe ſpecie, & forma pietatis. Et ex his multos iam eſſe ait, qui penetrent domos, & in alienas domos ſe ingerãt impudenter. Vnde illud Eccleſiaſtici: *Pes fatui facilis in domum proximi.* Hinc Satyrographus dixit:

Vnde conſtet vitia interdũ tegi & colorati poſſe virtutibus.
Eccl. 21.
Iuuen.
Iulius Capitolinus in fine vitæ eius.

Scire volunt Secreta domus, atq; inde timeri.

Omulus quidam apud Iulium Capitolinũ reſpondit Imperatori Antonino Pio. *Cùm in alienas ædes veneris, & ſurdus, & mutus eſto.* Et cum Sergio Galbo apud Ciceronem Libo dixiſſet: *Quãdo tandem de triclinio tuo exibis? Cùm tu,* inquit, *de cubiculo alieno.* ¶ *Qui penetrant,* inquit, *domos.* Vt occultè doceant. *Et captiuas ducunt mulierculas.* Id eſt, dogmatibus ſuis faciunt ſibi eſſe obnoxias, vt poſſint prædicando penetrare per aulas, & gynecia, id eſt, domos fœminarum, quò viris non licebat ingredi. Addit: *Oneratas peccatis.* Quia niſi malæ conſcientiæ eſſent, nequaquam paterentur ſe in hæreſes abduci. Et vt dæmon per fœminam Euam captiuauit Adamum virum eius, ita modò per mulieres oneratas peccatis proprijs & alienis facit, dum illæ adminiſtræ fiunt hæreſeon, & ſpirituum ſeductorum: de quibus lege exemplum Valentini apud Irenæum lib. 1. c. 9.

In alienas domos veniens, qualis eſſe debeat.
M. Tull. li 2. de orat. inter med circiter & finem.
Hæretici cur penetrarent domos alienas, & captiuas docerent mulierculas.
Cur illæ mulieres eſſent oneratæ peccatis.
Gen 3.
B Irena.
Amb. hoc loco, to 5.

Ambroſius hæc ita Hæreticis omnibus fecit cõmunia, vt tamen Manichęis prę cæteris congruerent. *Quia nulli,* inquit, *tã importuni, tam fallaces, tam captioſi ſunt quam ipſi, quos conſtat aliud colere, & aliud profiteri: aliud intus gẽrere, & foris aliud vẽdicare.* Nam hi ſordidi, & impuri mulieres inueniebant, præ vanitate nouum aliquid audire deſiderantes, quibus pręter ea quæ placida ſunt, fœda ſuadebant, & illicita.

Eadẽ Arrianis quoq; conuenire.
Hiſt. Tripar.

Deinde de Arrianis ſcribit hiſtoria Tripart. libr. 1. cap. 13. in princip. ex Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Cõſtantinopolitanum epiſtola: *Vrbes circumeunt, curſitant, nihil aliud agenes, quam vt literis amicitiæ obtentu, & nomine pacis per hypocriſin, & blãditijs datis & acceptis mulierculas paucas à ſe iam deceptas, ſeducant, peccatis oneratas, & impudicas, inhoneſtas: quibus etiam interuenientibus, lites, & iudicia Catholicis intendebant, cum iuuenculis ſuis vicatim diſcurrentibus, Chriſtianiſmũ oberectationi exponebant, atq; traducebant.* Hęc ibi ferè. ¶ Tertiò Euſeb. lib. 7. c. 26. *Tales,* inquit, *mulierculas ſubornârat Paulus Samoſatenus, & inſtituerat in medio Eccleſia magno die Paſche, de ſeipſo pſallere, ſeq; concionantem non audire tantum, ſed & plauſu, & clamoribus indecorè, ſeditioſèq; laudare, ſic inſultârat mulierculaꝛum non ſolum domos, ſed & in animo penetrâ Epiſcopos ſuperbia pluſquam gigantea.* Hęc ille propemodum.

Paulus Samoſatenus mulieculaꝛum qualis & ipſe ſeductor extiterit.
Euſeb. to. 1.

Quartò cum eiuſmodi fœminis Donatiſto paſſim commiſti fuerunt contra omnem ordinem, diebusq; ac noctibus peruagati: vt ſcribit contra Parmenianum Augu. lib. 2. c. 3. & 9. Taxat etiam Circumcellionũ inter vinolenta conuiuia liberam cum fœminis maritos non habentibus comitandi, vagandi, iocandi, bibendi, & pernoctandi licentiam, vt habes apud Auguſt. eodem li. & cap. 9.

Donatiſtas itidem mulieculas abduxiſſe.
Aug. to 7. in princ.

Poſtremò Hieronym. ad Creſiphontem aduerſus Pelagianos: *Simon Magus,* inquit, *hæreſim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarũ repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Appelles Philemonem ſuarũ comitem habuit doctrinarum. Montanus, immũdi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maxillam, nobiles, & opulentas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit, Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius, vt orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſq; fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq; ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum: cui iuncta Galla, non gente, ſed nomine germanam huc illucq; currentem, alterius, & vicinæ hæreſeos reliquit hæredẽ. Nunc quoq; myſterium iniquitatis operatur. Duplex ſexus vtrunq; ſupplantat.* Et infra propè finem: *Magiſtrorum ſilentia profert rabies diſcipulorũ. Quod audierunt in cubiculis, in tectis prædicant: vt ſi placuerit auditoribus quod dixerint, referatur ad gloriam magiſtrorum: ſi diſplicuerit, culpa ſit diſcipuli: non magiſtri. Ideò creuit veſtra hæreſis (nimirũ Pelagiana) & decepiſtis plurimos maximè eos, qui adhærent mulieribus, & ſciunt ſe peccare non poſſe: quia ſemper docetis, ſemper*

Quos præterea Hieronymus hæreticos mulieꝛculaꝛum ſeductionis inſimulet.
Hier. paulò à principio to 2. poſt med.
2. Theſſ. 2.
Matth. 10.
Mores Pelagianorum.

nega-

Idem in illud: A ſeculo non eſt auditum, &c 10.3.

negatus. Idem in Eſai.c.64.tradit per Hæreticos Luſitanię mulierculas fuiſſe deceptas, oneratas peccatis,quæ ducuntur deſiderijs varijs,ſemper diſcentes , & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, vt Baſilidis,Balſami atq; theſauri,Barbelonis quoque,& Leuſiboræ, ac reliquorum nominũ portenta ſuſciperent. De qnibus diligentiſſimè vir Apoſtolicus ſcribit Irenæus, Epiſcopus Lugdunenſis,& martyr, multarũ origines explicans hæreſeon , & maximè Gnoſticorum,qui per Marcum Ægyptium Galliarum primùm circa Rhodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles fœminas deceperunt,miſcentes fabulis veritatem,& imperitiæ ſuæ nomen ſcientiæ ſuæ vendicantes.Et in Ierem.29.c.ex ſententia Hebræorum ait,quòd Achabus & Sedechias pſeudoprophetæ (duo nimirum illi Preſbyteri teſtes iniqui Suſannæ, ſic vocati) mulieres decipiebant, dicentes quia de tribu erant Iuda,Chriſtum de ſemine ſuo eſſe generãdum:quæ illectæ cupidine, prębebant corpora ſua quaſi matres futuræ Chriſti: quos frixit Rex Babylonis in igne.Falſi ergò ſunt Doctores, qui quò liberius ſeducant, priuatim in domibus docent.Ego,inquit Dominus,palàm locutus ſum mundo,ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt,& in occulto locutus ſum nihil.Id eſt:veritas non amat angulos.Pulchrè profectò Bernard. *Stat,* inquir, *Scriptura veritas. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum reuelare (ſeu inueſtigare) ſermonem. Nõ vis tu reuelare? Non ergo vis Deum glorificare.*

B. Irena. in libro contra Valentinum.

Idem in illud Ieremiæ: Hæc dicit Dominus exercituũ, & reliq. Ierem. 29.

Duorũ teſtiũ Suſannę falſorum nomina muliebres ſeductiones; eorundé pœna. *Dan. 13.*

Hęreticos priuatim tantũ decẽtes falſos eſſe doctores. *Ioan. 18.*

B. Bern ſerm 61. in in Cãtica, ante med. Prouerb. 25.

Sed priuatim (aiunt) Dominus docuit ſuos diſcipulos,& Nicodemũ ſolùm Ioan. 3.Sed id ea cõditione fecit,vt quod in tenebris eis prædicauerat,dicerent in lumine;& quo in aure audierant , prædicarent ſuper tecta. Nec in templo tantum, ſed & circa domos prędicauerant Euangelium. Et circa domos panẽ frangebant,ſed quando aliter pręIudęorum metu non eis licebat facere.Penetrat Ananias domum Iudæ; ſed à Domino ad quęrendũ Paulũ miſſus.Penetrat Cornelij domum Petrus; ſed eiuſdem per Angelũ Chriſti iuſſu, & à Cornelio acerſitus.Paulus introiuit domũ Lydiæ purpurariæ,ſed coactus. Intrat domum Titi, ſed iuſti & colentis Deum. Intrat domum Philippi Euangeliſtę, Epheſios quoq; per domos publicè docuit.

Cur Domin' diſcipulos interdũ priuatim docuerit. *Matth. 13. & ſeq. Ioan. 3. Matt. 10.*

Act. 2. Infra 9. Infra 10.

Infra 16. Infra 18. Infra 21. Supra 20.

Sequitur in textu: *Quæ ducuntur varijs deſiderijs.* Nempè pecuniæ,gloriæ,iactantiæ, deliciarum,& voluptatum, quas conſultò ſuppreſſit; vt virum, qui ſeducitur, & ad hæreſes trahitur,inſinuet verè eſſe mulierculam,quia: *Varium* vt Poëta dixit) *& mutabile ſemper Fœmina.* Et mulieres nunc hæc, nunc illa cupiunt,nũc quæ tenent,faſtidiũt & alijs nouis oblectantur.Et vt quidam dixit, *Nolunt vbi velis, volunt vbi nolis.* Et ideò tales tam in Scripturis,quam in profanis autoribus dicuntur multiuolæ.Eccleſiaſtes 9. *Ne reſpicias,* inquit, *mulierem multiuolam; ne fortè incidas in laqueos illius:* & Catullus ad Mallium:

Quibus illę mulierculæ ducerẽtur varijs deſiderijs ſecundum Apoſtolum.

Virg. li. 4. Æneid à med.

Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.

Catull Epigram. 63.

Semper, inquit, *diſcentes.* Id eſt, diſcere cupientes, *Et nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Ἐλθεῖν δυνάμενα, id eſt, peruenire valẽtes. Ex deſideriorũ enim varietate ſemper migrant ab appetitu diſcẽdi in cupiditatem nõ perdiſcendi,nec vni rei inſiſtunt. Nec vituperat Paulus ſemper diſcere; vnde Solonis dictum à Cicerone laudatum: *Seneſco ſemper multa addiſcens.* Et Seneca ad Lucilium fratrem: *Tamdiu diſcendũ eſt,* inquit, *quamdiu neſcias, & ſi prouerbio credimus, quamdiu viuas. Nec vlli hoc rei magis conuenit, quam huic, Tamdiu diſcendum eſt, quemadmodum viuas, quamdiu viuis.*

Mulieres etiã cur illæ ſemper diſcentes nũquã tamẽ ad ſcientiam veritatis peruenirent.

Tul. li. de ora. Senec. lib 10. ep. 77. init.

Ad quartũ circa illud de Ianne & Mambre (vel Iambre,quia Gręcè dicitur Ἰαμβρῆς nam vtrumq; ponitur in Hebræorum nominũ interpretatione)qui reſtiterũt Moyſi,vnde Paulus acceperit,nõ ſatis eſt exploratum. Hinc quidam occaſionem acceperunt reijciendi hanc Epiſtolam,quaſi non eſſet Pauli,quòd ex apocryphis libris citauerit.Sed infirma ratio eſt: nam non propterea quòd in apocryphis inuenta ſint, ſunt reſpuenda quæcunque in apocryphis continentur.Nam & Epiſtola Iudæ fratris Iacobi citat ex apocrypho libro Noë aliqua quæ non erant apocrypha, de corpore Moyſi.Origenes tract.35. in Matth. *Apoſtolus,* inquit, *Scripturas quaſdam ſecretorum profert,ſicut dicit alicubi: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit.In nullo enim regulari libro hoc poſitum inuenitur , niſi in ſecretis Heliæ Prophetæ. Item quod ait: Sicut Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi,non inuenitur in publicis Scripturis, ſed in libro ſecreto,qui ſuprascribitur Iannes & Mambres liber.Vnde auſi ſunt quidam Epiſtolam ad Timotheum repellere quaſi habentem in ſe textum alicuius ſecreti,ſed non potuerunt.* Hęc ille. Sed Gelaſius librũ hunc appellatum Iamne & Mambre,reijcit.c.Sancta Romana Eccleſia.diſt.15. Meminit etiam horũ Numenius Philoſophus citatus ab Euſeb. Cæſar. lib.9.de prępar.Euang.c.3: *Iamnes & Labres Aegyptij erant,viri magicis artibus adeò præpotẽtes,vt Muſæo Iudæorũ duci,viro Deo coniunctiſſimo,ſoli reſiſtere poſſe à cunctis Aegyptijs iudicati ſint. Multas enim calamitates, quas Muſæus*

Quarta ſolutio quæſt. Vnde Paulus nouerit Ianne,& Mambre Moyſi reſtitiſſe.

Poſteriorẽ ad Timotheum reijciendi Epiſtolã, ineptiſſima quorundam ratio reijcitur. *Iud. 9. Orig inter med. & finem homilia 10. 1. Cor. 2. Eſa. 64.*

Gelaſius I.

Iamnes & Mambres ſeu Labres quales illi fuerint.

Paulus Antiochię qualia paſſus.

regit ꝓpoſitum, etſi arduum. Et hæc fides pait. *Longanimitatem*, in ſperãdo à Deo præmi vitæ æternæ, vel in Hæreticis expectanlis. ¶ *Dilectionem*, erga Deum & Proximos. *Patientiam*. Erga flagra', & frigus ac nuditatem ac ſitim. ¶ *Perſecutiones, paßiones*. Quia in illis mihi affuiſti. ¶ *Qualia mihi facta ſunt Antiochia*, &c. Rem reſpexit, nõ verba; cùm alioqui debuiſſet dicere, Quales mihi factæ ſunt, ſcilicet perſecutiones, & paſſiones quas ſuſtinui Antiochiæ Piſidiæ, non Syriæ vbi lapidatus eſt, & quaſi mortuus relictus. ¶ *Iconij*. Quæ etiam ciuitas eſt Piſidiæ. ¶ *Lystris*. Lycaoniæ. Act. 13. & 14. Et hoc non tantum mihi, ſed etiam tibi, & omnibus pietatis ſectatoribus commune eſt multa pati. Quod imprimendum cordi, & ſæpius rememorãdum, ne dilaſſemur. Nullus Chriſti ſeruus eſt ſine perſecutionibus: & qui nondum eſt illas expertus, nondũ in Chriſto cœpit piè viuere. Pugnandum eſt cum infidelibus, cum Hęreticis, cum falſis fratribus turpis vitę exemplo alios corrumpentibus, cũ carne, & illecebris eius, cũ domeſticis & parentibus, &, quod omnibus maius eſt, cum diabolo mille nocendi artibus inſtructiſſimo. Idcircò in vniuerſum dixit: *Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur*. Hic perpende, quòd non tantum dixit, ij qui piè viuunt, ſed ij qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu; vt inteligas etiam eos qui melioris vitę votum concipiunt, tentationes, & perſecutiones perpeti; vt exemplo nobis eſſe poſſunt filij Iſrael, qui volentes deſerere Ægyptum, & Pharaonem, ab eo flagellati ſunt, & miris modis vexati. Magna etiam perſecutio, & tentatio eſt, cum putamus nos extra omnẽ eſſe tentationem, & perſecutionem, & deniq; accidere ea videmus in hòc mundo, vt ſæpè infideles quererentur de Dei prouidẽtia. Hinc autore Plutarcho interrogationes apud Cratippum Philoſophum, quomodo deorum facta ſe haberent victore Cæſare Romanę libertatis oppreſſore? *Et quo* (inquit Cratippus) *modo Pompei, quo ne ſigno demonſtremus, melius te fortuna vſurum, ſi viciſſes?* Brutus apud eundem Plutarchum pugna Pharſalica victus præſentibus amicis, nocte obſcura cœlum ſtellis ornatum aſpiciẽs dixit duos locutus verſus, quorum alterum Volumnius ſcripſit: *Iſta Iouem haud lateant, quiq; horum eſt cauſa malorum*. Idem ſecundũ Dionem Caſſium, recurrens ad mortẽ, alta voce recitauit Herculis dictũ: *O infelix virtus, ita ne, cum nihil quam nomen eſſes, ego te tanquam rem aliquam exercui, cum tu fortunæ ſerviueris?* quib⁹ dictis, gladio incubuit. Beroaldus apud Suetonium, & Volaterranus libr. 16. vulgatum diſtichon recitat Tonſoris cuiuſdam Auguſti:

Act. 14.
Supra 13.

Cum quibus hoſtibus ſit nobis pugnandum.

Omnes qui piè viuere volunt, cur inquit Apoſtolus, non, Omnes qui piè viuũt, perſecutionem patientur.
Exod. 1.

Noſtra quæ magna perſecutio, atque tentatio ſit.
Plutarch.

Idem.
Bruti impiæ voces de diuina prouidentia.

Dio Caſ. libr. 47. in fin.

Raphael Volaterr. circa finem libri.
Aliorũ quoq; prouerbia Ethnicorum cõtra diuinã prouidẽtiam.

Marmoreo tumulo Licinus iacet, at Cato paruo,
Pompeius nullo; credimus eſſe deos?

Ex hac origine oriũtur Athei, & Epicurei: hinc Gentiliũ ſententię de vltione diuina. *Nunc dij beati* (vox gratulantis) *quoties nocentibus digna contigiſſet vindicta*. Et contra probrum, *Si res malis ſint proſpera*; &, *Serò deorum molunt molæ: Dij laneos pedes habent: Ad deorum aures perueniunt: Iratus Iupiter nouit: Serò diphteram inſpexit*; id eſt pellem caprinam, in qua ſcribit omnia Iupiter.

Porrò in hanc ſententiam Pauli ita ſcribit Chryſoſtomus: *Nemo certans requiẽ quærat, nemo amplectatur quietem. Nefas eſt pugilem Dei vacare delicijs, non licet epulari luctantem. Luctamen quidem ſunt præſentia omnia, certamen, bellum, preſſura, anguſtia, ſtadium. Aliud eſt quietis tempus, hoc ærumnis deputatum eſt, atque ſudoribus: nullus vbi ad certamen ſe exuit, vinctusq; eſt, requiem quærit. Si enim inquiris requiem, quid te exuiſti? Cur iactaſti manum? Qua enim ratione hic requiem ſperes, cum libidinibus indixeris bellum, atq; aduerſus naturam pugnare perrexeris?*

Chryſo. ho. 8.
Miles Chriſtianus, teſte Chryſoſtomo, quomodo ad pugnãdum ſe debet comparare.

Sed addit Apoſtolus id, quòd ſeruos Dei maximè conſolatur, ne animũ deſpondeãt, ait enim: *Et ex omnibus eripuit me Dominus*. Id eſt, Fecit cum tentatione prouentum, vt idem alibi dixit.

Perſecutionẽ pro Chriſto patientiã magnũ ſolatium
1. Cor. 10.

Ad poſtremum dicendum, Apoſtolum laudare in Timotheo ſtudium ſacrarum literarum ab infantia cœptum: ſicut parẽtes Suſannę commendantur apud Danielem, quòd filiam ſuam erudierint ſecundum legem Moyſi. Reuocat et in memoriam ſuam in pietate educationẽ, & inſtitutionẽ, quòd à matre Iudæa, & fideli benè ſit edoctus, & in ſcholas infans traditus, & fidem cum lacte ſuxerit: vt ab ea ętate altas egerit radices & inualuerit. Nam vt habet Salomon: *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*: & Ieremias, *Bonum eſt viro cũ portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*. Sicut contrà turpe eſt hominem à teneris in bono nutritum, in ſancta deficere. Hoc etiam Ethnici diligenter tradiderunt, dicentes, vt quem volumus ſtrenuum in aliqua arte, aut exercitio inſtituere, in illo ab infantia eum nutriamus. Et Quintilianus vult oratorẽ futurum ab ipſa infantia eſſe ad illam ſcientiã formandam. Adeò vt Cicero in li. de claris oratoribus, de Grachis, & Cornelia eorum parente aſſerat, eorum eloquentię multum maternum ſermonem contuliſſe. Vnde dixerunt multas in hãc rem ſententias. Hinc Horatius:

Timotheus quib⁹ ſtudijs deditus ab adoleſcentia.
Dan. 13.
2. Tim. 1.

Prouer 22.

Thren. 3.
Infantiam ac pueritiã artib⁹ & diſciplinis plurimũ addiſcendis conducere.

Quintil. lib. 1 c. 2.

M. Tull.

Horat. ep. 2. ad Lollium, in fine. Vergil. lib. 2 Georg. circa medium. Plato non procul à princ. Idem lib. 7. de Repub.

Quo ſemel eſt imbuta, recens, ſeruabit odorem
Teſta diu.

Et Maro.

Adeo à teneris conſueſcere multum eſt.

Plato in Timeo: *Quæ à pueritia*, inquit, *addiſcimus, quia cum voluptate, & iocunditate audimus, quaſi quaſdam literarum notas, quaſi indelebiliter inuſtas, diutiùs, firmiuſq; meminiſſe ſolemus.* Et alibi affirmat, vt pueri minimè ad diſcendum cogantur. *Nec enim decet hominem liberum aliquam cum ſeruitute diſcere diſciplinam, quia nulla diſciplina violenta ſtabilis.* Hæc ille. Ideò Samuel puer in templo nutritur; & Salomon, *Verba Samuelis*, ait, *Regis. Viſio quæ erudiuit eum mater ſua.* Alibi quoq; Timotheum Paulus hortatur, vt attendat lectioni. Ita mater Eunice multum contulit Timotheo. ¶ Et quia dicturus erat, ſinẽ ſibi iam inſtare; oſtendit per Sacrarum literarum ſtudium eum poſſe conſolationem accipere.

1. Reg. 2. Prou. vlt. 1. Tim. 4.

2. Tim. 1. Ad 7. dubit. Scripta æ quẽadmodũ inſtituant ad ſalutẽ per fidẽ quę eſt in Chriſto Ieſu. *Ambr. to. 5.*

Quæ te poſſunt, inquit, *inſtruere ad ſalutem*, ſiue vt verbum Græcum habet, σοφίσαι, id eſt, ſapientem reddere, vel erudire, vt legit Ambroſius. Inſtruunt porrò ad ſalutem æternam, quam reſpiciunt. *Scrutamini*, inquit Dominus, *Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere.* Et hoc, *Per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu*: ducunt enim ad æternam nos ſalutem. Quod non ſine cauſa additum eſt: quoniam multi Iudæi, & Hæretici ſine Fide in Chriſtum dant operam Scripturis, nec tamen proficiunt. Hinc diſertiſſimus Philo ſine hac Fide Chriſti luſit in allegorijs Veteris Teſtamenti, non inuento oſtio earum, id eſt, Chriſto, vt notat Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum Manichęum cap. 39. Quicunque enim, ſiue Iudæi, ſiue Hæretici ſint, ſiue Catholici, vitijs tamen carnis, aut ſuperbię fumo cumulati ex Scripturis, quibus vacant, quæ difficiles, & obſcuræ ſunt, nullam vtilitatem, vel commodum hauriunt. Nulla eſt enim alia Scriptura, quæ tot laqueos & offenſiones pariat ipſis ſine fidei ſenſu lectoribus, atque ipſa Diuina: quia nõ videtur continere aliud, niſi quod quiſque præcogitat, aut affectat. Et planè ſine ſpiritu viuificante litera occidit. Hinc Dominus Apoſtolis: *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Hinc etiam tantus prouentus hæreticorum in Germania, & Gallia, vbi quiſque pro ſuo arbitrio ſacras literas frequentat, & commentatur.

Ioan. 5.

Scripturę quibę potiſſimũ difficiles ſint, & obſcuræ.

2. Cor. 3. Matth. 13.

Fides in Chriſto Ieſu, hoc loco quid. Scripturę vnde ſuũ lumẽ accipiant.

Et fides hic ſignificat quidquid nobis, credendum eſt, ſiue materiam, & obiectum ad quod reſpicit fides. Sicut ſpes ponitur pro re quę ſperatur. Eſt autem Chriſtus lumen, & Sol quidam omnium ſcripturarum omnes tenebras, & vmbras pellens, lucẽ, ac vitam omnibus ingerens, homines illuminans, iuſtificans, & ſaluans.

Subdit: *Omnis enim Scriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Vbi primum circa literam aduerte, in Græco textu non haberi illud, enim, ſed in Latino tantum; nec tamen propterea otioſum eſt. Reddit enim rationem Apoſtolus, cur vtilis ſit lectio Scripturarum. Et pro illis Gerundijs, quibus vſis eſt interpres, Græca habent, ad doctrinam, ad redargutionem, ad correptionem, ad eruditionem, licet idem ſit ſenſus.

Scripturę quatuor vtilitates.

Et addit: *Diuinitùs inſpirata*, ſiue θεόπνευστος id eſt, non humano ſenſu ſcripta, ſed per Prophetas tradita, & immediatè per reuelationem Dei accepta. Vt enim tradit Petrus Apoſtolorum Princeps, *Voluntate humana non eſt allata aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto Dei inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines*: quod non conuenit Philoſophorum aut ſacrorum Doctorum libris: Nam etſi ſacri Patres, ac Doctores multa præclara, & omni fide digniſſima ſcripſerint, quæ meritò ſunt tribuenda Spiritui ſancto, qui illa eis ſuggeſſit, ſunt tamen intercum nõnulla minus certæ, & conſtantis veritatis, quædam verò probabilia, & intercum grauiores lapſus de rebus, quæ in Eccleſia ſuo tempore definita non erant: & ideò ad autoritatis pondus, & faſtigium, quale obtinent Scripturæ, non pertingunt: ita vt Biblia ſacra ſola digna ſint vt abſolutè dicantur Scriptura, iuxta illud: *Et nõ poteſt ſolui Scriptura*; & alibi: *Vt impleantur Scripturæ*: & iterum: *Dicit enim Scriptura Pharaoni*, & his ſimilia.

Scriptura quomodo ſit diuinitùs inſpirata. *2. Pet. 1.*

Diuinarũ ex omnibus priuilegium Scripturarum.

Ioan. 10. Marc. 14. & 49. & alib. Rom. 9.

Dicitur autem diuinitus inſpirata, quia de Sacris, & Diuinis erudit, vt de vnitate Dei & Perſonarum Trinitate, dę creatione mundi, eius prouidentia, de generis humani redemptione, reſurrectione, iudicio, & vita æterna. Iſtę ergò Scripturæ veritatem, & bona dogmata, & opera docent ignorantes, & arguunt reſiſtentes, errorem, falſitatem, & mendacium ſectantes, corripiunt fratres negligentes, vel delinquentes, errantes. Et inſtituunt, vel erudiunt, omnes rudes, ſimplices, incipientes, & proficientes, omnes denique hominum gradus.

Scriptura quare diuinitùs inſpirata.

¶ *Ad erudiendum in iuſtitia.* Id eſt: In omni virtute. Nam etiam teſte Ariſtotele, iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem: nec ſiſtit, donec ad perfectionem perdu-

Scriptura diuina in qua iuſtitia nos erudiat. *Philoſop. li. Ethic. c. 1. ſub ſi to. 3. in princ.*

cat:

dueat: quæ eſt vt homo Dei ſit ad omne opus bonũ inſtructus, vel paratus. Et illud, *in iuſtitia*, reddendum eſt omnibus illis gerundijs, docendi, arguendi, corripiendi, & erudiendi, ſiue inſtituendi in iuſtitia.

Diuina eadẽ Scriptura quos doceat, & arguat: corripiat & erudiat.

Prouerb. 1.

Duæ primę cõditiones pertinent ad eos qui ſe profitentur aliquid ſapere. Si enim voluerint humiliari, & doceri, eueniet illis, quod Salomon ait: *Audiens ſapiens ſapientior erit.* Si verò nolint humiliari, ſed rationibus agere, & contendere: tunc Scripturæ ſuppeditant argumenta ad conuincendum illos. Si verò ſint inerudití, & arrogantes, poterunt corripi, ſiue vt Græca vox ſignificat, redintegrari, ſi ſcilicet, quid eſt collapſum. Si verò ſint cupidi, & auidi Euangelij, erudientur, vel inſtituentur etiam elementari doctrina tanquam rudes.

Eadẽ illa vt reddat perfectum hominem Dei in iuſtitia.

Finis porrò Scripturæ eſt: *Vt perfectus ſit homo Dei in iuſtitia.* Id eſt: Conſummatus, & conſtans ex omnibus requiſitis ad perficiẽdum hominem Dei. Id eſt, Epiſcopum, vel Doctorem Chriſtianum: hic eſt enim homo Dei, vt ſuperiùs diximus, & vt ſit ad omne opus bonum inſtructus. Finis enim ſacrarum literarum eſt fides, fidei verò bona opera, quibus ſempiternam vitam conſequatur. Non ſolùm ergo paratus eſſe debet ad intelligendum, ſed ad operandum: quia Fides ſine operibus mortua eſt: quod hæretici non libenter audient, ſoli vtpotè fidei vanæ nitentes.

Scripturarũ finis.

Iacob. 2.

Perfectio iuſtitiæ quę propria hominis viatoris.

Ex hoc etiam loco perpende, hominem peruenire poſſe ad quandam perfectionem in hac vita, etſi non ſit par illi, quæ in præmium expectatur ab omnibus in patria: aut, quæ exacta fuiſſet olim in ſtatu innocentiæ, vbi mira erat tranquillitas carnis, & ſpiritus, corporis & animæ, hominis, & omnium animantium ſibi ſubditorum: quæ modò in Chriſto exiſtentibus non contingit. Talem tamen attingere poſſumus perfectionem, quæ lethale peccatum non admittat. Nam minutiora, & venalia, iuſtitiam, aut gratiam, aut charitatem non adimunt.

Caſtellionis neſcio cuius hæretici noſtræ tẽpeſtatis, indocta neſcio quæ, atque vaniſſima de ſecretiori Pauli doctrina ſibi ſoli reſeruata, confutatur doctrina.

Ex grege hęreticorum noſtri ſeculi, quidam eſt inſignis, Caſtellio dictus, qui Scripturas ex fontibus Hebræis, & Græcis interpretatus eſt: qui quidem meritò venit reprehendendus, quoniam docet Apoſtolum reconditiorem aliquam doctrinam habuiſſe, quam tamen ſcriptis non commendauerit, & ſolùm quibuſdam perfectis hominibus eam tradiderit; & verbum Dei non decidendis religionis controuerſijs non ſufficere, quocunque modo explicetur, ſed ampliorem aliquam reuelationem expectandam, vt illi obijcit Beza eius æmulus. Sed hic facilè videre poteris, quid ſit homo Spiritu Dei, & Eccleſiæ lumine deſtitutus: intolerabile enim eſt, vt Paulus quam accepit reconditiorem doctrinam, non ſcripto conſignauerit: fuiſſet enim alioqui infidelis depoſiti miniſter. Et quomodò hic diceret, ſacras Scripturas efficere hominem perfectum in iuſtitia? at qui perfectus eſt in iuſtitia, nulla amplius indiget reuelatione. Quòd ſi hæc feneſtra aperiatur ad expectandam aliquam ampliorem reuelationem, omnes hæretici ſuas iactarent reuelationes ad propugnanda ſua commenta, & figmenta. Sed relinquamus hos homines fanaticos, & Caſtelliones caſtella in aëre fabricantes, & redeamus ad Paulum.

Huius opinionis incommoda.

DISPVTATIO V.

In verba quarti capitis poſterioris epiſtolæ ad Timotheum: *Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt mortuos, & per aduentum ipſius, & Regnum eius: Prædica verbũ: inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina, &c.* reliqua vſque in fin. cap.

IN hoc capite primum ambigitur, cur Apoſtolus tanto verborũ pondere conteſtetur Deum, dum exhortatur, & adiurat Timotheum ad prædicationem verbi Dei. Quæſtio I.
Deinde dubitatur, cur dicat, opportunè, & importunè; cùm tamen Spiritus ſanctus per Salomonem dixerit: *Omni negotio tempus eſt, & opportunitas*; & ad Titum idem Paulus: *Increpa eos durè*; &, *Argue cum omni imperio.* Cur item dixerit: *In omni patientia & doctrina*; cùm prædicatio verbi Dei ſine patientia, qua quidam vſque ad ſudorem patiuntur, & non ſine doctrinæ traditione peragatur? Secunda. *Eccleſ. 8.* *Tit. 1.* *Infrà 2.*
Tertiò in dubio eſt, quãdo fuerit illud tempus, quo ſana doctrina non ſuſtinebitur, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus? Nam ſi tunc erat, quare dicit de futuro, erit tempus: & ſi futurum eſt, quando cœpit? Tertia.
Quartò quid eſt, *In omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.* Quarta.
Quintò, per illas duas metaphoras delibationis, & reſolutionis ſuæ, quid inſinuare velit Apoſtolus. Quinta.
Sextò circa illud: *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui*, tria dubia occurrunt: Primum Sexta.

de iſtis metaphoris, quomodò applicandæ ſint. Secundùm, quomodò ait, Certaui, cōſummaui, & fidem ſeruaui, de præterito, cùm adhuc ſupereſſet paſſionis, quam ſibi impendere prædixerat, magna conflictatio, tam moleſtum, & tam grande certamen, & vbi futurus erat acrior, & crudelior inimicus. Tertium, quomodò tanta fiducia audeat proponere anteactæ ſuæ vitæ merita, & non potiùs tanquam humilis, & modeſtus ſuorum pœnam deprecatur delictorum? hoc enim videretur magis tutum, & verum: vt qui in extremo iudicio dicturi ſunt: *Domine, quando vidimus te eſurientem, & pauimus, aut ſitientē, & dedimus tibi potum? &c.* Et cur potius vocauit iuſtitiæ coronam, quàm gratiæ, & miſericordiæ; cùm ſcriptum ſit: *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus?* Septimò, cur rogat Timotheum, vt ad ſe quàm primùm veniat, cùm cognoſceret ſibi mortem inſtare? Octauò, quis eſt iſte Demas, qui receſſit ab Apoſtolo: quis Creſcens qui abijt in Galatiam, quis Titus, qui in Dalmatiam, & quis Lucas, qui ſolus ſecum erat: quis Marcus in miniſterium aſſumendus, quis Tychicus Epheſum miſſus. Nonò, quæ ſit penula, quæ item membranæ, & qui libri, quos ad ſe adferri præcipit, quorum nullus futurus erat vſus, cùm iam inſtaret mors, vt putabat. Decimò, quare Alexandro ærario, imprecatur iuſtam à Deo punitionem: quia non eſt præceptis ſuis conforme, cùm capite 12. ad Roma. dixerit: *Benedicite perſequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere;* & verbis Domini: *Benefacite his qui oderunt vos.* Vndecimò, quæ ſit illa prima defenſio, in qua derelictus fuerat ab omnibus, & liberatus de ore leonis, & quę ſit ſecunda, cuius non meminit, & neceſſariò debet reſpondere priori. Duodecimò, cur ſalutat Priſcam, & Aquilam, qui non Epheſi, ſed Corinthi manebant; & cur ſalutet Oneſiphori domum, & quandò Eraſtus manſit Corinthi; cur etiam Trophimum reliquit languentem Mileti. Poſtremò qui ſint illi, Eubulus, Pudens, Linus, & Claudia, ſalutantes Timotheum cum Paulo: & quare ait: *Gratia vobiſcum*, & non potiùs vt in priori: *Gratia tecum, Amen.* Hæ ſunt huius capitis dubitationes minimè contemnēdæ, quanquam facilè poſſint explicari.

Matth. 25. *Pſalmo 102.* Septima. Octaua. Nona. Decima. *Rom. 12.* *Matth. 5.* Vndecima. Duodecima. Decimatertia ac poſtrema.

Ad primum igitur reſpondemus, non ſatis fuiſſe Paulo ſimplici admonitione excitare Timotheum ad lectionem ſacrarum literarum, ex quibus hauriat quos & quæ docere debeat, & quos redarguere; quos item corripere atque inſtituere elementari doctrina debeat. Sed addit obteſtationem coram Deo, & homine glorioſo Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui venturus eſt ad iudicandum vniuerſos mortales, tam eos qui defuncti ſunt, quàm qui nunc viuunt: omnes tamen prius per conflagrationem vniuerſi præmorientur, & poſteà omnes tunc viui Chriſti tribunali ſiſtentur, vt dignam quiſque fidei ſuæ, & anteactæ vitæ ſententiam accipiat.

I. quæſt. ſol. De cauſa cōteſtationis huius Apoſtolicæ, Chariſſime, conteſtor corā Deo, & Ieſu Chriſto, & reliq.

2. Cor. 5.

Per aduentum, inquit, ſiue, vt Græca vox ſignificat, per apparitionem, *κ͂ τὴν ἐπιφάνειαν*, non autem *παρουσίαν*: quia non humilis, aut latens, vt prius, apparebit, ſed vt Rex, & iudex vniuerſorum, & cui Pater dedit omne iudicium, quia filius hominis eſt. Obteſtatur ergo per apparitionem, & regnum eius, cuius tunc plenam poſſeſſionem accipiet. Quare Rex vocatur in iudicio, ſecundùm illud: *Tunc dicet Rex ijs qui à dextris eius erunt, &c.* Et cum illatione iuxta Græcam literam habetur: *Obteſtor igitur coram Deo*: quæ eſt ſpecies adiurationis: nam obteſtatio irrefutabile facit præceptum, vt doceat Epiſcopos quid ſibi in periculoſo tempore ſit agendum, nimirùm id quod ſubdit: *Prædica verbum*: Ambroſius habet, Prædica hoc verbum, ſcilicet fidei, & hoc per te ipſum: quod & ab omni Epiſcopo, cui cura credita eſt animarum, exigitur. Et videtur Apoſtolus prænouiſſe, multos hoc munus Epiſcoporum detrectaturos, & ſomno potius, & otio vacaturos, qui hoc miniſterio minimè delectentur, nec præſentia ouiculas ſuas conſolantur: qui vel ſaltem vitæ exemplo conſortant, aut ſacrificio, & precibus corroborant: Eccleſia Dei prædicatione eſt orta, eius frequentatione nutrita, meritis & numero per vniuerſum orbem aucta, & multiplicata. Mors Eccleſiæ eſt verbum Dei non audire, à Sacramentorum perceptione abhorrere, ab ſtudio precandi alienos reddi, Epiſcopos dormire, & ſtertere, lupos hæreticorum Eccleſiæ ouile inuadentes, à caulis Eccleſiæ non repellere.

Ioan. 5. Per Chriſti aduentū teſtificari quid. *Matth. 25.* Quod verbū prædicandū. *Ambroſius.* Vnde Eccleſia ſit orta, eius vita, & mors in quo ſita.

Ad ſecundum ait, *Inſta*, id eſt, Non ſis horarius, ſed in prædicatione aſſiduus eſto, & non ſis contentus paucis concionibus, per annum officium boni paſtoris præ te ferens, vel, Circumſpice, & obſerua ne quis peccet. ¶ *Opportunè, & importunè.* Hoc eſt, tempeſtiuè, & intempeſtiuè; vel, cùm ſe offert opportunitas ex parte audientium, ſiue ex parte prædicatoris: Siue importunè, cum minimè ſe offerre videtur occaſio, vt dum auditores mūdo, & genio vacant, obliti ſuæ quam profeſſi ſunt, religionis, & fidei: ita vt importunitas tēperet opportunitatem, & opportunitas importunitatem. Et

II. quæſt. ſolutio. Inſtare quid opportunè, & importunè.

ſemper

Quib' opportunũ, & quibus importunum ſit verbum Dei.
Theod. par. 2.

ſemper verbum Dei bonis eſt opportunũ, malis verò importunũ. Pulchra eſt Theodoriti expoſitio: *Nihil, quod fit importunè, laudatur. Non iubet ergo eum ſine delectu, & temerè prædicare, ſed exiſtimare omne tempus ad id eſſe aptum, & opportunum. Hoc enim & ipſe quoque ſemper fecit, & in carcere, & in naui, & menſa appoſita: Teſtantur autem quæ Philippis, quæ in Troade, quæ in mari facta ſunt.* Hæc ille.

Inſtare quid item in omni patientia.

Quod autem ait: *In omni patientia* (vel, vt Græca vox ſonat, longanimitate) *& doctrina*, indicat prędicatorem patientem eſſe oportere, vt ferat æquo animo ad verbum Dei audiendum venire nolentes, & eos qui ſomnolenter, aut negligenter audiunt, aut eos, qui non ſolùm ſe ingratos, ſed etiam maledicos, verbi Dei obtrectatores oſtendunt. Ideò rectè exigit omnem patientiam. Non mucrone excommunicationis, & fulmine anathematis. Vnde Petrus ſcripſit: *Prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum; neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: Neque vt dominantes in cleris, ſeu aduerſus cleros, ſed forma facti gregis ex animo.* Et Paulus: *Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.* De talibus apud Ezechielem dicitur: *Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.* Cyprianus lib. 3. epiſtol. 9. in fine: *Magis optamus*, inquit, *& cupimus contumelias, & iniuriam ſingulorum clementi patientia vincere, quàm ſacerdotali licentia vindicare.*

Qui faciunt contra hoc Apoſtoli pręceptum Epiſcopi.
1. Pet. 5.
2. Cor. 1.
Eccleſ. 34.
B. Cypriani clementia.

Inſtandum quoque cur in omni doctrina.

Exigit etiam omnem doctrinam, non tantùm ex Nouo, ſed etiam ex veteri Teſtamento depromptam. Ex externis etiam Doctor Euangelicus ad homines conuincendos aliquid poterit producere, vt interdum Paulus fecit.

Arguẽdi, obſecrandi, & increpãdi.

¶ *Argue*, inquit, contendentes, ac reſiſtentes. ¶ *Obſecra*, vel exhortare timidos, infirmos, ac puſillanimes, ne nimia triſtitia abſorbeantur. ¶ *Increpa*. Pòſt vulnus illatum, adhibendo pharmacum. Nec increpandus ergo ſine doctrina, nec docendus ſine redargutione. Vtinã noſtri ſeculi concionatores, qui inſignes, ac nominati habentur, ad hanc Pauli regulam attenderẽt: non enim tantas ſapientiæ, & eloquentiæ humanæ opes proderent; nec tam curioſis, quàm bonis artibus ſatisfacere ſtuderent, nec tam nomini ſuo illuſtrando, quã Chriſti nomini amplificando, atq; ſanctificando incumberent.

Notãtur quidã noſtri ſeculi Concionatores.

Ij loci Apoſtolici: Increpa eos durè, & argue cum omni imperio: quomodo accipiendi ſint.
Tit. 1.
Infra 2.

Quod autem ad Titum ſcribit: *Increpa eos durè, & argue cum omni imperio*: cum his non pugnat. Erat enim Apoſtolus medicus amborum, id eſt, Timothei & Titi. Titus nimiæ erat patientiæ; ideò dubitat Paulus, ne ob ſuam mãſuetudinem non increparet delinquentes. Contrà verò Timotheum nouerat acrioris animi eſſe; quare rogat eum, ne vltra modum increpans, in deſperationem puſillanimes adducat. Erat manſuetioris ſpiritus Titus, feruentioris Timotheus: ideò illum per æmulationis ſtudium inflammat, hunc per lenitatem patientiæ temperat.

III. Dubit. Solut.
De quo tempore dictum ſit? exit enim tempus, cũ ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, & quænam ſana doctrina.

Ad tertium dicimus: Etſi interdum ea inciderent tempora, quibus ſana doctrina non eſt recepta, & hæretica admiſſa: nulli tamen tempori perinde quadrat atque noſtro, quo omnes è ſepulchris, in quibus deliteſcebant, ſuſcitatæ videntur. Nam prima fidei principia, & articuli maximè exibilantur, vt Trinitas, quæ ab Hungaricis miniſtris excitata eſt: Chriſti diuinitas à multis in dubium reuocata: Scripturæ decurtatæ ſunt: Sacramenta, & numero, & fructu gratiæ deſtituuntur: Sacrificium Miſſæ proſcribitur à nefarijs hominibus, qui Sacramentarij vocantur, & Caluiniſtæ: Chriſtus extorris fit ab Euchariſtia: Primatus Petri à multis abnegatur: ſanctorum honor, & inuocatio eleuantur: Purgatorio, & indulgentijs à pleriſque detrahitur: liberum arbitrium, & bonorum operum merita proſcribuntur: Monachatus, & virginitas contemnuntur: Denique quid eſt in religione Catholica, quod noſtro ſeculo per nefarios errores non tentauerint hæretici conuellere, & labefactare?

Ad ſua quænam illi deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros.

Sequitur: *Sed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus:* Deſideria vocat concupiſcentias prauas, & effrẹnes, quę nolunt ſubijci legi Dei, ſed vitam amat licentioſam. Iſti coaceruant ſibi magiſtros, id eſt, indiſcretam, & confuſam doctorum multitudinem temerè, & ſine iudicio. Et dicendo, ſibi ipſis, oſtendit quod à diſcipulis conſtituantur magiſtri: res rationali dignitate indigna, quod à diſcipulis ad magiſtrorum ordinem promoueantur. ¶ *Prurientes auribus*, Græcè eſt Nominandi caſus, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. Eſt autem pruritus incendium carnis ſine effuſione ſanguinis, vel ſeminis. Ita verba hæreticorum pruritum faciunt in auribus auditorum. Et vt pruriens ſemper appetit fricari, ita iſti volunt audire verba, quæ voluptatem illiciunt: vt pedibus pruriunt, qui quieſcere nolunt; ita qui Athenienſium inſtar ad nihil aliud vacant, niſi aut ad dicendum, aut audiendum aliquid noui. Pruriginem quidam vertunt. Et Deuteron. 28. dicitur: *Percutiet te Dominus vlcere AEgypti, &c. ſcabie quoque, & prurigine; ita vt curari nequeas*: qualem paſſus eſt Herodes intolerabilem per totum corpus extenſam, vt docet Ioſeph.

Idẽ quomodo pruriẽtes auribus.
Actor. 17.
Deut. 28.
Qui prurient auribus.

lib. 3.

lib.3.de Bello Iud.cap.vlt.Platoni in Philebo, & Gorgia, eſt morbus dolore, ac voluptate mixtus: ſed plus doloris quàm voluptatis afferens.

Eſai. 30. Coaceruate magiſtros quid ſecundum Thom. *Lect. 1. à med.* *Sapien. 6.* *Prouerb. 11.* *Iacob 3.* Plures quando magiſtri fieri dicantur Auguſtino. *Aug. to. 1. initio.*

Eſtque non de Doctoribus,ſed de diſcipulis ſermo, quibus aures pruriunt, ſiue ij, quibus voluptas pruritum titillat aurium, qui vellent ſcalpentes,& magiſtros, qui dicerent ſibi placentia,gaudentes audire quæ delectant. Porrò ſecundùm B. Thomam, magiſtrorum coaceruatio eſt, quando indigni, & inſufficientes multiplicantur, & magis coaceruatio eſt, ſi fiant quatuor indigni,quàm ſi centum boni: quia,vt habetur Sapient. 6. Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & iterum, Ibi ſalus, vbi multa conſilia. Et Iacobus frater Domini: Nolite plures, magiſtri fieri fratres mei. Quod tunc fieri exiſtimat Auguſtinus in Prologo Retract. cùm diuerſa atque inter ſe aduerſa ſentiunt: cùm verò id ipſum dicunt omnes. & verum dicunt; ab vnius veri magiſtri magiſterio non recedunt.

Chryſ ho. 9. *Theophylact.* Epiſcoporũ à vulgo notatu electio: ea quibus hodie paſſim in vſu.

Chryſoſtomus cum Theophylacto ex hoc loco docent, quàm ſit alienum à veterum Theologia, Epiſcopum à vulgo eligi, quod faciunt Lutherani. Nam ſi animo tuo colluſtres, quis Galliæ, aut Germaniæ ſuperioris, aut inferioris ſtatus, aut quid per totum Septentrionem credatur, videbis ante oculos expreſſam faciem huius Prophetiæ impletæ: tantus eſt Lutheranorum Doctorum, ſiue Anabaptiſtarum, ſiue aliarum hæreſeon numerus. Non enim errantes, ſed ſpontanei in errores quos volunt, labuntur, & quærunt magiſtros conuenientes, qui eiuſmodi dogmata ferant, ac tueantur.

De quibus dicatur:& à veritate quidẽ auditũ auertent,ad fabulas autem cõuertentur.

Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Principium Hæretici eſt primùm dubitare de fide Catholica iam ſuſcepta, & à veritate Fidei, & legis, & Scripturæ, quia vitia damnat, recedere. Deinde præferre fabulas, id eſt, doctrinas falſas, & commentitias, quibus pleni erant Iudaizantes, ac diſcipuli Simonis Magi, & Manichæi; de quibus multa Epiphanius, Irenæus,& Auguſtinus.

Ad IV. dub. Quid eſt: Tu verò vigila, in omnibus labora, &c.

Sed quia contra hæreſes imminentes non minus ſoliciti eſſe debemus atque arcis alicuius cuſtodes, ne vlla proditione capiatur: propterea adiungit quod quarto loco dubitatum fuit: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ,&c.* Tu ſcilicet, Epiſcope in hoc poſitus à Deo, vt pro te, & animabus tibi creditis rationem reddas, vigilantia vtere, quæ neceſſaria eſt & paſtoribus,& militibus,qui tempus nocturnum in quatuor vigiliarum tempora diuidunt. Et nonniſi dormientibus hominibus inimicus ſuperſeminauit zizania. Et vt vigilantibus, non dormientibus iura ſubueniunt, ita lupi inuadentes greges, & hoſtes ſecretò irrumpentes detegentur. Sequitur: *Matth. 13.*

In omnibus labora. Græcè κακοπάθησον; Id eſt, Tolera afflictiones, & aduerſa, vt paſtor æſtum, gelu, & incommoda tolerat pro tuendo grege: vt faciebat Iacobus. Hæc enim via eſt, qua te ipſum, & alios ſaluos facies. ¶ *Opus fac Euangeliſtæ.* Id eſt, Euangeliza: in quod ſe miſſum Filius Dei gloriatur Luc. 4. & Paulus cum ait: *Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed Euangelizare, ſiue in opere Euangelizandi perſeuera.* Et ait: *Miniſterium tuum imple.* Vt ſcilicet præſtes quod debes Domino, vt & quæ prædicas, animis auditorum indiuulsè hæreant. Græca vox eſt πληροφόρησον, ſicut etiam Coloſſen. 4. vbi idem præcipitur: pro quo aliqui vertunt: Facito plenam fidem prædicationis, patiendo mortem pro Euangelio: quod cum fit, plena fit probatio,& nihil amplius deſideratur.

Boni paſtoris officium. *Geneſ. 31.* Opus facere Euangeliſtæ quid. *1. Cor. 1.* Quid etiam: Miniſterium tuum imple. *Coloſſ. 4.*

Ad quintum dubium de illis metaphoris: Ego enim iam delibor (vel immolor, vt legit Auguſtin. ſuper Iudic. cap. 49. Græcè σπένδομαι, quod eſt, pro libamento offero meipſum in hoſtiam. Et ſignificat perfectam hoſtiam, teſte Chryſoſtomo, quæ tota abſorbetur. Vnde non dixit hoſtiam, ſed, σπονδὴν, id eſt, libamen, quod ſacratius erat: nam in hoſtijs quædam pars Deo cedebat, libamen verò totum Deo ſeruabatur. ¶ Et declarans hanc ſacrificij metaphoram, apponit aliam pleniorem, quæ eſt: *Tempus reſolutionis meæ inſtat.* Cyprianus lib. 2. epiſtol. 6. legit, aſſumptionis, & videtur in Græco inueniſſe ἀναλήψεως, non ἀναλύσεως. Origenis interpres Latinus ſuper Numeros, & reſolutionis, & regreſſionis legit, quia vtrumque ſignificat ἀνάλυσις. Et qui enim redit, dicitur ſoluere, iuxta id Lucæ 12. *Quando reuertatur à nuptijs*: & reditus, ſeu reuerſio, reſolutio dicitur. Eſtque duplex, & animæ, vel ſpiritus ad Deum, & corporis in puluerem, & pulueris in terram ſuam, vnde erat. Et deſignat mortem, in qua corpus reſoluitur in terram, vnde ſumptum eſt, & reditum ad Chriſtum, qui creauit, vt habetur Eccleſiaſt. 12. Plato ſiquidem in Gorgia, & Phœdone, mortem non ſolùm rerum dominam, ſcilicet, animæ, & corporis ſolutionem vocat, ſed & permutationem quandam, & tranſmigrationem animæ ab hoc in alium locum. Idem Plutarchus ad Apollionum, vbi Epicharmi verſiculus citatur: *Concretum*, inquit, *& diſcretum, eoq; iterum receſsit, vnde acceſsit,*

Soluitur V. dubium. Illud: Ego enim iam delibor, quomodo accipiendum ſit. *Aug. to. 4.* *Chryſ. ho. 9.* Explicatur hæc altera metaphora: Et tempus reſolutionis meæ inſtat. *B. Cyprian.* *Orig. ho 24. ante med. t. 1.* *Luc. 12.* Duplex reſolutio. *Eccleſ. vlt.* In morte duo ſunt, ſecundùm Platonem. Epicharmi de morte ſententia.

ceßit, terra in terram, aër in ſublime: qui conuenit cum hac Apoſtoli ſententia, & illa Salomonis producta. Eſtque vox diſſolutio in hac re non tantùm Chriſtiana, ſed & Ciceroniana. Vnde libr. 1. de Legib. *Mors*, inquit, *eſt diſſolutio animæ*. Et libr. 2. de Finibus: *Quæro quid ſit, quòd cum diſſolutione, id eſt, morte ſenſus omnis extinguitur*. Et lib. 1. de natura Deorum: *Mortale igitur omne animal, ac diſſolubile*; & Paulus: *Cupio diſſolui*; rurſus ait: *Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, &c.* Homo igitur per mortem, non totus ſolet interire, aut annihilari, ſed tantùm ſoluuntur vincula, quibus animus corpori colligatus eſt.

Quid mors Ciceroni.

Philip. 1

2. Cor. 5.

Mors igitur in Nouo Teſtamento non tantùm dicitur reſolutio, ſed etiam diſſolutio, & dimiſſio, iuxta illud: *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine*; ſomnus, dormitio, tranſitus ex hoc mundo ad Patrem, depoſitio tabernaculi, & ſimilibus alijs nominibus appellatur.

Mortem Scriptura quibus ſoleat nominibus appellare.

Luc. 2.

Pſalm. 120.

2. Mach. 12.

Ioan. 11.

Infrà 13.

2. Pet. 1.

Et præter has duas metaphoras adiunxit alias tres, nempè, *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui*. Docet etiam, laborũ & certaminum curſus mortem eſſe finem: ideò deſideranda eſt, & vbi venerit, amplectenda. Tribus ergo ſimilitudinibus deſcribit totum vitæ ſuæ curſum. Primò, enim bonum certamen certauit, ex perſecutore, & lupo factus prædicator, & propugnator Euangelij. In quo certamine feliciter victus fuit à Chriſto; & agnoſcens manum Domini, dixit: *Domine, quid me vis facere?* Certauit autem poſtea pro Chriſto, & Euangelio contra Iudæos, & Gentiles, & contra hæreticos inſurgentes, imò contra dæmones, de quibus ipſe dixit: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*. Et Romæ præcinctus catena decertauit contra Neronem, & coronã cœleſtem promeruit ſimul cum Petro Apoſtolorum principe. Et hoc Romæ, in qua moris erat victores triumphare. Eſt autem pulchrum certare pro bono, de quo Sapiens: *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*. Et Iudas Apoſtolus: *Deprecans ſupercertare ſemel traditæ ſanctis fidei*; Paulus etiam: *Sic pugno, non quaſi aërem verberans*.

Ad VI. dub. Paulus Apoſtolus vt bonũ certamen certauerit.

Actor. 9.

Epheſ. vlt.

Paulus quaſi do coronatus à Domino.

Eccleſ. 4.

Iudas.

Secunda metaphora de curſu conſummato, ſumpta eſt à ludis Olympicis, in quibus qui curſu anteuertit, præripit alijs palmam, vt alibi dixit: *Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium*: at in curſu Euangelico vnus accipiens brauium, alteri parat poſt ſe currenti vt perueniat. Et rurſus in via Dei, quia cum feſtinatione curritur, iuxta illud: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum*. Curſum ergo prædicationis mihi iniunctæ, vel bonæ actionis, quo ad cœleſte brauium properabam, abſolui.

Quomodo Paulus curſum conſummauerit.

1. Cor. 9.

Pſalm. 118.

Tertia metaphora eſt à depoſitario ſumpta, de quo: *Fidem ſeruaui*. Non tantùm illam qua quis credit in Chriſtum, & iuſtificatur, ſed etiam fidelitatem, de qua: *Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuus ſuper familiam ſuam*; &: *Hic quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur*. Cui Dominus dicet: *Euge ſerue bone, & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui*. Seruauit ergo in finem vſque depoſitum Apoſtolatus, & puritatem doctrinæ, & chariſmatis accepti in ordinatione ſua, de quibus illud intelligi poteſt: *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*. Pulchrè Auguſtinus hæc verba ponderans Apoſtoli, ſcribit: *Reddet*, inquit, *mihi Dominus coronam iuſtus iudex. Debet ergo quod reddit. Reddet ergo iuſtus iudex. Non enim opere inſpecto poteſt negare mercedem, qui opus inſpicit. Bonum certamen certaui, opus eſt: ſupereſt mihi corona iuſtitiæ, merces eſt. Sed in mercede tu nihil agis, in opere non ſolus agis. Corona tibi eſt ab ipſo; opus autem abs te, ſed non niſi in ipſo adiuuante*. Hæc ille.

Fidem & quaratione idem ſeruauerit Apoſtolus.

Matth. 24.

1. Cor. 4.

Matth. 25.

Apoc. 2.

Serm. 14. de verb. Apoſt. c. 2. 10. 10.

Ad aliam propoſitam dubitationem, quomodo nondum finito curſu, necdum certamine completo, Paulus dixerit de præterito, *Certaui: conſummaui, fidem ſeruaui*. Dicendum eſt, quòd certus ac ſecurus gaudet, quia de futuri certaminis victoria certum eum & ſecurum iam fecerat Deus, qui eandem ei paſſionem futuram reuelauerat: at quod futurum eſſe præſumpſit, tanquam iam factum indicauit, & ita tandem euenit, etſi non ſtatim euenerit, vt ipſe putabat, & putare debebat, quia vt diximus, ſuperuixit per decennium, & reuelationem acceperat, quòd eſſet ad gloriam æternam venturus, ſed non quo tempore, an ſcilicet tunc, an poſt decennium. Et vt Chriſtus ingreſſus eſt in Ieruſalem triumphans cum palma & oliua, & acclamatione quòd eſſet Rex Iſraël, quia poſt reſurrectionem non expediebat ſe illis oſtendere; ita Paulus canit epinicion ante conſummationem victoriæ: de qua tamen certiſſimus fuit, quia ei Dominus adfuit, & confortauit eum; qui cum Propheta dicere poterat: *Dominus mecum eſt quaſi bellator fortis: idcircò qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer*.

Qui nondũ certarat, nec cucurrerat, Apoſtolus, quam verè ſe bonum certamen certaſſe, & curſum aſſerit conſummaſſe?

Simile Chriſti factum narratur.

Matth. 21.

2. Tim. 4.

Ierem. 20.

Ad prætactam dubitationem ſexto loco

pro-

Qua modeſtia & humilitate ſuum certamē glorioſum, cur ſum cōſummatum, & fidem ſeruatā commendet Apoſtolus.

propoſitam reſpondeo, Paulum per iactātiam non loqui, prodendo ſua merita, & fidelem muneris ſibi crediti adminiſtrationem: ſed id cum ſpiritu protulit, vt diſcipulum ſuum, & in eo omnes eius ordinis viros, quaſi ad recipiendas coronas inuitet. Quaſi dicat; Gaudere te magis oportet, ô Timothee, quàm lugere de morte mea: vt etiam Dominus dixit Apoſtolis: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Et vt teſtis eſt Gregorius, dum tractat illa verba Ezechiæ, *Obſecro Domine, memento, quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfectò*: omnipotens Deus ſingulorum verba à cogitationibus penſat, & in eius auribus ſuperba non ſunt, quæ humili corde proferuntur. At verò ſi humilia, & exigua elato animo pronuntientur, ſuperba ſunt, vt fuerunt illa Phariſæi, qui dicebat: *Deus, gratias ago tibi quod non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus, &c.* Quæ etſi in ſpeciem ſubmiſſa videantur, elati tamen cordis, & aliorum contemptores præ ſe ferunt iudicium. Adde quod etſi, dum viuimus, ſæpè non expediat eorum, quæ operati ſumus in Dei gloriam meminiſſe, ne vanus aliquis iactantiæ, & tumoris motus ſubrepat, & omnia quæ operati ſumus, amittamus: tamen cùm proximi ſimus, aut in aliqua magna tribulatione verſamur, non dedecet priorum benefactorum, & meritorum meminiſſe, vt illis tanquam Dei beneficijs confirmemus, & erigamus animum ad alia promptè pro Chriſto toleranda.

Ioan. 14.
In conſpectu hominū quæ ſuperba videantur, non tamen in oculis Dei.
Eſai. 38.
B Greg. li. 12. Moral in Iob. c. 16. tom. 1.
Luc. 18.
Humilitas ſuperba Phariſæi.
Homini quādo periculoſa, quando vtilis, & ſecuſa ſuorum benefactorū recordatio.

In hoc ergo Spiritu humilitatis Apoſtolus theſauros meritorum ſuorum prodit: quemadmodum etiam & B. Iob cap. 31. ingentem benefactorum ſuorum catalogum recitat, & beata Deipara ſuas in Domino laudes depromit in Cantico, dicens: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Ambroſius dum in vltima iaceret ægritudine, à fidelibus aſtantibus, & ab Stilicone comite, qui viro Dei de corpore decedenti interitum imminere Italiæ prædixerat, ſuadenteſque vt ſibi cum lachrymis peteret commeatum, reſpondit: *Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mori, quoniam Dominum bonum habemus.* Hæc ille. (Et Hilarion, vt ſcribit Hieronymus in eius vita: *Egredere*, inquit, *quid times? Egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?*) Quæ quidem Ambroſij verba Auguſtinus admiratus eſt, & laudauit: ideoque dixiſſe, mortem non timeo, quia bonum Dominum haberet, ne is crederetur præfidens in ſuis purgatiſſimis meritis præſumere. Ad id verò quod homines de homine noſſe poterant: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere, ſciens examen æquitatis Diuinæ, de bono Domino dicit ſe magis, quàm de meritis ſuis confidere. Hæc Poſſidonius in c. 27. vitæ D. Auguſtini, & Paulinus in vita Ambroſij.

Quorum inſtar Apoſtolus ſuas prædicauerit virtutes.
Luc. 2.
B Paulin. in vita S Amb circa finem, tom. 1. init.
Ambroſij moribūdi ad Stiliconem comitē ab eo poſtulātem vt ſibi peteret à Domino commeatū, pulchra reſponſio.
Hier. prope fin. to. 1.
Poſſidon.
Apud Ambr. tom. 1. in init.

Docet etiam Apoſtolus, quantam de Diuina bonitate, & iuſtitia confidentiam concipiant, qui bonorum operum ſtudio inſudarunt, & qui per patientiam boni operis certam ſalutis remunerationem expectant. Vnde coguntur interdum in certa fiduciæ verbis prorumpere. Hinc Hebræis Apoſtolus ſcripſit: *Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.*

Quantā ſpē, & fiduciam de diuina bonitate pariāt iuſtis opera bona.
Hebr. 10.

Ad illud verò de repoſita corora iuſtitiæ, hoc eſt, omnis virtutis præſtitæ, ſiue de corona iuſta, phraſi Hebræa, quæ debetur bonis: Dicimus, potuiſſe quidem Apoſtolum appellare coronam gratiæ, ſiue miſericordiæ, ſicut & aliàs fecit, cùm dixit: *Stipendia autem peccati, mors; gratia autem Dei, vita æterna*; & Dauid: *Qui coronat te in miſericordia* (charitas ipſius) *& miſerationibus bonorum operum in charitate perfectorum*, vt oſtendat iuſtum iudicem Deum redditurum pro meritis cuiuſq; : quod frequentiſſimum eſt apud Apoſtolos. Quare rectè ait Auguſtinus in Enchiridio, cap. 107. *Vitam æternam, quæ certè merces eſt operum bonorum, gratiam Dei appellat Apoſtolus.* Intelligendum eſt igitur, etiam ipſa hominis bona merita eſſe Dei munera, quibus cùm vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur? Hæc ille. Vocatur ergo corona iuſtitiæ, & corona vitæ, non miſericordiæ, & ſi ſit nixa iuſtitię, in miſericordia firmatur.

Repoſitam ſibi coronam iuſtitiæ, non miſericordiæ cur dixerit Apoſtolus.
Rom 6.
Pſalm. 102.
Aug tom. 3. ſub init.
Quid, reddere gratiam pro gratia, ſecūdum Aug.
Ioan 1.
Rom. 6.

Et ait: *Reddet*, tanquam debitam, non, donabit, vt indebitam. Et tertiò ait, *Iuſtus iudex.* Non, Miſericors pater. Quartò &, *In illa die.* Non, Miſericordiæ, ſed iuſtitiæ, qua reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Et ne hoc putes priuilegium ſibi ſoli fieri; ſubdit: *Non ſolùm autem mihi, ſed ijs qui diligunt aduentum eius.* Siue, Qui dilexerunt; vt Gręca litera habet, ἠγαπηκόσι. Eſt enim pręteritum pro præſenti poſitum, more Hebræo. Et aduētum, ait, id eſt, apparitionem, vt etiam legit Auguſtinus epiſtola ad Heſychium. Beatus Anſelmus hæc verba: *Iis qui diligunt aduentum eius*, ita interpretatur: *Id eſt, etiam omnibus, qui ſibi de bona operatione ſunt conſcij. Aduentum enim iudicis nō diligunt,* niſi

Euidens Apoſtoli locus contra noſtri ſeculi hæreticos negantes bonis operibus reddi mercedem, expenditur.
Rom. 2.
B. Aug. ep. 80. in prin. to. 2.
Quid diligere aduentum Domini, Anſelmo.
Anſel. tom 2.

niſi qui in cauſſa ſua habere ſe iuſtitiæ meritum ſciunt. Hæc ille. In illa ergo die expectandum præmium. Nam ſi in hac vita tantùm, in Chriſto ſperantes ſumus; miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Ideò optandus Domini aduentus, vt ſperata bona aſſequamur. Et vos, inquit, ſimiles hominibus expectantibus (cum deſiderio ſcilicet) dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, ad alias nouas, & ſpirituales nuptias nobiſcum celebrandas.

Cor. 15.

.m.12.

Et ait: *In illa die*, ſcilicet, conſummationis & immolationis, de qua ſuperiùs dixit: Tempus reſolutionis meę inſtat; vel, die iudicij: de qua tamen nihil præceſſerat, quia ſic loqui conſueuere Scripturæ. ¶ *Non ſolùm autem mihi*, inquit, *ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Vbi non tantùm de aliquo peculiari præmio dando Apoſtolis, vel Doctoribus, ſed de ipſa vita æterna, quæ danda eſt omnibus, eſt ſermo. Adde, Paulum hic loqui de perfectopræmio, quando anima cum corpore beatitudine perfecta potietur, quod non continget niſi in die iudicij & reſurrectionis.

diligentibus domini ad. itū, in qua e reddetur nona iu. itiæ.

poſtolo ud corona ſtitiæ.

Diei Domini opponitur dies hominis, de qua Ieremias; *Diem hominis non deſideraui*: vbi Hieronymus: *Vel vitam longiorem, vel proſpera queque huius ſeculi.* Vel dies hominis ſignat humanum iudicium, de quo Apoſtolus: *Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer aut ab humano die.*

ies homis quid Ieremiæ, quid uio. rem 17. ier. 10 5. Cor. 4.

Septimæ quæſtioni in illud; *Feſtina ad me venire citò*: reſpondemus, Apoſtolum hoc ideò voluiſſe, vt ipſe in vinculis recrearetur, & mutuò recrearet diſcipulum tantoperè dilectum; & vt verbo committeret illi multa, quæ ſcripto non audebat; & vt ſuæ mortis exemplo corroboraret cum ad martyrium.

d VII. dutationem.

otti proxius, vt potar Apoſtos, quid ad citum Tiothei potlabat adnium.

¶ Et hinc habes, Epiſcopos non ita alligari ſuis Eccleſijs, quin aliquando eis ſit licitum abeſſe, & ad tempus per alios inſeruire, vt ea quæ ſunt melioris muneris, implere poſſint, ad ſuperioris tamen imperiū. Eandem ſententiam inferiùs repetit, cùm ait: *Feſtina ante hyemem venire*, timebat enim ne impediret, aut retardaret aduentum ſuū aliqua noua occupatio, aut hyems redderet periculoſam nauigationem. Vnde Dominus dixit: *Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato*; & Poeta dixit:

on reſidere terdū, quàcōceſſum iſcopo.

—— *Sæpè illos aſpera ponti*
Intercluſit hyems, & terruit Auſter euntes.

atth. 24. rg. lib. 1. neid.

Iam vt octauum dubium diluamus, explicandi ſunt miniſtri iſti, ſiue operarij, quos Apoſtolus commemorat, quorū primus eſt Demas, de quo: *Demas me reliquit*, ſiue dereliquit, *diligens hoc ſeculum, & abijt Theſſalonicam.* Vt ſcilicet longè abeſſet à periculis, diligens requiem in eo, & eſſe in tuto. Et Apoſtolus deſtitutus erat ſocijs ad opera maxima. ¶ *Diligens*, inquit, *hoc ſeculum.* Nomen rei conſonum eſt, ſignificat enim plebeium, vel conſularem, hoc eſt, molles, & qui difficultate itineris fracti, retrocedunt ad propria. ¶ Anſelmus ait interpretari Silentem: quia à prædicatione, & veritatis confeſſione obmutuit formidine pœnę. At pulchrè quidem Sedulius hunc locum explicans: *Neceſſe erat*, inquit, *vt diligens ſeculum, relinqueret ſeculum relinquentem: omne enim animal ad ſimile ſibi iungitur.* Hunc tradit Dorotheus ſimulachrorum Sacerdotem in Theſſalonica factum. Secundùm alios verò hic Demas poſteà reſipiſcens, ad Paulum rediit, cùm eius fiat mentio in epiſtol. ad Philemonem, quæ poſterior iſta videtur, cùm in eo Timothei mentio fiat in ipſius inſcriptione, atq; etiam Marci, quaſi iam cum Paulo verſantis; ait enim: *Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas adiutores mei.*

Aſuæ dutationis ſptio. emas cur ulum dequerit, di-

ligens hoc ſeculum.

Demas duo ſonat.

B. Anſel. p. a.

Sedulius.

Doroth. in Synopſi, prope fin.

Demā vnde cōſtet poſteà reſipuiſſe. Philem.

Secundus eſt Creſcens, qui Græcè Κρήσκης. Græcus ſermo deflexit vocem Latinam, vt Πούδης, & Κλήμης, id eſt, Prudēs, Clemens; ſic Creſcens: ſicut & Latini Græcas voces inflectunt more Latino. ¶ *Creſcens abijt in Galatiam.* A me ſcilicet eò mandatus gratia Euangelij. Epiphanius hæreſi 51. contendit legendum eſſe, in Galliam: ſicut & Theodoritus ait: *Gallias ſic appellauit, ita enim appellabantur antiquitus. Ita etiam nunc eas nominant, qui ſunt externa doctrinæ participes.* Adde Euſebium qui lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 4. in fine: *Memoratur*, inquit, *ex Comitibus Pauli Creſcens quidam ad Gallias eſſe profectus. Deinde rediens ad gentem, cui ſpecialiter Epiſcopus datus erat, prout ex dictis Apoſtoli Pauli compertum habemus, & vſque ad beatum vitæ ſuæ finem in opere Domini populum confortauit. Creſcens, ait, in Galatiam abijt, Titus in Dalmatiam, vt ſcilicet, iſte & ille iſtam & illam prouinciam regeret.* Et Theophylactus hoc loco ait, quod hos duos non carpat Apoſtolus: nam Titus ex admirandis admodùm erat Euangelij miniſtris, adeò vt Creta inſula ei committeretur. Et Creſcens inter memorabiles viros connumerandus, ita vt huius curæ Galatiæ prouinciam demandauerit.

Quis ille Creſcens in Hiſpaniam profectus.

B Epiph ante medium. Theodor. part. 2.

Euſeb. tom 2.

Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam quare profecti. Theophylact.

Iidem quales Euangelij præcones.

Sed iam quæſtio eſt, an eo tempore Fides in Gallia eſſet propagata. Certè Dorotheus in Synopſi ponit illum Creſcentem Epiſcopum Chalcedonę, quę eſt in Gallijs, & in Vienna Galliæ creditur prædicaſſe, & multos ad Fidem perduxiſſe: inde rediens in Galatiæ vrbem, cui Epiſcopus præerat, pro Chriſti nomine martyrium ſuſtinuit, vel potiùs, cùm eſſet olim Epiſcopus Galatiæ,

Tēpore miſſionis iſtorū an Gallia Chriſti Euangelium ſuſcepiſſet.

Quę primũ Lutetia Pariſiorum Epiſcopũ & martyrem fuerit ſortita.

tiæ, venit Romam vocatus à Paulo: & inde miſſus in Galliam, Viennæ factus eſt Epiſcopus, & martyrio ibi vitam finiuit: ſicut Dionyſius olim Epiſcopus Athenienſium, miſſus eſt à Clemente in Galliam, & primus fuit Epiſcopus, & martyr Lutetiæ Pariſiorum. Theophilus Lebbæus in Onomaſtico Theologico, primũ in Gallia Moguntiæ prædicaſſe tradit. Et Munſterus libro 3. Coſmographiæ primum vocat Epiſcopum Moguntinum, ſed eum vocat Creſcentium: Petrus Cluniacenſis Apoſtolum eum facit Viennię Galliæ.

Theophilus. Lebbæus.

Munſterus.

In Creſcente quinam deſignentur Viẽnenſem, qui fundarit Eccleſiam.

1. Cor. 3. Hebr 5. Nicol. Gord.

Et Creſcens ſignificare poteſt eos, qui cùm creſcunt, à lacte recedunt, quod eſt paruulorum alimentum, & ſolido cibo veſci incipiunt. Nicolaus Gorranus ſcribit hoc loco, Paulum Apoſtolum Eccleſiam Viennenſem fundaſſe, ex hoc verſiculo ibidem deſcripto:

Paulus præco Crucis, tibi dat exordia lucis.

Titus quis ille miſſus in Dalmatiam; & Lucas qui manſit cum Paulo ſolus.

2. Cor. 8.

Tertius, eſt Titus Epiſcopus Cretenſis, qui ab Apoſtolo miſſus fuerat in Dalmatiam: cuius opera etiam vtebatur extra diœceſim ſuam ſine vllo ſcrupulo. Quartus eſt Lucas cõſcriptor Euãgelij, & libri Actuum Apoſtolorum: hic fidus erat ſocius Apoſtoli, & indiuulsè illi hærebat: ita vt cùm magna laude dicatur Apoſtoli comes indiuiduus aſſignatus ab Eccleſijs.

Marcũ quem Timotheus iubetur aſſumere, & ſecũ adducere.

Actor 15. Vegil. Epiſc. Trident. Coloſſ. 4.

Actor. 12. Duo Marci apud Dorotheum in Synopſi.

Quintus eſt Marcus, de quo ait: *Marcum aſſume, & adduc tecum; eſt enim mihi vtilis in miniſterio.* Hic fuerat olim à Paulo reiectus, & propter eum nata fuerat contentio inter Barnabam, & Paulum, & huius meminit Vigilius Tridentinus libro 5. contra Eutychetem; & Apoſt. ad Coloſſ. vltim. ait: *Salutat vos Marcus conſobrinus Barnabæ:* diſtinctus à Marco Euangeliſta, cuius proprium nomen erat Marcus, hic verò dicebatur proprio nomine Ioannes, cognomento Marcus, vt habes Actor. 12. Dorotheus ex vno Marco duos facit, Barnabæ conſobrinum Apolloniadis, & qui Ioannes vocatus eſt Bybli Epiſcopus, præter Marcum Euangeliſtam, qui Alexandriæ docuit, & præfuit vt Epiſcopus.

Quem Tychicũ, & cur Epheſum miſerit Apoſtolus. Eiuſdem honorifica de illo teſtimonia.

Dorotheus. Actor. 20. Tit. 3. Epheſ vlt. Coloſſ. vlt.

De Tychico quem miſit Epheſum, dicimus illum fuiſſe ex familiaribus qui aſſectabãtur Paulum: quem vel ad negotia miſit, vel dum tantiſper abeſſet Timotheus, & ad ſe veniſſet, eum Eccleſiæ ſuæ præfici voluit, vt vices eius ſuppleret. Hic autem portitor fuit harum literarũ ad Timotheum, vbi tunc ille manebat. Hic Tychicus Epiſcopus fuit Chalcedoniæ, quę eſt Bithynię, teſte Dorotheo in Synopſi; & fuit Pauli comes Actor. 20. nuntius Tit. 3. chariſſimus frater, miniſter, fidelis & conſeruus in Domino, Epheſ. 6. & Coloſſen. 4. magna certè encomia, ac tot honorifica de eo teſtimonio Apoſtoli Pauli.

Troas quænam ciuitas.

Ad nonum: iubetur à Paulo Timotheus ad ſe adſerre penulam, membranas, & libros quos reliquerat Troade, veniens apud Carpum. In primis intellige, Troada, ciuitatem eſſe Aſiæ maritimam prope Tenedon inſulam non procul à Troia celebrata, & à Græcis capta, & colonia Romana, quæ alio nomine dicta eſt Alexandria, teſtibus Vadiano & Lebbæo, & vt aliqui etiam tradunt, Antigonia.

Quem apud Carpum penulam & reliqua reliquerit Apoſtolus in Troade.

B. Dionyſ ep. 8. haud procul à fin.

Deinde Carpum ſanctiſſimum virum fuiſſe conſtat, de quo Dionyſius epiſtol. ad Demophilum honorificam facit mentionem: *Cùm aliquando*, inquit, *in Cretam veniſſem, Sanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio, vir ob eximiam animi munditiam, ad Dei ſpeculationem vltrà ferè omnes aptiſſimus, &c.* vbi narrat viſionem quandam mirificam, quam de Chriſto habuit. Fuit hic Epiſcopus Laodiceæ conſtitutus.

Ad IX. dub. Penulã quam reliquerit Paulus Troade.

Tertiò dubium eſt, quęnam eſſet illa penula. Nam aliqui dicunt fuiſſe veſtem pelliceam, & villoſam, & arcendis imbribus aptam & accommodam ad vſum viatorum, de qua quidam dixit:

Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris.

quod eſt ſimile alteri ſententiæ quam dixerat:

Delphinum ſyluis appingit fluctibus aprum.

Et Iuuenalis Satyra 5.

Et multo ſtillaret penula nimbo.

Hor. lib. ep. 11 ad Bullat. Idem in arte poet. inst. ſ... Iuuen. ante medium.

Æl. Lãprid.

M. Fabius.

Ælius Lampridius ſcribit, Alexandrum Seuerum conſtituiſſe, vt ſenes penulis intra vrbem frigoris cauſa vterentur; cùm idem eſſet veſtimentum viatorum, aut pluuię arcendæ commodum. Galba apud Quintilianum lib. 6. cap. 6. circa med. penulam roganti, reſpondit: *Non pluit, non eſt opus tibi; ſi pluit, ipſe vtar.* Penulam etiam aliqui volunt Latini lacernam dici, quæ in modum cuculli, quo caput tegeretur, & Sedulius hoc loco. Hanc autẽ volebat, ne alicui eſſet moleſtus, eam mendicando, vt eius vſum haberet in proxima hyeme pellendo frigori, de qua paullò pòſt ſubdit: *Feſtina ante hyemem venire.* ¶ Sed cùm Apoſtolus dixiſſet: *Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, non videtur in quem vſum eſſet futura tunc illa veſtis: nunquid poſt mortem eius neceſſaria erat ad iter peragendum?

Penulæ altera acceptio: quæ minimè probatur.

Hieron. proœm. inst. Dialog. tom. 2. Sedulius.

Tertia item improbabilis

Amb. hoc loco Haymo Epiſc. Anſel. tom. 2.

Ambroſius verò exiſtimat, veſtem fuiſſe ſenatoriam, & inſigne ciuium Romanorum, aut ſi non ſuam, ſaltem patris ſui: quam ſententiam ſequuntur Haymo, Anſelmus, & Gloſ. Ord. Quod non eſt probabile, quis enim vſus fuiſſet eius veſtis? nun-

Gloſſ ord.
Quarta etiã à Græcis Patribus reiecta
Hier. ep. 125. tom 3.

quid vt mortem ſubiret tãquam ciuis Romanus, qui dum vixit, ab ea veſte abſtinuit. Adhæc Gloſſa Ordinaria ex Hieronymo in epiſt. ad Damaſum de tribus quæſtionibus, in ſecunda quæſtione docet fuiſſe penulam quẽdam peculiarem librum Iudæorum ita vocatum. Verba Hieronymi ſunt: *Volumen Hebraum non replico, quòd Paulus penulam ſecundùm quoſdam vocauit.* Hæc ille.

Theod. par. 2.
Oecum c. vlt.

Sed hunc ſenſum impugnant Theodoritus, & OEcumenius, dicens: *Sunt autem riſu digni, qui hoc loco Apoſtolum aiunt per penulam non veſtem ſignificaſſe, ſed genus libelli, qui literæ ſeriem non aduerterunt. Superfluum enim fuiſſet dicere, & libellos, ſi etiam illud fuiſſet libelli genus, cùm potuiſſet vnà cum alijs ſignificari.* Hæc ille.

Ratio quædã contra illam ſententiã minùs idonea, & efficax.

Verùm an hæc ſit ſolida ratio prudens lector cogitet. Poſſet enim vnius libri lectione peculiariter affici, & in quo multa annotauerit, & poſteà ſcribat ad amicum, Mitte ad me meum Ciceronem, & libros.

Chryſ tom. 5. in fine.

Non deſunt etiam viri docti, qui aſſerunt fuiſſe ſacram veſtem, qua ille indutus, rem diuinam faceret, ſiue ſacrificaret. Nam apud Chryſoſtomum in libello de re diuina, φιλόνιον dicitur eſſe indumentum Sacerdotis. Sed hæc ſententia mihi probabilis minimè viſa eſt, quia nondum eo tempore vſus erat ſacrarum veſtium in Miſſę ſacrificio: & ſi fuiſſet, Paulus certè illam veſtem non reliquiſſet, cùm frequenter, vt par eſt credere, ſacrificaret.

Sexta & vltima longè cęteris omnib⁹ probabilior.
Chryſ ho. 10
Iſichius.

Chryſoſtomus verò hoc loco, loculos fuiſſe ait, in quibus libri reconderentur, & Heſychius teſtatur fuiſſe ſcriniolum librorum. Cui ſententiæ fauet, quod Syriacus interpres vertit beth ctcho, id eſt, capſam ſcriptoriam. Fauet & contextus de membranis, & libris: ſicut etiam illud quod quidam annotarunt, Apoſtolum in Græco vſum fuiſſe voce Latina, ferto pennariam, ſcilicet thecam (ſicut etiam vtitur voce Latina membranarum) pro qua voce poſteà penulam legerunt. Et certè φιλόνη, theca eſt reliquiarum lignea, vbi retinebat epiſtolas quas ſcribebat, & ea quæ ipſe annotabat. Et in hanc potiùs ſententiam, vt probabiliorem deſcenderem, quàm in alias.

Penula quæ vox ſit, Græca, ac Latina.
Athenaus.
Cymulgus.

Alia quæſtio eſt, an hoc vocabulum ſit Græcum, an Latinum. Nam ſi veſtis viatorum eſſet, vt diximus proculdubiò vox eſſet Latina. Etſi Athenæus lib. 3. Onomaſticon neget eſſe vocem Latinam: & Cymulgus exprobrat Vlpiano huius vocis nouitatem. Rectè tamen dici poſſet gręcè φιλόνη per literarum Metatheſim. Si etiam corruptio fuiſſet vocis, & penula poneretur pro pennaria, proculdubiò vox Latina eſſet: & ſi pro ſcriniolo ſcriptorio accipiatur, ſine dubio vox eſt Græca, & dubiùm eſt an prima ſyllaba ſcribenda ſit per ι, an per diphthongum αι. Deinde in ſecunda, an ſcribẽda ſit per ο, an per ω. Tertiò, an dicendum ſit φιλόνη, an φαινόλη. Has enim omnes varietates recepit hæc vox.

Eius vocis orthographia multiplex.

Qualis Apoſtoli ſupellex.

Quarto loco petit libros, & inter eos maximè membranas. Hæc erat Apoſtolica ſupellex, quam Epiſcopi imitari deberent, vt magis libris, & ſcriptis pro Fide Catholica, & vtilitate Eccleſiæ gloriarẽtur, quam vaſis aureis, aut argenteis, aut purpureis aulœis, quæ ſunt ornamenta Principum huius ſeculi. Certè Concilium Carthaginenſe IIII. cap. 15. *Epiſcopus,* inquit, *vilem ſuppellectilem, menſam, ac victum pauperum habeat, & dignitatis ſua autoritatem fide, ac vita meritis quarat.* ¶ Libros verò quærebat, vt eos moriturus fidelibus commendaret; & vt eos legendo conſolaretur: vt habes 1. Machab. 12. & Roman. 15. Si ſtudia profana ſenectutem oblectant, in aduerſis perfugium præbent, teſte Cicerone in oratione pro Archia Poëta, & Plinius lib. 1. Epiſtolarum ad Minutium Fundanum: *O rectam,* inquit, *ſinceramq́; vitam, ô dulce oſtium, honeſtumq́; atque penè omni negotio pulchrius, mecum tantùm & cum libellis loqui.*

Conc. Carthaginenſe.

Libros ad ſe etiã cur iuſſerit adferri.

M. Tull.
Plin. Iunior.

Cur etiã poſtularet mẽbranas: quid illæ.

Membranæ verò in conſcribendis Epiſtolis vſum ſuum Paulo præſtabant. Et vocabulum eſt Latinum, non Græcum, & ſignificat volumina, ſiue volubiles chartas: nam in illis complicatis, & inuolutis habebant olim Hebræi legem conſcriptam; ſicut etiam in hunc vſq; diem teſte Theodorito, plurima habent. Et Hebr. 10. ait Apoſtolus; *In capite libri ſcriptum eſt de me*: quod producit ex Dauidis Pſalm. 39. vbi Hebraicè legimus; *In volumine libri* בִּמְגִלַּת. Ac de his hactenus.

Luc. 4.
Theod to. 2.
Hebr. 10.
Pſalm. 39.

Alexandrũ ærariũ quem quidam falsò putauerint.

Ad decimum dubium antequam reſpõdeamus, præmittendum, Alexandrum fabrum ærarium (non autem quæſtorem, aut cuſtodem ęrarij, vt quidam cum Gloſſa interlineari, & Anſelmo putauerũt: vt Rom. 16. Eraſtus dicitur Ærarius, ſiue quæſtor ærarij ciuitatis Corinthi, vnde ſcripſit Epiſtolam illam) Epheſium fuiſſe, & 1. Tim. 1. ponitur cum Hymenæo inter eos, qui à Fide defecerant. Et probabile eſt idem dogma tenuiſſe cum Hymenæo, qui negabat reſurrectionem, vt ſuperiùs dixit.

Tom. 2.
Rom. vlt.
1 Tim. 1.
2. Tim. 2.

Ille item Alexander à quibus diſtinctus eſt.
Actor. 19.
Ibidem 38.

Illud quoque non eſt credibile, hunc Alexandrum eſſe illum, cuius Lucas mentionem facit Actor. 19. qui tumultum ficta & vana ſua oratione compeſcuit: eratque Hebræus natione, vt ibi dicitur. Et rurſus non erat Demetrius ille Argentarius, cuius men-

Bruno.

mentio fit etiam Act. 19. vt docent Gloſſa Ordin. & Bruno: quia ille dicitur, Demetrius Argentarius, hic verò Alexander Ærarius, qui differunt nominibus, & cognomentis. Deinde Demetrius Epheſi moleſtus fuit Paulo, & ſeditionem concitauit in eum; hic verò Romæ, qui naufragus fuit à fide.

1. Tim. 1.

Et hic forſitã fuit de tribu Leui, quem ait Ioannes Annius prædicaſſe aduerſus Paulum.

Quid eſt: Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit.

¶ De hoc quoque ait: *Multa mala mihi oſtendit.* Auguſtinus lib. 1. locutionum in Geneſim, ſcribit: In Sacris literis oſtendere frequenter vſurpari pro facere, vt ibi: Oſtendiſti populo tuo dura, id eſt, feciſti: & alibi, Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, id eſt, fac.

Aug. tom. 3. Pſalm. 69. Pſalm. 84.

Alexandrum Apoſtolus multa mala ſibi oſtẽdiſſe, non, feciſſe, cur dixerit. B. Tho lect. 3. tom. 16. Ierem. 1. Infra 15.

Illud etiam rectè à Beato Thoma annotatum eſt, non dixiſſe, fecit: quòd impij aduerſus pios animum magis oſtẽdere, quàm explere poſſint, iuxta illud Ieremiæ; Bellabunt aduerſum te, nec præualebunt, quia ego tecum ſum. Intulerat ergo multa mala incommoda Apoſtolo hic Alexander; vt mirum non ſit fabrum ærarium in eum tumultum excitaſſe, & in pericula conieciſſe.

Victum ſibi manib⁹ quæritantium, quid proprium, teſte Theodorito. Actor. 19.

Eſt enim, ait Theodoritus, proprium eorum, qui ſibi manibus victum parant, populum concitare. Ita Demetrius Argentarius vniuerſam Epheſum in eum concitauerat.

Ad X. dubit.

Et ſubdit id, de quo dubitatum fuit: *Reddet illi Dominus ſecundùm opera eius. Quem & tu deuita; valde enim reſtitit verbis noſtris,* quomodo, ſcilicet, Apoſtolus malũ imprecatur huic Alexandro, contra ſuam doctrinam, qua præcepit: *Benedicite, & nolite maledicere.* Reſpondetur: Permulti annotant, hæc verba non eſſe imprecantis, ſed prædicentis, ſicut illud: Percutiet te Deus, paries dealbate.

Rom 12. Actor. 23.

Prophetæ enim in more habent, modo Imprecantis, vel Imperantis futura mala prædicere, ſecundùm illud: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua:* & iterum, *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in ſcandalum:* &, *Obſcurentur oculi eorum ne videant; & dorſum eorum ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam:* & Apoſtolus: *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.*

Eſai. 6. Pſalm. 68. Ibid. 24. Rom. 11. Galat. 5.

Quemadmodùm etiam per præteritum tempus ea quæ euentura ſunt, enuntiantur. Vnde Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in Monte, cap. 21. ad finem: *Non ait, reddat; ſed, reddet illi Dominus iuxta opera eius: quod verbum prænuntiantis eſt, non imprecantis. Sicut & de illa hypocriſi Iudæorum de qua iam dictum eſt, cui euerſionem imminere cernebat, dixit: Percutiet te Deus paries dealbate.*

Aug. tom. 4. circa fin.

Iuſtin. tom 3.

Quomodo martyr Iuſtinus propoſitam diluat quæſtionem.

Iuſtinus quoque Martyr lib. Quæſtionum & reſponſio. quæſt. 125. interrogat, Si Apoſtolus Paulus malum malo, aut conuitium conuitio penſare vetuit; quomodo ipſe diuerſum ab eo quod iuſſit, fecit, nunc Sacerdotum Principi, nunc Alexandro fabro ærario dira precatus? Et reſpondet: *Siquidem Paulus percutientem repercuſſiſſet Pontificem, aut Alexandrum, qui malis eum affecerat, malis contra affeciſſet; diceret liceret, diuerſa eum à doctrina ſua egiſſe. Cùm verò ea dicere, quæ cuiq; à Deo prouentura ſint, Pontifici quidem: Percuſſurus eſt te Deus, paries dealbate: Alexandro autem; Reddat illi Dominus in illa die, neque execratio ſit, neque conuitium; prædicationes certè fuerint, Apoſtolicum decentes virum: qui ſe ipſum non vlciſcatur, ſed locum det iræ.* Hæc ille.

Rom. 12. Imprecatio mali proximo quę circa. B. Thom to. 11. part. 2.

Illud tamen expedit annotare, quod docet B. Thomas in 2.2. quæſt. 25. art. 6. licere homini imprecari malum non ſub ratione mali, ſed ſub ratione iuſtitiæ, & diuinæ gloriæ. Et huic ſolutioni magis quadrat illud, Percutiat te, & Reddat illi Dominus, Græcè ἀποδῴη. Subdit: *Quẽ & tu deuita:* ſiue obſerua, & caue vt hæreticum, inſinuãs illum in Aſia agere; erat enim Epheſius.

Alexander ærarius verbis Pauli quomodo reſtiterit.

¶ *Valde enim, inquit, reſtitit verbis noſtris.* Quibus in verbis oſtendit, eius opera impeditum fuiſſe fructum prædicationis ſuæ. Et reſtiterat nõ tam ſibi, quam Chriſto & veritati.

Præclarũ documentum.

Hinc accipe egregiam doctrinam: Si quãdo magnis viris pro Eccleſia Catholica laborantibus, à ſordidis, & ignaris hominibus obſiſtitur, mirandum non eſſe: eſt enim magna indignitas, tales cum ſartoribus, fabris, & tõſoribus viros excellentes digladiari, quos diabolus ſuſcitat operationum diuinarum æmulos. Quia enim ſapientia diuina rudes, & ignaros ad Apoſtolatum ſibi elegit, & ad prædicationem verbi Dei etiam ſuo ſanguine defendẽdam, quò illuſtrior Dei virtus, & maieſtas redderetur: ipſe quoque liuidus ſuſcitat opifices & tabernarios, quò negotium faceſſant paſtoribus Eccleſiæ & nominatis concionatoribus obſiſtant.

1. Cor. 1.

Dæmonis inuidia.

Solut. 11. qu. In qua ſua prima defenſiõe Apoſtolus fuerit ab omnibus derelictus: quæ ſecunda.

Ad vndecimum circa illud: *In prima mea defenſio nemo mihi adſuit, ſed omnes me dereliquerunt,* quæ ſcilicet, fuerit illa prima defenſio, cui reſpondet ſecunda, & quænam illa ſecunda extiterit: quanquam alij aliter reſpondeant, non tamen exiſtimo eos eſſe audiendos, qui cum Gloſſa interlineari hęc accipiunt de Pauli cõtra Alexandrum prauè docentem congreſſu: quod meritò refellit B. Thomas hoc loco.

Prima ſolut. quę reijcitur. B. Tho. lect. 3. tom 16.

Nec enim hic tantus hæreticus erat, vt ad diſputandum cum eo, & cum conuincendum, alijs Apoſtolus indigeret.

Secunda ſolutio, etiam minus vera.

Videntur etiam hæc verba pertinere nõ poſſe ad ea poſtrema tempora, quibus ſecundò venit Romam, & comprehẽſus ſimul cum Petro interfectus

fuit, quo tempore furebat. Nero contra Chriſtianæ pietatis cultores: quia à vinculis illis poſtremis non fuit liberatus, vt hic aſſerit Apoſtolus, vt poſſet amplius prædicationi vacare.¶ Sed omninò videntur hæc verba ſpectare ad id tempus, quando Paulus ex Ieroſolymis Romam venit vinctus ſecundo anno Neronis, vt ait Sedulius, & per biennium ibidem manſit agẽs cauſſam, & domui ſuæ ſine impedimento, loquens omnibus ad ſe aduentantibus de regno Dei: donec liberatus fuit. Et in hac cauſſa agenda, & tuenda, bis ante tribunal Cæſaris eſt præſentatus. Et cùm in prima ſui defenſione ab omnibus amicis fuiſſet derelictus: ſolus Deus, qui ſuis nunquam deeſſe ſolet, ſibi adſtitit, & corroborauit eum, vt poſſet prædicandi munus implere apud Gentes Occidentales, vt deſiderabat. Et propterea Hieronymus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum ex hoc loco colligit, eum Euangelium Chriſti in Occidentis quoq; partibus (hoc eſt in Hiſpanijs, vt alibi ſæpè tradit) prædicaſſe, & Gentes omnes audiuiſſe verbũ Dei. Et ſanè illo decẽnio, quod interfluxit inter hunc primum, & ſecundum eius aduentũ ad Vrbem, multis Gentibus verbum Dei prædicauit.

Tertia ſoli... ac pro...abilior.

Sedulius.

Actor. vlt.

...Domini in ...ulum, & ...os prouentia.

...er tom. 1. ...mod.

Quare quod ſuperiùs ſcripſit: Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat: ob id dixit, quòd putaſſet ſibi mortem inſtare, & ad eam ſe magno animo cõparabat, ac muniebat: vt facere debent omnes, qui Euangelicum munus profitentur. Verùm ſecùs euenit, & aliter placuit Deo, qui totam illam tragœdiam Paulo conuertit in cataſtrophen comœdiæ. Nam Princeps mitior factus, & in quinquennio illo nondum in tantam nequitiam proruperat Imperator. Vnde ſcripſit de ſecunda defenſione, & cauſſæ ſuæ dictione, ſiue ſatisfactione (vt Hieronymus vertit in catalogo Script. Eccleſiaſtic.) *Liberatus ſum de ore leonis*, Neronem crudeliſſimum intelligens, de quo Salomon: *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, Princeps impius ſuper populum pauperum:* & alibi: *Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira.* Et vbi primùm liberatus fuit, conſultò noluit expungere quæ ſcripſerat de his quæ cogitabat de tempore delibationis, & reſolutionis ſuæ inſtantis, ſed mutauit animum, & Timotheum ad ſe vocauit. Et Marcum vtilem ad miniſterium prædicationis adduci iuſſit. Petijt etiam penulam, libros, & membranas, quaſi iam meditaretur nouas prædicationes Euangelij gratia, & miſſiones miniſtrorum facere ad diuerſas prouincias.

...e ſecunda, ...vltima ſi ...on intelle... ...it Apoſtol^9 ...n defenſio ...quid reſo...tionis ſuæ ...mpus iam ...mineret ...xit.

...em Hier. ...curus Pau... ...facerit li...eratus ore ...onis. ...rouerb 28. ...pria 19.

Quòd autem hæc veriſimilia ſint, inde probatur, quia non eſt probabile, Apoſtolum de prima ſua defenſione, quando vinctus ſecundò venit Romam, ſermonem feciſſe, quia illa notiſſima fuerat ipſi Timotheo, qui illi in Vrbe interfuerat, & omnibus alijs, cùm ante decennium contigiſſet: nec opus erat enuntiari, quod omnibus cõpertum erat: non ergo ſcripſit hanc Epiſtolam eo tempore, ſed in primo aduentu ſuo ad Vrbem, quando egit cauſſam, & liberatus fuit, vt hic mentionem facit, intra illud quinquennium mitioris imperij Neronis. Sanè Sex. Aurelius Victor dictitaſſe Traianum recenſet, procul diſtare omnes Principes à Neronis quinquennio.

Poſtremo loco tradita cõfirmatur opinio multis argumentis.

Tempus ſcriptionis huius Epiſtolæ.

Deinde idem probant omnes iſtæ circumſtantiæ: vt enim Epiſtolæ miſſæ ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, Hebræos, & ad Philemonem, apertè loquuntur, & concionãtur ſua vincula, & catenam; ita etiam in iſta ſecũda ad Timoth. ſcripta, ter ſuorum facit mentionem vinculorum, vt in prima diſputatione probaui. Fauet etiam huic ſententiæ, quia Paulus multa particularia enarrat in hac Epiſtola, quæ nonniſi biennio illi, quo apud Neronem cauſſam egit, & primo eius aduentui quadrare poſſunt, vt illud; *Lucas eſt mecum ſolus.* Deinde illud, *Tychicum miſi Epheſum*: hæc autem miſſio eo tempore contigit, quo per biennium egit cauſſam apud Neronem: vt conſtat ex his quæ ſcribit ad Epheſ. 6. & ad Coloſſen. 4. Adhæc quia poſtulat ſibi adferri penulam, libros, & membranas, quas reliquit Troade, quas eo tempore, quo erant Romæ, repetiuit: non autem repeteret poſt decem annos. Prætereà Priſcam, & Aquilam ſalutat in hac Epiſtola, quos reliquerat Epheſi Actor. 18. Trophimum etiam in illa profectione ex Macedonia in Ieruſalem reliquit Mileti languentem, etſi Actor. 20. eius rei mentio non fiat: ſed breui recuperata ſanitate, & celeri nauigatione venit in Ieruſalem, vbi captus fuit in templo propter Trophimum Aſianum: nam idem eſt Trophimus Epheſius, & Trophimus Aſianus: nam Epheſus metropolis erat Aſiæ Minoris. Cùm igitur tot ſint coniecturæ; videtur bonis, & probabilibus rationibus hæc pars ſuſtineri poſſe: quam vehementer confirmat, quòd conſuetum ſit per poſteriora ſcripta interpretari prius dicta. Cùm ergo de die conſummationis, & martyrij præceſſerit ſermo, debet per ea quæ ſubiungit, deliberatione ſua ad prædicandum per omnes Gentes Euangelium, accipi: ita vt hæc Epiſtola non fuerit tempore mortis inſtantis ſcripta, ſed tempore primi aduentus in Vrbem, quo liberatus fuit.

Secundũ argum. à ſignis & circumſtantijs.

Prima circũſtantia.

Secunda.

Epheſ. vlt. Coloſſ. vlt.

Tertia.

Quarta & quinta.

2. Tim. 4.

Bonus Apoſtolica ſcripta interpretandi canon.

Caietani in vltimam ſententiam proponuntur argumenta, atque ſoluuntur.

Nec his obſtat, quod opponit Caietanus ex textu: *Eraſtus remāſit Corinthi: Trophimum reliqui infirmum Mileti*, non narrari in Actis Apoſtolorũ in profectione illa Pauli in Ieruſalem, ſed, vt Caietanus putat, poſtquam liberatus fuerat à vinculis Neronis, & redierat in Macedoniam, & Achaiam, & alia loca, in quibus prædicauerat: imò ipſe bis promiſerat ad Philip. quòd ad eos rediret.

Philip. 1.

Primùm, cũ ait: *Et hoc confidens, ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis* (in carne ſcilicet) *ad profectum veſtrum, & gaudium fidei; vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduentum iterum ad vos.* Deinde inferiùs dicens: *Confido autem in Domino, quoniam & ipſe veniam ad vos citò.* Et in Epiſtola ad Philemonem: *Simul & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.*

Infrà 2.
Philem. 22.

Et in illo reditu contigit hoc quod ait de penula, libris, & membranis relictis Troade apud Carpum. Reſpondemus, hæc parui eſſe momenti, ſi cum reliquis circunſtantijs conferantur. Nã potuit illos libros, & penulam reliquiſſe, quando fuit Troade, & Eutychium ſuſcitauit, & pedibus venit in Aſſom: potuit etiam Trophimum reliquiſſe Mileti infirmum, vt diximus, ſed paullò pòſt recuperata ſanitate, felici nauigatione perueniſſe Ieroſolymam, vbi Paulus captus eſt, & Romam ductus & ita omnia vero cõſonant.

Actor. 20,

Quid illud: In prima mea defenſione nemo mihi adſuit, Caietano.
Philip. 2.

Et quòd ait Caietanus, in prima mea defenſione, ſcilicet, poſt ſecunda vincula, vel poſt ſecundum aduentum eius in Vrbem, quando aderat Timotheus Romæ, vt ait ad Philipp. cap. 2 *Spero autem in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt*; modò verò poſt tot annos, poſtquam redijt ex partibus Græciæ, ſignificat Timotheo quid ſibi acciderit in prima defenſione ſua: hoc profectò non conſtat de iſtis ſecundis vinculis: & dura videtur expoſitio primam defenſionem vocare, quæ reuera ſecunda fuit, & à quo liberatus non fuit, ſicut olim in priori fuerat.

Impugnatur hæc ſentẽtia Caietani.

Et quanquam Petrus eſſet Romæ & Lucas: dixit tamen Paulus, *Omnes me dereliquerunt.* Sed hi non erant de numero eorum, qui poſſent ipſum adiuuare; ſed ſenſus eſt, Nemo eorũ Chriſtianorum qui Romæ erant, qui poterant me adiuuare, coram Nerone adſtitit. Quàm benè ſcriptum eſt per quendam Ethnicum:

Actor. 20.
Quomodo accipiẽdum: Sed omnes me dereliquerunt, cùm tamẽ Petrus & Lucas tũc eſſent in Vrbe.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Ouid. lib. 2. Triſt. eleg. 8.

Ita enim ille argumentatur. In hunc etiam ſenſum eſt, quia dicitur liberatus ad prædicandum Gentibus: nam paullò poſt ſecunda vincula extinctus fuit mandato Neronis. Præterea hæc epiſtola miſſa eſt eo tempore, quo ſiſtebatur Neroni: tunc peto, an Paulus fuit liberatus, an non? Si minimè; fruſtra Timotheum vocabat, & iubebat vt adferret penulam, & libros, & membranas, & vt adduceret Marcum: Fruſtra dixiſſet, liberatus ſum de ore leonis, & de futuro, Liberabit me Dominus ab homine malo, id eſt à peccato, & dæmone, qui tanquam leo circuit quærens quem deuoret.

Proferuntur & aliæ contra Caietani ſententiam rationes.
2. Tim. 4.
1. Pet. 5.

Cùm igitur hęc quadrare non poſſint ſecundo aduentui, & ſecundis vinculis, quia inter primam, & ſecundam defenſionem paruum temporis ſpatium interceſſit: cogimur igitur interpretari de primis vinculis, quibus per biennium manſit, & bis ante Cæſarem præſentatus fuit. Et primò quidem derelictus ab omnibus amicis, cauſam egit confirmatus à Domino de liberatione ſui, & ea prima defenſione adhuc ſententiam nõ tulit Princeps: verùm iterum Paulus coactus fuit ſiſti paulò antequam has literas mitteret, & tunc ſentẽtiam liberationis accepit. Et literis iſtis ad Timotheum iam conſcriptis, adiunxit illa verba; Feſtina ad me venire citò. Demas me reliquit, &c. vſque in finem.

Explicatur iterũ quę fuerit prima Pauli defenſio, in qua fuit à Domino cõfirmatus.

Ait ergo: *Omnes me dereliquerunt.* In quo ſimilis factus fuit Domino comprehenſo à Iudæis, quem Apoſtoli omnes deſeruerunt fugiendo, iuxta illud; Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: iterum, Qui videbant me, foras fugerunt à me. Et ſubdit: *Non illis imputetur.* Vbi videtur precari pro his, qui metu Neronis, & imbecillitate carnis potius quàm malitia deliquerunt. Pro peccato autem Alexandri perfidi, ob obſtinationem contra Fidem cõceptam preces non fudit. Et vt Domino oranti, ac deprecanti calicem, apparuit Angelus confortans eum; dormitantibus Apoſtolis, ita Apoſtolus relictus à ſuis, à Domino corroboratus eſt. Philo legatus Iudæorum Alexandrinorum ad Caium Caligulam, cùm iuſſus eſſet ab eo ex vrbe, & aula recedere ad Iudæos, qui ſecum erant, dixit: *Bono animo oportet vos eſſe, quibus iratus eſt Caius: quia neceſſe adſidmmum, vbi humanum deſit auxilium.* Idem recenſet ex Ioſepho Euſebius Cæſarienſ. libr. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 5. Et vt nonnulli probabiliter coniectant, cùm quinquennium Imperij Neronis laudatiſſimum extiterit, & Seneca eius præceptor & inſtitutor illi in omnibus adeſſet, & cum eo moderaretur omnia; eius opera, & ope abſolutus fuit Apoſtolus. ¶ Et ait, *Liberatus ſum de ore leonis*: ita enim Græcè legitur, & Ambroſius, & Chryſoſtomus, ſequuntur illam lectionem.

Qualis hæc Pauli Apoſtoli fuerit ab omnibus derelictio.
Matth. 26.
Pſalm. 30.
Luc. 22.
Philo circa med. tom. 2. ſub fin.
Quibus diuinum, vt rectè & ſapienter Philo dixit, non dceſtau-xilium.
Euſeb. tom 1
Amb. hoc loco
Chryſ. ho. 10.

Quare Apoſtolus nõ dixit. Liberabit me Dominus ab ore leonis.

Non autem dixit de futuro. Liberabit me de ore leonis, quia tandem eius iuſſu decollatus fuit: ſed: ab omni opere malo, id eſt, peccato, in quod ex ſe incurreret, niſi præuentus eſſet diuinæ gratiæ beneficio. ¶ *Et ſaluum faciet in regnum ſuum cœleſte.* Ita loquitur Apoſtolus ex multa diuinæ gratiæ certitudine concepta, quam, & certam ſperare poſſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et ex facta liberatione colligit Deum deſerturum ſe nunquam, ſed erepturum ab omnibus malis, non vt non ſint, aut ne moriatur, ſed ne vincatur à Satana, & à malis.

Pauli, & iuſtorum omnium in Deo fiducia beatitudinis conſequendæ.

Matth. 5.

Duodecimæ quæſtio ſol.

Ad duodecimum: *Salutate*, ait: *Priſcillam, ſeu Priſcam & Aquilam.* Quos Epheſi reliquerat Acto. 18. & pro Paulo ſuas ceruices ſuppoſuerunt, vt dicitur ad Rom. 10. Et præcedit mulier virum, quia ſanctior, & feruentior fide. Dorotheus tamẽ tradit in ſua Synopſi, Priſcam virum fuiſſe Colophoniæ Epiſcopum: ſed cum Priſca, vel Priſcilla ſolet iungi cum Aquila, proculdubiò ſemper accipitur pro vxore, vel muliere Aquilæ. ¶ Præcipit etiam ſalutari Oneſiphori domum. Cùm enim ipſum prius, capite ſcilicet primo celebraſſet; modò ſalutat totam eius domum, & familiam: nam ipſe Romæ tunc reſidebat, vt ait Oecumenius.

Rom. vlt.

Priſcam, ſeu Priſcillã mulieris nomen eſſe non viri.

2. Tim. 1.

Oecu. c. 9. iuxta finem.

Eraſtus remanſit Corinthi. Hic videtur eſſe ille, qui ad Roman. 16. vocatur arcarius ciuitatis, ſiue quæſtor: vnde nobilis, & præcipuus erat inter alios. Et Dorotheus in Synopſi refert illum Epiſcopũ fuiſſe Panneadis, ſiue Cæſareæ Philippi. Sequitur: *Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Hic Trophimus martyrio Romæ conſummatus eſt ſimul cum Paulo, vt docet Dorotheus. Scribit autem Petrus Cluniacẽſis, qui ſicut Beda Venerabilis cognomentum eſt ſortitus, libr. 1 Epiſtol. 2. ad finem. Pauli Apoſtoli diſcipulus Trophimus, de cuius fonte, vt Zozimus ſcribit, omnes Galliæ Fidei riuulos acceperunt, Arelatæ prædicauit. Et Anſelmus vult hunc Arelatenſium fuiſſe Epiſcopum. De hoc alibi ſatis multa diſputauimus. ¶ Ex quo manifeſtum relinquitur, quòd Apoſtolis non licuerit, quoties liberet, miracula patrare, ſed quoties infidelium poſceret infirmitas, & diuina iuberet autoritas, cuius ſolius eſt naturæ vniuerſæ leges mutare. Simili namque ratione B. Petrus infirmantem Petronillam filiam rogatus cur non ſanaret, reſpondit; *Quia ei non expedit.* Vnde vt oſtenderet, ei potentiam non deeſſe, ſed voluntatem, iuſſit eam à lecto ſurgere, & miniſtrare: & finito miniſterio, rediit ad lectum infirma. Paulus ad Philippen. 2. infirmitatem Epaphroditi philip-

Eraſtus quis ille qui remãſit Corinthi.

Rom. vlt.

Quis item Trophimos: honorifica de illo Patrũ teſtimonia.

B. Anſel. hoc loco. co. 2.

Philip. 2.

penſium Apoſtoli, ad mortem vſque laborantis, multis verbis deplorat.

Vltim. dub. ſolutio.

Ad poſtremum circa illud: *Salutant te Eubûlus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Quis fuerit hic Eubûlus, non ſatis mihi cõſtare potuit. Pudens verò fuiſſe Pauli diſcipulus traditur, & cum Paulo ſimul Ariſtarcho, & Trophimo Romæ capite truncatus, vt ait Dorotheus, & in martyrologio ſuo Beda: fuitque ſanctarum virginum Potentianæ, vel Pudentianæ, & Praxedis pater, vt putat etiam Caietanus, quarum mater fuit Sabinella: ſed incertum eſt, quia illæ virgines fuerunt ſub Antonino Pio, quanquam hæ virgines ſatis vitam produxerint, ſi ſub Antonino in Domino dormierunt.

Eubûlus, & Pudens, quinam Timotheum conſalutantes.

Caietanus.

Linus à Chryſoſtomo, Euſebio, Hieronymo, Dorotheo, & Damaſo in Pontificali, & ab alijs dicitur fuiſſe à Petro primus Romanæ Sedis Epiſcopus, qui iam à B. Petro in diſceſſu ſuo ab Vrbe tempore Claudij Imperatoris loco ſui inſtitutus fuerat. Secundus autem fuit Clemens à Petro conſtitutus, ſicut Ignatius teſtatur in Epiſtola ad Mariam Caſſobolitam: etiamſi ille poſt eius mortem ceſſerit locum ſuum Lino, & Cleto, vt quidam putant. Clemens tamen lib. 7. Diataxis Apoſtolicæ cap. 46. *Romanæ*, inquit, *Eccleſiæ Linus, Claudiæ Primus à Paulo: Clemens poſt eius mortem à me Petro ſecundus ordinatur.* Alij verò exiſtimant Linum mortuum fuiſſe ante Petrum, vt autor eſt Sophronius Epiſcopus Ieroſolymitanus. Nõ caret tamen ſcrupulo, quia Linus, vt legimus in Breuiario Romano de geſtis Petri, & diſputationibus cum Simone Mago librum conſcripſit, & circumfertur liber de martyrio Petri & Pauli: quod arguit illum Apoſtolis ſuperuixiſſe.

Li[9] quis ille. *Chryſ. ho. 10. Euſeb. lib. 3 c. 4 hiſt. Eccleſ. Hier. lib. de Script. Eccleſ. in Clemente. to. 1 poſt med. D Ignat. ep. 4 à med. B Clem Rom* Linum vnde cõſtet Petro, & Paulo fuiſſe ſuperſtitẽ.

Quæ fuerit iſta mulier hoc loco nominata Claudia, non legi hactenus quicquam: ſed veriſimile eſt fuiſſe inſignem aliquam & primariam fœminam religionis Chriſtianæ cultricem. Quibuſdam tamen videtur mater fuiſſe Lini Pontificis, quia apud Clementem dicto loco habetur: Λῖνος ὁ τῆς Κλαυδίας, id eſt Linus Claudiæ filius. Quòd verò Linus Põtifex poſtpoſitus fuerit Eubûlo, & Pudenti: nõ debet obſtare ſummæ eius paſtoris dignitati: quemadmodum nec ad Gal. 2. poſtponitur Petrus Iacobo, cùm dicitur, *Cùm cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* ¶ Illud certè non eſt diſſimulandum, Apoſtolum tot negotiorum, & Eccleſiarum, & perſecutorum multitudine obrutum, memoriã tamẽ firmam tot miniſtrorum Eccleſiarum, & tot ho-

Quid item Claudia, Timothei conſalutatrix.

Poſt Eubûlũ, & Pudentem ſi Pontifex erat tertio cur loco nominatus ſit Linus. *Gal. 2.*

Mira Apoſtoli memoria.

minum nomina retinere potuiſſe, vt oſtendit caput 16. ad Romanos, & præſens locus.

Hebræos vnde perſpicuũ ſit Græcorum vti nominibus proprijs conſueuiſſe.

Conſidera etiam, iam Hebræos cœpiſſe Græcorum nomina ſibi imponere, vt conſtare poteſt ex catalogo Apoſtolorum, & ex catalogo 72. Diſcipulorum, & ex magna parte eorum quos hoc loco nominauit: qui cùm Hebręi eſſent, nomina & cognomenta Græca aſſumebant.

In hac clauſula: Dominus Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen obſeruantur duo.

Tandem concludit: *Dominus Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen.* Hæc ſcripſit propria manu Apoſtolus. Et cum in priori Epiſtola dixiſſet, Gratia tecum, Amen: hic dicit, Gratia vobiſcum, Amen: prius Epiſcopum ſalutans, deinde Eccleſiam. Imò indicat hęc clauſula, non ſoli Timotheo, ſed toti Eccleſię hanc Epiſtolam fuiſſe ſcriptam.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM AD TITVM.

DISPVTATIO I.

De argumento de quo agitur in hac Epiſtola, & de primi capitis dubitationibus *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, &c.* vſq; in finem capitis.

Titus quis iſte, ad quem Paulus ſcripſit Apoſtolus.

CVm Paulus Fidei noſtræ fundamenta Cretæ iecisset; aliò properans, vt, erat non vnius tantùm inſulæ paſtor, ſed vniuerſarum Gentium Apoſtolus, Tito diſcipulo, & Euangeliſtæ proſequendi operis partes mandauerat. Nam hic à Gentiliſmo conuerſus ad Fidem fuerat, & ſuſcepta religione adeò profecerat, vt hunc inter præcipuos amicos, imò filij loco coleret Apoſtolus: idoneusque eſt ab eo iudicatus, qui magnæ huic inſulæ præficeretur quaſi Archiepiſcopus, qui poſſet per ciuitates Epiſcopos conſtituere. Quam autem eſſet hic Apoſtolo familiaris, liquere poteſt ex poſteriori Epiſtola ad Corinthios, in qua frequenter eius facit mentionem, vt capite 2. 7. 8. 12. & ex 2. ad Timotheum capite 4. & ex ſecundo capite Epiſtolæ ad Galatas: Chryſoſtomus etiam citat Acta Apoſtolorum. Sed profectò ex illo libro vllam de Tito mentionem factam eſſe, nemo colligere poteſt, cùm nomen Titi Gręcè non habeatur, ſed tantùm Iuſti.

Idem quam charus Apoſtolo.

Chryſ. ho. 1.

Huius argumentum Epiſtolæ.

Docet autem quales Presbyteros eligere debeat, qui ſint in Epiſcopos ciuitatũ conſtituendi. Deinde cuiq; hominum ętati rectè viuendi modum, & rationem præſcribit. Tertiò à peruerſis doctrinis, & hæreticis vigilanter cauendum eſſe, atque eos declinandos tanquam putrida membra admonet. Iubet quartò, ne quiſquam Chriſtianæ religionis prętextu, Principibus, aut Magiſtratibus ſuo officio fungentibus reſiſtat, quamuis ſint a fide Chriſti alieni. Poſtremò iubet illum ad ſe venire Nicopolim, ſed non prius quam Paulus Artemam, & Tychicum ad eum præmiſiſſet, ne Cretenſes viderentur deſtituti Epiſcopi ſolatio. Atque hæc Epiſtola poſſet prioris illius ad Timotheum epitome iudicari: quãdoquidem quæ illic fusè habentur, eadem breuibus hic tractãtur. Quare nos ea omnia, quę in priori ad Timotheum diſſeruimus, & conueniunt, non erit operæpretium, repetere, ne actum agamus, ſed ea tantùm quæ reliqua erunt, & ab illis diſtincta. Hieronymus egregium, & plenum Commentarium in hanc epiſtolam edidit.

De quibus diſſerendum in hac Epiſtola.

Hieron. to. 9.

Quando ſcripta hæc Epiſtola.

Quo tempore fuerit hæc Epiſtola ſcripta, non ſatis liquet. Probabilius tamen eſt, & veteribus Eccleſiæ Patribus magis conſonum, ſcriptam fuiſſe, antequam Apoſtolus vinctus Romam adduceretur: quia Nicopoli, quæ vrbs ſita eſt in Actiaco littore, ſcripta videtur, vt habet in fine Græca inſcriptio, & non longè diſtat ab inſula Cretæ.

Creta quid.

Eſt autẽ Creta, inſula memorabilis, quę hodie Candia vocatur, à potiſſima eius ciuitate. Fuit autem quõdam mirè corrupta ſuperſtitionibus, & idololatria, & obſcœnis ac impudicis carnis maculis referta. Cuius argumentum maximum eſt Iupiter eius proles, iuxta illud Maronis:

Virg. li. 3. Æneid. circa princ.

> *Creta Iouis magni medio iacet inſula Ponto:*
> *Mons Ideus vbi, & gentis cunabula noſtra*
> *Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.*

Poſtea

Romano quando ceſſe it imperio Creta.

Poſtea verò & bellis,&deuaſtationibus tùm à Romanis, ex quibus Metellus, qui eam ſubegit, Cretici cognomentum ſortitus eſt, tùm ab alijs. Et ſcholia Homerica tradunt: Nonaginta complectabatur vrbes,ſed bene excultas. Hæc poſtea à Sarracenis ſub Michaële Balbo Imperatore poſt natum Chriſtum annis 826. occupata fuit: hodie verò in Venetorum dominium recepta eſt:nec eſt admodum populoſa,vt olim fuit.

Quibus modò ſubiecta.

.. dubium, Lib. 2. diſput. in Paulum.

Circa primum caput, prætermiſſa ſalutationis expoſitione,quam alibi habes,primùm dubitatur,quorſum relictus ſit Cretæ Titus;& an ipſe potuerit emendare,quæ maior ſanctitate,& autoritate Paulus conſtituerat. Deinde quare per ciuitates erant conſtituendi Epiſcopi: hodiè enim multæ ciuitates Epiſcopum non habent. Tertiò quid eſt illud; *Sicut & ego diſpoſui tibi*, non enim videtur modum explicare. Quartò dubitatur,an conditiones Epiſcopi eligendi ſint illæ eædem, quæ 1. Timot. 3. ſcriptæ ſunt;& an ſint plures, vel pauciores. Quintò,qui ſint illi vaniloqui,& ſeductores, qui ex Circumciſione erant, qui, erant reprehendendi: Sextò,quorſum producit teſtimonium Epimenidis contra Cretenſes, & cur ipſorum dicitur proprius Propheta. Septimò,quę ſint fabulę Iudaicæ, & mandata hominum auerſantium ſe à veritate. Poſtremò de illa propoſitione: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum*. Ex quo videtur colligi,quòd opera omnia infidelium ſint inquinata, & immunda,& verè illos opus morale aliquod perficere non poſſe.

Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum.

Ad I dub. Titum Cretę cur reliquerit Apoſtolus. 1. Tim. 3.

Primo dubio reſpondemus, Paulum ſimili exordio hic vſum fuiſſe, atq; in priori ad Timotheum Epiſtola, dixit enim: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi: vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis,& genealogijs interminatis*. Nam quia Apoſtolis ſtatio nulla erat aſſignata, ſed Euangelij per totum orbem ſpargendi munus iniunctum, vt habetur Matth.& Marc: vltim. & Actor. 1. ideò cùm ex vna vrbe, aut prouincia in aliam ſe transferrent, ſubrogare ſoliti erant homines idoneos; quorum opera & conſeruaretur quod cœptum erat, & abſolueretur atque perficeretur. Hinc eſt,quòd Paulus,& alij Apoſtoli multos ſecum comites circumferebant, quos deſtinarent prouincijs,aut ciuitatibus. Nō enim eſt minor virtus,quam quęrere, parta tueri. Hinc Paulus Corinthiorum Eccleſiam ſe à fundamentis erexiſſe prædicat, alios verò eſſe architectos qui ſuperædificare velint, id eſt, vt ædificium promoueant. Quare rectè dixit; *Secundùm gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui; alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſq; autem videat quomodo ſuperædificet*.

Matth. 28. Marc. 16. Act. 1.

Mos Apoſtolorū orbem peragrantiū. Ouid. lib. 2. de arte.

1. Cor. 3.

Iacto Cretæ Fidei fundamento, Paulus diſceſſerat: proinde Titi, vt Archiepiſcopi,ſiue primatis loco Pauli relicti, partes erant opus in ſuperficiem attollere, vt quæ ille benè cęperat, Titus feliciter abſolueret. ¶ Ideò quòd ait: *Corrigas*, vt verbum Gręcū habet ἐπιδιορθώσῃς; ad literam non ſignificat, quòd Paulus vel inſcitia, vel obliuione, vel incuria aliquid omiſerit, ſed quòd per temporis breuitatem omnia ipſe exequi non potuerit. Non igitur maiori vlla autoritate præditus fuit Titus quam Paulus,quia nulla erat, ſed ipſa eâdem, quam illi ad tempus, dum conſtitueret Eccleſiam Cretenſium, Tito reliquerat. Summa igitur Pauli modeſtia elucet,qui ab alio abſolui patitur, quod ipſe inchoârat. Vel,vt vertit Eraſmus pergas corrigere: nam præpoſitio illa, ἐπὶ, acceſſionem ſignificat. Hinc factum eſt, vt ſtatutis Apoſtolorum Romani Pontifices aliquid vel addiderint, vel ſubtraxerint, vt Eccleſię ſtatus,& experiētia poſcebat. Hinc Iulius Papa in Epiſtola ad Orientales Epiſcopos, optimè docet: *Licet dudum inſtituta Sanctorum multa Patrum eſſent conſcripta, poſuerunt leges, qui Synodum in Nicæa congregauerunt, quas ſacros Canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei & ſupplementum columnarum, id eſt Epiſcoporum, qui eam proprijs humeris geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita*. Hæc ille. Ecce vbi illa vocantur à Iulio ſupplementa, vel correctiones.

Titus quę eoā Cretę debebat corrigere idq; quo ſit accipiendum modo.

Vide humilitatem B. Pauli Gentium Apoſtoli, & Doctoris.

Iulius I. ep. 1. circa med.

Plato etiam, ratione naturali docente, hoc ipſum intellexiſſe videtur, quia libr. 8. de legibus, cùm legem de ſacrificijs, & diebus feſtis cōdit, Sacerdotibus, & legum cuſtodibus committit, vt diſponant de his, quæ legiſlator neceſſariò prętermiſit. Idem libr. 9. de legib. cùm non ignoraret, multa ſe prætermittere, vt ratio ac neceſſitas poſtulabat: *Cùm iudicia* (inquit) *in ciuitate rectè quantum fieri poteſt, conſtituta ſunt, ac iudices poſtea futuri, benè educati, & omni diligentia explorati erunt, multa ibi eiuſmodi iudicibus rectè, atq; honeſte committuntur, de ijs quæ alij alijs debent; vt quid eos ſoluere, aut pati oporteat, iudicent*, & quę ſequuntur lectione, & obſeruatione digniſſima. Ipſe etiam Titum cùm longè eſſet inferior, non recuſauit tamen Apoſtolus eum habere correctorem, qui operi ſuo extremam manum imponeret. Docet etiam Paulus, Epiſcopos, & Doctores ſic affectos eſſe debere, vt non ambitioſè

Platonis lex huic Apoſtolicę, imperfecta corrigendi, ac ſupplendi, valdè conſentanea.

Tito ea quæ deerant cor-

rigendi prouinciã cõmittens Apoſtolus, quibus quod prębeat documẽtum.

bitioſè trahãt ad ſe omnia, ſed alij alios certatim iuuent: & quiſquis meliori ſucceſſu laborauerit, reliqui gratulẽtur potiùs, quã inuideant. Paulus etiã multa cœperat, quæ nõ omnia ſtatim poterat abſoluere, ſed ſuo tempore. Vnde dixerat; *Cætera, cùm venero diſponam*: & Chriſtus, *Multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò*. Imò Apoſtolus de operibus Chriſti ait: *Adimpleo ea quæ deſunt paßionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia*.

1. Cor. 11. *Ioan. 16.* *Coloſ. 1.*

Sol. 2. dubit. De cõſtituendis per ſingulas ciuitates Presbyteris. *Act. 20.*

Ad ſecundum dubium dicimus, illud: *Vt cõſtituas per ciuitates Presbyteros*, Grecè habere, κατὰ πόλιν Πρεσβυτέρους. Et loquitur in ſingulari, Oppidatim Preſbyteros. Ita enim Act. 20. vbi habetur: *Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur*. Grecè eſt κατὰ πόλιν, quòd rectè vertit interpres.

Pręcipuũ munus Epiſcopi.

Præcipuum autem Epiſcopi munus eſt viſitare ſibi ſubditas diœceſes, & ordinare Eccleſiæ miniſtros: non enim poſſunt incolumes ſtare Eccleſiæ ſine paſtorum miniſterio. Proinde vbicunque fuerit plebis alicuius corpus, ibi pręficiendus eſt paſtor. Et non ſtatuit, vt ſingulis oppidis ſingulos attribuat paſtores, cùm poſſent eſſe plures plebani, vel curati: ſed nullas magnas vrbes ſuis paſtoribus deſtitui, nec totam inſulam, quę centum cõſtabat vrbibus (vnde & Hecatompolis vocata eſt ab Homero in Odyſſea teſte Strabone libr. 10. Geographiæ) vni volebat paſtori committi, quia difficile videtur paſtori tot oues paſcere. Vnde & ſedes metropolitanę non eſſent in immenſum extendendæ, nec rurſus Epiſcopales Eccleſiæ paruis oppidulis contrahendæ, & anguſtandæ, ſed maiores gradus per maiores ciuitates, minores verò per plebanos, qui olim dicebantur Corepiſcopi, conſtituendi.

Falſus eius dicti Apoſtolici reijcitur intellectus. Hecatompolis quid Homero. *Strabo.* Corepiſcopi olim qui ſic appellati.

Presbyteros quid eſt conſtituere.

Verbum autem conſtituas, quo hic vtitur Apoſtolus, idem ipſum eſt cũ eo quod habetur Actor. 6. *Conſiderate*, inquit, *fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, &c. quos conſtituamus ſuper hoc opus*. Et Act. 14. habetur: *Et cùm conſtituiſſent per ciuitates presbyteros*, &c. In quo vltimo teſtimonio habetur καταστήσειν, vt hic, ſed χειροτονήσειν, hoc eſt manus imponere. Nec hoc loco permiſit Paulus Tito, vt pręficiat omnibus Eccleſijs miniſtros: hæc enim regia eſſet poteſtas, & ius eligendi tolleretur Eccleſijs, & paſtorũ collegio iudicium adimeretur. Sed hoc tantùm iubet Apoſtolus, vt omnibus electionibus præſit tanquam moderator, & elector oratione, ieiunio, & impoſitione manuum cõſecraret, vt habes Acto. 6. 13. 14. Ob id enim Titum prius à ſe ordinatum Epiſcopum reliquit, vt alios ipſe conſtitueret: ſicut dicitur Conſul, aut Dictator Conſules alios creaſſe, quia Comitia de eis eligendis habuerunt.

Quam Tito Presbyteros conſtituendi Apoſtolus poteſtatẽ non dederit.

Quos cõſtituere Titus iubetur presbyteros. *1. Tim. 3.*

Appellat autem Paulus Preſbyteros, quos paulò poſt Epiſcopos nominabit, cùm dicet: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*. Quidam verò aliter opinantes, erroris anſam acceperunt, nolentes quicquam intereſſe inter Epiſcopum, & Preſbyterum, qua voce intelligunt Sacerdotem, ita vt omnis Sacerdos eorum iudicio ſit Epiſcopus, habens ab eo poteſtatem, & iuriſdictionem. Quod falſum eſt, ac perniciosum: quantò magis illud Hæreticorum nouorũ dogma, qui ordinationis Sacramenta funditùs tollũt? Nam eſt, vt aiunt, apud Chriſtianos oẽs par poteſtas in Verbo, & Sacramento, & aſſerunt ad Magiſtratus tantum pertinere ex plebe miniſtros ſecernere, qui debeant miniſtrare. Sed abſurdiſſima eſt opinio, & inſana hęreſis. Etſi enim eſſent diſcipuli Domini, nunquam tamen habuerunt poteſtatem conſecrandi, niſi poſtquam dixit illis; *Hoc facite in meam commemorationem*: nec ius abſoluendi aliorum peccata, niſi ex quo audierunt: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Et vanũ eſt quod ex Petro adferunt: *Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium*: ex quo colligunt, ergò omnes ſunt Sacerdotes. Sed cur non pari ratione concedunt, vt oẽs ſint Reges? quia habetur in eodem contextu, Regale Sacerdotiũ. Sicut Exo. 19. dicitur; *Eritis mihi in regnum Sacerdotale*? nunquid ergò omnes Regès erant, aut omnes Sacerdotes? Docuit quidem Petrus in vniuerſitate Chriſtianorum eſſe Sacerdotium, & regiã poteſtatem. ¶ Et eodem modo ſoluitur, quod habetur apud Ioannem: *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes*. Loquitur enim non de ſingulis, ſed de vniuerſo, in quo inuenitur vtraq; poteſtas, Regia, & Sacerdotalis. Et Grecus habet codex: *Fecit nos Deo noſtro Reges, & Sacerdotes*. Vbi loqui videtur de ſe, & ſui ſimilibus, id eſt de ordine Apoſtolorum, qui conſtituti ſunt à Deo Principes orbis terrarum (iuxta illud; *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*) & ſummi Sacerdotes. Ita vt differat Sacerdotalis ordo ab Epiſcopali. Et omnis quidem Epiſcopus Sacerdos eſt, non autem omnis Sacerdos Epiſcopus.

Catholici quidã quid hoc loco quid verò in primis hęretici falsò dogmatizauerint.

Eccleſię miniſtrorũ ordinationes minimè ad ciuiles magiſtratus pertinere. *Luc. 22.* *1. Cor. 11.* *Ioann. 20.* *Matth. 18.* Popul⁹ Chriſtianus vt ait B. Petrus, regale Sacerdotium. *1. Petr. 2.*

Explicatur & illud: Feciſti nos Deo noſtro regnũ & Sacerdotes. *Apoc. 5.* *Supra 1.* *Pſal. 144.*

III. quęſt. ſol.

Ad tertiam dubitationem, in qua habetur: Sicut & ego diſpoſui tibi, nec tamen modum aut rationem expreſſit ſuę diſpoſitionis, dicendum eſt, eã quam verbo Apoſtolus tradiderat, eandem ſcripto Apoſtolũ conſignare. Et quia vtitur verbo διετάξατο quod tantũ dicitur de pręceptis Eccleſiaſticis, & Canonicis; inſinuatur, cõditiões Epiſ-

Cõditiones Epiſcopi.

quas innuat Apoſtolus nō eſſe iuris Diuini, ſed Humani.

copi nonnullas non tam eſſe iuris Diuini, quam Canonici, & Eccleſiaſtici: vt quòd ſit monogamus, non percuſſor, non neophytus: & ipſe tūc ordinans dabat autoritatem iuriſdictionis. Et non ait: Vt diſpoſuit Dominus, vt 1. Cor. 9. habetur: ita & Dominus ordinauit, &c. vbi Græcè habetur διέταξε, quod eſt verbū idem cum eo quod hic habetur, de quo etiam 1. Cor. 11. legis: *Cætera cū venero diſponā*. Et c. 16. De collectis aūt quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinaui in Eccleſijs Galatię, ita & vos facite: vbi dicitur διέταξα.

1. Cor. 9.

Contra Lutheranos traditionū contemptores.

¶ Vbi ſunt autem iſtæ diſpoſitiones, quas Paulus, & Patres voce ab eo verbo deducta Diataxes vocant? Nec enim ſicut ego diſpoſui tibi, ad eas tantum pertinet, quę hoc loco in eligendis miniſtris requirit: *Si quis*, inquit, *ſine crimine eſt*, &c. Alioqui potius dixiſſet de præſenti, ſicut ego diſpono tibi: Nec addidiſſet etiam: vt ea quę deſunt, corrigas, quia ad illud ipſum, ſicut & ego diſpoſui tibi, referendum eſt. Diſpoſitum ſiquidem in Eccleſia eſt, vt ſit vnus Metropolitanus, qui primatum ſuum agnoſcat: & infra Metropolitanum ſint ſinguli Epiſcopi per ſingulas ciuitates nō paruas: hęc autem diſpoſitio vniuerſalis eſt, & per totū Orientem, & Occidentem obſeruatur. Non ergò omnes conditiones Eccleſię ad hierarchiā Eccleſiaſticam ſpectantes, hoc loco complexus eſt Apoſtolus.

Vniuerſalis atq; perpetua Eccleſię diſpoſitio quanam obſeruetur.

Apoſtolorū non omnes, quibus vtebantur, leges erant Diuini: ſed etiam iuris Humani. 1. Cor. 11.

Et illud etiam perpende, quòd Apoſtoli non ſemper allegabant ius Diuinum ad omnia quę pręcipiebant, ſed interdū etiam leges ſuas Canonicas, & Apoſtolicas diataxes, vt hic Paulus facit: & alibi, cum ait: *Laudo vos fratres, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*, non dixit, pręcepta Chriſti, aut Dei; ſed, *præcepta mea:* quę ipſe conſtituebat pro eo tēpore, & loco, & neceſſitate. Quod ſi eo tempore conſcriptę erant diataxes Apoſtolorum, quas collegit Clemens libris octo; quis erit qui hoc loco neget, Apoſtolū ad illas alluſiſſe, vbi ait: *Sicut & ego diſpoſui tibi.*

Quartę ſolu. dubit.
De cōditionibus Epiſcopi 1. Tim. 3. & Tit. 1. requiſitis, an ſint.

Ad quartum reſpondemus, eaſdem prorſus conditiones requiri in Epiſcopo eligendo, atq; 1. Timoth. 3. quam pauciſſima addit ſuper illas. Huiuſmodi verò conditiones ſi quis exactè conſideret, & cōferat cum noſtræ ætatis Epiſcopis, videbitur in nouo orbe, & in peregrina aliqua Eccleſia, quę Chriſtum & Apoſtolos penitus ignorauerit, verſari.

Epiſcopus vt eſſe debeat ſine crimine.

Prima enim conditio eſt, *Vt ſit ſine crimine*, vel inculpatus. Non quòd omni culpa vacare debeat, quia Nemo ſine crimine viuit, vt ille dixit; Sed qui inculpatè apud homines viuas, & vitio careat, quòd infamiam pariat, & poſſit in iudiciū venire. Heſychius ad 21. Leuitici: *Sicut Moyſes*, inquit, *duodecim maculis mundum eſſe præcepit* (ſcilicet futurum Sacerdotem) *tot eas enim inuenies ſecundùm Septuaginta dinumeratas; ſic & Paulus duodecim conſeruare eum, qui Sacerdotium ſortiturus eſt, præcepit dicens: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Quis autem irreprehēſibilis, niſi impollutus? Deinde colligatur irreprehenſibilem eum eſſe, à qualibus maculis aut paſſionibus carendo, in ſubſequentibus oſtendit, Non ſuperbum, &c. Duodecim ergò & ipſe cuſtodire Sacerdotem vult, & quamobrem et tanta ſuperimponat, in præcedentibus dixit, Sicut Dei diſpenſatorem. Qui autem diſpenſat quæ Dei ſunt, opus habet eos, quorum diſpenſator eſt, virtutibus præcedere. Nam quomodo illos diſpenſare, quomodo diſponere poterit?* Hæc ille non indoctè.

Heſych. prope finem capitis.

Quot maculis carere debent Noui pręſertim Teſtamenti Sacerdotes. Leuit. 21.

Epiſcopus vnius vxoris vir eur tantū ſit oportet.

Secunda conditio eſt: *Vnius vxoris vir.* Quod non dicitur propter nuptiarum reprehenſionem, ſed propter Sacramenti ſanctitatem. Quemadmodum ſi fœmina etiāſi catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari: ita nō abſurdum eſt, cum, qui exceſſit vxorum numerum ſingularem, non peccatum aliquod cōmiſiſſe, ſed normam quandam Sacramenti amiſiſſe, non ad bonę vitę meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticę ſignaculum: de qua re fuit 1. Timot. 3. diſputatum, Nunc adde teſtimonium Leonis Papæ, qui Epiſt. 2. ad diuerſos Epiſcopos per Picænum, & Campaniam, productis duobus Apoſtolorum Canonibus 17. & 18. ita ſcribit: *Qualis verò vnicuique natalium honeſtas, & morum eſſe debeat, qui ſacri altaris miniſterio ſit ſociandus, Apoſtolo nos docente, & diuina præceptione didicimus: & Canonū regulas, à quibus plerosq; fratrum declinaſſe, & penitùs deuiaſſe reperimus. Nam conſtat ad Sacerdotium perueniſſe viduarum maritos, quoſdam etiam, quibus fuerant numeroſa coniugia, contra illam Apoſtoli vocem; Vnius vxoris virum, & contra illud antiquæ legis præceptum, quod dicitur, & cauetur, vt virginem Sacer Sacerdos accipiat, non viduam, repudiatam, &c.*

Aug. li. de bono coniugali, cap. 10. to. 6. Diſput 10. Leo Magnus.

1. Tim. 3.

Leuit. 21.

Tertia conditio: *Filios habens fideles.* Quia turpe videtur in Epiſcopo vel habuiſſe plures vxores, vel filios habere infideles. Quomodò enim videbitur credibile poſſe alios ab eo in fide inſtrui qui proprios filios ſecundum carnem non inſtruxerit?

Cur filios Epiſcopus debet habere fideles.

Quarta: *Filios habens non in accuſatione luxuriæ.* Luxus enim filiorum parentem reddit Epiſcopatus incapacem, quia facilè poſſent bona Eccleſiæ dilapidare, & ita pauperes, vel filios habere infideles, & ita pauperes facilè contingeret defraudari. Græca

Quare non luxurioſos.

vox eſt, *ἀσωτία*; id eſt, intemperantia, & prodigalitas in cibo, potu, veſtitu, ſuppellectile & alijs.

Cur item nō ſubditos, Epiſcopū etiā oporteat quo ſine crimine eſſe.

Quinta. *Aut non ſubditos.* Qui Græcè dicuntur *ἀνυπότακτοι*, id eſt, rebelles, & intractabiles, ac proinde non obedientes.

1. Cor. 4.

Sexta: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Scilicet peccati lethalis, & ſcandalo infamiæ, qui eſt Dei diſpenſator, à quo exigitur fidelitas in diſpenſatione verbi, & Sacramentorum, & bonorum temporalium: quam fidelitatem non poteſt homo criminoſus præſtare. Et rectè ait: *Sicut Dei diſpenſatorem.* Debet enim ſe non dominum beneficiorum, aut redituum Epiſcopatus, ſed Dei diſpenſatorem agnoſcere, qui ad Domini voluntatem ſua bona adminiſtrare debet.

Idē quomodo ſit Dei diſpenſator.

Septima: *Non ſuperbum*, Id eſt, pręfractum aut tumentem, aut placentem ſibi.

Quando nō ſuperbus, nō iracundus ſit Epiſcopus.

Octaua: *Non iracundum.* Non omnis qui aliquando iraſcitur ex cauſâ, iracundus eſt, ſed qui facilè, & frequenter in iram excandeſcit: vt ſi incidat in contraria docentes, non ſtatim in iram excandeſcat, ne quē lucrari vult, ſcandalizet. De nona & decima, conditionibus illis: *non vinolentum, non percuſſorem*, multa alio loco dixi. Vndecima: *Nō turpis lucri cupidum*, Turpe enim ęſt in Epiſcopo lucri cuiuſquam ſtudium, & mercatura, qui pręſe ferre debet maximum diuitiarum contemptum, & totum ſe ſpiritualib⁹ occupationibus impendere. Mens enim pecunię auida, nec abſtinere à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum poteſt. Duodecima Epiſcopi cōditio: *Sed hoſpitalem.* Nam qui turpis lucri cupidus eſt, inhoſpitalis eſt. Decet autem Epiſcopum eſſe hoſpitalem; ne pij viri, & religioſi, atq; adeò ipſi Epiſcopi dū peregrinātur, diuertere cogantur ad hoſpitia ordinaria, vbi ſunt omnia plena ſpurcitijs, & impudicitia. Poſſent fortaſſis Epiſcopi pauperes ſe excuſare: verùm neſcio an Deus excuſationem accepturus ſit. Si einm diues eſſet Epiſcopus bonis moribus, & fama, certè pauper in bonis Deo prouidente eſſe nō poſſet. Et ideò Apoſtolus abſolutè dixit, hoſpitalem, non diſtinguens diuitē à nō diuite. Ambr. li. 2. de offic. c. 16. *Scio*, inquit, *pleroſq; Sacerdotes, quò plus contulerunt, plus abundaſſe: quoniam quicunq; bonū operariū videt, ipſi confert, quòd ille ſuo officio diſpenſet, ſecurus quòd ad pauperem ſua perueniat miſericordia. Nemo enim vult niſi pauperi proficere ſuam collationem. Nam ſi quem aut immoderatum, aut nimis tenacem diſpenſatorem viderit, vtrumq; deſpiciet, ſi aut ſuperfluis erogationibus diſſipet alieni fructus laboris, aut recondat ſacculis.* Hæc ille.

Diſput. 11. in priorem ad Tim. 3.

Non turpis lucri cupidus quiuam Epiſcopus.

Cur oporteat Epiſcopum eſſe hoſpitalem.

Qui nūquā pauperes Epiſcopi.

B. Amb. to. 1. in prin.

Benignum. Id eſt, ſtudioſum probitatis, aut amatorem beneficentiæ, vel amatorem bonorum hominnm: quòd bona pars eſt Prælati, nam ex eo magna pars ſubditorum virtutem amplectitur, vt à Prælato diligamur. Seqnuntur aliæ conditiones: *Prudentem, ſobrium.* Gręcè vna eſt tantùm vox, nimirum *σώφρονα*, & tam ad prudētem, quam ad ſobrium anceps eſt, & vtrunque fortaſſis interpres voluit exprimere. *Sobrium*, Id eſt, pudicum, ſiue caſtum, Addit: *Iuſtum*, Id eſt, reddentem cuiq; quod ſuum eſt. Et, *Sanctū*, Id eſt, erga Deum pium, Et, *Continentem*, ſiue temperantem, vt alij vertunt. Et Græca vox eſt *ἐγκρατῆ*. Cur autem continentem addidit ad vocem Pudicum (de quo 1. Tim. 3.) cum pudicitia omnibus etiam laicis cōiugibus neceſſaria ſit? quid rurſus opus fuit addere, oportet Epiſcopum, vel Preſbyterum eſſe continentem? nam *ἐγκρατῆς* abſolutè ponitur, id eſt, ſine aliquo addito, vt iuſtitiæ, gloriæ, iræ, auri, & ſimplicium, & propriè ad voluptates guſtus, & tactus refertur vt Ariſtoteles docet primo libro Magnorū Moralium. Debet ergò Epiſcopus, vel Sacerdos, ſiue contineat, ſiue non, ſe ab omni cōcubitu caſtum, ſiue *σώφρονα* ſeruare: nam *σώφρον*, qui temperatus eſt, circa continentiam nihil patitur; & ita is qui eſt *ἐγκρατῆς*, epithalin addit *σωφροσύνης*. De continētia autem, vt eſt virtus ſpecialis, diſputauit Paulus coram Felice, & Druſilla: ita enim ibi Græcè nominatur, quę ab interprete vocata eſt caſtitas. Debet ergò eſſe continens Epiſcopus ab vſu vxoris, & non ſolum pudicus, quę ab pudicitia etiam ſeruanda eſt in vxoratis, ſed fortis ad vincendum ſeipſum, & ſuas concupiſcentias.

Benignus qui ſit Epiſcopus.

Qui prudēs, ſobrius, & iuſtus.

Sanctus autē qui, cōtinēs.

Philoſophus.

Act. 24.

In quib⁹ maximè ſeruāda eſt Epiſcopo pudicitia.

Vltimò dicit: *Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem.* Gręca vox ſignificat hominem tenacem, & ſtudioſè retinentem, alijs conantibus eripere nobis fidelem ſermonem, qui ſecundùm doctrinam eſt tantùm à Deo acceptam. Et vt interpretatur Chryſoſtomus, fidelem ſermonem retinere debemus, non autem Rhetoricas argumentationes, non argutas concluſiones, vt videatur vbique ſpirare Ariſtotelem, aut Rhetoricæ artis peritū Demoſthenem, ſed cuſtos ſit doctrinæ fidelis, quam Chriſtus, & Apoſtoli eius tradiderunt.

Epiſcopus qui amplectatur eum qui doctrinam eſt fidelem ſermonem.

B. Chry. ho. 2.

Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Duo enim Epiſcopi munera ſunt, Docere, ſcilicet, & Exhortari in doctrina ſana, quæ ad mentis ſanitatē perducit, & quæ ex Scripturis, & earū occultis ſenſibus petitur: & præterea, eos qui contradicunt, reuincere. Nam alioqui

Idē vti potēs ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicūt arguere.

(vt

Eccl. 34.

(vt ait Sapiens) vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? quemadmodum filij Iſrael vna manu ędificabant templum, & altera tenebant gladium.

Sol. V. quæſt. De vaniloquis & ſeductoribus à Tito redarguendis.

Ad quintam dubitationē dicimus, Apoſtolum notare eos, qui præter doctrinā ſanam, fidem perturbabant, quos vocat ἀνυπότακτος, id eſt intractabiles, & qui in ordinem cogi nolunt. ¶ *Vaniloqui.* Qui ματαιολόγοι, id eſt, qui friuola docent, & qui leuia, & incerta exempla adhibent in concione. ¶ *Seductores.* Qui eleganti verbo Græcè dicuntur φρεναπάται, id eſt mētiū deceptores qui à veritate abducunt homines ad mendacium: non autem qui alios trahūt ad comeſſationes, & ebrietates: & proſtibula.

Iudaizantes cur ſeductores. Quid hoc loco redarguere.

¶ *Maximè,* inquit, *qui de Circumciſione ſunt.* Id eſt, de genere Iudęorum, qui Gentes ad fidē conuerſas ad Iudaiſmum reuocabant, & cū Euangelio Iudaiſmum cōiungebant: vt Ebionitæ, & Cherintihiani. ¶ *Quos oportet redargui.* Vbi Gręcè elegāter dicitur ἐπιστομίζειν, hoc eſt os occludere, ſiue obturare, id eſt, quibus oportet ſilentium imponere, ne de ſcientia præ alijs glorientur. Nam ij ſunt

Quomodo illi docebant quæ non oporter. *Matth. 13.*

Qui vniuerſas, inquit, *domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Docebāt in primis non publica concione ſed familiari, & priuata doctrina, imitantes malum hominem, qui media nocte dormientibus hominibus ſuperſeminauit zizania. Qui enim malè agit, odit lucem. Deinde docebāt quæ non oportebat, id eſt, veterem legem, quę iam antiquata erat, & quam erigere, & mortuam ſuſcitare, erat anathema, & reædificare Ierićho. Et tertiò addit: *Turpis lucri gratia.* Quoniam nefas erat Diuinā doctrinam venditare. Vnde turpe eſt omne lucrū quod exigitur tanquam merces doctrinæ. Et ſapienter dixit quidam Iuriſconſultus de ciuili ſapientia, non eſſe illam pretio nūmario ęſtimandam aut dehoneſtandā. Peiores ergò erant iſti iudaizantes illis, de quibus ad Rom. 10. loquitur Apoſtolus, qui eadem docebant, ſed cœlo adducti.

Ioan. 3. *Ioſue. 6.*

Turpis lucri gratia cur docebant.

Rom. 10.

VI. dubit. ſolutio. De cauſa pro ducti teſtimonij Epimenidis contra Cretenſes. *Deut. 23.*

Ad ſextum, circa illud: *Dixit quidam ex illis, proprius ipſorū propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Dicendum eſt, non eſſe mirandū, ſi Paulus producat Poetam Ethnicum, quem propterea non in omnibus probauit, ſed illud dictum Poetæ tantùm probauit: quia etſi non eſſent incircumciſi in templum Dei introducendi; dū tamen aliquid boni & veri dixerunt, poſſunt eorū dicta introduci. Quid enim vetat, Poetas aliquando quod verum eſt, prædicere, cum cacodęmones etiam vera nonnulla loquantur. Deinde mirantur cur tantùs Apoſtolus tanto vituperio vniuerſę illi

Primę & ſecundæ ſolutiones.

inſulæ tantam ignominiæ notam inuſerit? Verùm Apoſtolum excuſabat ipſa perſpicua rei veritas. Deinde quòd nō fuerit eius ſententiæ autor, ſed poetam illius Gentis profert; quanquam illud dictum, tanquam vaticinium quoddam Dei videatur probare: quemadmodum probamus dicta Dei per Balaam. Tertiò ſcribebat Apoſtolus ad virum priuatum, & multa priuatim dicuntur prudenter, & ſcribuntur, quę nonniſi temerè, & imprudenter in aures vulgi publicè effunduntur. Et licet publicata poſtea fuerit Epiſtola hæc; tunc Apoſtolus nō iniuriam inferre, ſed doctrinā tradere voluit. Deniq; ipſa Apoſtolica autoritas, per quam Deus loquebatur, & ipſe in verbo Domini non animo conuitiandi, ſed potius vt emēdarentur, eiuſmodi teſtimonium produxit. Nam etiam in eodem Spiritu Eſaias vocat Iſraelitas, principes Sodomorum, & populū Gomorrhæ; & Ioannes Baptiſta de Phariſæis & Sadducæis dixit: *Progenies viperarū, quis demonſtrabit vobis fugere à futura ira?* Cuius dictum confirmauit Dominus, dicens: *Serpentes; genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Idem inquit, *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.*

Tertia.

Quarta. & poſtrema.

Eſai. 1. Quę nō animo maligno ſanctorū ſint accipienda maledicta. *Matth. 3.* *Infra 23.* *Ibidem.*

Eſt etiam ſenſus verus, ſaltem ſpiritualis, de Cretenſibus, in quibus carnales homines deſignantur, vt vox ipſa ſonat. Carnales autem & facilè mentiuntur, & more malitioſæ beſtiæ recalcitrant. ¶ *Et ventres pigri.* Quia ventri, & his, quæ ſub ventre ſunt, viuunt. Qui autem ab his qualitatibus immunes fuerint, non erunt amplius Cretenſes ſecundùm Spiritum, ſed homines Dei, qui Spiritu, & rationis iudicio ſeipſos gubernant.

Quos referāt Cretenſes.

Fuit etiam Epimenides natione Cretenſis, patria Gnoſius, Philoſophus, & Poeta, & tēpli Mytre, hoc eſt, Solis Sacerdos. Prophetam verò eum vocat, nō philoſophum Paulus, non ſimpliciter, ſed proprium illorum prophetam, & quia communiter poetæ omnes vates dicuntur. Alij verò putant, χρονικῶς vocaſſe prophetam: quia vt teſtatur Laertius de Epimenide, ferunt Cretenſes ipſi tanquam Deo ſacrificia obtuliſſe, vt qui ſingulari quadam vires futuras intelligendi præditus fuerit. Et poſtea Laertius ſubdit aliquod eius miraculum. Scripſit librum χρησμῶν, id eſt, de Oraculis, in quo Poemate habetur hoc teſtimoniū. Cicero quoque lib. 1. de Diuinatione Cretenſem Epimedidem enumerat inter eos, qui per furorem ſunt vaticinati. Vnde Adimantus apud Platonem lib. 2. de Repub. poſtquam poetas deorum filios dixit, addit nonnullos illorum factos fuiſſe Prophetas. ¶ Hieronymus

Epimenidis patria: cur proprius Cretenſium propheta nominetur.

Aliorum opinio. *Diog. Laer.*

Epimenidē Cicero quē vatem opinetur fuiſſe. *Plato to. 1.*

Hier. hoc loco, to 9. Auguſtinus Chryſ. hom. 1.

mus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus, docent hic ab Apoſtolo citari Epimenidem. Etſi Gallimacbus Cyrenenſis hoc poema ſit imitatus, & Heſiodus in Theogonia bis proxima dixerit. Verſus Epimenidis eſt:

Epimenidis teſtimonium de Cretẽſib^9.

Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtia, ventres pigri.
Tibi, ô Rex Iupiter, monumentum extruxerunt:
At qui tu non es mortuus, ſed in æternum ſemper viuis.

Et ſunt carmina heroica. Et primum eſt:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦςαι, κακὰ θηρία, γαςέρες ἀργαί.

quod ita Latinè reddi poteſt:

Mendax, ventris inertis, ſemper mala beſtia Cres eſt.

Cretenſes, vt ait Epimenides, ſi ſunt mendaces: quo Iupiter modo erat immortalis.

Circa primum verbum: *Cretenſes ſemper mendaces*, dubium eſt quomodò Iupiter eſſet immortalis, ſi Cretenſes ſunt mendaces: quoniam vix teſtimonium hoc verum eſt. Reſpondeo, quòd in hoc ſolo dixit verum teſtimonium hoc (de Cretenſibus) quòd mendaces ipſos vocauerit. Vnde ait. Teſtimoniũ hoc (ſcilicet, quòd ipſos faciat mendaces) verum eſt; ideò dixit, In hoc, non in reliquis, quę fingunt de Ioue immortali, de Saturno & reliquis ſabulis, quibus plenus eſt mundus: mendaciſſimi extiterunt. Vnde prouerbium; *Cum Cretẽſi cretizare.* id eſt, Aduerſus mendacem, & fraudulentum vtere mendacijs & fraudibus: & Ouidius de Cretenſibus dixit:

Cũ Cretenſi cretizare, iuxta prouerbium, quid.

Ouidius

——— *Nec fingunt omnia Cretes.*

Cretẽſes qua re ſemper mendaces.

Non igitur dicũtur mẽdaces, quòd aliquo linguę lapſu mentiti ſint, ſed quod habitu, & affectu, & exercitio mendacia fingebant & illis delectabantur.

Cur malę beſtiæ, & ventres pigri.

Secundò vocat Cretenſes, beſtias malas, vel potiùs feras, quæ à feritate dictæ ſunt, quòd nulla eis inſit veri ratio, & quæ cicurari nõ poſſunt, ſed quę in dominos ſuos inſurgant, & recalcitrent: nam Græcè θηρία, feram ſignificat veneno noxiam. Tertiò vocat eos ventres pigros, id eſt, edaces, & bibaces, & abdomini tanquam domino ſeruientes, de quibus Lucretius dixit:

Lucretius.

Edite lucrones, comedones, viuite ventres.

qui perpetuò eructant crapulam, de quibus Horatius:

Horatius.

Nos numeri ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcynoiq;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

Paulus citans ex Epimenide, quid docuerit nos.

Scrupuloſus igitur eſt, qui ex profanis autoribus nihil audet mutuari, cùm omnis veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto dicatur.

Ad ſeptimum, cùm ait: *Quã ob cauſam increpa illos durè.* Grecè ἀποτόμως, id eſt, ſeuerè, & pręcisè, & ad viuum. ¶ *Vt ſani ſint in fide.* Et ſanitatem explicat, cùm ait: *Non intendentes Iudaicis fabulis.* Id eſt, ad legem Moyſi extinctam, & ad ceremonias ciborum abrogatas vt interpretatur Chryſoſt. Lex enim Moſis ſi extra tempus ſuum extendatur, fabula eſt: ſi enim lex adhuc viuit, Chriſtus gratis ſeu fruſtra mortuus eſt. ¶ Hieron. verò per Iudaicas ſabulas accipit commenta Rabbinorum. Et vt hoc loco annotat Theodoritus: *Iis qui nondum crediderunt, placidè ac leniter tradenda eſt doctrina: eos autem qui credere profitentur, & ea quæ Fidei repugnant, facere conantur, medicamentis paulò aſperioribus medicari conuenit.* Hæc ille.

B. Amb. in c. 11 prioris ad Corint. to. 5. Soluitur VII. dubitatio.

Iudaicis fabulis quibus intenderent Cretenſes. *Gal. 2.*

Alter ſenſus, ſcilicet beati Hieronymi. *B. Theod. part. 2.*

Igitur iſti nec foris erant, vt nihil ad Titum pertinerent, ſicut ad Corint. docuerat: neq; rurſus hęretici erant, vt fidem amiſiſſent: qui ſuo iam iudicio condemnati ſunt. Habebant ergò fidem, licet in fide ſani non eſſent. Quis enim rationis compos eum increpet, qui ſanus ſit in fide? Et cur nõ dixit Apoſtolus, Increpa eos, vt fidem capiãt, aut fidem recuperent; niſi quia in fidem, ſed fidei firmitatem amiſerant.

Cretenſes, vt nõ erant ſani in fide, mentò ob id durè increpandi. *1 Cor. 5. Tit. 3.*

Et ſubdit: *Mandatis hominũ auerſantium ſe à veritate.* Non intendentes ſcilicet. Sępè diximus, mandata hominum vel traditiones hominum in malam partem accipi, id eſt, pro illis hominibus, qui auerſantur veritatem, & illam nolunt agnoſcere: quia ſequũtur deuteroſes, & traditiones Talmudicas, in quibus multa traduntur fabuloſa, & ridicula, de quibus Marc. 7. & Matth. 15.

Quorũ mandatis hominum idem Cretenſes intenderent.

Marc. 7. Matth. 15.

Ad poſtremam illam ſententiam: *Omnia munda mundis*, dicendum, Apoſtolum agere de Moſaico ciborum delectu, ſine quo illi putabant iuſtificari neminem. Et inter Iudaizantes non erat vna ſententia, ſed quidam putabant quoſdam cibos ſuapte natura immundos; alij propter legem prohibẽtem Leuit. 11. & Deut. 14. Hinc Aug. lib. 4. contra Fauſtum Manichæum, porcum dicebat immundum non natura, ſed ſignificatione. ¶ Quòd autẽ Apoſtoli Act. 15. prohibuerũt Chriſtianis Antiochenis abſtinere à ſuffocatis, & ſanguine; id nõ fecerũt ob ſignificationem, ſed quòd viderent, cùm lex iam eſſet extincta, abſtinentiam à ſuffocato conducere ad aliquid Deo gratum; id eſt, ad concordiam Gentium, & Iudæorum. Sic etiam hodie Paſtor ſummus probibet Chriſtianis eſum carnium in ieiunio, non ob id quod putet vllum cibum vel natura, vel ſignificatione immundum, ſed quòd faciat ad macerationem carnis, & mentis eleuationem.

Octauę quęſtionis ſol. De ſenſu huius dicti: Omnia munda mundis, &c. *Leuit. 11. Deut. 14.*

Antiochenos cur Apoſtoli abſtinere iuſſerunt à ſuffocatis & ſanguine. *Act. 15.*

Etſi alij aliter explicent: petentes ſolutionem

Altera ſolutio aliis. *Leuit. 11.*

tionem ex textu ipſo Léuit.11. Non enim ait: Lepus, vel ſus erit immundus ſimpliciter, ſed, Erit immundus vobis (etſi Hieron. non ſemper apponat. Vobis, vbi eſt in Hebræo) hoc eſt, phraſi Hebræa erit prohibitus vobis, & vetitus. Ita etiam ſubijcit: *Horũ carnibus non veſcemini.* Similiter & de piſcibus: *Quicquid autem pinnulas, & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, & abominabile vobis, execrandumq́; erit: carnes eorum non comedetis.* Et Auguſtinus ſentiebat cibos prohibitos propter ſignificationem; Chryſoſtom. verò propter abundantiam deliciarum amputandam; at Ambroſius propter Hebræorum ceruicoſitatem coercendam.

Vetitorũ in lege ciborũ tres cauſæ Sanctorum. *B. Aug. li. 30. contra Fauſt. c. 1. 10. 6. Chryſ. hom. 1. Ambroſius.*

Vel potius dicendum, rerum munditiã vel immunditiam, nõ ex ipſarum rerũ natura proficiſci, vt impij putãt. Omne enim quod à Deo creatum eſt, bonũ eſt, & mundum; vidit enim cuncta quę fecerat, & erãt valdè bona. Itaq; nõ ob id quod aliquid ſit immũdum, ſi edamus, inquinamur: ſed cũ homo ex ſe ſit immundus propter peccatũ, quod ſpontè patrauit idcircò omnia illi ſunt immunda. Nam quia in primo homine peccauimus, ideò immunda facta ſunt omnia, vt potè quę nõ ſeruiant, nec proſint ad Dei ſeruitium, cùm nos, quibus ſeruire debebant, à Deo ſimus alieni. Tamdiu aũt erat illud futurum, quãdiu regnaret peccatum. Secùs poſtquã Chriſtus ſua cruce deleuit peccatũ, & ita mundificauit nos; & idcircò facta ſunt nobis omnia munda propter fidem in Chriſtum. Qua de re capite 4. prioris ad Timoth. dixit Apoſtolus: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur,*

Cibi ſecundũ alios vnde mũdi, vel immundi reddantur. *Gen. 1.*

Infrà 3. Quid eſt, immunda facta eſſe omnia per peccatũ, per Chriſti gratiã mũda.

Subdit iam Apoſtolus: *Coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum.* Id eſt: Totus homo interior pollutus eſt & contaminatus, & nõ tantum ea, quę à Iudęis tanquã immunda reſpuuntur, ſed etiam illa quæ munda eſſe putant, immunda ſunt. Inquinatur enim mens errore, quando obfirmatur in eo, eo errore conſcientia, & quando cõtra rectæ rationis inſtinctum agit. Quare Auguſtinus lib. 30. contra Fauſtum, ca. 1. intelligens quòd non de ratione, aut de eleëmoſyna, aut id genus actionibus eſt ſermo, ſed de cibis: *Infidelis*, inquit, *ſiue comedat; ſiue abſtineat, non ſanctè, vel iuſtè comedit, vel abſtinet: quia praua opinione vtrumq; facit.* Eodẽ loco explicat, illos qui tẽpore reuelatæ gratię adhuc illas vmbras futurorum ita cuſtodiendis putarunt, vt ſine his Gentes quę ſalutem quæ in Chriſto eſt, percipere nõ poſſe contenderent; immundos dici ab Apoſtolo, quòd carnaliter ſaperent, & infideles, quòd tempore legis non diſcernerentur.

Quare coinquinatis, & infidelibus nihil eſt mũdum.

B. Auguſt.

Immũdi qui ſint etiã Apoſtolo ſecundum Auguſt.

An verò homo infidelis poſſit opus aliquod bonum moraliter exercere, diſputatur inter Scholaſticos. Et quidam id affirmant, aientes, non tantùm opus bonum ex genere, ſed etiam morale opus, id eſt, debitis ſuis circumſtantijs ornatum ab eo perfici poſſe. Auguſtinus verò id negare videtur, quia ſemper deeſt vna circumſtantia, vt ſcilicet ex amore Dei, quòd lex naturalis præſcribit, & non ſola lex gratiæ. Sed hic non eſt locus de hoc articulo diſſerendi.

Homo infidelis an valeat bonum aliquod opus morale perficere.

Auguſt.

Concludit Apoſtolus: *Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negãt.* Probat inquinationem mentis, & conſcientiæ ex ipſo opere: quia etſi lingua fateantur ſe noſſe Deũ, notitia fidei, & veritati, & Chriſto contraria factis vitaque oſtendunt. Et hæc eſt illa inualetudo, & infirmitas mentis, quando homo quod credit, & profitetur, non relucet in moribus, & factis.

Infideles homines vti cõfiteantur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

Et ſubdit: *Cùm ſint abominati*, vel abominabiles, *& incredibiles* (id eſt, increduli, ſiue imperſuaſibiles, quib. nulla veritas de Deo perſuaderi poteſt) *& ad omne opus bonũ reprobi.* Hoc eſt; Non tantùm inepti ad benè operandum, ſed etiam reprobi, mente ſcilicet, & affectu, à quibus nihil boni eſt ſperaneum. Et hæc de primo capite.

Cur ijdẽ abominabiles, increbiles, & reprobi.

DISPVTATIO II.

In verba ſecundi capitis Epiſtolæ ad Titum: *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes, vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia*, & reli. vſq; in finem capitis.

EXIGVÆ ſunt, & parui momenti huius Capitis dubitatiunculæ: eas tamen more ſolito proponemus, & breuibus diſſoluemus. Prima ſit poſt connexionem verborum horum cum præcedentibus, quænam eſt iſta ſanitas doctrinæ, quam tertio quoque verbo inculcat Apoſtolus, & in præcedentibus epiſtolis ad Timotheũ & in hac epiſtola, vbi tradit: *Senes ſani ſint in fide:* & paulò ante: *Increpa illos durè, vt ſani ſint in fide;* & inferius in hoc eodem Capite; *Verbum ſanum, irreprehenſibile.* Secundò dubitatur, cur primò ſenes, deinde anus adoleſcentulas, & iuuenes, dominos, & ſeruos hoc eodem ordine enumerauerit; & quid cuique præſcripſerit. Tertiò, quare cũ cauſali dicitur, Apparuit enim. Quartò,

Quæſtio I.

1. Tim. 1. Infra 6. 1. Tim. 1. Infrà 4.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

quomodò dicitur apparuiſſe omnibus hominibus, quia multis nõ illuxit Euengeliũ Chriſti, teſte eodem Apoſtolo dicẽte: *Quòd ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrũ: in ijs qui pereunt, eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium.* Quintò, quid eſt abnegare impietatẽ, & ſecularia deſideria. Sextò, dubium eſt, quid ſit ſobriè, & iuſtè, & piè viuere; & cur hoc ordine dicat nobis eſſe viuendum. Septimò, quid expectare beatã ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei: quis etiam iſte magnus Deus, Pater ne, an Filius. Octauò aſſerit, nos eſſe redemptos, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operum; nunquid Deus indiget operibus noſtris, vt nos iuſtificet, aut vt nos ſaluet? Poſtremò, quare dixit, Argue cum omni imperio, &, Nemo te cõtemnat: Honor enim nõ eſt in honorato, ſed in eo qui honorificat. Ita etiam contemptus non eſt ſitus in eo qui contemnitur, ſed in eo qui contemnit. Ideò illi potius erant admonendi ne contemnerent paſtorem ſuum.

2. Cor 4. Quinta & ſexta.

Septima & octaua.

Nona atque poſtrema.

Primę ſolut. quæſtionis. De conſequẽtia huius capitis cum ſuperiori.

Ad primam dubitationem: Cùm priori Capite Apoſtolus egiſſet de forma Epiſcoporũ, & eorum numero, oſtendens qua vitæ integritate prælucere illis in Eccleſia, præ alijs conueniat, & quid in prædicatione, & doctrina præſtare eos oporteat: iam hoc ſecundo de aliarum perſonarum officijs agit. Et cum aduerſatiua incipit: *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam*, id eſt: Cùm illi fabulis, & mandatis hominum attendant, in quibus ſe produnt nõ eſſe in fide ſanos; tu contrà loquere quæ ſanum arguunt doctorem. Sunt autem ſanæ doctrinæ munera, opera charitatis ad fidem adiũgere, vt ſuperius probatũ reliquimus. Hinc 1. Timot. 1. poſt multa enumerata peccatorum genera, ſubdit: *Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangeliũ gloriæ beati Dei*, & 2. Timoth. 4. *Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.* Et ſuperiori Capite huius Epiſtolæ: *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana.* Vnde & ſermones ſani vocantur, qui pręter fidem docent charitatem, per quam tunc fides ſana eſt, tùm animus ſanus indicatur, & homines ſani ſunt coram Deo. Et ideò hoc loco adhortans ad ſanam doctrinam, non aliud facit quam inſtituere, vt quęlibet ętas hominũ, & conditio mores ætati ſuę, & conditioni cõgruas induat. Vnde vult vt ſenes ſint ſobrij, & ſani in fide. Deniq; illa poteſt ſtatui ſana doctrina quæ profert fructus veritatis & patientiæ.

Titus quę loqui debebat decentia ſanam doctrinam: & quænam ſit ſana doctrina.

1. Tim. 1.

2. Tim. vlt.

Tit. 1.

Qui ſani ſermones.

Sana doctrina quę tandẽ.

Infirma autem fides eſt illa hęreticorum noſtri ſeculi, quæ fidei omnia tribuit; de mandatis verò Dei implendis, de ſtudio bonorum operum, de oratione, aut maceratione carnis per ieiunium, & ciborum delectum & veſtium aſperitatem, nihil tradit. Hæc autem fides tam infirma, eſt illa, de qua Iacobus. *Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.*

Hæretici qualem habeant fidem.

Iacob. 2.

Ad ſecundum dicimus, Apoſtolum leges tradere omnibus ætatibus bene viuendi. Et in primis alloquitur ſenes, & anus, qui debent eſſe iuniorum duces, & exemplo illis præire. Et admonet ſenes, vt ſint ſobrij, id eſt, ebrij non ſint, & temulenti, & caueãt à crapula, & ebrietate: nihil enim turpius ſenectute, quæ delectationibus corporis adhuc dedita eſt, & nullum ſapientiæ amorem, & rerum fluxarum contemptum pręſefert, vt ſint verè ſobrij, ſeu vigilantes, Vtrumque enim ſignificat vox Græca, vt alibi annotaui. Et ſobrietas ſoror eſt vigilantiæ, iuxta illud: *Sobrij eſtote, & vigilate.* Deinde hortatur vt ſenes ſint *Pudici*, ſiue graues, & honeſtatem præſeferentes. Tertiò, *Prudentes*, ſeu modeſti. Quartò, *Sani in fide.* Alludere videtur ad diuerſos ſenum morbos, quibus vnam animi ſanitatem commendat. Sani ergò, & nõ fluctuantes ad omnem fortunæ euentum. Sani etiam in dilectione nam infirmus eſt, qui leuiter amat. Vnde fit, vt non tolerentur patienti animo quæ accidunt aduerſa.

Sol II. quæſt. Senes primũ & an' quare moneantur ſobrij eſſe.

1. Pet. 5. Senes qui pudici, prudẽtes ſani in fide.

Anus quoq; coniungit cum ſenibus. Et primò petit vt ſint in habitu ſancto, qui religionem deceat, & prouectæ matronas ætatis. Nam interdum aut laſciuè ſe adhuc colunt, aut in veſte mediocritatem non ſeruant, nec decorum pietatis in inceſſu, vultu & ſermone retinent. ¶ *Non criminatrices, aut calumniatrices.* Quia hoc genus mulierum garrulum eſſe ſolet, & circũcurſare domos aliorum ſuntq; verboſæ & curioſæ: ideò vetat ne ſint calumniatrices. Vult etiam vt nõ ſint multo vino ſeruientes: nam ſolet illa ætas vini eſſe appetentior. Et vt pueri lacte nutriuntur, ita ſeniores vino oblectantur: & quòd ętate frigeſcunt, magno potationis ſtudio reſarciunt: ſed ita faciliùs in ebrietatem labuntur, in magnum ætatis ſuæ dedecus, in qua & amittitur grauitas, & autoritas detrahitur: & iunioribus errantibus, quos corrigere deberent, malum præbent exemplum.

Anus quæ ſint in habitu ſancto.

Cur non criminatrices, nec vino ſeruientes.

Addit: *Bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas.* Vno verbo Græco exprimit illud: καλοδιδασκάλυς, id eſt magiſtras rerũ honeſtarum, vt non ſint lęnæ, vt interdum faciunt, & internuntiæ.

Anus quando bene doceant adoleſcentulas.

In ſecundo ordine ponit adoleſcentulas & adoleſcentulos, quos vocat iuuenes, ſiue adoleſcentulos. A iunioribus ergò mulieri-

bus

Adoleſcētulę enī quę viros ſuos ament, & filios ſuos diligant.

bus exigit,vt viros ſuos ament, eos cæteris hominibus præferentes. ¶ *Et filios ſuos diligant.* Non tantùm amore carnis, ſed etiam amore charitatis; vbi carpendæ eſſent matres quæ coram liberis nihil honeſtum aut loquuntur,aut audiunt. Porrò nolle liberorum inſtitutioni attendere, & correctioni,non eſt amare,ſed odiſſe filios: nam qui parcit virgæ, odit filium ſuum; qui autem diligit illum,inceſſanter erudit, vt ait Spiritus ſanctus.Et vt patris eſt de vitę neceſſarijs proſpicere;ita vxoris partes ſunt circa liberos & rem domeſticam intendere. Ideò ſubdit:*Prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes.* Et idcircò vagari nō deberent, ſed domi ſe continere, & vt inquit Homerus, telam columque tractare.veteres matremfamilias deſcripſerunt,depingentes Venerem nudam teſtitudini inſidentem; admonentes incumbere illi domum curare, nec publicis ſe immiſcere negotijs. Et vt ſumma teſtitudinis voluptas eſt in ſua deliteſcere cauea;ita proba mulier domus cuſtodia nil habet antiquius. Et vt teſtudo caput, ſummitatemq;pedum ac manum non exerit è corte,niſi hoc corporis cura flagitet: ita proba materfamilias non niſi neceſſarias ob res prodit in publicum,non longas à domo ſua ſuſcipit peregrinationes: choreas, aut compotationes, aut diſcurſus abominatur.Et ita implebit illud,quod Dauid dixit: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ,* ſiue vt in Hebræo habetur,in penetralibus domus tuæ,vt indicet non in oſtio domus,aut in feneſtris curioſè ſpectantem omnia,commorari. Multa etiam vitia in maritis tolĕrare debent vxores, quemadmodum vxor Nabal ſtultitiam eius tegebat,ac diſſimulabat.

Prouer. 13.

Matrisfamilias quibus pręterea ornatę debent eſſe virtutib. Hom li. 3. Ili.

Bonę matris familias in Venere teſtudini inſiſtente,antiquorū pulchra deſcriptio.

Pſal. 127. Quid illud, Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

1. Reg. 25.

Mulieres cur iſſe enī debent ſubditæ viris ſuis. Gen 3. 1. Cor 11. Ibidem. Gen. 2.

Addit Paulus. *Benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei.* Ne videlicet contingat vt mulieres nobilitate, & diuitijs inflatæ, Diuinæ non meminerint ſententię: *Et ipſe dominabitur tui: quia caput mulieris vir,* &, *Nō vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.* Sed liberalis eſt hęc ſeruitus,&mutua dilectione plena,ſi per eos nō ſteterit.Et ſubdit: *Vt non blaſphematur verbū Dei.* Quia mali Chriſtianorum mores,& vita reproba,pręſertim Sacerdotum, & Religioſorum, Euangelio,& doctrinæ Chriſti tribuitur ab infidelibus,& hæreticis.

Quomodo blaſphemetur verbum Dei.

Cum adoleſcentibus coniungit iuuenes, quos ſimiliter hortatur vt ſint ſobrij, ſiue continentes,ſiue modeſti, & temperati. Et ſolùm petit à iuuenibus ſobrietatem: quia teſte Platone, Temperantia totam hominis mentem ſanat. Et ſolet eſſe illa ætas multum omnib. vitijs propinqua ob cupiditatum variarum ęſtum, & ſanguinem ebullientem. Eſt aūt bonum adoleſcentium teſte Ambroſio,timorem Dei habere, deferre parentibus honorem,habere ſenioribus reuerentiam,caſtitatem tueri,non humilitatem aſpernari, diligere clementiam, & verecundiam,quæ ornamento ſunt minori ætati. Ager qui non colitur, non modò bonū fructum non producit, ſed multa etiam ſylueſtria profert. Ita iuuētus niſi pijs moribus,& honeſtis præceptis inſtituatur, ad multa vitia rapitur.

Iuuenes Apoſtolus cur hortatur eſſe ſobrios. Plato in Charmide.

Qui mores deceant adoleſcentes, ſecundum Ambroſium. Ambr. lib 1. de offic c. 17. to. 1. in princ.

In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum. Quia efficaciùs permouent exempla quam verba;& omnes loqui nouerunt; at ſecundùm virtutem operari,perpaucorum eſt. Seneca ad Lucilium ita ſcribit: *Plus homines oculis,quam auribus credunt. Longum iter per præcepta; efficax, & breue per exempla.* Pro verbo,exemplum,Grecè eſt τύπον, id eſt exemplar,ad quod alij mores ſuos debent cōponere. Et ſubdit: *In doctrina, in integritate, in grauitate.* Græcè hæc leguntur in Accuſatiuo caſu,pro qua lectione facit quod ſequitur. Verbum ſanum, irreprehenſibile. Et regitur à verbo Præbe, vt ſit ſenſus: in hoc docendi munere præbe integritatem vitæ,grauitatem morum,nec loquaris niſi quod argui non poſſit. Vtrumque enim ſignat verbum Græcum ἀκατάγνωστον, id eſt quod minimè accuſari,vel reprehendi poſſit. Et ſubdit iuxta Græcam literam, declarans exemplum quale eſſe debeat, id eſt, in doctrina,in integritate:vt non corrumpatur docens,neq; præmio, vel metu moueatur,quò minus vera doceat, nec ſit leuitas in operatione. ¶ *Verbum ſanum, irreprehenſibile; vt is qui ex aduerſo eſt*, id eſt, Euangelio paratus eſt contradicere, *vereatur* (id eſt pudore ſuffundatur) *nihil habens malum dicere de nobis,* ſcilicet vel in vita, vel in doctrina. Et ſeſe ipſum admiſcet in admonitione: quoniā doctrina diſcipuli eſt doctrina magiſtri,& ſi vnus vituperatur, etiam in alterum redit vituperium.

Exemplorum vis.

Senec epiſt. 6.

In quibus ſe ipſum p ębere exemplū bonorum operum debet Epiſcopus.

Euangelij aduerſarius quādo vereatur nullū malum habēs dicere de nobis.

In tertio ordine ponit dominos, & ſeruos. Seruos quidem, vt fidele pręſtēt obſequium dominis ſuis: quod in omni epiſtola tradere ſolet, ne Chriſtiani ſeruientes Ethnicis, putent ſe liberos à ſeruitute dominorum. Eſt enim ſeruorū genus improbum & intractabile, fugax,& furax. Et malis moribus ſuis impedimento erāt, ne domini ſui ad Chriſtū conuerterentur; propterea hortatur illos vt non contradicant dominis ſuis, nec defraudent illos bonis ſuis. Eſt enim Græca vox, νοσφίζειν, quod eſt, ſuffurari, vel aliquid decerpere, cùm totam rem non auſis tollere; quod proprium eſt

Seruos Apoſtolus cur toties hortetur ſubditos eſſe dominis ſuis.

Serui dominos vt fraudent. Iidem quomodo in omnibus fidē bonam illis oſtendant.

ſeruo-

ſeruorum. ¶ *Sed in omnibus fidem bonam oſtendentes.* Id eſt, fidel tatem præſtantes, phraſi Hebræa. Vt enim domini multa credunt ſeruis, ita conditio ſeruorum eſt dominis ſe fideles exhibere. ¶ *Vt doctrinam Saluatoris noſtri Deo ornent in omnibus.* Munera hominum ornantur bonis verbis; ita ornamenta Chriſti, & Fidei ſunt bona opera, quod ornamentum magno præmio Dominus remunerat.

Quo itẽ modo doctrinã Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

Ad quartum circa illud: *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus:* dicendum eſt, Apoſtolum argumentari à fine redemptionis, quæ docet ſtudium ſobriè, & iuſtè, & piè viuendi. Nam præſtat Doctorem ad honeſtam vitam homines adhortari, quam vanis quæſtionibus mentes hominum occupari. Nam ad id ſumus redempti, vt in ſanitate, & iuſtitia ſeruiamus Deo omnibus diebus noſtri. Et ob id apparuit gratia Dei, vt per eam inſtituamur ad vitam rectè formandam.

Explicauit: Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri in omnibus hominibus.

Luc. 1.

Et quòd dixit, *Enim*, ſenſum ſuum habet. Apparuit enim gratia Dei ſalutifera ſeu ſalutaris (ita enim Græcè legimus χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος) omnibus hominibus, vt etiam ad ſeruile vſque genus ſe demiſerit, ita vt nec poſtremæ ſortis homines deſpiciat. ¶ Eſt autem gratia, fauor, ſiue amor Dei erga nos, vel potius eius affectus, id eſt, habitus, habitans corda noſtra ad reddendum nos Deo gratos, & opera noſtra. Et hæc inhærẽs gratia dicitur apparuiſſe, quia rara olim, & inuiſibilis, & in paucis, modò copioſa, & in multis, & ſub ſignis externis Sacramentorum, per quæ exhibetur. Hoc modo dicitur ad Galat. 3. veniſſe fides. Et quod habetur Ioan. 7. *Nondum erat Spiritus datus; quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Et gratia ſalutifera eſt illa, quæ primò iuſtificat, deinde ſaluat: & à principio eſt inchoata, deinde proficiens, poſtea perfecta. Hæc gratia primò fuit in Chriſto, tãquam in capite, propter cuius gratiam nos accipimus de plenitudine eius, & gratiam noſtram pro gratia Chriſti capitis. Saluat autem merito, & exemplo, & verbo erudiens, & pretio redimens.

Gratia Dei quare ſalutifera.
Philip. 2. & alibi.

Quid ſit Gratia, cur hæc apparuerit.
Galat. 3.
Ioan. 7.

Qualis hæc Apoſtoli ſententia.
Supra 1.

Etſi autem multis non illuxerit hæc gratia, id Deo tribuendum non eſt qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſed vitium hominum eſt, qui nolunt ad eam aſpicere, aut poſtulare à Deo, aut accipere oblatam, aut retinere acceptam. Et Ioan. 3. dixit Dominus: *Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem:* De quibus Stephanus: *Dura ceruice, & incircumciſi cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* Quoſdam etiam vocat Deus rebelles lumini, qui dicunt, Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.

Gratia qualis in Chriſto: & idẽ quomodo ſaluet.
Sol 4. dubit. Si gratia Dei Saluatoris noſtri apparuit omnibus hominibus, vnde tot hominum interitus.

Ibidem.

Circa ſextum ſubiungit: *Erudiens nos*, vt intelligamus, quia hæc gratia non venit ſine lumine, & doctrina. Sed reuera erudit, quia à ruditate tenebrarum intellectus, & vitioſis affectibus voluntatis, ac dæmonum tentationibus nos liberat, & de via ſalutis ac de Euangelio regni cœlorum nos inſtruit. Arripiunt quidam in occaſionem licentiam, quod loquitur de miſericordia Dei: at quoſdam impedit ſocordia: at verò manifeſtatio gratiæ Dei exhortationes ad piè viuendum neceſſariò ſecum adducit.

Ioan. 3.
Act. 7.
Iob. 21.
Gratia Dei quomodo nos erudiat.

Sed iam videamus, quid doceat hæc gratia Dei: *Vt abnegantes*, inquit, *impietatem, & ſecularia deſideria.* Aperit vnde principium huius vitæ benè inſtituendæ incipere debeat, nempè à prioris vitæ abnegatione, cuius duas partes enumerat. Impietas habet ignorantiam, ſuperſtitionem, idololatriam, cæcitatem mentis, auerſionem à cœleſti Patre, & illa patria, & alia dogmata à fide ſana aliena. Et illos in quibus hæc impietas regnat, neceſſè eſt, ſaluari non poſſe, niſi tandem prius ab hac peſte mundanæ concupiſcentiæ liberentur.

Ad V. dub. Quid, abnegare impietatẽ, & ſecularia deſideria.

Secularia verò deſideria, ſunt, ambitio, ſuperbia, auaritia, ira, inuidia, odium, & ſimilia, quæ cum tempore ipſo, & ſeculo pereunt. Et cum anima conuertitur ad varias creaturas, impietatem efficit, & naufragat à fide. Hæc autem abnegantur, ablegandò à ſe illam peccatorum turmam, & abrenunciando diabolo, qui nos in Adam vicit, & omnibus pompis, & operibus carnis.

Secularia deſideria quænam illa.

Porrò vt quæſtionem propoſitam diluamus, quid ſobriè, & iuſtè, & piè viuere, dicimus in his verbis Apoſtolum tribus virtutibus, ſobrietatis, pietatis, & iuſtitiæ, ſummam iuſtitiæ Chriſtianæ complecti. Sobrietas eſt ad ſe, iuſtitia ad proximũ, pietas ad Deum. Sobrietas conſiſtit in moderatione cibi, potus, veſtitus, domus, & ſupellectilis eius & familiæ, vt corpus ſuũ vnuſquiſq; in officio contineat. Iuſtitia reſpicit proximum, quem nec offendere, nec fraudare, nec malum malo reddere docet. Debemus etiam amare, opitulari, & omni virtutum officio proſequi, & patientiã in malo præſtare, & in bono malum vincere. Pietas erga Deum eſt vt parentem, quę religionem, adorationem, & reuerentiam Dei patit, fidem dictis eius, timorem ſanctũ, & inuocationem eius, ſpem certã de bonitate eius,

Gen. 3.
VI. quæſt. fol. Circa illud: Vt ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo.

Sobrietatis, pietatis, & iuſtitiæ virtutum officia.
Rom. 12.

Ibidem 12.

Google

eius, amorem cum obedientia cõiunctum, & perſeuerantiam. Sobriè autem agit, cùm quis ſeipſum propter Deum diligit: iuſtè, cùm proximum diligit, piè cum charitate Deum colit.

Dominus Ieſus humanã cur venerit non tollere ſeruitutem.

Serui igitur agnoſcant ſe per Chriſtum à iugo ſeruitutis non eximi: non enim venit ille, vt iura Gentium violaret, aut ſolueret, ſed vt de malis ſeruis bonos, & probos efficeret, & pęnam in meritum eis conuerteret, qui dominis tanquam ipſi Chriſto fideliter ſeruiunt. Quòd ſi quid iniuſtè à dominis factum fuerit contra ſeruos, ipſe ſuo tempore iudicabit.

VII. ſoluitur dub. Expectare quid beatam ſpem.

Ad ſeptimum reſpondemus, expectare beatam ſpem, nihil aliud eſſe, quàm beatitudinem ſperatam, ac deſideratã ſuo tempore dandam expectare: quę tam alta eſt, vt non ſit hic viſibilis, nec decuerit videri, ſed tãtùm credi: quia ardua eſt, & ſublimis. Debet ergo ſperari, iuxta illud: Quod videt quis, quid ſperat. Si aũt quod non vidimus, ſperamus, per patientiam expectabamus.

Rom. 8.

Quid itẽ expectare aduentũ gloriæ magni Dei.

Subdit: *Et aduentum gloriæ magni Dei.* Id eſt, aduentum glorioſum: Alij vertunt, illuſtrationem, ſiue apparitionem, eſt enim ἐπιφάνεια illuſtrior ille aduentus poſterior Chriſti, in quo iubar maximè illuſtre oculis noſtris repræſentatur, dicuntur enim ἐπιφανεῖς, quæ repentè conſpecta omnium oculos in ſe conuertunt, quòd cum ſplendore quodam emicent. Hic autem aduentus magni Dei ad filium eſt referendus, vt indicat textus qui habet, aduentum gloriæ magni Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: nomen enim ἐπιφάνεια, aut παρουσίας, nunquam in Nouo Teſtamento tribuitur Patri, ſed Filio tantùm. Deinde poſtulat Græci ſermonis conſtructio, vt ad vnum, & idem ſubiectum, id eſt, ad vnum Ieſum Chriſtum referatur vtrumque prædicatum, tum magni Dei, tum Saluatoris; noſtri quia Gręcè non habetur τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ſed ſimpliciter ſine articulo σωτῆρος ἡμῶν. Ideò ad duas diſtinctas perſonas non magis poſſunt referri, quàm cum ait, ὁ Θεός ΠΑΤΗΡ ΙΗΣΟΥ ΧΡΗΣΤΟΥ: non autem dixit: ὁ Θεός καὶ ὁ ΠΑΤΗΡ. Id enim præſtat articulus vnius vtrique membro communis in vtraque ſententia. Idem oſtendit quod ſequitur: *Qui dedit ſemetipſum pro nobis*: quæ planè ad Chriſtum ſpectant. Idem in principio ferè capitis ſequentis comprobat, vbi habetur: *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei*, in quibus apertè Saluator dicitur Deus, quemadmodum etiam hoc loco. Eandem demonſtrationem facit, quòd ſæpè Chriſtus dicitur venturus in gloria Patris cum Angelis ſuis, vt Matth. 16. 19. & 25. vbi habetur: Cùm venerit filius hominis in gloria ſua. Ita enim Græca litera habet, vbi nos habemus, in maieſtate. Et 2. Theſſal. 1. vbi legimus: *Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in Sanctis ſuis.* Hic labor à nobis ſumptus eſt, vt cõtra Arrianos comprobatum relinquamus Chriſtum non ſolùm eſſe Deum, ſed etiam magnum Deum: & id aſſerunt omnes Patres Græci. Nam Chryſoſtomus: *Vbi ſunt*, inquit, *qui Patre minorem filium dicunt?* & Hieronymus hoc loco: *Sicut impietas magni Dei reformidat aduentum, ita ſecura de fide, & de opere ſuo illum, pietas præſtolatur.* Magnus etiam Deus dicitur, qui venit remunerare omnes, à paruo, & maximo, vel vt pluat in contumaces, & inobedientes. ¶ Mirum autem eſt, Eraſmum tantoperè contendiſſe, in hoc textu non dici Chriſtum Deum, ſed diſtinguere inter illa duo verba, & ſequentia, magni Dei, & Saluatoris, quaſi ſint diſtinctæ perſonæ. Et ad hoc corroborandum, producit teſtimonium Ambroſij hoc loco ita explicantis. Sed non debebat vnum torrenti tot Doctorum opponere, & ſenſui Arriano fauere. Et valde dubium eſt, an hæc commentaria Ambroſio ſint tribuenda, quorum ſtylus multum diſſidet ab illo vero Ambroſiano, quem in omnibus alijs libris ſeruauit. Ad hæc multas interpretationes in his Commentarijs ſententijs Pauli aſſignatas nolunt conſonas eſſe ijs, quas in alijs veris & legitimis opuſculis Ambroſij legimus, quas plerunq; in noſtris diſputationibus annotauimus.

Aduentũ magni Dei, ipſi⁹ Chriſti nimirum accipi debere tantummodo.

II. argum.

III. argum.

Matth. 16.

Infra 19.
Infrà 25.

2. Theſſ. 1.

Chriſtũ Arriani qualem Deum ſomniauerint blaſphemi.

B. Chry ho. 5.
Hier. 50 9.

Chriſtus cur mag⁹ Deus.

Hunc locum (vt ſolet) Eraſmus vt torqueat cõtra diuinitatem Chriſti.

Ambr. tom. 5. propè fin.

De Ambroſij in Paulum quos vocant Commentarijs quid ſentiant magni viri.

Ad octauum circa illud: *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorũ operum.* Declarat, illum eundem magnum Deum, qui venturus eſt in gloria ad iudicium, eundẽ eſſe, qui ſe ipſum dedit pro nobis. Nam etſi Iudas tradiderit Iudæis, & Iudæi tradiderint Pontio Pilato præſidi, & ipſe Pilatus tradiderit eum volũtati eorum vt crucifigeretur; dicitur tamen à Patre ſuo, & à ſe ipſo traditus, qui conſenſit in ſui mortem, & cùm poſſet impedire, non impediuit, vt ita de eo dicatur; Oblatus eſt quia ipſe voluit: ſed in alium finem longè diuerſum ab illo Iudæorum, nimirũ; *Vt nos redimeret ab omni iniquitate, Vt nos*, inquit, *redimeret.* Verbum Græcum non tantùm redẽptionem ſignificat pretio numerato, vt aliàs annotaui, ſed ex captiuitate redimere data vita, capite ſuo pro noſtro. Ea enim eſt vis verbi Græci λυτρώσηται.

VIII. dub. reſpondetur. Illud: Qui dedit ſemetipſum pro nobis, &c.

Matth. 26.
Infrà 27.
Ioan. 19.
Ibidem.
Philip. 2.

Eſai. 53.

Chriſt⁹ quomodo nos redemerit ab omni iniquitate.

Vt mũdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Nõ venit vt corrum-

Idem vt mũdauerit nos

Caietani in vltimam ſententiam proponuntur argumenta, atque ſoluuntur.

Nec his obſtat, quod opponit Caietanus ex textu: *Eraſtus remāſit Corinthi: Trophimum reliqui infirmum Mileti*, non narrari in Actis Apoſtolorū in profectione illa Pauli in Ieruſalem, ſed, vt Caietanus putat, poſtquam liberatus fuerat à vinculis Neronis, & redierat in Macedoniam, & Achaiam, & alia loca, in quibus prædicauerat: imò ipſe bis promiſerat ad Philip. quòd ad eos rediret. Primùm, cū ait: *Et hoc confidens, ſcio quia manebo & permanebo omnibus vobis* (in carne ſcilicet) *ad profectum veſtrum, & gaudium fidei; vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me, per meum aduentum iterum ad vos.* Deinde inferiùs dicens: *Confido autem in Domino, quoniam & ipſe veniam ad vos citò.* Et in Epiſtola ad Philemonem: *Simul & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.* Et in illo reditu contigit hoc quod ait de penula, libris, & membranis relictis Troade apud Carpum. Reſpondemus, hæc parui eſſe momenti, ſi cum reliquis circunſtantijs conferantur. Nā potuit illos libros, & penulam reliquiſſe, quando fuit Troade, & Eutychium ſuſcitauit, & pedibus venit in Aſſom: potuit etiam Trophimum reliquiſſe Mileti infirmum, vt diximus, ſed paullò pòſt recuperata ſanitate, felici nauigatione perueniſſe Ieroſolymam, vbi Paulus captus eſt, & Romam ductus & ita omnia vero cōſonant. Et quòd ait Caietanus, in prima mea defenſione, ſcilicet, poſt ſecunda vincula, vel poſt ſecundum aduentum eius in Vrbem, quando aderat Timotheus Romæ, vt ait ad Philipp. cap. 2 *Spero autem in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt*; modò verò poſt tot annos, poſtquam redijt ex partibus Græciæ, ſignificat Timotheo quid ſibi acciderit in prima defenſione ſua: hoc profectò non conſtat de iſtis ſecundis vinculis: & dura videtur expoſitio primam defenſionem vocare, quæ reuera ſecunda fuit, & à quo liberatus non fuit, ſicut olim in priori fuerat. Et quanquam Petrus eſſet Romæ & Lucas: dixit tamen Paulus, *Omnes me dereliquerunt.* Sed hi non erant de numero eorum, qui poſſent ipſum adiuuare; ſed ſenſus eſt, Nemo eorū Chriſtianorum qui Romæ erant, qui poterant me adiuuare, coram Nerone adſtitit. Quàm benè ſcriptum eſt per quendam Ethnicum:

Phil. 1. — *Infrà 2.* — *Philem. 22.* — *Actor. 20,*

Quid illud: In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, Caietano. *Philip. 2.*

Impugnatur hæc ſentētia Caietani.

Actor. 28. *Quomodo accipiēdum: Sed omnes me dereliquerunt, cùm tamē Petrus & Lucas tūc eſſent in Vrbe.*

Ouid. lib. 2. Triſt. eleg. 8.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Ita enim ille argumentatur. In hunc etiam ſenſum eſt, quia dicitur liberatus ad prædicandum Gentibus: nam paullò poſt ſecunda vincula extinctus fuit mandato Neronis. Prætereà hæc epiſtola miſſa eſt eo tempore, quo ſiſtebatur Neroni: tunc peto, an Paulus fuit liberatus, an non? Si minimè; fruſtra Timotheum vocabat, & iubebat vt adferret penulam, & libros, & membranas, & vt adduceret Marcum: Fruſtra dixiſſet, liberatus ſum de ore leonis, & de futuro, Liberabit me Dominus ab homine malo, id eſt à peccato, & dæmone, qui tanquam leo circuit quærens quem deuoret.

Proferuntur & aliæ contra Caietani ſententiam rationes.

2. Tim. 4. — *1. Pet. 5.*

Explicatur iterū quę fuerit prima Pauli defenſio, in qua fuit à Domino cōfirmatus.

Cùm igitur hęc quadrare non poſſint ſecundo aduentui, & ſecundis vinculis, quia inter primam, & ſecundam defenſionem paruum temporis ſpatium interceſſit: cogimur igitur interpretari de primis vinculis, quibus per biennium manſit, & bis ante Cæſarem præſentatus fuit. Et primò quidem derelictus ab omnibus amicis, cauſam egit confirmatus à Domino de liberatione ſui, & ea prima defenſione adhuc ſententiam nō tulit Princeps: verùm iterum Paulus coactus fuit ſiſti paulò antequam has literas mitteret, & tunc ſentētiam liberationis accepit. Et literis iſtis ad Timotheum iam conſcriptis, adiunxit illa verba; Feſtina ad me venire citò. Demas me reliquit, &c. vſque in finem.

Qualis hæc Pauli Apoſtoli fuerit ab omnibus derelictio. *Matth. 26.* *Pſalm. 30.*

Ait ergo: *Omnes me dereliquerunt.* In quo ſimilis factus fuit Domino comprehenſo à Iudæis, quem Apoſtoli omnes deſeruerunt fugiendo, iuxta illud; Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt: iterum, Qui videbant me, foras fugerunt à me. Et ſubdit: *Non illis imputetur.* Vbi videtur precari pro his, qui metu Neronis, & imbecillitate carnis potius quàm malitia deliquerunt. Pro peccato autem Alexandri perfidi, ob obſtinationem contra Fidem cōceptam preces non fudit. Et vt Domino oranti, ac deprecanti calicem, apparuit Angelus confortans eum; dormitantibus Apoſtolis, ita Apoſtolus relictus à ſuis, à Domino corroboratus eſt. Philo legatus Iudæorum Alexandrinorum ad Caium Caligulam, cùm iuſſus eſſet ab eo ex vrbe, & aula recedere ad Iudæos, qui ſecum erant, dixit: *Bono animo oportet vos eſſe, quibus iratus eſt Caius: quia neceſſe adeſſe diuinum, vbi humanum deſit auxilium.* Idem recenſet ex Ioſepho Euſebius Cæſarienſ. libr. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 5. Et vt nonnulli probabiliter coniectant, cùm quinquennium Imperij Neronis laudatiſſimum extiterit, & Seneca eius præceptor & inſtitutor illi in omnibus adeſſet, & cum eo moderaretur omnia; eius opera, & ope abſolutus fuit Apoſtolus.

Luc. 22. *Philo circa med tom. 2. ſub fin.* *Quibus diuinum, vt rectè & ſapienter Philo dixit, non deſit auxilium.* *Euſeb. tom 1*

¶ Et ait, *Liberatus ſum de ore leonis:* ita enim Græcè legitur, & Ambroſius, & Chryſoſtomus, ſequuntur illam lectionem.

Amb. hoc loco Chryſ. ho. 10.

Quare Apoſtolus nō dixit. Liberabit me Dominus ab ore leonis.

Non autem dixit de futuro. Liberabit me de ore leonis, quia tandem eius iuſſu decollatus fuit: ſed: ab omni opere malo, id eſt, peccato, in quod ex ſe incurreret, niſi præuentus eſſet diuinæ gratiæ beneficio. ¶ *Et ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte.* Ita loquitur Apoſtolus ex multa diuinæ gratiæ certitudine concepta, quam, & certam ſperare poſſunt, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et ex facta liberatione colligit Deum deſerturum ſe nunquam, ſed erepturum ab omnibus malis, non vt non ſint, aut ne moriatur, ſed ne vincatur à Satana, & à malis.

Pauli, & iuſtorum omnium in Deo fiducia beatitudinis conſequendæ.

Matth. 5.

Duodecimæ quæſtio ſol.

Ad duodecimum: *Salutate*, ait: *Priſcillam, ſeu Priſcam & Aquilam.* Quos Epheſi reliquerat Acto. 18. & pro Paulo ſuas ceruices ſuppoſuerunt, vt dicitur ad Rom. 10. Et præcedit mulier virum, quia ſanctior, & ferueptior fide. Dorotheus tamẽ tradit in ſua Synopſi, Priſcam virum fuiſſe Colophoniæ Epiſcopum: ſed cum Priſca, vel Priſcilla ſoleat iungi cum Aquila, proculdubiò ſemper accipitur pro vxure, vel muliere Aquilæ. ¶ Præcipit etiam ſalutari Oneſiphori domum. Cùm enim ipſum prius, capite ſcilicet primo celebraſſet; modò ſalutat totam eius domum, & familiam: nam ipſe Romæ tunc reſidebat, vt ait Oecumenius.

Rom. vlt.

Priſcam, ſeu Priſcillā mulieris nomen eſſe non viri.

2. Tim. 1.

Oecu. c. 10. iuxta ſinem.

Eraſtus quis ſit qui remā ſit Corinthi. *Rom. vlt.*

Eraſtus remanſit Corinthi. Hic videtur eſſe ille, qui ad Roman. 16. vocatur arcarius ciuitatis, ſiue quæſtor: vnde nobilis, & præcipuus erat inter alios. Et Dorotheus in Synopſi refert illum Epiſcopũ fuiſſe Panneadis, ſiue Cæſareæ Philippi. Sequitur: *Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Hic Trophimus martyrio Romæ conſummatus eſt ſimul cum Paulo, vt docet Dorotheus. Scribit autem Petrus Cluniacẽſis, qui ſicut Beda Venerabilis cognomentum eſt ſortitus, libr. 1. Epiſtol. 2. ad finem. Pauli Apoſtoli diſcipulus Trophimus, de cuius fonte, vt Zozimus ſcribit, omnes Galliæ Fidei riuulos acceperunt, Arelatæ prędicauit. Et Anſelmus vult hunc Arelatenſium fuiſſe Epiſcopum. De hoc alibi ſatis multa diſputauimus. ¶ Ex quo manifeſtum relinquitur, quòd Apoſtolis non licuerit, quoties liberet, miracula patrare, ſed quoties infidelium poſceret infirmitas, & diuina iuberet autoritas, cuius ſolius eſt naturæ vniuerſæ leges mutare. Simili namque ratione B. Petrus infirmantem Petronillam filiam rogatus cur non ſanaret, reſpondit; *Quia ei non expedit.* Vnde vt oſtenderet, ei potentiam non deeſſe, ſed voluntatem, iuſſit eam à lecto ſurgere, & miniſtrare: & finito miniſterio, rediit ad lectum infirma. Paulus ad Philippen. 2. infirmitatem Epaphroditi philip-

Quis item Trophimus: honorifica de illo Patrū teſtimonia.

B. Anſel. hoc eo. to. 2.

Philip. 2.

penſium Apoſtoli, ad mortem vſque laborantis, multis verbis deplorat.

Vltim. dub. ſolutio.

Ad poſtremum circa illud: *Salutant te Eubûlus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Quis fuerit hic Eubûlus, non ſatis mihi cõſtare potuit. Pudens verò fuiſſe Pauli diſcipulus traditur, & cum Paulo ſimul Ariſtarcho, & Trophimo Romæ capite truncatus, vt ait Dorotheus, & in martyrologio ſuo Beda: fuitque ſanctarum virginum Potentianę, vel Pudentianæ, & Praxedis pater, vt putat etiam Caietanus, quarum mater fuit Sabinella: ſed incertum eſt, quia illæ virgines fuerunt ſub Antonino Pio, quanquam hę virgines ſatis vitam produxerint, ſi ſub Antonino in Domino dormierunt.

Eubûlus, & Pudens, quinam Timotheum conſalutantes.

Caietanus.

Linus quis ille.

Linus à Chryſoſtomo, Euſebio, Hieronymo, Dorotheo, & Damaſo in Pontificali, & ab alijs dicitur fuiſſe à Petro primus Romanæ Sedis Epiſcopus, qui iam à B. Petro in diſceſſu ſuo ab Vrbe tempore Claudij Imperatoris loco ſui inſtitutus fuerat. Secundus autem fuit Clemens à Petro conſtitutus, ſicut Ignatius teſtatur in Epiſtola ad Mariam Caſſobolitam: etiamſi ille poſt eius mortem ceſſerit locum ſuum Linu, & Cleto, vt quidam putant. Clemens tamen lib. 7. Diataxis Apoſtolicę cap. 46. *Romana, inquit, Eccleſia Linus, Claudia Primus à Paulo: Clemens poſt eius mortem à me Petro ſecundus ordinatur.* Alij verò exiſtimant Linum mortuum fuiſſe ante Petrum, vt autor eſt Sophronius Epiſcopus Ieroſolymitanus. Nõ caret tamen ſcrupulo, quia Linus, vt legimus in Breuiario Romano de geſtis Petri, & diſputationibus cum Simone Mago librum conſcripſit, & circumfertur liber de martyrio Petri & Pauli: quod arguit illum Apoſtolis ſuperuixiſſe.

Chryſ. ho. 10. Euſeb. lib. 3 c. 4 hiſt. Eccleſ. Hier. lib. de Script. Eccleſ. in Clemente. to. 1 poſt med. D Ignat. ep. 4 à med. B Clem Rom

Linum vnde cõſtet Petro, & Paulo fuiſſe ſuperſtitẽ.

Quæ fuerit iſta mulier hoc loco nominata Claudia, non legi hactenus quicquam: ſed veriſimile eſt fuiſſe inſignem aliquam & primariam fœminam religionis Chriſtianæ cultricem. Quibuſdam tamen videtur mater fuiſſe Lini Pontificis, quia apud Clementem dicto loco habetur: *Λῖνος ὁ τῆς Κλαυδίας*, id eſt Linus Claudiæ filius. Quòd verò Linus Põtifex poſtpoſitus fuerit Eubûlo, & Pudenti: nõ debet obſtare ſummæ eius paſtoris dignitati: quemadmodum nec ad Gal. 2. poſtponitur Petrus Iacobo, cùm dicitur, *Cùm cognouiſſent gratiã quæ data eſt mihi Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe.* ¶ Illud certè non eſt diſſimulandum, Apoſtolum tot negotiorum, & Eccleſiarum, & perſecutorum multitudine obrutum, memoriã tamẽ firmam tot miniſtrorum Eccleſiarum, & tot ho-

Quid item Claudia, Timothei conſalutatrix.

Poſt Eubûlũ, & Pudentem ſi Pontifex erat tertio cur loco nominatus ſit Linus. *Gal. 2.*

Mira Apoſtoli memoria.

minum nomina retinere potuiſſe, vt oſtendit caput 16. ad Romanos, & præſens locus.

Hebræos vnde perſpicuũ ſit Græcorum vti nominibus proprijs conſueuiſſe.

Conſidera etiam, iam Hebræos cœpiſſe Græcorum nomina ſibi imponere, vt conſtare poteſt ex catalogo Apoſtolorum, & ex catalogo 72. Diſcipulorum, & ex magna parte eorum quos hoc loco nominauit: qui cùm Hebręi eſſent, nomina & cognómenta Græca aſſumebant.

Tandem concludit: *Dominus Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum, Amen.* Hæc ſcripſit propria manu Apoſtolus. Et cum in priori Epiſtola dixiſſet, Gratia tecum, Amen: hic dicit, Gratia vobiſcum, Amen: prius Epiſcopum ſalutans, deinde Eccleſiam. Imò indicat hęc clauſula, non ſoli Timotheo, ſed toti Eccleſię hanc Epiſtolam fuiſſe ſcriptam.

In hac clauſula: Domin' Ieſus Chriſt' cum Spiritu tuo. Gratia vobiſcum. Amen obſeruantur duo.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM AD TITVM.

DISPVTATIO I.

De argumento de quo agitur in hac Epiſtola, & de primi capitis dubitationibus *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, &c.* vſq; in finem capitis.

Titus quis iſte, ad quem Paulus ſcripſit Apoſtolus.

CVM Paulus Fidei noſtræ fundamenta Cretæ ieciſſet; aliò properans, vt erat non vnius tantùm inſulæ paſtor, ſed vniuerſarum Gentium Apoſtolus, Tito diſcipulo, & Euangeliſtæ proſequendi operis partes mandauerat. Nam hic à Gentiliſmo conuerſus ad Fidem fuerat, & ſuſcepta religione adeò profecerat, vt hunc inter præcipuos amicos, imò filij loco coleret Apoſtolus: idoneuſque eſt ab eo iudicatus, qui magnæ huic inſulæ præficeretur quaſi Archiepiſcopus, qui poſſet per ciuitates Epiſcopos conſtituere. Quam autem eſſet hic Apoſtolo familiaris, liquere poteſt ex poſteriori Epiſtola ad Corinthios, in qua frequenter eius facit mentionem, vt capite 2. 7. 8. 12. & ex 2. ad Timotheum capite 4. & ex ſecundo capite Epiſtolæ ad Galatas: Chryſoſtomus etiam citat Acta Apoſtolorum. Sed profectò ex illo libro vllam de Tito mentionem factam eſſe, nemo colligere poteſt, cùm nomen Titi Gręcè non habeatur, ſed tantùm Iuſti.

Idem quam charus Apoſtolo.

Chryſ. ho. 1.

Huius argumentum Epiſtolæ.

Docet autem quales Presbyteros eligere debeat, qui ſint in Epiſcopos ciuitatũ conſtituendi. Deinde cuiq; hominum ętati rectè viuendi modum, & rationem præſcribit. Tertiò à peruerſis doctrinis, & hæreticis vigilanter cauendum eſſe, atque eos declinandos tanquam putrida membra admonet. Iubet quartò, ne quiſquam Chriſtianæ religionis pręt extu, Principibus, aut Magiſtratibus ſuo officio fungentibus reſiſtat, quamuis ſint a fide Chriſti alieni. Poſtremò iubet illum ad ſe venire Nicopolim, ſed non prius quam Paulus Arteman, & Tychicum ad eum præmiſiſſet, ne Cretenſes viderentur deſtituti Epiſcopi ſolatio. Atque hæc Epiſtola poſſet prioris illius ad Timotheum epitome iudicari: quãdoquidem quæ illic fusè habentur, eadem breuibus hic tractãtur. Quare nos ea omnia, quę in priori ad Timotheum diſſeruimus, & conueniunt, non erit operæpretium, repetere, ne actum agamus, ſed ea tantùm quæ reliqua erunt, & ab illis diſtincta. Hieronymus egregium, & plenum Commentarium in hanc epiſtolam edidit.

De quibus diſſerendum in hac Epiſtola.

Hieron. to. 9.

Quo tempore fuerit hæc Epiſtola ſcripta, non ſatis liquet. Probabilius tamen eſt, & veteribus Eccleſiæ Patribus magis conſonum, ſcriptam fuiſſe, antequam Apoſtolus vinctus Romam adduceretur: quia Nicopoli, quæ vrbs ſita eſt in Actiaco littore, ſcripta videtur, vt habet in fine Græca inſcriptio, & non longè diſtat ab inſula Cretæ.

Quando ſcripta hæc Epiſtola.

Eſt autẽ Creta, inſula memorabilis, quę hodie Candia vocatur, à potiſſima eius ciuitate. Fuit autem quõdam mirè corrupta ſuperſtitionibus, & idololatria, & obſcœnis ac impudicis carnis maculis referta. Cuius argumentum maximum eſt Iupiter eius proles, iuxta illud Maronis:

Creta quid.

Creta Iouis magni medio iacet inſula Ponto:
Mons Ideus vbi, & gentis cunabula noſtra
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Virg. li. 3. Æneid. circa princ.

Poſtea

Romano quando ceſſerit imperio Creta.

Poſtea verò & bellis,& deuaſtationibus tùm à Romanis, ex quibus Metellus, qui eam ſubegit, Cretici cognomentum ſortitus eſt, tùm ab alijs. Et ſcholia Homerica tradunt: Nonaginta complectabatur vrbes, ſed bene excuſas. Hæc poſtea à Sarracenis ſub Michaële Balbo Imperatore poſt natum Chriſtum annis 826. occupata fuit: hodie verò in Venetorum dominium recepta eſt: nec eſt admodum populoſa, vt olim fuit.

Quibus modo ſubiecta.

I. dubium, *Lib. 1. diſput. in Paulum.*

Circa primum caput, prætermiſſa ſalutationis expoſitione, quam alibi habes, primùm dubitatur, quorſum relictus ſit Cretæ Titus; & an ipſe potuerit emendare, quæ maior ſanctitate, & autoritate Paulus conſtituerat. Deinde quare per ciuitates erant conſtituendi Epiſcopi: hodiè enim multæ ciuitates Epiſcopum non habent. Tertiò quid eſt illud; *Sicut & ego diſpoſui tibi*, non enim videtur modum explicare. Quartò dubitatur, an conditiones Epiſcopi eligendi ſint illæ eædem, quæ 1. Timot. 3. ſcriptæ ſunt; & an ſint plures, vel pauciores. Quintò, qui ſint illi vaniloqui, & ſeductores, qui ex Circumciſione erant, quiq; erant reprehendendi: Sextò, quorſum producit teſtimonium Epimenidis contra Cretenſes, & cur ipſorum dicitur proprius Propheta. Septimò, quę ſint fabulę Iudaicæ, & mandata hominum auerſantium ſe à veritate. Poſtremò de illa propoſitione: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum.* Ex quo videtur colligi, quòd opera omnia infidelium ſint inquinata, & immunda, & verè illos opus morale aliquod perficere non poſſe.

Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum.

Ad I dub. Titum Cretę cur reliquerit Apoſtolus. *1. Tim. 3.*

Primo dubio reſpondemus, Paulum ſimili exordio hic vſum fuiſſe, atq; in priori ad Timotheum Epiſtola, dixit enim: *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi: vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent: neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis.* Nam quia Apoſtolis ſtatio nulla erat aſſignata, ſed Euangelij per totum orbem ſpargendi munus iniunctum, vt habetur Matth. & Marc: vltim. & Actor. 1. ideò cùm ex vna vrbe, aut prouincia in aliam ſe transferrent, ſubrogare ſoliti erant homines idoneos; quorum opera & conſeruaretur quod cœptum erat, & abſolueretur atque perficeretur. Hinc eſt, quòd Paulus, & alij Apoſtoli multos ſecum comites circumferebant, quos deſtinarent prouincijs, aut ciuitatibus. Nō enim eſt minor virtus, quam quęrere, parta tueri. Hinc Paulus Corinthiorum Eccleſiam ſe à fundamentis erexiſſe prædicat, alios verò eſſe architectos qui ſuperædificare velint, id eſt, vt ædificium promo-

Matth. 28. Marc. 16. Act. 1.

Mos Apoſtolorū orbem peragrantiū. *Ouid. lib. 2. de arte.*

ueant. Quare rectè dixit; *Secundùm gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui; alius autem ſuperædificat. Vnuſquiſq; autem videat quomodo ſuperædificet.*

1. Cor. 3.

Iacto Cretæ Fidei fundamento, Paulus diſceſſerat: proinde Titi, vt Archiepiſcopi, ſiue primatis loco Pauli relicti, partes erant opus in ſuperficiem attollere, vt quæ ille benè cęperat, Titus feliciter abſolueret.

Titus quęnā Cretę debebat corrigere idq; quo ſit accipiendum modo.

¶ Ideò quòd ait: *Corrigas*, vt verbum Gręcū hacet ἐπιδιορθώσῃς; ad literam non ſignificat, quòd Paulus vel inſcitia, vel obliuione, vel incuria aliquid omiſerit, ſed quòd per temporis breuitatem omnia ipſe exequi non potuerit. Non igitur maiori vlla autoritate præditus fuit Titus quam Paulus, quia nulla erat, ſed ipſa eâdem, quam illi ad tempus, dum conſtitueret Eccleſiam Cretenſium, Tito reliquerat. Summa igitur Pauli modeſtia elucet, qui ab alio abſolui patitur, quod ipſe inchoârat. Vel, vt vertit Eraſmus pergas corrigere: nam præpoſitio illa, ἐπὶ, acceſſionem ſignificat. Hinc factum eſt, vt ſtatutis Apoſtolorum Romani Pontifices aliquid vel addiderint, vel ſubtraxerint, vt Eccleſię ſtatus, & experiētia poſcebat. Hinc Iulius Papa in Epiſtola ad Orientales Epiſcopos, optimè docet: *Licet dudum inſtituta Sanctorum multa Patrum eſſent conſcripta, poſuerunt leges, qui Synodum in Nicæa congregauerunt, quas ſacros Canones appellamus, quibus multa pernecesſaria ad ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Dei & ſupplementum columnarum, id eſt Epiſcorum, qui eam proprijs humeris geſtant, ſunt decreta, & nocumenta eorum prohibita.* Hæc ille. Ecce vbi iſta vocantur à Iulio ſupplementa, vel correctiones.

Vide humilitatem B. Pauli Gentium Apoſtoli, & Doctoris.

Iulius I. ep. 1. circa med.

Plato etiam, ratione naturali docente, hoc ipſum intellexiſſe videtur, quia libr. 8. de legibus, cùm legem de ſacrificijs, & diebus feſtis cōdit, Sacerdotibus, & legum cuſtodibus committit, vt diſponant de his, quæ legiſlator neceſſariò prętermiſit. Idem libr. 9. de legib. cùm non ignoraret, multa ſe prætermittere, vt ratio ac neceſſitas poſtulabat: *Cùm iudicia* (inquit) *in ciuitate rectè quantum fieri poteſt, conſtituta ſunt, ac iudices poſtea futuri, benè educati, & omni diligentia explorati erunt, multa ibi eiuſmodi iudicibus rectè, atq; honeſtè committuntur, de ijs quæ alij alijs debent; vt quid eos ſoluere, aut pati oporteat, iudicent*, & quę ſequuntur lectione, & obſeruatione digniſſima. Ipſe etiam Titum cùm longè eſſet inferior, non recuſauit tamen Apoſtolus eum habere correctorem, qui operi ſuo extremam manum imponeret. Docet etiam Paulus, Epiſcopos, & Doctores ſic affectos eſſe debere, vt non am-

Platonis lex huic Apoſtolicę, imperfecta corrigendi, ac ſupplendi, valdè conſentanea.

Tito ea quæ deerant cor-

rigendi pro-macia cõmit-tens Apoſto-lus, quibus quod prębeat documẽtum.
1. Cor. 11.
Ioan. 16.
Coloſ. 1.

bitioſè trahãt ad ſe omnia, ſed alij alios certatim iuuent: & quiſquis meliori ſucceſſu laborauerit, reliqui gratulẽtur potiùs, quã inuideant. Paulus etiã multa cœperat, quæ nõ omnia ſtatim poterat abſoluere, ſed ſuo tempore. Vnde dixerat; *Cætera, cùm venero diſponam*: & Chriſtus, *Multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò*. Imò Apoſtolus de operibus Chriſti ait: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.*

Sol. 2. dubit. De cõſtituendis per ſingulas ciuitates Presbyteris.
Act. 20.

Ad ſecundum dubium dicimus, illud: *Vt cõſtituas per ciuitates Presbyteros*, Gręcè habetur, κατὰ πόλιν Πρεσβυτέρους. Et loquitur in ſingulari, Oppidatim Presbyteros. Ita enim Act. 20. vbi habetur: *Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur*. Gręcè eſt κατὰ πόλιν, quòd rectè vertit interpres.

Pręcipuũ munus Epiſcopi.

Præcipuum autem Epiſcopi munus eſt viſitare ſibi ſubditas diœceſes, & ordinare Eccleſiæ miniſtros: non enim poſſunt incolumes ſtare Eccleſiæ ſine paſtorum miniſterio. Proinde vbicunque fuerit plebis alicuius corpus, ibi pręficiendus eſt paſtor.

Falſus eius dicti Apoſtolici reijcitur intellectus.
Hecatompolis quid Homero.
Strabo.

Et non ſtatuit, vt ſingulis oppidis ſingulos attribuat paſtores, cùm poſſent eſſe plures plebani, vel curati: ſed nullas magnas vrbes ſuis paſtoribus deſtitui, nec totam inſulam, quę centum cõſtabat vrbibus (vnde & Hecatompolis vocata eſt ab Homero in Odyſſea teſte Strabone libr. 10. Geographiæ) vni volebat paſtori committi, quia difficile videtur paſtori tot oues paſcere. Vnde & ſedes metropolitanę non eſſent in immenſum extendendæ, nec rurſus Epiſcopales Eccleſiæ paruis oppidulis contrahendæ, & anguſtandæ, ſed maiores gradus per maiores ciuitates, minores verò per plebanos, qui olim dicebantur Corepiſcopi, conſtituendi.

Corepiſcopi olim qui ſic appellati.

Presbyteros quid eſt conſtituere.

Verbum autem conſtituas, quo hic vtitur Apoſtolus, idem ipſum eſt cũ eo quod habetur Actor. 6. *Conſiderate*, inquit, *fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, &c. quos conſtituamus ſuper hoc opus*. Et Act. 14. habetur: *Et cùm conſtituiſſent per ciuitates presbyteros*, &c. In quo vltimo teſtimonio habetur καταστήσειν, vt hic, ſed χειροτονήσειν, hoc eſt manus imponere. Nec hoc loco permiſit Paulus Tito, vt pręficiat omnibus Eccleſijs miniſtros: hæc enim regia eſſet poteſtas, & ius eligendi tolleretur Eccleſijs, & paſtorũ collegio iudicium adimeretur. Sed hoc tatùm iubet Apoſtolus, vt omnibus electionibus præſit tanquam moderator, & elector oratione, ieiunio, & impoſitione manuum cõſecraret, vt habes Acto. 6. 13. 14. Ob id enim Titum prius à ſe ordinatum Epiſcopum reliquit, vt alios ipſe conſtitueret: ſicut dicitur Conſul, aut Dictator Conſules alios creaſſe, quia Comitia de eis eligendis habuerunt.

Quam Tito Presbyteros conſtituendi Apoſtolus poteſtatẽ non dederit.

Quos cõſtituere Titus iubetur presbyteros.
1. Tim. 3.

Appellat autem Paulus Presbyteros, quos paulò poſt Epiſcopos nominabit, cùm dicet: *Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe*. Quidam verò aliter opinantes, erroris anſam acceperunt, nolentes quicquam intereſſe inter Epiſcopum, & Presbyterum, qua voce intelligunt Sacerdotem, ita vt omnis Sacerdos eorum iudicio ſit Epiſcopus, habens ab eo poteſtatem, & iuriſdictionem. Quod falſum eſt, ac pernicioſum: quantò magis illud Hæreticorum nouorũ dogma, qui ordinationis Sacramenta funditùs tollũt? Nam eſt, vt aiunt, apud Chriſtianos oẽs par poteſtas in Verbo, & Sacramento, & aſſerunt ad Magiſtratus tantum pertinere ex plebe miniſtros ſecernere, qui debeant miniſtrare. Sed abſurdiſſima eſt opinio, & inſana hęreſis. Etſi enim eſſent diſcipuli Domini, nunquam tamen habuerunt poteſtatem conſecrandi, niſi poſtquam dixit illis; *Hoc facite in meam commemorationem*: nec ius abſoluendi aliorum peccata, niſi ex quo audierunt: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Et vanũ eſt quod ex Petro adferunt: *Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium*: ex quo colligunt, ergò omnes ſunt Sacerdotes. Sed cur non pari ratione concedunt, vt oẽs ſint Reges? quia habetur in eodem contextu, Regale Sacerdotiũ. Sicut Exo. 19. dicitur; *Eritis mihi in regnum Sacerdotale*? nunquid ergò omnes Regès erant, aut omnes Sacerdotes? Docuit quidem Petrus in vniuerſitate Chriſtianorum eſſe Sacerdotium, & regiã poteſtatem. ¶ Et eodem modo ſoluitur, quod habetur apud Ioannem: *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes*. Loquitur enim non de ſingulis, ſed de vniuerſo, in quo inuenitur vtraq; poteſtas, Regia, & Sacerdotalis. Et Gręcus habet codex: *Fecit nos Deo noſtro Reges, & Sacerdotes*. Vbi loqui videtur de ſe, & ſui ſimilibus, id eſt de ordine Apoſtolorum, qui conſtituti ſunt à Deo Principes orbis terrarum (iuxta illud; *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*) & ſummi Sacerdotes. Ita vt differat Sacerdotalis ordo ab Epiſcopali. Et omnis quidem Epiſcopus Sacerdos eſt, non autem omnis Sacerdos Epiſcopus.

Catholici quidã quid hoc loco, quid verò in primis hęretici falsò dogmatizauerint.

Eccleſię miniſtrorũ ordinationes minimè ad ciuiles magiſtratus pertinere.
Luc. 22.
1. Cor. 11.
Ioann. 20.
Matth. 18.
Popul⁹ Chriſtianus vt ait B. Petrus, vt regale Sacerdotiũ.
1. Petr. 2.

Explicatur & illud: Feciſti nos Deo noſtro regnũ & Sacerdotes.
Apoc. 5.
Supra 1.

Pſal. 144.

III. queſt. ſol.

Ad tertiam dubitationem, in qua habetur: Sicut & ego diſpoſui tibi, nec tamen modum aut rationem expreſſit ſuę diſpoſitionis, dicendum eſt, eã quam verbo Apoſtolus tradiderat, eandem ſcripto Apoſtolũ conſignare. Et quia vtitur verbo Διατάξαι quod tantũ dicitur de pręceptis Eccleſiaſticis, & Canonicis; inſinuatur, cõditiões Epiſcopi

Cõditiones Epiſcopi.

copi

quas innuat Apoſtolus nõ eſſe iuris Diuini, ſed Humani.

copi nonnullas non tam eſſe iuris Diuini, quam Canonici, & Eccleſiaſtici: vt quòd ſit monogamus, non percuſſor, non neophytus: & ipſe tũc ordinans dabat autoritatem iuriſdictionis. Et non ait: Vt diſpoſuit Dominus, vt 1. Cor. 9. habetur: ita & Dominus ordinauit, &c. vbi Grecè habetur *διέταξε*, quod eſt verbũ idem cum eo quod hic habetur, de quo etiam 1. Cor. 11. legis: *Cætera cũ venero diſponã*. Et c. 16. De collectis aũt quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinaui in Eccleſijs Galatię, ita & vos facite: vbi dicitur *διέταξα*. ¶ Vbi ſunt autem iſtæ diſpoſitiones, quas Paulus, & Patres voce ab eo verbo deducta Diataxes vocant? Nec enim ſicut ego diſpoſui tibi, ad eas tantum pertinet, quę hoc loco in eligendis miniſtris requirit: *Si quis*, inquit, *ſine crimine eſt*, &c. Alioqui potius dixiſſet de præſenti, ſicut ego diſpono tibi: Nec addidiſſet etiam: vt ea quę deſunt, corrigas, quia ad illud ipſum, ſicut & ego diſpoſui tibi, referendum eſt. Diſpoſitum ſiquidem in Eccleſia eſt, vt ſit vnus Metropolitanus, qui primatum ſuum agnoſcat: & infra Metropolitanum ſint ſinguli Epiſcopi per ſingulas ciuitates nõ paruas: hęc autem diſpoſitio vniuerſalis eſt, & per totũ Orientem, & Occidentem obſeruatur. Non ergò omnes conditiones Eccleſię ad hierarchiã Eccleſiaſticam ſpectantes, hoc loco complexus eſt Apoſtolus.

1. Cor. 9.

Contra Lutheranos traditionũ contemptores.

Vniuerſalis atq; perpetua Eccleſię diſpoſitio quanam obſeruetur.

Apoſtolorũ non omnes, quibus vtebantur, leges erant Diuini: ſed etiam iuris Humani.

1. Cor. 11.

Et illud etiam perpende, quòd Apoſtoli non ſemper allegabant ius Diuinum ad omnia quę pręcipiebant, ſed interdũ etiam leges ſuas Canonicas, & Apoſtolicas diataxes, vt hic Paulus facit: & alibi, cum ait: *Laudo vos fratres, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*, non dixit, pręcepta Chriſti, aut Dei; ſed, *præcepta mea*: quę ipſe conſtituebat pro eo tẽpore, & loco, & neceſſitate. Quod ſi eo tempore conſcriptę erant diataxes Apoſtolorum, quas collegit Clemens libris octo; quis erit qui hoc loco neget, Apoſtolũ ad illas alluſiſſe, vbi ait: *Sicut & ego diſpoſui tibi*.

Quarię ſolutio dubij.

De cõditionibus Epiſcopi 1. Tim. 3. & Tit. 1. requiſitis, au ſint.

Ad quartum reſpondemus, eaſdem prorſus conditiones requiri in Epiſcopo eligendo, atq; 1. Timoth. 3. quam pauciſſima addit ſuper illas. Huiuſmodi verò conditiones ſi quis exactè conſideret, & cõferat cum noſtræ ætatis Epiſcopis, videbitur in nouo orbe, & in peregrina aliqua Eccleſia, quę Chriſtum & Apoſtolos penitus ignorauerit, verſari.

Epiſcopus vt eſſe debeat ſine crimine.

Prima enim conditio eſt, *Vt ſit ſine crimine*, vel inculpatus. Non quòd omni culpa vacare debeat, quia Nemo ſine crimine viuit, vt ille dixit; Sed qui inculpatè apud homines viuas, & vitio careat, quòd infamiam pariat, & poſſit in iudiciũ venire. Heſychius ad 21. Leuitici: *Sicut Moyſes*, inquit, *duodecim maculis mundum eſſe præcepit* (ſcilicet futurum Sacerdotem) *tot eas enim inuenies ſecundùm Septuaginta dinumeratas; ſic & Paulus duodecim conſeruare eum, qui Sacerdotium ſortiturus eſt, præcepit dicens: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Quis autem irreprehẽſibilis, niſi impollutus? Deinde colligatur irreprehenſibilem eum eſſe, à qualibus maculis aut paſſionibus carendo, in ſubſequentibus oſtendit, Non ſuperbum, &c. Duodecim ergò & ipſe cuſtodire Sacerdotem vult, & quamobrem ei tanta ſuperimponat, in præcedentibus dixit, Sicut Dei diſpenſatorem. Qui autem diſpenſat quæ Dei ſunt, opus habet eos, quorum diſpenſator eſt, virtutibus præcedere. Nam quomodo illos diſpenſare, quomodo diſponere poterit?* Hæc ille non indoctè.

Heſych. prope finem capitis.

Quot maculis carere debent Noui præſentium Teſtamenti Sacerdotes.

Leuit. 21.

Epiſcopus vnius vxoris vir cur tantũ ſit oportet.

Secunda conditio eſt: *Vnius vxoris vir*. Quod non dicitur propter nuptiarum reprehenſionem, ſed propter Sacramenti ſanctitatem. Quemadmodum ſi fœmina etiãſi catechumena fuerit vitiata, non poteſt poſt Baptiſmum inter Dei virgines conſecrari: ita nõ abſurdum eſt, cum, qui exceſſit vxorum numerum ſingularem, non peccatum aliquod cõmiſiſſe, ſed normam quandam Sacramenti amiſiſſe, non ad bonę vitę meritum, ſed ad ordinationis Eccleſiaſticę ſignaculum: de qua re fuit 1. Timot. 3. diſputatum, Nunc adde teſtimonium Leonis Papæ, qui Epiſt. 2. ad diuerſos Epiſcopos per Picænum, & Campaniam, productis duobus Apoſtolorum Canonibus 17. & 18. ita ſcribit: *Qualis verò vnicuique natalium honeſtas, & morum eſſe debeat, qui ſacri altaris miniſterio ſit ſociandus, Apoſtolo nos docente, & diuina præceptione didicimus: & Canonũ regulas, à quibus pleroſq; fratrum declinaſſe, & penitùs deuiaſſe reperimus. Nam conſtat ad Sacerdotium peruenisse viduarum maritos, quoſdam etiam, quibus fuerant numeroſa coniugia, contra illam Apoſtoli vocem; Vnius vxoris virum, & contra illud antiquæ legis præceptum, quod dicitur, & cauetur, vt virginem Sacer Sacerdos accipiat, non viduam, repudiatam, &c.*

Aug. li. de bono coniugali, cap. 10. to. 6. Diſput. 10.

Leo Magnus.

1. Tim. 3.

Leuit. 21.

Cur filios Epiſcopus debet habere fideles.

Tertia conditio: *Filios habens fideles.* Quia turpe videtur in Epiſcopo vel habuiſſe plures vxores, vel filios habere infideles. Quomodò enim videbitur credibile poſſe alios ab eo in fide inſtrui qui proprios filios ſecundum carnem non inſtruxerit?

Quare non luxurioſos.

Quarta: *Filios habens non in accuſatione luxuriæ.* Luxus enim filiorum parentem reddit Epiſcopatus incapacem, quia facilè poſſent bona Eccleſiæ dilapidare, & ita pauperes, vel filios habere infideles, & ita pauperes facilè contingeret defraudari. Græca

vox

Eccl. 34.

(vt ait Sapiens) vnus ædificans, & vnus deſtruens, qnid prodeſt illis niſi labor? quemadmodum filij Iſrael vna manu ędificabant templum, & altera tenebant gladium.

Sol. V. quæſt. De vaniloquis & ſeductoribus à Tito redarguendis.

Ad quintam dubitationẽ dicimus, Apoſtnlum notare eos, qui præter doctrinã ſanam, fidem perturbabant, quos vncat *ἀνυποτάκτους*, id eſt intractabiles, & qui in nrdinem cogi nnlunt. ¶ *Vaniloqui.* Qui *ματαιολόγοι*, id eſt, qui friunla dncent, & qui leuia, & incerta exempla adhibent in cnncinne. ¶ *Seductores.* Qui eleganti verbo Hræcè dicuntur *φρεναπάτας*, id eſt mẽtiũ deceptores qui à veritate abducunt hnmines ad mendacium: non autem qui alios trahũt ad comeſſatinnes, & ebrietates & proſtibula.

Iudaizantes cur ſeductores. Quid hoc loco redarguere.

¶ *Maximè*, inquit, *qui de Circumciſione ſunt.* Id eſt, de genere Iudęorum, qui Gentes ad fidẽ conuerſas ad Iudaiſmum reuncabant, & cũ Euangelin Iudaiſmum cõiungebant: vt Ebionitæ, & Cherintihiani. ¶ *Quos oportet redargui.* Vbi Gręcè elegãter dicitur *ἐπιστομίζειν*, hoc eſt os occludere, ſiue nbturare, id eſt, quibus nportet ſilentium impnnere, ne de ſcientia præ alijs glnrientur. Nam ij ſunt *Qui vniuerſas*, inquit, *domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Docebãt in primis nnn publica concinne ſed familiari, & prinata doctrina, imitantes malum hominem, qui media nocte dnrmientibus hominibus ſuperſeminauit zizania. Qui enim malè agit, odit lucem. Deinde docebãt quæ non oportebat, id eſt, veterem legem, quę iam antiquata erat, & qnam erigere, & mortuam ſuſcitare, erat anathema, & reædificare Iericho. Et tertiò addit: *Turpis lucri gratia.* Quoniam nefas erat Diuinã doctrinam venditare. Vnde turpe eſt omne lucrũ quod exigitur tanquam merces doctrinæ. Et ſapienter dixit quidam Iuriſconſultus de ciuili ſapientia, non eſſe illam pretio nũmarin ęſtimandam aut dehoneſtandã. Peiores ergò erant iſti iudaizantes illis, de quibus ad Rnm. 1n. loquitur Apoſtolus, qui eadem docebant, ſed cœlo adducti.

Quomodo illi docebant quæ non oportet.

Matth. 13.

Ioan. 3.

Ioſue. 6.

Turpis lucri gratia cur docebant.

Rom. 10.

VI. dubit. ſolutio.

De cauſa producti teſtimonij Epimenidis contra Cretenſes.

Deut. 23.

Ad ſextum, circa illud: *Dixit quidam ex illis, proprius ipſorũ propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Dicendum eſt, non eſſe mirandũ, ſi Paulus producat Poetam Ethnicum, quem propterea non in omnibus probauit, ſed illud dictum Poeræ tantùm probauit: quia etſi nnn eſſent incircumciſi in templum Dei intrnducendi; dũ tamen aliquid boni & veri dixerunt, poſſunt eorũ dicta introduci. Quid enim vetat, Poetas aliquando qund verum eſt, prædicere, cum cacodęmones etiam vera nonnulla lnquantur. Ceinde mirantur cur tantùs Apoſtolus tantn vituperio vniuerſę illi inſulæ tantam ignnminiæ notam inuſerit? Verùm Apnſtolum excuſabat ipſa perſpicua rei veritas. Deinde quòd nõ fuerit eius ſententiæ autnr, ſed poetam illius Gentis profert; quanquam illud dictum, tanquam vaticinium quoddam Dei videatur probare: quemadmodum probamus dicta Dei per Balaam. Tertiò ſcribebat Apoſtnlus ad virum priuatum, & multa priuatim dicuntur prudenter, & ſcribuntur, quę nonniſi temerè, & imprudenter in aures vulgi publicè effunduntur. Et licet publicata poſtea fuerit Epiſtola hæc; tunc Apoſtolus nõ iniuriam inferre, ſed doctrinã tradere vnluit. Deniq; ipſa Apoſtnlica autnritas, per quam Deus lnquebatur, & ipſe in verbo Dnmini nnn animo cnnuitiandi, ſed potius vt emẽdarentur, eiuſmodi teſtimonium produxit. Nam etiam in eodem Spiritu Eſaias vocat Iſraelitas, principes Sodnmnrum, & populũ Gnmnrrhæ; & Ioannes Baptiſta de Phariſæis & Sadducæis dixit: *Progenies viperarũ, quis demonſtrabit vobis fugere à futura ira?* Cuius dictum confirmauit Dominus, dicens: *Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Idem inquit, *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.*

Prima & ſecundæ ſolutiones.

Tertia.

Quarta. & poſtrema.

Eſai. 1.

Quę nõ animo maligno ſanctorũ ſint accipienda maledicta.

Matth. 3.

Infra 23.

Ibidem.

Quos referãt Cretenſes.

Eſt etiam ſenſus verus, ſaltem ſpiritualis, de Cretenſibus, in quibus carnales homines deſignantur, vt vox ipſa ſonat. Carnales autem & facilè mentiuntur, & more malitiuſæ beſtiæ recalcitrant. ¶ *Et ventres pigri.* Quia ventri, & his, quæ ſub ventre ſunt, viuunt. Qui autem ab his qualitatibus immunes fuerint, nnn erunt amplius Cretenſes ſecundùm Spiritum, ſed hnmines Dei, qui Spiritu, & ratinnis iudicio ſeipſos gubernant.

Epimenidis patria: cur proprius Cretenſium propheta nominetur.

Fuit etiam Epimenides natione Cretenſis, patria Gnoſius, Philnſnphus, & Pneta, & tẽpli Mytre, hoc eſt, Solis Sacerdos. Prophetam verò eum vocat, nõ philnſnphum Paulus, non ſimpliciter, ſed proprium illorum prnphetam, & quia cnmmuniter poetæ nmnes vates dicuntur. Alij verò putant, *κρονικῶς* vocaſſe prophetam: quia vt teſtatur Laertius de Epimenide, ferunt Cretenſes ipſi tanquam Deo ſacrificia obtuliſſe, vt qui ſingulari quadam vires futuras intelligendi præditus fuerit. Et pnſtea Laertius ſubdit aliquod eius miraculum. Scripſit librum *περὶ χρησμῶν*, id eſt, de Oraculis, in qun Poemate habetur hoc teſtimoniũ. Cicero quoque lib. 1. de Diuinatinne Cretenſem Epimedidem enumerat inter eos, qui per furorem ſunt vaticinati. Vnde Adimantus apud Platonem lib. 2. de Repub. poſtquam poetas denrum filios dixit, addit nnnnullos illnrum factos fuiſſe Prophetas. ¶ Hiernnymus

Aliorum opinio.

Diog. Laer.

Epimenidẽ Cicero quẽ vatem opinetur fuiſſe.

Plato 10. 1.

Hier. hoc loco, to 9. Auguſtinus Chryſ. hom. 1.

mus, Auguſtinus, & Chryſoſtomus, docent hic ab Apoſtolo citari Epimenidem. Etſi Gallimachus Cyrenenſis hoc poema ſit imitatus, & Heſiodus in Theogonia his proxima dixerit. Verſus Epimenidis eſt:

Epimenidis teſtimonium de Cretẽſib.

Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtia, ventres pigri.
Tibi, ò Rex Iupiter, monumentum extruxerunt:
At qui tu non es mortuus, ſed in æternum ſemper viuis.

Et ſunt carmina heroica. Et primum eſt:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

quod ita Latinè reddi poteſt:

Mendax, ventris inertis, ſemper mala beſtia Cres eſt.

Cretenſes, vt ait Epimenides, ſi ſunt mendaces: quo Iupiter modo erat immortalis.

Circa primum verbum: *Cretenſes ſemper mendaces*, dubium eſt quomodò Iupiter eſſet immortalis, ſi Cretenſes ſunt mendaces: quoniam vix teſtimonium hoc verum eſt. Reſpondeo, quòd in hoc ſolo dixit verum teſtimonium hoc (de Cretenſibus) quòd mendaces ipſos vocauerit. Vnde ait. Teſtimoniũ hoc (ſcilicet, quòd ipſos faciat mendaces) verum eſt; ideò dixit, In hoc, non in reliquis, quę fingunt de Ioue immortali, de Saturno & reliquis fabulis, quibus plenus eſt mundus: mendaciſſimi extiterunt. Vnde prouerbium; *Cum Cretẽſi cretizare.* id eſt, Aduerſus mendacem, & fraudulentum vtere mendacijs & fraudibus: & Ouidius de Cretenſibus dixit:

Cũ Cretenſi cretizare, iuxta prouerbium, quid.

Ouidius

——— *Nec fingunt omnia Cretes.*

Cretẽſes quare ſemper mendaces.

Non igitur dicũtur mẽdaces, quòd aliquo linguę lapſu mentiti ſint, ſed quod habitu, & affectu, & exercitio mendacia fingebant & illis delectabantur.

Cur malę beſtiæ, & ventres pigri.

Secundò vocat Cretenſes, beſtias malas, vel potiùs feras, quæ à feritate dictæ ſunt, quòd nulla eis inſit veri ratio, & quæ cicurari nõ poſſunt, ſed quę in dominos ſuos inſurgant, & recalcitrent: nam Græcè θηρία, feram ſignificat veneno noxiam. Tertiò vocat eos ventres pigros, id eſt, edaces, & bibaces, & abdomini tanquam domino ſeruientes, de quibus Lucretius dixit:

Lucretius.

Edite lucrones, comedones, viuite ventres.

qui perpetuò eructant crapulam, de quibus Horatius:

Horatius.

Nos numeri ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcynoiq;
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

Paulus citans ex Epimenide, quid docuerit nos.

Scrupuloſus igitur eſt, qui ex profanis autoribus nihil audet mutuari, cùm omnis veritas à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto dicatur.

Ad ſeptimum, cùm ait: *Quã ob cauſam increpa illos durè.* Gręcè ἀποτόμως, id eſt, ſeuerè, & pręcisè, & ad viuum. ¶*Vt ſani ſint in fide.* Et ſanitatem explicat, cùm ait: *Non intendentes Iudaicis fabulis.* Id eſt, ad legem Moyſi extinctam, & ad ceremonias ciborum abrogatas vt interpretatur Chryſoſt. Lex enim Moſis ſi extra tempus ſuum extendatur, fabula eſt: ſi enim lex adhuc viuit, Chriſtus gratis ſeu fruſtra mortuus eſt, ¶Hieron. verò per Iudaicas fabulas accipit commenta Rabbinorum. Et vt hoc loco annotat Theodoritus: *Iis qui nondum crediderunt, placidè ac leniter tradenda eſt doctrina: eos autem qui credere profitentur, & ea quæ Fidei repugnant, facere conantur, medicamentis paulò aſperioribus medicari conuenit.* Hæc ille.

B. Amb. in c. 12 prioris ad Corint. to. 5. Soluitur VII. dubitatio.

Iudaicis fabulis quibus intenderent Cretenſes. *Gal. 2.*

Alter ſenſus, ſcilicet beati Hieronymi. *B. Theod. part. 2.*

Igitur iſti nec foris erant, vt nihil ad Titum pertinerent, ſicut ad Corint. docuerat: neq; rurſus hęretici erant, vt fidem amiſiſſent: qui ſuo iam iudicio condemnati ſunt. Habebant ergò fidem, licet in fide ſani non eſſent. Quis enim rationis compos eum increpet, qui ſanus ſit in fide? Et cur nõ dixit Apoſtolus, Increpa eos, vt fidem capiãt, aut fidem recuperent; niſi quia in fidem, ſed fidei firmitatem amiſerant.

Cretenſes, vt nõ erant ſani in fide, mentò ob id durè increpandi. *1 Cor. 5. Tit. 3.*

Et ſubdit: *Mandatis hominũ auerſantium ſe à veritate.* Non intendentes ſcilicet. Sępè diximus, mandata hominum, vel traditiones hominum in malam partem accipi, id eſt, pro illis hominibus, qui auerſantur veritatem, & illam nolunt agnoſcere: quia ſequũtur deuteroſes, & traditiones Talmudicas, in quibus multa traduntur fabuloſa, & ridicula, de quibus Marc. 7. & Matth. 15.

Quorũ mandatis hominum idem Cretenſes intenderent.

Marc. 7. Matth. 15.

Ad poſtremam illam ſententiam: *Omnia munda mundis*, dicendum, Apoſtolum agere de Moſaico ciborum delectu, ſine quo illi putabant iuſtificari neminem. Et inter Iudaizantes non erat vna ſententia, ſed quidam putabant quoſdam cibos ſuapte natura immundos; alij propter legem prohibẽtem Leuit. 11. & Deut. 14 Hinc Aug. lib. 4. contra Fauſtum Manichæum, porcum dicebat immundum non natura, ſed ſignificatione. ¶Quòd autẽ Apoſtoli Act. 15. prohibuerũt Chriſtianis Antiochenis abſtinere à ſuffocatis, & ſanguine; id nõ fecerũt ob ſignificationem, ſed quòd viderent, cùm lex iam eſſet extincta, abſtinentiam à ſuffocato conducere ad aliquid Deo gratum; id eſt, ad concordiam Gentium, & Iudæorum. Sic etiam hodie Paſtor ſummus prohibet Chriſtianis eſum carnium in ieiunio, non ob id quod putet vllum cibum vel natura, vel ſignificatione immundum, ſed quòd faciat ad macerationem carnis, & mentis eleuationem.

Octauę quęſtionis ſol. De ſenſu huius dicti: Omnia munda mundis, &c. *Leuit. 11. Deut. 14.*

Antiochenos cur Apoſtoli abſtinere iuſſerint à ſuffocatis & ſanguine. *Act. 15.*

Etſi alij aliter explicent: petentes ſolu-

tionem

Altera ſolut liter alis. *Leuit. 11.*

tionem ex textu ipſo Leuit. 11. Non enim ait: Lepus, vel ſus erit immundus ſimpliciter, ſed, Erit immundus vobis (etſi Hieron. non ſemper apponat. Vobis, vbi eſt in Hebræo) hoc eſt, phraſi Hebræa erit prohibitus vobis, & vetitus. Ita etiam ſubijcit: *Horũ carnibus non veſcemini.* Similiter & de piſcibus: *Quicquid autem pinnulas, & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, & abominabile vobis, execrandumq́; erit: carnes eorum non comedetis.* Et Auguſtinus ſentiebat cibos prohibitos propter ſignificationem; Chryſoſtom. verò propter abundantiam deliciarum amputandam; at Ambroſius propter Hebræorum ceruicoſitatem coercendam.

Vetitorũ in lege ciborũ tres cauſæ Sanctorum. *B. Aug. li. 30. contra Fauſt. c. 1. 10. 6. Chryſ. hom 1. Ambroſius.*

Vel potius dicendum, rerum munditiã vel immunditiam, nõ ex ipſarum rerũ natura proficiſci, vt impij putãt. Omne enim quod à Deo creatum eſt, bonũ eſt, & mundum; vidit enim cuncta quę fecerat, & erãt valdè bona. Itaq; nõ ob id quod aliquid ſit immũdum, ſi edamus, inquinamur: ſed cũ homo ex ſe ſit immundus propter peccatũ, quod ſponte patrauit idcircò omnia illi ſunt immunda. Nam quia in primo homine peccauimus, ideò immunda facta ſunt omnia, vtpotè quę nõ ſeruiant, nec proſint ad Dei ſeruitium, cùm nos, quibus ſeruire debebant, à Deo ſimus alieni. Tamdiu aũt erat illud futurum, quãdiu regnaret peccatum. Secùs poſtquã Chriſtus ſua cruce deleuit peccatũ, & ita mundificauit nos; & idcircò facta ſunt nobis omnia munda propter fidem in Chriſtum. Qua de re capite 4. prioris ad Timoth. dixit Apoſtolus: *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur,*

Cibi ſecundũ alios vnde mũdi, vel immundi reddantur. *Gen 1.*

Infrà 3. Quid eſt, immunda facta eſſe omnia per peccatũ, per Chriſti, gratiã mũda.

Subdit iam Apoſtolus: *Coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum.* Id eſt: Totus homo interior pollutus eſt & contaminatus, & nõ tantum ea, quę à Iudęis tanquã immunda reſpuuntur, ſed etiam illa quæ munda eſſe putant, immunda ſunt. Inquinatur enim mens errore, quando obfirmatur in eo, eo errore conſcientia, & quando cõtra rectæ rationis inſtinctum agit. Quare Auguſtinus lib. 30. contra Fauſtum, ca. 1. intelligens quòd non de ratione, aut de eleëmoſyna, aut id genus actionibus eſt ſermo, ſed de cibis: *Infidelis*, inquit, *ſiue comedat, ſiue abſtineat, non ſanctè, vel iuſtè comedit, vel abſtinet: quia praua opinione ṽtrumq; facit.* Eodẽ loco explicat, illos qui tẽpore reuelatæ gratię adhuc illas vmbras futurorum ita cuſtodiendis putarunt, vt ſine his Gentes quę ſalutem quæ in Chriſto eſt, percipere nõ poſſe contenderent; immundos dici ab Apoſtolo, quòd carnaliter ſaperent, & infideles, quòd tempore legis non diſcernerentur.

Quare coinquinatis, & infidelibus nihil eſt mũdum.

B. Auguſt.

Immũdi qui ſint etiã Apoſtolo ſecundum Auguſt.

An verò homo infidelis poſſit opus aliquod bonum moraliter exercere, diſputatur inter Scholaſticos. Et quidam id affirmant, aientes, non tantùm opus bonum ex genere, ſed etiam morale opus, id eſt, debitis ſuis circumſtantijs ornatum ab eo perfici poſſe. Auguſtinus verò id negare videtur, quia ſemper deeſt vna circumſtantia, vt ſcilicet ex amore Dei, quòd lex naturalis præſcribit, & non ſola lex gratiæ. Sed hic non eſt locus de hoc articulo diſſerendi.

Homo infidelis an valeat bonum aliquod opus morale perficere.

Auguſt.

Concludit Apoſtolus: *Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negãt.* Probat inquinationem mentis, & conſcientiæ ex ipſo opere: quia etſi lingua fateantur ſe noſſe Deũ, notitia fidei, & veritati, & Chriſto contraria factis vitaque oſtendunt. Et hæc eſt illa inualetudo, & infirmitas mentis, quando homo quod credit, & profitetur, non relucet in moribus, & factis.

Infideles homines vti cõfiteantur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

Et ſubdit: *Cùm ſint abominati*, vel abominabiles, *& incredibiles* (id eſt, increduli, ſiue imperſuaſibiles, quib. nulla veritas de Deo perſuaderi poteſt) *& ad omne opus bonũ reprobi.* Hoc eſt; Non tantùm inepti ad benè operandum, ſed etiam reprobi, mente ſcilicet, & affectu, à quibus nihil boni eſt ſperandum. Et hæc de primo capite.

Cur ijdẽ abominabiles, incredibiles, & reprobi.

DISPVTATIO II.

In verba ſecundi capitis Epiſtolæ ad Titum: *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam. Senes, vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia*, & reli. vſq; in finem capitis.

Quæſtio I.

EXIGVÆ ſunt, & parui momenti huius Capitis dubitatiunculæ: eas tamen more ſolito proponemus, & breuibus diſſoluemus. Prima ſit poſt connexionem verborum horum cum præcedentibus, quænam eſt iſta ſanitas doctrinæ, quam tertio quoque verbo inculcat Apoſtolus, & in præcedentibus epiſtolis ad Timotheũ & in hac epiſtola, vbi tradit: *Senes ſani ſint in fide:* & paulò ante: *Increpa illos durè, vt ſani ſint in fide;* & inferius in hoc eodem Capite; *Verbum ſanum, irreprehenſibile.* Secundò dubitatur, cur primò ſenes, deinde anus adoleſcentulas, & iuuenes, dominos, & ſeruos hoc eodem ordine enumerauerit; & quid cuique præſcripſerit. Tertiò, quare cũ cauſali dicitur, Apparuit enim. Quartò,

1. Tim 1. Infra 6. 1. Tim. 1. Infrà 4.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

quomodò dicitur apparuiſſe omnibus hominibus, quia multis nõ illuxit Euengeliũ Chriſti, teſte eo dem Apoſtolo dicẽte: *Quòd ſi etiam opertum eſt Euangelium noſtrũ: in ijs qui pereunt, eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium.*

2. *Cor* 4.
Quinta & ſexta.

Quintò, quid eſt abnegare impietatẽ, & ſecularia deſideria. Sextò, dubium eſt, quid ſit ſobriè, & iuſtè, & piè viuere; & cur hoc ordine dicat nobis eſſe viuendum.

Septima & octaua.

Septimò, quid expectare beatã ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei: quis etiam iſte magnus Deus, Pater ne, an Filius. Octauò aſſerit, nos eſſe redemptos, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operum; nunquid Deus indiget operibus noſtris, vt nos iuſtificet, aut vt nos ſaluet?

Nona atque poſtrema.

Poſtremò, quare dixit, Argue cum omni imperio, &, Nemo te cõtemnat: Honor enim nõ eſt in honorato, ſed in eo qui honorificat. Ita etiam contemptus non eſt ſitus in eo qui contemnitur, ſed in eo qui contemnit. Ideò illi potius erant admonendi ne contemnerent paſtorem ſuum.

Primę ſolut. quæſtionis. De conſequẽtia huius capitis cum ſuperiori.

Ad primam dubitationem: Cùm priori Capite Apoſtolus egiſſet de forma Epiſcoporũ, & eorum numero, oſtendens qua vitæ integritate prælucere illis in Eccleſia, præ alijs conueniat, & quid in prædicatione, & doctrina præſtare eos oporteat: iam hoc ſecundo de aliarum perſonarum officijs agit.

Titus quę loqui debebat decentia ſanam doctrinam: & quænam ſit ſana doctrina.

Et cum aduerſatiua incipit: *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam*, id eſt: Cùm illi fabulis, & mandatis hominum attendant, in quibus ſe produnt nõ eſſe in fide ſanos; tu contrà loquere quæ ſanum arguunt doctorem. Sunt autem ſanæ doctrinæ munera, opera charitatis ad fidem adiũgere, vt ſuperius probatũ reliquimus.

1. *Tim*. 1.

Hinc 1. Timot. 1. poſt multa enumerata peccatorum genera, ſubdit: *Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangeliũ gloriæ beati Dei*, & 2. Timoth. 4. *Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.*

2. *Tim. vlt.*
Tit 1.

Et ſuperiori Capite huius Epiſtolæ: *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana.* Vnde & ſermones ſani vocantur, qui pręter fidem docent charitatem, per quam tunc fides ſana eſt, tùm animus ſanus indicatur, & homines ſani ſunt coram Deo.

Qui ſani ſermones.

Et ideò hoc loco adhortans ad ſanam doctrinam, non aliud facit quam inſtituere, vt quęlibet ętas hominũ, & conditio mores ætati ſuę, & conditioni cõgruas induat. Vnde vult vt ſenes ſint ſobrij, & ſani in fide. Deniq; illa poteſt ſtatui ſana doctrina quæ profert fructus veritatis & patientiæ.

Sana doctrina quę tandẽ.

Hæretici qualem habeant fidem.

Infirma autem fides eſt illa hęreticorum noſtri ſeculi, quæ fidei omnia tribuit; de mandatis verò Dei implendis, de ſtudio bonorum operum, de oratione, aut maceratione carnis per ieiunium, & ciborum delectum & veſtium aſperitatem, nihil tradit. Hæc autem fides tam infirma, eſt illa, de qua Iacobus. *Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.*

Iacob. 2.

Sol. II. quæſt. Senes primũ & an' quare moneantur ſobrij eſſe.

Ad ſecundum dicimus, Apoſtolum leges tradere omnibus ætatibus bene viuendi. Et in primis alloquitur ſenes, & anus, qui debent eſſe iuniorum duces, & exemplo illis præire. Et admonet ſenes, vt ſint ſobrij, id eſt, ebrij non ſint, & temulenti, & caueãt à crapula, & ebrietate: nihil enim turpius ſenectute, quæ delectationibus corporis adhuc dedita eſt, & nullum ſapientiæ amorem, & rerum fluxarum contemptum pręſefert, vt ſint verè ſobrij, ſeu vigilantes, Vtrumque enim ſignificat vox Græca, vt alibi annotaui. Et ſobrietas ſoror eſt vigilantiæ, iuxta illud: *Sobrij eſtote, & vigilate.*

1. *Pet*. 5.
Senes qui pudici, prudẽtes ſani in fide.

Deinde hortatur vt ſenes ſint *Pudici*, ſiue graues, & honeſtatem præſeferentes. Tertiò, *Prudentes*, ſeu modeſti. Quartò, *Sani in fide.* Alludere videtur ad diuerſos ſenum morbos, quibus vnam animi ſanitatem commendat. Sani ergò, & nõ fluctuantes ad omnem fortunæ euentum. Sani etiam in dilectione nam infirmus eſt, qui leuiter amat. Vnde fit, vt non tolerentur patienti animo quæ accidunt aduerſa.

Anus quæ ſint in habitu ſancto.

Anus quoq; coniungit cum ſenibus. Et primò petit vt ſint in habitu ſancto, qui religionem deceat, & prouectæ matronas ætatis. Nam interdum aut laſciuè ſe adhuc colunt, aut in veſte mediocritatem non ſeruant, nec decorum pietatis in inceſſu, vultu & ſermone retinent. ¶ *Non criminatrices, aut calumniatrices.*

Cur non criminatrices, nec vino ſeruientes.

Quia hoc genus mulierum garrulum eſſe ſolet, & circũcurſare domos aliorum ſuntq; verboſæ & curioſæ: ideò vetat ne ſint calumniatrices. Vult etiam vt nõ ſint multo vino ſeruientes: nam ſolet illa ætas vini eſſe appetentior. Et vt pueri lacte nutriuntur, ita ſeniores vino oblectantur: & quòd ętate frigeſcunt, magno potationis ſtudio reſarciunt: ſed ita faciliùs in ebrietatem labuntur, in magnum ætatis ſuæ dedecus, in qua & amittitur grauitas, & autoritas detrahitur: & iunioribus errantibus, quos corrigere deberent, malum præbent exemplum.

Anus quando bene doceant adoleſcentulas.

Addit: *Bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas.* Vno verbo Græco exprimit illud: καλοδιδασκάλους, id eſt magiſtras rerũ honeſtarum, vt non ſint lęnæ, vt interdum faciunt, & internuntiæ.

In ſecundo ordine ponit adoleſcentulas & adoleſcentulos, quos vocat iuuenes, ſiue adoleſcentulos. A iunioribus ergò mulieri-

Adoleſcẽtulę etiã quę viros ſuos ament, & filios ſuos diligant.

bus exigit, vt viros ſuos ament, eos cæteris hominibus præferentes. ¶ *Et filios ſuos diligant.* Non tantùm amore carnis, ſed etiam amore charitatis; vbi carpendæ eſſent matres quæ coram liberis nihil honeſtum aut loquuntur, aut audiunt. Porrò nolle liberorum inſtitutioni attendere, & correctioni, non eſt amare, ſed odiſſe filios: nam qui parcit virgæ, odit filium ſuum; qui autem diligit illum, inceſſanter erudit, vt ait Spiritus ſanctus. Et vt patris eſt de vitę neceſſarijs proſpicere; ita vxoris partes ſunt circa liberos & rem domeſticam intendere. Ideò ſubdit: *Prudentes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes.* Et idcircò vagari nõ deberent, ſed domi ſe continere, & vt inquit Homerus, telam columque tractare. veteres matremfamilias deſcripſerunt, depingentes Venerem nudam teſtitudini inſidentem; admonentes incumbere illi domum curare, nec publicis ſe immiſcere negotijs. Et vt ſumma teſtitudinis voluptas eſt in ſua deliteſcere cauea; ita proba mulier domus cuſtodia nil habet antiquius. Et vt teſtudo caput, ſummitatemq; pedum ac manuum non exerit è corte, niſi hoc corporis cura flagitet: ita proba materfamilias non niſi neceſſarias ob res prodit in publicum, non longas à domo ſua ſuſcipit peregrinationes: choreas, aut compotationes, aut diſcurſus abominatur. Et ita implebit illud, quod Dauid dixit: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*, ſiue vt in Hebræo habetur, in penetralibus domus tuæ, vt indicet non in oſtio domus, aut in feneſtris curioſè ſpectantem omnia, commorari. Multa etiam vitia in maritis tolerare debent vxores, quemadmodum vxor Nabal ſtultitiam eius tegebat, ac diſſimulabat.

Prouer. 13.

Matrisfamilias quibus præterea ornatę debent eſſe virtutib.

Hom li 3. Ili.

Bonę matris familias in Venere teſtudini inſiſtente, antiquorũ pulchra deſcriptio.

Pſal. 127.

Quid illud, Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

1. R.g. 25.

Addit Paulus. *Benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur verbum Dei.* Ne videlicet contingat vt mulieres nobilitate, & diuitijs inflatæ, Diuinæ non meminerint ſententię: *Et ipſe dominabitur tui: quia caput mulieris vir*, &, *Nõ vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.* Sed liberalis eſt hęc ſeruitus, & mutua dilectione plena, ſi per eos nõ ſteterit. Et ſubdit: *Vt non blaſphematur verbũ Dei.* Quia mali Chriſtianorum mores, & vita reproba, pręſertim Sacerdotum, & Religioſorum, Euangelio, & doctrinæ Chriſti tribuitur ab infidelibus, & hæreticis.

Mulieres cur eſſe etiã debent ſubditæ viris ſuis.

Gen 3.

1. Cor 11.

Ibidem.

Gen. 2.

Quomodo blaſphemetur verbum Dei.

Cum adoleſcentibus coniungit iuuenes, quos ſimiliter hortatur vt ſint ſobrij, ſiue continentes, ſiue modeſti, & temperati. Et ſolùm petit à iuuenibus ſobrietatem: quia teſte Platone, Temperantia totam hominis mentem ſanat. Et ſolet eſſe illa ætas multum omnib. vitijs propinqua ob cupiditatum variarum ęſtum, & ſanguinem ebullientem. Eſt aũt bonum adoleſcentium teſte Ambroſio, timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, habere ſenioribus reuerentiam, caſtitatem tueri, non humilitatem aſpernari, diligere clementiam, & verecundiam, quæ ornamento ſunt minori ætati. Ager qui non colitur, non modò bonũ fructum non producit, ſed multa etiam ſylueſtria profert. Ita iuuẽtus niſi pijs moribus, & honeſtis præceptis inſtituatur, ad multa vitia rapitur.

Iuuenes Apoſtolus cur mandet eſſe ſobrios.

Plato in Charmide. to. 2.

Qui mores deceant adoleſcentes, ſecundum Ambroſium.

Ambr. lib 1. de offic c. 17. to. 1. in princ.

In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum. Quia efficaciùs permouent exempla quam verba; & omnes loqui nouerunt; at ſecundùm virtutem operari, perpaucorum eſt. Seneca ad Lucilium ita ſcribit: *Plus homines oculis, quam auribus credunt. Longum iter per præcepta; efficax, & breue per exempla.* Pro verbo, exemplum, Gręcè eſt τύπον, id eſt exemplar, ad quod alij mores ſuos debent cõponere. Et ſubdit: *In doctrina, in integritate, in grauitate.* Græcè hæc leguntur in Accuſatiuo caſu, pro qua lectione facit quod ſequitur. Verbum ſanum, irreprehenſibile. Et regitur à verbo Præbe, vt ſit ſenſus: in hoc docendi munere præbe integritatem vitæ, grauitatem morum, nec loquaris niſi quod argui non poſſit. Vtrumque enim ſignat verbum Græcum ἀκατάγνωστον, id eſt quod minimè accuſari, vel reprehendi poſſit. Et ſubdit iuxta Græcam literam, declarans exemplum quale eſſe debeat, id eſt, in doctrina, in integritate: vt non corrumpatur docens, neq; præmio, vel metu moueatur, quò minus vera doceat, nec ſit leuitas in operatione. ¶ *Verbum ſanum, irreprehenſibile; vt is qui ex aduerſo eſt*, id eſt, Euangelio paratus eſt contradicere, *vereatur* (id eſt pudore ſuffundatur) *nihil habens malum dicere de nobis*, ſcilicet vel in vita, vel in doctrina. Et ſeſe ipſum admiſcet in admonitione: quoniã doctrina diſcipuli eſt doctrina magiſtri, & ſi vnus vituperatur, etiam in alterum redit vituperium.

Exemplorum vis.

Senec epiſt. 6.

In quibus ſe ipſum præbere exemplũ bonorum operum debet Epiſcopus.

Euangelij aduerſarius quãdo vereatur nullũ malum habẽs dicere de nobis.

In tertio ordine ponit dominos, & ſeruos. Seruos quidem, vt fidele pręſtẽt obſequium dominis ſuis: quod in omni epiſtola tradere ſolet, ne Chriſtiani ſeruientes Ethnicis, putent ſe liberos à ſeruitute dominorum. Eſt enim ſeruorũ genus improbum & intractabile, fugax, & furax. Et malis moribus ſuis impedimento erãt, ne domini ſui ad Chriſtũ conuerterentur; propterea hortatur illos vt non contradicant dominis ſuis, nec defraudent illos bonis ſuis. Eſt enim Græca vox, νοσφίζειν, quod eſt, ſuffurari, vel aliquid decerpere, cùm totam rem non auſis tollere; quod proprium eſt ſeruo-

Seruos Apoſtolus cur toties horretur ſubditos eſſe dominis ſuis.

Serui dominos vt fraudent. Ijdem quomodo in omnibus fidẽ bonam illis oſtendant.

eius, amorem cum obedientia cõiunctum, & perſeuerantiam. Sobriè autem agit, cùm quis ſeipſum propter Deum diligit: iuſtè, cùm proximum diligit, piè cum charitate Deum colit.

Dominus Ieſus humanã cur venerit non tollere ſeruitutem.

Serui igitur agnoſcant ſe per Chriſtum à iugo ſeruitutis non eximi: non enim venit ille, vt iura Gentium violaret, aut ſolueret, ſed vt de malis ſeruis bonos, & probos efficeret, & pœnam in meritum eis conuerteret, qui dominis tanquam ipſi Chriſto fideliter ſeruiunt. Quòd ſi quid iniuſtè à dominis factum fuerit contra ſeruos, ipſe ſuo tempore iudicabit.

VII. ſoluitur dub. Expectare quid beatam ſpem.

Ad ſeptimum reſpondemus, expectare beatam ſpem, nihil aliud eſſe, quàm beatitudinem ſperatam, ac deſideratã ſuo tempore dandam expectare: quę tam alta eſt, vt non ſit hic viſibilis, nec decuerit videri, ſed tãtùm credi: quia ardua eſt, & ſublimis. Debet ergo ſperari, iuxta illud: Quod videt quis, quid ſperat. Si aũt quod non vidimus, ſperamus, per patientiam expectabamus. *Rom. 8.*

Quid itẽ expectare aduentũ gloriæ magni Dei.

Subdit: *Et aduentum gloriæ magne Dei.* Id eſt, aduentum glorioſum: Alij vertunt, illuſtrationem, ſiue apparitionem, eſt enim ἐπιφάνεια illuſtrior ille aduentus poſterior Chriſti, in quo iubar maximè illuſtre oculis noſtris repræſentatur, dicuntur enim ἐπιφανεῖς, quæ repentè conſpecta omnium oculos in ſe conuertunt, quòd cum ſplendore quodam emicent. Hic autem aduentus magni Dei ad filium eſt referendus, vt indicat textus qui habet, aduentum gloriæ magni Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: nomen enim ἐπιφάνειος, aut παρουσίας, nunquam in Nouo Teſtamento tribuitur Patri, ſed Filio tantùm. Deinde poſtulat Græci ſermonis conſtructio, vt ad vnum, & idem ſubiectum, id eſt, ad vnum Ieſum Chriſtum referatur vtrumque prædicatum, tum magni Dei, tum Saluatoris; noſtri quia Gręcè non habetur τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ſed ſimpliciter ſine articulo σωτῆρος ἡμῶν. Ideò ad duas diſtinctas perſonas non magis poſſunt referri, quàm cum ait, ὁ Θεὸς ΠΑΤΗΡ ΙΗΣΟΥ ΧΡΗΣΤΟΥ: non autem dixit: ὁ Θεὸς καὶ ὁ ΠΑΤΗΡ. Id enim præſtat articulus vnius vtrique membro communis in vtraque ſententia. Idem oſtendit quod ſequitur: *Qui dedit ſemetipſum pro nobis:* quæ planè ad Chriſtum ſpectant. Idem in principio ferè capitis ſequentis comprobat, vbi habetur: *Cùm autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei*, in quibus apertè Saluator dicitur Deus, quemadmodum etiam hoc loco. Eandem demonſtrationem facit, quòd ſæpè Chriſtus dicitur venturus in gloria Patris cum Angelis ſuis, vt Matth. 16. 19. & 25. vbi habetur: Cùm venerit filius hominis in gloria ſua. Ita enim Græca litera habet, vbi nos habemus, in maieſtate. Et 2. Theſſal. 1. vbi legimus: *Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in Sanctis ſuis.*

Aduentũ magni Dei, ipſi⁹ Chriſti nimirum accipi debere tantummodo.

II. argum.

III. argum.

Matth. 16. *Infra 19.* *Infrà 25.* *2. Theſſ. 1.*

Chriſtũ Arriani qualem Deum ſomniauerint blaſphemi.

Hic labor à nobis ſumptus eſt, vt cõtra Arrianos comprobatum relinquamus Chriſtum non ſolùm eſſe Deum, ſed etiam magnum Deum: & id aſſerunt omnes Patres Græci. Nam Chryſoſtomus: *Vbi ſunt*, inquit, *qui Patre minorem filium dicunt?* & Hieronymus hoc loco: *Sicut impietas magni Dei reformidat aduentum, ita ſecura de fide, & de opere ſuo illum, pietas præſtolatur.* Magnus etiam Deus dicitur, qui venit remunerare omnes, à paruo, & maximo, vel vt pluat in contumaces, & inobedientes. ¶ Mirum autem eſt, Eraſmum tantoperè contendiſſe, in hoc textu non dici Chriſtum Deum, ſed diſtinguere inter illa duo verba, & ſequentia, magni Dei, & Saluatoris, quaſi ſint diſtinctæ perſonæ. Et ad hoc corroborandum, producit teſtimonium Ambroſij hoc loco ita explicantis. Sed non debebat vnum torrenti tot Doctorum opponere, & ſenſui Arriano fauere. Et valde dubium eſt, an hæc commentaria Ambroſio ſint tribuenda, quorum ſtylus multum diſſidet ab illo vero Ambroſiano, quem in omnibus alijs libris ſeruauit. Ad hæc multas interpretationes in his Commentarijs ſententijs Pauli aſſignatas nolunt conſonas eſſe ijs, quas in alijs veris & legitimis opuſculis Ambroſij legimus, quas plerunq; in noſtris diſputationibus annotauimus.

B. Chry ho. 5. *Hier. 10 9.*

Chriſtus cur magn⁹ Deus.

Hunc locum (vt ſolet) Eraſmus vt torqueat cõtra diuinitatem Chriſti.

Ambr. tom. 5. prope fin.

De Ambroſij in Paulum quos vocant Commentarijs quid ſentiant magni viri.

VIII. dub. reſpondetur. In id: Qui dedit ſemetipſum pro nobis, &c.

Ad octauum circa illud: *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorũ operum.* Declarat, illum eundem magnum Deum, qui venturus eſt in gloria ad iudicium, eundẽ eſſe, qui ſe ipſum dedit pro nobis. Nam etſi Iudas tradiderit Iudæis, & Iudæi tradiderint Pontio Pilato præſidi, & ipſe Pilatus tradiderit eum volũtati eorum vt crucifigeretur; dicitur tamen à Patre ſuo, & à ſe ipſo traditus, qui conſenſit in ſui mortem, & cùm poſſet impedire, non impediuit, vt ita de eo dicatur; Oblatus eſt quia ipſe voluit: ſed in alium finem longè diuerſum ab illo Iudæorum, nimirũ; *Vt nos redimeret ab omni iniquitate, Vt nos*, inquit, *redimeret.* Verbum Græcum non tantùm redẽptionem ſignificat pretio numerato, vt aliàs annotaui, ſed ex captiuitate redimere data vita, capite ſuo pro noſtro. Ea enim eſt vis verbi Græci λυτρώσηται.

Matth. 26. *Infrà 27.* *Ioan. 19.* *Ibidem.* *Philip. 2.* *Eſai. 53.*

Chriſt⁹ quomodo nos redemerit ab omni iniquitate.

Idem vt mũdauerit nos

Vt mũdaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Nõ venit vt corrum-

ſibi populum acceptabilē.

peret naturam humanam, nec vt eſſet miniſter peccati, ſed vt prius mundaret nos ſanguine ſuo ab omni peccato, & daret gratiam implendiq; præcepit. Vt enim ait August. Deus ergo vt quid homo, ſi non corrigitur homo? Verbum, acceptabilis, Græcum eſt, quod Apoſtolus accepit à 70. Interpretibus, Exod. 29. vbi dicitur. *Eritis mihi populus* περιούσιος, ſiue peculiaris de cunctis gentibus. Et Deut. 17. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris.* Ad hos locos hic alluſit Paulus. Pro hoc verbo Hebræa veritas habet Segola, quam variè interpretantur Rabbini: nam Rabbi Kimhi ait ſignificare ſingularem ſiue peculiarem: Rabbi Salomon theſaurum dilectum: Rabbi Abraham rem glorioſam, & deſiderabilem: quia Eccleſ. 2. vbi habemus: *Coaceruaui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias Regum, & prouinciarum:* Hebraicè habetur Segola. Ita vt ſit ſenſus, Chriſtum mortuum, vt nos faceret populum eximium, peculiarem, præcipuum, & qui ſit loco reconditi theſauri, ex quo aliquando oriturus erat Meſſias vniuerſos homines locupletaturus. ¶ Sectatorem bonorum operum. ¶ Hieronymus vertit, æmulatorem: quia Græcè legimus ζηλωτήν. Cuius vocis pondus expendens Chryſoſt. Vides, inquit, vt non ſimpliciter à nobis opera virtutis exigantur? Sed magna cum alacritate, atque ingenti ſtudio, & animo virtutis opera capeſſentem.

Aug. ſer. 1. de S. Stephano.

Verbum acceptabilis à Paulo vnde ſumptum.

Exod. 19.

Deut. 7.

Vocis Segola varij ſignificatus Rabbinorum.

Eccleſ. 2.

Quid itē: Vt mundaret ſibi populum ſectatorem bonorum operum.

Hier tom. 9.

B Chryſ. ho. 5.

Titus quomodo loqui exhortari, & arguere iubetur cum omni imperio.

Ad poſtremum circa illud: *Hæc loquor, & exhortare, & argue cum omni Nemo te contemnat.* Senſus eſt: Hæc loquere, docendo: exhortare, addēdo vim exhortationis, & obiurgationis aculeos. Quòd ſi quis tantę doctrinæ ſe aduerſarium oppoſuerit, etiā argue. Eſt enim præconis verbi Dei munus non abſimile ab illo medici, ſiue prudentis agricolæ. Vt enim medicus non eodē pharmaco omnes morbos ſanat, ſed diuerſos diuerſis: & agricola quædam ſecuri, quædam verò igni extirpat: ita verbi Dei miniſter lenitatis, & acrimoniæ vſum habebit, ſic tamen, vt omnibus ędificet, & plātet, & more boni Samaritani infundat oleum & vinum plagis vulnerati.

Cōcionator qualis eſſe debeat.

Luc 10.

Ad IX. dub. Titus cur arguere debeat cum omni imperio.

Et addit: *Argue cum omni imperio, ſiue, cum omni autoritate.* Vult enim Apoſtol', vt pręco verbi Dei in his tradendis autoritatem, & reuerentiam ſibi vendicet. Nam curioſi, & argutiarum cupidi, piæ, & ſanctæ vitæ præcepta, quaſi trita, & vulgaria deſpiciunt. Et ſicut Timotheo præcepit: *Nemo adoleſcētiam tuam contemnat:* id eſt, ita te gere, vt nemo te, etiam ſi ſis adoleſcens, contemnere valeat. Eſt enim apud priorem epiſtolam ad Timotheum verbum καταφρονεῖν, at hoc loco eſt verbum περιφρονεῖν, quod ſignificat aliquem deſpicere, veluti in inferiori loco poſitum. Vt ſit huius loci pulcher ſenſus: Ita viue, vt nemo ſit qui melior videri poſſit, quàm tu ipſe ſis: & ne poteſtas, & imperium tibi à Deo data deſpiciantur, eo quòd ſis irreprehenſibilis: quanquam Chryſoſt. & Græca ſcholia idem ſignificari vtroque teſtimonio tradant.

Tim. 4.

Ad illud; Si honor eſt in honorante, quare Tito dicitur. Nemo te contemnat.

DISPVTATIO III.

In tertij capitis verba epiſtolę ad Titum: ***Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtēdentes manſuetudinem ad omnes homines. Eramus enim & nos aliquando inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſiderijs, & voluptatibus varijs: &c.*** **in fin vſque cap.**

Huius capitis argumentum.

POST peculiaria documēta ſingulis hominum gradibus exhibita, redit Apoſtolus ad communem hominibus doctrinam. Et in primis cōmonefacit, vt ſe morigeros, & ſubiectos præſtent omnibus magiſtratibus. Et dubitatur in primis, quorſum hoc pręceptum tribuatur fidelibus: videtur enim magis eſſe ciuile, aut naturale, quàm Eccleſiaſticum præceptum: & illi vi ſoliti ſunt extorquere obedientiam, & ſubiectionē à populo, & plebe. Deinde quorſum addit, ad omne opus bonum paratos eſſe debere; cùm illis ea, quę ſunt conſcientiæ, & religionis, præcipere nō valeant magiſtratus ciuiles. Tertiò ambigitur cur prohibeat illos blaſphemare cum blaſphemia propriè tēdat in Dei iniuriam. Quartò, cur vetet ne ſint litigioſi, cū hoc vix ab his qui, vitā inter hoēs agunt, vitari queat. Quintò quorſum replicat: Eramus enim & nos aliquādo inſipiētes, increduli, errantes; quod frequens eſt apud Paulum, ſicut etiam frequenter Incarnationis Filij Dei mētionem facit. Cùm enim paulò antè dixiſſet. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri; nunc iterum replicat: Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, adiūgit illi lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus S. Sextò cum ait: *Fidelis ſermo*, dubium eſt cui parti ſit adiungenda hæc particula, an præcedenti, an ſequenti, & quomodò quis debeat in bonis operibus præeſſe, cum & ipſe inferius replicet: *Diſcant,*

I. dubitatio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima & Octaua.

cant, inquit, *& noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios.* Septimò, quæ ſint ſtultę quęſtiones, & pugnæ legis, quas vult à fidelibus vitari. Octauò dubitatur, quis ſit propriè hæreticus homo, & quomodò poſt vnam, & ſecundam correptionem deuitandus ſit; & quomodo ille ſit proprio indicio condemnatus. Poſtremò dicendum aliquid eſt de Arthema, & Tychico, & Zena legiſperito, & Apollo, quorum in fine capitis mentionem facit.

IX. Dubium & poſtremũ. Sol. I. quæſt. De tradito fidelibus à Paulo principib. & poteſtatibus obediendi mandato.

Ad primum ergo dicẽdum eſt, multum negotij habuiſſe olim Apoſtolos, vt perſuaderent plebi, vt ſe ſub Magiſtratus, & Principis Imperio contineant. Natura enim appetentes ſumus principatus omnes, & ita fit vt nemo alteri ſe libenter ſubijciat. Deinde cum viderent omnes mundi poteſtates Chriſto eſſe aduerſas & Euangelio, indignas eſſe putabãt, quibus vllus honor haberetur; Iudæi pręſertim, vt erat gens indomita, fremere, tumultuari non ceſſabant, imitantes Iudam Galilæum, & Theodam, homines ſeditioſos, ac turbulentos, & pro carnali libertate ſibi, vt putabant promiſſa, decertabant, & ingentes motus varijs in locis excitabant.

Iudæi quale genus hominum. *Actor. 5. Ibidem.*

Quàm ſcripturæ veteri & nouæ. Diuinæque voluntati ſit hæc Pauli doctrina cõformis. *Ierem. 27. & ſeq. Rom. 13. 1. Pet. 2.*

Eſt ergo Principibus, & Magiſtratibus in omnibus quæ contra Deum non ſunt, parendum. Ita Ieremias cap. 27. Iudæis ſuaſit, vt ſe ſua ſponte ſubderent Regi Chaldæo. Apoſtolus etiam ad Roman. 13. & Petrus in priori epiſtola hoc ipſum præcepit: Subiecti, inquit, eſtote omni humanę creaturæ propter Deum: ſiue Regi, quaſi præcellenti; ſiue ducibus, tãquam ab eo miſſis. Placet enim Deo talis noſtra ſubiectio, vt per tales puniantur peccata noſtra; vel vt hac ratione Principes Gentiles, viſa tanta Chriſtianorum puritate, & ſanctitate vitæ, Chriſto lucrifierent. Addit: *Subditos eſſe, dicto obedire.* Quod vno verbo Græco expeditur, πειθαρχεῖν, hoc eſt, Magiſtratui parere. Parum enim eſſet ſubiectos eſſe, ſi obedientiam maioribus non præſtarent.

Ex hac principum, & poteſtatũ ſubiectione quæ duo cõmoda cõſequantur. Quęſt. II ſol. In eo quod Chriſtianos Apoſtolus ad bonum vult eſſe paratos. *Actor. 5. Rom 13.*

Ad ſecundum dubium: Explicat Apoſtolus quantum extendatur eorum imperium, & dominium, cùm hortatur, vt ad omne opus bonum ſint parati. Quaſi diceret; ſi bonum tibi imperat Princeps, obedientem te præſta; ſi malum, reſponde: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominib.* Quod alio loco Apoſtolus expreſſit, cum dixit: *Nã principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.*

III. ſoluitur dubit. De principibus non blaſphemandis, cũ Deus tantùm proprie, & Sancti blaſphementur. *Exod. 22. Ibidem. Actor. 23.*

Ad tertium: Prohibet neminẽ blaſphemare. Et reſtringitur ſermo ad eos tantùm Principes, & poteſtates, quæ ſegerunt pro magiſtratu: nam cũ tales locum Dei teneant, & Scriptura eos, deos vocare ſoleat, præceptum peculiare eſt, vt iſti non blaſphementur, vel maledicantur, iuxta id: *Principi populi tui nõ maledices.* Blaſphemia ergo in ſcriptura pro iniuria verbo illata Deo, vel Sanctis, quibus numen, & poteſtatem ſuam communicauit, accipi ſolet. Et rectè hoc fecit Apoſtolus: quia Magiſtratus, quorum eſt infligere ſupplicium malis, & honoribus afficere bonos, ſemper ſolent eſſe maledicentiæ populi expoſiti, & quaſi ſignum poſiti ad ſagittam.

IV. ſolu. dub. Circa huius præcepti difficultatem: Vt ſcilicet fideles nõ ſint litigioſi.

Quarto dubio reſpondemus: Ne eum magiſtratu iniungente vectigal, pugnas ſuſcipiant verborum; idcircò addit: *Non litigioſos eſſe.* Quod Græcè vna voce exprimitur, ἀμάχους, id eſt, nõ pugnaces. Non enim hoc loco agit Paulus de lite vnius ciuis cum altero orta: ideò non eſt admodum difficile pręceptum, aut impoſſibile, vt argumentati ſumus: ſed modeſtos & moderatos eſſe vult Apoſtolus, cum aliquid indicitur durius. ¶ Vel certè Apoſtolus loquitur de litigijs verborum, quibus Cretenſes ſe mutuò proſcindebant. Leuis enim res ſermo (ait Bernardus) quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: leuiter tranſit, ſed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit: profertur leuiter, ſed non leuiter reuocatur: *Nam ſemel,* vt ille ait, *emiſſum volat irreuocabile verbum.* Facilè volat, atque ideò facilè violat charitatem. Tenerum membrum lingua, attamẽ vix teneri poteſt: ſubſtantia quidem infirmum, atque exiguum, ſed vſu magnum, & inualidum inuenitur.

Altera ſolut. *B. Bern ſer. de triplici cuſtodia, Oris, &c. poſt med.*

Horat. lib 1. epiſt. 18.

Vitia linguæ. V. dub. ſolut. Quare Paul[9] dixerit: Eramus enim & nos aliquando inſipientes, increduli, errantes, &c. *Hier. hoc loco tom 9. Chryſ hom.*

Ad quintum dicimus, Apoſtolum adiũxiſſe quid nos olim fuerimus, ne moueat nos quòd magiſtratus ſit ethnicus, aut durus: nam & nos olim tales fuimus. Nos, ait Hier. id eſt, Apoſtoli, vel, vt aptiùs exponit Chryſoſt. nos credentes, vt ad omnes pertineat, quod magis eſt probabile. Et ſolet Apoſtolus hoc argumento, ad nos ipſos humiliandos, & ſubmittendos vti. Nam ſunt quidam, qui cum acceperint gratiam, & diuina beneficia, inde ſuperciliũ contrahunt, & os aperiunt ad ſubſannandum alios. *Inſipientes,* inquit, *increduli, errantes.* Id eſt, Impij, & inobſequentes, vt vertit Ambr. Hier. inobedientes; Cyprian. contumaces, quia Græca vox ἀπειθεῖς, propriè illos denotat, quibus perſuaderi veritas non poteſt. ¶ *Errantes.* Græcè dicũtur πλανώμενοι, id eſt, qui vago errore circumferuntur, vnde & planetæ vocantur, qui Latinè errones.

Quid eſt, Eramus inſipientes, increduli, errantes. *B. Cypr.*

Id; Cum autẽ benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, quomodo accipiendũ.

Subdit: *Cum autẽ benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei.* Videtur hic ſermo inabſolutus, & ecclipticus: ideò neceſſariò aliquid eſt ſupplẽdum, videlicet, mutatos fuiſſe homines in melius, nouoſque factos

ex quo

Digitized by Google

ex quo eos Deꝰ eſt miſeratus. Pro illis duabus vocibꝰ, benignitas, & humanitas, Græca habent ἡ χρηςότης, κὶ ἡ φιλανθρωπία. Prima vox ex benignitas, quę ſecundùm Stoicos eſt virtus qua vltro ſtudemus bene mereri de alijs, ſiue bonitas ad omnium vſus accommodata, & parata, vel lenitas, & facilitas animi. Vnde Menander expendens eius vocis pondus, dixit:

Benignitas Stoicis quid. Dictum Menandri.

Χρηςὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κοινόν.

hoc eſt:

Bonus vel benignus vir bonum eſt commune.

Chriſti in nos quanta benignitas.

Ita Chriſtus commune totius mundi bonum fuit omnibus petētibus beneficia, aut gratis expoſitum; ſicut etiam nunc omnibus ſpiritus plagis, & morbis noſtris curandis paratum eſt. Videtur enim vitia noſtra quaſi diſſimulare, & volentibus reſipiſcere præſtat medicamentum; & optantibus permanere in ipſo, præſtat perſeuerantiam. Et vt canit Eccleſia.

Se naſcens dedit ſocium,
Conueſcens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Chriſti in nos etiam humanitas quanta.

Secunda vox eſt φιλανθρωπία, ſcilicet, amor hominis, ſiue erga homines, quia eorum induens humanitatem, omnibus hominibus, præſentibus, & futuris proſpexit, omnes à peccato, quantum in ſe eſt, eripuit, omnes iuſtificauit, & conuiuicauit, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus. Et vt Chriſtus dicitur φιλάνθρωπος, ſic diabolus dicitur μισάνθρωπος, (haud diſſimilis Timoni illi Athenienſi, qui μισάνθρωπος, à Luciano dictus eſt) de quo Chriſtus, Ille homicida erat ab initio, & inuidus gloriæ hominum, Adam tentauit, & in peccatum pręcipitem dedit, & nunc eodem liuore nequam ille, ijdemque inuidiæ flammis omnes homines, præſertim illos qui ſunt membra Chriſti, perſequitur.

Epheſ. 2. Lucian. Ioan. 8. Geneſ. 3. Sapien. 2.

Humanitas hæc, & benignitas Chriſti Saluatoris cur non apparuit ex operibus iuſtitiæ.

Apparuit autem non ex operibus iuſtitiæ, quia loquitur de primo Chriſti aduentu, quem nullus promereri potuit, quia omne meritum in Chriſto nititur. ¶ Et non ex operibus iuſtitiæ, ſed ſecundum ſuam miſericordiam, id eſt, propter ſuam miſericordiam, vt præpoſitio, Secundum, ſumatur pro, Propter. Et ait de præterito, *Saluos nos fecit*, ad ſignificandam primam iuſtificationis ſalutem, quæ eſt à peccatis, vt in Prolegomenis in Paulum diximus, cum egimus de verbo Saluandi.

Lib. diſput in Paulũ par. 2.

Quẽadmodũ Chriſtus Saluos nos fecerit per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti.

Ait: *Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti.* Quæ verba periphraſis ſunt Baptiſmi, quo in Chriſto regeneramur, & efficimur noua creatura: idque virtute Spiritus ſancti, de quo dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c.* Quem ſpiritum dicit effudiſſe quaſi amplã quandam aquam ſuper nos, iuxta illud: *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*; & alibi, *effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquamentis veſtris.* Nec hoc contentus, addit, *Abunde*, ſiue opulente, Græcè πλουσίως, id eſt, ditiſſime, ſicut Auguſtin. lib. de peccat. meri. & remiſſ. cap. 27. legit. *Vt iuſtificata gratia ipſius.* Prima iuſtificatione qua purgamur à peccatis, & hoc gratia, ſiue charitate Dei, quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. ¶ *Hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Nondum adhuc ſecundum rem. Speramus enim vitam æternam quam nondum habemus; & hoc titulo hæreditatis, & bonorum operum, ſine quibus ſi quis præſtare valeat, & non præſtet, vana & inutilis eſt ſpes eius: ſpes autem illa ſobria, & vera eſt, quæ ſtudio bonorum operum & patientiæ, atque perſeuerantiæ nititur. Hęc eſt enim ſpes quę non confundit, alioquin vana erit, & confundet, vt illius qui ingreſſus eſt ad nuptias ſine veſte nuptiali. Hæc etiam eſt vera iuſtificationis ratio, non autem illa hæreticorum, qui ſola fide delectati, cætera bona opera amputant in ęternam ſui ipſorum perditionem, pares ea in parte dæmonibus, vel deteriores: nam hi ſaltem contremiſcunt, illi verò exultant, ac ſi eſſent ſecura omnia. ¶ Et ait: *Per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.* In quo ſiuſt per quem vocamur, & iuſtificamur, & adoptamur, & efficimur Spiritus participes, & noſtræ hęreditatis eſt arrha, & teſtis & promiſit Spiritum ſe impetraturum à Patre pro ſuis electis.

Galat. 1. Ioan. 3. Ioel 2. Actor. 2.

Spiritum ſanctũ quid eſſe effuſum in nobis abũdè.

B. Aug. to. 7.

Prima quid præſtet nobis iuſtificatio.

Rom. 5.

Secundũ ſpẽ quã nos vitæ æternæ ſimꝰ hæredes.

Rom. 5. Matth. 22.

Hęreticos reddat, quid pares dæmonibus, aut etiam deteriores.

Iacob 2.

Chriſti in nos beneficentia.

Ioan 14.

Ad ſextum dubium dicimus, illud verbum, *Fidelis ſermo, & de his volo te confirmare*, ambiguum eſſe & ad præterita, vt teſtantur Hieron. & Chryſo. quæ ſcripſit de Dei benignitate, & humanitate, & de ſpe noſtra, quod non ſit futura inanis. Ambr. verò refert ad inferiora, cui ſubſeruit quod ſubdit: *Et de his volo te confirmare*, vel affirmare. Et ita ad ſequentia aſſeueranda aſſumptus eſt hic ſermo, vt fecit 1. Tim. 1. & 3. & 2. Tim. 2. & requirit etiam cõſtantem aſſertorem: quid enim faciat auditor, ſi aſſertor ambigat, ac nutet de doctrina? nunquid ei fides eſſet habenda, vt ſecuri illi nitamur.

Sol. V. quęſt. Fidelis ſermo quis Apoſtoli, præcedens, an ſubſequens.

Hieron. Chryſoſt. Ambroſ.

1. Tim. 1. Infra 3. 2. Tim. 2.

Curēt bonis operibꝰ præeſſe quomodo qui credunt Deo.

Vt curent, inquit, *bonis operibus præeſſe qui credunt Deo.* Id eſt, vt munificentiæ operibus, & humanitatis & benignitatis incumbant. Quidam annotarunt, nouè hoc dictũ fuiſſe ab Apoſtolo, nec ſatis liquere quæ ſit phraſis. Chryſoſt. in ſuo primo ſenſu abundans,

Chryſ. hom.

dans, ita explicat: Volo te de his præcedentibus diſſerere apud populum. Nec tantum pecunia fratres iuuãdi ſunt, ſed etiã *προςασίᾳ*, id eſt, ſuſcipiendo eorum defenſionem.

Fratres iuuãdi dupliciter. Aliæ proferuntur eius dicti ſententiæ.

Vbi quia verbũ *προΐςαϑαι*, variè accipitur, ideo varias interpretationes locus hic admittit. Alij enim intelligunt: Vt gaudeant eleëmoſynis iuuare proximos; vel, intenti ſint, vt qui præfecturam gerunt, curent bonis operibus dare principatum, vt ita bona opera iubeat Paulus in vita fideliũ regnare, cum alioqui negligi ſoleãt pij, & boni viri.

Bonorum operum infructuoſi, quaes.

Qui autem bona opera negligunt, & Chriſtum ſubinde ſonãt, ſimiles ſunt arboribus quotannis florentibus, & nullum fructum ferentibus, vt ſunt tilia, ſalix, & buxus, quæ virent, ſed nullum fructum ferũt. Curat etiam Paulus fideles tales fructus reddere, vt priorem fidei radicem nõ negligant. Nam ſubdit: *Qui crediderunt Deo*. Vbi præteritum ponit pro præſenti, more Hebræo: nã Græcè legitur *οἱ πεπιςευκότες τῷ Θεῷ*: quemadmodum & illud; Non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt (pro dilexerunt) aduẽtum eius; & aliud; Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæ, id eſt, ſedent.

Bonorum operum præſides cur credere debent Deo.
2. Tim. vlt.

Matth. 23.
Hęc cura bonis operibus præſidendi, quanta ſit hodie in eccleſia.

Vel ſenſus eſt, vt ſoliciti ſint qui iam crediderunt Deo, præeſſe bonis operibus, id eſt, præcellere, vt alijs palmã auferant, & Chriſtiani in bene operando ſuperent Gentiles non titulis, aut opibus, ſed operibus bonis. Velut etiam experientia docet: nam in ciuitatibus fidelium multæ ſunt erectæ confraternitates ad diuerſa pietatis opera præſtanda. Nam quædam præſunt collocandis virginibus, & puellis pauperibus; quædam verò pauperibus mortuis tumulãdis; quædam ad infirmos & ęgrotos curandos: quędam morbis incurabilibus laborantes fouent, quædam verò peregrinis excipiendis: aliæ ad damnatos à magiſtratu ob ſua crimina morte puniendos, conſolandos, & in fide confirmandos: aliæ ſimpliciter ad pauperes ciuitatis eleëmoſynis adiuuandos: quædam ad errantes puellas colligendas, & alendas: quædam etiam ad peccatrices quæ reſipiſcunt, ſuſcipiendas, & ſeruandas: nam horum omnium operum bonorum receptacula, & hoſpitales domos multas noſtro ſeculo in varijs Italiæ ciuitatibus erectas magna cum voluptate & infidelium admiratione conſpicimus, quæ ſigna ſunt manifeſta Spiritus ſancti in nobis operantis, & Eccleſiam ſuam miſerantis, in quibus ſemper ſunt quidam, qui ad tempus his bonis operibus præſunt, & alij coadiunant, vt ita aperta reddatur ſententia Apoſtoli, quoſdam qui crediderunt Deo, præeſſe bonis operibus, & laudabilibus Chriſtianæ vitæ officijs. ¶ *Hæc, inquit, ſunt bona, & vtilia hominibus*. Bona eſſe dicit hæc opera, id eſt, honeſta: Et vtilia hominibus, ad ſalutem ſcilicet, & vitam æternam.

Bona opera vt bona, & vtilia ſint hominibus.

Ad ſeptimum: Stultas quæſtiones vocat Apoſtolus eas, quæ carent rationabili cauſa quærendi, aut dubitandi, & genealogias tribuum, & familiarum Iudæorũ, quæ ſunt interminatæ, & de quibus Hiero. hoc loco mira ſcribit. ¶ Cõtentiones autem illas vocat, quę rixis, & clamoribus plenę ſunt. Pugnas legis appellat, ea, quæ videntur in lege Moyſi ſibi inuicem contradicere, & aduerſari: quas vult vitari, quia ſunt inutiles, & vanæ. Non ergo tollit Paulus rationabiles pugnas legis de vero, & germano eorum intellectu, ſed vanas, & inutiles: nam eo tẽpore ſolebant Iudæi ad fidem conuerſi de his dubitationibus diſſerere, vt vanè ſe oſtentarent doctos, & eruditos. Et propterea vanè erant, quia ad vanitatem gloriæ aucupandam fiebant: inutiles verò, quia neque docentibus, neque audientibus, neque moribus emendandis, neque fidei augendæ, aut propagandæ vtiles erant.

Sol. VI. dub. Stultæ quæſtiones contentiones, & pugnas legis quas debet Tit⁹ euitare.

Eiuſmodi quæſtiones cur vanæ erant & inutiles.

Ad octauum reſponſio eſt, Apoſtolum docere, vitandum eſſe hominem hæreticũ: quia enim poſſet aliquis dicere: Cum tu ſtatuas reijciendas eſſe iſtas concertationes, & pugnas legis, quomodo agẽdum cum præfractis illis, & qui omnino cedere veritati nolunt? Reſpondet Apoſtolus: Mone illos ſemel atque iterum: quòd ſi nolint obtemperare monitis, caue tibi, & ſepara te ab homine deplorato, quia iurgijs, & altercationibus nullus erit finis, ſi velimus obſtinatos diſputando vincere: nam nec illis vnquam deerunt verba, illis animos addit improbitas, ac dæmon, ne diſputando ſatigentur, & ſic ſemper pugna pugnam, & diſputatio diſputationem parit.

His verbis de hæretico homine poſt vnam & ſecũdam correptionem deuitãdo, quid doceat Apoſtolus.

Ideò Tertullian. lib. de præſcript. hæreticorum, pulcherrimis verbis à diſputando cum hæreticis fideles deterret his verbis. *Eſt autem hæreticus Apoſtolo, quicunque ſanæ doctrinæ non acquieſcit, ſed impijs opinionibus & doctrinis ſibi ſoli, & ſuis placitis hæret; vnde & hæreticus dictus eſt, eo quòd eligat quæ ſibi placẽt, & illis obſtinatę hæreat*. Ambroſ. verò: *Hæretici ſunt*, inquit, *qui per verba legis legem impugnant. Proprium enim ſenſum verbis adſtruunt legis, vt prauitatem mentis ſuæ legis autoritate commendent*. Hæc ille.

Tertull. 2.

VIII. Sol. qu. Hæreticus homo quis Apoſtolo.

Amb. hoc loco.

Hæreticus vero factioſus eſt in Eccleſia Dei; & à nemine ſe ab impia ſententia abſtrahi patitur, quanquam de errore, & impietate ſuæ opinionis conuictus ſit. Deniq; quiſquis proteruia Eccleſiæ vanitatem abrumpit, is Paulo eſt hæreticus.

Quod verò Marloratus Lutheranus hoc

loco

Romanos, veteres præſertim, Pontifices nunquam, vt impius & impudens Matioratus mentitor, ab Eccleſia defeciſſe.

loco aſſerit, tales fuiſſe olim Epiſcopos Romanos; longe inſolentiſſimum atq; impudentiſſimum, imò etiam mendaciſſimum verbum eſt, ab amaro odio, quo illam ſanctam ſedem Petri proſequitur profectum. Sed ſcioli iſti cogitare deberent, an Romani Epiſcopi ab ipſis defecerint, qnod dici non poteſt, cum ipſi ante ſexaginta annos adhuc nati non eſſent, Epiſcopi verò Romani ab initio naſcentis Eccleſiæ pet Chriſtum conſtituti ſint fidiſſimi depoſiti Euangelici cuſtodes, pro quo tuẽdo, ac retinendo ad triginta, & eo amplius Pontifices martyrio coronati ſunt. Ipſi verò ab Epiſcopo Romano deficientes, duce Satana, nouam Eccleſiam conſtituerunt, quæ paulatim in varias, & diuerſas ſectas diuiſa eſt, vt aliud Lutherus, aliud Caluinus, aliud Anabaptiſtæ ſentiant, vt pro vna noua Eccleſia iam multæ nouellæ ortæ ſint, & iſti, & eorum progenitores, & ataui ante ſexaginta annos in Eccleſia noſtra erant baptizati, & ouiculæ, quæ ſub Paſtore noſtro paſcebantur; vt verè de his dicere poſſimus: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtique nobiſcum.* Ad hæc interrogandi eſſent verbo Apoſtolico iſti tumidi Gigantes: An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit? Certè Germani primi non fuerunt in fide, ſed poſtremi in Eccleſia Occidentali ad fidem vocati ſunt, vt non poſſint non agnoſcere, ipſos non ſolùm poſt totum Orientem, ſed etiam poſt Italos, Gallos, & Hiſpanos multis ſeculis poſteriores in Euangelio acceptando extitiſſe. Quando ergo diſcipuli audent aſſerere, fideles magiſtros à diſcipulis defeciſſe, cùm è contrario diſcipuli ſoleant à magiſtris deficere?

Lutheranos, & alios hæreticos à Romanis Pontificibus, & ab Eccleſia Catholica ſolos apoſtataſſe.

1. Ioan. 2.

Germani quam in fide nouitij.

1 Cor. 14.

In ſolos Germanos non verbum Dei perueniſſe.

Deinde dicere non poſſunt hæretici Germani, in ipſos ſolos perueniſſe Dei verbum: quia ea ratione ſi ſoli verbum Dei ab Apoſtolis accepiſſent, credibile eſſet aliquid veritati conſonum illos poſſidere: verum conſtat, illos Apoſtolos minimè nouiſſe, nec audiſſe, nec ſolis ipſis fuiſſe doctrinam Euangelicam conſignatam, ſed poſt nonnulla ſecula quibus Fides vigebat in Europa, opera & ſtudio Romanorum Pontificum prædicatores miſſos fuiſſe in Germaniam, & ab eo tempore Fidem Catholicam profiteri cœpiſſe: & nunc pro illo tanto beneficio Vicarios Chriſti Antichriſtos vocant.

Illud: Poſt vnam & ſecũdam correptionem deuita: quid ſignificet.

Sed iam videamus quod ſequitur: *Poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita.* Ridiculum eſt quod quidam diuidentes in duas dictiones verbum Deuita, vertunt, Deuita, ſcilicet tolle, cum Græcè habeatur παραιτοῦ, id eſt, expelle, vel reijce vt putridum & contagioſum membrum, & ſeca de numero, & corpore fidelium per ſententiam excommunicationis, vt ab omnibus deuitetur, iuxta illud Hieronym. *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis repellenda.* Et quia fas non eſt aliquem reijcere, niſi prius conati ſimus eum ad ſanam mentem reducere; ideò adiungit: *Poſt vnam, & ſecundam monitionem, ſiue correptionem* (vtrumque enim ſignificat vox νουθεσία) Hinc accepit Eccleſia ſemper excommunicationem monitiones debere procedere: hæ autem monitiones fieri debent non priuatim, ſed in publico Eccleſiæ loco, & à publico miniſtro: perinde enim valet, ac ſi diceret, cenſoria correptione reprimendus eſt. Obſerua tamen, tam Irenæum lib. 3. cap. 3. quam Tertullian. libr. de Præſcript. hæret. & Cyprian. libr. 3. ad hæc Quirinum cap. 78. & Ambroſ. hoc loco legere, poſt vnam correptionem, & non habere, & alteram. Athanaſius tamen Orat. 5. contra Arrianos & Orat. Ad Maximum, & epiſtol. ad Serapionem, & Leo Magnus ſermo. contra hæreſim Eutychetis, Chryſoſtom. Theodor. Hieronym. & Primaſius Auguſtini diſcipulus, ſicut nos legunt, vnam & alteram: quæ lectio praxi Eccleſiæ magis eſt accommodata. Apologia tamen Pamphili martyris pro Origine, legit, poſt trinam correptionem.

Hieron.

Reijciendus quis quando à nobis. Excommunicationem admonitio quando debet præcedere.

Qui verò ex hoc loco colligunt, contra Scripturam coerceri à magiſtratu ciuili hęreticos, id eſt, homines non tantum peruerſos in fide, ſed & aliorum peruerſores; non vident Apoſtolum non hic agere de officio Magiſtratus, ſed quid agere debeat Epiſcopus cum hæreticis. Alloquitur enim Epiſcopum Paulus, non magiſtratum qui occidat: nec enim Eccleſia gladio materiali vtitur in iſtos, ſed permittit laico magiſtratui, qui ſuas habet leges in peruicaces, & eos, qui iam reiecti ſunt, & per excommunicationis ſentẽtiam notati. Quòd ſi non ceſſent à peruerſa doctrina tradenda; & hæreſi dilatanda tunc; epiſcoporum munus eſſet ſe illis opponere, & animam ſuam pro tuendo grege ſuo ponere, & lupos graſſantes conſtanter detegere, ac ſauciare. Non enim eſt valida argumentatio: Noluit Chriſtus inter fratres hæreditatem diuidere; nullus ſit ergo familię, aut hęreditatis hercíſcundę iudex. Quod ſi Apoſtolus ſcripſiſſet has literas Cornelio Centurioni, aut Paulo Sergio, proculdubio præcepiſſet cętum ſanctorũ tueri, & inſurgentes lupos coercere. Similiter non valet: Non condemnauit

Reijcitur ea quorundam interpretatio: Contra Pauli mentẽ hoc loco à ciuili Magiſtratu coercentur hæretici.

Cum hæreticis obſtinatis peruerſa docentibus quomodo agendum Epiſcopis.

Ioan. 10.

1 Ioan. 3.

Luc 11.

Quẽadmodũ illi interpretes, inepte videlicet, arguere videantur.

Ioan. 8.

Aliter Eccleſiaſticus, aliter ciuilis punit Magiſtratus hæreticũ.

mnauit adulteram; ergo nulla de adulterijs quæſtio habeatur. Ita hic Paulus ait. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecũdam correptionem deuita*, ergo non eſt occidẽdus: non valet, inquam hæc conſequentia, quia Eccleſia vltra præciſionem hæretici non progreditur: at ciuilis magiſtratus alias habet leges, quibus vlciſci debet crimen hæreſis. Quę ergo hic dicuntur, non ſunt accipienda vt priuato homini dicta, ſed vt Epiſcopo, & in eo omnibus Epiſcopis, quod dicto præcipitur.

Hæreticus etiã qui ſit, ſeu materialis, ſeu formalis.

Rurſus hæreticus eſt, qui pernicioſo errori implicatus, non credit aliquod dogma receptum, & expreſſe cunctis mandatum vt recipiatur; vel ſi etiam aliquãdo dogma pertinaciter recipiat, & credat quod expreſſe eſt reprobatum ab Eccleſia. Et hic eſt hęreticus materialis. Formalis autem hæreticus eſt, qui dogma aliquod non recipit, quod tamen nouit eſſe in ea quæ Eccleſia recipit, & accipienda mandat: & ſimiliter qui quod recipit dogma, nouit ab Eccleſia eſſe reprobatum.

De vtro illorũ nunc agat Apoſtolus.

Apoſtolus porrò loquitur hic de hæretico materiali in conſpectu Eccleſiæ, hic enim primò eſt monendus, ſeu formalis ſit hæreticus, ſiue non. De manifeſtis ſiquidem Eccleſia iudicat, non autem de internis, & occultis. Si quis autem expreſſe fateatur, ſe contra Eccleſiam ſentire, & dogmatizare, iam non eſſet dignus admonitione, vel correptione, ſed duriſſima increpatione, & à reliquis Eccleſiæ mẽbris præciſione, quia iam eſſet à ſemetipſo ſeparatus: & hæreticum velle curare, qui inſanabiliter ægrotat, extremæ dementiæ ſit. Imò eſſet non ſine periculo cõtagionis iſta correptio, quia tales paratiores ſunt ad ſubmergendum eos, qui adiuuare ſe ſtudẽt, quàm ipſi ad emergendum. Si igitur quis talis exiſtat, per Epiſcopi ſententia de Eccleſia eijciendus eſt, & anathemate percutiendus: & quem Epiſcopus deuitat, debent alij eius ſententiam probantes vitare.

Quis nã hæreticus per excommunicationem ab Eccleſia præcidendus.

Matth. 18.

Non eſt ergo ex Euangelij doctrina, quod hæretici capitali ſententia plectantur, vel comburantur: nec tamen valet. Non eſt in Euangelio, ergo contra Euangelium eſt: quia vt Dominus Ieſus extra Euangelium ad excommunicationem vſque aduerſus quoſcunq; delinquẽtes procedi voluit, hoc idem hic faciendum tradit Apoſtolus.

Hæreticorũ punitionem, licet Euangelio non expreſſam, non eſſe, vt ipſi nugãtur rem ſuperſtitioſã & illicitam.

Sed cæci hæretici, quicquid non eſt ex Euangelio, prorſus habent vt ſuperſtitioſum, & illicitum. Quòd ſi ita res haberet, non ſolùm hæreticos in corpore punire non liceret, ſed nec latrones, humicidas, & viarum graſſatores, aut alios flagitioſos homines: quando quidem nullus Textus Euãgelicus inuenitur, in quo præcipiatur vt tales capite plectantur. Et nolunt animaduertere, tantum diſtare ab Euangelio, vt ciuilium legum vim, & executionem tollat, vt contra omnino commendet, atque comprobet. Cum ergo hæreticus publicæ tranquillitatis ſtudioſus ſit perturbator longe deterior quàm alij criminoſi homines, merito illum Apoſtolus ciuili poteſtati, & ciuilium legum animaduerſioni ſubiecit.

Cauſæ fidei quib' cognoſcendæ tantummodo.

Ipſa ſiquidem cauſæ fidei cognitio ad Eccleſiaſticos ſpectat: quoniam de veritate fidei cognoſcere non eſt ſecularis iudicij, cui ſuum eſt aſſignatũ tribunal; ideò Epiſcoporum eſt, & Inquiſitorum de his cauſis cognitionem habere, & iudicium ferre.

Soluitur hoc [...] fratri parcendum eſt [...]lus quã ſe[...]tuagies ſe[...]ties in nos [...]elinquenti [...]uid hæreti[...]ci puniuntur. Matth. 18.

Videtur autem hæc ſententia minus cõſentanea Euangelicis verbis: quia præcepit Petro non tantum ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties eſſe parcendum: quod perinde eſt, ac dicere, Toties quoties peccauerit. Sed huic obiectioni ſatis fit primo, dicendo Dominum illo loco de remiſſione peccatorum loqui: quod fieri debet, ac ſolet in Sacramento pœnitentiæ, aut de remiſſione iniuriæ, & offenſę aduerſus quempiam priuatum admiſſę. Data eſt enim hęc lex iuſta, vt ſi nobis à Patre cęleſti volumus ignoſci, ignoſcamus & fratri in nos delinquenti, quoties poſtulauerit.

Ibidem.

At in punitione hæreticorum diſſimilis eſt ratio: nam qui animaduertunt in eos, ad communem hominum vtilitatem reſpiciunt, & ſalutem, ne morbida facta pecus totum corrumpat ouile. Quod animaduertens Apoſtolus ait: *Sciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt.*

Hæreticus quinam ſit ſubuerſus.

Id eſt, qui nec vna, nec altera Epiſcopi correctione reſipuit, ſubuerſus eſt, vel euerſus. Et quid eſt eſſe euerſum, niſi auulſum eſſe ab ipſa radice ſua Chriſto, vt iam nihil ſpiritualis influxus, aut vllum donũ in eum deriuet, & palmes aridus ſoli ignis incendio diſtinatus? fidem enim amiſit ſummotus à ſolido fundamento.

Ioan 15.

Idem vt delinquat, & proprio ſit iudicio condemnatus.

¶ *Et delinquit.* Non vt adulter, ſed oppugnando Catholicam veritatem: *Cum ſit proprio iudicio condemnatus.* Græcè dicitur αὐτοκατάκριτος, id eſt, per ſe iudicatus & damnatus; ideò iam iudicatus à ſe, quia iudicem omnem recuſat in terra. Nam ſic ſe contra Eccleſiam offirmauit, vt nolit eius ſalutiferis monitis credere; & ob eam cauſam cogitur Eccleſia iudicium illius in ſeipſum factum comprobare: Eccleſia enim iudicat illum eſſe extra communem Catholici ouilis ſocietatẽ.

Hæreticum Eccleſiæ gremio minime contineri.

Qua enim ratione poteſt dicere ſe eſſe in ipſius Catholicæ Eccleſiæ gremio, qui ipſius Eccleſię fidem non ſequitur? Et qui in vno articulo

Hæreticus, qua fide cre- dat quos ſi- dei credit ar- ticulos.

peccat non credendo, in omnes peccare conuincitur: quoniam qui vnum aſſeruit eſſe credendum, reliquos quoque non minus credendos tradit. Et licet eos videatur credere, atq; eis aſſentiri, eis tamen ex charitate, & fide diuina non credit: nam ſi vnũ crederet ex fide, iam ſe Eccleſiæ ſubmitteret, & omnes ſimiliter crederẽt. Quæ enim dicit Eccleſia, nos credimus, cuius iudiciũ tanquam Dei ipſius accepimus. At iſti tacitis in cordibus dicunt cum Cain, *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear*, &

Virg lib. 11. Æneid.

Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Geneſ. 4.

Hęretici quã digni ſint morte: quaſi morbus hæreſis: quibus ferarum illi nominibus exprimantur

2. Tim. 2.

Dicunt etiam, Ad reſtim res rediјt, & Iacta eſt alea, traduntur Satanæ exagitandi, vt Cain, & Oreſtes parricidę. Porrò iſti animicidæ potius plectendi, quàm alij flagitioſi: vnde per infirmitates contagioſas deſignatur hæreſis, vt cancrum, & lepram; & hæretici ipſi ferarum nomine in Scripturis venire ſolent: nam vulpes, & rabidi canes, lupi rapaces nuncupantur, viperæ, ſerpentes, reguli, aſpides, & baſiliſci, antichriſti, miniſtri Satanæ, & inimici crucis Chriſti. Hinc Leo Magnus in Manichæos ſuo tempore vigentes, populum abhortatus eſt in hunc modum: *Vt autem in omnibus dilectiſſimi placeat Domino veſtra deuotio, etiã ad hanc vos hortamur induſtriam, vt Manichæos vbicunq; latẽtes veſtris Presbyteris publicetis. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis cui ſeruiunt, diabolum debellare. Contra iſtos dilectiſſimi omnem quidem orbem terrarum, & totam vbiq; Eccleſiam decet fidei arma arripere. Sed veſtra in hoc opere deuotio debet excellere, &c. Cauendi ſunt ne cuiquam noceant, prodendi ſunt, ne in aliqua ciuitatis noſtra parte conſiſtant. Vobis dilectiſſimi ante tribunal Domini proderit quod indicimus, quod rogamus.* Hæc ille.

Philip. 3.

Manichæi quare detegendi, teſte Leone.

IX quæſt. ſol. Titus cur iubetur venire Nicopolim. Quis Artemas, & Zenas ab Apoſtolo ad Titũ mittendi.

Ad poſtremum dubium: Rogat ad ſe venire Titum ad tempus, & auocari à reſidentia perſonali Epiſcopum per ſuperioris mandata, quo maioribus Eccleſiæ vniuerſalis negotijs inſeruiat. Nicopolis, ciuitas eſt Macedoniæ in Actiaco litore; ſic vocata à victoria, quam contra M. Antonium cõparauit Auguſtus. De Artema non eſt alius locus, quam iſte in Paulo, & fortaſſis erat Doctor, aut prædicator ex illis quos ſecum adducebat Apoſtolus. Vt tamen teſtis eſt Dorotheus in ſua Synopſi, Epiſcopus fuit Lyſtrẽſis. Zenas Legiſperitus fuit apud Iudæos etiam ante Baptiſmum, ſicut Nicodemus Euangelicus, qui diſputauit cum Domino, & eum de cruce ſuſtulit. Qui quidem Zenas poſteà ad fidem conuerſus, Epiſcopus Dioſpolis factus fuit: ſicut etiã Apollo Iudæus erat; & Alexandrinus genere, vir eloquens, & potens in Scripturis, de quo Lucas Act. 18. & Apoſtolus in epiſtolis. Hic, vt teſtatur Gloſ. ordinaria, Epiſcopus fuit Corinthiorum, & propter perſecutionem à Pſeudapoſtolis concitatam aduerſum ſe, diſceſſerat cum Zena ſocio ſuo, ad Titum Cretenſem Epiſcopum. Sed Corinthijs iam ſedatis per Pauli epiſtolas, mandat Tito, vt priuſquam veniat Nicopolim ad ſe, præmittat eos. Itaque eum reuocauit, emendatis iam prius Corinthijs, & vult illos ad ſe præmitti, ita vt nihil deſit, vultque vt bono illos viatico proſequatur: nam digni erant, vt non ſolùm venientes honorificè ſuſciperet, ſed abeuntes etiam, & comitatu, & amplo viatico proſequeretur. Erãt enim iſti ex numero laborantium in verbo, & doctrina, quos duplici honore dignos vult haberi.

B Doroth. Epiſc. Tyri.

Ioan. 3.

Infrà 19. & ſeq.

Actor. 18.

Quis item Apollos.

Zenæ & Apollo præmittendis Nicopolim, cur debebat Titus de bono viatico proſpicere.

1. Tim. 5.

Sequitur: *Diſcant autem & noſtri bonis operibus praeeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.* Hanc ſententiam, quam ſuperius propoſuerat, iterum tradit, quoniam meminerat de mittendis illis cum ſufficienti viatico. Et addit: *Diſcant*: Non tantùm per doctrinam, ſed etiam per experientiam, communicando ſua in vſus bonos Doctorum. Et dicit noſtros, id eſt, qui ex Gentibus ſunt conuerſi: quia Paulus Gentium erat Apoſtolus, ſicut Petrus Circumciſionis.

Paulus cur denuo fideles ad præſidendum bonis operibus adhortetur.

Rom 11.

Galat 2.

Ibidem.

Bonis operibus pręeſſe, id eſt, præuenire ne alius ſurripiat laudem, & palmam bene operandi. Vel præeſſe, id eſt, magis proficere. Et hoc, Ad vſus neceſſarios. Non ad ſuperfluos hoſpitum, vel viatorum, vel infructuoſi reddamur vt arbores ſylueſtres: quia arbor quæ non fecerit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Concludit: *Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen.* Hæc ſcripſit manu propria Apoſtolus, velut confirmans omnia quæ ſcripſit. Et hæc Epiſtola ſcripta eſt nõ ad vnum tantùm Titum, ſed ad omnes Epiſcopos Eccleſiarum, & Chriſtianos. Ac de his hactenus nobis ſit dictum.

Quid, bonis operib⁹ præeſſe ad vſus neceſſarios.

Matth 3.

Conſueta Apoſtoli ſalutatio.

DISPVTATIONES IN EPISTOLAM B. PAVLI AD PHILEMONEM.

DISPVTATIO PRIMA.

Duplex ratio quorũdam, hanc Pauli epiſtolã eſſe negantium
Hier. hoc loco, tom. 9.
2. Cor. 13.

EXORDII loco præmittendũ eſt, fuiſſe quoſdam, teſte B. Hieron. qui noluerunt hanc epiſtolã vt Pauli propriã, & germanam admittere: quia, vt aiunt, non ſemper Apoſtolus, nec omnia Chriſto in ſe loquente, depromebat, quia nec humana imbecillitas vnum Spiritus ſancti tenorem ferre potuiſſet; & quia leuia, & parui momenti ſunt, quæ in ea tradit. Non enim docet fidei dogmata, ſed cibos emere, hoſpitium præparare, veſtimẽta conquirere.

I. Ratio diluitur.
Matth. 10.
Tertull. lib. 5. in Marcion.
Soluitur & II. Ratio.

Verùm hæc peccata non ſunt, neç Spiritum ſanctum à ſe fugiant, ꝙ corpuſculi neceſſitatibus ſeruiamus. Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere ſitienti, pedes lauare viatorum, & immolare vitulum, prandium præparare, peccatum nõ ſunt. Marcion autem, cùm cæteras omnes Pauli Epiſtolas corroſiſſet, in hanc ſolã nõ eſt auſus ſuas manus inijcere, quia ſua illã breuitas defendebat. Quòd verò res parui momenti in ea tractentur, vel res merè tẽporales, non eſt verum, imò egregium hic habes in Paulo charitatis exemplum, qui tanto ſtudio fugitiuum ſeruum Philemoni commendat, & eum cum domino reconciliare ſtudet, vt ipſe Paulus Oneſimus factus eſſe videatur. Et vbi ſeruus Chriſtianæ Religionis Sacramẽtis initiatus, ad dominum ſuum remittitur, qui priùs impius erat, nõ eſt aliquid temporale: nam poſtremæ duæ Ioannis Epiſtolæ familiares ſunt, & de priuatis negotij tractant, & ad priuatos homines miſſæ. Et ſanè ſi rem penitus inſpicias, agnoſces hoc epiſtolium verè eſſe Apoſtolicum, in quo Paulus argumentum humile & abiectum tractãs, ſuo more ſublimis pro ouicula à ſe parta euehitur.

Philemon quis ille Vbi natus ſecundum aliquos

Deinde præmittendum, quis ſit Philemon, & quis Oneſimus, & quæ cauſa extiterit conſcribendi hanc epiſtolam. Philemon in primis vir diues fuit, & non infimę inter ſuos dignitatis. Erat Coloſſenſis, aut Laodicenus, quæ ſunt vrbes Phrygiæ, in quibus magna erat ſeruorum copia. Vnde prouerbia: Phryx plagis emendatur; &: Serò ſapiunt Phryges. Et hanc coniecturam ſumunt quidam ex epiſtola ad Coloſſ. in qua Paulus ca. 4. facit mentionem Archippi, quem in huius epiſtolę inſcriptione cõiungit cum Philemone, qui doctore Paulo Euangelium Chriſti didicerat, & non ſolum dederat nomen ſuum Chriſto, ſed etiam multa beneficia in Eccleſiam Chriſti contulerat: quem Dorotheus in Synopſi ſcribit fuiſſe Gazę Epiſcopum.

Coloſſ. vlt.
Eius merita in Chriſti fideles.
B. Doroth.

Quis Oneſimus, quem Philemoni tantopere commendat Apoſtolus.

Oneſimus verò ſeruus erat Philemonis, qui etſi nõ inhumaniter ſiue crudeliter tractaretur à dño ſuo iã Chriſtiano facto, aufugit tamen, rebus quibuſdam, vt fieri ſolet, furto ſublatis. Erant ergo in eo tempore, quò mitiùs tractabatur, duo crimina grauia. Primũ, fuga, quę & ipſa eſt furti, & rapinæ genus in ſeruo: vnde verbum eſt Moyſi: *Seruus, pretium domini ſui eſt.* Alterum crimẽ fuit, rerum domini ſui furtum, præter ingrati animi vitium. Fugiens igitur Romam venit, (eò enim ſe conferunt modò ſerui fugitiui, vt libertatem in monte Capitolino aſſequantur.) Accidit quoque hęc fugę eo tempore, quo Paulus vinctus Romam delatus erat, & verbum Dei euangelizabat, vbi audito Paulo pœnitentiam egit de peccatis ſuis: & ad meliorem frugem reuocatus, & cõuerſus ad Chriſtum, tandem ſe ad Paulum contulit, quem nouerat familiarẽ fuiſſe domino ſuo Philemoni. Vbi ampliori doctrina Euangelica inſtitutus, Paulo in carcere ſeruiuit, ea integritate, vt hunc domino ſuo reconciliare per literas cogitauerit, tùm ne herus eius abſentia animo cruciaretur, tùm ne Oneſimus citra conſenſum & voluntatem domini ſui Romæ hæreret, non ſatis tuta conſcientia. Tandem Oneſimum ad eum remittere conſtituit, ſed miro ſtudio & ciuilitate mirabili ſeruũ fugitiuum, & compilatorem Domino reconciliat, ſe interim ſpõſorem obtulit, defenſurus, ſi quid ille in fuga ſuppilaſſet. Et hæc fuit tam pulchra occaſio ſcribendi has literas, pro quo deprecatur veniam: atque hanc cauſam tam grauiter, & Chriſtianè agẽs, de æquitate, & charitate Chriſtiana cõcionatur, vt videatur magis totam Eccleſiam reſpicere, quam vnius hominis priuati negotiũ curare.

Propria ſeruorum vitia.
Oneſimus Philemonẽ quando deliquerit: à quo & vbi conuerſus, laudẽ & Philemoni reconciliatus.
Oneſimũ ad Philemonẽ remittendi cauſæ, eum his literis quænam extiterint.
Pauli Apoſtoli in hac epiſtola ſanè per vtilia documenta quatuor.

Erudimur enim in primis, lapſis non eſſe denegandam veniam, ſi reſipiſcant. Erudimur deinde, ſeruitutem externam nõ eſſe horrendam Chriſtiano, ſed illã peccati, ac Satanæ. Inſtituimur tertiò, ſeruos inuitis dominis ſub quacunque pietatis ſpecie non eſſe retinẽdos. Quartò diſcimus, non eſſe vllam domini, aut ſerui

Coloſſ. 3.
Ioan. 8.

1. Petr. 2.

Qualis hæc epiſtola: eius artificium.

in Chriſto diſtinctionem : perinde enim Chriſtus pro ſeruis mortuus eſt atque pro liberis: & ſolùm is qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, vt dixit Dominus.

Quanto Philemonē Paulus ſit dignatus honore.

Eſt ergo epiſtola cõmendatitia, & Apoſtolico ſpiritu digna, affectibus miſericordiæ, & charitatis cuiuſdam vſque adeò referta, vt mirum ſit, ſi quid ad extorquendũ quod volebat, magis addi potuiſſet. Omnia enim adfert, quæ vel hominem ferreũ emollire poterant, nedum Philemonem pium virũ, & charitatis operibus deditum, & cuius ędes non tã honorati ciuis domus, quàm portus, & refugium pauperum erãt: quem Apoſtolus ampliſſimo, & honorifico Eccleſiæ nomine exornat, cũ ait in Procœmio: Et Eccleſiæ quæ in domo tua eſt.

Proprium iuſtitiæ quid. Fugæ Oneſimi cum reditu eiuſdem collatio: hæc fuga quid denotet.

Beata ergo dici poteſt Oneſimi fuga, per q̃ tam elegantem, & charitate plenã promeruit ab Apoſtolo epiſtolam : ſed beatior & mirabilior eius ad dominũ reditus, in quo tanta pietatis, & charitatis Pauli, imò & iuſtitiæ, cuius eſt reddere vnicuiq; quod ſuũ eſt, & Oneſimi ipſius enituerunt ſymbola, quia opus Dei, quàm fuerit fuga, quæ fuit opus dæmonis. Et in hoc facto depingitur hominis à Deo ſuo fuga per peccatũ, quod eſt quædam apoſtaſia per peccatum, ſicut eius ad eum reditus per miniſtros Eccleſię, & ſimiles Paulo viros per pœnitentiam, & obedientiam.

Partes huius Epiſtolæ.

Eſt autem epiſtolę hæc œconomia: nam primò in exordio adiungit ſibi Timotheũ, & ſalutat Aphiã, & Archippum, vt ſimul plures haberet comprecatores, per quos obtineret quod volebat. Deinde Philemonis laudes recenſet, ne cũ reliqua generosè expleuerit quæ Chriſtiani ſunt, in hac re defuiſſet expectationi Pauli. Tertiò dicit ſe ei imperare poſſe ; ſed confiſum eius charitate, maluiſſe rogare, vt liberior eſſet eius remiſſio & venia. Quartò vocat ſe Paulus & ſenem, & vinctum Chriſti Ieſu, quod ſatis erat efficax ad perſuadẽdum etiam maiora.

Oneſimi etymologia.

Quintò vocat Oneſimum filium ſuum genitum in vinculis, & qui iam reſpondebat nomini ſuo, vt perutilis eſſet, qui priùs fuerat inutilis. Eſt enim ὀνήσιμος Græcè, idem quod vtilis. Sextò, vocat illum viſcera ſua, & tam charum, vt optaret illum retinere pro miniſterio ſibi impendendo. Septimò, promittit ſe ſponſorum pro reddendo damno illato per furtum.

Act. 12.

Octauò rogat vt domi ſuæ ſibi præparet hoſpitiolum, eò quòd ſperaret ſe illis per eorum orationes qui rogabãt pro Paulo, reddendum: nam ſi Petrus vinctus donatus fuit Eccleſiæ, eò quòd orationes aſſiduæ pro eo ab Eccleſia fierent ; ita Paulus eorum precibus recuperatus, & reſtitutus fuit.

Occumen.

Denique venit Oneſimus deferens has literas, & cum eo Tychicus, qui tulit epiſtolam ad Coloſſenſes, vt etiam Græca ſcholia diligenter obſeruarũt, vt honeſtiùs comitatus rediret, & firmius mandata Pauli exequeretur; & ne à propoſito ſuo reſiliret, aut retrocederet.

Cur Oneſimum, cum Tychico ad Philemonē remiſerit Apoſtolus.

Quãquàm veriſimile ſit, Oneſimum veram rationem ſeruiẽdi Deo vero Domino didiciſſe, cuius ſeruitium liberrimum reddit hominẽ, & quietiſſimum.

Quid actum cum Oneſimo Philemoni cum Pauli literis reſtituto.

Theod. to. 2.
Hiero. ep. 42. circa med. tom. 2.

Acceptis autem Philemon literis Pauli vt ſcribit Theodoritus, ſtatim Oneſimum ad Apoſtolum remiſit, apud quẽ dum maneret in miniſterio, Pauli Diaconus eſſe cœpit de ſeruo. Ita enim ſcribit Hieron. ad Theophilum cõtra Ioannem Ieroſolymitanum, cuius hæc ſunt verba: *E ſeruo Clericũ factum criminatur; cùm & ipſe nonnullos eiuſmodi Clericos habeat, & Oneſimum legerit inter Pauli vincula Diaconum cœpiſſe eſſe de ſeruo.*

Oneſimus vbi paſſus, & quod mortis ſupplicium.

Et vt habetur in Græco argumento: Sciendũ autem, quòd hic Oneſimus in vrbe Roma paſſus ſit martyrium, Tertullo eo tempore præfecturam tenente, crurum fractione ſententiam ſuſtinẽs martyrij.

Simeon Metaphraſtes.

Et idem ſcribit Simeon Metaphraſtes, vbi etiam meminit fractionis crurum. Competens profectò ſententia fugitiuo ſeruo. Et in Kalendario Græco Oneſimus Apoſtolus colitur vt martyr 5. die Febr. ſicut etiam vocantur Apoſtoli Philemon 22. die Nouem, & Lucas, Marcus, Timotheus, & multi ex illis qui cum Apoſtolis verſati ſunt.

B. Igna. epiſt. 13. init.

Honorificũ Ignatij martyris & Epiſcopi de Oneſimo teſtimonium.

B. Ignatius ſcribẽs ad Epheſios, Ioachim. Perionio interprete, ita habet; *Quoniam ergo ſuſcepi multitudinem in nomine Domini Chriſti in Oneſimo dilecto ſcriptore noſtro, veſtro autem Epiſcopo, obſecro eum ſecundum Ieſum Chriſtũ diligere vos, & vos omnes in concordia eius in ipſo eſſe. Benedictus enim Deus, qui vobis talibus talem donauit habere in Chriſto Epiſcopum.* Hæc ille. Ex quibus colligimus antiquiorem fuiſſe in fide Oneſimum B. Ignatio, & Epiſcopũ Epheſinum extitiſſe, & martyrium Romæ pro fide ſuſtinuiſſe.

DISPVTATIO II.

In Epiſtol. ad Philemonem, in illa verba: *Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens, &c.*

Prima dubitatio.

IAM accedamus ad epiſtolam, in qua primum dubium eſt, cur inchoet Apoſtolus à gratiarum actione, & cur charitatem abſolutè referat in ſanctos, fidem autem in Chriſtum, cùm etiam charitas ad Chriſtum eſſe debeat, & fides erga Sanctos, vt exprimit:&

Secunda.

mit:& quomodo viſcera Sanctorũ requieuerunt per Philemonem. Deinde ambigitur quod pondus habeant illa verba: *Cum ſim talis vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu Chriſti*: & quomodo Oneſimus fuerit aliquando inutilis, nunc verò vtilis, & ad quid fiat alluſio.

Tertia.

Tertiò dubium eſt quomodo dicat Apoſtolus: *Miniſtrauit mihi pro debito*: nunquid Oneſimus debitum habebat Paulo ſeruiendi? Et vnde, quæſo, fuit contractum illud debitum?

Quarta.

Quartò dubitatur, quare ait: *Forſitan ideò diſceſſit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes*, nunquid in æternum erat victurus Oneſimus, aut Philemon?

Quinta.

Quintò quæritur cur Apoſtolus dicat: *Ego Paulus ſcripſi mea manu*. Videtur enim reſtitutionem furti ab Oneſimo admiſſi polliceri: & vnde ſuppetebant Apoſtolo opes ad id præſtandum?

Sexta.

B. Aug. lib. 1. de doct. Chriſtia. c. & alibi paſſim, to. 3. ſub init.

Sextò reuocatur in dubium, cur dicat. *Ego te fruor in domino*; cum ſolo Deo liceat frui, teſte Auguſt. & creaturæ vlli non cõueniat.

Septima.

Poſtremò qui nouerat Apoſtolus ſe rediturum in Aſiam, & in domo Philemonis hoſpitandũ, vt id tam feriò & conſtanter affirmare videatur: & qui ſit ille Epaphras concaptiuus, qui Marcus, & Ariſtarchus, & Demas.

Solut. I. dub. De exordio epiſtolæ à gratiarum actione.

Ad primum igitur reſpondemus, Paulũ pro more ſuo à gratulatione incipere: & deprecaturus pro Oneſimo ſeruo fugitiuo, ſpargit ab initio ad finem vſque Epiſtolæ ſemina argumentorum, quibus perſuadeat vt Philemon ſeruum Oneſimum recipiat in gratiam. Etſi enim non argumentetur de fide in hac epiſtola, exponit tamen animi ſui ſenſum, vt penè ſingula verba ſint perſuaſioria argumenta.

His verbis: Semper memoriam tui faciens in orationibus meis, quo tẽdat Apoſt.

Semper, inquit, *memoriam tui faciens in orationibus meis*. Id eſt, Si pro ſalute tua quotidie Deum deprecor, permitte ergo mihi, vt te orem & exorem pro ſeruo tuo: ſpero Deum exaudire pro te preces meas, exaudi ergo & tu me pro ſeruo tuo deprecantem, ne contingat, ſi me non exaudis pro ſeruo, ne me Deus deprecantem exaudiat.

Idẽ cur gratiarum actio nem cum precibus iungat.

¶ Et nota idem eſſe, pro quo gratias agit, & pro quo deprecatur: quia nunquam vel perfectis viris quamdiu viuunt, tanta eſt gratulandi materia, quin precibus indigeant, vt det illis Deus non tantùm perſeuerare vſq; in finem, ſed indies etiam proficere.

Philemonẽ cur laudet de fide & charitate.

Audiens charitatem tuam, & fidem, quã habes in Domino Ieſu, & in omnes Sanctos. Captat beneuolentiam, vt præparet ſibi viam vt pro ſeruo exaudiatur. Et commendat Philemonem à fide, & charitate, in quibus totã Chriſtiani hominis perfectionem complectitur: nam ad illa duo omnes noſtræ bonę actiones, officiaque Chriſtiana referuntur. Hinc Dilectus ait: *Hoc eſt mandatum Dei, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti; & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis, id eſt, ſicut ille dilexit nos*. Præcedit autẽ charitas fidem non tempore, ſed dignitate, & quæ vel ipſam fidem noſtram gratam facit.

1. Ioan. 3.

Charitas vt prior ſit fide.

Sequitur autẽ fidem, vt ſine qua eſſe nequit, vt ſine fundamẽto ædificium. Et ſine lumine fidei Deũ, & proximũ, qui amandi ſunt, nemo videt. Et charitas dicitur implere primam tabulam, ſicut ſecundã fides. Et licet vtraque ſit ad Deũ, & ad proximũ; tamen peculiariter charitas etiam illa, qua Deum diligimus, videtur in dilectione proximi: *In hoc* (ait Dominus) *cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*. Fides etiã proximos agnoſcit, & colit vt conſeruos. Neque dicit charitatem ita reſtrictam ad ſanctos, quaſi erga alios nulla eſſe deberet; cùm hæc ſit Dei doctrina: *Carnem tuam ne deſpexeris*; & honore proſequi Dei imaginem, quæ noſtræ naturæ inſculpta eſt: nam ita ad omnes extenditur, ſed arctiori neceſſitudinis vinculo ligati ſumus cum ſanctis, & domeſticis fidei. Vide quod Philemon & fidem, & dilectionem in Chriſtum, & ſanctos haberet, ſed non parem dilectionem. In ſanctos enim propter Dominum, at in Dominum propter ſeipſum.

Exod. 29.

Ioan. 13.

Philemonis charitas qua ſ ergo Sanctos.

Eſai 58.

Deo, quem, Sãctis honorẽ deferamus contra Lutheranos.

Quare mira eſt hereticorum calumnia, nos idololatriæ criminantium, quod Sanctos colimus, quòd eis fidimus, quod ab eis beneficia poſtulamus: quandoquidem eos minimè latriæ cultu honoramus, ſed fidimus vt amicis, & electis Dei, quem ſunt perſtrictiorem crucis viam conſectati: & hos promiſit ſe honorificaturum, & cõſtituendos ſuper populos, & ciuitates, & nationes, Luc. 19. Nec propterea facimus ſanctos Chriſto miſericordiores, aut clementiores, ſed ſummã Dei prouidentiã vt non ignoramus, ſic & veneramur, & amplectimur, qui voluit vna & eadem opera præſtare miſericordiam, & eo modo vt Sanctis ſuis reddat quem promeruere iuſtitiæ ſuæ, & gratiæ fructum.

Luc. 19.

Ad illud: Cũ Sanctorum miſericordiã imploramus minus Chriſtum illis miſericordem facere videmur.

Vult enim propter illos præſtare miſericordiam, & deprimere colla ſublimium, & ſuperborum hominum, vt vereantur immediatè ad Deum ipſum aduolare, niſi priùs per iſtos velùti interiectos acceſſerint. Alioqui Redemptor noſter quatenus homo miſericordia & promptitudine Deum ſuperaret, & tamen Deus prouidit illum nobis mediatorem, per quem & ha-

Qualis ſit hęreticorum ratio.

Epheſ. 3.

Iob. vlt.

bemus acceſſum. Et quare Deus tres illos amicos Iobis cum eo diſputantes miſit ad ipſum Iob, vt ipſe pro eis preces funderet, & illo pro eis preces fundente, ſe exauditurum eſt pollicitus? nunquid Iob erat clementior, aut benignior Deo?

Cõmunieatio fidei Philemonis vt euidens, vel efficax facta fuerit.

Sequitur: *Vt communicatio fidei tuæ euidẽs fiat*, Legit enim interpres noſter ἐναργὴς id eſt, euidens, & aperta: nos modo legimus ἐνεργὴς; id eſt, efficax fiat per fructus eius, qui ſunt opera bona.

Patrisfamilias ſapientia & bonitas vnde dignoſcitur.

In agnitione omnis boni quod eſt in nobis. (ita enim habet Græca lectio, ſcilicet Chriſtianis) *in Chriſto Ieſu*, id eſt in IESV CHRISTI gloriam, vt alij eius odore trahantur: nam ex famulorum moribus elucet patrisfamilias ſapientia, & probitas, quæ rectè factis incumbens, trahit in admirationẽ ſpectantes. Vnde ſcriptura exprimit ſtuporem Reginæ Sabæ, quæ tanto encomio Salomonẽ, & miniſtrantes extulit. Non ſecus accidit de rectis Chriſtianorum moribus, quibus efficitur, vt etiam ipſi infideles Deum laudare compellantur.

3. Reg. 10.

Gaudium enim magnum habui, & conſolationem in charitate tua. Verbum Gaudium, alij vertunt gratiam; Apoſtolus tamen magis gaudium ſcripſiſſe videtur: nam inter χάριν, & χαρὰν parũ eſt diſcriminis, & procliue fuit in vno elemẽto hallucinari. Nam & 2. Corinth. 1. χάριν pro gaudio vſurpat, cùm ait: *Hac confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis*, vbi Græcè χάραν habetur: & tertia Ioannis Catholica: *Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audeam filios meos in veritate ambulare.* Vbi gratia poſita eſt pro gaudio, vbi habetur χαρὰν, & interpres gratiam pro gaudio poſuit. Et rectius diceretur hoc loco, Habemus, quàm Habui, vt etiam indicat Græca litera, vt oſtendat non ſe tantùm, ſed alios etiam magna lætitia perfuſos de charitate eius.

Vbi gratia pro gaudio ponatur.

2. Cor. 1.

3. Ioan.

Viſcera Sanctorum quæ per Philemonem requieuerint.

Quia viſcera Sanctorum requieuerunt per te, frater: vel refocillata ſunt, quamquam eodem tendat, & in hoc te maximè fratrem declaraſti. Eſt autem Apoſtolicum, appellare viſcera, plenam mentis charitatem. Et Sanctorum viſcera appellat viuentes Sanctos nondum mortuos, quos in laboribus, & afflictionibus ſuis largis eleemoſynis Philemon ſuſtentabat, ac refocillabat. Et cùm multam haberet fiduciam imperandi illi id, quod ſui officij erat, nimirum, vt remitteret Oneſimo offenſam; propter charitatem tamen noluit rogare; & hoc eſt maximum imperium, & efficaciſſimum præceptum ita rogare eum, qui ita poteſt alteri imperare. Nam vt ille dixit:

Cur roget Paulus, non imperet Philemoni, vt parcat Oneſimo.

Rogando cogit, qui rogat potentior.

Ad II. dubit.

Cùm ſim talis, vt Paulus ſenex, nũc autem & vinctus Ieſu Chriſti. In ſecunda perſona quidam legunt: Cùm tu, Philemon, talis ſis ętate, atq; ego Paulus: quaſi diceret; Si eſſes iunior, præciperem. Græca tamen lectio præſtantior videtur, quam & Latini nonnulli emendati codices habent: Cùm ſim talis τοιοῦτος ὤν, hoc eſt, ſim & ego ipſe pariter dignus, cui propter charitatem aliquid concedi debet. *Paulus.* Hoc eſt, humilis, & modicus. Senex etiam, hoc eſt, pertingens ad ſexaginta, aut eo amplius annos. Certus enim annorum Pauli numerus ab ſcripturis non poteſt determinari. Pulchrè autem B. Thomas hoc loco verbũ Originis producit: *Paulus*, inquit, *diu vixit in fide. Conuerſus enim fuit adoloſceus.* Et infrà: *Rarò vtilis doctor inuenitur in Eccleſia, quin ſit longæuus.* Hęc ille. Commendat etiam ſeipſum Apoſtolus à labore, dũ ait: *Vinctus Ieſu Chriſti.* Hoc eſt, non vllius culpæ meæ cauſa, ſed in gratiam ſummi omnium Imperatoris Chriſti, cuius Paulus Euangelium propagabat, & præſertim quòd Gentibus illud communicaret, vincula & catenas patiebatur, vt ſcripſit ad Epheſ. Et ita etiã pro ipſo Philemone vinctus detinebatur; nam & ipſe ex Gentibus erat. Quare omnibus alijs prætermiſſis honorificis titulis, & autoritatem oſtendentibus, hũc tantũ vincti pro Chriſto vſurpauit.

De pondere horum verborum: cùm ſim talis, vt Paulus ſenex

Quid ſonet Paulus. Ille quam ſenex.

D. Thomas. Vtilia docent in Eccleſia ferè longæuus, teſte Origine.

Paulus quare vinctus Chriſti Ieſu.

Idem vt eſſet vinctus etiã Philemonis.

Obſecro te, inquit, *pro meo filio quem genui in vinculis, Oneſimo.* Nõ dixit, Pro ſeruo tuo Oneſimo; vt nõ tam ſeruum, quàm ſe Paulum videatur recipere fidelem: et ſi quod in filium confertur beneficium, id pater tanquam in ſeipſum collatum iudicare ſolet. Rectè Salomon dixit: *Cum obſecrationibus loquitur pauper.* Apud viros enim modeſtos, & verè humiles, & charitatẽ habentes, plus momẽti habet humilis petitio, quã quoduis aliud imperium: nam & plerunque flectit humilitas, quem neque potentia ſuperare potuit, nec ratio.

Quare Paul9 dixit, Obſecro te pro filio meo, non autem pro ſeruo tuo Oneſimo.

Prouer. 18.

Vocat autem filium ſuum, quò faciliùs exoret: nam patris pro filio ſuo preces debent ęquiores, & efficaciores eſſe, quò prõptiùs exaudiantur. Erat autẽ filius in Chriſto, quem genuerat in vinculis per orationem, & prædicationem Euangelij. Vnde ad Corinth. dixit: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto; ſed non multos patres.* Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui; & alio loco: *Filioli mei quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*: vt intelligas non tantùm patris munere, ſed etiam matris Apoſtolum in prædicatione functum fuiſſe. Et verè oſtendit verbum

Paulus Oneſimum cur filium ſuum appellet.

1. Cor. 4.

Galat. 4.

Idem euangelizando, vtriuſque & patris & ma-

…tis explebat …fficia. …Tim. 2.

Dei non fuiſſe alligatum, vt hinc agnoſcas inuictum animi pectus, qui omni tempore ſiue ſolutus, non ceſſabat colligere frumenta, quæ inſerri in horreũ cœleſte debebant. Et videtur peculiari affectu complecti ſuum Oneſimum, quẽ in ſenectute genuerat exemplo patriarchę Iacob, qui teneriori affectu quã reliquos filios proſequebatur Ioſeph, eò quòd in ſenectute genuiſſet illum.

…Cuius ille in …bat Oneſimũ vinctus genuerit. *Geneſ. 37.*

…n quendam Lutheranum …unc locum Apoſtoli ad carnalẽ filiorum in vinculis generationem carnaliſſimè detorquentem.

Illud ſanè riſu & cachinnis dignũ, quod quidam Lutheranus efficaciter colligere ſe putabat ex hoc loco, Paulum habuiſſe vxorem, & generationi filiorum, dum eſſet in vinculis, vacaſſe. Sed quid inepti⁹ aut eneruius? Certè his quàm ſimillima ſunt hæreticorum tela in Catholicos.

Quales carnalib⁹ hominibus ſcripturę quales ſpiritualibus appareant.

Illud tamen perpẽde, hominibus carnalibus, & ſenſum ac genium amplectẽtibus omnes Scripturas ſpirituales carnales reddi contra verò ſpiritualibus, & intellectu ad diuina vigẽtibus, carnalia omnia reddi ſpiritualia. Sed ne quis obijceret pro Philemone, Oneſimũ grauiter in dñm deliquiſſe & fugacem ac rapacem extitiſſe, ac propterea venia indignum; reſpondet Apoſtolus alludens ad eius nomen: *Qui tibi*, inquit, *aliquãdo inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis.* Inutilis ἄχρηστος vocatur, nunc verò εὔχρηστος, id eſt, bene vtilis, ſiue benignus, placidus, commodus. Eſt ergo argumentum ab Etymologia ſumptum, quemadmodum illud à nomine Ieſu, teſte Angelo, qui dixit: *Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Ita etiam hoc loco: *Qui prius nõ erat Oneſimus, ſiue vtilis iam & mihi & tibi redditus eſt ὀνήσιμος*, id eſt, maximè vtilis, quia Chriſtianus, & ſeruus Ieſu. *Quẽ remiſi tibi.* Iã alium factũ, niſi enim emendatũ, & in aliũ cõmutatum, ad te non mitterẽ illũ. *Tu autem illum, id eſt, mea viſcera ſuſcipe.* Filios nobis dilectiſſimos vocare ſolemus viſcera noſtra; ita Paulus vocat Oneſimũ. Vel: In eo ſuſcipe internũ dilectionis meæ ſymbolum. Ad tertiũ circa illud: *Quẽ ego volueram mecum detinere, vt pro te miniſtraret in vinculis Euangelij:* dicendũ eſt, Apoſtolum inſinuare voluiſſe dignitatem miniſterij ſui in vinculis, & quod Philemon debebat ſibi miniſterium impendere, quatenus ipſe Philemon intelligeret, quod nullo ex abſentia ſerui ſeruitio, aut fructu fruſtratus fuerit, ſi penes ſe retinere voluiſſet, quo vicem domini miniſtrando ſuppleret; & pręmium ſuæ pietatis apud Deum expectare poſſet, ¶ *Sine conſilio autem tuo* (vel, ſine ſentẽtia autem tua) *nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed volũtarium.* Hoc eſt: Nolo beneficium, etiã neceſſariũ, mihi à quoquam conferri, niſi illud, quod ex voluntaria propenſione, & hilari animo proficiſcitur. Vnde Dauid dixit: *Voluntarie ſacrificabo tibi:* & Apoſtolus: *Hilarem datorem diligit Deus.* Oecumenius ponderans hunc locum, ait: *Non dixit ſimpliciter, ex neceſſitate, ſed, Velut ex neceſſitate, perinde ac ſi diceret, Noueram, quòd ſi etiam præter tuam ſententiam ipſum retinerem, nequaquam te contriſtarem; attamen ne videretur quaſi ex neceſſitate fieri, nolui facere.*

Pauli Apoſtoli ad nomen Oneſimi elegans alluſio.

Matth. 1.

Oneſimus quare & Paulo & Philemoni vtilis.

Quid Oneſimum, Id eſt, Pauli viſcera ſuſcipere.

Tertiæ quæſtionis ſolut.

Vnde Philemoni natum ſit, Apoſtolo debitũ miniſtrandi.

Beneficium velut ex neceſſitate ꝙ nolebat Apoſtolus à Philemone recipere ſed voluntarium.

Pſalm. 53.

2. Cor. 9.

Oecum. ca. 2.

Quærunt nonnulli, quare omnipotens Deus non condidit hominem, qui peccare non poſſet. Reſpondent; Quia ſi talem feciſſet qui peccare non poſſet; bonum illius perfectum non eſſet, quod præmium mereretur, ſed neceſſarium; atque ideò liberũ arbitrium nõ haberet. Creauit enim Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, vt ſicut ipſe voluntate ſua eſt bonus, non autem neceſſitate, ita etiam homo voluntate bonus eſſet.

Cur Deus hominem non fecerit impeccabilem.

Geneſ. 1.

Ad quartum dubium in illud; *Forſitan enim ideò diſceſſit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes.* Probat Apoſtolus vtilem fuiſſe ſerui fugam, & confutatiuncula diluit, quod obſtare poterat, quo minus reciperetur Oneſimus. Primò enim dicere poterat: Ego ne fugitiuum recipiam? Reſpondeo: Diſceſſit, vel Receſſit, fateor, & ad tempus fuit ille diſceſſus: quibus verbis ſerui fugã humanitus mitigat, eam, ſeceſſionem vocando. Porrò ſi quid ex hominum peccatis iracundiæ contraximus, mitigari conuenit vbi videmus, quæ peruerſe alioqui egerãt, Dei conſilio in alium finem conuerſa eſſe. Læta enim cataſtrophe in malis, quaſi remedium quoddam eſt, quòd nobis ad dolendas offenſas Dei manu porrigitur. Nam ita Ioſeph, dum pro mancipio venditur, in eum locum eiectus fuit, vbi patrem, & fratres alere poſſet, perfidiæ, & crudelitatis fratrum ſuorum oblitus, ſe Dei volũtate præmiſſum eſſe dicit eorũ cauſſa. Paulus ergo ſerui fuga non debere tantopere Philemonem offendi admonet, quia cauſſa boni nõ pœnitendi extiterit, vt perpetuum reciperet, & ſic breui iacturæ vſus perpetui commoditatem opponit.

IV. dub. ſol. Oneſimũ ad horam fugitiuum quomodo Philemon poterat in æternum recipere.

Cõſueuit diuina bonitas & ſapientia male acta in bonum finẽ conuertere.

Geneſ. 37.

Infra 45.

Ex quo erudimur, quòd cum ex Dei diſpoſitione priuamur rebus quę videntur nobis vtiles, & iocundæ Deum non id facere quò nos perdat, ſed quò res ablatas nobis reddat pretioſiores, & vtiliores. Deus enim Optimus Maximus non permitteret mala nobis euenire, niſi pro ſua bonitate poſſet; & vellet bonum efficere. Deinde quia vetus eſt, & ſolennis Diuinæ rationis agẽdi modus, & nõ pro more mũ-

Rebus amabilibus, & caris cur interdũ à Deo deſtituimur.

II. Ratio.

 dihu-

di huius opera ſua inchoare, ſed à parte diuerſa, vel contraria. Conſolaturus enim nos, priùs terret: ditaturus, priùs pauperes facit: viuificaturus, antè mortificat: denique exaltaturus ſuos, priùs humilitat, ac deprimit.

Quare Oneſim⁹ dicatur Forſitan diſceſſiſſe ad horam, vt Philemoni illum in æternum reciperet.

Et ait: Forſitan diſceſſit à te ad horam, id eſt, ad tempus, quia futuram Oneſimi perſeuerantiã neſciebat, qua redderetur æternus, vtpote adeptus vitam ęternam. Et idẽ, ſi æternum ponatur pro aduerbio, æternè, ſed priorem ſenſum indicat litera Græca.

Oneſimum quid iam nõ vt ſeruũ, ſed pro ſeruo receipiſſe chariſſimum fratrem.

Pſalm. 118.

¶ *Iam non vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem.* Quia Græcè legitur ὑπὲρ δοῦλον in Accuſandi caſu, & non in Gignendi, ὑπὲρ δούλου, pręſtat intelligere ſuper, vel ſupra ſeruum, id eſt potiorem ſeruo: ſicut cum dicitur: *Super inimicos meos prudẽtem me feciſti: ſuper ſenes intellexi: ſuper omnes docentes me intellexi.* Græca habẽt, ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου, & ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς, & ὑπὲρ Πρεσβυτέρους συνῆκα. Quibus verbis aliam fugæ vtilitatẽ proponit: nam non ſolùm eius occaſione correctus fuit Oneſimus, vt frugi ſeruus eſſe inciperet; ſed quòd factus ſit domini ſui frater.

Oneſimum Paul⁹ cur nominet fratrẽ. Eiuſdẽ modeſtia, & charitas ſingularis.

Subdit: *Maximè mihi:* Ne ſcilicet recenti offenſa exulceratus animus Philemonis, fraternum nomẽ ægrè admitteret, Paulus illum primo loco fratrem ſuum agnoſcit. In quo licet cõſpicere raram Pauli modeſtiam, qui viliſſimum, & nullius pretij ſeruum fraterno nomine dignatur, & quem prius filiũ vocauerat, & genitum in vinculis, nunc fratrem compellat.

Duplex Philemonem, inter & Oneſimum neceſſitudo quanã intercedebat.

¶ *Quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino?* Colligit, ſeruum Philemoni eſſe coniunctiorem, cùm duplex eſſet inter illos coniũctionis vinculum. Nam præterquã quod communis tecũ Domini, hoc eſt Ieſu Chriſti, factus eſt miniſter, & eiuſdem corporis membrum, quo nomine mihi quoque eſt chariſſimus, accedit hoc, quod peculiariter quoque de tua eſt familia, & iuxta carnem tibi coniunctus.

Solut. dub 5.

In id: Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, & reliq.

Ad quintum circa illud: *Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* ¶ *Ego Paulus ſcripſi mea manu, ego reddã,* &c. Dicendum eſt, epilogũ eſſe, in quo ſe Apoſtolus magis demittit, fugitiuo ſeruo ius & honorem deſignans, & quaſi eum reſtituat loco ſuo, vt paullò pòſt ſe ſponſorem pro eo, & eius loco ſubijciat. Eſtq; hoc ad perſuadendum efficaciſſimum: Oneſimus factus eſt mihi non tantùm frater, & filius, ſed & alter ego: Si ergo habes me ſocium, vel, ſi me Euangelij habes conſortem, id eſt ſi me amas, ſi me ſuſcipis, ſuſcipe illum ſicut me, id eſt meo loco. Si quid beneficij in eũ cõtuleris, in me collatum accipiam. Sin eieceris, & me ipſum eiectum reputabo. Aut igitur tibi vterque excipiendus eſt, aut vterq; reijciendus. ¶ *Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* Hoc eſt: Si quid furto ſuſtulit, dum fugit (ita enim ſolent ſerui fugam facere) hoc mihi velim imputes.

Quid ſit: Ego Paul⁹ ſcripſi mea manu.

¶ *Ego Paulus ſcripſi mea manu.* Quaſi dicat: Hoc chirographo mea manu ſcripto fidẽ meam tibi obſtringo. Vel, En habes Epiſtolam mea manu ſcriptam. Si videor tibi bonæ fidei ſponſor. Oneſimum omittito, me conuenito, qui ſum in carcere. Ego reddã, vel depẽdam, Ἐγὼ ἀποτίσω, verbum eſt pro altero fideiubentis. Atq; in hoc habes meũ chirographum.

Quid etiam: Vt non dicã tibi, quod & teipſum mihi debes.

¶ *Vt nõ dicam tibi quod & teipſum mihi debes.* Quaſi dicat; Nihil eſt quod negare mihi ſuſtineas, etiamſi teipſum poſcerem: non enim id commemorabo, quòd cum mea opera & doctrina factus ſis Chriſtianus, non tua ſolùm, ſed & teipſum mihi debes; ergo minus iniquum videri debet, ſi hoc poſtularem, vt Oneſimi debita remittas. Nos ergo noſtra omnia fratribus debemus, vt docet parabola Luc. 10.

Hoc ſenſu quo dicatur: Ita frater, ego te fruar in Domino Refice viſcera mea in Chriſto.

B. Ambr. hoc loco, tom 5.

Ad ſextum: *Ita frater, ego te fruar in Domino. Refice viſcera mea in Chriſto.* Epilogus eſt planè patheticus, & ad miſericordiã permouendam appoſitus. Aliqui vertunt. Ego fructum abs te conſequar. Id eſt: ſine vt hoc beneficium abs te impetrem. Et alludit rurſus ad Oneſimi nomẽ, quod à fruitione deduci videtur. Legim⁹ enim Gręcè: Ναὶ, ἀδελφὲ ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Ambroſ. vertit, ita frater, ſic ego te fruar in Domino. Et particula ναὶ, blandientis eſt in Græca lingua, ſicut אנא apud Hebræos: & ſignificat quæſo, vel obſecro. Blando ergo ſermone deprecatur cõcupitam pręſentię fraternę dulcedinem: Eſto mihi in his vinculis, & in afflictionibus recreatio mea, & refice, ſiue refocilla viſcera mea, non corporea, ſed ſpiritualia in Oneſimo abs te recepto, & veniam aſſecuto, & ita ego abs te cõſolationem, ac delectationẽ non vulgarem captabo.

Frui quid, & fructus ſignificet.

Cant. 2.

D. Aug. to. 3.

Inter Frui, & vti diſtinguit Auguſtinus.

¶ Verbum autẽ, frui, eſt, fructu vti, & vt ſe habet vti ad vtile, ita frui ad fructum. Denotat autem fructus dulcedinem quandam, quam ex fructu percipimus iuxta illud: *Et fructus eius dulcis gutturi meo:* denotat etiam vltimum arboris: nam ideò plãtatur, vt fructum capiamus. Ideò propriè frui, eſt habere aliquid delectabile propter ſeipſum. Quare Auguſtinus li. 1. De doctrina Chriſtiana, diſtinguit inter frui, & vti. Et vt creatura quidem vtimur, ita Deo fruimur. Et ab ipſo Auguſtino ita frui, & vti definiuntur. *Frui, eſt alicui rei inhærere propter ſeipſam; vti autẽ, quòd in vſum venerit ad id quo-*

dam-

dammodo obtinendum referri; ſi tamen amandum eſt: nam vſus illicitus, abuſus potius, vel abuſio nominandus eſt. Hæc ille. Aliquando verò etiam in Scripturis confunduntur hæc verba, & pro eodem ponuntur: & ſignificant delectationem cuiuſcunq; rei, etiam turpis, & obſcœnæ abſque contrario. Vnde Sap. 2. dicunt impij, *Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquã in iuuẽtute celeriter:* & Gen. 38. *Quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo?* Prouerb. quoque 7. *Fruamur capitis amplexibus;* item Ecclesiaſtes 2. *Affluam delicijs, & fruar bonis,* & cap. 7. *In die bona fruere bonis.* Si igitur frui ſignificat delectari in re aliqua tãquam in fine, & propter ſe, nequaquã eſt fruẽdum creatura vel homine. Cum autem ſignificamus delectationem quandã ordinatam ſub Deo, ita fruimur bonis ſine peccato. Vnde Paul⁹ dixit, *Qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendũ.* Deuteronom. etiam 28. *Filios generabis, & filias, & non frueris eis:* id eſt: Cum delectatione eos non videbis, quia ſubdit: *Ducentur in captiuitatem.* Et Horatius, *Dij tibi diuitias, dederunt, artemque fruendi.* Fruimur etiam hominibus ſanctis in Domino, cum gaudemus de bono diuino, quod eſt in illis. Vnde hic dixit: *Ita te frater, Ego te fruar in Domino.* Quòd interpretans Auguſtinus prædicto loco, dixit: Cũ homine in Deo frueris Deo potiùs quam homine frueris. Illo enim frueris, quo efficieris beatus, & ad eum te perueniſſe lætaberis, in quo ſpem ponis, vt venias. Inde ad Philemonem Paulus: *Ita frater,* inquit, *ego te fruar in Domino.* Quod ſi non addidiſſet in Domino, & te fruar, tantùm dixiſſet, in eo conſtituiſſet ſpem beatitudinis ſuæ, quanquam etiam viciniſſimè dicitur frui, cum dilectatione vti. Cùm enim adeſt quod diligitur, etiam dilectationem ſecum neceſſe eſt gerat. Per quam ſi tranſieris eamq; ad illud, vti permanendum eſt, retuleris, vteris ea, & abuſiue, non propriè diceris frui. Si verò inhæſeris atque permanſeris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc verè, & propriè frui dicendus es. Quod nõ faciẽdum eſt niſi in illa Trinitate, id eſt ſummo & incommutabili bono.

Vbi Scripturarũ hęc verba confundantur.

Geneſ. 38.
Prouer. 7.

Ad VI. dub. Paulus quare dixit: Frater, ego de fruar in Domino.

1. Tim. vlt.
Deut. 28.

Horatius.

Cap 33.

Hieronymus etiam hoc loco: *Apoſtolus non fruimur niſi eo, qui multas in ſe habet, cõtinentesq; virtutes. Et ne putes illam fruitionẽ dici, qua nos ſæpè noſtri inter nos præſentia delectamur; addidit, in Domino; vt ex eo quod Domini nomẽ adiunctũ eſt; intelligeretur & alia eſſe fruitio, qua quis abſq; Domino perfruatur.* Hæc illi Patres. In hunc quoque ſenſum ſcripſit ad Rom. 15. *Cùm in Hiſpaniã perficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero:* quod ſimiliter intelligẽdum eſt, in Domino. Non ignorauit Seneca hanc locutionẽ, quandoquidem lib. 1. epiſt. 8. ad Lucilium: *Aut rectis ſaltem,* inquit, *aut temet fruere.*

Hiero. tom. 9

Apoſtol⁹ Philemone quomodo ſecundum Hieronymum, vtetur, in Domino.
Rom. 15.

Seneca.

Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi: ſciens quoniã & ſuper id quod dico, facies. Correctio eſt: Paulus enim reprehendit quodammodo ſeipſum, quod tam ſolicitè ſcribat, perinde acſi dubitaret de eius obedientia, ac pietate, qua ſi dicat, Hęc pluribus tecũ ago, nõ quòd diffidam charitati tuæ, ſed hæc ex abundanti facio, & quodam peculiari amore erga Oneſimum meum filium.

Apoſtoli prudentia.

Ad poſtremum in illud: *Simul, & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis:* Videtur poſtrema, & efficaciſſima ratio: futurum enim eſt, vt exigentibus id, & impetrantibus veſtris precibus, vt ego vinculis ſolutus ad vos reuertar: ac ideò deſiderio te domi tuæ amplecti, ac domi tuæ hoſpitari, vt alias feci; & hanc tuam bonam volũtatem quam erga Oneſimum exercueris, gratiſſimam habebo. Hoc etiam de hoſpitio adiecit Apoſtolus teſte Oecumenio, vt formidarat, ſi Oneſimum non ſuſciperet, eò quod vẽturus eſſet Apoſtolus, & palam facturus quid fuiſſet parũ obediens. Scribit verò Hieronymus; *Non puto tam diuitem fuiſſe Apoſtolum, & tantis ſarcinis occupatum, vt de præparando ageret hoſpitio, & non vna contentus cellula, breue corporis ſui ſpatium, ædes ampliſſimas exiſtimaret. Sed dum eum expectat Philemon ab ſe eſſe venturum, magis faciat quod rogatus eſt. Si autem hoc non diſpenſatoriè, ſed verè quis exiſtimat imperatum, vt ſibi hoſpitium præparet; Apoſtolo magis quàm Paulo hoſpitium præparandum eſt. Venturus ad nouam ciuitatem, prædicaturus Crucifixum, & inaudita dogmata delaturus, ſciebat ad ſe plurimos concurſuros, & neceſſe erat, primùm, vt domus in celebri eſſet vrbis loco, ad quam facilè cõueniretur. Deinde vt ab omni importunitate vacua, & ampla, quæ plurimos caperet audientium, ne proxima ſpectaculorum locis, ne turpi vicinia deteſtabilis: poſtremò vt in plano potius eſſet ſita quàm in cœnaculo. Quàm ob cauſam eum exiſtimo etiam Romæ in conducto manſiſſe biennio. Nec parua, vt reor, erat manſio, ad quam Iudæorum turmæ quotidie confluebant.* Hæc ille.

VII. quę. ſol. Apoſtolus cur velit parari ſibi hoſpitium.

Oecumen.

Hieron hoc loco tom. 9.

Quale ſibi hoſpitiũ velet Apoſtol⁹ præparari.

Sequitur: *Nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.* Omnia ſiquidem Paulus aliorum orationibus tribuit: ſicut ſolutio Petri ex carcere tributa eſt orationibus Eccleſiæ pro eo precantis. Et addit ſalutationes more ſolito. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas adiutores mei.* Vt intelligat Philemon non tantùm Paulũ eſſe, qui id poſtu-

Paulus quandoque fidelium precibus tribueret.
Actor. 12.
Epaphræ Marci, & aliorum Philemoni cur mittat ſalutationes Apoſtolus.

Coloſſ. 1.

lares ab eô, ſed omnes etiam, qui ſecum erant, comprecatores extitiſſe eiuſdem beneficij. Epaphras Coloſſenſium erat miniſter, vt habes cap. 1. ad Coloſſen. Et ornat illum magno titulo, cùm ait, Concaptiuus, quo alij non ornantur: quanquam ad Coloſſen. 4. ſcribat: *Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ:* & infrà: *Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu*: & paullò poſt: *Salutat vos medicus chariſſimus, & Demas.* Ex quo conſtat, Apoſtolum interdum mutaſſe ſocios quos ſecum in carcere habebat, vt nûc dicatur Epapbras concaptiuus, modò verò Ariſtarchus.

2. Tim. 4.

Deinde habes Marcum, quem in poſteriori ad Timotheum poſtulauerat vt ad ſe veniret, & fortaſſis iam venerat: vnde hæc Epiſtola poſterior eſt illa ſecûda ad Timotheum. ¶ Ariſtarchus verò, vt Acto. 20. habetur, Theſſalonicenſis erat, & comes peregrinationis Pauli: & teſte Dorotheo in Synopſi, cum Paulo à Nerone capite truncatus fuit cum Tropbimo, & Pudente.

Poſteriorem ad Timotheũ hęc ad Philemonem Epiſtola vnde conſtet eſſe priorem.

Act. 20. Ariſtarchus quis, & Demas.

¶ Demas, ille eſt, qui cùm Paulum deſeruiſſet tædio laborum factus, poſteà pœnitẽtia ductus ad Paulum redijt: quemadmodum etiam olim Marcus cùm reiectus eſſet à Paulo, & mandatum dediſſet ne reciperetur in Eccleſijs, poſteà cùm ad meliorẽ frugem redijſſet, iuſſus eſt ſuſcipi, & ipſe eius ad ſe vocati opera vtebatur, Epiſcopus Bybli fuiſſe dicitur à Dorotheo in Synopſi.

2 Tim. vlt. *Actor. 15.* *1. Cor. 8.*

¶ Lucas bic etſi poſtromo loco ponatur, ſuit tamen inter ſocios, adiutores, & comites Pauli præcipuus, de quo illud egregium teſtimonium; Lucas & mecum ſolus; &, Cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.

Doroth. Epiſ. Lucas qualis Pauli comes. *2 Tim vlt* *2. Tim. 8.*

Et concludit: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro Amen.* Nam ſicut ſalutatio hæc, quę poſtremo loco annectitur ad alios in ſalutatione expreſſos, & hic ſuppreſſos extenditur, ita etiam Epiſtola tota nomine Pauli, & Timothei ſcripta eſt; & ad ſolum Philemonem dirigitur. Et vt annotauit eleganter Hieronymus, à maiori & meliori parte, id eſt ſpiritu, per Synecdochen de toto homine loquitur. *Et Gratia* inquit, *ſit cum ſpiritu veſtro, Amen,* ſine qua nihil feliciter, & piè vel inchoatur, vel progreſſum ſuſcipit, vel finitur. Et hi quibus Chriſtus per gratiam fauet, fauet Pater & Spiritus ſanctus, & Angeli omnes; cedunt verò dęmones, & omnes homines reprobi, & totus infernus.

Salutatio hęc Gratia Domini noſtri cũ ſpiritu veſtro expenditur. *Hier. tom 9.*

Gratiæ Dei efficacia.

Ac de his hactenus.

DISPVTATIONVM IN EPISTOLAS B. PAVLI APOSTOLI LIBER POSTREMVS: IN QVO PECVLIARITER Epiſtola ad Hebræos excutienda eſt & explicanda.

DISPVTATIO I.

In Qua agitur num hac Epiſtola ad Hebræos deſtinata Pauli Apoſtoli ſit, ar alterius.

Propoſitum Autoris.

QVONIAM De hac Epiſtola inter veteres olim Eccleſiæ Patres quædam controuerſa extiterunt, & noſtro ſeculo à multis ſed præſertim ab Eraſmo, & Caietano, in dubium reuocata ſunt, quę tamẽ in Eccleſia Dei certiſſima & exploratiſſima, & cõſtâti fide ab omnib. recepta eſſe debuerũt; nõ grauabor diligẽtius de illis diſceptare, quo Catholica & orthodoxa veritas de pernicioſis mendacijs, & peſtiferis hæreſibus triumphũ agere valeat. Fuerũt. n. apud veteres Patres ambigua nõ nulla quæ ad hâc Epiſtolã pertinẽt. Primũ, an Epiſtola hęc eſſet Apoſtoli Pauli, an alteriùs. Secũdũ, an ſit Canonica, & in catalogo Sanctorũ librorũ reponẽda, an non. Tertiũ dubitatum eſt, qua lingua cõſcripta fuerit, Hebræane, vt quidã ex veterib. Patrib. docent, an Gręca, vt alij multi poſteriores volut. Quib. adijcere poſſumus quartũ, quare inter Epiſtolas poſtremũ locũ hæc habeat, cũ cõſtet, Matthæi Euãgeliũ Hebraico ſermone exaratũ, primũ locũ inter Euangelia ſibi vendicaſſe. Quintũ diſputandũ eſt, qui ſint illi Hebræi; ad quos inſtituendos hæc Epiſtola deſtinata fuit. Sextũ, ac poſtremũ ꝙ, aut quale ſit tantæ Epiſtolæ argumentũ & in quem finem mens autoris collimet.

De Epiſtola ad Hebræos quæ olim Patres dubitauerint.

Propoſitũ aliæ dubitationes inſer' reſoluendæ.

Vt igitur ad primam dubitationem illuſtrandam accedamus, præmittendum, B. Hieronymũ in Prologo ſuper Epiſtolas Pauli, & in catalogo Scriptorũ Eccleſiaſticorum, ita de hac Epiſtola ad Hebręos ſcripſiſſe: *Epiſtola autem, quæ fertur ad Hebræos, nõ eius creditur, propter ſtyli ſermoniſque diſſonantiam*

Nõ eſſe Pauli Epiſtolam ad Hebræos, cur quidam aſſeruerit, teſte Hieron. *B. Hier. to. 9.* *Idem to. 1. parum à med.*

tiam

tia, ſed vel Barnabæ, iuxta Tertullianum; vel Lucæ Euangeliſtæ iuxta quoſdam, vel Clementis, Romanæ poſtà Eccleſiæ Epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe, & ornaſſe ſermone. Vel certè, quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis, titulum in principio ſalutationis amputauerit. Scripſerat autem vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id eſt, ſuo eloquio diſertiſſime, vt ea quę eloquẽter ſcripta fuerant in Hebræo, eliquentius verterentur, in Græcũ: & hanc cauſſam eſſe, quòd à cæteris Pauli Epiſtolis diſcrepare videatur. Item argumentum præfixum huic Pauli Epiſtolæ, & habetur in Gloſſa ordinaria ita habet: Quidam veritatis calumniatores hanc Epiſtolam nõ eſſe Pauli dicere auſi ſunt, eo quòd nomen eius in titulo non habent, & longè ſplendidiore atque facundiore ſtylo quàm alię reſplendeat; ſed aut Barnabę, aut Lucę, vel Clementis, vel Tertulliani.

Rationes eorum diluuntur.

Quibus in promptu nobis eſt reſpõdere. Si enim ideò non eſt dicenda Pauli, quia nomine eius prætitulata non eſt, ergo nec alicuius illorum; imò nullius omninò, cum nullius nomen habeat. Ideò autem nomẽ ſuum huic Epiſtolæ, ſicut & cęteris nõ prępoſuit; quia Hebræis odioſus erat, quibus legis deſtructor videbatur.

Quare Paulus non huic Epiſtolæ pro more, nomẽ ſuum præpoſuerit.

Quia ergo non eorum; ſed Gentiũ erat Apoſtolus, nomẽ ſuũ eis odioſum tacuit, ne præſcripti nominis inuidia ſequentis vtilitatem excluderet lectionis. Sciens quoq; eorũ ſuperbiam, ſuamque humilitatem ipſe demonſtrans, ordinis ſui dignitatẽ noluit anteferre, nominando ſe Apoſtolum: ſed meritum officij ſui tacẽs ſuperbis, ipſe humilis non ſe Apoſtolũ nominauit, ne ſuperbi indignarẽtur. Quòd verò hæc Epiſtola maiore relucet facundia quã aliæ, ſanè mirandum non eſt; cum naturale ſit vnicuiq; plus in ſua, quàm in alia valere lingua. Cæteras enim Epiſtolas Apoſtolus peregrino, id eſt, Græco ſermone compoſuit: hanc autem ſcripſit Hebraica lingua. Hæc nomine Hieronymi à quibuſdam in illo Prologo circumferuntur: quæ cum in Hieronymi libris non inueniantur, probabile eſt verba eſſe alicuius alterius Doctoris, qui ſenſus & verba Hieronymi æmulatus eſt, aliquid addens de ſuo.

Prima ratio cur Paulus in hac Epiſtola qui etiã Apoſtolatus nihil meminerit.

Ad hunc igitur modum Hieronym. illis argumentis ſatisfecit. Quod enim nomẽ & Apoſtolatus dignitatem ſubticuerit, in gratiam fecit B. Petri Apoſtolorum Principis qui erat Circumciſionis Apoſtolus, vt ipſe Paulus Præputij, id eſt Gentium, quemadmodum ipſe teſtatur ad Gala. 2.

Galat. 2.

Altera.

Hebr. 3.

Fecit enim hoc ob Domini honorẽ, qui in hac ipſa Epiſtola vocatur Gẽtis Hebrææ Apoſtolus, vt habes ca. 3. qui & ad Rom. 15. Miniſter Circũciſionis fuiſſe traditur.

Rom. 15.

Idem confirmatur exemplo.

Epiſcopi ſiquidẽ extra ſuas dięceſes, quãdo cum ijs agunt, in quos autoritatẽ nno habent, dignitatẽ ſuã, aut titulos nõ exerunt, neq; iactãt. Quã rationem attingit Theodoritus ex Clemente in informationibus. Addit Hieron. in ca. 1. ad Gal. in Epiſ. ad Hebręos propterea Paulum ſolita conſuetudine, nec nomẽ ſuum, nec Apoſtoli vocabulum prępoſuiſſe, quia de Chriſto erat dictur⁹, Habẽtes ergo Principem Sacerdotum, & Apoſtolũ noſtrę cõfeſſionis Ieſum; nec fuit congruum, vt vbi Chriſtus Apoſtolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apoſtolus poneretur.

B. Theo. to 2.

B. Hierony.

Vnius eiuſdẽque Scriptoris ſtylus cur variet interdum, ac diſcrepet.

Argumẽtum etiam deſumptum à diuerſitate ſtyli, valde eſt debile ac imbecillũ, cum vnus & idẽ homo pro tẽporis, vel cauſæ ratione nũc cultiori & elegantiori oratione, nũc humiliori, ac depreſſiori ſermone agat. Compone obſecro Hieronymi in conſcribendis Epiſtolis phraſim cũ ſtylo, quo Prophetas explanauit, vel Regiſtrũ Gregorij cum libris Moral. & cum volumine quid inſcripſit, Paſtoralis cura, & grande inuenies diſcrimen. Ita vt, ſi ab ſtyli diſcrepantia ferendum iudicium ſit, vix vnius & eiuſdem autoris eiuſmodi opera eſſe credantur.

B. Greg. to 2.

Idem tom. 1.

I. argum. ad probandum, Epiſtolam ad Hebręos omnino alterius nõ eſſe quam Apoſtoli Pauli.

His pręmiſſis, probandum eſt hãc Epiſtolam ſincerum eſſe, & germanum Pauli Apoſtoli fœtũ. Nam in primis illud abũdè teſtatur ſublimis & vere Apoſtolica doctrina cũ ſenſuũ profunditate, & vi illa dicendi incõfutabili: quod planè arguit alterius eſſe non poſſe quam Pauli, qui Chriſtum in ſe loquentem habebat. Erat ſiquidẽ Paulus acerrimus legis Moſaicæ inſectator, & incõparabilis Euangelij propugnator, & vindex: at quid aliud agit in tota hac Epiſtola Apoſtolus, quam legis ceremonias abrogatas fuiſſe docere, & Chriſtum ſuper Angelos, Moyſen & Pontificem Aaron, & ſuper ipſum etiã Melchiſedec, ſtabilire?

Secundum.

Deinde, ſi Hebręa lingua hanc dictauit Epiſtolã vt quidam ex Patribus tradunt, mirum vlli eſſe non debet, ſi eloquio diſertiori, & magis perſpicuo atque dilucido egerit.

Tertium.

Tertiò idem perſuadet, quod titulo caret, & nomine autoris: cuius rei ſingulare in Paulo inuenitur argumẽtum, cur ab eo abſtinuerit. Nam cùm eſſet Hebręus, & Hebręis ſingulariter inuiſus, curauit ne nominis odium vtilitatem excluderet lectionis: quæ ratio ſcribendi alteri ex Apoſtolis quam B. Paulo conuenire non poteſt.

Aliæ rationes adferuntur tres, cur Paulus Apoſtolatus nomẽ ſuppreſſerit hoc loco.

Siluit ergo nomẽ proprium, & Apoſtolatus autoritatem, præter cauſas ſuperiùs aſſignatas, tum ob grauiſſimas perſecutiones, quas Iudæis ad Chriſtũ conuerſis olim cũ eſſet incredulus

Actor. 9.

& pro legezelans intulerat : tùm propter Gentium conuerſionem cum quibus verſabatur: quæ res etiam Chriſtianiſſimis Iudæis, ad fidem conuerſis non ſolum infauſta, ſed etiam inuiſa haberi potuiſſet. Voluit prętereà potiùs rationum momentis decertare, quàm nominis, & Apoſtolatus autoritate: non enim baptiſma à Iudęis cõuerſis veterem hominem, & eius effectus confeſtim excluſerat, vt eum, qui paullò ante Eccleſiæ eſſet perſecutor, ad Apoſtolatus apicem promotum æquis auribus audirẽt, aut vt inueteratum odium in Gentes, ad quas Paulus diſceſſerat, omninò deponerent: vt conſtat ex ea, quã ad Romanos ſcripſit Epiſtola, in qua ſimultatem Iudęorum & Gentium ad Chriſtũ conuerſatũ adimere contendit. Et Hebræi iſti, ad quos Paulus ſcribit, imperfecti erant: *Cum deberetis*, inquit, *magiſtri eſſe propter tempus; rurſus indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.* Addit etiã Theodoritus hæc verba: *Suæ autem accuſationi hunc prætextum afferunt, quòd Apoſtolica apellatio non ſit ſimiliter poſita in Proœmio. Oportebat autem eos cõſiderare, eũ eorum qui ex Gentibus, non eorum qui ex Iudæis crediderant, fuiſſe conſtitutũ Apoſtolũ. Etenim dixit ei Dominus; Feſtina, & hinc citò egredere; non enim ſuſcipient teſtimonium tuum de me. Vade, quoniam ad Gentes procul mittam te.* Et paullò inferius: *Ad Hebræos autem ſcribens, quorum non erat ſibi cura credita, meritò nudam dignitate doctrinam eis tradidit. Aliorum enim Apoſtolorum curationi ſuberant.* Hæc ille ſatis eleganter. Quartò, idem probat ardentiſſimus zelus, quo Iudæorum ſalutẽ ſitiebat, & pro quibus optabat eſſe à Chriſto anathema. Idem aiebat; *Quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo; ſi quomodo ad æmulationem prouocẽ carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis.* Quod & fecit, tùm viua voce prædicando, & cum eis diſputando; tum ſigna admiranda edẽdo, tùm denique doctiſſimam hanc Epiſtolam ad eos conſcribendo, ſi tot alias Epiſtolas ad inſtitutionem, & conſolationem Gentium dictauit. Quintò, adde zelũ Apoſtoli mirabilem in literis ad eas Gentes exarandis, in quibus nouæ hæreſes, & noxij in fide errores ſuſcitabantur: nam ea cura ad Apoſtolos maximè ſpectabat, dum viuerẽt; præſertim cum Canonici libri qui ſunt fidei, & morum regula, ac norma, nõdum editi eſſent, vt ſeſe illis tam verbo, quã ſcripto opponerent. Cùm igitur Apoſtolorum ſeculo hęretici Naaręi inſurrexiſſent qui legem cũ Euãgelio eſſe ad ſalutẽ neceſſariam contenderent: debebat ſaltem Apoſtolus Paulus, qui tanto ſcientiæ talẽto præ reliquis omnibus præditus erat, huic hęreſi occurrere, & aliquo ſcripto obuiam ire, vt in futurũ extaret ſalutiferæ eius doctrinæ aliquod monimentum, quo hæreticorum futurorum ora obturaret.

Epiſtolam ad Romanos Paulus cur ſcripſerit.

Hebr. 5.

B. Theod. in argum. huius epiſt. ſub init. par. 2.

Act. 22.

IV. argum.

Rom. 9. Infra 12.

Paulus miniſterium ſuũ, Iudæos ad Chriſtũ conuertendo triplicìter honorificauit.

V. Argum.

Apoſtolj Eccleſiæ naſcẽtis initio quid præcipuè curare debuerint.

Nazaræorũ hæreſis quando primũ exorta, qualis.

Quod ſi ad Gentium ſalutem tuendam opus fuit in Cõcilio Ieroſolymitano Apoſtolicam ſententiam confirmatam promulgari, quæ traderet, Gentibus opus non eſſe lege Moſaica pręter Euangelium ad ſalutẽ: & Epiſtola ad Galatas, quę tota in eo argumento corroborando verſatur: quãto magis neceſſarium fuit ad Iudæos ſuæ legis tenaciſſimos, ac ſtudioſiſſimos ſeruandos Epiſtolam extare, quæ præter Chriſtum, & Euangelium, legem eſſe omninò imbecillã ſeu inutilem demonſtraret: quod in hac Epiſtola euincitur. Sextò loco huic veritati fauere videtur B. Petrus, qui & ipſe ad electos ex Hebręis ſcribens, id eſt ad diſperſos Ponti, Galatię, Cappadocię, Aſiæ, & Bithyniæ, eos adhortatur vt longanimiter ferant diem retributionis: *Sicut & chariſſimus*, inquit, *frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis:* ſicut & in omnibus Epiſtolis. At certè ni velimus inaniter contendere, hæc propriè fuit materia, & argumentum Epiſtolæ ad Hebræos, qua paſſim eos commonefacit, vt longanimiter expectẽt Quare c. 6. ita ſcribit: *Cupimus autem vnumquemq; veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem; vt non ſegnes efficiamini*, &c. Et ca. 10. *Nolite itaq; (fratres) amittere confidentiam veſtram quæ magnam habet remunerationem.* Denique penultimo & vltimo ca. nil aliud agit quam exhortationibus vrgere eos vt permaneãt in Chriſto, & ne quis deſit gratiæ Dei, aut à Chriſto & eius gratia excidat. Septimò, ipſemet genere Hebræum ſecundùm carnem ſe eſſe indicat. Ait enim? *Amplius autem deprecor vos hoc facere* (hoc eſt preces ad Deum pro me fundere) *quo celerius reſtituar vobis*: quod etiam in eo loco agnouit Caietanus: ad Clemens qui huius Epiſtolę autor fuiſſe fertur genere Romanus erat, non Hebræus: nec item Tertullianus, qui in Prologo, quem producit Gloſſa Ordinaria à quibuſdã adſcripto B. Hieronymo, præſentis Epiſtolæ ſcriptor affirmatur, pręſertim cum ille malè audierit in Eccleſia Dei, & cõditor fuerit hæreſis Tertullianiſtarum, & Hieronymus in Heluidium ſcribẽs dicat, Tertullianum hominem Eccleſiæ nõ fuiſſe. Præterquàm quòd multi Patres ante illũ natum de hac Epiſtola tanquam legitimo Pauli fœtu protulerint teſtimonia. Octauò, vincula & catenæ, ex quibus affirmat ſe ſcribere, probãt

Actor. 15. Ieroſolymitanæ Synodi cogẽdæ, nec non & huius Epiſtolæ ad Hebræos ſcribendæ neceſſitas.

VI. argum. ab autoritate principis Apoſtolorum Petri.

1. Petr. 1. 2. Petr. vlt.

Hebr. 6.

Infra 10.

VII. argum. *Infrà 13.*

Caietanus.

Romanum Clementem vel vt alij volunt Tertullianũ, huius Epiſtolæ non fuiſſe Scriptores.

D. Hier. co 2. in princ.

VIII. argum. ab ipſomet Paulo.

similiter

ſimiliter Paulum Apoſtolum autorem eſſe huius Epiſtolę. Quis enim alius erat in vinculis Romæ ex Apoſtolis, aut quis ex illis ſolitus erat Epiſtolas mittere niſi Paulus? quis item alius dicebat ſe vinctum, niſi ille? *In quo*, inquit, (ſcilicet Euangelio) *laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum.* Certè vinculorum ſuorum mētionem facit in Epiſtolis ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, ſecunda ad Timotheum, & ad Philemonem. Et in cap. vlt. præſentis Epiſtolæ: *Mementote*, inquit, *vinctorum* (ſiue vt Græca habent, vinculorum meorum) *tanquàm ſimul vincti.*

2. Tim. 2.

Nonò, miſſio Timothei, qui tabellarius fuit harum literarum, teſtatur, earum ſcriptorem fuiſſe Paulum: quis enim alius Timotheum habebat pro filio, & fratre, & diſcipulo, & eum ad varias Eccleſias pro diuerſis cauſis deſtinabat, niſi Paulus eius magiſter, & parens? iam enim Barnabas à Pauli cōſortio diſceſſerat, vt ab eo ampliùs mitti non poſſet. Decimò, huius Epiſtolæ miſſio cū ſalutatione fratrum qui ſunt ex Italia, idipſum non obſcurè indicat: & Paulus iubet poſteà Timotheum ad ſe citò in Italiā redire, vt habes 2. Tim. vlt. Vndecimò, in calce Epiſtolæ adiungit conſuetam ſalutationem ſuam. *Gratia cum omnibus vobis. Amen.* Ex quo habes, non omninò inſalutatos Hebræos reliquiſſe Apoſtolum in hac Epiſtola, etiāſi conſultò in initio abſtinuerit à ſalutatione: iam verò quis alius magis ſolitus erat ſic ſalutare præter eum? Quod facilè conſtabit, ſi per alias Epiſtolas ferè omnes diſcurras: & 2. Theſſal. vltimo habetur: *Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni Epiſtola, ita ſcribo. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.*

IX. arg. à Timotheo Pauli diſcipulo.

X. argum. ab eodem Apoſtolo.

XI. rurſus ab eodem.

2. Theſſ. 3.

Poſtremò, Eccleſia Catholica dum aliquid ex hac Epiſtola producit, in magnis ſolennitatibus Saluatoris, aut in Miſſæ ſacrificio præmittit ſemper: *Lectio Epiſtolæ B. Pauli ad Hebræos.* Argumentum ergo certiſſimum, & indubitabile eſſe debet, Epiſtolam hanc ſemper ab Eccleſia pro legitima, & germana Apoſtoli Pauli habitam fuiſſe.

XII argum. ab Eccleſiæ autoritate.

Præter has probabiles, & veritati admodum conſentaneas rationes, accedit perpetua Eccleſiæ traditio; quæ tum in Pontificum Romanorum decretis, tùm in Synodis Generalibus, tùm in veterum Patrum teſtimonijs ſita eſt. Quod ad Pōtifices ſpectat, eſt in primis Clemens Roman. Petri diſcipulus, & Pontifex Maxim. qui in ſua ad Corinthios Epiſtola ex hac Epiſtola ad Hebræos teſtimonia producit: quæ Euſebius libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inferiùs citandus depromit. Idem in Epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini ex hac Epiſtola teſtimonia allegat, non quaſi ex Epiſtola ſua, ſed vt alterius: quominùs putandum eſt illum fuiſſe eius autorem. Adhæc inter Canones Apoſtolorum, qui ſunt numero octogintaquinque, quos probat Sexta Synodus in ſecundo Canone ſuo, in vltimo Canone ponitur Catalogus librorum Sacrorum, & inter illos locum ſuum habet Epiſtola ad Hebræos. Eſt etiam Anacletus quartus à Petro, qui in Epiſtola ſua ſecunda citat ex hac eadem Epiſtola. Euariſtus etiam ſextus à Petro in Epiſtola ſua ad Africanos; Sother Pontif. in ſuis Epiſtolis. Et hi omnes Apoſtolorum ferè ſeculo floruerunt.

Romani Pontifices.

Idem & ſequentes fecerunt Pontifices, vt Cornelius, Marcus, Iulius, Liberius, Felix I. Innocentius I. ad Exuperium Toloſanum, in qua catalogum Sacrorum librorum ponit; Leo I. ſerm. 4. de Natiuit. Domin. prope fin. & ſer. 7. de Quadrageſima; Gelaſius, & Gregorius Magnus. Et quis non, vt ſemel finiam, ex poſterioribus Eccleſiæ Romanæ paſtoribus?

Quod ad Concilia Sacroſancta attinet, habes ex Prouincialibus in primis Concilium Laodicenum canon. LIX. in quo enumerantur omnes libri Canonici, item Carthaginenſe III. cui interfuit Beatus Auguſtinus, Canon XLVII. in quo ſeparatim de hac Pauli Epiſtola diſſeritur, quaſi ad amouendam dubitationem an eſſet Pauli; Concilium Arauſicanum II. Canone vltimo, vbi nominatim aſſeritur hæc Epiſtola eſſe B. Pauli. Et producit teſtimonium ex vndecimo capite huius Epiſtolæ.

Cōcilia Prouincialia.

Ex OEcumenicis verò Synodis habemus in primis Nicenum, & primariū Concilium, quod hanc Epiſtolam Paulo aſſignat, præſertim cùm Arriani, Epiphanio teſte, negarent eſſe B. Pauli: cuius etiam rei meminit Beatus Thomas in Commentarijs huius Epiſtolæ. Eſt præterea Synodus Epheſina in Epiſtola ad Neſtoriū, vbi contra Neſtorianam hæreſim ex hac Epiſtola teſtimonia deſumpta ſunt, quaſi ex Sacra & Apoſtolica Scriptura. Eſt & Concilium ſeptuaginta Epiſcoporum ſub Gelaſio Papa, vbi feſtis diebus iubet legi ex Epiſtola Apoſtolica ad Hebræos. Lege caput, Sancta Romana Eccleſia, diſtin. 15. Adde Concil. Florentinum quod ſub Eugenio IV. hoc ipſum definiuit, docens quatuordecim eſſe Pauli Epiſtolas, ſicut poſtremum Concilium Tridētinum noſtra ætate celebratum idem confirmauit.

Generalia Concil.

B. Epiph. in Hæreſin 69. aliquāto ante dimid.

D. Thom.

Ex veteribus verò Patribus, præter Pontifices, & Concilia Generalia, habes in

Patres veteres, Græci.

primis Dionyſium Areopagit. epiſtol. 8. ad Demophilum, & 9. ad Titum ex hac Epiſtola citantem, & lib. Eccleſiaſticę hierarch. ca. 5. part. 3. Habes deinde Clementem Romanum Petri diſcipulum, de quo Euſebius libr. 3. cap. 38. affirmat, dicens, Clementem Romanum Epiſcopum teſtimonijs huius Epiſtolæ vſum. Idem quoque Clemens in fine Commentariorum in Epiſtol. B. Petri aſſerit Lucam ſtylo executum Actus Apoſtolorum, & Pauli ad Hebræos interpretatum Epiſtolam. Adde Clementem Alexandrinum, qui apud Euſebium lib. 6. cap. 11. producitur, dicentem: *Manifeſte Pauli eſt Apoſtolî, ſcripta autem Hebræo ſermone tanquàm Hebræis; à Luca verò, qui erat Pauli diſcipulus, interpretata in Græcum.* Iuſtinus quoq; martyr frequenter huius Epiſtolæ vtitur teſtimonijs. Adde Irenæum lib. 3. cap. 6. in fine, de Moyſe loquentem, vbi alludit ad verba

Hebr. 3.

Apoſtoli ad Hebr. 3. *Sed fidelis*, inquit, *Moyſes famulus & ſeruus Dei dicitur à Spiritu.* Item Origenes libro primo Commentariorum

Euſeb. tom. 1.

in Matthæum, ex quo Euſebius libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſt. capit 18. prope finem producit hæc verba: *Ego dico, ſicut mihi à maioribus traditum eſt, quia manifeſtiſſimè Pauli eſt, & ſemper omnes antiqui maiores noſtri ita eam vt Pauli Epiſtolam ſuſceperunt. Si verò requiras à me, per quem ſit eius ſermo compoſitus, pro certo quidem Deus viderit. Opinio tamen quæ ad nos vſque peruenit, huiuſmodi eſt. A quibuſdam dicebatur quòd Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & Epiſcopus vrbis Romæ, Græco eam ſermone, non tamen ſenſibus expoliuerit; alij quod Lucas*, &c.

Quid argumento ſit. Euſebium quoque Cæſarienſ. huius fuiſſe ſententiæ.

Euſebius Cæſarienſis ſatis illam Pauli Apoſtoli probat, cùm recenſeat, eam à Clemente Romano, & à Clemente Alexandrino, & ab Origine probatam fuiſſe: vt ex teſtimonijs allatis conſtare poteſt. Idem in Epiſtola ad Iulium Africanum, pollicetur ſe euidentiſſimis rationibus oſtenſurum, Epiſtolam ad Hebræos Pauli eſſe. Adde Chryſoſtomum, qui eam Commẽtarijs illuſtrauit, & Epiphanium æqualem illius, qui in Hæreſin 69. teſtatur Arrium negaſſe hanc Epiſtolam fuiſſe Beati Pauli. Ad hæc B. Cyrillus Alexandrinus in cap. 22. Eſaiæ, & lib.

Tom. 3. Par. 2.

12. Theſauro, cap. 9. & Theodoritus in argumento Epiſtolæ præfixo, ſicut & Theophylactus, & Oecumenius, qui docet B. Apoſtolum, poſtquàm vniuerſis Gentibus ſcripſiſſet, poſteà Hebræis quoque, qui ex Circumciſione crediderant, hanc Epiſtolam dictaſſe. Et ante hos Cyrillus Ieroſolymitanus catecheſ. 10. in fine, quatuordecim

Tom. vlt.

Epiſtolas Paulum ſcripſiſſe tradit. Baſilius Epiſtola 43. ad Gregorium Nyſſenum, põderat verba illa: *Qui cùm ſit ſplendor gratiæ, & character hypoſtaſis eius*: & in caput octauum

Hebr. 1.

Eſaiæ: In libro etiam de Conſtitutionibus monaſtic. cap. 23. producit quoddam ex illa teſtimonium. Gregorius verò Nazianzen.

Tom. 1.

lib. 2. & 4. de Theologia ex eo citat: & idem in Carmine ſuo heroico catalogum enumerans, ait:

Deinde bis ſeptem Pauli numerat ô libellos.

Sanctus quoque Amphilochius Iconij Epiſcopus in Iambis ſuis ad Seleucum, libros recenſens Canonicos, de Epiſtola ad Hebræos ait: *Ad ſingulos* (ſcilicet populos) *& ad Hebræos itidem. Quæ verò ad Hebræos notha eſſe dicitur pleriſque, ſed malè: nam germana gratia eſt.* Hæc ille. Gregorius quoque Nyſſenus lib. de differentia eſſentiæ, & Hypoſtaſeos. Athanaſius epiſtola 9. ἑορταστικῇ vbi catalogum enumerat librorũ Canonicorum, ponit Epiſtolam ad Hebræos. Damaſcen. verò lib. 4. de Fide Orthodox. cap. 18. texens catalogum librorum Canonicorum, hanc Paulo Epiſtolam tribuit, & alibi ſæpè citat. Iſychius item lib. 20. in cap. 10. & 11. Leuitici hanc profert Epiſtolam.

Latini Patres.

Ex Latinis verò Patribus producitur in primis Ambroſius, qui eam Commentarijs explicauit, ſi tamen eius ſint illa Commentaria, & in Pſalmum 118. & libr. de ijs qui myſterijs initiantur: cap. 8. & libr. de Cain & Abel, cap. 2. in quibus locis citat ex ea Epiſtola, vt Sacro libro & Canonico. Sicut Hilarius libr. 12. de Trinitate ſub initium, & Ruffinus in explicatione Symboli, Auguſtinus libr. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. vbi texitur Canonicorum librorum catalogus: Gregorius lib. 5. Moralium, cap. 3. Sedulius quoque & Anſelmus, & reliqui, qui Pauli Epiſtolas elucidarunt. Denique Hieronymus apertiſſimè in Præfatione Epiſtolæ ad Titum, illam vt Pauli Apoſtoli ſuſcipit: neque verum eſt quod Hieronymus de huius Epiſtolæ autore dubitauerit, cùm in catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. refellat argumẽta eorum qui dixerunt non eſſe Pauli. Et in Epiſtola ad Dardanum de Terra promiſſionis verba faciẽs, ita loquitur. Illud noſtris dicendum eſt; hanc Epiſtolã quæ inſcribitur ad Hebręos, non ſolùm ab Eccleſijs Orientis, ſed ab omnibus retrò Eccleſijs, & Græci ſermonis ſcriptoribus, quaſi Pauli Apoſtoli ſuſcipi, licèt plerique eam vel Barnabæ, vel Clementis arbitrentur; & nihil intereſſe cuius ſit: cùm Eccleſiaſtici viri ſit, & quotidiè Eccleſiarum lectione celebretur. Idem quoque in Epiſtola ad Euagrium conſtanter aſſeuerat eſſe Pauli Apoſtoli: *Quanquàm*, inquit, *Apoſtolus in Epiſtola ſua ad Hebræos*

Tom. 5. — Tom. 4. — Eod. tom. — Ibidem. — Tom. 3 ſub initi. — Tom. 1. — Tom. 8. — Tom. 9. — To. 2 à med. — Epiſt. 127 circa med. to. 3. ſub init. — In eos, qui Hieronymũ Pauli ne eſſet hæc Epiſtola, dubium fuiſſe aſſerũt. — Epiſt. 126 poſt med. tom. eod. prope finẽ.

aper-

Geneſ. 14. Hebr. 7.

apertiſſimè definiat, non Abrahã ſuſcepiſſe à Melchiſedec decimas diuitiarum eius, ſed de ſpolijs hoſtium, partem accepiſſe Pontificem. Hæc Hieronymus.

Qua ratione duct⁹ Gaius quidam, Pauli hanc Epiſtolam eſſe negauerit. Epiſt. 129.

Denique omnis Eccleſia Græca eam vt Apoſtoli recepit, præter Gaium quendam, vt refert Hieronymus epiſtola ad Dardanum, & in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticor. ſuppreſſo nomine, vbi ex huius viri ſententia tantùm 13. Apoſtoli Epiſtolas veneratur, & vltimam ad Hebræos reijcit, quòd non ſit Pauli, & quod olim apud Romanos, vt Pauli non legeretur.

Eandem ex veteribus qui non, vt viderit, agnouerint.

Præterea omnes Eccleſiæ Catholicæ vetuſti Scriptores eam, vt Pauli amplectuntur, exceptis Tertulliano, Cypriano, Arnobio, & Lactantio, qui nunquàm ex ea aliquod teſtimonium producunt: imò Tertullianus tribuebat illam Barnabæ, vt diximus ex Hieronymo lib. de ſcriptorib. Eccleſiaſt.

Qualia ſint quæ fiunt in oppoſitũ argumenta.

Argumenta porrò Caietani, & Eraſmi ad probandum illam nõ eſſe Apoſtoli; leuia ſunt, & parui momenti, atque in iſtius Epiſtolæ explicatione ſuis locis reſoluentur. Et hæc de prima quæſtione.

DISPVTATIO II.

IN Qua Epiſtola ad Hebræos inter libros Sacros & Canonicos tanquàm diuina Scriptura reponenda comprobatur.

Eraſmi ſententia.

SECVNDA, atque præcedenti dubitationi proxima diſputatio eſt, an hæc Epiſtola tanquàm liber Sacer & Canonicus ſit recipienda. Sanè Eraſmus, etſi Paulum Apoſtolum eius fuiſſe autorem negauerit; admittit tamen & Sacram, & Canonicam, & ab Spiritu ſancto profectam. Alij verò audacius dixerunt, ſi non ſit certum eſſe Beati Apoſtoli, nec etiam eſſe Canonicam. Cùm igitur dubium ſit, an ſit ſcripta à Beato Paulo; conſequenter hoc dubio ſtante, fatendum eſt non eſſe vt verè Canonicam acceptandam.

Altera Luthe & aliorum quorundam hæreticorum damnabilis.

Quare Lutherus in Prologo huius Epiſtolæ non agnoſcit eam vt ſacrum librum, dicens; Ad Hebræos Epiſtola nec Pauli eſt, nec vllius Apoſtoli. Nam durum habet nodum, quòd in cap. 6. & 10. & 12. peccatoribus pœnitentiam poſt Baptiſmum ſimpliciter denegat. Idem dixit Brentius in confeſſione Wittembergenſi, cap. De Sacra Scriptura, & Kemnicius in examine Concilij Tridentini, & Magdeburgenſes Centur. 1. lib. 2. cap. 4.

Quid ſenſerit Caluinus cum ſuis.

Caluinus etiam ſecutus Eraſmum in Inſtitutione ca. 8. §. 116. dubitat an ſit Apoſtoli Pauli, admittit tamen vt Apoſtolicam: & miniſtri Caluini in confeſſione quam attulerunt Piſſiaci, articulo tertio, ponunt in numero Sacrarum literarum, ſed vt ignoti autoris. Beza quoque in Præfatione huius Epiſtolæ ſcribit: *Verùm quid attinet*, inquit, *de ſcriptoris nomine contendere, quod ſcriptor ipſe celatum voluit? Sufficiat hoc noſſe, verè eſſe dictatam à Spiritu ſancto: quæ luculentiſſimam, ac planè Apoſtolicam veteris fœderis cum nouo collationẽ, atque adeò noui fœderis veluti ſingularem quandam promulgationem, ac ſanctionem complectatur?* Hæc ille.

Quid contineat ad Hebræos Epiſtola.

Sed profectò hic error priori non eſt inferior, vt videbimus. Et contra eum in primis opponimus id quod apud me maximi ſemper fuit ponderis, & momenti.

Illam diuinæ eſſe & ſacroſanctæ autoritatis oſtenditur, triplici Patrum teſtimonio.

Petrus enim Apoſtolus capite vltimo poſterioris Epiſtolæ hanc ipſam Pauli Epiſt. ad Hebr. corroborare, & ſua autoritate confirmare videtur. Nam exhortans Hebræos, qui ſunt in diſperſione Ponti, Galatię, Cappadocię, &c. (cùm conſtet vtramque Petri Epiſtolam ad eoſdem miſſam fuiſſe, vt expreſsè habetur in principio eiuſdem capitis tertij) ſcribit tamen: *Domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitramini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis:* Iam hic figo pedem cum aduerſario, & quęro quam aliam vnquàm ſcripſit Paulus Epiſtolam ad Hebræos inter quatuordecim quę numerantur? cęteræ omnes ad Gentes ſcriptæ ſunt præter illam quæ ad Hebræos inſcribitur, in qua ad longanimitatem Domini noſtri expectandam ſæpè inuitat eos, vt alio loco dixi. Sequitur ergo B. Petrum vniuerſalem Eccleſiæ Chriſti paſtorem, cõfirmatorem, & comprobatorem extitiſſe, in genere quidem omnium Pauli Epiſtolarum, in ſpecie tamen ſolius huius Epiſtolæ ad Hebr. aut dicere cogentur, aliam Paulum Epiſtolam ad Hebr. ſcripſiſſe, præter eam quam nunc habemus, quod quidem alienum eſt ab omni Eccleſiæ traditione, & hiſtoria.

Hier. tom. 9.

Deinde etiam opponimus Hieronymum, qui in Præfatione Epiſtolę ad Titum ad hunc modum ſcribit: Vt enim de cæteris Epiſtolis taceam, de quibus quicquid contrarium ſuo dogmati viderant, euaſerunt: nonnullas integras repudiandas crediderunt: ad Timotheum videlicet vtramq;, ad Hebræos, & ad Titum, quã nunc conamur exponere.

Contra Marcionẽ, & Baſilidẽ, eorũq; ſequaces.

Et ſi quidem redderent cauſas cur eas Apoſtoli non putarent, tentaremus aliquid reſpondere, & forſitan ſatisfacere lectori. Nunc verò cum hæretica autoritate pronuntient, & dicant; Illa Epiſtola Pauli eſt, hæc non eſt: ea autoritate refelli ſe pro veritate intelligant,

Idē epiſt 129. circa dimid. co. 5. non procul à princ.

qua ipſi non erubeſcant falſa ſimulare. Hęc Hieronymus de Marcione, & Baſilide, & cæteris Hæreticis. Idem ad Dardanum de Epiſtola ad Hebræos ita loquitur: *Quòd ſi eam Latinorum cõſuetudo non recipit inter Scripturas Canonicas; nec Græcorum quidem Eccleſia Apocalypſim Ioannis eadem libertate ſuſcipiunt: & tamen nos vtraq; ſuſcipimus, nequaquàm huius temporũ conſuetudinem, ſed veterum Scriptorum autoritatem ſequentes, qui plerunq; vtriuſque abutuntur teſtimonijs, non vt interdum de apocryphis facere ſolent: quippe qui & Gentilium literarum rarò vtantur exemplis, ſed quaſi canonicis & Eccleſiaſticis.* Idem Hieronym. in cap. 2. Epiſtolæ ad Titum: *Relege,* inquit, *ad Hebræos Epiſtolam Pauli Apoſtoli, ſiue cuiuſcunque alterius eam eſſe putas: quia iam inter Eccleſiaſticos eſt recepta.*

Idem tom. 9.

Deinde Arriani hanc Epiſtolam peculiariter de albo diuinorum librorum reiecerunt, vt teſtantur Theodoritus, & Epiphanius. Prioris hæc ſunt verba: *Nihil faciunt admirãdum qui morbo Arrianico laborant, ſi aduerſum literas Apoſtolicas furiant, & Epiſtolam ad Hebræos à reliquis ſeparent, & eam adulterinam appellẽt. Qui enim aduerſus Deum, & Seruatorem noſtrum linguas mouẽt, quid non auſi fuerint aduerſus eius beneuolos, & grandiloquos veritatis præcones? Ipſius enim Domini vox eſt: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Oportebat autem ipſos etſi nihil aliud, temporis quidem certè diuturnitatem revereri, quo hanc Epiſtolam in Eccleſijs perpetuò legerunt alumni veritatis. Ex quo enim literarum Apoſtolicarum fuerunt Eccleſiæ participes, ex illo etiam Epiſtola ad Hebræos vtilitatem percipiunt. Quòd ſi nec hoc quidem ad eu perſuadendum ſatis eſt, Euſebio quidem certo oportebat eos Palæſtinæ credere, quẽ Patronum ſuorum decretorum appellant. Nam is etiam diuiniſſimi Pauli hanc eſſe epiſtolam confeſſus eſt, & veteres omnes hanc de ea ſententiam habuiſſe aſſeruit. Sed ij, omnibus iuſſis valere, aduerſus veritatem impudenter decertant, Apoſtolica Theologia, qua procemium exornauit, ſplendorem non ferentes. Cùm enim non poſſent reſiſtere ijs qua de vnigeniti diuinitate apertè dicta fuerant, auſi ſunt totam epiſtolam eijcere; cùm tamen & decreta, & alia ſententia magnam habeant cognationem cum alijs epiſtolis.* Hactenùs Theodoritus.

Aduerſus Arrianos. *Theod. in argum. huius Epiſtola, initio, tom. 2.*

Hæreticorũ impietas, & audacia.

Ioan. 15.

Epiſtolæ ad Hebræos antiquitas in Eccleſia.

Qualem Arriani Euſebium Cæſarienſem appellarent, teſte Theodor.

Cur illi nebulones vt apocryphã reiecerint epiſtolam ad Hebræos.

Alter verò, Epiphanius in hæreſim 69. Arriomanitarum, locum quendã ad Hebr. 3. ediſſerens, ita loquitur: *Rurſus vanè producunt hoc dictum falsò interpretantes; Suſcipite Pontificem veſtrum fidelem exiſtentem ei qui fecit ipſum. Et primùm quidem hanc Epiſtolam, ad Hebræos, inquam, reijciunt, negantes ipſam natura ab Apoſtolo eſſe, & aſſerentes ipſam Pauli non eſſe.* Poſtremò Theophylact. egregiè de huius epiſtolæ autore in Prologo ſcribit: *Non poſſum equidem non admirari multorum hominum impudentiam, qui cùm intelligant per epiſtola exordium fuiſſe tot hæreſes confutatas, haud tamen deſiſtant aſſerere hãc epiſtolam haud Paulo conuenire, ceu à cæteris epiſtolis alienam. Velim tamen non eſſe hos neſcios, epiſtola huius & ſenſuum profunditates; & vim illam incõfutabilem nullius eſſe alterius poſſe quàm Pauli, qui Chriſtũ haberet in ſe loquentem. Quòd ſi dicendi modus illos offendit; intelligãt Paulum Hebraica lingua hanc dictaſſe epiſtolam, vt qui ad Hebræos haberet ſermonem, & vnum aliquem de ſuis contubernalibus in Græcum vertiſſe: & plerique Lucam hanc tranſtuliſſe ferunt, aut Clementem, cuius etiam in ea vel ſtylus ſeruetur. Nec ſecùs ij peccant, qui hanc eſſe Pauli epiſtolam negant, quàm ſi à Paulo abeſſe Chriſtum negarent.* Hæc ille.

B. Epiphan. Hebr. 3.

Theophylact.

Vnde Theophylactus epiſtolam ad Hebr. Pauli eſſe deprehendit. *2. Cor. 13.*

Quid ſit, Paulum huius epiſtolæ fuiſſe ſcriptorem negare.

Sed obiectant, olim de hac re fuiſſe dubitatum; ergo incerta erit huius Epiſtolæ autoritas. Ego verò oppoſitum omninò colligerem, quia non obſtante dubitatione retenta fuit, quaſi vera Pauli Epiſtola & canonica, & in Eccleſia pro tali cognita, & lecta, profectò omnem ſcrupulum ademptum eſſe oporteret. Ita enim dubitauit olim Ioſeph de virginitate ſponſæ ſuæ Deiparæ Mariæ, vt quidam interpretantur: ſed illa dubitatio nos omnes in certiſſima fide de B. Mariæ virginitate confirmauit. Vacillauit inter alios Apoſtolos de Chriſti reſurrectione Didymus Thomas; ſed ita, vt illa ſua tarditate, & incredulitate omne dubietatis vulnus de noſtro pectore amputauerit.

Primum argumentum aduerſariorũ diluitur.

Matth. 1.

Ioan. 20.

Secundò argumẽtantur: Beatus, inquit, Hieronymus in nonnullis locis dubius & incertus fuit de huius epiſtolæ autor. Sed quomodo ille dubitauerit, inuenies in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, & in epiſtola ad Dardanum, vbi apertè eam, vt Pauli Apoſtoli Canonicam tuetur: & interdum vbi dubius fuiſſe videtur, magis dubitauit de autore eius, quàm de eo quòd eſſet canonica: & præſertim id videre licet in teſtimonio producto ex Commentarijs in Caput ſecundum Epiſtolæ ad Titum. Adde quòd Beatus Thomas in explanatione eius epiſtolæ teſtatur ſe autoritate Hieronymi permotum ad amplectendam hanc epiſtolam vt Pauli & canonicam. Præterea non valet: Dubitauit Hieronymus de hac epiſtola, ergo nõ eſt canonica: niſi quis velit defendere, quicquid eſt canonicum in epiſtolis Pauli, oportere comprobari à Beato Hieronymo; cùm tamen ille quoſdam veteris Teſtamenti libros aſſeruerit eſſe apocryphos, vt ſapientiam Salomonis, & librum Ieſum filij Sirac, & libros Iudith, & Tobiæ, in Prologo galeato: qui hodiè ta-

II. arg. ex B. Hieron.

D. Thomas.

II. ſolutio.

Scripturæ ab Eccleſia receptæ, quæ nam tamen apocryphæ D. Hieron.

men

men vt canonici agnoſcuntur,& leguntur.

III. argum. ipſius Caietani.

Tertiò argumentatur Caietanus,nos eſſe ſortitos B. Hieronym. tanquam regulam directionis canonicorum librorum,ac primo illo dubitante, dubitandum eſſe. Sed cùm diſcernere libros Canonicos à nõ Canonicis, rem Fidei ſecũ inuoluat, quia cogimur credere quodcunq; in talibus Scripturis traditur; res autem Fidei infallibilẽ complecti veritatem debeant, quam nullus per ſe homo habet, qui & falli poteſt & fallere; idcirco abſurdũ eſt ex hominis vnius pendere iudicio. Quis enim iſtam impeccantiam dedit Hieronymo, ita vt peccare non poſſet? Nam ſoli Petro dictum eſt: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Certè Eccleſia hãc infallibilem autoritatem nec dedit, nec dare potuit, nec Hieronymus hanc in ſeipſo gratiam diſcernendi libros ſacros à non ſacris vnquã agnouit. Quare in Symbolo ſuæ fidei ſic proteſtatur: *Nouum & vetus Teſtamentum recipimus in eo numero, quem ſancta Eccleſiæ tradit autoritas.* Vides igitur quid dicat Hieronymus, hoc iudicium ad ſolam Eccleſiam, quæ Spiritum Chriſti habet, & non ad priuatum aliquem ſpectare? Minùs etiam alij Patres hanc in Hieronymo autoritatem agnouerunt, ſed ſola Eccleſia in Concilijs Generalibus repræſentata, vel in capite ſuo Epiſcopo Romano hoc ſibi vindicauit munus, vt poſſit inter ſacra & profana volumina diſcernere, & alios ſua autoritate cogere. Nam Doctores poſſunt quidem catalogum librorũ ſacrorum contexere, quem ſua ætate Eccleſia recipiebat, vt fecit Gregorius Nazianzen. in Carmine quodam, & Damaſcenus, & Auguſtinus ſuperiùs producti. Quare ſi quando Hieronymus tradat de hac epiſtola dubitatum; non de ſua mente, ſed ex aliorum ſententia illud depromit.

Luc. 22.

B. Hier.

Canonicorũ iudicium librorum ad quos ſpectet, tãtummodò

Greg. Nazid. circa finem operis.
Ioan Damaſ lib 4. de Fide orthod. ca 18.
Aug. lib 2. de doctr. Chriſt cap. 8. tom. 3.

Porrò argumenta quæ ab his fiunt, qui Canonicam eſſe nolunt, in textus enarratione diſſoluentur.

Autore huius epiſtolæ incertum fuiſſe in Eccleſia, vt dixerit aliquando Hieronymus.

Quod verò obijciunt hęretici, autorem huius epiſtolæ negaſſe, delinquẽtibus poſt Baptiſma remanere pęnitentiæ remedium, vt cap. 6. 10. & 12. vbi tradit, Eſau non inueniſſe locum pœnitentiæ: Reſpondemus, manifeſtè falſum eos aſſerere, & cõtra ſanctorum Patrum expoſitiones, vt ſuis locis comprobatum relinquemus.

Nequaquàm Apoſtolum ipſis poſt Baptiſmum pœnitentiam denegaſſe.

Primum argumentũ in confirmationẽ prædictæ veritatis.

Iam verò vt Canonicam Epiſtolam eſſe, ac ſanctam comprobemus, nobis non eſt nouus labor ſubeundus, ſed ad ea quæ dicta ſunt præcedenti diſputatione animus reuocandus. Nam & Pontifices permulti, & Concilia, tùm Prouincialia, tùm Oecumenica, & Patres tùm veteres, tùm poſteriores vnanimi conſenſu idipſum tradunt. Nam pręter ea, quæ ex Hieronymo, Theodorito, Epiphanio, atque Theophylacto, quos initio huius Diſputationis protulimus; huic articulo confirmando etiam deſeruiunt, tùm illa teſtimonia quæ apertè tradunt eſſe diuinam, & ab Spiritu ſancto profectam epiſtolam: Deinde omnes qui catalogum ſacrorum nobis contextum reliquerunt: tertiò, omnes Patres qui ex hac epiſtola tanquàm ex ſacra Scriptura aut docent, aut hæreticos confutant, aut quoquo modo locos ex ea ſumptos depromũt. Quartò, omnes, qui tùm veteres, tùm mediæ ætatis Patres, tùm recentiores hanc epiſtolam ſuis commentarijs aut ſcholijs illuſtrarunt. Quintò, omnes qui teſtantur & confirmant veram eſſe & germanam Pauli epiſtolam. Nam ſi Pauli Apoſtoli eſt, Apoſtolica & ſacroſancta erit Epiſtola: imò multi, qui de ea redubitarunt, recipiunt tamen eam vt canonicam, & diuinam. Sextò & vltimò, Eccleſia Catholica, dum partes huius epiſtolæ in officio Diuino & ſancto Miſſæ ſacrificio legendas tradidit, non obſcurè indicauit, hanc epiſtolam vt ſacram, & canonicam eſſe omnibus recipiendam. Nec enim ex apocryphis & incertæ autoritatis libris conſueuit Eccleſia filios ſuos in fide, aut in moribus docere, aut in aduerſis conſolari. Et hæc ſatis de ſecunda dubitatione.

II. argum.

III. argum.

IV. argum.

V. argum.

VI. argum.

DISPVTATIO III.

In qua agitur, num hæc Epiſtola Hebræa lingua fuerit conſcripta, an potiùs Græca, vt quidam contendunt.

Quęnam ratio ſit huius Diſputationis propoſitę.

POST duas præcedentes Diſputationes tertia proponitur, an Paulus Apoſtolus hanc Epiſtolam Hebraico idiomate, an verò Græco conſcripſerit. Quamuis enim non multum referre videatur hæc cognitio ad hoc, vt Pauli, vel Canonica eſſe agnoſcatur, quia in vtraque lingua Paulus exercitatus erat, & in vtraque prædicabat, quemadmodum ex cap. 22. Actuum colligi poteſt: nam cùm Ieroſolymis impetraſſet à Tribuno Paulus, vt ſtaret in gradibus, vt loqui poſſet, ſubdit Lucas: Cùm audiſſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentium: Matthæi etiam Euangelium Hebræo idiomate cõſcriptum, nõ minus canonicum & authenticum eſt in Eccleſia, quàm reliqua tria Græca enarrata: quia tamẽ de eo quondam Hieronymus dubitauit, & multi tam Catho-

Catholici quàm hæretici diuerſa ſentiunt, & hoc ad nonnullas dubitationes pleniùs euacuandas conferre poteſt; nonnihil de re hac mihi diſſerendum eſſe, operæpretium fore putaui.

Eorum qui hanc epiſtolã aſſerunt Hebræo fuiſſe ſermone conſcriptam, primum argum. à Patribus.

Quòd enim Hebræo ſermone ſit ſcripta, à multis traditur. Id enim docuit Clemens Alexand. apud Euſeb. lib. 6. Hiſt. Eccl. c. 11. Tradidit etiam Origenes in comment. ſuis in Matt. vt refert Euſeb. Cæſ. eodem libr. 6. cap. 18. Eiuſdem ſententiæ fuit Hieron. pluribus in locis, ſed præſertim in epiſt. ad Dardanum, & in catalogo ſcriptorum Eccl. Quibus Patrum ſententijs aſſentiuntur & Theodorit. & Theophyl. & Oecumenius in prologis quos præfigunt commẽtarijs ſuis in hanc epiſtolam, & plures alij, quos nominare non eſt operæpretium.

Tom. 1. *Epi. 129. to. 3.* *Tom. 1.*

II. argum.

Deinde huic Patrum traditioni fauere videtur ratio eloquentioris ſtyli, & cultioris ſermonis, quo in hac præcellere videtur reliquis epiſtolis; quoniam certum eſt, Paulũ gente & religione Iudæum fuiſſe, & promptius cuique eſt in propria & natiua lingua dicere & ſcribere, quàm in aliena: quare cęteræ, quas Græcè conſcripſit, tantam elegantiam & linguæ ſplendorem nõ habent.

III. argum.

Tertiò, atteſtatur & alia ratio. Cùm enim eſſet Hebræus, & ad Hebræos ſcriberet, & myſteria cuiuſque religionis dulciùs reſonent in propria, quam in peregrina lingua, eſſet quodammodò ſtolidum aut imprudentem reddere Paulum, ſi lingua ſibi magis comperta, nimirùm Hebræa neglecta, alienam, quam minùs callebat, vſurparet, & quam lectores, qui minùs eſſent intellectu percepturi, amplecterentur, præſertim cùm affirmet Lucas, Iudæos magis præſtitiſſe ſilentium Paulo Hebraica lingua cõcionanti.

IV. argum.

Quartò, videbatur diuinę prouidentiæ conſentaneum, quemadmodum inter quatuor Euangeliſtas, primo, hoc eſt, Matthæo, datum eſt, vt Euangelium lingua Hebræa conſcriberet, quò Iudæi inexcuſabiles redderentur, ne poſſent vllum excuſationis prætextum obtendere, quòd Euangelium non audirent, cùm Chriſtus Dominus, & vniuerſi Apoſtoli verbo, & peculiariter Matthęus Hebraicè ſcriptus, Euangelium illis conſignaſſent: ad eum modum rationi, & Dei pietati conſonum erat, vt in Apoſtolica doctrina Iudæi aliquã eius partem ad ſuam ipſorum ſalutem ſingulariter prædeſtinatam haberent. Quanquàm per Hebręam linguam Moſaicam illam & Prophetarum aliqui doceant nõ intelligẽdam, quia illa iamdiu exoleuerat, ſed vulgatam, & maternam linguam, in qua Chriſtus, & Apoſtoli locuti ſunt. Nam priorem illam Prophetis notam, tantum Sacerdotes, & Rabbini nouerãt, & item adoleſcentes, qui ad illam linguam addiſcendam, Ieroſolymam vndiq; à parentibus mittebantur. Et certè veriſimile non eſt, hanc vnam ex omnibus epiſtolam Hebraicè ſcriptam periſſe, cùm reliquæ omnes, quæ Græco ſermone ſunt dictatæ, & conſeruatæ ſint, & hodie etiam ab omnibus legantur. Et hæc mihi dicta ſint pro illa ſententia.

Hebrææ linguæ nomine etiã Syriaca, venire ſolet apud eruditos.

Vnde conſtet non Hebraicè, ſed Græcè fuiſſe ſcriptã epiſtolam ad Hebræos.

Altera ſentẽtia eſt, Paulum nequaquàm Hebræa, ſed Græca lingua hanc epiſtolam conſcripſiſſe; quam Eraſmus & Caietanus, atque alij poſteriores amplectũtur. Sed hoc intereſſe inter hanc, & reliquas, quòd alias epiſtolas ſuis verbis, & perpetuo ſtylo conſcripſerit, hanc autem nõ ſuo ſtylo, aut ſuo ſermone, ſed B. Lucæ, vel Clementis diſcipuli B. Petri phraſi exornauerit: ita vt ſenſus ſint ipſius Pauli, at verba, & ſermonis character alterutrius illorum. Et hoc ſenſit Origenes apud Euſeb. lib. 6. Eccleſ. hiſtor. c. 18. Ait enim: *Si verò requiras à me, per quem ſit eius ſermo compoſitus, pro certo quidem Deus viderit. Opinio tamen quæ ad nos vſque peruenit, huiuſmodi eſt. A quibuſdam dicebatur, quòd Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & Epiſcopus vrbis Romæ, Græco eam ſermone, non tamen ſenſibus expoliuerit; alij, quòd Lucas, qui Euãgelium ſcripſerit, & Actus Apoſtolorum.* Hæc ille.

Paulus aliter in alijs epiſtolis, aliter in hac ad Hebræos Græcè locutus eſt, vt quidam annotant. *Euſeb. tom. 2.*

I. ratio.

Si ergo Clemens Romanus ſtylum Apoſtolo ſuppeditauit in hac epiſtola ſcribenda, cùm ille eſſet natione Romanus, & in lingua Gręca doctiſſimus, & Hebraicæ linguę vel omninò ignarus, vel parùm in ea peritus: certè probabilius eſt, non Hebraicæ, ſed Græcæ linguæ orationem ac ſtylum Paulo ſuppeditaſſe.

II. ratio. Soluitur illud: Ideo Hebraicè hanc ſcriptam epiſtolam non conſtat, quia Hebręum (vt de Euangelio quoq; Matthæi dicitur) eius exemplar interijt.

Deinde probatur alia ratiõe Græcè ſcripſiſſe: quia nullibi volumen extare oſtenditur, neque quiſquam ex Patribus tradit ſe illud proprijs oculis vidiſſe, aut de alijs qui viderint, quicquam retuliſſe. Quòd ſi reſpondeas, idem eueniſſe Matthæo, qui Hebraicè conſcripſit Euangelium, nec tamen alicubi extat; in promptu eſt reſpõſio; quia Hieronym. teſtatur ſe illud mutuo accepiſſe ex Berœenſi Eccleſia, ac proprijs oculis vidiſſe. Vt taceam quod Ioannes Widmenſtadius, qui nobis quatuor Euãgelia Syriaca lingua conſcripta, in lucem edi curauit, nec leuibus, nec parui momenti rationibus probat, Euangelium Matthæi Syriacè conſcriptum, illud ipſum eſſe quod Matthæus dictauit. Quod ſi verum eſt, vt quibuſdam valdè probabile videtur, extaret etiam nũc Hebraicum Matthæi Euãgelium, quod tamen de hac epiſtola aſſeruit nullus. Et confirmatur hæc ratio: quia cùm nouũ Teſtamẽtum Syriacum, quo vtuntur Armeni, &

Ioãnis Widmenſtadij noui ſcriptoris opera, & diligentia.

rel

reliquas omnes epiſtolas Græco idiomate à Paulo conſcriptas, in linguam Syriacam cõuerterint, & illas magna religione & legant, & aſſeruent, ſolam hanc ad Hebræos Syriacè conſcriptam non habent, neq; agnoſcunt: cùm tamẽ ſi aliena lingua reliquas ſcriptas ſeruârint, multò magis aſſeruare debebant illam quæ idiomate Syriaco fuerat tradita ab ipſo Paulo.

III. Ratio.

Tertiò, ab exemplo idem comprobatur: quoniam epiſtolæ tres primæ Catholicæ, vna ſcilicet Iacobi, & vtraque B. Petri ad diſperſos ex Iudæis per Galatiam, Aſiam, & Bithyniam peculiariter cõſcriptæ & deſtinatæ ſunt; & tamen nulla illarum triũ Hebraica, ſed Græca lingua exarata fuit. Paulus ergò cùm ad Iudæos ad fidem conuerſos, vbicunque illi eſſent, literas daret, alio idiomate ab illo duorum Apoſtolorum vti non debuit; etſi illorum Græcè loquentiũ literas intelligebant, haud dubium qui etiam intellexiſſent & B. Paulum. Quòd ſi Hebraicè ſcripſiſſet, profectò à paucis intelligi voluiſſet, quia Hebræa illa lingua materna, & vulgata, & quæ ab antiqua, & pura lingua degenerauerat, nonniſi in Ieruſalem, & in finitimis Iudeæ ciuitatibus nota fuiſſet: quam tamen alij Iudæi diſperſi per totũ orbem minimè nouerant, ad quos hęc Epiſtola non ſpectaret.

Epiſtola ad Hebræos ſi fuiſſet Hebraicè ſcripta, quid inde.

IV. Ratio.

Quartò, vt pręcedentem rationem magis corroborẽ: quoniam Iudęs per totum orbem diuina prouidentia diſperſis Hebręæ notitia iam exciderat, & iam Gręca illis notior erat, & familiarior: cuius, teſte Cicerone, vſus erat per totum Orientem. A tempore enim Alexandri Magni, & Regum Syriæ, & Ægypti, linguæ Gręcæ vſus propagatus erat: vt teſtatur Ioſephus libr. 12. Antiquit. vniuerſi Iudęi qui degebant in Ægypto, pro Legis, & Prophetarum ex Hebręo in Græcum ſermonem tranſlatione per Septuaginta Interpretes confecta, ingentes gratias egerunt: quia iam per ſe ipſos Gręca legere, & intelligere valebant, nõ autem Hebręa, pręter paucos Sacerdotes, & Rabinos: nam Hebraica degenerauerat in Syriacam, vel Chaldaicam. Quamobrem in Synagogis à tempore Ptolomęi Philadelphi per octingentos annos ſacra Biblia Gręca legebantur, vt teſtis eſt ampliſſimus Iuſtinianus in libro Nouella. Conſt. 196.

M. Tullius.

Ioſeph. cap. 2.

Quando primũ ſacra Biblia Gręcè legi cœperint, & quandiu.

V. Ratio.

Quintò idem comprobatur validiſſimè ex eo quòd Paulus omnia ferè legis veteris teſtimonia iuxta editionem Septuaginta interpretũ producit, cùm ſi Hebraicè ſcripſiſſet, promptum illi fuiſſet ex Hebraicis fontibus deſumpta apponere. Et certè vt prępoſterum eſſet Græcè loquenti allegare iuxta Hebræam literam; ita etiam præpoſterum fuiſſet Hebraicè ſcribenti ſententias, vt in Græco conuerſæ fuerunt, depromere. Antecedens probatur: quia illa verba ca. 1. propoſitam: Et adorent eum omnes Angeli eius, ex lectione tantum 70. interpretum accepimus Deut. 32. non ex Hebręis fontibus in quibus nihil tale habetur. Quod deinde producit, Miniſtros ſuos, flammam ignis, ex Septuaginta depromitur, qui habent πυρὸς φλόγα, cum Hebręa ad literam, ignẽ habeant vrentem, vt vertit Hieronymus. Et cap. 2. Ego ero fidens in eum, ex Septuaginta Eſaię 12. deſumitur, vbi nos habemus: *Fiducialiter agam, & non timebo.* Illi legunt: Ἐγὼ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Cap. 6. vbi legimus *Niſi benedicens benedicam:* ex 70. profertur: ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω. Hebręa porrò non habent, *Niſi.* In cap. 8. *Cõſummabo teſtamentum* (Hebr. Berit, id eſt, pactum) *& ego neglexi eos.* Ita 70. quos imitatur Paulus; cùm Hebręa habeant: *Et ego dominatus ſum eorum.* Cap. 9. *Hic ſanguis teſtamenti,* Hebręa legunt, *fæderis, ſeu pacti.* Cap. 10. *Corpus aptaſti mihi,* ita Septuaginta: pro quibus Hebręi dicunt, *Aures perfodiſti mihi.* Ibidem: *In capite libri,* ita Septuaginta cum Paulo: Hebręi habent; *In volumine libri.* Iterum ex Habacuc citatur, *Adhuc modicum, aliquantulumq;,* ex 70. Hebræa habent, *Adhuc vnum modicum.* Capite 11. *Adorauit ad faſtigium virgæ:* ita Septuaginta, etſi Hebræa legant, *Adorauit Iſraël Dominum* (ſeu, vt alij) *Inclinauit ſe ad lectuli caput.*

Inepta Scripturarũ teſtimonia, & prępoſtera quænam citandi ratio.

Quos locos Apoſtolus ad Hebręos ſcribẽs, iuxta 70. interpretum protulerit veritatem.

Deut. 32.
Pſal. 103.
Hier. 10. 8.
Eſai. 12.
Gen. 22.
Hebr. 6.
Ierem. 13.
Hebr. 8.
Exod. 34.
Hebr. 9.
Pſal. 39.
Hebr. 10.
Habac. 2.
Hebr. 10.
Gen. 47.
Heb. 11.

Neque fingi poteſt, interpretem, quicunque ille fuit, ſiue Clemens, ſiue Lucas, ſiue Barnabas, vt autor eſt Tertullianus, de ſuo locos iuxta Hebræam veritatem à Paulo citatos, ſua autoritate mutaſſe, vt habentur apud 70, quia hic certè infideliter vertiſſet, & multa de ſuo inſeruiſſet: at boni, & fidelis interpretis eſt, vno idiomate dicta in aliud ita conuertere, vt nihil addat, nihil detrahat. Et ponderatio illa de teſtamento ad Hebr. 9. quod Græcè διαθήκη, & Hebraicè Berith, id eſt, pactum Pauli ipſius non fuiſſet, quod minimè eſt credendum, quia magnus hic fuiſſet auſus interpretis, & confidentia. Aliud autem eſt, ſi vocum quarundam Hebręarum interpres ipſe de ſuo explicandi gratia, interpretationẽ addidiſſet: vt v.g. Melchiſedec, id eſt, Rex iuſtitię; & Rex Salem, id eſt, Rex pacis, vt habetur ad Heb. 7. quia ſimili ratione interpres Exod. 12. vbi habetur, Phaſe, addit (id eſt, tranſitus) Domini. Et Matth. 1. Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Et cap. 27. *Eli, eli, lamma ſabacthani,* hoc eſt *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

Nequaquã aſſerendum, Apoſtolũ iuxta Hebręum, interpretem, verò iuxta 70 Scripturas allegaſſe.

Idonei interpretis officiũ.

Quid permiſſum bono interdum Scripturarum interpreti.

Hebr. 7.
Gen. 14.
Exod. 12.
Matth. 1.
Eſai. 7.
Matth. 27.

Hæc enim, & ſimilia, etſi interpreti fideli concedi poſſent, in bac tamen Pauli epiſtola locum nõ habent, quia ipſe Paulus ex ipſis vocibus, & ex earum ſignificatione & etymologia ratiocinatur, & ex proprietate teſtamenti, quod uon valet, niſi morte confirmetur teſtatoris validum conficit argumentum. Certè Hier. in c. 6. Eſaię vehemẽter admiratur, dicens: Primùm ſoluenda eſt illa quęſtio, quæ nobis obijci poteſt (loquitur de diſputatione quam habuit cum Iudęis Act. 28,) quare Apoſtolus Paulus cum Hebręis diſputans, non iuxta Hebraicum, quod rectum eſſe cognouerat, ſed iuxta ſeptuaginta ſit locutus. Et reſpondet, veteres Eccleſię tractatores ſenſiſſe, Lucam magis Gręcas literas ſciſſe, quã Hebræas. Ac ſubdit: *Pauli quoq; idcircò ad Hebraos epiſtolæ contradicitur, quod ad Hebraos ſcribens, vtatur teſtimonijs quæ in Hebrais voluminibus non habentur.*

Heb. 9.

B Hiero. to. 5. in princ.

Act. vlt.

Quare ſecundũ Hieronymom Pauli ad Hebræos epiſtolæ contradicatur.

Sed ni fallor, planius, & verius reſponſum dediſſet, ſi dixiſſet, Iudæos in illo ſeculo Gręcæ linguę maiorem habuiſſe notitiã quam Hebraicę: atq; id abundè teſtari nobis poſſe ipſum Philonem, & Ioſephum hiſtoricum: qui cùm Hebræi eſſent natione, & ad omnes tam Iudæos, quam Gentiles libros ſcriberent: prætulerunt tamen lingua Græca ſcribere, in qua etiam magis pręſtare poteraut, quam in Hebræo, & quam aut pauciſſimi, aut uulli erant percepturi, cùm nulli alteri vſui iam deſeruiret Hebręa lingua, quam ad Biblia ſacra melius interpretanda.

Commodior alia adfertur ſolutio.

Philo & Ioſephus ſcriptores Iudæorũ, cur potius Græco, quã Hebræo ſcripſerint ſermone.

Sexta alia ratio addi poteſt: Paulum non minua voluiſſe huius epiſtolæ doctriuam communem eſſe Gentibus, quam Iudęis; & idcircò ampliori, & communiori idiomate, ſcilicet Gręco, vſum fuiſſe, maximè cùm videret, Iudæos magna ex parte à fide Chriſti excidiſſe, & Gentibua intrantibus in Chriſtum, regnum Dei à Iudęis ablatum, & Gẽti datum quę faceret fructum eius, vt Chriſtus prędixerat; & ob eam cauſam Deũ ante Chriſti aduentum per trecentos ferè annos mirabili ſuę prouidentię conſilio curaſſe vt ſacra Biblia ex fontibus Hebręis in Græcũ ſermonem conuerterentur, quaſi pręuideret illa magis in vſum futura Gentilium, quam Iudęorum. Hę ſunt rationes quę pro hae parte adſeruntur.

VI. ratio. atq; poſtrema

Matth. 21.

Quando primum Scripturę ex Hebræa in Gręcã linguam fuerint traductæ.

Etſi ergò vtraq; ſeutentia probabilis exiſtat; poſterior tamen ſolidioribus rationibus niti videtur, ſicut prior traditionem veterum Patrum pro ſe habet: quanquam illis aliquid reſponderi poſſet.

Vtra alter opinio pręſtare videatur.

Nam ad primum, non eſt adeò multus Doctorum numerus, qui illud affirment: & in narratione nõnulla eſt varietas, cùm Origenes dicat per Clementem Romanũ fuiſſe ſuppeditatum ſtylum Apoſtolo, quem Hebraicè ſuppeditare non potuit; alij verò dicaut primò à Paulo ſcriptã Hebraicè fuiſſe, deinde in Græcum conuerſam vel per Lucam, vel per Clementem. Alia verò ratio elegantioris ſtyli in hac ſeruari, quam iu alijs; tribuenda eſt amanuenſi quo vſus eſt Apoſtolus in epiſtola dictanda. Nam diuerſitatem epiſtolæ prioris B. Petri à poſteriori, quod attinet ad ſtylum, non aliter tuemur, quam dicendo Petrum diuerſis amanuentibus vſum: & Amphilochius Iconij Epiſcopus obſcuritatem ſtyli quo vtitur in epiſtola ad Romanos. Tertiò, ſcriptori eius Epiſtolæ, Græcæ liuguę parum perito, ac duram ſermonis rationem habenti, tribuit. Ad tertium verò dici poſſet, mirum nõ eſſe ſi Hebræus ad Hebræos non Hebraicè, ſed Græcè ſcripſerit: quia Hebræi, amiſſa ſuæ linguæ peritia, Gręcè plus intelligebant, cũ illud idioma latè eſſet propagatum per totum Orientem, & Iacobus, & Petrus Hebræi literas Canonicas ad Hebræos per Põtum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, & Bithyniam diſperſos deſtinatas, non lingua Hebræa, ſed Græca conſcripſerint. Ad poſtremum: non conueniebat, ad nationem Hebræam epiſtolam Paulinã Hebraicè exarari, quia nullum, aut exiguum fructum eſſet iu illis editura, pręſertim cum tãta excæcatio illorum futura fuiſſet. Et ſatis fuit ad illos primitiuos ex Iudæis conuertẽdos, & ad alios inexcuſabiles reddendos, Euangelium à Chriſto, & Iudęis viua voce prædicatum audiuiſſe, & Matthæi Euangelium Hebraicè conſcriptum accepiſſe. Atque de his quidem hactenus probabiliter ſit dictum, etiamſi alibi in opinionem contrariam magis inclinauerim.

Prioris ſententiæ rationibus reſpondetur.

Prima.

Secunda.

Rom. 16.

Tertia.

Quarta.

DISPVTATIO IV.

In qua diſſeritur, cur hac epiſtola inter omnes alias Pauli literas poſtremum locum ſortita ſit: & qui ſint ij Hebræi ad quos deſtinatur, & quale argumentum quod in ea peculiariter diſputatur.

CVm nihil ſine Diuinæ prouidentiæ conſilio in operibus naturæ contingat; multò minùs credendum eſt, aliquid in operibus gratiæ caſu, aut fortuitò inueniri, quòd eius ſapientiam, aut prouidentiam lateat. Itaque bæc epiſtola poſtremum

Quibus maximè in rebus eluceat diuina prouidentia.

ſtremum

Epiſtolam ad Hebræos ſcriptionis ordine vel tempore vltimã non fuiſſe. 2.Tim. 4.

ſtremum locum inter alias habet. Conſtat autem, illam vltimam minimè fuiſſe. Nam poſt miſſum in Syriam, & in Orientem cũ his literis Timotheum, poſtea tamen in poſteriori ad eum epiſtola cum ad ſe reuocat: *Feſtina*, inquit, *ad me venire citò*. Quare hęc ſecunda ad Timotheum poſterior erit, vltima quam diximus ad Hebręos. Reſpõſio eſt in promptu: Spiritum ſanctum tempore ordinẽ ſępè neglexiſſe, quia nihil myſterij, & eruditionis in illo erat, & per figuras notaſ Prolepſis, & Anacephaleoſis, multa prius narrata per Anticipationem, multa etiam poſterius per Recapitulationem recenſita inueniuntur non tantùm in Hiſtorijs, ſed & Prophetis, & Pſalmis, & in Euangelijs, atq; adeò in ipſis Pauli epiſtolis. Nam pręcedit epiſtola ad Romanos, quæ tamen temporis ordine ſeptimo loco ſcripta fuit; vt Eccleſiæ Romanæ dignitas, & maxima illius epiſtolæ doctrinæ, & ipſius Apoſtoli, qui ciuis Romanus erat, deſignarentur. Ita hæc ad Hebræos omnibus poſtpoſita fuit, quia ipſe proprius Hebręorum Apoſtolus non fuit. Idcircò eam præcedunt omnes epiſtolæ, quas ad Gentes ſcripſit, imò & illæ, quas ad ſingulares perſonas, vt ad Timotheum, Titum, & Philemonem dictatę fuerant. Deinde illud quoque dici poſſet. Paulum paulò ante mortem hanc epiſtolam ad inſtituendos eos, qui ex Hebræis erant, ſcripſiſſe, & qui iam prius Gentes doctrina Euangelica imbuerat, deinceps etiam Iudæos ſupererogando inſtitueret: quòd in argumento epiſtolæ ad Hebræos præfixo per Oecumenium indicatur his verbis: Quoniam Iudæi legi inſiſtebant, ac figuris vmbraticis; propterea Apoſtolus Paulus, cum Doctor Gentium factus eſſet, & ad Gentes miſſus prædicaret Euangelium, vbi vniuerſis Gentibus ſcripſiſſet, Hebræis quoque, qui ex Circunciſione crediderant, poſtea ſcribit hanc qua eos doceat Epiſtolam, qua Chriſtum declarat veniſſe, & vmbram legis ceſſaſſe. Nec obſtat, poſt illam ad Hebręs ſcriptam eſſe ſecundam ad Timotheum: nam ſatis non eſt oſtendere, vniuerſas Gentium Eccleſias fuiſſe ab eo inſtitutas ante Iudæorum Eccleſiam.

Solutio propoſitæ dubitationis.

Epiſtola ad Romanos quando ſcripta, cur cęteris anteponta. Act. 16 Infra 22.

II. Solutio.

Oecumen.

. Tim. 3.

II. Solutio.

Tertiò dicunt alij, eam vltimo loco poſitam fuiſſe, quia tardius ab Eccleſia in Canonem recepta fuit: quoniam ab Eccleſia Latina multo tempore de ea dubitatũ fuit. Sed hæc ratio mihi ſolida non videtur: quia illi qui de ea dubitârunt, ac de ea tanquam vltimum locum ſortita loquuntur, anteriores ſunt: quòd apertum eſt ſignum, eam ab initio in vltimo gradu collocatã. Quartò dici poteſt, aliquod hic ſubeſſe myſterium; vt indicaret videlicet Apoſtolos Iudæos, qui ab initio excæcati, & reprobati fuerunt, poſt ingreſſum tamen plenitudinis Gentium in Chriſtum, tandem illuminandos, & ad Meſſiam ſuam reducendos, ſecundùm illud Apoſtoli: *Cùm plenitudo Gentium intrauerit, tunc omnis Iſraël ſaluus fiet.* Nam qui à principio crediderunt, pauciſſimi fuerunt, vt Apoſtoli, 70. diſcipuli, & nonnulli alij primitiui, qui Chriſtum Gentibus euangelizârunt: & hi reliquiarum nomine apud Prophetas, & Apoſtolũ veniunt. Qui verò ex Gentibus alacriter Fidem ſuſceperunt, innumerabiles extiterunt. Vnde Eſaias ad Iſraëlem apoſtrophans: *Tunc videbis*, inquit, *& afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris fortitudo Gentiũ venerit tibi, inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha: omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.* Quintò non ineptè diceret aliquis, quòd vt Auguſt. conſiderauit libro de conſenſu Euangel. Marci & Lucę Euangelium inter duo Apoſtolorum Euangelia Matthęi & Ioannis continetur, & ex vtroque latere tanta autoritate fulti eſſent, & muniti, & Apoſtoli illos vt filios ſuos chariſſimos amplecterentur. Ita hoc loco Eccleſia Ieroſolymitana, quæ prima tempore fuit, & Domini præſentia, & doctrina illuſtrata, & eius ſanguine ſanctificata; & Eccleſia Romana, quæ mater eſt, & primaria magiſtra omnium Eccleſiarum, & duorum Apoſtolorum Petri & Pauli primatu, ſapientia, ſignis & morte decorata, atque exornata, reliquas omnes totius orbis Eccleſias, quę fidem Chriſti per alios Apoſtolicos viros ſuſceperunt, arctiſſimè complecterentur. Et hæc de primo.

IV. ratio, ſiue ſolutio.

Rom. 11.

Prophetæ, & Apoſtolus Paulus quas vocet interdum reliquias Iſrael.

Eſa. 60.

V. Solutio.

Ieroſolymitanę Eccleſiæ illius antiquæ, & Romanæ priuilegia.

Secundò verò propoſitum eſt differere de Hebręis, ad quos hæ literę datę ſunt. Et in primis præmittendum, Hebręos nequaquam eſſe illos, qui in Chriſtum credere noluerunt, aut vbi primum crediderunt, Chriſtum poſtea abiurârunt, & ab eo ſe per incredulitatem ſubtraxerũt: nam vt quodam loco diximus, nullus liber canonicus, ſiue Propheticus, nullę etiam Apoſtolicæ Epiſtolæ Infidelibus dedicatæ fuêre, cùm non ſecus horum librorum lectio requirat in lectoribus fidei diuinæ lumen, atque libri philoſophici, & humano rationis lumine conſcripti lectorem requirant, qui rationis naturalis lumine polleat. Dicendum eſt ergò, per Hebręos hic accipi eos, qui ex progenie Abraham, Iſaac, & Iacob deſcẽdentes in Chriſtum crediderũt, eiuſque

Ad quos ſcripſerit Hebræos Apoſtolus.

Cur ſacri libri aut epiſtolæ nullę omninò Infidelibus deſtinatę fuerint.

Solut. primæ quæſtionis.

Heb. 3. *Infrà 10.* Hebræorum illorum encomium.

eiuſque fidem amplectentes, legi Moſaicæ renuntiârunt. Vnde cap. 3. vocat eos fratres ſanctos, & vocationis cœleſtis participes, & cap. 10. teſtatur eos pro Chriſto multa ab incredulis paſſos fuiſſe: *Rememoramini*, inquit, *priſtinos dies, in quibus illuminati, magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſsionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti; in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis compaſsi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.* Hęc Apoſtolus, iudicans, Hebręos non ſolùm Chriſtianos eſſe, ſed perfectiores Chriſti cultores, pro cuius gloria & Euangelio multas perpeſſi erant tribulationes; bonorum quoque ſuorum deprędationem cum gaudio ſuſtinuerant, quod nonniſi perfectæ patientiæ eſt opus. Erant tamen nonnulli inter illos infirmi, & imperfecti, quos amplius erudiri, atq; inſtitui oportebat. Nam grauiter legis abrogationem, & à lacte Moyſis diuulſionẽ ferebant. Quos capite ſexto his verbis alloquitur: *Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni, &c.* Atq; horum infirmorum gratia Paulus nomen ſuum, & Apoſtolatus dignitatem ſuppreſſit, ne lectionis tantæ Epiſtolæ vtilitate deſtituerentur. Nec quiſquam miretur, quòd ſimul eſſent perfecti, & infirmi; id enim in omni cœtu & congregatione hominum euenire ſolet: & in epiſtolis ad Corinthios quidam celebrantur vt perfecti, & eminentes in fide Chriſti cultores, reprehenduntur verò infirmi, & adhuc in fide deficiẽtes, vel in moribus peccantes.

Quinam ex illis minus perfecti.

Hebr. 6.

De hoc hominum perfectorum videlicet, & imperfectorum diſcrimine non eſſe mirandum.

An verò Hebræi habendi ſint illi tantùm, qui Iudæam, & Palæſtinam incolebant, an etiam illi, qui diſperſi, ac diſſipati erant per Pontum, Galatiam, Cappadociã, Aſiam, Bithyniam, & reliquas orbis partes, meritò dubitari poſſet. Ego tamen ad poſteriorem ſententiam accedo: nam Hebræorum nomen magis comprehendit eos qui ex progenie Abrahæ deſcendunt, & religionem Moſaicam retinent, quam eos tantùm qui in Iudæa habitârunt. Magis enim ratio habenda eſt generis, & religionis, quam prouinciæ, aut loci, in quo tamen multi non Iudæi habitabant. Et cùm Iacobus & Petrus etiam ad diſperſos, per varias prouincias epiſtolas dederint, probabile eſt, & Dei prouidentiæ, & ingenti Pauli charitati conſonum, non tantùm ad eos qui Iudæam incolebant, ſed & ad omnes per orbem diſſipatos Iudæos, qui tamen fidem Euangelicam profitebantur, hanc epiſtolam tranſmiſiſſe: vt etſi tabellarius Timotheus eam credentibus Hebręis in Ieruſalem, & in Iudæa tradiderit, nõ minus tamen ad vniuerſos alios illis ſimiles, quantum ex parte Dei, & ex parte Pauli, deſtinata intelligitur. Quemadmodum & prior ad Corinthios epiſtola, etſi data ſit Eccleſiæ quæ eſt Corinthi, & ſanctificatis in Chriſto Ieſu, & vocatis ſanctis; extenditur tamen ad vniuerſos, cùm ſubiũgit: *Cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtro.* Et de his hactenus.

Paulum ad diſperſos etiam Hebręos hanc epiſtolã deſtinaſſe. *1. Pet. 1.*

1. Cor. 1.

Tertio loco de epiſtolæ argumento diſſerendum eſt: quod ſanè præſtantiſſimum eſſe videtur. Agit enim de Chriſti ſuper Angelos, Moſen, Aaron, & Prophetas eminentia, cùm ſit Dei Filius, & Doctor à Patre declaratus, & ab omnibus audiendus, ita vt eius verbis & ſumma fides, eius verò præceptis prompta obedientia adhibenda ſit: excellentiam Euangelicæ gratiæ præ lege, ſiue Teſtamenti noui præ veteri ſtatuit: & hinc legis, & antiqui Sacerdotij inutilitatem colligit, eorumque ceſſationem, & abrogationem docet, quodque ſuo officio functa ad Chriſtum duxerint, & ad vtilitatem Euangelij, & Sacerdotij ſempiterni contulerint. Quare palàm eos reprobat qui legem cum Euangelio eſſe ſeruandam ad ſalutem adipiſcendam volebant, Itaque hoc epiſtolę argumentum, in quo de Chriſto capite omnis gratiæ, & veritatis fonte agitur, ordine doctrinæ reliquis epiſtolis pręſtare debet, non ſecùs atq; fundamentum reliquas ædificij partes pręcedere ſolet.

Argumentũ epiſtolæ huius ad Hebræos quodnam ſit.

Ioan. 1.

Diſpoſitio verò, ſiue diuiſio talis eſt; vt primo capite Chriſti diuinitatem proponat, qui à Patris hypoſtaſi procedit tanquam viua imago, & gloriæ eius ſplendor, & Angelos pro ſeruis, & miniſtris habet, quique Filium adorare iubentur; Humanitatem autem eius adeò euexerit, vt eam exultationis oleo pro omnibus participibus ſuis vnxerit, adeòque ſublimauerit, vt illi ſoli dixerit: *Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.* In ſecundo capite colligit, illum eſſe per omnia audiendum ab omnibus, propoſitis ante oculos pœnis decretis contra incredulos Iudęos, qui Meſſiam ad ſe miſſum in paupertate, & humilitate non reciperent, atque eaſdem comminationes cap. 4. & 10. repetit. In tertio capite ipſi Moyſi & Prophetis, imò omnibus Sacerdotibus

Eiuſdem diuiſio.

Pſal. 109.

Chri-

Chriſtum per omnia præfert, erat enim Moſes ſamulus in domo Dei, Chriſtus verò filius: ex quo digreditur, Chriſtumq́ue

Aaronis ſummi Sacerdotis, & Chriſti diſcrimen quadruplex. I. ac II.

præferendum ſummo Sacerdoti Aaron comprobat. Erat enim Chriſtus Sacerdos in æternum, Aaron verò mortalis, & ad tempus. Deinde Chriſtus fuit ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus; Aaron verò peccator, & infirmitate circundatus.

Tertia.

Tertiò fuit Dominus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec; quo longè inferiòr fuit Aaron, quia Scriptura ſancta teſtatur Abraham decimas dediſſe Melchiſedec, à quo & benedictionem accepit. in quo Leui eius filius decimatus fuit, & benedictus.

Gen 14. Heb. 7.

Quarta.

Quartò, Chriſtus vnica hac ratione Patrem placauit; Aaron verò eaſdem ſępè repetendo hoſtias nunquam litabat. Erant enim hoſtiæ materiales, & vmbratiles. Deniq; multis rationibus abrogatis vmbris, & figuris legis, capite vndecimo Fidei tradit definitionem eiusq; virtutem, & laudes per omnes Sanctos Patres commendat, ac celebrat, atq; ita ad Euangelium amplectendum relicta lege Iudæos qui Chriſtum agnoſcunt, adhortatur. Poſtremis duobus capitulis ad mutua charitatis officia, & pietatis opera, exemplo ſanctorum Patrum viua, & efficaci oratione eos ſtimulat, & accendit.

Hanc epiſtolam in triplici genere cauſarum verſari.

Eſt autem hæc epiſtola partim in genere Demonſtratiuo, quia Chriſtum, & Sacerdotium eius & hoſtiam noui Teſtamenti, atque fidem laudibus celebrat, & commendat: partim verò in genere Deliberatiuo, quia Iudæos, qui in Iudæa & Palęſtina, & alijs locis ab infidelibus varijs modis affligebantur, conſolatur, haſq́ue ſcribit literas, cohortans eos ad fidem, & perſecutionum ſuſtinentiam propter Chriſtum: & quia immarceſcibilis corona, & certa merces eos in cœlis manebat. Denique videtur etiam in genere Iudiciali conſcribi & ſacrificiorum ceſſatio, & Sacerdotij abrogatio, quaſi euidentibus rationibus euincitur: & declaratur, pronunciaturq́ue ſententia pro Chriſto, & Euangelio eius, vt aduenienteveritate ac luce, vmbris, & figuris amplius locus vllus non relinquatur. Et de his hactenùs.

***

DISPVTATIO V.

In illa verba capitis primi: *Multifariã, multisq́; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quẽ conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula.*

Exordij ad Romanos epiſtolæ, & huius ad Hebræos ſimilitudo quid arguat.

GRANDI & magnifico Paulus vitur exordio, in quo cùm de Chriſti diuinitate, magnitudine atq; gloria verba ſaciat, non obſcurè proditur eius autor Spiritus ſanctus. Nam ſimili ratione in epiſtola ad Romanos principiò permulta de Chriſti maieſtate, pręd eſtinatione, mortiſq; victoria, ac reſurrectione ediſſeruit, vt ita vtriuſque epiſtolę vnum eundemq; autorem facilè intelligamus, nimirum, vas electionis Apoſtolum Paulum. Cur verò hæc epiſtola nomen proprium autoris, & Apoſtolatus munus non expreſſerit, abundè ſuperius eſt declaratum,

Act. 19.

Inſcriptionis epiſtolę huius omiſſę ab Apoſtolo, duæ cuiuſdam rationes proponuntur, ac refelluntur.

Nouum verò, & parum ſolidum mihi videtur, quòd quidam ex recentioribus annotauit: Inſcriptionem Paulo ſolitam in hac epiſtola appoſitam non fuiſſe, quoniã Interpres in mancum exemplar incidit; aut quod omiſſa ſalutatione, quæ in fronte eſſe ſolet, quam primùm potuit, ipſam materiam præcipuè tractandam quaſi impatiens moræ aggreſſus fuerit.

Ratio prima.

Sed primum mihi non ſit probabile, quia cum perfecta, & integra ſit in omnibus ſuis partibus hæc epiſtola, non eſt credibile, mancam, aut mutilatam fuiſſe in præcipua ſui parte, hoc eſt in procemio, quod veluti caput eſt, ſi referatur ad corpus totius epiſtolæ.

Secunda.

Secundum verò improbabile valdè eſt: Interpretem, qui Lucas, aut Clemens fuiſſe traditur tam infideliter ex Hebræo In Græcum eloquium illam vertiſſe, vt conſultò ſalutationem eius amputauerint: quod ſanè grande ſcelus fuiſſet.

Quæſtio I.

In verbis igitur propoſitis prima dubitatio eſt, quorſum hoc tanto exordio vtdat Apoſtolus.

Secunda.

Deinde quid eſt: *Multifariam, multisq́; modis*, an voces ſint ſynonymæ, & idem ſignificent; an diuerſæ, & diſtinctę: pręſertim cùm Paulus conciſus ſit, & breuitatis amator: & quomodò ait, Deum multis modis locutum ad Patres, cùm Dauid dicat: *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui*; & Iob, *Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit.*

Pſalm. 61. Iob. 33.

Tertia.

Tertiò, qui ſunt illi patres, ad quos Deus dicitur locutus, an Patriarchæ, an Prophetæ, an vtrique.

Quarta.

Quartò,

qui

Quinta.

qui ſunt iſti dies nouiſſimi, in quibus nobis locutus eſt per Filium. Quintò, quomodò conſtitutus aſſeratur Chriſtus vniuerſorum hæres, qui quatenus Deus eſt, ab ęterno Dominus fuit; quatenus autem homo, ab inſtanti incarnationis cum Deo hypoſtaticè vnitus eſt, hęres ac Dominus fuit: & quomodò ille hæres, cùm Abraham hæres mundi dicatur Rom. 4. & nos appellemur hæredes Dei, & cohæredes Chriſti. Poſtremò, quomodo dicitur ſecula feciſſe, & quæ ſunt iſta ſecula. ¶ Etſi verò hæ dubitationes magnę eſſe non videantur, quia tamen ad magna tendunt, non ſunt omittendæ.

Rom. 4.
Infra 8.
Sexta & vlt.

Ad primam igitur ita reſpondemus, Deum pro ſua ſapientiſſima prouidentia, hominem à ſe conditum, multis donis ac prærogatiuis exornaſſe, quò poſſet ad ęternæ vitæ poſſeſſionem aſſurgere; præuaricatione tamen ſua, quam Satanas molitus fuerat, iuſto Dei iudicio ſe cum poſteritate tota præcipitem dediſſe. Verùm benignus Dominus, volens collapſa, ac diruta inſtaurare, vnigenitum ſuum Redemptorem, ac mediatorem noſtrum nobis dare deliberauit, vt per eum reconciliati, & maioribus donis aucti, & cumulati, per incõparabilia Filij ſui merita repararemur. Hoc autem Diuinæ prouidentiæ conſilium voluit omnibus hominibus manifeſtum reddi, cùm ſine eius notitia, ac ſuſceptione per fidem ſalus nobis non poſſet contingere. Ob quam cauſam ab initio Deus ad ipſum Adamum, & ad eius poſteros eloqui cœpit, vt promiſſam ſalutem venturam per fidem eius amplectentes, eius fierent participes, ſiue illi ad vetus, ſiue ad nouum ſpectarent Teſtamentum. Inter quæ Teſtamenta quatuor quaſi antitheta opponit, quò pręſtantiam Teſtamenti nobis exhibiti per Chriſtum ſupra illud præſtitum Iudæis oſtenderet. Nam lex per Prophetas, id eſt, ſeruos Dei data eſt, Euangelium verò per Filium: non quidem adoptione, quia etiam Prophetę omnes tales erant, ad quos dicitur: *Ego dixi, dij eſtis: & filij excelſi omnes:* ſed natura, & ſubſtantia filius. Deinde lex in vmbris obſcuris, & in ænigmatibus, & figuris tradita eſt, Euangelium verò planè & apertè, & abſq; vllis rerum inuolucris. Nam multifariam, multiſque modis, non eſt aliud, quam, varijs, multiplicibusq; figuris. Tertiò lex vetus olim ab initiò egreſſis de Ægypto data eſt, & quaſi in primis mũdi diebus poſt diluuium, Euangelium verò nouiſſimis temporibus. Solent autem quę primò traduntur, rudiora eſſe, & imperfectiora: quæ verò progreſſu temporis exhibentur, perfectiora ſunt, ac politiora: quòd in omnibus ſcientijs, & artibus perſpicere licet. Demùm lex illa tantùm Palæſtinam occupauit, Euangelium verò totum penè orbem penetrauit. Quæ cùm ita ſint, mirum videri non debet, ſi præſente iam, & coruſcante Euangelio, legem veterem Iudæi relinquant, nec ægrè ferre debent ſe à ceremonijs Iudaicis, abduci, vt rem ipſam in illis præſignificatam accipere mereantur.

Solu. I. quęſt. De tanta exordij maieſtate qua vſus eſt Paul⁹.
Eccl. 17.
Gen. 3.

Mira ergò hominem Dei prouidentia.

Veteris Teſtamẽti, & Noui primũ diſcrimen à Paulo aſſignatum, & traditum.

Pſal. 81.
Ioann. 10.
Secunda.

Tertia.
Exod. 20.

Quarta & vltima.

Altera ſolut.

Vel etiam ſic dicere poſſumus: O Iudæi, ſic agnoſcite veſtrã ſortem, & progenitorum veſtrorum, nam illis locutus eſt Deus per Prophetas, ſed ruditer, & velut in typo; vobis verò perſpicuè & apertè per Filium. Cùm igitur vos tanto honore, & gratia dignatus ſit, mala quę vobis infligũtur à magiſtratibus, vel ab incredulis, non tantù patienti, ſed etiam gaudenti, ac lærabundo animo ſuſtinere debetis. Hic eſt ſcopus primæ ſententiæ.

II. ſol. quęſt. Duo hæc verba: Multifariã, multiſq; modis, an vnum idemq; ſignificent.

Ad ſecundam dubitationem: Πολυμερῶς, & πολυτρόπως, ſiue, Multifariam, multiſque modis, non ſunt ſynonyma, ſed varia, ac diuerſa. Si enim demonſtratiua ſcientia reijcit ſynonyma vt ſuperflua, multò magis doctrina cœleſtis, quæ breuitatem amat, repudiabit. Prima ergò vox poteſt verti Frequenter, ſiue Plerunque, vel Multipartitè, vt ſic dicam, ſiue, per multas partes, & non omnia ſimul. Quòd ſi ad tempus ſpectes, intellige, diuerſis ſeculis, & ætatibus Prophetas miſiſſe, qui de Filio ſuo annunciarent. Nam poſt caſum Adæ, ſtatim illum allocutus eſt de ſemine mulieris, quòd contriturus eſſet caput ſerpentis. Tempore quoque Noë, vbi arcum dedit in ſignum fœderis, deinde ætate Abrahæ multa locutus eſt, multa quoque per Moyſen, ætate etiam Dauidis & Prophetarum: & ſæpè idem ipſum varijs ætatibus annunciabat, quia vniuerſi homines ſimul non fuerunt. ¶ Si verò doctrinam ſpectes, per partes locutus eſt de Filio ſuo. Non enim omnia ſingulis dedit, ſed oracula vt voluit, diſtribuit iuxta ſuam prouidentiam, & mundi audientis captum. Vnde ad Moyſen dixit de patribus ſuis: *Nomen meum Adonai non indicaui eis;* Et Dauid exultans in Spiritu gloriatur: *Super omnes docentes me intellexi.* Denique vt Gregorius ſcribit: *Quo propinquiores erant Chriſto, eo copioſiorem habebant cognitionem.* Vnus ſiquidem de eius aduentu, vt Iacob de auferendo ſceptro à tribu Iuda:, Daniel de Hebdomadis prædixit; alius de loco Bethleem, vt Michæas; Alius de conceptu, & ortu ex Virgine, deque miraculis, & ſignis eius, vt

Verbũ, Multifariã quomodo pertineat ad tẽpus locutionis Diuinę patrib⁹ factæ.
Gen. 3.
Infrà 9.

Idẽ quo etiã modo ad doctrinã & reuelationem de Chriſto venturo referatur.
Exod. 6.
Pſal. 118.

Quę qui vates de Chriſto dixerint futura myſteria.
Gen. 49.
Dan. 9.
Michæas 5.
Matth. 2.
Eſai. 7.
infrà 31.

Digitized by Google

Pſal 117. Matth.21. Pſal 106. Hebr.5. Ioel.2. Act.2.

Eſaias; Alius de morte, & reſurrectione, vt Dauid qui dixit: Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli: & idem de Sacerdotio eius ſecundũ ordinem Melchiſedech: alter de aduentu Spiritus ſancti ſuper omnem carnem. Et hęc exempli gratia dicta ſint.

Multis modis vt ſit Deus patres allocutus.

Alterum aduerbium eſt πολυτρόπως; quod ad varios modos Diuinę ad nos elocutionis referendum eſt: quia nunc per ſomnum, nunc in vigilia, interdum per phantaſmata, aut viſiones imaginarias, interdum verò per externa, & viſibilia ſigna, quę exterius exhibere ſolebat, loquebatur Deus: vt per nuditatem Eſaię, per deſcenſum Ieremię in domum figuli, per vaſa tranſmigrationis Ezechielis: Quandoque per miniſteria Angelorum, ac voces eorum ſenſibiles, quandoque per intellectualem mentis locutionem factam ab Spiritu ſancto; Modò ex oraculo, ſiue propiatorio, quod erat intra Sancta Sanctorum, modò in ecſtaſi & raptu, ſiue mentis exceſſu, ſopitis ſenſibus, vt ratio poſſit Deo magis vacare: Denique viua voce, & ſcripto, & factis, & ſignis, & apertè, & obſcurè, ſiue in ęnigmate, & nunc blandiendo, nunc perterrefaciendo.

Eſai.20. Ierem.18. Ezech.12.

Cur Deus in ſomnis loqueretur interdum.

Si ſemel, vt ait Dauid, quomodo, vt Paulus, multifariã locutus eſt Deus. I. ſol. nõ omninò ſolida. Pſalm. 61. Aug. tom 8. Ioan.1. Dier to.8. Caiet. in Pſal.

Quòd ſi in hęc obijcias illud Dauidis: *Semel locutus eſt Deus, duo hac audiui: quia poteſtas eſt, & tibi Domine miſericordia.* Sed Auguſtinus reſpondet, in eo loco Dauidem loqui de verbo interno, de quo. *In principio erat Verbum.* Paulum verò de externo, quod varium eſt. Vnde Hieronymus & Caietanus hunc locum verterunt: *Vnum locutus eſt Deus.* ¶ Hoc tamen dubitationem non tollit: quia ſequitur in Dauide de Miſericordia, & Iuſtitia in plectendis impijs, & de locutione externa, quia ſequitur, Duo hæc audiui. Quare Theodoritus interpretatur, poſuiſſe ſemel, non vt numerum indicaret, ſed ſemel, id eſt conſtanter, & immobiliter decreuit Deus dare pręmia bonis, & ſupplicia reprobis.

Altera ſolidior. Theo. in Pſal. 61. ſub fin. p.1.

Ad aliud verò teſtimonium Iobis: Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit; eadem ferè eſt reſponſio; quia dicitur Deus ſemel loqui, & ſecundò idipſum non repetere, quia vna Dei locutio perinde eſt firma, ac tanti roboris, ac ſi millies idem dixiſſet: quia cœlũ, & terra citius tranſibunt, quam verbum Dei, quòd interdum noſtra cauſa repeti frequenter ſolet: vt Paulus ipſe rectè dixerit: Eadem vobis ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium. Et hactenus de ſecunda dubitatione.

Illud Iob: Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit, vt ſit accipiendum. Iob 33. Matth. 24. Philip. 3.

III. ſol. quęſt.

Ad tertiam, nomine Patrum veniunt antiqui Iudęi, de quibus: *Audiſtis quia dictum eſt Antiquis.* Non autem videtur loqui de Patriarchis, Abraham, Iſaac, & Iacob: Nam hos allocutus eſt Deus per ſe ipſum ſine Prophetis; vt hic dicitur: imò ipſi fuerunt ex primis Prophetis, vt de Abrahã expreſsè dicitur: Redde, inquit, viro ſuo vxorem, & orabit pro te: quia Propheta es, & viues. Idem de Iacob credendum, qui ca. 49. prædixit filij quæ ventura erant, & de Meſſiæ aduentu. Hos etiam Patres, incredulitatis, & inobedientiæ notat Paulus cap. 2. & 4. quod tamen de primis illis tribus non videtur ſentiendum; de alijs ergò inferioribus filijs Iacob, & eorum poſteris tam bonis, quam malis loqui videtur, cùm ait: *Vbi tentauerunt me Patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea.*

Matth. 5.

De Patriarchis id accipi non poſſe, vnde perſpicuum ſit.

Gen 20.

Infrà 49.

Pſalm. 94. Hebr.11.

Hos autem allocutus eſt per Moyſen Prophetam à principio, deinde per eundem legiſlatorem, quando legem tulit; adhęc poſtea miſit & alios multos varijs in ſeculis. Et quia in Hebraica Gente hoc impletum eſt; colligimus, autorem tacitè ſe Hebræum innuere. Et captat eorum beneuolentiam, ipſorum dignitatem commemorando, quã in Patribus habuerunt, quibus tale ac tantum beneficium Deus cõtulit, vt dignaretur eos alloqui, ac de ſe ipſo pro ipſorum ſalute inſtruere. Hinc habet Paulus: *Secundum Euangelium quidem inimici propter vos ſecundum electionem autem chariſſimi propter patres.* ¶ Miſſi ſunt autem ad Iudæorum maiores Prophetæ, per quos Deus alloquebatur illam Gentem, & plus ipſis, quam Gentibus datum, alibi tradit: quia credita ſunt illis eloquia Dei, & gloriabantur, dicentes: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Gentes verò hoſpites erant teſtamentorum, & per inditum lumen rationis, & habitum principiorum tam ſpeculabilium, quam practicorum, & per creaturas quę enarrant gloriam Dei, tantùm eſt illas allocutus. Per Prophetas verò raró, vt per Ionam Niniuitas, & per Eſaiam inſtruxit Cyrum, & Chaldęos Reges, & populum Babylonium per Danielem. Ait verò, *In Prophetis*, more Hebræo, pro, per Prophetas: & paulò infra, *In Filio*, id eſt, per Filium.

Quid argumento ſit huius ſcriptorẽ Epiſtolæ Hebræum extitiſſe.

Rom. 11.

Quantò excellentius Iudęos Deus quã Gentes ſit allocutus. Supra 3. Pſal. 147.

Epheſ.2.

Pſal 18. Deus Gentes in Prophetis quando fuerit locutus. Eſai.45. Dan 2. & 3.

Ad quartam dubitationem dicendum, planiorem eſſe lectionem: Nouiſſimis diebus iſtis, quam Græci habent, & nonnulla exemplaria Latina, quam aduerbialem illam. Nouiſſimè diebus iſtis. Partitur verò Apoſtolus vniuerſum tempus in Olim, & Nouiſſimum: vt olim, ſit totum tempus ab Adam lapſo, ſiue ab origine mundi, vſque ad Ioannem Baptiſtam, qui eſt veluti

Sol. VI. quęſt.

De diebus nouiſſimis diuinæ locutionis in Filio.

Qualis Ioannes Baptiſta.

Luc.16.
1.Pet 1.
1. Cor.10.
Dies illi quibus alijs nominibus exprimantur.
I. ratio, cur dies illi dicãtur nouiſſimi
Lege Thom. in hanc epiſt c.9.lect 5 10. 16 & de potẽtia q 5. ad 1.
B Aug. to. 4.
II. ratio.
B. Cyprian.
Hier.in c 1 epiſt. ad Tit. tom 9.
Eccl. 1.

horizon tempora priora diſtinguens à poſterioribus, de quibus Dominus : Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem. Tempora poſteriora à Ioanne & à Chriſto, qui ſimul eodem tempore venerunt, denominantur, & apud Prophetas vocantur Dies nouiſſimi, vt Eſai. 2. Mich. 4. imò & nouiſſima tempora à Petro, & Apoſtolus alio loco vocat fines ſeculorum, & Dilectus nouiſſimmam horam, hoc reſiduum annorum, quia vna eſt ætas, videlicet mundi ſenectus, quæ quandiu ſit duratura, nemo nouit: & multi qui putârunt inſtare diem Domini, hactenus decepti fuerunt, eò quòd in Scripturis legerent nouiſſimos dies, nouiſſima tempora, nouiſſimam horam, non ſatis rectè ætatem vltimam conſiderantes, vt egregiè, & perdoctè tradit B. Thomas. Illa ſiquidem ætas poſtrema æquare poteſt annorum numero omnes ætates præcedentes; vt homini accidit, cuius ſenecta adæquare poteſt alias omnes ætates, vt Auguſtinus docet lib. 83. queſtionum, quæſt. 54. Deinde non ſatis certi ſumus, quãtum iam durauerit mundus; ſiquidem nec Hebræa cum 72. interpretibus conſentiunt, nec nobiſcum, & noſtri inter ſe diſcrepant. Certè veteres Patres plures annos enumerant, quam poſſimus modò ex Hebræa veritate colligere. B. Cyprianus lib. de Exhortatione Martyrum, in Proœmio: Sex millia, inquit, annorum, iam penè complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Idem docet Hieronymus in epiſtolam ad Titum. Si ergò hactenus mundi duratio ignoratur & Scriptura ait; *Dies ſeculi quis dinumerauit?* tempus futurum quod nondum eſt, quis enumeret?

Dierũ illorũ felicitas.
Eſai. 9.
Quos Deus ſit allocutus in Filio.
Matth. 15.
B.Thom.lect. 1.à medio.
Matth.17.

Ait ergò, Diebus iſtis, quando cœpit nouiſſima ætas, & ſeculum nouum, de quo, loquens de Chriſto, Eſaias dixit: *Pater futuri ſeculi*, quod feliciſſimum fuit, quia illuſtratum eſt præſentia tanti Solis. *Locutus eſt*, inquit, *nobis in Filio*, ſiue, per Filium. Et manifeſtè ſe ponit in numero Gentis illius, ad quam vnam venit Dominus, de qua: *Non ſum*, ait, *miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël*. Vel, vt ait Thomas, Nobis, id eſt Apoſtolis, qui Chriſtum in propria perſona vidimus, quos immediatè, & per ſe Chriſtus docuit, & præceptum eſt nobis à Patre, vt eum audiamus.

Filius Dei naturalis numero tãtum ſingulari in Scripturis exprimitur.

Porrò ſingulari numero vti conſueuit Scriptura, ad denotandum proprium & naturalem filium, & qui ſingulari modo eſt filius: nam totam Patris ſubſtantiam, & non partem aliquam eius quæ impartibilis eſt, per generationem accepit. Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus Pater, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus: vt Apoſtolus dixit. Et cùm dicat, in Filio Deum eſſe locutum; nõ adiunxit, Multifariã, aut multis modis, quia vno tantùm modo palam, & apertè in multis ſignis, & prodigijs manifeſtis, quæ manifeſtè teſtantur diuinitatẽ in autoritate multa & poteſtate, quę teſtabantur eum magiſtrum cæleſtem. Nam vt ait Lucas, in poteſtate erat ſermo ipſius. Et cũ tanta emphaſi ſe opponens Moyſi, dicebat: *Ego autem dico vobis: Hoc eſt præceptum meum: Hæc mando vobis.* Etſi poſſit, Chriſtum multis modis locutũ apertè, & tectè per parabolas, verbo, & ſcripto non quidem tantùm per ſe ipſum, ſed per Apoſtolos, & Eccleſiam: in quibus omnibus ipſe loquitur, de quibus dixit: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

1.Cor. 8.
Quare non multifariam Deus dicatur locutus in Filio.
Luc.4.
Matth. 5.
Quam multis modis Chriſtus locutus ſit.
Infrà 10.
V. queſt Sol. Chriſtus vt vniuerſorum conſtitutus ſit hæres.
I. acceptio illius vocis, Vniuerſorum.
Altera.
Rom. 4.
Hebraiſmus.
Act. 2.
Gal. 4.

Ad quintam difficultatem, quomodo conſtitutus ſit hæres vniuerſorum, reſpondemus: Paulum Chriſti humanitatis dignitatem illis verbis indicaſſe, quemadmodum & in ſequentibus, Per quem fecit & ſecula, diuinitatem aperit. Et caſus ille Gignendi, vniuerſorum, duplicem expoſitionem admittit, nimirùm rerum & perſonarum. Et primus ſenſus erit: Patribus data fuit certa hæreditatis portio, nimirùm Palæſtina; at Filius inſtitutus eſt hæres non ſolùm Palæſtinæ, ſed totius orbis terrarum.

Alter ſenſus eſt: Chriſtum hęredem inſtitutum vniuerſorum, ſicut & Abraham, de quo ad Rom. 4. dixit Apoſtolus: *Nõ enim per legem promiſsio Abrahæ, aut ſemini eius, vt hæres eſſet mũdi.* Atq; huic ſenſui fauet quod dicitur Pſal. 2. Poſtula à me, & dabo tibi Gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuã terminos terræ; vel iuxta Hebræum morem, & poſſeſſionem tuam vſque ad terminos terræ. Et ita accipiendo hunc Gignendi caſum, ſuauius cohærere videtur cũ præcedentibus, & ſequentibus, in quibus Chriſtus Angelis, & Moyſi, & Aaron, & Prophetis præponitur, quanquam in idem recidere videatur. Volunt itaque quidam in voce Hæredis, eſſe Hebraiſmum, vt ſit ſenſus: Quem fecit dominum omniũ, ſicuti Act. 2. dicitur; Certiſſimè ſciat ergò omnis domus Iſraël, quia & Dominus eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis, & ad Galat. 4. aſſerit: *Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium.* Vbi ob ætatem qua impeditur ab vſu rationis, paruulus non differt à ſeruo; ob ius tamen ad ſucceſſionem bonorum, dominus dicitur,

Expen-

Chryſ hom. ſ. ſup. ad Heb. Rom. 4.

Expendit porrò Chryſoſtomus illud verbum, *Conſtituit*, aſſerens hæc de Chriſto dicta quatenus homo eſt. Nam ſi naturam diuinam conſideres in Chriſto, hæres eſt ab æterno cum Patre, & Spiritu ſancto, hoc eſt omnium Dominus creaturarum, non quidem via ſucceſſionis, ſed ſuo iure. Rurſus quòd filius Dei eſſet per gratiam vnionis hypoſtaticæ, iure hæreditario non accepit: nam hæreditas eſt quid extrinſecum, & extra hæredis ſubſtantiam quaſi adiunctum. Quare hæreditatis nomine, omne Dei patrimonium, quod extra ipſum Deum eſt, intelligitur, nimirum hic mundus, & omnis creatura quæ ſubiecta illi fuit, & ab eo, (præter primum ius) hæreditario iure acquiſita fuit obedientiæ meritò in ſanguine & crucis morte; quoniam ita fuit paterno teſtamento diſpoſita, vt ſuſcitatus dixerit; *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Et cognouerunt hoc mali agricolæ, qui dixerunt; *Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Sed ignorabant cæci, quòd & eo pacto occidendo hęredem, illi non poterant ſuccedere in hęreditate. ❡ Sed obijcies primò: Si Dominus Ieſus filius Dei erat, nonne ipſo iure ad eum ſpectabat hæreditas abſque eo quòd Pater inſtitueret eum hæredem, qui poſtularet ſibi dari hæreditatem, & multò magis abſque eo quod pateretur? Dicendum, verè ſic fuiſſe diſpoſitum, etſi in eo totus mũdus incluſus non peccaſſet: nam ipſe veniſſet ſua die glorioſus (vt mihi pium eſt credere) tanquam vnigenitus ad hęreditatem ſuam, hoc eſt, ad filios ſuos, vt eos in gloriam perduceret: ſed quia peccatum interceſſit, conditio mutata, vt ita ad tempus abſtineret à gloria ſua, & ab hæreditate ſua, quò debita noſtra Patri ſuo exolueret, & ſic admitteretur poſtea ad iura ſua, & per obedientiam ad hæreditatem perueniret. Quare quę iure filiationis ſibi debita erant, cœperunt ei deberi nouo iure acquiſitionis. Vnde à Petro dicimur populus acquiſitionis. Vſque adeò, vt tunc videatur accepiſſe diuinitatem ſuam, quando perfecto munere redemptionis inſtauratus eſt ipſe, & immortales, ac dignas vnigenito veſtes accepit.

Hæreditas Chriſti qualis ſit.

Matth. 28.

Supra 21.

Iudęi Chriſtum hæredẽ occidendo quid aſſecuti ſint miſeri.

Propoſitę ſolutio quæſtionis.

Chriſtiani cur populus acquiſitionis vocentur.

1. Petr 2.

Quòd ſi ſecundò obijcias: Cur ergò Apoſtolus nos Chriſti cohęredes vocat? qui enim habet cohæredes, vt primogenitus inter multos fratres, non eſt dominus ipſorum, nec vniuerſorum hæres: Reſpondemus: Solum Dominum Ieſum factum eſſe hæredem totius mundi, quia ipſe ſolus illum iam per peccatum perditum lucratus eſt, vt ipſe ſolus dicatur illum hæreditaſſe: nam vt in hoc lucro neminem habet adiutorem, ita neque cohæredem. Hęreditate verò, quæ eſt cœleſtis beatitudo, & æternæ vitę acquiſitio, cohęredes Chriſti efficimur & vocamur, eò quòd cũ illo Deo fruemur, videntes illum facie ad faciem: & hanc beatitudinem, ſiue gloriam illi referimus acceptam, ita vt ipſe ſit verus hæres & noſtræ gloriæ, qui nobis illum promeruit, & illi donatur in nobis, & nos ipſi eius ſumus per omnia, vt etiam hac ratione ſit hæres vniuerſorum. ❡ Similiter Abraham ad Rom. 4. vocatur hæres mundi per fidem: quia omnes qui Fidei vinculo vnimur, omnium etiam bonorum ſuorum hęredes efficimur. Et vt nos ſumus eius hæreditas, ita ipſe viciſſim eſt noſtra hæreditas. Magna ergò differentia inter alios Prophetas, & Dei Filiũ: quia etſi illi dicantur dij, & filij Excelſi omnes, & contra ipſe Chriſtus dicatur Propheta Matth. 21. Luc. 7. Ioan. 4. 6. & 9. turbę, Samaritanæ, & cæci nati profeſſione: inter ſe tamen diſtinguuntur, quia ipſe eſt Filius natura vnigenitus, & verus, alij verò longè inferiori gradu adoptionis ſcilicet, & participationis. Et cùm Prophetæ Chriſto cõparantur, non dicuntur filij, ſed ſerui: vt cõſtat in vineæ parabola: nam poſt ſeruos, id eſt Prophetas miſſos, ad exigendum vineæ fructus, poſtea tandem miſit Filium ſuum. Sic & Chriſtus Propheta non erat eo modo quo vnus de grège aliorum: quia in ratione prophetiæ omnes Prophetas exceſſit, & omnibus ſupereminebat, & ita Propheta magnus, & Propheta qui venturus erat in mũdum dictus eſt.

Cur nos Chriſti cohęredes ſumus, hæres vniuerſorum quomodo Chriſtus.

Rom 8.

Chriſtianorũ cœleſtis hęreditas qualis.

Hęres mundi vt dicatur Abraham.

Rom. 4.

Chriſtus qualis pręcęteris Dei Filius ſit, & qualis Propheta.

Pſal. 81.

Matth. 21.

Luc. 7.

Ioann. 6.

Quòd ſi quis tertiò obijciat, quomodo poſſit Ieſus hæres eſſe, ſi propriè agatur de hęreditate, quę venit ex teſtamento adeunda. Oportet enim vel ipſo Apoſtolo teſte in hac eadem Epiſtola, mortem intercedere teſtatoris ad hoc vt firmum ſit teſtamentum: nam Pater, cuius Filius eſt hæres, non moritur, neque morti eſt obnoxius. Sed ad hoc dicendum, multa metaphoricè in Scripturis accipi, quæ tribuuntur Deo, & tamen propriè accidunt in humanis. Nam Filius ſecundum diuinam naturam, nullo iure ſucceſſionis hęreditario eſt conſtitutus omnium Dominus, ſed qua parte homo fuit: qui dominium non ſemper habuit, ſed à certo tempore, ex quo per vnionem hypoſtaticam Deus factus eſt. Deinde ex quo per obedientiam crucis ſe Deo obtulit, & interim quaſi condito teſtamento à Patre illi ſic hæreditatem procurante fuit vniuerſorum hæres inſtitutus, vt ita vtilius ſuo munere functus hæreditatem acciperet quaſi à Patre defuncto, qui omne

Nomen hæredis, cùm mortem ponat teſtatoris ipſi Chriſto, Patre viuente, an rectè conueniat.

Hebr. 9.

Quando primùm Chriſtus eſſe cœperit hæres vniuerſorum.

Philip 2.

Ioan. 5.

iudicium dedit Filio, & qui perinde illam tenet, ac ſi mortuus eſſet Pater, qui quodãmodò mortuna videtur Filio moriẽte: quo excitato, dicitur viuere in illo cui commiſit omnia, atque de eius voluntate perinde ac ſi eſſet mortuus, omnia adminiſtrat, & eum habet hæredem, & ſucceſſorem. Non ſecùs, ac ſi qniahomo Filio commitat, *vt* omnia adminiſtret ſe ſilente, iam ille diceretur habere ſucceſſorem, & hæredem in vita, etiam antequam mortem incurrat: ad eum modum Chriſtus omnia adminiſtrat, donec reſtituat rationem Deo & Patri.

Chriſti hęredis vniuerſorũ à Patre inſtitutio cui ſimilis.
1. Cor. 15.

Ad VI. quęſt. De eo quod dicitur: Per quem fecit & ſecula.
Ioan. 1.

Sequitur vltima dubitatio circa illud: Per quem fecit & ſecula. Nam hoc de diuina dicit natura, vt mirum eſſe non debeat, ſi tota hæreditas ſit illi donata, cùm ſit ille Verbum, per quod Pater omnia extra ſe operatur, & nihil non per illud, & cum illo faciat præter ipſum Filium, quem ſolus generat: reliqua omnis creatura ab ipſo per Verbum in Spiritu ſancto condita eſt. Per ſecula verò tropo Hebręo intelligit res omnes tempori ſubiectas, quæ certis ſeculis & durationibus conſtant. Dixit etiam *αἰῶνας*, *vt* non ſolùm tempus ſignificaret, ſed etiam æuum: quod ęternum non eſt, ſed cum ſuis creaturis, quę eius ſunt capaces, concreatũ. Nam cùm dicitur; *In principio creauit Deus cælum, & terrã*, de æuiternis creaturis eſt ſermo: ab eo autem loco; Fiat lux, & facta eſt lux, de creaturis tempori ſubiectis: quia tũ cæpit veſpere & mane dies vnus, id eſt, primus. ¶ Quòd autem appellatione ſeculorum creaturæ veniant, quæ ſeruiunt aut æuis, aut temporibus, explicat nobis Scriptura, quæ ait; Demas me reliquit, diligens hoc ſeculum, id eſt creaturas mundi: & ad Gal. 1. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam.* Et ad Titum: *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, &cæt.* Quanquam autem vnum ſit tantùm æuũ, & vnum tempus continuatum: multa tamen ſunt tempora partialia: vnde ponimus ſeculum præſens, de quo: *Non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro*: & apud Romanos ætas centum annorum, ſeculum vocabatur: & ludi, qui centeſimo quoque anno celebrabantur, dicebantur ſeculares, & apud Horatium habes carmen ſeculare. Ita habet Paulus: *Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, &c.*

Gen. 1.
Caput primum Geneſis, quibus verbis æuiterna, & temporalia exprimat.
Per ſecula res venire tẽporarias & corruptibiles, vbi Scripturarum conſtet.
2. Tim. vlt.
Tit. 2.

Æuum quomodo multiplex, cùm ſit vnum tantummodò.
Matth. 12.
Propriè ſeculum quid ſit.

Horat. lib. 4. Carm. ode 6.
1. Tim. 1.

Vide autem connenientiam: nam per illum decens fuit ſecula inſtaurari, per quem facta ſunt prius. Iam vide quid Damaſcenus lib. 2. cap. 1. ſcribat: *Operæpretium ſanè eſt, vt intelligamus ſeculi nomen multa deſignare. Compluſcula enim ſignificat. Nam ſeculum dicitur vniuſcuiuſq; hominum vita. Dicitur rurſus ſeculum, tempus mille annorum. Dicitur rurſus ſeculum vniuerſa præſens vita. Vt ſeculum, futura vita poſt reſurrectionem, nullo fine claudenda. Dicitur rurſus ſeculum, non tempus, neq; temporis pars latione Solis, & curſu menſurata, per dies videlicet, & noctes conſtituta, ſed quod coextenditur ſempiternis, inſtar cuiuſdam temporalis motus, & ſpatij. Quod enim ijs quæ in tempore ſunt, tempus, illis ſempiternis eſt ſeculum. Dicuntur & ſeptem ſecula mundi huius, à cæli & terræ videlicet creatione, vſq; ad communem hominum conſummationem & reſuſcitationem. Eſt enim particularis conſummatio, ea quæ eſt vniuſcuiuſq; mors. Eſt autem communis, & omnimoda conſummatio, quando futura eſt communis omnium hominum reſurrectio. Octauum autem ſeculum eſt, quod futurum eſt.* Hæc ille.

B. Ioan. Damaſcen.
Variæ ſeculi acceptiones ex Damaſceno.

Si ergò ipſe eſt per quem Deus fecit ſecula, ipſe proculdubiò Filius eſt ante ſecula, qui introducitur dicens: *Ab initio & ante ſecula creata ſum.* & Concilium Nicænum: *& ex patre natum ante omnia ſecula.* Ipſe item eſt ſupra omnia ſecula, vt eorum autor: ipſe in omnibus ſeculis, & denique poſt omnia ſecula, ſi illa finem vllum eſſet habitura.

Æternitas Filij Dei, verbo effectionis ſeculorum expreſſa, declarataque.
Eccli. 24.

Particulam verò, Per quem, Auguſtinus refert ad ideam, & artem, etiamſi dogma videatur Platonicum. Chryſoſtomus verò indicat illa præpoſitione ſignificari, Patris & Filij opera communia eſſe, ſecundùm illud: *Cùm eo eram cuncta componens.*

Illud: per quẽ, dupliciter accipitur.
B. Auguſt.
D. Chryſoſt.
Prouer. 8.

Verbum, *Fecit*, ſi ſit ſermo de æuiternis factis ante omnem diem, poſitum eſt, pro, creauit, quia rea ex nihilo ad eſſe perduxit. Si verò ſit ſermo de reliquis, quæ per ſex dies operatua eſt, fecit propriè ex materia ſubiecta: nam per ſex dies nihil condidit, quod non ex prius à ſe producta materia formauerit præter animam rationalem, quæ ſola materiæ expers inuenitur. Coniunctio verò illa, Et ſecula, ideò poſita eſt, vt non ſolum omnia Deum feciſſe conſtet quæ condidit, ſed etiam illa, quæ potiùs concreantur, quam creantur. Nec enim tempus, aut æuum vllam in ſe ſubſtãtiam, aut exiſtentiam habet præter eam, quam creaturæ ipſæ, quibus applicantur menſurandis, in ſe ipſis habent. Vnde & difficillimum omnium factu apud Philoſophos tempus eſſe indicatur.

Facere hoc loco, habet duplicẽ ſenſum.
Gen. 1.

Cũ dicitur: Per quem fecit & ſecula, quid myſterij habeat cõiunctiua illa particula.

Æui, tẽporiſue exiſtentia qualis ſit: de eo dẽ Philoſophorum opinio.

(*⁂*)

DISPVTATIO VI.

In illa verba: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſq́; omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram Maieſtatis in excelſis: Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit Cui enim dixit aliquãdo Angelorum, &c.*

I dubitatio.

IN his paucis verbis non paruę, neq; exigui momenti difficultates occurrũt: quę quo commodiùs explicentur, primò proponetur Apoſtoli ſcopus, deinde quid ſignificatur per hanc ſpecioſam metaphoram ſplendoris gloriæ, & quid per alteram figuræ ſubſtantię eius, ſiue characteris hypoſtaſeos, vt Græca habent, & in quo diſtinguũtur. Tertiò, quomodò verbo virtutis ſuæ omnia portat, cùm verbo (quod cùm prolatum eſt, mox deficit) nihil ſit debilius, & infirmius. Quartò, quomodo de præſenti dicatur: Purgationem peccatorum faciens: nam hoc olim fecit, dum viueret. Nec enim modò in cœlo regnans aut mereri poteſt, cùm ſit extra viam, aut vllis laborioſis operibus ſatisfacere, cùm ſit in ſumma bonorum æternorum fruitione, nec amplius ſe in hoſtiam offerre poſſit cruentam, qui immortalitate, & impaſſibilitate gaudet. Quintò, quomodo dicatur à Paulo ſedere ad dexteram maieſtatis, cùm diuina Maieſtas, quæ Spiritus eſt, dextra, & ſiniſtra careat. Sextò, quid eſt illud nomen differentius, ac honorificentius, quod præ Angelis Christus habuit: nam & Angeli filij Dei dicuntur, iuxta illud: *Quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei?* Et Iob: *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* Septimò, dubitatur circa illud: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu?* videtur enim argumẽtatio Pauli minus ſolida, quia ex negatiua illationem facit, quæ imbecilla eſt apud Dialecticos probandi ratio. Deinde quomodò negatur Angelis filiorum Dei nomen tributum, cùm Iob 1. dicãtur filij Dei, & 38. Imò homines Angelis inferiores filij Dei vocantur, ſecundùm illud: *Ego dixi, dij eſtis, & filij Excelſi omnes,* & audemus dicere: *Pater noſter qui es in cœlis.* Poſtremò, cum illius verſiculi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* plures producantur ſenſus, ambigitur quis eorum ſit magis germanus, & Apoſtolicæ menti congruentior.

Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. *Pſalm. 88.* *Iob 38.* Septima. *Pſalm. 81.* *Ioan. 10.* *Matth. 6.* Octaua.

Ad I. dubit. De ordine, cõſequentiaque dictorũ.

Vt primæ difficultati reſpondeamus, dicendum eſt, maximè hæc cum præcedentibus congruere. Cùm enim dixiſſet Apoſtolus, Deum per Chriſtum ſecula feciſſe, ne quis putaret per aliquod quaſi inſtrumentum, aut miniſtrum illa facta fuiſſe; idcircò ea ſubiungit, quibus aperta diuinitas, & omnipotentia Filij exprimũtur: Quemadmodùm vt tolleret humilitatem verbi illius, Conſtituit, adiunxit: Per quem fecit & ſecula. Et vt ſuperiùs oſtendit, Chriſtum Deum eſſe ab effectu, per hoc quod fecit ſecula; ita nunc ex ipſa ſua natura Deus eſſe indicatur.

Sol. 2. dubit. His verbis: Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, &c. qualiaChriſti myſteria nobis ſignificetur.

Ad ſecundam difficultatem reſpondendum eſt, ſub metaphoris Apoſtolum nobis deſcribere Chriſti diuinam naturam, quæ longè ab eo, quod expreſſum eſſe volebat, abſunt: quia res incomparabiliter excedit omnia vocabula, & metaphoræ omnes deficiunt: & nobis bonum eſt vt deſint, vt apprehendamus illum eſſe & mentibus incomprehenſum, & vocibus minimè explicabilem.

Quid ſit propriè ſplẽdor.

Prima ergo vox dicitur, Splendor, id eſt, Græcè ἀπαύγασμα; id eſt, Relucentia, ſiue Reſplendentia, ſiue id quod ex alio corpore terſo, & polito reſplendet. Facit igitur Patrem veluti Solem quendam, & velut reſplendentiam quandam, quæ ex Sole emittitur. Et per hæc, teſte Chryſoſtomo, nihil aliud exprimi voluit, quàm Filij proceſſionem ex Patre impaſſibili. Vt enim Sol radios emittit ſine labore, ſine mutatione, aut ſine corruptione ſua; ita Pater generando Verbum, nihil patitur, in nullo minuitur, non corrumpitur, manet æquè potens ac magnus vt prius, ſi vllus tamen locus eſſe poſſet prioritati.

B. Chryſoſt. hom. 1. Splendoris proprium.

Alter ſenſus.

Deinde vt radij coæui ſunt ipſi Soli, ſine quibus Sol fuit nunquam; ita ab æterno Filius fuit Patri coæternus, & nunquam fuit Pater ſine Verbo, aut Filio ſuo.

Tertius ſenſus. *Sapien. 7.* Quanto aliter Chriſtus Dei fili⁹ quã reliquæ creaturæ, ſit ſpeculum Dei. *Prouerb. 25.*

¶ Poteſt etiam tertiò intelligi Filius, vt ſit æternæ lucis Patris refulgentia, ſicut Sapient. 7. dicitur; Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius; id eſt, Speculum, in quo tota Patris maieſtas quaſi in ſpeculo quodam exprimitur: quod de nulla creatura dici poteſt. Nam etſi creatura illuſtretur à diuina gloria ſecundùm hunc ſtatum, opprimeretur tamen, & offuſcaretur à gloria maieſtatis diuinæ. At poſt hanc vitam fortis reddetur creatura per lumen gloriæ ad recipiendam diuinæ lucis virtutem, pro ſuo tamen modo, & capacitate. Et ſicut ſplendor inſeparabilis eſt à luce; ita Filius in natura, & operatio-

Proprietas ſplendoris altera.

Quid ſit gloria: quomodo nunc accipiatur à Paulo.

Tull. 2 de Inuent.

Matth. 6.

Eſther 1.

Gloria Aſſueri quænam illa.

Exod. 16.

Luc. 9.

nibus immanentibus à Patre ſuo. Nomen autem gloriæ, quæ eſt clara cum laude notitia, vel vt Cicero ait, Frequens de aliquo fama cum laude; pro obiecto gloriꝗ hoc loco ponitur, vt ſolet interdum alibi accipi, vt ibi; *Nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis*; & apud Eſther: *Fecit grande conuiuium Aſſuerus, & oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui*; id eſt, magnificentiam palatij, diuitiarum immenſitatem, ac menſæ delitias, ex quibus quis glorificari ſolet. Ita etiam legimus, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra Ægypti: & mane videbitis gloriã Domini; &, Apparuit gloria Domini ſuper Sinai; & Moyſes, & Helias viſi in maieſtate, ſiue in gloria, vt Græca habet lectio apud Lucam. Ita hic ſumitur pro quocunque quod in cauſſa eſt, vt Deus glorificetur, vt infinitas, æternitas, potentia, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & ſimilia.

Ex quibus glorificetur Deus.

Theophylact.

Theophylactus hæc verba explicans: *Ad ipſum*, inquit, *de Filij maieſtate faſtigium tranſit, deradiationem, aut ſplendorem ipſum vocans; vt hoc diſcas, quod ſit ex Patre, ſine perturbatione, & motu quopiam prauo, citráue Patris afflictionem, vt adeò neque imminutus ſit Pater, neq; inferior factus, vtrùm quòd ex eâdem ſubſtantia, lumen ex lumine. Nam animas noſtras ille illuminauit, ac Patrem ipſe denuntiauit.* Hæc ille.

Ioan. 1.

Nomen characteris proprium noui Teſtamenti.

In ſecunda metaphora, vocatur figura ſubſtantiæ, ſiue vt Græca lectio habet, character hypoſtaſis eius. Eſt autem character, vox nullibi poſita, aut vſurpata niſi hoc loco in Nouo Teſtamento, etiamſi in Apocalypſi dicantur nõ ſemel quidam ferre characterem beſtiæ. Sed ibi Ioannes vtitur hoc nomine, ſed alio illi vicino, nempè χάραγμα. Eſt autem character forma expreſſa ex alio, ſiue nota cuipiam rei impreſſa, vt in cera ſit per ſigillum. Vnde Cicero in Oratore, χαρακτῆρα φράσεως, genus dicendi, ſiue ſtylum proprium vocat. Ita ergo dicimus Filium expreſſum eſſe ad naturam Patris notam, ſiue formam, vt eam in ſe totam complectatur, & integrè, & per omnia eam referat.

Apoc. 13.

Character quid, & quomodo ſit Chriſtus character.

Cicero.

Quintil. li. 3. c. 6. circa pr.

Hypoſtaſis quoq; cur huius nominis.

B. Hier. ep. 57. Quoniam vetuſto oriens, &c. to. 2. ante med.

Ab hoc nomine cur olim Patres abſtinuerint aliquandiu.

Subſtanria autem hoc loco non eſt οὐσία, quam Quintilianus eſſentiam vocat, ſed hypoſtaſis, ab eo quod per ſe ſubſiſtat, dicta. Et Hieronymus ad Damaſum: *Tota*, inquit, *ſecularium literarum ſchola nihil aliud hypoſtaſin, niſi vſiam, nouit.* Sic ille. Quia tamen Arriani per has hypoſtaſes nolebant diſtinguere Perſonas tantùm ab inuicem, ſed etiam naturam, & ſubſtantiam; ideò hic loquendi modus à Catholicis ab initio reiectus fuit tãquam ſuſpectus: de quo Damaſum Hieronymus conſuluit. Sad iam nihil eſſe periculi in illa loquendi ratione, declaratum eſt. Baſilius tamen Epiſt. 43. ad Gregorium Nyſſenum, alia ratione quàm Hieronymus, hypoſtaſin accepit, dicens ſignificare naturam, ſiue rem indiuiduam ſubſiſtentem.

Baſilio quid ſit hypoſtaſis: eius à charactere diſcrimen.

B. Baſil. tom. vlt.

Character verò aliud quiddam eſſe videtur pręter primum exemplar, vt qui ſubſiſtat per ſe, ſimilis prototypo, ſeu primo exemplari. Et ſicut per gloriæ ſplendorem declarauit Filium Patri inſeparabilem, & coæternum, atque ab eo egredientem; ita per characterem hypoſtaſis æqualitatem diuinarum Perſonarum exprimit. Nam quia ſplendor, ſiue reſplendentia & perſona, & ſubſtantia caret, vt ait Theophylactus: hac ſecunda ſimilitudine oſtendit, quòd Filius in propria perſona ſubſiſtat, & apud Patrem exiſtat, ſicut Ioannes Euangeliſta dixit. Nam primò Verbum oſtendens Patri coæternum, dixit: *In principio erat Verbum*: in ſequenti verò clauſula oſtendit, Verbum perſonam eſſe ſubſiſtentem, cùm ait: *Et Verbum erat apud Deum.* Ita ſimile quid hoc loco fecit Apoſtolus.

Theophylact.

Ioan. 1.

Non eſt tam dicendus Spiritus ſanctus character Patris, & Filij, vt docet hic Caietanus. Primò, quia iuxta doctrinã B. Thomæ, propriè Spiritui ſancto characteris, aut imaginis voces non tribuuntur, quæ in Scripturis Filio peculiariter competunt. Deinde, quia Spiritus ſanctus non procedit à Patre & Filio, vt ſunt duo ſuppoſita, vel duæ hypoſtaſes, ſed vt ſunt vnum ſpirationis principium: nec admittimus duos ſpiratores, ſed benè duos ſpirantes.

Prima ratio cur Spiritus ſanctus non ſit propriè character Patris & Filij, contra Caietanum.

Altera.

Figura autem propriè, forma quãti corporis eſt, quatenus quantum eſt: nam terminat & diſtinguit quantum. Sumitur autem hoc loco pro imagine: nam Eraſmus vertit, expreſſam imaginem; alij, inſculptam formam. Sed hæc imago per ſe ſubſiſtens eſt, quia operatur, creat, & repræſentat Patrem; vt propterea dicatur; *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.*

Figura quid ſit: quo ſenſu hic accipiatur.

Coloſſ. 1.

Chriſtus cur ſit imago Dei inuiſibilis, teſte Paulo.

Ad tertium dubium, cur dicat: Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ. Sicut ſuperiꝰ participium ὢν in verbum reſoluerat interpres, vertendo, Qui cũ ſit; ita hoc loco participium φέρων poterat vertere: Portatq; omnia verbo virtutis ſuæ; id eſt, Agat, ſiue moueat, & moderetur omnia. Per cũ enim per quem mũdum condidit, conditũ regit, & adminiſtrat: idq; abſq; labore, vt Chryſoſtomus explicat, expendens vim illius verbi Græci φέρειν, quod de his qui digito aliquid mouent, vel efficiunt (inquit) dici ſolet. Et verbo virtutis, non reſpõdet λόγος græcè, ſed ῥῆμα, id eſt nutus, iuſſus, imperiũ,

Tertia ſoluitur dubit.

B. Chryſ. ho. 2. in hunc locum.

& vo-

Pſal. 103.

& voluntas;ita vt ſit ſenſus:Portatq́; omnia potenti verbo ſuo,ſine quo omnia condita, in nihilum reciderent. Etſi verò verbi humani,cùm ſit accidens, ac debile, & infirmum,proprium non ſit portare aliquid: eſt tamen verbi Dei,de quo dicitur: *Cælum & terra tranſibunt,verba, autem mea non præteribunt.* Cùm autem hoc verbum non natura, ſed voluntate proferatur,commune eſt toti Trinitati. Vt enim Pater volens dicit vt aliquid extra ſe fiat, & ſit quod dicit propter omnipotentiam ſuam,quæ eſt in verbo voluntatis:ita Filius, & Spiritus eodem verbo dicunt,vt aliquid extra ſe fiat. Eſt autem aliud natura dicere,aliud voluntate:nam etſi dicat volens, non tamen per voluntatem dicit:Et hoc ſic dicto per naturam Pater filium generat ſempiternum: deinde Pater cum Filio ab æterno genito,ſimul cum illo per voluntatem ſpirans, reddit ſibi Spiritum ſanctum, hoc eſt tertiam perſonam. Præterea tres perſonæ, in quibus adhuc eſt poteſtas dicendi,vt extra ſe producant, nõ tamen internè quod ſemel eſt factum, atq; expletum,id per voluntatem ſibi ipſis communem faciunt:nam eadem voluntate dicunt,& idem verbum,ſeu mandatum proferunt. Hoc ergò communi verbo,quod in ſolidum eſt vniuſcuiuſque perſonæ,ipſe Filius portat omnia, dum cuncta conſeruat, & omnibus ſuas diſpenſat virtutes, & operationes. Nam eiuſdem eſt conſeruare, cuius eſt & condere:& eodem verbo quo creat etiam conſeruat. Eſt ergò potentia creandi, & potentia conſeruandi, ſiue regendi creata, æqualis & par per omnia in tribus perſonis.

Quale præ humano ſit verbum Dei

Matth. 24.

Verbũ illud vnde conſtet commune tribus eſſe Perſonis.

Dicere in diuinis,natura, & Dicere voluntate, eſſe diuerſa. Ratio.

Secunda.

Creare,Regere,Cõſeruare, æquè virtutẽ Dei arguunt infinitum.

Quòd ſi quæras, qua de cauſa Chriſtus non habuit ab initio hanc mundi hæreditatem prædictam? Reſpondet Apoſtolus: *Purgationem peccatorum faciens,*&c. Vbi ad quartam quæſtionem reſpondendum eſt, annotando primò Græcè non de præſenti, ſed de præterito legi: Purgatione peccatorum facta:& Græcè additur vnum verbum, nimirum,per ſeipſum, vt ſit ſenſus: Purgatione peccatorum per ſeipſum facta, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Id eſt: Arduum negotium impediuit poſſeſſionẽ hæreditatis,nimirum peccatorũ purgatio, ne frueretur illo dominio: quia etſi omni iure ſua eſſet hæreditas,neceſſarium tamen erat noſtræ redemptionis opus,quod nemo alius præſtare poterat. Hinc rectè dicitur, per ſemetipſum:ſicut & alibi dixit: *Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Ad 4. dub. Circa illud: Purgationẽ peccatorum faciens.

Matth. 1.

Quorũ Chriſtus peccatorũ purgationem fecerit.

Cùm ergò ait: purgatione peccatorum facta:omnium intelligatur. Infinita enim propoſitio pro vniuerſali accipi ſolet, vt illa; Paſce oues meas,hoc eſt vniuerſas oues. Purgauit autem ſuo ſanguine in Cruce, dũ meritò,& in cauſa,ſiue potentia remiſſionẽ omnium peccatorum à Patre obtinuit, & omnes homines peccato ſordidatos purgauit. Actu verò,& in præſenti dicitur purgare quando per fidem,& Sacramenta virtus eius ſanguinis applicatur, ita vt dici poſſit purgaſſe de præterito, & purgare de præſenti;etſi nullum meritum nouum in cœlo nunc habeat, habet tamen anteacti meriti fructum,quem in ſuos deriuat. Chriſtus ergò vt Deus,efficiẽter purgat peccata:vt homo,meritum habuit purgandi omnes homines à ſorde peccati,quia pretium obtulit & lauacrum ad abluendas animæ maculas, & à pœna etiam temporali, quatenùs eam hic pendere,aut in purgatorio etiam debemus. Et pœnas temporales quas reliquit, conuertit in exercitia virtutum. Et vt ille non aſcendit in cœlum, neq; ſedit ad dexteram Patris,niſi purgatis prius noſtris peccatis:ita voluit nos intelligere,aditum regni cœleſtis nobis non patere, niſi prius per fidem,& Sacramentum ab omni inquinamento mentis,& corporis purgati ſanctificemur.

Ioan. vlt.

Quomodò purgauerit, & etiã nunc purget iam beatus.

Aliter Chriſtus vt Deus, aliter vt homo, purgat peccata.

Quid nos doceat Chriſti poſt paſſionẽ & mortem ſuam in cœlum aſcenſus.

Et quod ait, *Sedere ad dexteram maieſtatis in excelſis,* innuere noluit, Chriſtum poteſtatem omnem,quam acceperat in cœlo, & in terra,executioni cœpiſſe mandare in cœlis,non autem in terra, vt quidam decepti putârunt. Nam hoc eſſet planè contra Domini verbum,qui dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Et ad quid quæſo data eſſet poteſtas,ſi non datum eſſet ſimul exequi? Imò hæc fuit hæreditas vniuerſorum;at qui vniuerſa dicit,excludit nihil. Imò executio in ea includitur. Nam etſi multi exiſtant,qui non credunt Euangelio, & multi credentes ſuo vitio Deo non ſubijciantur;non propterea à poteſtate eius, & regimine eximuntur: dabunt enim illi ſuo tempore debitas pœnas, & non effugient. Adde quod hoc dominium ad gubernationem Eccleſiæ militantis pertinens, poſt Iudicij diem ceſſaturum eſt, vt ait Apoſtolus, cùm reſtituet regnum Deo & Patri, tanquã qui omne negotium ſibi creditum iam conſummauerit. Nec obſtat Angeli verbum: Et regnabit in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis. Commodè enim intelligi poteſt,quod non erit vſus regni huius in hoc ſeculo: quemadmodum dicitur Sacerdotium eius ſempiternum,cui etiam regnum coniunctum fuit, & tamen in cœlis munus illius Sacerdotij vltrà non exercet.

Chriſtum ſedere ad dexteram maieſtatis in excelſis,metaphoricè quid.

Matth. vlt.

Quę Chriſto data hæreditas vniuerſorum.

Infideles & impij quomodò ad regnum Chriſti pertineãt.

1. Cor. 15.

Ioan 17.

Vt ſit regnũ Chriſti æternum, vt dixit Angelus, quod, Paulo teſte, finẽ eſt habiturum?

Luc. 1.

Hebr. 7.

Dubij 5. ſolutio.

Ad quintam dubitationem dicimus, per metaphoram ſedendi ad dexteram, frequentem, in ſacris literis ſignificari ſummum & maximum honorem. Et hoc idem eſt ac dicere, Chriſtum ſublimatum eſſe ad æqualitatem Patris. Idcircò cùm quæritur, an homo aſſumptus ſit æqualis Patri, cum diſtinctione eſt reſpondendum, quòd ille homo in quantum homo, non eſt æqualis Patri, ſed minor illo. Ipſe enim dixit, Pater maior me eſt. Si autem loquamur de Chriſto homine, qui aſſumptus eſt ad Deitatem, reſpondemus, quod natura Dei filius, & par per omnia ei & æqualis, qui in hoc ſenſu dixit; *Ego & Pater vnum ſumus*. ¶ Et quod dicitur, *Sedet*, in Græcis eſt de præterito, Sedit. Loquitur enim de exaltatione præterita, vt ad Philippen. cap. 2. Nec hæc ſeſſio derogat, quòd ab Stephano viſus ſit ſtare: quia dum ſedet, & regnat, nobis ſtat, cùm ad præſtandum auxilium, & vires in pugna pro fide, paratus eſt.

Quomodo Chriſtus ſit æqualis Patri.

Ioan. 14.

Supra 10.
Si Chriſtus ſedet ad dexteram Patris, Stephano oranti cur videtur ſtans? *Act. 7.*

Sol. 6. dubit. De eo quod Chriſtus præ Angelis differentius nomen hæreditauit, quodnam illud ſit. *Philip. 2.*

Ad ſextum, cùm dicitur: *Tanto melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit*: dicendum, Chriſtum obedientia mortis ſuæ duo promeruiſſe: alterum, vt reſurgens aſcenderet, & ſederet ad dexteram Patris, alterum, vt natura filius Dei agnoſceretur, iuxta illud: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*, Hoc eſt, nomen Ieſu, ſiue Filij Dei.

Cōparatiuus ille: Tantò melior, &c. nunc quomodò accipiatur.

Quod verò ait: *Tantò melior*: non eſt referendum ad mores, & vitæ ſanctitatem, ſed ad dignitatem eius, nobilitatem, atq; præſtantiam. Ita enim vulgus vocare ſolet meliores, eos, qui aut natalibus, aut autoritate cæteris præſtant: ita illud quod habetur ca. 7. interpretandum. Quod minus eſt à meliori benedicitur: & 3. Reg. 2. Salomon dixit de Ioab, *Interfecit duos viros iuſtos meliores, quam ſe*, id eſt, nobiliores. Et Helias 3. Reg. 19. orabat ad Dominum, *Tolle Domine, neque enim melior ſum quam patres mei*. Nomen præterea Angelorum non ponitur pro infimo ordine, ſed pro vniuerſis ordinibus, etiam ſupremis, Cherubinorum, & Seraphinorum.

Quid hoc loco per Angelos.

Et quod ait, Differentius, intellige præſtantius nomen hæreditaſſe, vt eſſet Filius Dei. Eſt enim nomen Angeli, nomen miniſtri, ſiue officij, vt Hieronym. tradit in Aggæum, c. 2. & Auguſtinus in Pſal. 103. & ſignificat nuntium miſſum ad aliquid renuntiandum. Et ſunt boni Angeli, qui ſunt Dei nuntij: & Angeli Satanæ ab eo miſſi ad ſeducendos homines. Sunt etiam Angeli, ſiue nuntij hominum, de quibus Homerus ait:

B. Hier. to. 6.

Triplex Angelorum acceptio.

Homer.

χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι, ἠδ' ϗ ἀνδρῶν.

Et abſolutè poſita vox apud Latinos, pro bono Angelo à Deo miſſo accipi ſolet. Quòd ſi eſt Angelis præſtantior, erit & vniuerſis hominibus excellentior, qui Angelis ſunt natura inferiores, ſecundùm illud; *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis*: quibus etſi Chriſtus ſecundùm carnem natura ſit inferior, eſt tamen maior gratiæ plenitudine, & muneris poteſtate. ¶ Rectè autē dixit, præſtantius nomen hæreditaſſe: quia Filij nomen non videtur cōſecutus antequam hæreditatem poſſideret: quod factum fuit in reſurrectione. Nam etſi in primo cōceptionis ſuæ momento filius Dei fuerit: quia tamen perfectam, & filio Dei conuenientem gloriam non habuit quātum ad corpus; ob id in ſua perfectione Filius Dei dici nō poterat, nec ſuper Angelos omninò eſſe videbatur, qui & illis aliquo modo, teſte Dionyſio Areopagita, quod ad regimē ſpectat, in hac vita mortali ſubiectus fuit, & inſtāte hora mortis à quodam illorum confortari indiguit. Nec hoc mirum eſſe debet, ſi matri ſuæ, & parenti nutritio ſuo Ioſeph fuit ſubiectus. Cùm verò à mortuis reſurrexit; diuturnitatem ſuā viſus eſt accepiſſe, & Dei formam, ac filiationem conſecutus, ac deniq; tunc à Patre genitus dicitur. Vnde ſubiungit: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* In cuius verbi explicatione tres poſtremæ difficultates expediendæ ſunt. Prior erat, debile videri argumentum quòd à negatiua deſumitur, & quod ſolent frequenter vſurpare noſtri ſeculi Hæretici. Nam volentes omnia eſſe expreſſa in Sacris literis, ea, quæ ex illis vehementer colliguntur, reſpuunt, etiamſi ab Eccleſia Catholica recepta ſint, argumētis: Hoc non habetur in Scripturis; ergò nō eſt verum. Sed dicendum eſt, hoc genus argumentandi, vim ſuam obtinere, quando id quod negatur in Scriptura haberi, tale eſt ac tantum, vt ſi verum eſſet, in ea eſſe debuerit, vt in propoſito noſtro, ſi tāta eſſet vnius Angeli eminentia, vt verè Filius Dei eſſet, & vocaretur, non debebant Sacræ literæ illud ſupprimere, ne debitus illi honos à mortalibus denegaretur, ſed in illis vel tribuendus præciperetur, vel Spiritus ſanctus id in Eccleſiæ traditione propoſuiſſet, quæ æquè veneranda eſt atque ipſa Scriptura: ſi hæc ad eruditionem noſtram, & vtilitatem ſpectarent.

Pſal. 8. Hebr. 2.

Quādo Chriſtus Filij Dei nomen hæreditauerit.

Vt fuerit ſubditus Angelis ille dum viueret: & quam fuerit conueniens. *B. Dionyſ. lib. de cœl. hier. c. 4. poſt med.*

Luc. 22. Supra 2.

Ad 7. dubit.

Huiuſmodi Pauli argumentationem affectant Lutherani.

Quanta diuinæ traditionis autoritas.

Poſterior difficultas erat: quia & Angelis nomen filiorum Dei inuenimus attributum in Sacris literis. Reſpondemus, ſubtiliter Apoſtolum locutum fuiſſe. Dixit enim, in ſingulari nemini dictum, Filius meus es tu: in quo non negat filiorum Dei appel-

Solius Chriſti proprium ſi eſt nomen Filij Dei, cur Angeli filiorū Dei etiam nomine nuncupantur.

appellationem in plurali illis conuenire, ac deferri, ſed propter adoptionem, & gratiæ participationem: at ſingulariter, & eminẽter vnus eſt Filius, propter ſingularem, & eminentẽ ſanctificationem, nec vllus ſingulariter ſic vocatus eſt à Deo Patre in Scripturis. Imò ipſe Apoſtolus ſibi conſonns alibi dicit: *Nam etſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus, Pater, & vnus Dominus, Ieſus Chriſtus.*

.Cor. 8.

Ad 8. dub.

Poſtrema difficultas eſt de multitudine ſenſuum quos habet ille verſus Dauidis. Nam ab Auguſtino in Pſalm. 2. de illa Filij Dei generatione quę ab æterno eſt expouitur: à Theophylacto verò de illa temporali, qua natus eſt ex Deipara Virgiue. Et Athanaſius apud Oecumenium: Appropriat ſibi Pater natiuitatem Filij iuxta carnem. Propterea dixit, Hodiè. Ita ille. ¶ Paulus verò Acto. 13. ad reſurrectionẽ Chriſti à mortuis hæc verba referenda cenſet, dicens. Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt. Quoniã hanc Deus adimpleuit filijs veſtris, reſuſcitãs Ieſum, ſicut & in Pſalmo 2. ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Quartus ſenſus, & ab alijs diuerſus eſt: Ego feci hodiè, vt intelligant omnes te eſſe Filium Dei naturalem, & conſubſtantialem, atque adeo à me genitum. Dicitur enim fieri more Scripturæ, quod eſſe demonſtatur, & oſtenditur. Quintus ſenſus huius verſiculi habetur ad Hebr. 5. de diuina electione Filij ad Pontificatum, de qua ibi erit ſermo.

I. Auguſtini :o 7. in princ. II. Theophylacti & Athanaſij. III. Apoſtoli Pauli. Quarta. V. & poſtrema, item Apoſtoli.

Hic verò dicẽdum, Pauli expoſitionem de reſurrectione, cęteris pręferendam, quia magis eſſe ad rem videtur, & quæ à verbis Apoſtoli præcedentibus de paſſione Chriſti, & ſubſequentibus de aſſumptione Gentium in hæreditatem, & in virga ferrea regendis magis quadrant. Et quia hanc expoſitionem tùm noſter Hilarius, tùm alij Græci Patres ſectantur. Dixit autem, *Ego hodiè genui te*, in aduerbio, *hodiè*, illam diem ſignificans, quam fecit Dominus, quando Filium ſuum à morte ſuſcitauit. Et nullibi in Scripturis ad literam, Hodiè, pro æternitate ſumitur. Et Athanaſius ex illa voce collegit fuiſſe temporalem generationem, non autem æternam, vt Auguſtinus. ¶ Genuit autem illa die Pater quodammodò Filium, cùm eum ſuſcitauit, & illi gloriam ſuam, & immortalitatis veſtes, ac primogenito Dei Filio condignas reſtituit. Vnde dixit Ioannes, *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Et ſic verus Dei Filius apparuit. Nos etiam regenerari dicimur, cùm ad eaſdem corporis noſtri ſuſcitati dotes, hoc eſt gloriam, immortalitatem, impaſſibilitatem, agilitatem, & ſubtilitatem perueniremus, iuxta verbum Domini: *In regeneratione, cùm ſederit Filius hominis,* &c. Et de hoc loco ſatis ſit dictum, cùm plura alibi à nobis ſint dicta.

Illorum ſenſuũ quis huic loco ſit accõmodatior. Pſalm. 2. Quo die genuerit Filium Pater, iuxta Prophetam. Pſalm. 117. B Athanaſ. Cur eo die genuerit. Ioan. 1. Nos etiam in Chriſto quãdo regenerabimur. Matth. 19.

DISPVTATIO VII.

In illa Apoſtoli verba: *Et rurſum: Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in Filium? Et cùm iterum introducit Primogenitum in Orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit, Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.*

CVM mens & ſcopus Apoſtoli non ſit ignotus, quia omnibus his Scripturarum teſtimonijs eminentiam Chriſti ſuper omnes creaturas, etiam Angelicas demonſtrare conatur; non eſt hic diu hærendum, ſed in ſingulis eiuſmodi locis diligenter inueſtigandum eſt, an ad rem propoſitam faciant, & in ſenſu literali ab Apoſtolo producantur. In primo igitur teſtimonio graue dubium eſt, quia illa verba ad literam dicta videntur de Salomone filio Dauidis: quòd ſi in eo exitum habuerunt, & complementum, videntur nõ poſſe produci ab Apoſtolo niſi in ſenſu myſtico, qui tamen refractarios, & contrarios minimè reuincit. Deinde eo dato, quòd ſermo ſit de Chriſto; dubitatur quomodo ait: Ego ero illi in Patrem, an ſecundùm naturam Diuinam, an verò ſecundùm humanam. Si ſecundùm diuinam: cùm ab æterno fuerit Deus, quomodo dicitur, Ego ero illi in Patrem? Si ſecundùm humanam; Deus nõ eſt naturalis pater Chriſti. In ſecundo teſtimonio dubitatur, quia non ſatis conſtat ex quo libro Scripturæ deſumptum ſit, etſi in Pſalmo aliquid ſimile inueniatur: *Adorate*, inquit, *eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion.* In tertio teſtimonio primò ambigitur, quid eſt illud quod ait, *Iterum: & cùm iterum introducit*: nam poteſt explicari idem eſſe iterum quod rurſum; vt ſit aliud teſtimonium. Deinde poteſt applicari verbo, *Introducit*. Secundò, eandem in hoc teſtimonio patimur difficultatem, quam in primo: quia videtur ad literã eſſe ſermo de rebus naturalibus à Deo cõditis, id eſt, vento, & igne, quæ miniſtri, & Angeli vocantur: quòd ſequentia, ac præcedentia eius verſus oſtẽdunt. Præcedit enim; *Extendens*

I. dubium. Secundum. Tertium. Pſalm. 96. Quartum. Quintum.

cælum

Pſalm.103.

cælum ſicut pellem: Qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum. Quæ etiã conſequuntur, naturæ ſunt opera: ait enim: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſeculum ſeculi. Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ.* Habet nonnullos graues autores, vt Chryſoſtomum, Theodoritum, & Euthymium, de igne & vento exponentes Angelos, & miniſtros.

B.Chryſ homil 2. in hæc verba, to.4. Theod.ibid. part 2. Euthym in Pſalm.103.

Caietanus cũ ſuis, de Scriptore huius Epiſtolæ audacius hoc loco quid ſenſerit.

Ad primam primi teſtimonij dubitationem antequàm reſpondeamus, pręmittendum eſt, Caietanum, & alios recentiores, qui eius ſententiam ſecuti ſunt, auſos fuiſſe huius Epiſtolæ autorem repruhendere, quòd locum de Salomone ad literam loquentem, violẽter ad Chriſtum detorſerit.

Prima dubij primi diſſolutio.

Illud de Salomone dictũ: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, quàm aptè de Chriſto dicatur.

Sed dupliciter poteſt hic nodus diſſolui. Primò quidem modo, aſſerendo, quòd ad literam de Chriſto ſit ſermo, vt ręctè propterea ſit productus à Paulo. Nec obſtat, etiam ad literam conuenire Salomoni: quia poſt eadem litera plures ſenſus literales complecti, vt tradunt Auguſtinus, & B. Thomas. Et vt ſæpè in Scripturis nomine Dauidis ad literam venit Chriſtus: vt Ezech. 34. *Suſcitabo ſuper eas Paſtorem vnum, ſeruum Dauid:* & Ierem. 30. *Seruient Domino Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo.* Ita etiam per nomen Salomonis Chriſtum eo loco intelligimus. Maximè quia adiecit: *Stabiliam thronum regni eius vſq; in ſempiternum:* quod Angelus Luc. 1. ad Chriſtum retulit, dicens; *Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et B. Auguſtinus enarrans in Pſalm. 71. qui inſcribitur: *In Salomonem,* aſſerit illum Pſalmum Iudæos de Chriſto eſſe prophetiam tradere, & inuictiſſimè defendere: quia quædam ibi dicta, Salomoni conuenire non poſſunt. Eſt autem regula intelligendæ Scripturæ à beato Petro Act. 2. & à B. Paulo Actor. 13. tradita. Vt quæ alicui tribuuntur, quæ non poſſunt ei conuenire, quia excedunt eius dignitatem, ad Meſſiam finem legis, & Prophetarum, neceſſariò referantur. Et eadem ratione euincimus, Pſalm. 44. epithalamium eſſe Chriſti, & Eccleſiæ, cum Salomonis, & filię Pharaonis nuptijs congruere non poſſit. Adde quod 2. Reg. 7. habetur: *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Quomodo quæſo poſſunt Salomoni conuenire, qui ſuſcitatus eſt in diebus Dauidis, cùm non ex viri, ſed ex mulieris vtero fœtus egredi ſoleat? Deinde quomodo ſtabilitum eſt regnum Salomonis in æternum, quod Angelus cap. 1. Lucæ ad Chriſtum retulit, cùm dixit: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius:* id eſt, quod in ſede, & regno Dauidis fuit pręnuntiatum, ac promiſſnm. Et quam quæſo Salomon domum Domino ædificauit? Ait enim Dominus per Eſaiam cap. vlt. *Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? Et quis eſt iſte locus requietionis meæ?* & Paulus Athenienſibus dixit, *Non in manufactis templis habitat,* ſcilicet Deus: ſed Chriſtus ipſe eſt, qui Deo ædificauit veram domum, hoc eſt Eccleſiam, quæ templum Dei dicitur. Et ſequitur in eodem loco: *Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum:* quod non de vero Chriſto, ſed de Chriſto myſtico interpretatur Dauid Pſalmo octuageſimooctauo, cùm ait: *Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu; Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ; & ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ.* Et ſaltans à ſingulari ad numerum multitudinis, ſubdit: *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c. viſitabo in virga iniquitatis eorum;* vel vt habetur 2. Reg. 7. Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. In virorum, inquit, virga, id eſt, humaniter, vt ſolent parentes corrigere filios ſuos. Vbi quod de Salomone ſolo dicitur in libris Regum, hoc Paulus interpretatur in hoc Pſalmo de filijs Meſſiæ ſpiritualibus per Regulam aſſignatam à Tyconio de Capite Chriſto, & corpore eius, quod eſt Eccleſia: per quam quæ capitis ſunt, corpori; & quæ corporis, capiti tribuuntur.

Aug. lib.3. de doct. Chriſt. c.27. to.3 ſub init. & 12. li. Confeſſ c.26. & 31 tom.1. Thom.1.p q.1.art.10.

Propoſita verba Chriſto, quàm Salomoni aptius conuenire.

I. argum. *Luc. 1. D. Aug. to.8.*

Optima nobis à Petro & Paulo Scripturas interpretandi ratio commendata. *Rom. 10.*

II. argum.

III. argum.

Veram domum quam Chriſtus Deo ædificauerit, non autem Salomon. *Actor. 17.*

IV. argum. *2. Reg. 7.*

Pſalm. 88.

2 Reg. 7.

Quid illud myſticum de Chriſto: Arguam eum in virga virorũ, & reliq.

Tyconij Donatiſtæ vtilis canon intelligentiæ Scripturarum. *Lege Auguſt. lib 3 de doctr. Chriſt. c.31. to 3. regula 1. Coloſſ. 1.*

V. & poſtremum arg.

Denique eſſe filium Dei, magis ſpectat ad naturalem filium Chriſtum, quàm ad eius membra, quæ per adoptionem tantùm de dignitate filiorum participant. Ideo Dominus Ieſus filius Patris declaratur: is enim natus eſt ex poſteris Dauidis, & aſſumptus ad naturalis filij Dei vnionẽ, vt ſubſiſtat in hypoſtaſi increata: ad quod alludit Angelus Lucæ primo, cùm dixit: *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Etſi Eraſmus verterit: Ego ero ei loco patris, & ipſe erit mihi loco filij: id eſt: Ego habebo illum pro filio, & ille me pro parente.

Luc. 1.

Prædicti loci: Ego ero illi in patrẽ, &c. Eraſmiana paraphraſis.

Secundo modo ſolui poteſt hoc argumentum, affirmando in ſenſu myſtico hũc locum Paulum produxiſſe; quia aliàs ita ſolet interdum Apoſtolus argumentari, vt facit ad Galatas quarto: vbi ex Allegoria agit in Galatas. Aliud enim eſt ex ſenſu myſtico trahi efficax argumentum, quod

Altera ſolut. prioris difficultatis.

Diony-

B. Dionyſ. epiſt 9
Aug epiſt. 48 tom. 2.
B. Hier. to 9. in princ.

Dionyſius in Epiſtola ad Titum, & Auguſtinus ad Vincentium Donatiſtam, & Hieronymus in caput Matthæi duodecimum inficiati ſunt; aliud verò probabile effici argumentum. Solent enim Rhetores argumenta topica, & probabilia certis explicatiſque adiungere. Idem quoque facit Apoſtolus, & tanto commodiùs, excellentiusque, quantò Hebræi intelligerent ea quæ de Dauide in Salomone Deus promiſerat, in Chriſto eſſe complenda, admoniti ex Scripturis. *Quis*, inquit Paulus, *militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Qui plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid ſecundùm hominem hæc dico?* Id eſt, Nunquid rationibus humanis ago? an & Lex hęc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi, *Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo?* Et ratione allegorica confirmat: *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt?*

1. Cor. 9.
Quænam Apoſtolus firma de Scripturis, & ſolida ſpiritualiter intellectis argumenta depromat.
Deut. 25.
Hebr. 7.
Scripturæ ſenſus myſtici qui minimè probabiles, vt ex ijs etiã argumenta quæ ſiunt.
Rom 10.
Apoſtolorũ ſpiritalis intelligentia Scripturarũ cur omnibus recipienda.

Idem quoque inferiùs Sacerdotij Aaronici ceſſationem, & noui ſtabilitatem, ex allegoria Melchiſedech colligit: Tranſlato enim, ait, Sacerdotio, neceſſe eſt vt & Legis tranſlatio fiat. Valent ergo rationes à ſenſu myſtico recepto, & probato, non autem ita à myſtico, & voluntario, pro cuiuſque cerebro. Nec mirum eſt, ſenſum eſſe principalem, in quem mens autoris quaſi in finem dirigitur: finis autem Legis eſt Chriſtus, in quem omnia tendunt. Præſertim verò ſenſus myſticos ab Apoſtolis aſſignatos nemo poterat reſpuere; quia illorum veritatem ſigna, quibus coruſcabant, & ſapientia doctrinæ, & vitæ ſanctitas teſtabantur, atque commendabant.

Solutio ſecũdæ dubit.

Ad alterum dubium in hoc teſtimonio propoſitum dici poteſt, quòd ſermo ſit de Chriſto ſecundùm vtramque naturam, & diuinam, & humanam, ex eo quod tunc res fieri incipit, vel eſſe, cùm incipit cognoſci. Quia ergo per generationem ex Maria, vel per reſurrectionem omnibus inclaruit fidelibus diuinitas eius, & filiatio, & in futurum conſtabit etiam infidelibus quòd Pater ipſe ſit natura eius parens, & Chriſtus natura eius filius; ideo dixit: *Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.*

Paulus, cùm ait: Ego ero illi in patrẽ, &c. de diuina Chriſti, an de humana loquatur generatione.

Ad 4. dub. De ſenſu illius particulæ: Et cùm iterum.

Inter ea, quæ in tertio teſtimonio dubitata ſunt, primò propoſitum fuit, quid ſignificet illud aduerbium: *Et cùm iterum introducit Primogenitum*, quid eſt, inquam, illud, *Iterum*, ſiue Græcè πάλιν, & an iungendum cum verbo Introducit, an ſeiungendum ab illo, vt fecit Eraſmus: Rurſus autem cùm introducit Primogenitum; & ita eſſet vocula ſecũdum, vel tertium teſtimonium citantis, & interdum redditur per aduerbium. Rurſus, vt in hoc Capite, & Roman. 15. in citandis pluribus locis frequenter ponitur. Alij verò libenter adiungunt cum verbo illo, Introducit, quanquàm variè exponi poſſit. Introductus eſt enim ſemel per incarnationem in vtero, vbi ab Angelis confeſtim fuit adoratus: quemadmodum cùm per natiuitatem de vtero matris eſt egreſſus, ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo. Tertiò, iterum ingreſſus eſt poſt mortem ad vitam ſuſcitatus, in orbem terræ, id eſt, in totius orbis terrarum poſſeſſionem, ac dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*: tũc etiam adoratus creditur ab omnibus Angelis, vt iam conſpicuus & manifeſtus Dei Filius. Et de hoc vltimo ingreſſu videtur eſſe hoc loco ſermo. Alius ſenſus eſſe poteſt, tunc primùm ad Angelos introductum Chriſtum, cùm illum oſtendit eis ante caſum, vt adorarent eum; iterum verò in Incarnationis myſterio, vel in natiuitate, vel in reſurrectione eius. Quo in loco dignum cenſui annotatione, Incarnationem Filij Dei dici introductionem reſpectu noſtri, quia is qui extra mundum erat, factus eſt pars mundi: eandem etiam dici exitum, iuxta illud: *Exiui à Patre, & veni in mundum*; &: *Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum*, & hoc reſpectu Dei, nõ quòd Deum Patrem deſeruerit exeundo, ſed vt qui cum ſolo Patre erat, inciperet etiam eſſe nobiſcum: & qui priùs inuiſibilis erat, per incarnationem factus ſit nobis conſpicabilis.

1. solutio.

Rom. 15.
Altera, & quoties fuerit Chriſtus in mundum introductus.
Luc. 2.

Quo de in mundum introitu hic loquatur Apoſtolus.
Matth. vlt.

Si vbiq; erat Dei Filius, quomodo eſt introductus in mundum?
Ioan. 16.
Matth. 13.

Et vocat eum, Primogenitum, eò quòd ipſe prior ad immortalem vitam reſurrexit; & primitias dormientium, ſcilicet eorũ qui ad vitam redeunt; vt eum omnes fide agnoſcant mortis domitorem, atque illi vt redemptori gratias agant, & perpetuis laudibus eum celebrẽt. Eſt igitur validum argumentum ad probandam Chriſti eminẽtiam ſuper Angelos; Angeli habuerũt præceptum adorandi Chriſtum cultu latriæ: aliàs nihil probaret: non poteſt autem creatura adorari ſine flagitio idololatriæ: Chriſtus igitur non tantùm homo, ſed & Deus erat, qui dignus eſt tali cultu.

Cur Paulus Chriſtũ, Primogenitum appellet.
1. Cor. 15.

Idem quàm fortiter Chriſtum euincat eminentiorẽ Angelis, ab adoratione.

Sed illud plus difficultatis habet, vnde videlicet Apoſtolus hæc verba deprompſerit. Communiter dici ſolet, à Dauide accepiſſe hoc teſtimonium, ex Pſalmo 96. qui incipit: *Dominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ*; & infrà: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Adorate eum omnes Angeli eius:*

Ad 3. dub. Illud: Et adorent eum oẽs Angeli eius, vnde ſumptum ſit.

I. ſolut.

eius: Audiuit, & lætata eſt Sion. Et probant ex eo, quòd ille Pſalmus Chriſti victoriam de morte per reſurrectionem decantat. Vnde incipit: *Dominus regnauit, exultet terra:* (ſcilicet Iudaica) *lætentur inſulæ multæ*, hoc eſt, Gentes in inſulis ſignificatæ. Et aptè cõuenit ablata idololatria poſt Chriſtum apud Gentes prædicatum, Chriſtum ab omnibus adorari.

Huius ſolutionis primũ incõmodũ.

Sed vt demus hæc omnia vera eſſe, duo tamen ſunt quæ impediunt, quominùs intelligatur deſumptum hoc teſtimonium ex illo loco. Primum, quia ibi eſt verbum Imperatiuum ſecũdæ perſonæ, videlicet, Adorate eum; hic habetur Imperatiuum tertiæ perſonæ, videlicet, Adorent eum. (Secundum.) Alterum eſt, quia in Pſalmo habemus: Omnes Angeli eius. Imò quod plus eſt, iuxta Hebræã literam habetur, Col elohim, id eſt, vniuerſi dij, etiamſi Septuaginta verterint, πάντες Ἄγγελοι αὐτοῦ: hoc autẽ loco habemus, Omnes Angeli Dei. Si igitur alius locus in Scripturis inueniretur, qui eadẽ omninò verba quæ Paulus producit, haberet (id eſt, qui neque plura neq; pauciora verba contineret) certè ex illo potius dicẽdum eſſet Paulum citaſſe.

Altera ſolutio, longè ſolidior.

Dent.32.

Cùm igitur in Cantico Moyſis inter illum verſiculum: *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes:* & verſum ſequentem: *Laudate Gentes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur,* integer verſus in Hebræo codice deſideratur, qui tamen apud 70. inuenitur: εὐφράνθητε οὐρανὸς ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ. Hoc eſt: *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum vniuerſi Angeli Dei:* habemus omnia verba pręcisè quę Apoſtolus produxit: nec certè tantus Apoſtolus, & Hebræus, apud Hebræos citaſſet, quod in Hebræo codice ſuo tempore non haberetur. Ex quo intelligimus, poſt Apoſtolorũ tempora violatam, & in multis locis corruptam fuiſſe Scripturam, vt etiam Hieronymus in ſuis ad Galatas commentarijs, non leuibus coniecturis ſuſpicatur. Nec enim credẽdum eſt 70. interpretes verſiculos integros de ſuo capite addidiſſe, atque Cantico Moyſis affinxiſſe, cùm non ignorarent Dei ſententiam in eodem libro ſcriptam: *Nõ addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Neque veriſimile eſt, Paulum Apoſtolum peritiſſimum virum, verſiculum non canonicum, ſed apocryphum quaſi in ſacris literis contentum, ad probandum Chriſti diuinitatẽ produxiſſe. Adde, quòd præter Paulum Patres veteres huius peculiariter teſtimonij mentionẽ fecerunt, tanquàm ſacroſancti, & canonici; vt Iuſtinus

Primũ argumentum, ad probandum, dictã ſententiã, vt & alias Scipturarũ complures, à Iudęis deprauatam fuiſſe atque corruptam.
B Hier. in c.3 ad Galat. tom 9.
Deut 4.
Infra 12.
Prouerb 37.
II. argumentũ à Patribus.

martyr in Dialogo contra Tryphonem, & Auguſtinus libr. 5. locutionis ex Deuteronomio. Tradunt verò hunc locum allegatum hic à Paulo, Theodoritus libro Quæſtionum in Deuteronomium, & Procopius Gazæus, & Euthymius, in eundem locum Deuteronomij ſcribentes. Adhæc in ſequenti verſiculo alius eſt error in Hebraico codice, qui etiam corrigendus eſt per ſeptuaginta interpretes. Habent enim: Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Id eſt, Laudate Gentes populum eius, vt habetur Romanor. 15. vel: Lætamini Gentes cum plebe eius. Addunt verò Septuaginta, quæ in Hebræis deſiderantur: Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ: hoc eſt: Et confortent eum ſiue corroborẽt eum omnes filij Dei. Quæ verba Epiphanius in Arrianos diſputans, & in Ancorato allegat ad probãdum, Chriſtum ab Angelo in horto confortatum: atque illo eodem verbo ἐνισχύειν vſurpato à Septuaginta, vtitur Euangeliſta Lucas capite vigeſimo ſecũdo, & Apoſtolus ad Philippenſes, cùm ait: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.*

Tom. 2. Cap 96. & vlt. to. 3. ſub init. Quæſt. 22. circa princ.
Deut 32. Hebræa lectio in duobus etiam corrigẽda, & quænam illa.
Rom. 15.
B. Epiph in hæreſ. 59 procul a med.
Luc. 22.
Philip 4.

Deinde aduerte, quod cùm hic, & præcedens verſiculus ab eadem voce Gręca incipiat, nempè εὐφράνθητε, procliue fuit, vt librariorum incuria, prior verſus omninò deſideretur. Vbi enim duæ, vel plures lineæ ab eadem voce incipiunt, hic lapſus à parùm oculatis ſcriptoribus admitti ſolet. Expende etiam, priorem huius verſiculi partem, quæ in Gręco ſimul & Hebręo codice habetur à Paulo ad Roman. 15. proferri, ad probandum Gentium vocationem: ideo mirum eſſe non debet, ſi per hoc Canticum de Chriſti Domini myſterijs Moyſes præcinuerit. Nam in eo prophetat reprobationem populi Iudaici; & in eius locum Gentiles vocari indicat. Poſtremò perſpice, idem eſſe filios Dei & Angelos: nam ita Iob 1. & 2. Angeli vocantur: & Propheta Pſalmo octogeſimo octauo. *Quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei?*

Librariorum familiare vitium.
Moſaici illius Cantici: Audite cœli quę loquor, cap. 32. Deuteronomij contentum præcipuum argumentum Chriſtus.
Rom. 15.
Angeli, & filij Dei, idem ſunt in Scripturis.
Iob. 1.
Infrà 2.
Pſalm 88.

Cùm ergo indicans Diuinam Chriſti naturam, dixiſſet: Et adorent eum omnes Angeli Dei, vt citauit Paulus; ita in ſequenti verſu ſubiungit de humana naturæ, quæ confortatione, & miniſterio Angelorum in cibo, & potu in deſerto indiguit: Et cõfortent eum omnes filij Dei; vt intelligamus, Angelis, qui filij Dei dicuntur, præceptum eſſe vt adorarent Dominum, & eum corroborarent, & in neceſſarijs ei inſeruirent. Etiamſi aliter Græci Patres interpretentur. Et tunc ſequitur: *Quoniam ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.*

Illorum miniſterio quomodo Chriſtus indiguerit. Eiſdem mandata de Chriſto.
Matth 4.
Deut 32.

Iam

V. dub. ſol.

Iam ad alteram difficultatem in tertio teſtimonio propoſitam aliquid dicendum eſt. Hæc igitur difficultas erat ſimilis illi, quæ in primo teſtimonio tacta eſt: videlicet textum de igne, & ventis quæ Deo miniſtrant, & eius renuntiãdę voluntatis ſunt ſymbola, quomodo ad veros Dei Angelos ſignificãdos ad literam detorquere videatur.

Prophetæ de vẽtis, & igne teſtimonium Qui facit Angelos tuos ſpiritus, &c. vt Chriſto, Angeliſque conueniat.

I. Solut.

Reſpondemus igitur duobus modis, ibi eſſe ad literam ſermonem de Angelis, qui inter primas Dei creaturas computantur, & ſunt ſpiritualis naturæ, facti tamen Angeli, boc eſt nuntij: qui etſi ob efficacẽ virtutem ſunt maximè actiui, velut ignis vrens, & celeres velut venti; facit tamẽ eos Deus miniſtros ſuos. Dignior autem eſt qui recumbit in dextera Patris, quàm qui aſſiſtunt, & adminiſtrant. Græca tamen litera indicat per articulos, quos addit vocibus, Angelos, & miniſtros, habere locum ſubiecti; Spiritus verò, & ignem vrentem, qui carent articulis, locum prædicati. Ὁ ποιῶν τῆς Ἀγγέλυς αὐτῦ πνέγματα, καὶ τὺς λειτυργύς αὐτῦ πυρὸς πλόγα; vt ſit ſenſus: Qui facit Angelos ſuos celeres inſtar vẽtorum, & miniſtros ſuos facit ignem vrentem, & vim & efficaciam operandi.

I. argum. quo probatur dictũ teſtimoniũ ad Chriſtum, & Angelos magis propriè pertinere.

Eadem ſententia explicatur ad literã.

II. argum.

Præceſſit etiam de Angelis, quibus præceptum eſt adorare Chriſtum: non igitur de ventis, ant igne, ſed de Angelis, qui ſunt ſpirituales, & veloces, & actiui, & ſapientia præſtantes, vt Cherubini. E miniſtros ſuos facit ignem vrentem, id eſt, Seraphinos, qui igne amoris Dei ardent, qui tamen vt ſerui adminiſtrãt Meſſiæ.

Cherubin & Seraphin quales.

Par autem erat, vt quia Angelorũ, creatio rectè erat apud Moyſen in Geneſi deſcripta, extaret aliquis apertus locus, qui eorum deſcriberet cõditionem, naturam, & officium. Et ſi tanta eſt eorum natura, quid erit & gratia? quanta & eorum gloria, cùm pro menſura naturæ diſpenſata ſit gratia, & pro gratię ratione reddita beatitudo?

Geneſ. 1. Angelos à Deo cõditos & creatos fuiſſe, nuſquã Moyſes expreſſit.

II. Solut.

Additur & alia ratio: nam ille Pſalmus non tantùm celebrat Deum in operibus naturæ, ſed etiam in operibus gratiæ. Vnde ait: *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur; & renouabis faciem terræ.* Eſt ergo ſermo de Chriſto, qui miſit Spiritum ſuum in Apoſtolos; & ideò à principio ait: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer:* magis autem reſplẽdet magnificentia Dei in effectis gratiæ, quàm naturæ. Et cùm primum narrat cœlos condidiſſe, & illos aquis, id eſt, cryſtallino cœlo texiſſe; ſubdit: *Qui ponis nubem aſcenſum; vel currum tuum:* nam vtitur nubibus inſtar currus, quo vehi ſolet. Addit: *Qui ambulas ſuper pennas ventorum.* Vbi deſcribit celerrimum eius currus motum. Iam huic currui deerant miniſtri, & aurigæ qui ducerent: at iſti non quæuis infima creatura, ſed ſuprema & angelica recenſentur, quæ perpetuò Deo aſſiſtit vt miniſtra: ideò adiecit: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus;* id eſt ſpirituales mentes, & intelligentias habet pro nuncijs ſuis, & miniſtris.

Actor. 2.

Pſal. 103. Priores ſentẽtiæ myſticè declarantur.

III. argum.

Denique Scripturis dandus eſt illuſtrior ſenſus, quem verba capere poſſunt, & ille cæteris præferendus: at quod ventis & igne vtatur pro miniſtris ſuis non adeò magnum eſt, cùm tota creatura illi deſeruiat: at quòd ſuprema ac nobiliſſima, atque Deo quàm ſimillima id genus ſeruitij præſtet, & nobis vtile eſt noſſe, ne dedignemur illi miniſterium impendere, cùm ſupremæ illæ intelligentiæ nobis præſtantiores ei promptiſſimè inſeruiant. Et cùm priùs præceptum Angelis datum retuliſſet, quo Chriſtum adorare iubentur; ita de ſpiritibus ſuis ſubdit, eos Angelos efficiens, & flammam ignis, id eſt, amore incenſos, vt Seraphinos, miniſtros. Eſt enim Spiritus nomen, naturæ, ſicut Angelus officij. Ita homo, nomen eſt naturæ humanę; miles verò vox eſt officij. Facit ergo Angelos de ſpiritibus, vt de bominibus Rex milites efficit.

Spiritus Angelus, homo & miles, huiuſmodi appellationes quid denotent.

Altera ſolut. quintę dubitationis.

Poſſumus quoque affirmare, duplicem hic eſſe ſenſum literalem, alterum pręcipuum de Angelis, quem tradidit Spiritus ſanctus per Apoſtolum; alterum minùs principalem de igne, & ventis, quorum miniſterio Deus vti cõſueuit cùm voluit: quem ſenſum alio loco latè ſumus perſecuti. Nõ ergo male ſolueret, qui aſſereret, in myſtico ſenſu hunc locum à Paulo allatum, cùm probabilis ſit, & Scripturis conſonus, & à tanto Apoſtolo productus, qui ſignis, & ſapientia, & vitæ ſanctitate oſtendebat ſe à Deo miſſum tanquam verum & fidelem ſacrarum literarum interpretem. Et de his hactenus.

Tripliciter Paulus verũ atque legitimum Scripturarum ſe declarauit interpretem.

DISPVTATIO VIII.

In qua omnia teſtimonia, quæ in hoc capite continentur, nimirũ: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, in ſeculum ſeculi: Virga directionis virga regni tui, etc &: Tu in principio, Domine, terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt veſtimentum veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur, &c.* in finem vſque capitis ediſſeruntur. & explicantur.

Scopus Apoſtoli.

PERSTAT adhuc Apoſtolus in demonſtrãda per ſacras literas Chriſti præ Angelis excellentia: & idcircò cum ante dixiſſet: *Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*; ita opponendo ait: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, &c.* In quibus verbis primùm dubitatur in hoc teſtimonio, quod conflatur ex duobus verſibus Dauidis, ex Pſalm. 44. quia videntur omnia illa de Chriſto interpretari vt homo eſt, maximè ſi Deus ſit Nominandi caſus, vt ſit ſenſus: Thronus tuus Deus eſt, atque ille quidem Deus tuus. Dubium quoque eſt, quomodo ſit explicandum aduerbiũ, Propterea an vt reddat cauſam, an vt à poſteriori argumentetur, vt ab effectu. In ſecundo teſtimonio circa illud: *Tu in principio, Domine, terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli*, obijci poſſet à Rabbinis cõtra Paulum, quòd ibi eſt ſermo de Deo, non Meſſia; & quod eſt pſalmus pœnitentiam agentis, ſiue lugentis peccata. Adhæc in tertio, quomodo poſſunt perire cœli, qui Ariſtoteli ſunt neque generationi, neque corruptioni obnoxij? & quales ſunt iſti cęli, aërei ne, qui diluuio perierunt, & igne perituri dicuntur, an reuera ſupremi illi & cœleſtes orbes, & qui quinta eſſentia à Philoſopho vocantur.

Pſalm. 44. — Primum ambiguum. — Secundum. — Tertium. — Quartum. — *Philoſoph. li. 2. de Cœlo, tex 3 tom 2. Idem lib 1. de Cœlo, à tex. 7*

In quarto teſtimonio, in verbis illis. Sede à dextris meis, poſſet in dubiũ reuocari, quoniã Rabbini alios ſenſus illi loco tribuunt, Loquitur enim, aiunt, aut Deus pater Abrahæ, aut Dauidi Regi. Præterea ſextò, quo modò Meſſiam permitit ſedere ad eius dexteram, cùm eundem honorem, quicunque ille ſit, tribuat Apoſtolus in alio loco iuſtis & pijs dominibus? Ait enim ad Epheſ. *Conreſuſcitauit, & conſedere fecit cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Et alibi: *Qui vicerit, dabo ei ſedere in throno meo, ſicut ego vici, & ſed in throno Patris mei.* Septimò in poſtremis verbis: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c.* dubium occurrit ex doctrina B. Dionyſij Areopagitæ Pauli Apoſtoli diſcipuli, qui tradit, Angelos primæ & ſecundæ hierarchiæ nunquam ad nos mitti. Hi igitur ſeptem ſunt ſcrupuli circa hæc verba, digni prorſus qui reſoluantur: ante quos omnes præcedere poſſet alia dubitatio, quorſum videlicet Apoſtolus tot teſtimonijs apud fideles Hebræos Chriſti cauſam de eius eminẽtia, ac diuinitate agere voluerit, cùm ſatis eſſet vnum aut alterum. Fruſtra autem vt dici ſolet, fit pluribus, quod poteſt effici paucioribus.

Quintum. — Sextum. — *Epheſ. 2.* — Septimum. — *B Dio. in Cœleſti hier. c. 13 ſub init. & alibi.* — Octauũ atq; poſtremum.

Ad VIII. quęſtionem.

Sed vt ad hanc primùm dubitationem reſpondeamus, aſſerimus, Apoſtolum, hãc de Chriſti magnitudine ſententiam cõfirmatiſſimam reddere voluiſſe, & illam cordibus Hebræorũ credentiũ imprimere, ac proinde tot accumulaſſe teſtimonia, vt ne vllus quidem ſcrupulus de ea penes eos reſideret. Deinde non ſolũ optabat de re tãta nos eſſe certos, ſed etiam Scripturarum ſenſus nobis aperire, vt faciliùs poſſemus Chriſtum in occultis, & abditis Scripturis inuenire. Item ſicut Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, Apoſtolis aperuit ſenſum vt intelligerent Scripturas; & incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant: ita inſtructiſſim', & peritiſſimus Paulus Chriſtum æmulatus, idem efficere tanto teſtimoniorum aceruo conatus eſt. Et hæc de vltima dubitatione.

Cur tot Apoſtolus, cùm vnum ſufficeret ad Chriſti diuinitatẽ comprobandã, attulerit teſtimonia Scripturarũ. II. Ratio. Tertia. *Luc vlt.* — *Ibidem.*

In primo teſtimonio conſtante eſt duobus Dauidis verſibus: *Ad Filium autẽ, thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui:* & *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c.* primùm eſt id explicandum, quod ait, Ad Filium. Et perinde eſt ac dicere, De Filio autem. Sicut quod paullò ante dixit: Et ad Angelos quidem dicit, pro, De Angelis autem teſtatur. Ita Lucæ 19. *Ait Ieſus ad Zachæum, Quia hodie ſalus domui huic facta eſt*: pro eo quod eſt, Dixit Ieſus de Zachæo: quæ dicendi phraſis frequens eſt in nouo Teſtamento, & præſertim apud Paulum, quam Haymo noſter hoc loco non ignorauit.

Ad I. quæſt. — Illud: Thronus tu' Deus &c. quomodo ad diuinã Chriſti naturã pertineat. *Pſalm. 44.* Ad aliquem loqui, vel dicere, quid more Hebræo. *Luc 19.*

Quòd verò Pſalmus quadrageſim' quartus nihil ſit aliud quàm Epithalamiũ, quod olim Dauid Propheta myſteriorũ pręſcius cecinit de Verbo æterno ſponſo coniungendo cum Eccleſia ſua ſponſa, ad excitandam in ſe, & in omnibus lectoribus [illegible]dem Meſſiæ, & lætitiam de eius aduentu: docet vniuerſus Rabbinorum antiquorum cœtus, & iuniores Rabbini, vt Dauid Kimhi, Auen-Eſra, Salomon. Confirmat etiã Ionathas paraphraſtes Chaldæus, qui deliteſcẽtes in Scripturis ſenſus de Meſſia aperire conſueuit. Idem tradunt vniuerſi Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ Patres, tã Græci, quàm Latini. Sed ſuper omnes ſatis nobis eſſe debebat vna Pauli ſententia, quæ eius Pſalmi verſiculos Meſſiæ ita applicauit, vt alteri competere poſſe non videantur. Et idem corroboratur ex titulo præfixo, In finem (ſiue vt Græca habent, Νικοποιῷ, & Hebręa, Lammazeah, hoc eſt, Vicenti, vel Victori) pro ijs qui commutabuntur in filijs Core ad intellectum canticum pro dilecto. Hieronymus putat, ijs verbis ſignificari carmen triumphale, quod caneretur in templo pro victoria de hoſtibus parta:

Pſalm. 44. ad Chriſtum tãtummodo, & eius ſponſam Eccleſiã pertinere oſtẽditur multiplici teſtimonio. — Ionathæ Chaldæa paraphraſis, quid proprium habeat. — Eius Pſalmi titulus qualis. — *Hier. in dicti Pſal in princ. epiſt. 140. init. to. 3.*

vt me-

Iudæi de illo Pſalmo, & hæreticæ cæcales, & impuri quid ſentiãt.

vt mera ſit fabula quod nouelli Iudæi aſſerunt, hoc canticum de nuptijs Aſſueri & Eſther fuiſſe cantatum; alij autem in nuptijs filiæ Pharaonis cum Salomone. Sed proprium eſt Iudæorum & hæreticorũ ex ſpiritu carnem efficere: ſicut filiorum Dei, qui ſpiritu Dei aguntur, carnem in ſpiritũ conuertere.

Illorum & ſiliorum Dei conditio omnino contraria. Rom. 8. I. Ratio.

Quòd autem omnia Pſalmi huius verba ad Humanitatem referenda ſint, verũ non eſt. Nam in primis illud nomen, Deus, non eſt in Nominandi caſu poſitum, vt putauit Eraſmus, ſed Attica phraſi eſt Vocatiuus; nam illi Nominatiuus pro Vocãdi caſibus vti conſueuerũt. Quòd ſi obijcias; Si, Deus, eſt Vocandi caſus, quòmodo Deus habet Deũ ait enim; *Thronus tuus, ô Deus; Deus tuus.*

Si Chriſtus eſt Deus, thronus ei quomodo Deus eſt. Secunda.

Dicendum eſt, Chriſtum quatenus homo eſt, Deum habere, non quatenus Deus eſt, & Dei filius, nõ enim habet alium Deũ diſtinctum à ſe ipſo, ſed aliam perſonam, hoc eſt Patrẽ. Præterea, in Scripturis nõ habemus quòd ipſe Deꝰ ſit thronus, vel ſedes Meſſiæ: ſicut eum loquimur de ordine Angelorum qui dicuntur Throni, & de homine iuſto, de quo dicitur; *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.* Tertiò, quod ait: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi*, deſignat regnum Chriſti æternum, quod puri hominis eſſe nequit, & ſupplendum eſt aliquod verbum: *Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi:* ſcilicet ſtabilietur, vel firmabitur. Et per Metonymiam thronus in quo Rex ſedere ſolet, pro regno accipitur: nam vt Cathedra, ſedes eſt Doctoris, & magiſtri docẽtis; Tribunal verò iudicis ius dicentis, ita ſolium, & Thronus, Regis eſt regnantis.

Tertia.

Throni, Cathedræ, ſedis & Tribunalis porpria ſignificatio.

Explicatur id Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.

Sequitur: *Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.* Id eſt, poteſtas tua regia, quæ per virgam, vel per ſceptrum ſignificatur, ſicut priùs per thronum, iuſtitia & æquitate nititur. Et directionem ad vitã explicat Paulus eſſe æquitatẽ; quę nihil eſt aliud quã iuris moderatio: non enim ſummò iure regit nos, & ſæpè bona voluntate noſtra contentus eſt: & pauca obſequia multis, & amplis remunerat prœmijs pro munificentia ſua. Et hac virga iuſtam vindictam malis retribuet: ipſe.n. per ſe ipſum veniat ad hoc iudicium ſiquidem omne iudicium datum eſt illi à Patre, & reddet vnicuiq; prout geſſit in corpore. Raro ſiquidem in ſacris literis de Chriſti Humanitate fit mentio, quin etiam fiat de Diuinitate; vt quantum amor in Chriſtum, vt homo eſt, excitatur, ex eo ꝙ caro noſtra, & frater eſt; ita etiam timor & reuerentia, atq; honorificentię, quę tantæ maieſtati debetur, à nobis exprimatur. ¶ Eſt autẽ hoc modo litera huius clauſulæ

Quid ſit æquitas.

Ioan. 5. 2. Cor. 5. De humana Chriſti natura & diuina, Scripturę ſemper ſe ſemper ur mixtim quantur. Iadẽ ſenten ia (videlicet,

cõſtruenda. Virga regni tui, eſt virga directionis: quod in Grecis articulus oppoſitus regno, & nõ directioni oſtẽdit: Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Simile eſt illud quod in alio loco dicit: *Cinerẽ tanquã panem manducabam*; id eſt mãducabam panem tãquam cinerem. Et id quod paulò antè produximus; *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, &c.*

Virga directionis, virga regni tui) vt ſit ordinanda. Pſalm. 101.

Subdit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, ſeu exultationis.* Præteritum poſuit pro futuro, vnxit, pro, vnget, vt notat Damaſcenus. Vngebantur olim Reges, Sacerdotes, & Prophetæ: at Chriſtus à Patre eſt vnctus in Regem, Sacerdotem, & Prophetã vt omnib. modis dicatur vnctus, ſiue Chriſtus, ſiue Meſſias.

Qui vngerẽtur olim, & quot modis Chriſtũ vocetur Deus. Damaſ lib. 4 de Ortho fide c. 6. in ſine

Et addit: *Deus, Deus tuus.* Quorum primũ verbum Deus, in vocandi caſu eſt accipien dum, vt docet Hieronymus ad Principiam Virginem: alioqui nulla dignitas Chriſto in illis verbis tribueretur. Et ita Aquila in vocandi caſu Θεὲ, & nõ Θεὸς, tranſtulit: quãquam ſi in Nominandi caſu Θεὸς diceretur, vt diximus ſuperiùs Nominandi caſus pro Vocandi Atticè acciperetur. Et ita ter in illo Pſalmo Meſſias dicitur Deus: nam apoſtrapbans ad Meſſiam dixit: *Thronus tuus Deus, in ſeculum ſeculi*: Et eum ſecundò ait: *Vnxit, te Deus, Deus tuus*: & denique tertiò, eum inferius ait, *Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

Illud: Deus, Deus tuus, quomodo accipiẽdum ſit ſecũdum Hieronymum. Hier. ep. 109. to. 3. remotius à princ.

In hoc Pſal. 44. quoties Chriſtũ Deũ agnoſcit Propheta.

Oleum verò exultationis, & gaudij, vocat Spiritum ſanctum, & plenitudinem gratiarum eius: de quo B. Petrus dixit: *Quem vnxit Deus Spiritu ſancto, & virtute.*

Quid oleum exultationis quo vnxit Chriſtũ Deꝰ Actor. 10.

¶ Si pietas, de qua re ſit conceptum hoc gaudium? De Chriſti victoria contra Iudæos: de triumpho contra hoſtes noſtros capitales, hoc eſt Dæmonem, Mundũ, Carnem, & Mortem: de ſpoliorum ablatione, de manu hoſtis, de inferorum traductione, & apertione cęlorum; de ingreſſu cum triumpho in gloriam.

Quæ cauſſa eius gaudij ſeu exaltationis exstitit. Coloſ. 1.

Adiungit: *Præ conſortibus, vel præ participibus tuis.* Id eſt præ omnibus, qui de tuo Spiritu, & donis participarunt. Nam de plenitudine omnes partem accepimus, nemo totam plenitudinem præter ipſum. Ideò Chriſtiani nuncupamur, quaſi particeps vnctionis, de quibus Dilectus: *Et vos vnctionem quã accepiſtis ab eo, maneat in vobis.* Hinc eſt, quòd in Baptiſmo vngitur Chriſtianus in vertice, & in fronte, chriſmate, dum Confirmatur: & in diuerſis corporis partibus oleo linitur, ad extremum cum morte, & eius timore agonem.

Præ quibus participibus & quate Chriſtus fuerit vnctus. Ioan. 1. 1. Ioan. 2. Baptiſmalis ſacro chriſmate vnctionis in vertice & frõte fidelium cauſa.

Dubium autem eſt, an aduerbium Propterea, cauſale ſit, an verò ſignũ, & effectũ à poſte-

Ad II. quæſt. De particula

Propterea cauſam hoc loco an effectũ denotet.
Hier. ſupra d. loco.
Matth. 28.

poſteriori deſignet. Hieronymus in Pſalmum 44.interpretatur eſſe cauſam, & vnctionem intelligendam de gloria corporis de dominatu cœli, & terræ, & de poteſtate data in cœlo, & in terra, & de adoratione Latriæ quam promeruit, ac demùm de poteſtate iudiciaria: Quæ omnia & ſi per incarnationem debita ſibi reddiderit:in altari tamen Crucis Patri ſe offerens, denuò promeritus eſt. Nã ibi tunc propriè dilexit iuſtitiam, hoc eſt iuſtos, & odiũ habuit iniquitatis,ſiue iniquorum, Tunc etiam ſeruauit iuſtitiam,dãdo Patri gloriam, & pretium noſtræ redemptionis, & nobis indebitam miſericordiam; Diabolo autẽ,meritas à ſe pœnas,& imperium eius ſpoliando.

Hebr. 5.
Chriſtus iuſtitiã dilexerit (vt ait Propheta) & oderit iniquitatẽ potiſſimum quando.

Et ita locus ad Philipp. 2. explicatio eſt præſentis loci. ¶ Alij verò putant Apoſtolũ argumentati ab effectu,&ſigno gratię Dei. Nam ob id Chriſtus à momento incarnationis pleniſſima gratia vnctus fuit; vt poſſet illa opera tam ſancta, & hæroica præſtare. Vt ſit ſenſus: Propter hoc, videlicet vt diligeres iuſtitiam, & odio haberes iniquitatem,vnxit te Deus præ participibus tuis. Eſt enim natura huius olei,quod eſt charitas, ſiue Dei gratia, vt quiſquis Deo ſit vnctus, non poſſit non diligere iuſtitiam, & odiſſe peccatum.

Alter ſenſus.
Diuini olei id eſt gratiæ Dei, efficacia

In ſecundo teſtimonio producto ex Pſalm.101.&,Tu in principio Domine terram fundaſti, &c. dubitatũ fuit, quomodo Paulus ad id Meſſiam accommodauerit, cùm ad Deũ pertinere videatur. Ad quòd dicimus,nos non negare Pſalmum eſſe pœnitentialem; ſed cõfitemur potuiſſe Dauidem peccatorem orãtem, & ſe ad Meſſiam filium Dei,& Iehouah appellatũ cõuertere ad quem perſæpè preces fundere ſolebat, non ignorans aliquando per illum omnibus affuturam peccatorum remiſſionem. Vnde & in alio loco dicitur: *Quia apud Dominum miſericordia,& copioſa apud eum redemptio.Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius*:& alibi: *Cum auerterit Dominus captiuitatẽ plebis,exultabit Iacob, & lætabitur Iſraël.* Loquitur de captiuitate quæ eſt à peccato, & à Diabolo, quæ fit per iuſtificationem: cuius fructus eſt gaudiũ,pax &c.Teſtantur autem illum Pſalmum de Meſſia intelligẽdum verſus 13.14.& 16. Non repugnat etiam, peccatorem ſe coram Deo humiliantem,&peccatum confitentem cognoſcere, quòd in eum peccauerit,qui mundum cõdidit,qui immortalis eſt & æternus. Ait ergo:*Tu in principio Domine terram fundaſti.* Vbi primùm expende,vocem,Domine,nõ eſſe in Hebræo, eſſe tamen in Paulo, & in Septuaginta,qui illos perpetuò ſequitur,& illa

Ad II. quæſt. Hæc verba: Tu in principio Domine terrã fundaſti & reliq. Dei ſolius, propria, ad Meſſiã quomodo pertineant.
Pœnitẽtialis præſertim cũ ille ſit Pſalm.
I. Solut.
Pſalm. 129.
Pſalm. 13.
Quã auerterit Deus captiuitatẽ à plebe ſua & quo modo.
Rom. 14.
Altera ſolutio prædictæ quæſtionis.
Verbũ illud, Domine,in dicto teſtimonio à 70. cur additum..

vox addita eſt maioris claritatis gratia:ſicut etiam Eſaiæ 51. *Domine, quis credidit auditui noſtro?* Vbi etiam verbum,Domine,non eſt in Hebræo.Deinde perſpice,his verbis docere Apoſtolum quod præmiſerat,nempe, Per quẽ fecit & ſecula. Et ita indicat Chriſti potentiam, æternitatem,& immutabilitatem. Cùm autem duo extent in Geneſi principia,vnum æuiternorum, & æui cum dicitur: *In principio creauit Deus cœlum & terram*, id eſt Angelos, & materiam primam, vt multi Patres interpretantur, & materiæ illius informis periphraſis verba ſint quæ ſequuntur: *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & Spiritus Domini ferabatur ſuper aquas:* aliud verò ſit principium temporis, cum dixit: *Fiat lux, & facta eſt lux: factumq; ex veſpere & mane dies vnus*, vel primus: Hoc loco Dauid ad hoc Principium ſecũdum ſpectat, cùm ait, *Tu in principio illo temporis terram fundaſti*, nimirum ex materia illa inuiſa, ſiue informi, vt dicitur Sapien.11. condendo omnia elementa, vt ſcilicet ſtaret, & non inclinaretur in ſeculum ſeculi, ſed ſuper eam quaſi in centrum grauitatis mundi cætera ſtabilirentur.

Eſaia 53.
Diuinæ tres perfectiones Chriſto propoſitis in verbis à Paulo attributæ.
Geneſ. 1.
Duplex principiũ rerum creatarum expreſſum in Geneſi.
De quo illorũ principio fit ſermo apud Prophetã cũ ait: Tu in principio Domine terrã fundaſti.
Sap. 11
Pſalm. 130.

Et in manibus,per metaphoram ſignificatur operationis propoſitæ executio, quia ſunt propria operationis organa:ſicut alibi ait: *Quoniam videbo cœlos tuos,opera digitorum tuorum.* Ob admiranda enim opera quæ in cœlis cernuntur,digitis tribuit Diuinis eorum conditionem,quia digitis non niſi magna, ſubtilia, & admirabilia operamur. Et per manus excluſit Angelos à virtute creãdi: quoniam quod nos manibus noſtris operamur, nullo alterius auxilio facere videmur. ¶Et per duo extrema cœli,& terræ,id eſt centri, & circumferentiæ, intellige vniuerſa,quæ in cœlis, & terra,& alijs elementis continentur.

Opera creationis manibus & digitis Dei cur fieri dicantur more Scripturæ.
Pſalm. 8.
Quid etiã manuũ Dei appellatione ſignificare Propheta voluerit:& opera, inquit manuum tuarum ſunt cœli.

Sequitur: *Ipſi peribunt, tu autem permanebis.* Dubitatum fuit,quomodo incorruptibiles, & ingenerabiles cœli ſecundùm Philoſophum dicantur perituri:quanquã Plato ſecutus Dei verbum,generabiles poſuerit,& corruptibiles. Tradit enim Euſebius lib.11.de Præpara. Euag.cap.17.de Platone hæc verba:*Et rurſus;Erit cœlum nouum,& terra noua.* Audi quomodo Plato etiã hoc dogma comprobauit in Timæo,dicens: *Conſtituit cœlum viſibile, atque tangibile, & propter hæc,ex iſtis, & talibus, & ex quatuor numero mundi corpus factum eſt, proportione conueniens à cæteris omnibus indiſſolubile,præterquam ab eo qui colligauit.* Et poſt pauca: *Tempus igitur cũ cœlo factum eſt, vt ſimul facta, ſimul etiam diſſoluantur, ſi quãdo ſolutio quædam ipſorum fiet*

Ad IV. q. de eo quod cœli ſuapte natura incorruptibiles ſecundũ Philoſophũ perituri dicuntur.
Euſe. to. 1. De hac re Platonis opinio Scripturæ conſentanea.

Et poſt pauca ſubijcit: *Quod ligatum eſt ſolubile eſt, quamuis ſi bene aptatum beneq; ligatum ſoluere vult bonus non ſit. Quare,* inquit, *Deo attribuens verba: Dij, quorum ego creator, ac pater ſum, quoniam facti eſtis, immortales quidem non eritis, nec indiſſolubiles omnino. Non ergo diſſoluemini, nec in mortem deducemini, maiore vinculo colligati.* Hæc ille.

Opinio de cœlis quomodo peribunt.
Aug. 10.5.

Sed ad rem, quæſtio eſt, quomodo peribunt cęli? Reſpondent quidam, ceſſando à motu, & ab influxu qualitatum quas operantur, vt aſſerit Auguſt. lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 19. & 24. Sed ſi veritatem amamus contra hoc aliquid dici poſſet. Nam cũ moueri, & non moueri, ſit cœlis extrinſecum, iam cœli eſſent incorruptibiles ſecundum ſubſtantiam, ac proinde ingenerabiles, cũ conſtet illos cõditos fuiſſe. Deinde durum eſt ac violentum, quod perire ac veteraſcere, atteri, & deficere, nihil aliud ſit, quam à motu ceſſare: nam veteraſcere, propriè eſt ad interitum tendere, vt in hac epiſtola docet Apoſtolus: *Quod autem,* inquit, *antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Tertiò contra hoc facit, quod Petrus in ſecũda epiſtola ſcribit: *Aduenient dies Domini vt fur: in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autẽ, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.* Et infrà: *Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent: Nouos verò cœlos, & nouam terram, ſecundùm promiſſa ipſius expectamus.* Vides igitur elementa, in quibus includitur aër, ſeiuncta à cœlo? Et ſicut elementa, & terra, quantũ ad formam, quæ pars ſubſtantiæ eſt innouabuntur, ita etiã cęli. Atque hæc mihi dicuntur propter eos, qui de cœlis aërijs hæc dicta putant. Quartò; quoties in Scripturis cęlum in plurali ponitur, non ſolet capi pro aërio cœlo; nec etiam quando ponitur in ſingulari, quãdo illi terra opponitur. Cùm autem hic dicatur, cœlos ardentes ſoluendos, & illis opponatur terra, proculdubio pro aërijs cœlis nõ poteſt vſurpari, ſicut nec cũ dicitur: *Cœlũ cœli Domino terram autẽ dedit filijs hominum;* &, *Tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli:* & Dominus, *Cœlum, & terra tranſibunt:* non ergo de aërijs, ſed de ſublimibus, & veris cœlis, ſicut de vera terra, loquitur Petrus. Quintò huius ſententia eſt Chryſoſtomus in ca. 8. ad Romanos, & Petrus apud Clementem lib. 3. Recognit. vbi obiectis Simonis Magi reſpondet.

Improbatur multiplici ratione.
.& ſecunda.
Hebr. 8.
Tertia à Petri teſtimon.
2. Petr. 3.
Ibidem.
Iſai. 65.
Apoc. 21.
V. Ratio.
Cœlũ in Scripturis quandocunq; non aërium, ſed tantum cœleſtes indicet orbes.
Pſal. 113.
Pſal. 101.
Matth. 24.
V. Ratio.
Chryſ. ſer. 14. ante med.
to. 4. in prin.
Clem. Rom.
Soluitur illud ex Philoſopho, Cœlũ non eſt ſuſceptiuum pere-

Nec obſtat quòd cœlum nõ ſit ſuſceptiuum peregrinarum impreſſionum, vt Philoſophus docet: quia ignis vt Diuinæ inſtrumentum potentiæ, in cœlos aget, vt dixit Petrus. Imò etiã Ouidio non fuit hoc incognitum: accepit enim ex Sybilla illud;

> *Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,*
> *Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli.*
> *Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.*

grinarum impreſſionum.
Ariſt. 1. de cœlo, tex. c. 9. 2.
Ouid. lib. 1. Metam. inter medium circiter & init.

Quòd ſi obijcias ex eodẽ B. Petro: *Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erãt prius, & terra, de aqua, & per aquã cõſiſtentes Dei verbo: Per quem ille tunc mũdus aqua inundatus perijt: Cœli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in die iudicij, & perditionis impiorũ hominum.* Vt igitur ibi mũdus interijt per aquam, nec propterea cœli, vel terra quicquam paſſi ſunt, quod ad ſubſtãtiam attinet, niſi tantùm quindecim cubitis aſcendit ſuper montes altiſſimos: ita erit de mundi per ignem interitu, quia in ſubſtantia nihil offendetur, aut patietur. Reſpondemus, ibi mundum homines ſignificare: quemadmodũ dicimus: Mundus Imperio Romano ſubiectus eſt, vel mundus ad fidem Chriſti conuerſus. Sicut quod dicitur in Euangelio: *Ecce mundus totus poſt eũ abijt:* &, Paulus *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* His enim in locis mundi nomine veniunt homines mundum incolentes, non autem elementa, vel cęli, ſed vt ipſe Apoſtolus inferiùs explicat, perditionis impiorum hominum.

Si cœli vtolim in diluuio cõſtiterunt ita in fine mundi, teſte Petro, de aqua & per aquam cõſiſtent Dei verbo, igitur quomodo peribunt.
Geneſ. 2.
Ibidem.
Quis ille mũdus extinct' diluuio.
Ioan. 12.
2. Cor. 5.

Et rectè dixit, cęlos de aqua, & per aquã conſiſtere, alludens ad nomen Hebręũ cœlorum שמים Schamaijm quod ab aqua deriuatum eſt. Et alludit etiam ad illud; Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, hoc eſt cœlos ſuperiores ab inferioribus. Cœli ergò peribũt non tãtùm per ceſſationem à motu, ſed per hoc quòd exuent formam ſubſtantialem præſentem, & induent aliam excellentiorem, vt poſſint dici cœli noui, & terra noua. Neque vera eſt expoſitio: Peribunt, id eſt Deo volente per annihilationem perire poſſunt quia hoc etiam ipſis Angelis, & animis immortalibus proprium eſt. Et hic non loquitur de potẽtia Dei in cœlos, ſed de eo quod actu habituri ſunt.

Ideo quod cœli de aqua & per aquam dicuntur cõſiſtere, quid ſignificetur.
Geneſ. 1.
Duplex cœlorum interitus.
Altera opinio de modo quo cęli peribunt, parũ ſolida atque probabilis.

Sequitur in Text: *Et velut amictũ mutabis eos, & mutabuntur.* Quod de ſolo motu loci intelligi nõ poteſt: non .n. verè mutari, nec alia res fieri dicitur ea ſolùm ratione, quòd ceſſat à motu, ſed de magna alteratione, & corruptione. ¶ *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Alloquitur Chriſtũ hominem, qui vbi reſurrexit à mortuis, iam mors, vel corruptio in illũ ius vllum non habet, neque dominium: & ideò ſemper eſt idem, & nõ mutatur. Ex qua immutabilita-

Mutatio cœlorum velut amictus quæ tantùm ſit futura.
Illud: Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficiẽt, in Chriſto quando verum.

te clicitur, quòd anni eius nõ deficiẽt, id eſt durario eius perpetua erit (accipiendo ſpeciem pro genere) ſed in ſua carne immortali iudicaturus eſt omnes. De nulla autem creatura dici poteſt, quòd ſit eadem, quia modò fit, modò eſt, modò augetur: nunc perficitur, nunc minuitur, & denique nunc interit. Angelus etiam modò vnus eſt per vnum affectum, modò alius per alium, quẽ de integro induit; & ita haber ſuam ſpiritualem mutationem, vt idem omnino dici nequeat. Solus verò Deus vnus & idẽ ſemper eſt, quia ſubſtantia eſt eadem, & cogitariones, & voluntates eædem, & omnino, ac per omnia immutabilis.

Creaturã omnem, etiã Angelicam, eſſe mutabilẽ nec ſemper eandem.

Deus cur ſit ſemper idem & eius anni nunquam deficiant.

Ad quartum teſtimoniũ in illis verbis: Ad quem autem Angelorum dixit aliquãdo: Sede à dextris meis. Vbi primum perpende, argumentum ſumi à negatiua, vt ſuperiùs cùm dixit: *Cui enim dixit aliquãdo Angelorum, Filius meus es tu?* Sed ad hoc idem reſpondẽdum eſt, quod in ſuperiori teſtimonio tuendo aſſeruimus. Et in his verbis nõ tãtùm eſt negatio, ſed etiam affirmatio: nã teſtatur à Dauide eſſe dictum, vt ſedeat ad dexteram Dei, & hoc aſſerit nõ eſſe ſcriptũ de aliquo Angelo: illi ergo non ſunt euecti ad æqualitatem honoris Dei, per illam metaphoram deſignati. Ideò non dixit, Sede ad caput, vel ad pedes, ſed ad dexteram meã id eſt, eſto mihi æqualis in honore, & mecũ regna. Non eſt ergo Angelorum munus Eccleſiæ dominari, ſed illi ad nutum Domini Dei noſtri miniſtrare: ſunt enim confratres noſtri, & conſerui, non domini.

Hæc Pauli argumentatio negatiua: Ad quẽ autẽ Angelorũ dixit aliquãdo: Sede à dextris meis &c. quã ſit efficax.

Chriſto cur dictũ: Sede à dextris meis, & quid ſit.

Validum igitur eſt argumentũ: nã ſimile in hęreticos iactare ſolemus: Nulli diſcipulorum niſi Petro dixit Chriſtus: *Paſce oues meas*, &, *Cõfirma fratres tuos*: Petrus ergo cæteris præſtat, ac vt paſtor præcellit. ¶ Qui verò hæc verba Iudaicè detorquent, quaſi dicta à Deo ad Abraham, vel ad Zorobabel, vel ad Dauid, ita vt populus loquens dicat: Dixit Domin⁹ Deus domino meo Dauid: *Sede à dextris meis*, hoc eſt, ſit tibi maxima mea poteſtas profecto ſpiritum Iudaicũ induũt iſti, & ex noſtris quidam, qui hãc expoſitionem ſequuntur. Et ſanè pudore deberent ſuffundi, qui id tribuunt homini mortali, quod Paulus grandius eſſe dicit, quàm vt aptari poſſit cuipiam Ang lorum. Et Iudæi, dum Chriſtus viueret, Pſalmum hunc de Meſſia intelligebant, etſi ignorarẽt qua ratione diceretur Meſſias filius Dauidis, & eiuſdem Dominus. Ignorabant enim duas in Chriſto naturas.

Quo ſimili Pauli argum. Petri primatus in Eccleſia ab hęreticis valeat extorqueri.
Ioan. 21.
Luc 22.
I. Sẽſus illius ſententię, nẽpè Iudaizantium.

Iudæi Meſſiã eſſe Filium Dauid quo modo neſcierint.

Ad literã ergo Dauid de Meſſia poſt reſurrectionem, & ipſius in cœlos aſcenſionẽ ait, Patrem Dominũ Filio Domino dixiſſe: *Sede à dextris meis*: quod docet aperte c. 1. ad Epheſ. & in 2. capite Actorum tradit Lucas, & Marcus, qui habet: *Et Dominus quidẽ Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælũ, & ſedet à dextris Dei.* Vt interim miſſa faciam quæ Chriſtus Matth. 22. diſputauit ex his verbis contra Iudæos, & paraphraſis Chaldææ verſionem, quæ habet: *Dixit Dominus Meſſiæ, Sede à dextris meis.* Adde vniuerſa quę in illo Pſalmo canuntur, mirificè Chriſto quadrare, maximè illud quod ſequitur: *Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorũ.* Id eſt: tam plena erit ſubiectio dæmonum, impiorum, & infidelium: qui ſibi modò aliquid eſſe videntur, & in Chriſtum repugnant, vt omnes illi captiui futuri ſint ſub pedibus eius.

Alter ſenſus verus, omnique acceptione dignus.

Epheſ. 1.
Actor. 2.
Matth vlt.

Cõfirmatur ille duplici ratione.

Quid ſignificet: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum.

Et notandum, Patrem vltionẽ ſumpſiſſe de inimicis Chriſti, non aũt ipſum Chriſtum: quod ad noſtram inſtructionem ſcriptum eſſe videtur. Si enim Chriſtus noluit vlciſci inimicos ſuos, cui poteſtas non deerat; multo minus nos, qui ſæpè non poſſumus, & viribus deſtituimur: quare Deo debemus vindictam relinquere, iuxta illud *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Deinde, vt intelligamus Patris zelũ pro Filio, ne quis putet inultum abiturum eum, qui contradicit Filio ſuo. Quare apud Mòyſen dixit: *Ponam verba mea in ore eius, loqueturq́, ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autẽ verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.* Tertiò, voluit Deus vindictam à nobis agnoſci, non humanam, ſed diuinam futuram.

I. Ratio cur Deus Pater, & non Chriſtus, eius inimicos ſubiugauerit, atq; puniuerit.

Deut 32.
Rom 12.
Hebr. 12.
II. Ratio.
Deut. 18.

III. Ratio.

¶ Quòd ſi obijcias, alios quoque homines eandem dignitatem ſedendi ad dexterã Dei habituros, iuxta id: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Et ipſe Apoſtolus; *Et conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Sed reſponſio eſt in promptu: alter enim eſt gradus Chriſti in hac ſeſſione, alter cæterorũ, qui illi hærent, & plenitudinis eius ſunt participes. Ipſe enim ſupremo gradu Deus eſt, ac Dei Filius, Iudex, Paſtor, Rex, Lux; ſed nos longo poſt illum interuallo dij, & filij Dei, ſed adoptione vocamur: Iudices, & paſtores, ſed in gregib. particularibus, & cauſis limitatis, & ad tempus. Imò quod nos ipſi vicimus, & promeriti ſumus ſedere in throno eius, dono, & gratia ipſius obtinuimus. Et magis ipſe ſedet in ſedentibus in throno ſuo, quã ſedentes ipſi. Quanquã locus ille ad Epheſ. 2. poſſit recipere aliam reſponſionem quod vt in Chriſto ſuſcitato conreſuſcitauit nos, ita conſedere fecit nos in ipſo Chriſto, quę ſumma dignitas fuit, & naturam humanam

Ad VI. dub.

Apoc. 3.

Epheſ. 2.

Chriſti prærogatiuæ.

Id Apoſtoli: Et conreſuſcitauit, & cõſedere fecit in cœleſtibus &c. qualẽ ſenſum habeat.

in ex-

in excelſum honoris gradum euexit, & in ſpem certam aliquando idem oos quoque vt eius membra obtentnros.

Ad 7. dub. Si omnes sűt adminiſtratorij ſpiritus, vt verum ſit dictű Dion.
Quatuor tantum ordinű inferiorum Angelos ad homines deſtinari.
Eſai 6.
Geneſ 3.
I. Ratio con tra Dionyſ.

Ad illam quæſtionem, quomodo omnes Angeli ſint adminiſtratorij ſpiritus, & quomodo non obſtet magnus Dionyſius, qui de vltima hierarchia, & vltimo ordine ſecundæ tantùm ad nos mitti teſtatur, hoc eſt, ex quatuor poſtremis ordinibus, non autem ex quinque ſuperioribus: reſpondēdum eſt, quod cùm Eſaiæ 6. legamus, Angelum Seraphinum ad purgandű Prophetam miſſum fuiſſe, & Cherubinis datā cuſtodiam paradiſi terreſtris, non video quid opus ſit ad gloſſas confugere, negādo illos ſupremos mitti. Certè Apoſtolus Dionyſij magiſter fuit, & Doctor, & io vniuerſum ſimpliciter ait: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, & in miniſterium miſſi.* Pręctereà Gabrielē de ſupremo ordine Seraphim fuiſſe credibile eſt, quia vocatur à Patribus Archangelus, non in eo ſenſu quo ponitur ſecundus Angelorum, ſed in eo quo deſignantur ſupremi inter omnes Angelos. Vnde Luc. 1. dixit: *Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum*: & Raphael ad Tobiam miſſus ait: *Ego ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum*: De quibus etiam Dilectus ait: *Et à ſeptē ſpiritibus, qui in cōſpectu throni eius ſunt.* Sicut ergo Michael in Epiſtola canonica Iudæ dicitur Archangelus, & ab Apoſtolo. 1. Theſſ. 3. quia Princeps eſt Angelorum ſupremus, & pręeſt toti militię cœleſti tanquā dux & Imperator; vnde & ante omnes Angelos primus ab Eccleſia inuocatur; tamen miſſus dicitur Dan. 10. Ita Gabriel illi quā proximus, Archangeli nomen ſortitus eſt. Eſt etiam alia ratio non minus ſolida. Conſtat enim Dei filium, qui eſt magni conſilij Angelus, ſiue Angelus teſtamenti, in propria perſona ad nos miſſum fuiſſe, quò firmum Euangelium nobis annűciaret: quid ergo vetat, ne etiam & ſupremi ordinis Angelos miſſos aſſeramus? Ad hæc difficile eſt ſeruare rationem, & nomen Angelorum in quinq; illis ſupremis ordinibus, cùm miſſi in perſona ad tenunciandum aliquid nunquam legantut. Et ne ominno videamur ſententiam Diony. deſerere; affirmare poſſumus, illos quinq; ſupremos ordines rariùs mitti, frequentiùs autem, & cōmunius ex alijs inferioribus ordinibus; vt ita ſalua ſit ſententia Apoſtolica, quæ tradit, omnes in miniſterium mittit.

Gabriel, Raphael, & Michael, quod ſupremi ſunt ordinis Angelorum.
Luc. 1.
Iob. 12.
Actor. 1.
Iud.
1. Theſſ. 4.
Dan. 10.
II. Ratio. Nil eſt abſurdi, ex primis ordinib⁹ Angelos ad omnes mitti.
Eſai 9.
Malach. 3.
III. & vlt.
Dictum Dionyſij propoſitum ſaluatur

Illud: Propter eos qui hæreditatē capiūt ſalutis, de prędeſtinatis nō poſſe ſolis intelligi.

Quod verò ſubiungit: *Propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis,* interpretantur nōnulli, tantum eſſe Prædeſtinatos intelligēdos, vt propter illos ſolos ad miniſtrent: quod meo iudicio oon ſatis ſolidè dicitur: quia omnibus etiam non prædeſtinatis deſtinātur Angeli, quibus tamen hæreditas poſſit obuenire. Diuina namque prouidentia omnibus proſpexit de remedijs, & de protectione, & cuſtodia Angelica, quæ ad eam obtinendam vtilis eſt ac pernéceſſaria. Idcircò vniuerſa Patrum Traditio docet, vnicuique à natiuitate traditum eſſe Angelum cuſtodem, qui ad vitam æternam adipiſcēdam bona conſilia ſuppeditet, & ad illa amplectenda ſolicitet. ¶ Et cum ait: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus*, arguit à minori ad maius affirmatiuè. Nam ſi angeli miniſtrāt nobis, multò magis ergo Chriſto Domino; imò nonniſi propter illum nobis adminiſtrant, ſiue per ſe, ſiue per illos quos mittűt: quemadmodum nemo iumento ſuo miniſtraret niſi propter ſe, vel propter Dominum, cui ſeruitium impendit.

Angelicę cuiuſq; hominis præcipu⁹ finis cuſtodię quis.

Dicentis omnes Angelos adminiſtratorios eſſe ſpiritus, quale ſit argumētum Apoſtoli.

Si Angeli omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, cur eorum alij Domino dicuntur aſſiſtere.
Dan. 9.
Tob 12.
Luc. 1.
Chriſtus nobis exhibuerit quam vile miniſterium.
Hebr. 1.

Ad illud verò Danielis, quod quidam dicuntur miniſtrantes, alij verò aſſiſtentes: *Millia*, inquit, *millium miniſtrabāt ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*: Dicendum eſt, nihil illam diſtinctionem obeſſe, quo minus ex aſſiſtentibus aliqui etiam mittantur, & adminiſtrent: nam & Raphael apud Tobiā, & Gabriel apud Lucam, ex aſſiſtētibus, vel aſtantibus eſſe dicuntur, & tamen miſſi ad miniſtrandum. Nec mirum, cum ipſe Dei filius in propria perſona venerit ad nobis miniſtrandum, etiam in re quæ videri poſſet ſordidiſſima, de qua ſuperiùs dixit: Purgatione peccatorű per ſeipſum facta. Quātò minùs detrectabunt boni Dei ſerui, & confratres, & conſerui noſtri venire ad opē nobis ferendam? Et cùm ex innumerabili Angelorum exercitu tres tantùm Angeli in Scriptura Canonica innoteſcant; credibile non ſit ex infimis Ordinibus eſſe: præſertim cùm Michael olim eſſet Princeps gentis Iudæorum, & nunc ſit Eccleſiæ Dei cuſtos, & Gabriel ſemper ad ſumma Verbi Dei negotia annnntianda deſtinatus ſit, & Raphael ad ſanctum virum in via ſua dirigendum, directus fuerit: qui merito medicina Dei interpretatur, quoniam & iuniorem Tobiam à piſce deuorare volente eum cuſtodiuit, & à domo vxoris, quam accepit, Aſmodæum expulit, ac relegauit in deſertum, ne amplius noceret, & denique ſeniorem Tobiam à cæcitatis defectu curauit, & totam eius domum lætitia ſingulari impleuit.

Angeli hominibus cur liberentet inſeruiant.
Dan 10.
Summi illi Archangeli Michael, & Gabriel quales ſint Dei miniſtri.
Tob 5.
Raphael quid ſonet.
Infrà 6.
Infrà 8.
Infra 11.

DISPVTATIO IX.

In illa verba, cap. 2. *Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus, & ſi omnis præuaricatio, & obedientia accepit iuſtam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem Quæ cum initiũ accepiſſet enarrandi per Dominũ, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt: conteſtante Deo ſignis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem, &c.* vſque ad illud: *Eum autem qui in medico quam Angeli, minoratus eſt.*

I. Dubium.

IN his verbis more noſtro in primis occurrit venari ſcopum, & quorſum dicat; *Propterea oportet nos abundãtius obſeruare, &c.*

Secundum.

Deinde ſcrupulus ſe offert ſuper illud: *Quæ cùm initium accepiſſet enarrandi per Dominum; ab eis qui audierũt in nos confirmata eſt:* ex quibus Caietanus accepit, Pauli non eſſe hanc

Caietan.

epiſtolam, ex eò quòd connumerat ſe inter eos, qui non Euangelium à Domino acceperint, ſed ab his qui audierunt ab eo: cùm tamen ipſe in principio epiſtolæ ad Galatas

Tertium.

aſſerat, non ab hominibus, neque per hominem illud didiciſſe. Tertiò dubium eſt, quem vocet orbem terræ futurum Angelis non ſubiectum, & an ſint plures mundi, cũ nouus, & poſterior orbis à Chriſto ſublato in cœlum, in diem vſque iudicij per eoſdem Angelos adminiſtratorios ſpiritus æquè adminiſtretur atque præteritus.

Quartum.

Quartò, quorſum ait: *Teſtatus eſt autem in quodam loco quis*, & cur non librum Pſalmorum expreſſit, aut Dauidem eorum autorem, vt

Actor. 1.

Actor. 1. à Petro dictum eſt: *Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiri-*

Ibidem.

tus ſanctus per os Dauid, &c. & infrà: *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum.*

Quintum.

Quintò ambigitur, an Pſalm⁹ ille octauus, qui producitur, de Domino loquatur, an de homine in ſtatu innocentiæ, an de eo in ſtatu peccati: an etiam de ſtatu gratiæ Euangelicæ, ac proinde de homine iam beato.

Sextum.

Sextò, circa illa verba: *Minuiſti eũ paulò minùs ab Angelis*, dubium exiſtit: quia quidam, vt Caietanus &

Caietanus.
Fab. Stapul.

Faber, volunt legi, paulò minus à Deo, & ita contendit eſſe legendum in templis Faber Stapulen. an verò ſicut Septuaginta, & Paulus allegant, ab Angelis. Hæc ſimul cũ textu ipſo veniunt explicanda.

Soluitur prima dubit.
Quo tendat Apoſtolus propoſitis in verbis.

Ad primum igitur aſſerimus, mentem Pauli eſſe, Iudæos abducere à dogmate ſuo, quo partim Euangelio, partim Legi fidebant, quod Chriſto iniurium erat; ac proinde ſuper Angelos, & Prophetas exaltauerat, vt indicaret, omnes qui Chriſtum habent, ſiue Moyſe & Lege omnia bona habere. Et hortationem facit efficacem ad obſeruandum Legem Euangelicam, quam Chriſtus per ſe diebus nouiſſimis locutus eſt, ſi illis periculum graue imminebat, qui

Exod. 19.
Galat. 3.

Moyſis Legem per Angelos datam negligebãt: quantò magis ſi filius Dei ſalutaris, & Euangelica Lex cõtemneretur? Ideò in-

Cur Iudæi abundantius ea quæ audierant, obſeruare deberent.

cipit: *Propterea*, ſcilicet, quia filius Dei excellentior eſt omnibus Angelis. Et abundantiùs, inquit, id eſt maiori ſolicitudine, & cura, *Oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus*, ſcilicet verba, nõ ſcripta: quia Chriſtus

Contra hæreticos nihil non ſacris literis expreſſe traditum recipere volentes.

nihil ſcripſit, ſed verbo docuit, & multa per traditionem viuam ſine ſcripto tradidit: vt mera ſit hæreſis, quæ Scripturas de ſingulis à nobis repoſcit, cùm à Paulo ſcriptum ſit: *State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtrã.*

2 Theſſ. 2.
Quales eſſe velit Apoſtolus verbi Dei auditores.

Subdit: *Ne fortè per effluamus, aut paſſiuè pereffluamur.* Hortatur nos, ſimiles eſſe vaſis obſtructis, quę pretioſi vnguenti liquorem fideliter retinent: ita nos ſalutarem Chriſti doctrinã retineamus, ne nobis per obliuionem, aut per negligentiam, & incuria excidat: quemadmodum vaſis effractis effluit vnguẽtum, quod colligere poſteà eſt valdè

Perfluus quis.

difficilè. Perfluere etiam Latinè dicitur, qui auditum ſermonem non continet, vt Te-

Terent. in Eunuch.

rentius ille Parmeno, qui dixit:

Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.

Et opponitur perfluere τῷ περιέχειν, id eſt, continere: & is qui continet, ipſi verbo Dei ſtabili, & permanenti in æternum redditur

Chryſ. hom. 3 in hanc epiſt. ante med. 14.

perſimilis. Chryſoſtom⁹ accipit, Pereffluamus, pro, Dilabamur, vel inſtar aquæ dila-

Legem Moyſi ſermonem Euangelium verò ſalutem cur vocet Apoſtolus.

bentis pereamus. ¶ *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus.* Id eſt: Si quicquid interminatus eſt, rebus ipſis fuit expletum, & quicquid promiſit, fuit exhibitum; quantò magis in Euangelio quod eſt Dei verbum? Et opponit ſermonẽ ſaluti id eſt, Legem Euangelio. Erat enim Lex ſermo, ſed efficax in ſe: vnde de ijs quæ inania putamus, ſolemus dicere, Sunt verba: Euangelium verò ſalus, id eſt, fides per gratiã cordi exhibita, & iùſtificans. Non enim bona tẽporalia promittit ſicut vetus Teſtamentũ, ſed regnum cœlorum.

Vtriuſq; Legiſlatores.

Ponderat legem datam per ſeruos, Euãgelium autem per Dominum: nã etſi vtra-

Moſes&Meſſias componuntur.

que doctrina à Deo profecta ſit, honor tamen maior habendus eſt nuntio Regis, & Legato Patris, quàm alijs ſeruis, qui ab eo mittuntur. Et hæc de primo.

II.dub. ſolut.

Ad ſecundum dicimus, Euãgelicam legem cœpiſſe à Domino ore proprio promulgari, deinde ab his quæ audierunt Dominũ, in nos communicarã, & confirmatã.

Circa id: quę (ſci. ſalus) cũ initium accepiſſet enarrãdi per dominum, ab eis qui audierũt in nos confirmata eſt, quomodo verum ſit.

Quod ſi obijcias: Vnde conſtare poteſt, illos ex ore domini accepiſſe & enarrauiſſe? Reſpondet, inde liquidum fieri, quoniã Dominus conteſtatus eſt eorum ſermoni ſignis, & portẽtis; ita vt dici poſſit, nos quoque eundem loquentem audiuiſſe, qui doctrinæ Apoſtolicæ teſtimonium de cœlo dabat. Nam ſi vetus Teſtamẽtum non ſine ſignis per Moſen eſt adminiſtratum; multò magis Nouum debuit omni virtutum, & ſignorum oſtenſione coruſcare. Inde Dominus dixit, ea ſe ſigna, & opera feciſſe in Iudæis, quæ nemo alius facit.

Exod. 19.

Ioan 15.

Si Pauli eſt hæc epiſt. ait Caieta quomodo hic ſe audiuiſſe, q; alibi ſe accèpiſſe, Euangelium, traditur.

Ad illud verò, quod ex Caietano eſt obiectum, non deſunt bonæ & ſolidę reſponſiones. Theophylact. ſcribit, Paulum ſic locutum humilitatis gratia, qui ſeipſum cum vulgo admiſcere non dedignatur ratione doctrinæ. Sed congruentiùs dici poteſt, nõ eſſe Apoſtoli mentem aliquo loco ſe edoctum eſſe ab ijs, qui à Domino audierunt oſtendere, quod eſſet falſum; ſed in ſe confirmatam ſalutem per eos qui audierunt, quod verum eſt. Nam miſſus eſt ad Ananiam, vt ab eo baptizaretur, & viſum per manum impoſitionem reciperet; & abijt ad anteceſſores ſuos Apoſtolos, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Aliud eſt enim verbum Dnmini, quòd à ſolo Chriſto per reuelationem accepit, aliud, ſalutis confirmationem in Paulum per alios Apoſtolos deſcendiſſe.

Prima ſolut. Theophyl.
Altera ſolidior.
Actor. 9.
Galat. 1.
Infrà 2.

Quibus nam virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus doctrinæ Apoſtolicę Dominus ſit conteſtatus.

Virtutum hic non accepit vt opponitur vitio, quæ dicitur ἀρετὴ, ſed vt opponitur imbecillitati, & vocatur δύναμις. ¶ Varias verò Spiritus ſancti diſtributiones vocat gratias gratis datas, vt ſigna, prophetiam, gratiam ſanitatum, interpretationes ſermonum, & ſimiles quæ habentur 1. Corin. 12. Tot enim, ac tantas donorum opes Dominus effudit in ſuos, ne quiſquam iudicare valeat, illos Primos qui crediderunt, ruſticos & ſimplices èxtitiſſe, quibus verba dari facile eſſet: quemadmodum impoſuit nobis Iulianus Apoſtata, vt teſtis eſt Gregorius Nazianzenus in prima in eum Inuectiua.

1. Cor. 12.

Quid de Chriſtianis ſentire & dicere ſoleret impius Apoſtata Iulian^9.
B. Gre. Naz.

Non ergo ſine magnis, & inuictis rationibus perſuaſit, doctrinam ſuam eſſe de cœlo: nam etſi doctrinæ Fidei euidentiam habere non poſſimus; eam tameo longè eſſe credibilem, & fide dignam videre poſſumus. Nam Spiritus ſancti afflatus eò inclinabat hominum corda: teſtimonia ex Veteri Lege deſumpta, per miraculorum ſigna confirmabat, vt alibi ait: *Illi profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Marc. vlt.

Quare nunc Paulus Apoſtolicæ prædicationis potiùs ſigna quibus confirmabatur, quam Scripturas attulerit.

Quòd ſi obijcias, cur Apoſtolus mentionem non fecerit teſtimoniorum, quæ ex Scripturis proferebant, ſed tantùm ſignorum, quæ edebant Apoſtoli. Reſpondemus, Paulum hic agere de ſimilitudine vtriuſque Legis. Et quia antiqua Lex alterius Legis teſtimonio confirmata nõ fuit, ſed tantum miraculis, ita & noua lex, quæ inferioris autoritatis eſt, non indigebat teſtimonijs Legis, quæ ſatis erat illuſtribus, & admirandis ſignis confirmata. Vel idcò id fecit Apoſtolus; quia Gentiles, & Hæretici veteris legis teſtimonia non recipiebant. Nam ſimplicius libro octauo Phyſicorum, Philoponum Grammaticum irridet, quòd ad probandam mundi ex tempore creationem, vſus fuerit ſacrarum literarum teſtimonijs: & Lactantius libro quinto, capite quarto admiratur, quod Cyprianus agens contra Idololatriam, ad Demetrianum, Scripturas ſacras protulerit.

Prima ratio.

II. Ratio.

Qua de re ſimili eius Ethnicus ille Philoponũ, & Lactã. Cyprian. metirõ notauerint.
Lact. lib. 5. c. 4. circa med.

Sed argues, Abraham dixiſſe: *Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. Si Moyſen & Prophetas non audiunt; neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Sed hoc intellige dictum eſſe apud fideles, & credentes; & Petrus dixit: Habemus firmiorem Propheticum ſermonem. Firmiorem, inquit, viſione, ſcilicet, & ſigno Transfigurationis. Vnde hæretici magis Scripturis, quàm miraculis credunt. Adde, quòd doctrinæ teſtimonium debebat pro poſteris remanere; & idcirco indigebat aliquo ſigno firmari. Smpliciter tamen loquendo, apud eos qui nõ credunt, fortius eſt miraculum, & potentius ad conuerſionem eorũ, quam Scriptura.

Illud Abrahę ad diuitẽ Epulonẽ: Habẽt Moyſen, & Prophetas audiãt illos, &c. de quib^9 dictum ſit.
Luc. 16.
2. Petr 1.
Quibus firmiorem Petrus vocet Propheticũ ſermonem.
Matth. 17.
III Ratio.
Signa quam Scripturæ quibus magis perſuadeant.

III. ſol. dub.

Ad tertium reſpondemus, illud quod dicit Apoſtolus: Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur, non eſſe cum proximè præcedente exhortatione connectendum, ſed illam particulam, Enim, quæ cauſalis eſt, referẽdam eſſe ad ea quæ primo capite de magnitudine Chriſti ſuper Angelos dixerat: redit enim Apoſtoli ſermo ad ſuperiorem illam ſententiam: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*

De orbe terræ futuro Angelis minimè ſubiectos quinam ille

Quomodo dicitur futurus.

Et orbem futurum appellat, non quaſi ſubſtantia ſint plures orbes, aut mundi, vt quidam inſipientes ſomniarunt, cùm vnus

tantum

tantum ſit mundus, & vnus terrę orbis; ſed per Metonymiā nomine orbis terrę vocat homines orbē terrarū habitantes, de quib. futurū erat vt in Chriſtum crederent, ſicut de eorum ſalute prædictū erat à Prophetis.

Prim⁹ ſenſus D Tho. lect. 2. init. & Caietani.

B. Thomas & Caietanus orbem terræ futurum, intelligunt ſtatum vniuerſalis reſurrectionis, & iudicij, quoniam in eo Angelis opus non erit: nunc verò dū viuimus, illis ſubijcimur, & ipſi nobis præſunt. Sed hæc ratio infirma videri poſſet: quia Chriſtus Dominus ſolus & præſens hic nobis præeſt, & in die reſurrectionis illi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, illiq; dictum: *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam; & poſſeſsionem tuā terminos terræ.* Et Angeli nunc nihil aliud ſunt niſi ſerui, & adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.

Ille quid incommodi habeat. *Matt vlt.* *Pſal. 2.* *Hebr. 1.*

Futurus ergo orbis terræ dicitur reſpectu mundi pręteriti, vel reſpectu pacti violati, cuius pater Adam erat, & eius inueniebatur princeps diabolus. Secūdus verò, vel futurus orbis eſt is, qui reſtitutus eſt in gratiam Chriſti, & liberatur de principatu dęmonis, de quo: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et tranſlatus dicitur ab Adamo ad Chriſtum, qui Eſaiæ 9. dicitur Pater futuri ſeculi. Et vetus Adam, futuri typus fuit, vt Roman. 5. dicitur de Adam: *Qui eſt forma futuri.* Hic ergo orbis Chriſto ſubiectus eſt, vt eum redimat, vt ipſe ante mortem teſtatus eſt. *Omnia,* inquit, *mihi tradita ſunt à Patre meo.* Et peracta redemptione dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Et hæc de tertio.

Alter ſenſus. *Oſea 6.* *Geneſ. 3.* *Ioan. 12.* *Eſai 9.* *Rom. 5.* Orbis ille terræ futurus cur Chriſto ſubiectus. *Matth. 28.*

Ad quartum verò, cùm ait: *Teſtatus eſt autem in quodam loco quis*, non nominato autore, aut libro; non cōtemptim, ſed honoris gratia dixit, Quis. Et vt exiſtimat Chryſoſtomus, non nominauit autorem, aut librum, quia cum doctis loquebatur, quibus peruij ſunt Scripturarum loci, præſertim Pſalmorum, qui omniū manibus terebantur. Alij verò id factum eſſe teſtantur; vt oſtenderet, nihil referre in Scriptura ſcire quis, aut qualis ſit ſcriptor; cùm primarius Scripturæ autor ſit Spiritus ſanctus; quæ ratio à B. Gregorio tradita eſt. Fortaſſis etiā conſolari, atq; excuſare eos voluit, qui magis rei, quàm autoris, aut certi libri memoria valent.

IV. ſol. quęſt. De eo quod Apoſtolus dixit: Teſtatus eſt autem in quodam loco quis, teſte & loco ſuppreſſis. *Chryſ hom. 4 ſub init. to. 4.* II Ratio. *B Greg ca. 1. præf Moral in Iob, par. 1. tom.* III. Ratio.

Teſtatus eſt autem, dixit, pro, Teſtatus eſt enim: quia hoc teſtimonio probat ante dicta. Et ita δὲ poſitum eſt pro γὰρ.

Dicendum eſt quintam dubitationem, quiſnam ſit illius Pſalmi ſcopus. Certè alius non eſt, quàm de hominis excellentia, & magnitudine, ac poteſtate omnium creaturarum verba facere.

Solu. 5. quęſt. Pſalmo eſtauo quid doceat Propheta.

Probat ergò, mundi, & vniuerſorum imperium Chriſto datum, in quo iam Angeli, ſicut in ſtatu primæuo, non dominantur. Nam legem dabant, & omnibus præerant; at in Euangelio Chriſto ſeruiunt, & propter illum nobis libenter miniſtrant, nec amplius ſinunt ſe vt olim adorari. Quare Angelus Ioanni volenti adorare, dixit: *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum.* Hanc verè excellentiam, & poteſtatem hominis ſuper creaturas, ſcrutari neceſſum eſt, an in primæuo ſtatu Euangelij extiterit. Certè de illa prima, quę admodùm breuis fuit, loqui non videtur Propheta: nam homo collocatus fuit à principio, vt vniuerſis Dei operibus præeſſet; verùm ſua culpa quàm primùm meruit dominio abdicari. De ſecundo verò ſtatu meritò dubitari poteſt. Videtur enim Dauid in vniuerſum nunc proponere homines vt tunc erant, nempè, vt inſignis Dei bonitatis ſpecula, quod re ipſa in cęteris animantibus, & in toto mundo dominium obtineret. Certè ſi quis de homine ita iudicaret, ad ipſos Philoſophos mittēdus eſſet, qui quàm miſera ſit hominum conditio perſcrutantes, eorum naturam nouercam quodammodò eſſe dixerunt, & optimum eſſe non naſci, vel natum ſtatim emori. Et impiè id quidèm Philoſophi; ſed ita, vt ex illorum dictis in præſentis ſeculi homines nō cadant, quæ Dauid in hoc Pſalmo homini tribuit. Nam quid homine miſeriùs in ſe ipſo, ſiue animam, ſiue corpus ſpectes? Pręditus quidem eſt intelligentia, ſed quàm, quæſo, obſcura, & quàm exigua in his quæ præcipua ſunt, id eſt, Diuinis rebus intelligēdis? Taceo deprauatam illam concupiſcentiam nobis ingenitam, vitiorum omnium fomitem & incitamentum. Taceo corporis miſerias, quod morborum officina eſt, quam circumferimus. Addo quæ Iob, Dauid, & Salomon de homine dixerunt. Primus ait: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur; & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Alter: *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Atque huius filius: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quid dicimus de imperijs, regnis, familijs, domib⁹, ſingulíſque hominibus? quanta rerum omnium perturbatio, & miſeria, quæ inconſtantia, & vanitas? Obijcies; Fruimur eſu animalium; iumenta nobis deſeruiunt; auiculæ dulces nobis reſonant ſonos. Sed

Apoc. 19. Quā ibi Propheta deſcribit humanā felicitatē homini adhuc innocenti cōuenire minimè poſſe. *Geneſ. 1.* Multò min⁹ illam homini iam lapſo poſſe competere. Quare Philoſophi, licet non omnino verè, naturā homini nouercam eſſe dixerunt. I. Argum. Secundum. Tertium. Quartum. *Iob. 14.* *Pſalm. 38.* *Eccl. 1.* Quintum. Si quid nunc homo felicitatis habere videatur, illam tamen

dicen-

ſibi magno conſtare.

dicendum eſt, hoc nobis cootingere, ſi animalia vi ſubegerimus, aut alia fraude illexerimus. Nam alia vix aſſueſcunt; alia formidabilia contra oos inſurguot, varijſque modis oobis ooceot. Nam quæ ſeſe ſpootè nobis ſubijciant, vel nulla ſunt, vel pauciſſima. Terra culturæ non reſpondet: cœlum, aër, ignis, mare ſæpè nobis ioſeſta ſunt. Imò ſi ad naturam, mores, & ingeniũ hominem ſpectes, crudeliſſimum tyrannũ homioem dixcris: vt vitę ſuæ, & delicijs indulgeat, nulli animantium vitæ parcit, & quem reliqua metuant, oderint, & fugiant.

Quanta veluti orbis totius in hominem conſpiratio. & inimicitiæ.

Homo quã ferũ animal, & quam inſatiabile.

Vbi eſt ergo hæc ſublimitas, de qua: *Quid eſt homo, quod memor es eius?* &: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius?*

Pſalm. 8.

Supereſt igitur, vt ad tertium hominum genus, nempè eorum, qui in Chriſto ſunt, vel cum Chriſto in cœlo regnabuot, hæc ſpectent. Itaque hæc hominis deſcriptio in octauo Pſalmo oon tantùm ad Chriſtum, ſed ad omnes etiam futuri mundi ciues & beatos pertinebit. Et cùm iam ſit in Chriſto impleta, reliquum eſt vt in cæteris omnibus membris perficiatur. Nam ita Paulus Chriſti interpres, & 1. Corinthiorum 15. &, Epheſ. 2. & hoc loco hunc Pſalmum Chriſto accommodat, vt noo neget etiam ſuis membris cõuenire, & Dominus Matt. 21. ſecundum verſum Pſalmi huius ſibi applicauit, cùm de paruulis clamantibus in templo dixit: *Vtique: nunquam legiſtis, Quia ex ore infautium & lactentium perfeciſti laude?* id eſt, Ex ore paruulorum, qui adhuc penè infaotes ſunt, & vixdum ablactati, magnificam, ac perfectam reddidiſti laudem. Deinde etiam per Apoſtolorum prædicationem, qui vt ſimplices pueri, ac prorſus rudes habebantur, Euangelicam veritatem vbique prædicare feciſti ad ſic confundendum, & conuincendum prauitatem, & ſuperbiam Scribarum, & Phariſæorum, dæmonum quoque, atque ſeculi potẽtum, & ſapientum; qui omnes veritatis Euangelicæ ſe aduerſarios conſtituerunt. ¶ Iam ſingula verba teſtimonij expendamus. *Quid eſt*, inquit, *homo quod memor es eius.* Hebræa habent Enos: hic eſt filius Seth. Et ioterpretatur homo, nimirum ab obliuione: vt ſit pulchra Anthitheſis: Quid eſt obliuioſus, quòd tu eius recordaris? Nam ita hominis aſſumptio memoriæ Dei tribuitur per metaphoram, ſicut & obliuio. Videtur enim aſſumpto homine in gloriã noſtram, noſtri meminiſſe, de qua in Cantico Zach. dicitur; Et memorari teſtamenti ſui ſancti; & B. Virgo: *Suſcepit*, ioquit, *Iſrael puerũ ſuũ, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Et Eſaias: *Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Sequitur: *Aut filius hominis quoniam viſitas eum?* Altera eſt pulcherrima Antitheſis. Quid eſt filius Adam, qui interpretatur terra rubra. Quaſi diceret, Quid eſt viliſſimus homo, & ex terra genitus, quem tanta dignitate proſequeris, vt eum viſitare digneris. Et phraſi Hebræa idem eſt filius homiois, qui & homo. Et repetitur ad exaggerationem exprimendam, vt moris eſt. Ita Num. 23. dicitur: *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur;* & Iob. 15. *Quantò*, inquit, *magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Idem quoque alibi Pſaltes: *Domine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?* Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Idem eſt ergò homo, & filius hominis, nec differunt, niſi quatenùs Adam fuit olim homo, nõ autem filius hominis, vt nos omnes ſumus: quemadmodum idem eſt Pater Deus, & Filius Dei; niſi quòd Pater Deus habet à ſe quod habet, Filius Dei à Patre.

Explicatur id: Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.

Apoſtolicæ prædicationis efficacia.

Homo quid ſonet Hebræis.

Luc. 1.
Ibidem.
Eſai 49.

Felicitatem hominis illã Propheta deſcriptam ſtatui Euangelico, & ſtatui gloriæ futurę tantum conuenire.

1. Cor. 15.
Epheſ. 2.
Matth 21.

Quid illud: Aut filius hominis, quoniam viſitas eum.

Adæ nominis interpretatio.

Num. 23.
Iob. 25.
Pſal 143.

Homo & filius hominis quomodo ſint diuerſa.

Primum igitur verbum videtur ad Adamum referendum, ſecundum ad omnes Adæ filios. Et Adæ quidem memor fuit abſens, noſtri præſens: & plus viſitari opere, quàm recordari mente: ſicut plus filius hominis, quam homo. Vnde ad cumulum miſeriæ Iob dixit: *Homo natus de muliere*, quibus verbis exprimitur filius hominis. Et in vtroque membro Chaldæus paraphraſtes habet: *Quid eſt filius hominis?* Et licet LXX. dicant per diſiunctionẽ: *Quid eſt homo quod memor es eius? aut filius hominis:* Hebræa tamẽ litera habet Vau copulatiuã, id eſt, & Aug. tamen hominem in malam partem capit, filium hominis, pro Chriſto, qui ſe ita vocabat. Ait enim in Pſal. 8. *Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine Dominico nato ex Maria virgine. De quo propter ipſam infirmitatem carnis quam ſapiẽtia Dei geſtare dignata eſt, & paſſionis humilitatem rectè dicitur. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis. Sed additur illa clarificatio, qua reſurgens aſcendit in cœlum.* Hæc ille. ¶ Hominis autem filius Hebræis dici ſolet quiuis è plebe, & abiectus: in quem ſeoſum ſe Dominus filiũ hominis vocabat, ſicut & Ezechiel, ne magnitudioe reuelationum extolleretur, filius hominis vbique appellatur, hoc eſt, vilis, & abiectus. ¶ Non eſt aũt Chriſtus filius, vt quidã putant, ex eo quod ſit filius virginis matris. Grecè. n. dicitur υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, & ſignificat filiũ hominis maſculi. Alij ẽt iuxta Hebræũ dicũtur filij Adã io ſingulari num. vt in pſ. 4. 10. & 11. & in multis alijs locis Pſalmorum

Memoria Dei ſicut & viſitatio hominis duplex eſt.

Iob. 14.

Filius hominis quid Auguſtino.

B. Aug. tom. 8. in princ.

Hebræi filiũ hominis quẽ ſoleant appellare.

Qua ratione ſe Chriſtus filium hominis vocitaret, contra quoſdam.

Pſal 4.
Pſal. 10.

Pſalm. 103.

cælum ſicut pellem: Qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum. Quæ etiã conſequuntur, naturæ ſunt opera: ait enim: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſeculum ſeculi. Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes ſtabunt aqua.* Habet nonnullos graues autores, vt Chryſoſtomum, Theodoritum, & Euthymium, de igne & vento exponentes Angelos, & miniſtros.

B. Chryſ. homil. 2. in hac verba, to. 4. Theod. ibid. part. 2. Euthym. in Pſalm. 103.

Caietanus cũ ſuis, de Scripturæ huius Epiſtolæ audacius hoc loco quid ſcoſerit.

Ad primam primi teſtimonij dubitationem antequàm reſpondeamus, pręmittendum eſt, Caietanum, & alios recentiores, qui eius ſententiam ſecuti ſunt, auſos fuiſſe huius Epiſtolæ autorem repruhendere, quòd locum de Salomone ad literam loquentem, violẽter ad Chriſtum detorſerit.

Prima dubij primi diſſolutio.

Illud de Salomone dictũ: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, quàm aptè de Chriſto dicatur.

Aug. lib. 3. de doct. Chriſt. c. 27. to. 3 ſub init. & 12. li. Confeſſ. c. 26. & 31 tom. 1. Thom. 1. p. q. 1. art. 10.

Propoſita verba Chriſto, quàm Salomoni aptius conuenire.

Sed dupliciter poteſt hic nodus diſſolui. Primò quidem modo, aſſerendo, quòd ad literam de Chriſto ſit ſermo, vt rectè propterea ſit productus à Paulo. Nec obſtat, etiam ad literam conuenire Salomoni: quia poſt eadem litera plures ſenſus literales complecti, vt tradunt Auguſtinus, & B. Thomas. Et vt ſæpè in Scripturis nomine Dauidis ad literam venit Chriſtus: vt Ezech. 34. *Suſcitabo ſuper eas Paſtorem vnum, ſeruum Dauid:* & Ierem. 30. *Seruient Domino Deo ſuo, & Dauid Regi ſuo.* Ita etiam per nomen Salomonis Chriſtum eo loco intelligimus. Maximè quia adiecit: *Stabiliam thronum regni eius vſq; in ſempiternum:* quod Angelus Luc. 1. ad Chriſtum retulit, dicens; *Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et B. Auguſtinus enarrans in Pſalm. 71. qui inſcribitur: *In Salomonem,* aſſerit illum Pſalmum Iudæos de Chriſto eſſe prophetiam tradere, & inuictiſſimè defendere: quia quædam ibi dicta, Salomoni conuenire non poſſunt. Eſt autem regula intelligendæ Scripturæ à beato Petro Act. 2. & à B. Paulo Actor. 13. tradita. Vt quæ alicui tribuuntur, quæ non poſſunt ei conuenire, quia excedunt eius dignitatem, ad Meſſiam finem legis, & Prophetarum, neceſſariò referantur. Et eadem ratione euincimus, Pſalm. 44. epithalamium eſſe Chriſti, & Eccleſiæ, cum Salomonis, & filię Pharaonis nuptijs congruere non poſſit.

I. argum. *Luc. 1. D. Aug. to. 8.*

Optima nobis à Petro & Paulo Scripturas interpretandi ratio commendata. *Rom. 10.*

II. argum.

Adde quod 2. Reg. 7. habetur: *Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Quomodo quæſo poſſunt Salomoni conuenire, qui ſuſcitatus eſt in diebus Dauidis, cùm non ex viri, ſed ex mulieris vtero fœtus egredi ſoleat?

III. argum.

Deinde quomodo ſtabilitum eſt regnum Salomonis in æternum, quod Angelus cap. 1. Lucæ ad Chriſtum retulit, cùm dixit: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius:* id eſt, quod in ſede, & regno Dauidis fuit pręnuntiatum, ac promiſſum. Et quam quæſo Salomon domum Domino ædificauit? Ait enim Dominus per Eſaiam cap. vlt. *Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? Et quis eſt iſte locus requietionis meæ?* & Paulus Athenienſibus dixit, *Non in manufactis templis habitat,* ſcilicet Deus: ſed Chriſtus ipſe eſt, qui Deo ædificauit veram domum, hoc eſt Eccleſiam, quæ templum Dei dicitur.

Veram domum quam Chriſtus Deo ædificauerit, non autem Salomon. *Actor. 17.*

IV. argum. *2. Reg. 7.*

Et ſequitur in eodem loco: *Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum:* quod non de vero Chriſto, ſed de Chriſto myſtico interpretatur Dauid Pſalmo octuageſimooctauo, cùm ait: *Ipſe inuocabit me, Pater meus es tu; Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ; & ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ.* Et ſaltans à ſingulari ad numerum multitudinis, ſubdit: *Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c. viſitabo in virga iniquitates eorum;* vel vt habetur 2. Reg. 7. Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. In virorum, inquit, virga, id eſt, humaniter, vt ſolent parentes corrigere filios ſuos. Vbi quod de Salomone ſolo dicitur in libris Regum, hoc Paulus interpretatur in hoc Pſalmo de filijs Meſſiæ ſpiritualibus per Regulam aſſignatam à Tyconio de Capite Chriſto, & corpore eius, quod eſt Eccleſia: per quam quæ capitis ſunt, corpori; & quæ corporis, capiti tribuuntur.

Pſalm. 88.

2 Reg. 7.

Quid illud myſticum de Chriſto: Arguam eum in virga virorũ, & reliq.

Tyconij Donatiſtæ vtilis canon intelligentiæ Scripturarum. *Lege Auguſt. lib. 3 de doctr. Chriſt. c. 31. to. 3. regula 1. Coloſſ. 1.*

V. & poſtremum arg.

Denique eſſe filium Dei, magis ſpectat ad naturalem filium Chriſtum, quàm ad eius membra, quæ per adoptionem tantùm de dignitate filiorum participant. Ideo Dominus Ieſus filius Patris declaratur: is enim natus eſt ex poſteris Dauidis, & aſſumptus ad naturalis filij Dei vnionẽ, vt ſubſiſtat in hypoſtaſi increata: ad quod alludit Angelus Lucæ primo, cùm dixit: *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Etſi Eraſmus verterit: Ego ero ei loco patris, & ipſe erit mihi loco filij: id eſt: Ego habebo illum pro filio, & ille me pro parente.

Luc. 1.

Prædicti loci: Ego ero illi in patrẽ, &c. Eraſmiana paraphraſis.

Altera ſolut. prioris difficultatis.

Secundo modo ſolui poteſt hoc argumentum, affirmando in ſenſu myſtico hũc locum Paulum produxiſſe; quia aliàs ita ſolet interdum Apoſtolus argumentari, vt facit ad Galatas quarto: vbi ex Allegoria agit in Galatas. Aliud enim eſt ex ſenſu myſtico trahi efficax argumentum, quod

Dionyſ. ſt. 9
ug epiſt.
tom. 2.
Hier. to 9.
princ.

Dionyſius in Epiſtola ad Titum, & Auguſtinus ad Vincentium Donatiſtam, & Hieronymus in caput Matthæi duodecimum inficiati ſunt; aliud verò probabile effici argumentum. Solent enim Rhetores argumenta topica, & probabilia certis explicatiſque adiungere. Idem quoque facit Apoſtolus, & tanto commodiùs, excellentiuſque, quantò Hebræi intelligerent ea quæ de Dauide in Salomone Deus promiſerat, in Chriſto eſſe complenda, admoniti ex Scripturis. *Quis*, inquit Paulus, *militat ſuis ſtipendijs vnquàm? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid ſecundùm hominem hæc dico?* Id eſt, Nunquid rationibus humanis ago? an & Lex hęc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi, *Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo?* Et ratione allegorica confirmat: *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt?*

Cor. 9.
Quoniam Apoſtolus ſit de Scripturis, & ſenſu ſpirituali et intellectus argumenta depromat.
ut. 25.
br. 7.
Scripturæ ſenſus myſtici minimè probabiles, ex ijs etiam argumenta fiunt.
m 10.
Apoſtolorum ſpiritualis intelligentia Scripturarum omnibus accipienda.

Idem quoque inferiùs Sacerdotij Aaronici ceſſationem, & noui ſtabilitatem, ex allegoria Melchiſedech colligit: Tranſlato enim, ait, Sacerdotio, neceſſe eſt vt & Legis tranſlatio fiat. Valent ergo rationes à ſenſu myſtico recepto, & probato, non autem ita à myſtico, & voluntario, pro cuiuſque cerebro. Nec mirum eſt, ſenſum eſſe principalem, in quem mens autoris quaſi in finem dirigitur: finis autem Legis eſt Chriſtus, in quem omnia tendunt. Præſertim verò ſenſus myſticos ab Apoſtolis aſſignatos nemo poterat reſpuere; quia illorum veritatem ſigna, quibus coruſcabant, & ſapientia doctrinæ, & vitæ ſanctitas teſtabantur, atque commendabant.

Solutio ſecundi dubii.

Ad alterum dubium in hoc teſtimonio propoſitum dici poteſt, quòd ſermo ſit de Chriſto ſecundùm vtramque naturam, & diuinam, & humanam, ex eo quod tunc res fieri incipit, vel eſſe, cùm incipit cognoſci. Quia ergo per generationem ex Maria, vel per reſurrectionem omnibus inclaruit fidelibus diuinitas eius, & filiatio, & in futurum conſtabit etiam infidelibus quòd Pater ipſe ſit natura eius parens, & Chriſtus natura eius filius; ideo dixit: *Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.*

...lus, cùm Ego ero ... patrē, de diuina ... Chriſti, an humana ... uatur generatione.

Inter ea, quæ in tertio teſtimonio dubitata ſunt, primò propoſitum fuit, quid ſignificet illud aduerbium: *Et cùm iterum introducit Primogenitum*, quid eſt, inquam, illud, *Iterum*, ſiue Græcè πάλιν, & an iungendum cum verbo Introducit, an ſeiungendum ab illo, vt fecit Eraſmus: Rurſus autem cùm introducit Primogenitum; & ita eſſet vocula ſecūdum, vel tertium teſtimonium citantis, & interdum redditur per aduerbium. Rurſus, vt in hoc Capite, & Roman. 15. in citandis pluribus locis frequenter ponitur. Alij verò libenter adiungunt cum verbo illo, Introducit, quanquàm variè exponi poſſit. Introductus eſt enim ſemel per incarnationem in vtero, vbi ab Angelis confeſtim fuit adoratus: quemadmodum cùm per natiuitatem de vtero matris eſt egreſſus, ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altiſſimis Deo. Tertiò, iterum ingreſſus eſt poſt mortem ad vitam ſuſcitatus, in orbem terræ, id eſt, in totius orbis terrarum poſſeſſionem, ac dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra:* tūc etiam adoratus creditur ab omnibus Angelis, vt iam conſpicuus & manifeſtus Dei Filius. Et de hoc vltimo ingreſſu videtur eſſe hoc loco ſermo. Alius ſenſus eſſe poteſt, tunc primùm ad Angelos introductum Chriſtum, cùm illum oſtendit eis ante caſum, vt adorarent eum; iterum verò in Incarnationis myſterio, vel in natiuitate, vel in reſurrectione eius. Quo in loco dignum cenſui annotatione, Incarnationem Filij Dei dici introductionem reſpectu noſtri, quia is qui extra mundum erat, factus eſt pars mundi: eandem etiam dici exitum, iuxta illud: *Exiui à Patre, & veni in mundum*; &: *Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum*, & hoc reſpectu Dei, nō quòd Deum Patrem deſeruerit exeundo, ſed vt qui cum ſolo Patre erat, inciperet etiam eſſe nobiſcum: & qui priùs inuiſibilis erat, per incarnationem factus ſit nobis conſpicabilis.

4. dub. ... ſenſu illius particulæ, Et cùm ... um.

Rom. 15.
Altera, & quoties fuerit Chriſtus in mundum introductus.
Luc. 2.

Quo de in mundum introitu hic loquatur Apoſtolus.
Matth. vlt.

Si vbiq; erat Dei Filius, quomodo eſt introductus in mundum?
Ioan. 16.
Matth. 13.

Et vocat eum, Primogenitum, eò quòd ipſe prior ad immortalem vitam reſurrexit; & primitias dormientium, ſcilicet eorū qui ad vitam redeunt; vt eum omnes fide agnoſcant mortis domitorem, atque illi vt redemptori gratias agant, & perpetuis laudibus eum celebrēt. Eſt igitur validum argumentum ad probandam Chriſti eminētiam ſuper Angelos; Angeli habuerūt præceptum adorandi Chriſtum cultu latriæ: aliàs nihil probaret: non poteſt autem creatura adorari ſine flagitio idololatriæ: Chriſtus igitur non tantùm homo, ſed & Deus erat, qui dignus eſt tali cultu.

Cur Paulus Chriſtū, Primogenitum appellet.
1. Cor. 15.

Idem quàm fortiter Chriſtum euocat eminentiorē Angelis, ab adoratione.

Sed illud plus difficultatis habet, vnde videlicet Apoſtolus hæc verba deprompſerit. Communiter dici ſolet, à Dauide acepiſſe hoc teſtimonium, ex Pſalmo 96. qui incipit: *Dominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ*; & infrà: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Adorate eum omnes Angeli*

Ad 3. dub. Illud: Et adorent eum oēs Angeli eius, vnde ſumptum ſit.

I. ſolut.

...lutio.

eius:

eius: *Audiuit, & lætata eſt Sion.* Et probant ex eo, quòd ille Pſalmus Chriſti victoriam de morte per reſurrectionem decantat. Vnde incipit: *Dominus regnauit, exultet terra*: (ſcilicet Iudaica) *lætentur inſulæ multæ*, hoc eſt, Gentes in inſulis ſignificatæ. Et aptè côuenit ablata idololatria poſt Chriſtum apud Gentes prædicatum, Chriſtum ab omnibus adorari.

Huius ſolutionis primũ incômodũ.

Sed vt demus hæc omnia vera eſſe, duo tamen ſunt quæ impediunt, quominùs intelligatur deſumptum hoc teſtimonium ex illo loco. Primum, quia ibi eſt verbum Imperatiuum ſecũdæ perſonæ, videlicet, Adorate eum; hic habetur Imperatiuum tertiæ perſonæ, videlicet, Adorent eum.

Secundum.

Alterum eſt, quia in Pſalmo habemus: Omnes Angeli eius. Imò quod plus eſt, iuxta Hebræã literam habetur, Col elohim, id eſt, vniuerſi dij, etiamſi Septuaginta verterint, πάντες Ἄγγελοι αὐτοῦ: hoc autẽ loco habemus, Omnes Angeli Dei. Si igitur alius locus in Scripturis inueniretur, qui eadẽ omninò verba quæ Paulus producit, haberet (id eſt, qui neque plura neq; pauciora verba contineret) certè ex illo potius dicẽdum eſſet Paulum citaſſe.

Altera ſolutio, longè ſolidior.

Deut. 32.

Cùm igitur in Cantico Moyſis inter illum verſiculum: *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes*: & verſum ſequentem: *Laudate Gentes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur*, integer verſus in Hebræo codice deſideratur, qui tamen apud 70. inuenitur: εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ. Hoc eſt: *Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum vniuerſi Angeli Dei*: habemus omnia verba prçcisè quç Apoſtolus produxit: nec certè tantus Apoſtolus, & Hebræus, apud Hebræos citaſſet, quod in Hebræo codice ſuo tempore non haberetur. Ex quo intelligimus, poſt Apoſtolorũ tempora violatam, & in multis locis corruptam fuiſſe Scripturam, vt etiam Hieronymus in ſuis ad Galatas commentarijs, non leuibus coniecturis ſuſpicatur. Nec enim credẽdum eſt 70. interpretes verſiculos integros de ſuo capite addidiſſe, atque Cantico Moyſis affinxiſſe, cùm non ignorarent Dei ſententiam in eodem libro ſcriptam: *Nõ addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Neque veriſimile eſt, Paulum Apoſtolum peritiſſimum virum, verſiculum non canonicum, ſed apocryphum quaſi in ſacris literis contentum, ad probandum Chriſti diuinitatẽ produxiſſe. Adde, quòd præter Paulum Patres veteres huius peculiariter teſtimonij mentionẽ fecerunt, tanquàm ſacroſancti, & canonici; vt Iuſtinus martyr in Dialogo contra Tryphonem, & Auguſtinus libr. 5. locutionis ex Deuteronomio. Tradunt verò hunc locum allegatum hic à Paulo, Theodoritus libro Quæſtionum in Deuteronomium, & Procopius Gazæus, & Euthymius, in eundem locum Deuteronomij ſcribentes.

Primũ argumentum, ad probandum, dictã ſententiã, vt & alias Scripturarũ complures, à Iudçis depravatam fuiſſe atque corruptam.
B. Hier. in c. 3 ad Galat. tom 9.
Deut. 4.
Infra 12.
Prouerb 37.
II. argumentũ à Patribus.

Tom. 2. Cap. 76. & vlt. to. 3. ſub init. Quæſt. 22. init. to. 1. circa princ.

Adhæc in ſequenti verſiculo alius eſt error in Hebraico codice, qui etiam corrigendus eſt per ſeptuaginta interpretes. Habent enim: Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Id eſt, Laudate Gentes populum eius, vt habetur Romanor. 15. vel: Lætamini Gentes cum plebe eius. Addunt verò Septuaginta, quæ in Hebræis deſiderantur: Ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ: hoc eſt: Et confortent eum ſiue corroborẽt eum omnes filij Dei. Quæ verba Epiphanius in Arrianos diſputans, & in Ancorato allegat ad probãdum, Chriſtum ab Angelo in horto confortatum: atque illo eodem verbo ἐνισχύειν vſurpato à Septuaginta, vtitur Euangeliſta Lucas capite vigeſimo ſecũdo, & Apoſtolus ad Philippenſes, cùm ait: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.*

Deut. 32. Hebræa lectio in duobus etiam corrigẽda, & quænam illa.
Rom. 15.
B. Epiph. in hæreſ. 69. procul à med.
Luc. 22.
Philip. 4.

Deinde aduerte, quod cùm hic, & præcedens verſiculus ab eadem voce Grçca incipiat, nempè εὐφράνθητε, procliue fuit, vt librariorum incuria, prior verſus omninò deſideretur. Vbi enim duæ, vel plures lineæ ab eadem voce incipiunt, hic lapſus à parùm oculatis ſcriptoribus admitti ſolet.

Librariorum familiare vitium.

Expende etiam, priorem huius verſiculi partem, quæ in Grçco ſimul & Hebrço codice habetur à Paulo ad Roman. 15. proferri, ad probandum Gentium vocationem: ideo mirum eſſe non debet, ſi per hoc Canticum de Chriſti Domini myſterijs Moyſes præcinuerit. Nam in eo prophetat reprobationem populi Iudaici; & in eius locum Gentiles vocari indicat. Poſtremò perſpice, idem eſſe filios Dei & Angelos: nam ita Iob 1. & 2. Angeli vocantur: & Propheta Pſalmo octogeſimo octauo. *Quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in filijs Dei?*

Moſaici illius Cantici: Audite cœli quç loquor, cap. 32. Deuteronomij contentum præcipuum argumentum Chriſtus.
Rom. 15.
Angeli, & filij Dei, ijdem ſunt in Scripturis.
Iob. 1.
Infrà 2.
Pſalm. 88.

Cùm ergo indicans Diuinam Chriſti naturam, dixiſſet: Et adorent eum omnes Angeli Dei, vt citauit Paulus; ita in ſequenti verſu ſubiungit de humana naturæ, quæ confortatione, & miniſterio Angelorum in cibo, & potu in deſerto indiguit: Et cõfortent eum omnes filij Dei; vt intelligamus, Angelis, qui filij Dei dicuntur, præceptum eſſe vt adorarent Dominum, & eum corroborarent, & in neceſſarijs ei inſeruirent. Etiamſi aliter Græci Patres interpretentur. Et tunc ſequitur: *Quoniam ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.*

Illorum miniſterio quomodo Chriſtus indiguerit. Eiſdem mandata de Chriſto.
Matth. 4.
Deut. 32.

Iam

V. dub. ſol.

Prophetæ de vẽtis, & igne teſtimonium Qui facit Angelos tuos ſpiritus, &c. vt Chriſto, Angeliſque conueniat.

Iam ad alteram difficultatem in tertio teſtimonio propoſitam aliquid dicendum eſt. Hæc igitur difficultas erat ſimilis illi, quæ in primo teſtimonio tacta eſt: videlicet textum de igne, & ventis quæ Deo miniſtrant, & eius renuntiãdę voluntatis ſunt ſymbola, quomodo ad veros Dei Angelos ſignificãdos ad literam detorquere videatur. Reſpondemus igitur duobus modis, ibi eſſe ad literam ſermonem de Angelis, qui inter primas Dei creaturas computantur, & ſunt ſpiritualis naturæ, facti tamen Angeli, hoc eſt nuntij: qui etſi ob efficacẽ virtutem ſunt maximè actiui, velut ignis vrens, & celeres velut venti; facit tamẽ eos Deus miniſtros ſuos. Dignior autem eſt qui recumbit in dextera Patris, quàm qui aſſiſtunt, & adminiſtrant. Græca tamen litera indicat per articulos, quos addit vocibus, Angelos, & miniſtros, habere locum ſubiecti; Spiritus verò, & ignem vrentem, qui carent articulis, locum prædicati. Ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα; vt ſit ſenſus: Qui facit Angelos ſuos celeres inſtar vẽtorum, & miniſtros ſuos facit ignem vrentem, & vim & efficaciam operandi. Præceſſit etiam de Angelis, quibus præceptum eſt adorare Chriſtum: non igitur de ventis, aut igne, ſed de Angelis, qui ſunt ſpirituales, & veloces, & actiui, & ſapientia præſtantes, vt Cherubini. E miniſtros ſuos facit ignem vrentem, id eſt, Seraphinos, qui igne amoris Dei ardent, qui tamen vt ſerui adminiſtrãt Meſſiæ. Par autem erat, vt quia Angelorũ, creatio rectè erat apud Moyſen in Geneſi deſcripta, extaret aliquis apertus locus, qui eorum deſcriberet cõditionem, naturam, & officium. Et ſi tanta eſt eorum natura, quid erit & gratia? quanta & eorum gloria, cùm pro menſura naturæ diſpenſata ſit gratia, & pro gratię ratione reddita beatitudo? Additur & alia ratio: nam ille Pſalmus non tantùm celebrat Deum in operibus naturæ, ſed etiam in operibus gratiæ. Vnde ait: *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur; & renouabis faciem terræ.* Eſt ergo ſermo de Chriſto, qui miſit Spiritum ſuum in Apoſtolos; & ideò à principio ait: *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer:* magis autem reſplẽdet magnificentia Dei in effectis gratiæ, quàm naturæ. Et cùm primum narrat cœlos condidiſſe, & illos aquis, id eſt, cryſtallino cœlo texiſſe; ſubdit: *Qui ponis nubem aſcenſum; vel currum tuum:* nam vtitur nubibus inſtar currus, quo vehi ſolet. Addit: *Qui ambulas ſuper pennas ventorum.* Vbi deſcribit celerrimum eius currus motum. Iam huic currui deerant miniſtri, & aurigæ qui ducerent: at iſti non quæuis infima creatura, ſed ſuprema & angelica recenſentur, quæ perpetuò Deo aſſiſtit vt miniſtra: ideò adiecit: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus;* id eſt ſpirituales mentes, & intelligentias habet pro nuncijs ſuis, & miniſtris. Denique Scripturis dandus eſt illuſtrior ſenſus, quem verba capere poſſunt, & ille cæteris præferendus: at quod ventis & igne vtatur pro miniſtris ſuis non adeò magnum eſt, cùm tota creatura illi deſeruiat: at quòd ſuprema ac nobiliſſima, atque Deo quàm ſimillima id genus ſeruitij præſtet, & nobis vtile eſt noſſe, ne dedignemur illi miniſterium impendere, cùm ſupremæ illæ intelligentiæ nobis præſtantiores ei promptiſſimè inſeruiant. Et cùm priùs præceptum Angelis datum retuliſſet, quo Chriſtum adorare iubentur; ita de ſpiritibus ſuis ſubdit, eos Angelos officiens, & flammam ignis, id eſt, amore incenſos, vt Seraphinos, miniſtros. Eſt enim Spiritus nomen, naturæ, ſicut Angelus officij. Ita homo, nomen eſt naturæ humanę; miles verò vox eſt officij. Facit ergo Angelos de ſpiritibus, vt de hominibus Rex milites efficit.

I. Solut.

I. argum. quo probatur dictũ teſtimoniũ ad Chriſtum, & Angelos magis propriè pertinere.

Eadem ſententia explicatur ad literã.

II. argum.

Cherubin & Seraphin quales.

Geneſ. 1. Angelos à Deo cõditos & creatos fuiſſe, nuſquã Moyſes expreſſit.

II. Solut.

Actor 2.

Pſal. 103. Priores ſentẽtiæ myſticè declarantur.

III. argum.

Spiritus Angelus, homo & miles, huiuſmodi appellationes quid denotent.

Altera ſolut. quintę dubitationis.

Poſſumus quoque affirmare, duplicem hic eſſe ſenſum literalem, alterum pręcipuum de Angelis, quem tradidit Spiritus ſanctus per Apoſtolum; alterum minùs principalem de igne, & ventis, quorum miniſterio Deus vti cõſueuit cùm voluit: quem ſenſum alio loco latè ſumus perſecuti. Nõ ergo male ſolueret, qui aſſereret, in myſtico ſenſu hunc locum à Paulo allatum, cùm probabilis ſit, & Scripturis conſonus, & à tanto Apoſtolo productus, qui ſignis, & ſapientia, & vitæ ſanctitate oſtendebat ſe à Deo miſſum tanquam verum & fidelem ſacrarum literarum interpretem. Et de his hactenus.

Triplicitet Paulus verũ atque legitimum Scripturarum ſe declarauit interpretem.

DISPVTATIO VIII.

In qua omnia teſtimonia, quæ in hoc capite continentur, nimirũ: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, in ſeculum ſeculi: Virga directionis virga regni tui, etc & : Tu in principio, Domine, terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt veſtimentum veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur, &c.* in finem vſque capitis ediſſeruntur. & explicantur.

Scopus Apoſtoli.

Psalm. 44.

PERSTAT adbuc Apoſtolus in demonſtrãda per ſacras literas Chriſti præ Angelis excellentia: & idcircò cum ante dixiſſet: *Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*; ita opponendo ait: *Ad Filium autem, Thronus tuus Deus, &c.* In quibus verbis primùm dubitatur in hoc teſtimonio,

Primum ambiguum.

quod conflatur ex duobus verſibus Dauidis, ex Pſalm. 44. quia videntur omnia illa de Chriſto interpretari vt homo eſt, maximè ſi Deus ſit Nominandi caſus, vt ſit ſenſus: Thronus tuus Deus eſt, atque ille quidem Deus tuus. Dubium quoque eſt, quomodo ſit explicandum aduerbiũ, Propterea an vt reddat cauſam, an vt à poſteriori argumentetur, vt ab effectu. In ſecundo teſtimonio circa illud: *Tu in principio, Domine, terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli*, obijci poſſet à Rabbinis cõtra Paulum, quòd ibi eſt ſermo de Deo, non Meſſia; & quod eſt pſalmus pœnitentiam agentis, ſiue lugentis peccata. Adhæc in tertio, quomodo poſſunt perire cœli, qui Ariſtoteli ſunt neque generationi, neque corruptioni obnoxij? & quales ſunt iſti cęli, aërei ne, qui diluuio perierunt, & igne perituri dicuntur, an reuera ſupremi illi & cœleſtes orbes, & qui quinta eſſentia à Philoſopho vocantur.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Philoſoph. li. 2. de Cœlo, tex 3 tom 2. Idem lib 1. de Cœlo, à tex. 7

Quintum.

Sextum.

In quarto teſtimonio, in verbis illis. Sede à dextris meis, poſſet in dubiũ reuocari, quoniã Rabbini alios ſenſus illi loco tribuunt, Loquitur enim, aiunt, aut Deus pater Abrahæ, aut Dauidi Regi. Præterea ſextò, quo modò Meſſiam permitit ſedere ad eius dexteram, cùm eundem bonorem, quicunque ille ſit, tribuat Apoſtolus in alio loco iuſtis & pijs dominibus? Ait enim ad Epheſ. *Conreſuſcitauit, & conſedere fecit cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Et alibi: *Qui vicerit, dabo ei ſedere in throno meo, ſicut ego vici, & ſedi in throno Patris mei.* Septimò in poſtremis verbis: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c.* dubium occurrit ex doctrina B. Dionyſij Areopagitæ Pauli Apoſtoli diſcipuli, qui tradit, Angelos primæ & ſecundæ hierarchiæ nunquam ad nos mitti. Hi igitur ſeptem ſunt ſcrupuli circa hæc verba, digni prorſus qui reſoluantur: ante quos omnes præcedere poſſet alia dubitatio, quorſum videlicet Apoſtolus tot teſtimonijs apud fideles Hebræos Chriſti cauſam de eius eminẽtia, ac diuinitate agere voluerit, cùm ſatis eſſet vnum aut alterum. Fruſtra autem vt dici ſolet, fit pluribus, quod poteſt effici paucioribus.

Epheſ. 2.

Septimum.

B Dio. in Cœleſtis hier c. 13 ſub init. & alibi.

Octauũ atq; poſtremam.

Ad VIII. quæſtionem.

Sed vt ad hanc primùm dubitationem reſpondeamus, aſſerimus, Apoſtolum, hãc de Chriſti magnitudine ſententiam cõfirmatiſſimam reddere voluiſſe, & illam cordibus Hebræorũ credentiũ imprimere, ac proinde tot accumulaſſe teſtimonia, vt ne vllus quidem ſcrupulus de ea penes eos reſideret. Deinde non ſolũ optabat de re tãta nos eſſe certos, ſed etiam Scripturarum ſenſus nobis aperire, vt faciliùs poſſemus Chriſtum in occultis, & abditis Scripturis inuenire. Item ſicut Chriſtus ſuſcitatus à mortuis, Apoſtolis aperuit ſenſum vt intelligerent Scripturas: & incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant: ita inſtructiſſim', & peritiſſimus Paulus Chriſtum æmulatus, idem efficere tanto teſtimoniorum aceruo conatus eſt. Et hæc de vltima dubitatione.

Cur tot Apoſtolus, cùm vnum ſufficeret ad Chriſti diuinitatẽ comprobandã, attulerit teſtimonia Scripturarũ.

II. Ratio.

Tertia.

Luc vlt.

Ibidem.

Ad I. quæſt.

In primo teſtimonio conſtante eſt duobus Dauidis verſibus: *Ad Filium autẽ, thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui:* & *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c.* primùm eſt id explicandum, quod ait, Ad Filium. Et perinde eſt ac dicere, De Filio autem. Sicut quod paullò ante dixit: Et ad Angelos quidem dicit, pro, De Angelis autem teſtatur. Ita Lucæ 19. *Ait Ieſus ad Zachæum, Quia hodie ſalus domus huic facta eſt:* pro eo quod eſt, Dixit Ieſus de Zachæo: quæ dicendi phraſis frequens eſt in nouo Teſtamento, & præſertim apud Paulum, quam Haymo noſter hoc loco non ignorauit.

Illud: Thronus tu' Deus &c. quomodo ad diuinã Chriſti naturã pertineat.

Pſalm. 44.

Ad aliquem loqui, vel dicere, quid more Hebræo.

Luc. 19.

Quòd verò Pſalmus quadrageſim' quartus nihil ſit aliud quàm Epithalamiũ, quod olim Dauid Propheta myſteriorũ pręſcius cecinit de Verbo æterno ſponſo coniungendo cum Eccleſia ſua ſponſa, ad excitandam in ſe, & in omnibus lectoribus [illegible]dem Meſſiæ, & lætitiam de eius aduentu: docet vniuerſus Rabbinorum antiquorum cœtus, & iuniores Rabbini, vt Dauid Kimhi, Auen-Eſra, Salomon. Confirmat etiã Ionathas paraphraſtes Chaldæus, qui deliteſcẽtes in Scripturis ſenſus de Meſſia aperire conſueuit. Idem tradunt vniuerſi Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ Patres, tã Græci, quàm Latini. Sed ſuper omnes ſatis nobis eſſe debebat vna Pauli ſententia, quæ eius Pſalmi verſiculos Meſſiæ ita applicauit, vt alteri competere poſſe non videantur. Et idem corroboratur ex titulo præfixo, In finem (ſiue vt Græca habent, Νικοποιῷ, & Hebręa, Lammazeah, hoc eſt, Vicenti, vel Victori) pro ijs qui commutabuntur in filijs Core ad intellectum canticum prodilecto. Hieronymus putat, ijs verbis ſignificari carmen triumphale, quod caneretur in templo pro victoria de hoſtibus parta:

Pſalm. 44 ad Chriſtum tãtummodo, & eius ſponſam Eccleſiã pertinere oſtẽditur multiplici teſtimonio.

Ionathæ Chaldæi paraphraſis, quid proprium habeat.

Eius Pſalmi titulus qualis.

H[illegible] in dictũ Pſal in princ. epiſt. 140. unit. to. 3.

vt me-

Iudæi de illo Pſalmo,& hæretici carnales, & impuri quid ſentiãt.

vt mera ſit fabula quod nouelli Iudæi aſſerunt,hoc canticum de nuptijs Aſſueri & Eſther fuiſſe cantatum; alij autem in nuptijs filiæ Pharaonis cum Salomone. Sed proprium eſt Iudæorum & hæreticorũ ex ſpiritu carnem efficere : ſicut filiorum Dei, qui ſpiritu Dei aguntur, carnem in ſpiritũ conuertere.

Illorum & filiorum Dei conditio omnino contraria.
Rom. 8.
I. Ratio.

Quòd autem omnia Pſalmi huius verba ad Humanitatem referenda ſint, verũ non eſt. Nam in primis illud nomen, Deus, non eſt in Nominandi caſu poſitum, vt putauit Eraſmus, ſed Attica phraſi eſt Vocatiuus; nam illi Nominatiuus pro Vocãdi caſibus vti cõſueuerũt. Quòd ſi obijcias; Si, Deus, eſt Vocandi caſus, quomodo Deus habet Deũ ait enim; *Thronus tuus, ô Deus; Deus tuus.*

Si Chriſtus eſt Deus, thronus ei quomodo Deus eſt.
Secunda,

Dicendum eſt, Chriſtum quatenus homo eſt, Deum habere, non quatenus Deus eſt, & Dei filius, nõ enim habet alium Deũ diſtinctum à ſe ipſo, ſed aliam perſonam, hoc eſt Patrẽ. Preterea, in Scripturis nõ habemus quòd ipſe De⁹ ſit thronus, vel ſedes Meſſiæ: ſicut cum loquimur de ordine Angelorum qui dicuntur Throni, & de homine iuſto, de quo dicitur; *Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.*

Tertia.

Tertiò, quod ait : *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi*, deſignat regnum Chriſti ęternum, quod puri hominis eſſe nequit, & ſupplendum eſt aliquod verbum : *Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi*: ſcilicet ſtabilietur, vel firmabitur.

Throni, Cathedræ, ſedis & Tribunalis propria ſignificatio.

Et per Metonymiam thronus in quo Rex ſedere ſolet, pro regno accipitur: nam vt Cathedra, ſedes eſt Doctoris, & magiſtri docẽtis; Tribunal verò iudicis ius dicentis, ita ſolium, & Thronus, Regis eſt regnantis.

Explicatur id Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.

Sequitur : *Virga æquitatis, vel directionis, virga regni tui.* Id eſt, poteſtas tua regia, quæ per virgam, vel per ſceptrum ſignificatur, ſicut priùs per thronum, iuſtitia & æquitate nititur.

Quid ſit æquitas.

Et directionem ad vitã explicat Paulus eſſe ęquitatẽ; quę nihil eſt aliud quã iuris moderatio: non enim ſummò iure regit nos, & ſæpè bona voluntate noſtra contentus eſt: & pauca obſequia multis, & amplis remunerat prœmijs pro munificentia ſua. Et hac virga iuſtam vindictam malis retribuet: ipſe.n. per ſe ipſum veniat ad hoc iudicium ſiquidem omne iudicium datum eſt illi à Patre, & reddet vnicuiq; prout geſſit in corpore.

Ioan. 5.
2. Cor. 5.
De humana Chriſti natura & diuina, Scripturę ferè ſemper cum miſtim loquantur. Eadẽ ſententia (videlicet,

Raro ſiquidem in ſacris literis de Chriſti Humanitate fit mentio, quin etiam fiat de Diuinitate; vt quantum amor in Chriſtum, vt homo eſt, excitatur, ex eo ꝙ caro noſtra, & frater eſt; ita etiam timor & reuerentia, atq; bonorificentię, quę tantæ maieſtati debetur, à nobis exprimatur.

¶ Eſt autẽ hoc modo litera huius clauſulæ cõſtruenda. Virga regni tui, eſt virga directionis: quod in Grecis articulus oppoſitus regno, & nõ directioni oſtẽdit: Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σοῦ. Simile eſt illud quod in alio loco dicit: *Cinerẽ tanquã panem manducabam*; id eſt mãducabam panem tãquam cinerem. Et id quod paulò antè produximus; *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, &c.*

Virga directionis, virga regni tui) vt ſit ordinanda.
Pſalm. 101.

Qui vngerẽtur olim, & quot modis Chriſtũ vnxerit Deus.
Damaſ. lib. 4 de Ortho. fide c. 6. in fine

Subdit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, ſeu exultationis.* Præteritum poſuit pro futuro, vnxit, pro, vnget, vt notat Damaſcenus. Vngebantur olim Reges, Sacerdotes, & Prophetæ: at Chriſtus à Patre eſt vnctus in Regem, Sacerdotem, & Prophetã vt omnib. modis dicatur vnctus, ſiue Chriſtus, ſiue Meſſias.

Illud: Deus, Deus tuus, quomodo accipiẽdum ſit ſecũdum Hieronymum.
Hier. ep. 139. to. 3. remotiss. à princ.

Et addit: *Deus, Deus tuus.* Quorum primũ verbum Deus, in vocandi caſu eſt accipiendum, vt docet Hieronymus ad Principiam Virginem : alioqui nulla dignitas Chriſto in illis verbis tribueretur. Et ita Aquila in vocandi caſu Θεὲ, & nõ Θεὸς, tranſtulit: quãquam ſi in Nominandi caſu Θεὸς diceretur, vt diximus ſuperiùs Nominandi caſus pro Vocandi Atticè acciperetur.

In hoc Pſal. 44. quoties Chriſtũ Deũ agnouerit Propheta.

Et ita ter in illo Pſalmo Meſſias dicitur Deus : nam apoſtraphans ad Meſſiam dixit : *Thronus tuus Deus, in ſeculum ſeculi* : Et cum ſecundò ait: *Vnxit te Deus, Deus tuus* : & denique tertiò, cum inferius ait, *Et concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

Quid oleum exultationis quo vnxit Chriſtũ De⁹
Actor. 10.

Oleum verò exultationis, & gaudij, vocat Spiritum ſanctum, & plenitudinem gratiarum eius: de quo B. Petrus dixit : *Quem vnxit Deus Spiritu ſancto, & virtute.*

Quæ cauſſa eius gaudij ſeu exaltationis exiſtit.
Coloſ. 2.

¶ Si pietas, de qua re ſit conceptum hoc gaudium? De Chriſti victoria contra Iudæos : de triumpho contra hoſtes noſtros capitales, hoc eſt Dęmonem, Mundũ, Carnem, & Mortem : de ſpoliorum ablatione, de manu hoſtis, de inferorum traductione, & apertione cęlorum; de ingreſſu cum triumpho in gloriam.

Præ quibus participibus & quare Chriſtus fuerit vnctus.
Ioan. 1.
1. Ioan. 2.
Baptiſmalis facto chriſmate vnctionis in vertice & frõte fidelium cauſa.

Adiungit: *Præ conſortibus, vel præ participibus tuis.* Id eſt præ omnibus, qui de tuo Spiritu, & donis participarunt. Nam de plenitudine omnes partem accepimus, nemo totam plenitudinem præter ipſum. Ideò Chriſtiani nuncupamur, quaſi participes vnctionis, de quibus Dilectus: *Et vos vnctionem quã accepiſtis ab eo, maneat in vobis.* Hinc eſt, quòd in Baptiſmo vngitur Chriſtianus in vertice, & in fronte, chriſmate, dum Confirmatur: & in diuerſis corporis partibus oleo linitur, ad extremum cum morte, & eius timore agonem.

Ad II. quæſt. De particula

Dubium autem eſt, an aduerbium Propterea, cauſale ſit, an verò ſignũ, & effectũ à poſte-

Et poſt pauca ſubijcit: *Quod ligatum eſt ſolubile eſt, quamuis ſi bene aptatum beneq; ligatum ſoluere vult bonus non ſit. Quare,* inquit, *Deo attribuens verba: Dij, quorum ego creator, ac pater ſum, quoniam facti eſtis, immortales quidem non eritis, nec indiſſolubiles omnino. Non ergo diſſoluemini, nec in mortem deducemini, maiore vinculo colligati.* Hæc ille.

I Opinio de cęlis quomodo peribunt.
B Aug. to 5.

Sed ad rem, quæſtio eſt, quomodo peribunt cęli? Reſpondent quidam, ceſſando à motu, & ab influxu qualitatum quas operantur, vt aſſerit Auguſt. lib. 20. de Ciuitate Dei, cap. 19. & 24. Sed ſi veritatem amamus contra hoc aliquid dici poſſet. Nam cũ moueri, & non moueri, ſit cœlis extrinſecum, iam cœli eſſent incorruptibiles ſecundum ſubſtantiam, ac proinde ingenerabiles, cũ conſtet illos cõditos fuiſſe. Deinde durum eſt ac violentum, quod perire ac veteraſcere, atteri, & deficere, nihil aliud ſit, quam à motu ceſſare: nam veteraſcere, propriè eſt ad interitum tendere, vt in hac epiſtola docet Apoſtolus: *Quod autem,* inquit, *antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Tertiò contra hoc facit, quod Petrus in ſecũda epiſtola ſcribit: *Adueniet dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autẽ, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.* Et infrà: *Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent: Nouos verò cœlos, & nouam terram, ſecundùm promiſſa ipſius expectamus.* Vides igitur elementa, in quibus includitur aër, ſeiuncta à cœlo? Et ſicut elementa, & terra, quantũ ad formam, quæ pars ſubſtantiæ eſt innouabuntur, ita etiã cęli. Atque hæc mihi dicuntur propter eos, qui de cœlis aërijs hæc dicta putant. Quartò; quoties in Scripturis cęlum in plurali ponitur, non ſolet capi pro aërio cœlo; nec etiam quando ponitur in ſingulari, quãdo illi terra opponitur. Cùm autem hic dicatur, cœlos ardentes ſoluendos, & illis opponatur terra, proculdubio pro aërijs cœlis nõ poteſt vſurpari, ſicut nec cũ dicitur: *Cœlũ cœli Domino terram autẽ dedit filijs hominum;* &, *Tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli:* & Dominus, *Cœlum, & terra tranſibunt:* non ergo de aërijs, ſed de ſublimibus, & veris cœlis, ſicut de vera terra, loquitur Petrus. Quintò huius ſententia eſt Chryſoſtomus in ca. 8. ad Romanos, & Petrus apud Clementem lib. 3. Recognit. vbi obiectis Simonis Magi reſpondet.

Improbatur multiplici ratione.

I. & ſecunda.

Hebr. 1.
Tertia à Petri teſtimon.
2. Petr. 3.
Ibidem.
Eſai. 65.
Apoc. 21.
IV. Ratio.
Cœlũ in Scripturis quandocunq; non aerium, ſed tantum cœleſtes indicet orbes.
Pſal. 113.
Pſal. 101.
Matth. 24.
V. Ratio.
B Chryſ. ſer. 14. ante med. to. 4. in prin.
Clem Rom.

Nec obſtat quòd cœlum nõ ſit ſuſceptiuum peregrinarum impreſſionum, vt Philoſophus docet: quia ignis vt Diuinæ inſtrumentum potentiæ, in cœlos aget, vt dixit Petrus. Imò etiã Ouidio non fuit hoc incognitum: accepit enim ex Sybilla illud;

Solutor illud ex Philoſopho, Cœlũ non eſt ſuſceptiuum peregrinarum impreſſionum.
Ariſt. 2. de cœlo, tex. c. 3. 2.
Ouid. lib. 1. Metam inter medium circiter & init.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli.
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Quòd ſi obijcias ex eodẽ B. Petro: *Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erãt prius, & terra, de aqua, & per aquã cõſiſtentes Dei verbo: Per quem ille tunc mũdus aqua inundatus perijt: Cœli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in die iudicij, & perditionis impiorũ hominum.* Vt igitur ibi mũdus interijt per aquam, nec propterea cœli, vel terra quicquam paſſi ſunt, quod ad ſubſtãtiam attinet, niſi tantùm quindecim cubitis aſcendit ſuper montes altiſſimos: ita erit de mundi per ignem interitu, quia in ſubſtantia nihil offendetur, aut patietur. Reſpondemus, ibi mundum homines ſignificare: quemadmodũ dicimus: Mundus Imperio Romano ſubiectus eſt, vel mundus ad fidem Chriſti conuerſus. Sicut quod dicitur in Euangelio: *Ecce mundus totus poſt eũ abijt:* &, Paulus *Deus erit in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* His enim in locis mundi nomine veniunt homines mundum incolentes, non autem elementa, vel cęli, ſed vt ipſe Apoſtolus inferiùs explicat, perditionis impiorum hominum.

Si cœli vt olim in diluuio cõſtiterunt ita in fine mundi, teſte Petro, de aqua & per aquam cõſiſtent Dei verbo, igitur quomodo peribunt.
Geneſ. 2.
Ibidem.
Quis ille mũdus extinct' diluuio.
Ioan. 12.
2. Cor. 5.

Et rectè dixit, cęlos de aqua, & per aquã conſiſtere, alludens ad nomen Hebęũ cœlorum שמים Schamaijm quod ab aqua deriuatum eſt. Et alludit etiam ad illud; Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, hoc eſt cœlos ſuperiores ab inferioribus. Cœli ergò peribũt non tãtùm per ceſſationem à motu, ſed per hoc quòd exuent formam ſubſtantialem præſentem, & induent aliam excellentiorem, vt poſſint dici cœli noui, & terra noua. Neque vera eſt expoſitio: Peribunt, id eſt Deo volente per annihilationem perire poſſunt quia hoc etiam ipſis Angelis, & animis immortalibus proprium eſt. Et hic non loquitur de potẽtia Dei in cœlos, ſed de eo quod actu habituri ſunt.

In eo quod cœli de aqua & per aquam dicuntur cõſiſtere, quid ſignificetur.
Geneſ. 1.
Duplex cœlorũ interitus.
Altera opinio de modo quo cęli peribunt, parũ ſolida atque probabilis.

Sequitur in Text: *Et velut amictũ mutabis eos, & mutabuntur.* Quod de ſolo motu loci intelligi nõ poteſt: non. n. verè mutari, nec alia res fieri dicitur ea ſolùm ratione, quòd ceſſat à motu, ſed de magna alteratione, & corruptione. ¶ *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Alloquitur Chriſtũ hominem, qui vbi reſurrexit à mortuis, iam mors, vel corruptio in illũ ius vllum non habet, neque dominium: & ideò ſemper eſt idem, & nõ mutatur. Ex qua immutabilita-

Mutatio cœlorum velut amictus quæ antiùm ſit futura.
Illud: Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficiẽt, in Chriſto quando verum.

te elicitur, quòd anni eius nō deficiēt, id eſt duratio eius perpetua erit (accipiendo ſpeciem pro genere) ſed in ſua carne immortali iudicaturus eſt omnes. De nulla autem creatura dici poteſt, quòd ſit eadem, quia modò fit, modò eſt, modò augetur: nunc perficitur, nunc minuitur, & denique nunc interit. Angelus etiam modò vnus eſt per vnum affectum, modò alius per alium, quē de integro induit; & ita habet ſuam ſpiritualem mutationem, vt idem omnino dici nequeat. Solus verò Deus vnus & idē ſemper eſt, quia ſubſtantia eſt eadem, & cogitationes, & voluntates eædem, & omnino, ac per omnia immutabilis.

Creaturā omnem, etiā Angelicam, eſſe mutabilē nec ſemper eandem.

Deus cur ſic ſemper idem & eius anni nunquam deficiant.

Hæc Pauli argumentatio negatiua: Ad quē autē Angelorū dixit aliquādo: Sede à dextris meis &c. quā ſit efficax.

Ad quartum teſtimoniū in illis verbis: Ad quem autem Angelorum dixit aliquādo: Sede à dextris meis. Vbi primum perpende, argumentum ſumi à negatiua, vt ſuperiùs cùm dixit: *Cui enim dixit aliquādo Angelorum, Filius meus es tu?* Sed ad hoc idem reſpondēdum eſt, quod in ſuperiori teſtimonio tuendo aſſeruimus. Et in his verbis nō tātùm eſt negatio, ſed etiam affirmatio: nā teſtatur à Dauide eſſe dictum, vt ſedeat ad dexteram Dei, & hoc aſſerit nō eſſe ſcriptū de aliquo Angelo: illi ergo non ſunt euecti ad æqualitatem honoris Dei, per illam metaphoram deſignati. Ideò non dixit, Sede ad caput, vel ad pedes, ſed ad dexteram meā id eſt, eſto mihi æqualis in honore, & mecū regna. Non eſt ergo Angelorum munus Eccleſiæ dominari, ſed illi ad nutum Domini Dei noſtri miniſtrare: ſunt enim confratres noſtri, & conſerui, non domini.

Chriſto cur dictū: Sede à dextris meis, & quid ſit.

Validum igitur eſt argumentū: nā ſimile in hęreticos iactare ſolemus: Nulli diſcipulorum niſi Petro dixit Chriſtus: *Paſce oues meas*, &, *Cōfirma fratres tuos*: Petrus ergo cæteris præſtat, ac vt paſtor præcellit. ¶ Qui verò hæc verba Iudaicè detorquent, quaſi dicta à Deo ad Abraham, vel ad Zorobabel, vel ad Dauid, ita vt populus loquens dicat: Dixit Domin⁹ Deus domino meo Dauid: *Sede à dextris meis*, hoc eſt, ſit tibi maxima mea poteſtas profectò ſpiritum Iudaicū induūt iſti, & ex noſtris quidam, qui hāc expoſitionem ſequuntur. Et ſanè pudore deberent ſuffundi, qui id tribuunt homini mortali, quod Paulus grandius eſſe dicit, quàm vt aptari poſſit cuipiam Angelorum. Et Iudæi, dum Chriſtus viueret, Pſalmum hunc de Meſſia intelligebant, etſi ignorarēt qua ratione diceretur Meſſias filius Dauidis, & eiuſdem Dominus. Ignorabant enim duas in Chriſto naturas.

Quo ſimili Pauli argum. Petri primatus in Eccleſia ab hęreticis valeat extorqueri.
Ioan. 21.
Luc 22.
I. Sēſus illius ſententię, nē pè Iudaizantium.

Iudæi Meſſiā eſſe Filium Dauid quo modo neſcierint.

Ad literā ergo Dauid de Meſſia poſt reſurrectionem, & ipſius in cœlos aſcenſionē ait, Patrem Dominū Filio Domino dixiſſe: *Sede à dextris meis*: quod docet apertè c. 1. ad Epheſ. & in 2. capite Actorum tradit Lucas, & Marcus, qui habet: *Et Dominus quidē Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlū, & ſedet à dextris Dei.* Vt interim miſſa faciam quæ Chriſtus Matth. 22. diſputauit ex his verbis contra Iudæos, & paraphraſis Chaldææ verſionem, quæ habet: *Dixit Dominus Meſſiæ, Sede à dextris meis.* Adde vniuerſa quę in illo Pſalmo canuntur, mirificè Chriſto quadrare, maximè illud quod ſequitur: *Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorū.* Id eſt: tam plena erit ſubiectio dæmonum, impiorum, & infidelium: qui ſibi modò aliquid eſſe videntur, & in Chriſtum repugnant, vt omnes illi captiui futuri ſint ſub pedibus eius.

Alter ſenſus verus, omnique acceptione dignus.

Epheſ. 1.
Actor. 2.
Matth. vlt.

Cōfirmatur ille duplici ratione.

Quid ſignificet: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuorum.

Et notandum, Patrem vltionē ſumpſiſſe de inimicis Chriſti, non aūt ipſum Chriſtum: quod ad noſtram inſtructionem ſcriptum eſſe videtur. Si enim Chriſtus noluit vlciſci inimicos ſuos, cui poteſtas non deerat; multo minus nos, qui ſæpè non poſſumus, & viribus deſtituimur: quare Deo debemus vindictam relinquere, iuxta illud *Mihi vindictam, & ego retribuam.* Deinde, vt intelligamus Patris zelū pro Filio, ne quis putet inultum abiturum eum, qui contradicit Filio ſuo. Quare apud Mōyſen dixit: *Ponam verba mea in ore eius, loqueturq́, ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autē verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.* Tertiò, voluit Deus vindictam à nobis agnoſci, non humanam, ſed diuinam futuram.

I. Ratio cur Deus Pater, & non Chriſtus, eius inimicos ſubiugauerit, atq; punierit.

Deut. 32.
Rom 12.
Hebr. 12.
II. Ratio.
Deut. 18.

III. Ratio.

¶ Quòd ſi obijcias, alios quoque homines eandem dignitatem ſedendi ad dexterā Dei habituros, iuxta id: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Et ipſe Apoſtolus; *Et conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu.* Sed reſponſio eſt in promptu: alter enim eſt gradus Chriſti in hac ſeſſione, alter cæterorū, qui illi hærent, & plenitudinis eius ſunt participes. Ipſe enim ſupremo gradu Deus eſt, ac Dei Filius, Iudex, Paſtor, Rex, Lux; ſed nos longo poſt illum interuallo dij, & filij Dei, ſed adoptione vocamur: Iudices, & paſtores, ſed in gregib. particularibus, & cauſis limitatis, & ad tempus. Imò quod nos ipſi vicimus, & promeriti ſumus ſedere in throno eius, dono, & gratia ipſius obtinuimus. Et magis ipſe ſedet in ſedentibus in throno ſuo, quā ſedentes ipſi. Quanquā locus ille ad Epheſ. 2. poſſit recipere aliam reſponſionem quod vt in Chriſto ſuſcitato conreſuſcitauit nos, ita conſedere fecit nos in ipſo Chriſto, quę ſumma dignitas fuit, & naturam humanam

Ad VI. dub.

Apoc. 3.

Epheſ. 2.

Chriſti prærogatiua.

Id Apoſtoli: Et conreſuſcitauit, & cōſedere fecit in cœleſtibus &c. qualē ſenſum habeat.

in ex-

in excelſum honoris gradum euexit, & in ſpem certam aliquando idem nos quoque vt eius membra obtenturos.

Ad 7. dub. Si omnes ſint adminiſtratorij ſpiritus, vt verum ſit dictũ Dion. Quatuor tantum ordinũ inferiorum Angelos ad homines deſtinari.

Ad illam quæſtionem, quomodo omnes Angeli ſint adminiſtratorij ſpiritus, & quomodo non obſtet magnus Dionyſius, qui de vltima hierarchia, & vltimo ordine ſecundæ tantùm ad nos mitti teſtatur, hoc eſt, ex quatuor poſtremis ordinibus, non autem ex quinque ſuperioribus: reſpondẽdum eſt, quod cùm Eſaiæ 6. legamus, Angelum Seraphinum ad purgandũ Prophetam miſſum fuiſſe, & Cherubinis datã cuſtodiam paradiſi terreſtris, non video quid opus ſit ad gloſſas confugere, negãdo illos ſupremos mitti. Certè Apoſtolus Dionyſij magiſter fuit, & Doctor, & in vniuerſum ſimpliciter ait: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, & in miniſterium miſſi.* Prętereà Gabrielẽ de ſupremo ordine Seraphim fuiſſe credibile eſt, quia vocatur à Patribus Archangelus, non in eo ſenſu quo ponitur ſecundus Angelorum, ſed in eo quo deſignantur ſupremi inter omnes Angelos. Vnde Luc. 1. dixit: *Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum*: & Raphael ad Tobiam miſſus ait: *Ego ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum*: De quibus etiam Dilectus ait: *Et à ſeptẽ ſpiritibus, qui in cõſpectu throni eius ſunt.* Sicut ergo Michael in Epiſtola canonica Iudæ dicitur Archangelus, & ab Apoſtolo. 1. Theſſ. 3. quia Princeps eſt Angelorum ſupremus, & pręeſt toti militię cœleſti tanquã dux & Imperator; vnde & ante omnes Angelos primus ab Eccleſia inuocatur; tamen miſſus dicitur Dan. 10. Ita Gabriel illi quã proximus, Archangeli nomen ſortitus eſt. Eſt etiam alia ratio non minus ſolida. Conſtat enim Dei filium, qui eſt magni conſilij Angelus, ſiue Angelus teſtamenti, in propria perſona ad nos miſſum fuiſſe, quò firmum Euangelium nobis annũciaret: quid ergo vetat, ne etiam & ſupremi ordinis Angelos miſſos aſſeramus? Ad hæc difficile eſt ſeruare rationem, & nomen Angelorum in quinq; illis ſupremis ordinibus, cùm miſſi in perſona ad renunciandum aliquid nunquam legantur. Et ne omnino videamur ſententiam Diony. deſerere; affirmare poſſumus, illos quinq; ſupremos ordines rariùs mitti, frequentiùs autem, & cõmunius ex alijs inferioribus ordinibus; vt ita ſalua ſit ſententia Apoſtolica, quæ tradit, omnes in miniſterium mitti.

Eſai 6. Geneſ 3. I. Ratio contra Dionyſ.

Gabriel, Raphael, & Michael, quod ſupremi ſunt ordinis Angelorum. Luc. 1. Tob. 12.

Apoc. 1. Iud. 1. Theſſ. 4.

Dan. 10. II. Ratio. Nil eſſe abſurdi, ex primis ordinib⁹ Angelos ad omnes mitti. Eſai 9. Malach. 3. III. & vlt.

Dictum Dionyſij propoſitum ſaluatur.

Quod verò ſubiungit: *Propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis*, interpretantur nõnulli, tantum eſſe Prædeſtinatos intelligẽdos, vt propter illos ſolos ad miniſtrent: ꝙ meo iudicio non ſatis ſolidè dicitur: quia omnibus etiam non prædeſtinatis deſtinãtur Angeli, quibus tamen hæreditas poſſit obuenire. Diuina namque prouidentia omnibus proſpexit de remedijs, & de protectione, & cuſtodia Angelica, quæ ad eam obtinendam vtilis eſt ac pernecеſſaria. Idcircò vniuerſa Patrum Traditio docet, vnicuique à natiuitate traditum eſſe Angelum cuſtodem, qui ad vitam æternam adipiſcẽdam bona conſilia ſuppeditet, & ad illa amplectenda ſolicitet. ¶Et cum ait: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus*, arguit à minori ad maius affirmatiuè. Nam ſi angeli miniſtrãt nobis, multò magis ergo Chriſto Domino; imò nonniſi propter illum nobis adminiſtrant, ſiue per ſe, ſiue per illos quos mittũt: quemadmodum nemo iumento ſuo miniſtraret niſi propter ſe, vel propter Dominum, cui ſeruitium impendit.

Illud: Propter eos qui hæreditatẽ capiũt ſalutis, de prędeſtinatis nõ poſſe ſolis intelligi.

Angelicę cuiuſq; hominis præcipuè finis cuſtodię quis.

Dicentis omnes Angelos adminiſtratorios eſſe ſpiritus, quale ſit argumẽtum Apoſtoli.

Ad illud verò Danielis, quod quidam dicuntur miniſtrantes, alij verò aſſiſtentes: *Millia*, inquit, *millium miniſtrabãt ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*: Dicendum eſt, nihil illam diſtinctionem obeſſe, quo minus ex aſſiſtentibus aliqui etiam mittantur, & adminiſtrent: nam & Raphael apud Tobiã, & Gabriel apud Lucam, ex aſſiſtẽtibus, vel aſtantibus eſſe dicuntur, & tamen miſſi ad miniſtrandum. Nec mirum: cum ipſe Dei filius in propria perſona venerit ad nobis miniſtrandum, etiam in re quæ videri poſſet ſordidiſſima, de qua ſuperiùs dixit: Purgatione peccatorũ per ſeipſum facta. Quãtò minùs detrectabunt boni Dei ſerui, & confratres, & conſerui noſtri venire ad opẽ nobis ferendam? Et cùm ex innumerabili Angelorum exercitu tres tantùm Angeli in Scriptura Canonica innoteſcant; credibile non ſit ex infimis Ordinibus eſſe: præſertim cùm Michael olim eſſet Princeps gentis Iudæorum, & nunc ſit Eccleſiæ Dei cuſtos, & Gabriel ſemper ad ſumma Verbi Dei negotia annuntianda deſtinatus ſit, & Raphael ad ſanctum virum in via ſua dirigendum, directus fuerit: qui merito medicina Dei interpretatur, quoniam & iuniorem Tobiam à piſce deuorare volente eum cuſtodiuit, & à domo vxoris, quam accepit, Aſmodæum expulit, ac relegauit in deſertum, ne amplius noceret, & denique ſeniorem Tobiam à cæcitatis defectu curauit, & totam eius domum lætitia ſingulari impleuit.

Si Angeli omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, cur eorum alij Domino dicuntur aſſiſtere. Dan. 7. Tob 12. Luc. 1. Chriſtus nobis exhibuerit quam vile miniſterium.

Hebr. 1.

Angeli hominibus cur libenter inſeruiant.

Dan 10. Summi illi Archangeli Michael, & Gabriel quales ſint Dei miniſtri.

Tob 3. Raphael quid ſonet. Infrà 6.

Infrà 8. Infrà 11.

DISPVTATIO IX.

In illa verba, cap. 2. *Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus, & ſi omnis præuaricatio, & obedientia accepit iuſtam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Quæ cum initiũ accepiſſet enarrandi per Dominũ, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt: conteſtante Deo ſignis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem, &c.* vſque ad illud: *Eum autem qui in medico quam Angels, minoratus eſt.*

I. Dubium.

IN his verbis more noſtro in primis occurrit venari ſcopum, & quorſum dicat; *Propterea oportet nos abundãtius obſeruare, &c.* Deinde ſcrupulus ſe offert ſuper illud: *Quæ cùm initium accepiſſet enarrandi per Dominum; ab eis qui audierũt in nos confirmata eſt:* ex quibus Caietanus accepit, Pauli non eſſe hanc epiſtolam, ex eò quòd connumerat ſe inter eos, qui non Euangelium à Domino acceperint, ſed ab his qui audierunt ab eo: cùm tamen ipſe in principio epiſtolæ ad Galatas aſſerat, non ab hominibus, neque per hominem illud didiciſſe. Tertiò dubium eſt, quem vocet orbem terræ futurum Angelis non ſubiectum, & an ſint plures mundi, cũ nouus, & poſterior orbis à Chriſto ſublato in cœlum, in diem vſque iudicij per eoſdem Angelos adminiſtratorios ſpiritus æquè adminiſtretur atque præteritus. Quartò, quorſum ait: *Teſtatus eſt autem in quodam loco quis*, & cur non librum Pſalmorum expreſſit, aut Dauidem eorum autorem, vt Actor. 1. à Petro dictum eſt: *Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid, &c.* & infrà: *Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum.* Quintò ambigitur, an Pſalm' ille octauus, qui producitur, de Domino loquatur, an de homine in ſtatu innocentiæ, an de eo in ſtatu peccati: an etiam de ſtatu gratiæ Euangelicæ, ac proinde de homine iam beato. Sextò, circa illa verba: *Minuiſti eũ paulò minùs ab Angelis*, dubium exiſtit: quia quidam, vt Caietanus & Faber, volunt legi, paulò minus à Deo, & ita contendit eſſe legendum in templis Faber Stapulen. an verò ſicut Septuaginta, & Paulus allegant, ab Angelis. Hæc ſimul cũ textu ipſo veniunt explicanda.

Secundum. — *Caietan.* — Tertium. — Quartum. — *Actor. 1.* — *Ibidem.* — Quintum. — Sextum. — *Caietanus. Fab. Stapul.*

Soluitur prima dubit. Quo tendat Apoſtolus propoſitus in verbis.

Ad primum igitur aſſerimus, mentem Pauli eſſe, Iudæos abducere à dogmate ſuo, quo partim Euangelio, partim Legi fidebant, quod Chriſto iniurium erat; ac proinde ſuper Angelos, & Prophetas exaltauerat, vt indicaret, omnes qui Chriſtum habent, ſiue Moyſe & Lege omnia bona habere. Et hortationem facit efficacem ad obſeruandum Legem Euangelicam, quam Chriſtus per ſe diebus nouiſſimis locutus eſt, ſi illis periculum graue imminebat, qui Moyſis Legem per Angelos datam negligebãt: quantò magis ſi filius Dei ſalutaris, & Euangelica Lex cõtemneretur? Ideò incipit: *Propterea,* ſcilicet, quia filius Dei excellentior eſt omnibus Angelis. Et abundantiùs, inquit, id eſt maiori ſolicitudine, & cura, *Oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus*, ſcilicet verba, nõ ſcripta: quia Chriſtus nihil ſcripſit, ſed verbo docuit, & multa per traditionem viuam ſine ſcripto tradidit: vt mera ſit hæreſis, quæ Scripturas de ſingulis à nobis repoſcit, cùm à Paulo ſcriptum ſit: *State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtrã.*

Exod. 19. Galat. 3.

Cur Iudæi abundantius ea quæ audierant, obſeruare debebent.

Contra hæreticos nihil non factis literis expreſſe traditum recipere valentes.

2 Theſſ. 2.

Qualis eſſe velit Apoſtolus verbi Dei auditores.

Subdit: *Ne fortè per effluamus, aut paſſiuè pereffluamur.* Hortatur nos, ſimiles eſſe vaſis obſtructis, quę pretioſi vnguenti liquorem fideliter retinent: ita nos ſalutarem Chriſti doctrinã retineamus, ne nobis per obliuionem, aut per negligentiam, & incuria excidat: quemadmodum vaſis effractis effluit vnguentum, quod colligere poſteà eſt valdè difficilè. Perfluere etiam Latinè dicitur, qui auditum ſermonem non continet, vt Terentius ille Parmeno, qui dixit:

Perfluat quis

Terent. in Eunuch.

Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.

Et opponitur perfluere τῷ προσέχειν, id eſt, continere: & is qui continet, ipſi verbo Dei ſtabili, & permanenti in æternum redditur perſimilis. Chryſoſtom' accipit, Pereffluamus, pro, Dilabamur, vel inſtar aquæ dilabentis pereamus. ¶ *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus.* Id eſt: Si quicquid interminatus eſt, rebus ipſis fuit expletum, & quicquid promiſit, fuit exhibitum; quantò magis in Euangelio quod eſt Dei verbum? Et opponit ſermonẽ ſaluti id eſt, Legem Euangelio. Erat enim Lex ſermo, ſed efficax in ſe: vnde de ijs quæ inania putamus, ſolemus dicere, Sunt verba: Euangelium verò ſalus, id eſt, fides per gratiã cordi exhibita, & iuſtificans. Non enim bona tẽporalia promittit ſicut vetus Teſtamentũ, ſed regnum cœlorum.

Chryſ hom. 3. in hanc epiſt. ante med. 1 4

Legem Moyſi ſermonem Euangelium verò ſalutem cur vocet Apoſtolus.

Ponderat legem datam per ſeruos, Euãgelium autem per Dominum: nã etſi vtraque do-

Vtriuſq; Legiſlatores.

Moſes & Meſſias comparantur.

que doctrina à Deo profecta ſit, honor tamen maior habendus eſt nuntio Regis, & Legato Patris, quàm alijs ſeruis, qui ab eo mittuntur. Et hæc de primo.

II. dub. ſolut.

Ad ſecundum dicimus, Euãgelicam legem cœpiſſe à Domino ore proprio promulgari, deinde ab his quæ audierunt Dominũ, in nos communicarã, & confirmatã.

Circa id: quę (ſci. ſalus) cũ initium accepiſſet enarrãdi per dominum, ab eis qui audierũt in nos confirmata eſt, quomodo verum ſit.

Quod ſi objicias: Vnde conſtare poteſt, illos ex ore domini accepiſſe & enarrauiſſe? Reſpondet, inde liquidum fieri, quoniã Dominus conteſtatus eſt eorum ſermoni ſignis, & portẽtis; ita vt dici poſſit, nos quoque eundem loquentem audiuiſſe, qui doctrinæ Apoſtolicæ teſtimonium de cœlo dabat. Nam ſi vetus Teſtamẽtum non ſine ſignis per Moſen eſt adminiſtratum; multò magis Nouum debuit omni virtutum, & ſignorum oſtenſione coruſcare. Inde Dominus dixit, ea ſe ſigna, & opera feciſſe in Iudæis, quæ nemo alius facit.

Exod. 19.
Ioan 15.

Si Pauli eſt hæc epiſt. ut Caieta quomodo hic ſe audiuiſſe, q alibi ſe accepiſſe, Euangelium, traditur.

Ad illud verò, quod ex Caietano eſt obiectum, non deſunt bonæ & ſolidę reſponſiones. Theophylact. ſcribit, Paulum ſic locutum humilitatis gratia, qui ſeipſum cum vulgo admiſcere non dedignatur ratione doctrinæ. Sed congruentiùs dici poteſt, nõ eſſe Apoſtoli mentem aliquo loco ſe edoctum eſſe ab ijs, qui à Domino audierunt oſtendere, quod eſſet falſum; ſed in ſe confirmatam ſalutem per eos qui audierunt, quod verum eſt. Nam miſſus eſt ad Ananiam, vt ab eo baptizaretur, & viſum per manum impoſitionem reciperet; & abijt ad anteceſſores ſuos Apoſtolos, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Aliud eſt enim verbum Dnmini, quòd à ſolo Chriſto per reuelationem accepit, aliud, ſalutis confirmationem in Paulum per alios Apoſtolos deſcendiſſe.

Prima ſolut. Theophyl. Altera ſolidior.
Actor. 9.
Galat. 1.
Infrà 2.

Quibus nam virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus doctrinæ Apoſtolicę Dominus ſit conteſtatus.

Virtutum hic non accepit vt opponitur vitio, quæ dicitur ἀρετή, ſed vt opponitur imbecillitati, & vocatur δύναμις. ¶ Varias verò Spiritus ſancti diſtributiones vocat gratias gratis datas, vt ſigna, prophetiam, gratiam ſanitatum, interpretationes ſermonum, & ſimiles quæ habentur 1. Corin. 12. Tot enim, ac tantas donorum opes Dominus effudit in ſuos, ne quiſquam iudicare valeat, illos Primos qui crediderunt, ruſticos & ſimplices extitiſſe, quibus verba dari facile eſſet: quemadmodum impoſuit nobis Iulianus Apoſtata, vt teſtis eſt Gregorius Nazianzenus in prima in eum Inuectiua.

1. Cor. 12.

Quid de Chriſtianis ſentire & dicere ſoleret impius Apoſtata Iulian. *B. Gre. Naz.*

Non ergo ſine magnis, & inuictis rationibus perſuaſit, doctrinam ſuam eſſe de cœlo: nam etſi doctrinæ Fidei euidentiam habere non poſſimus; eam tamen longè eſſe credibilem, & fide dignam videre poſſumus. Nam Spiritus ſancti afflatus eò inclinabat hominum corda: teſtimonia ex Veteri Lege deſumpta, per miraculorum ſigna confirmabat, vt alibi ait: *Illi profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Marc. vlt.

Quare nunc Paulus Apoſtolicæ prædicationis potiùs ſigna quibus confirmabatur, quam Scripturas adducit.

Quòd ſi objicias, cur Apoſtolus mentionem non fecerit teſtimoniorum, quæ ex Scripturis proferebant, ſed tantùm ſignorum, quæ edebant Apoſtoli. Reſpondemus, Paulum hic agere de ſimilitudine vtriuſque Legis. Et quia antiqua Lex alterius Legis teſtimonio confirmata nõ fuit, ſed tantum miraculis, ita & noua lex, quæ inferioris autoritatis eſt, non indigebat teſtimonijs Legis, quæ ſatis erat illuſtribus, & admirandis ſignis confirmata. Vel idcò id fecit Apoſtolus; quia Gentiles, & Hæretici veteris legis teſtimonia non recipiebant. Nam ſimplicius libro octauo Phyſicorum, Philoponum Grammaticum irridet, quòd ad probandam mundi ex tempore creationem, vſus fuerit ſacrarum literarum teſtimonijs: & Lactantius libro quinto, capite quarto admiratur, quod Cyprianus agens contra Idololatriam, ad Demetrianum, Scripturas ſacras protulerit.

Prima ratio.
II. Ratio.
Qua de re ſimili ecos Ethnicus ille Philoponũ, & Lactã. Cyprian. meritò notauerint.
Lact. lib. 5. c. 4. circa med.

Illud Abrahę ad diuitẽ Epulonẽ: Habẽt Moyſen, & Prophetas audiãt illos, & de quib' dictum ſit.
Luc. 16.
2. Petr. 1.

Sed argues, Abraham dixiſſe: *Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. Si Moyſen & Prophetas non audiunt; neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Sed hoc intellige dictum eſſe apud fideles, & credentes; & Petrus dixit: Habemus firmiorem Propheticum ſermonem. Firmiorem, inquit, viſione, ſcilicet, & ſigno Transfigurationis. Vnde hæretici magis Scripturis, quàm miraculis credunt. Adde, quòd doctrinæ teſtimonium debebat pro poſteris remanere; & idcirco indigebat aliquo ſigno firmari. Smpliciter tamen loquendo, apud eos qui nõ credunt, fortius eſt miraculum, & potentius ad conuerſionem eorũ, quam Scriptura.

Quibus firmiorem Petrus vocet Propheticũ ſermonem.
Matth 17.
III Ratio. Signa quam Scripturæ quibus magis perſuadeant.

III. ſol. dub.

Ad tertium reſpondemus, illud quod dicit Apoſtolus: Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur, non eſſe cum proximè præcedente exhortatione connectendum, ſed illam particulam, Enim, quæ cauſalis eſt, referẽdam eſſe ad ea quæ primo capite de magnitudine Chriſti ſuper Angelos dixerat: redit enim Apoſtoli ſermo ad ſuperiorem illam ſententiam: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*

De orbe terræ futuro Angelis minime ſubiectos quinam ille.

Et orbem futurum appellat, non quaſi ſubſtantia ſint plures orbes, aut mundi, vt quidam inſipientes ſomniarunt, cùm vnus

Quomodo dicatur futurus.

tantum

tantum ſit mundus, & vnus terrę orbis; ſed per Metonymiā nomine orbis terrę vocat homines orbē terrarū habitantes, de quib. futurū erat vt in Chriſtum crederent, ſicut de eorum ſalute prædictū erat à Prophetis.

Prim' ſenſus D Tho. lect. 1. init. & Caietani.

Ille quid incommodi habeat.

B. Thomas & Caietanus orbem terræ futurum, intelligunt ſtatum vniuerſalis reſurrectionis, & iudicij, quoniam in eo Angelis opus non erit: nunc verò dū viuimus, illis ſubijcimur, & ipſi nobis præſunt. Sed hæc ratio infirma videri poſſet: quia Chriſtus Dominus ſolus & præſens hic nobis præeſt, & in die reſurrectionis illi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, illiq; dictum: *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam; & poſſeſſionem tuā terminos terræ.* Et Angeli nunc nihil aliud ſunt niſi ſerui, & adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.

Matt vlt.
Pſal. 2.
Hebr. 1.

Alter ſenſus.

Oſea 6.
Geneſ. 3.

Futurus ergo orbis terræ dicitur reſpectu mundi prętеriti, vel reſpectu pacti violati, cuius pater Adam erat, & eius inueniebatur princeps diabolus. Secūdus verò, vel futurus orbis eſt is, qui reſtitutus eſt in gratiam Chriſti, & liberatur de principatu dęmonis, de quo: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et tranſlatus dicitur ab Adamo ad Chriſtum, qui Eſaiæ 9. dicitur Pater futuri ſeculi. Et vetus Adam, futuri typus fuit, vt Roman. 5. dicitur de Adam: *Qui eſt forma futuri.* Hic ergo orbis Chriſto ſubiectus eſt, vt eum redimat, vt ipſe ante mortem teſtatus eſt. *Omnia,* inquit, *mihi tradita ſunt à Patre meo.* Et peracta redemptione dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Et hæc de tertio.

Ioan. 12.
Eſai 9.
Rom. 5.

Orbis ille terræ futurus cur Chriſto ſubiectus.

Matth. 28.

IV. ſol. quęſt. De eo quod Apoſtolus dixit: Teſtatus eſt autem in quodam loco quis, teſte & loco ſuppreſſis.

Chryſ hom. 4 ſub init. to. 4.

II. Ratio.

Ad quartum verò, cùm ait: *Teſtatus eſt autem in quodam loco quis*, non nominato autore, aut libro; non cōtemptim, ſed honoris gratia dixit, Quis. Et vt exiſtimat Chryſoſtomus, non nominauit autorem, aut librum, quia cum doctis loquebatur, quibus peruij ſunt Scripturarum loci, præſertim Pſalmorum, qui omniū manibus terebantur. Alij verò id factum eſſe teſtantur; vt oſtenderet, nihil referre in Scriptura ſcire quis, aut qualis ſit ſcriptor; cùm primarius Scripturæ autor ſit Spiritus ſanctus; quæ ratio à B. Gregorio tradita eſt. Fortaſſis etiā conſolari, atq; excuſare eos voluit, qui magis rei, quàm autoris, aut certi libri memoria valent.

B Greg. ca. 1. præf Mora in Iob, par. 1. ini.

III. Ratio.

Teſtatus eſt autem, dixit, pro, Teſtatus eſt enim: quia hoc teſtimonio probat ante dicta. Et ita ꝺ poſitum eſt pro γὰρ.

Solu. 5. quęſt.

Dicendum eſt quintam dubitationem, quiſnam ſit illius Pſalmi ſcopus. Certè alius non eſt, quàm de hominis excellentia, & magnitudine, ac poteſtate omnium creaturarum verba facere.

Pſalmo cętanquid doceat Propheta.

Probat ergò, mundi, & vniuerſorum imperium Chriſto datum, in quo iam Angeli, ſicut in ſtatu primæuo, non dominantur. Nam legem dabant, & omnibus præerant; at in Euangelio Chriſto ſeruiunt, & propter illum nobis libenter miniſtrant, nec amplius ſinunt ſe vt olim adorari. Quare Angelus Ioanni volenti adorare, dixit: *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum.* Hanc verè excellentiam, & poteſtatem hominis ſuper creaturas, ſcrutari neceſſum eſt, an in primæuo ſtatu Euangelij extiterit. Certè de illa prima, quę admodùm breuis fuit, loqui non videtur Propheta: nam homo collocatus fuit à principio, vt vniuerſis Dei operibus præeſſet; verùm ſua culpa quàm primùm meruit domino abdicari. De ſecundo verò ſtatu meritò dubitari poteſt. Videtur enim Dauid in vniuerſum nunc proponere homines vt tunc erant, nempè, vt inſignis Dei bonitatis ſpecula, quod re ipſa in cęteris animantibus, & in toto mundo dominium obtineret. Certè ſi quis de homine ita iudicaret, ad ipſos Philoſophos mittēdus eſſet, qui quàm miſera ſit hominum conditio perſcrutantes, eorum naturam nouercam quodammodò eſſe dixerunt, & optimum eſſe non naſci, vel natum ſtatim emori. Et impiè id quidèm Philoſophi; ſed ita, vt ex illorum dictis in præſentis ſeculi homines nō cadant, quæ Dauid in hoc Pſalmo homini tribuit. Nam quid homine miſeriùs in ſe ipſo, ſiue animam, ſiue corpus ſpectes? Prędıtus quidem eſt intelligentia, ſed quàm, quæſo, obſcura, & quàm exigua in his quæ præcipua ſunt, id eſt, Diuinis rebus intelligēdis? Taceo deprauatam illam concupiſcentiam nobis ingenitam, vitiorum omnium fomitem & incitamentum. Taceo corporis miſerias, quod morborum officina eſt, quam circumferimus. Addo quæ Iob, Dauid, & Salomon de homine dixerunt. Primus ait: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Alter: *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Atque huius filius: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Quid dicimus de imperijs, regnis, familijs, domib', ſinguliſque hominibus? quanta rerum omnium perturbatio, & miſeria, quæ inconſtantia, & vanitas? Obijcies; Fruimur eſu animalium; iumenta nobis deſeruiunt; aniculæ dulces nobis reſonant ſonos. Sed

Apoc. 19.

Quā ibi Propheta deſcribit humanā felicitatē homini adhuc innocenti cōuenire minimè poſſe.

Geneſ. 1.

Moliò min' illam homini iam lapſo poſſe competere.

Quare Philoſophi, licet non omnino verè, naturā hominis nouercam eſſe dixerint.

I. Argum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Iob. 14.
Pſalm. 38.
Eccl. 1.

Quintum.

Si quid nunc homo felicitatis habere videatur, illam tamen

ibi magno conſtare.

dicendum eſt, hoc nobis contingere, ſi animalia vi ſubegerimus, aut alia fraude illexerimus. Nam alia vix aſſueſcunt; alia formidabilia contra nos inſurgunt, varijſque modis nobis nocent. Nam quæ ſeſe ſpontè nobis ſubijciant, vel nulla ſunt, vel pauciſſima. Terra culturæ non reſpondet: cœlum, aër, ignis, mare ſæpè nobis infeſta ſunt. Imò ſi ad naturam, mores, & ingeniu hominem ſpectes, crudeliſſimum tyrannũ hominem dixeris: vt vitę ſuæ, & delicijs indulgeat, nulli animantium vitæ parcit, & quem reliqua metuant, oderint, & fugiant.

Quanta veluti orbis totius in hominem conſpiratio, & inimicitiæ.

Homo quã ferũ animal, & quam inſaturabile.

Vbi eſt ergo hæc ſublimitas, de qua: *Quid eſt homo, quod memor es eius?* &: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius?*

Pſalm. 8.

Supereſt igitur, vt ad tertium hominum genus, nempè eorum, qui in Chriſto ſunt, vel cum Chriſto in cœlo regnabunt, hæc ſpectent. Itaque hæc hominis deſcriptio in octano Pſalmo non tantùm ad Chriſtum, ſed ad omnes etiam futuri mundi ciues & beatos pertinebit. Et cùm iam ſit in Chriſto impleta, reliquum eſt vt in cæteris omnibus membris perficiatur. Nam ita Paulus Chriſti interpres, & 1. Corinthiorum 15. &, Epheſ. 2. & hoc loco hunc Pſalmum Chriſto accommodat, vt non neget etiam ſuis membris cõuenire, & Dominus Matt. 21. ſecundum verſum Pſalmi huius ſibi applicauit, cùm de paruulis clamantibus in templo dixit: *Vtique: nunquam legiſtis, Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ?* id eſt, Ex ore paruulorum, qui adhuc penè infantes ſunt, & vixdum ablactati, magnificam, ac perfectam reddidiſti laudem. Deinde etiam per Apoſtolorum prædicationem, qui vt ſimplices pueri, ac prorſus rudes habebantur, Euangelicam veritatem vbique prædicare feciſti ad ſic confundendum, & conuincendum prauitatem, & ſuperbiam Scribarum, & Phariſæorum, dæmonum quoque, atque ſeculi potẽtum, & ſapientum; qui omnes veritatis Euangelicæ ſe aduerſarios conſtituerunt. ¶ Iam ſingula verba teſtimonij expendamus. *Quid eſt*, inquit, *homo quod memor es eius.* Hebræa habent Enos: hic eſt filius Seth. Et interpretatur homo, nimirum ab obliuione: vt ſit pulchra Anthitheſis: Quid eſt obliuioſus, quòd tu eius recordaris? Nam ita hominis aſſumptio memoriæ Dei tribuitur per metaphoram, ſicut & obliuio. Videtur enim aſſumpto homine in gloriá noſtram, noſtri meminiſſe, de qua in Cantico Zach. dicitur; Et memorari teſtamenti ſui ſancti; & B. Virgo: *Suſcepit*, inquit, *Iſrael puerũ ſuũ, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Et Eſaias: *Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Sequitur: *Aut filius hominis quoniam viſitas eum?* Altera eſt pulcherrima Antitheſis. Quid eſt filius Adam, qui interpretatur terra rubra. Quaſi diceret, Quid eſt viliſſimus homo, & ex terra genitus, quem tanta dignitate proſequeris, vt eum viſitare digneris. Et phraſi Hebræa idem eſt filius hominis, qui & homo. Et repetitur ad exaggerationem exprimendam, vt moris eſt. Ita Num. 23. dicitur: *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur;* & Iob. 15. *Quantò*, inquit, *magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Idem quoque alibi Pſaltes: *Domine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?* Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. Idem eſt ergò homo, & filius hominis, nec differunt, niſi quatenùs Adam fuit olim homo, nõ autem filius hominis, vt nos omnes ſumus: quemadmodum idem eſt Pater Deus, & Filius Dei; niſi quòd Pater Deus habet à ſe quod habet, Filius Dei à Patre.

Felicitatem hominis illã Propheta deſcriptam ſtatui Euangelico, & ſtatui gloriæ futurę tantum conuenire.

1. Cor. 15.
Epheſ. 2.

Matth 21.

Explicatur id: Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.

Apoſtolicæ prædicationis efficacia.

Homo quid ſonet Hebræis.

Luc. 1.
Ibidem.

Eſai 49.

Quid illud: Aut filius hominis, quoniam viſitas eum.

Adæ nominis interpretatio.

Num. 23.

Iob. 25.

Pſal 143.

Homo & filius hominis quomodo ſint diuerſa.

Primum igitur verbum videtur ad Adamum referendum, ſecundum ad omnes Adæ filios. Et Adæ quidem memor fuit abſens, noſtri præſens: & plus viſitari opere, quàm recordari mente: ſicut plus filius hominis, quam homo. Vnde ad cumulum miſeriæ Iob dixit: *Homo natus de muliere*, quibus verbis exprimitur filius hominis. Et in vtroque membro Chaldæus paraphraſtes habet: *Quid eſt filius hominis?* Et licet LXX. dicant per disiunctionẽ: *Quid eſt homo quod memor es eius? aut filius hominis:* Hebræa tamẽ litera habet Vau copulatiuã, id eſt, & Aug. tamen hominem in malam partem capit, filium hominis, pro Chriſto, qui ſe ita vocabat. Ait enim in Pſal. 8. *Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine Dominico nato ex Maria virgine. De quo propter ipſam infirmitatem carnis quam ſapiẽtia Dei geſtare dignata eſt, & paſſionis humilitatem rectè dicitur. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis. Sed additur illa clarificatio, qua reſurgens aſcendit in cœlum.* Hæc ille. ¶ Hominis autem filius Hebræis dici ſolet quiuis è plebe, & abiectus: in quem ſenſum ſe Dominus filiũ hominis vocabat, ſicut & Ezechiel, ne magnitudine reuelationum extolleretur, filius hominis vbique appellatur, hoc eſt, vilis, & abiectus. ¶ Non eſt aũt Chriſtus filius, vt quidã putant, ex eo quod ſit filius virginis matris. Grecè n. dicitur υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, & ſignificat filiũ hominis maſculi. Alij ẽt iuxta Hebræũ dicũtur filij Adã in ſingulari num. vt in pſ. 4. 10. & 11. & in multis alijs locis Pſal-

Memoria Dei ſicut & viſitatio hominis duplex eſt.

Iob. 14.

Filius hominis quid Auguſtino.

B. Aug. tom. 8 in princ.

Hebræi filiũ hominis quẽ ſoleant appellare.

Qua ratione ſe Chriſtus filium hominis vocitaret, contra quoſdam.

Pſal 4.
Pſal. 10.

morum

Pſalm. 2.

tempus refertur, & Pſalmo 2. Cum exarſerit in breui ira eius: vbi Hebræa habent, bimebat. Pſalm. 108. Fiant dies eius pauci; vbi legimns, mehatin. Et hactenus de illo aduerbio ſit dictum.

Pſalm. 108.

I. Ratio hui⁹ retinēdæ verſionis: Ab Angelis, non autem illius à Deo.

2. Cor. vlt.

An verò legendum ſit, ab Angelis, an, à Deo, id iam diſſerendum eſt. Certè lectionem noſtram primi tradiderunt LXX. interptetes; quos vt in ſlatu Diuinos repletos ſecutus eſt Paulus Apoſtolica autoritate, per quem loquebatur Chriſtus. Etſi daremus, epiſtolam hanc ex Hebræo ſermone in Græcum tranſlatam, Lucas certè, aut Clemēs, qui feruntur eſſe eius interpretes, lectionem illam prætulerunt alteri. Adde, Chaldæam paraphaſim eodem modo vertiſſe, ab Angelis, & non, à Deo. Nouerant enim LXX. interpretes, & Chaldæus paraphraſtes linguæ Hebrææ peritiſſimi, non ſemper Elohim ſignificare Deum verum, ſed etiam Iudaices, ſiue Magiſtratum, qui locum Dei tenent in admiuiſtranda Republica. Nam Exod. 21. habetur: *Offeret eum dominus dys.* Vbi Chaldæus habet. *Applicabit eum dominus eius coram iudicibus.* Et capite 22. *Ad deos vtriuſque cauſa perueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo.* Chaldæus habet: *In conſpectu iudicum veniet cauſſa amborum: & quicunq; condemnatus fuerit à iudicibus, reddet duplum proximo ſuo.* Et iterum ibidem: *Dys non detrahes, & principi populi tui non malediees.* Chaldæus vertit: *Iudices non vilipendes, & principi in populo ſuo non maledices.* In his omnibus locis apertè Elohim vertit illa Paraphraſis Iudices, ſicut Geneſ. 6. vbi dicitur: *Videntes filij Dei filias hominum,* Chaldæus conuertit: *Videntes filij principum, ac potentum.* Et Pithoniſſa interrogata à Saule, *Quid vidiſti?* reſpondit; *Deos* (elohim) *vidi aſcendentes de terra,* hoc eſt Samuelem ſuſcitatum. De Moyſe etiam dicitur: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis:* pro quo Hebræa habent. *Elohim:* quem locum etiam Chaldæa paraphraſis vertit Magiſtrum, ſiue Principem Pharaonis. Vides igitur, non tantùm Iudices, ſed etiam Principes & magnos vocari Elohim. Accipitur etiam hæc vox pro Angelis: vbi Pſalmo 86. habemus; *Adorate eum omnes Angeli eius,* Hebręa habent: *Col Elohim.* Et in Pſalm. 137. In conſpectu Angelorum pſallam tibi: vbi pro Angelis Hebræa babent Elobim. Poſſet & illud ad hoc referri, quod Geneſ. 3. dæmon dixit Euæ: *Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum;* ſcilicet, tu Adam, & Eua ſimiles eritis aut bonis aut malis Angelis: quia habetur Caëlohim. Ita ſophiſticè locutus eſt ſerpens, voce æquiuoca illudere volens. Adhæc tradunt linguę Hebrææ periti, inter Elohim & Malachim hoc

II. ratio.

Vbi nomen Elohim non pro Deo vero, ſed pro iudicibus in Scripturis accipiatur.

Exod. 21.

Infrà 22.

Ibidem.

Idem nomen Elohim vbi ſignificet principes.

Geneſ. 6.

1 Reg. 28.

Exod 7.

Quibus locis etiā nomine Elohim Angeli veniant.

Pſalm. 96.

Pſalm. 137.

Quid ſignificet: Eritis ſicut dij ſciētes bonum, & malum.

III. Ratio à diſcrimine inter Elohim & Malachim

eſſe diſcrimen: quod Angeli quoties dicūtur Deo aſſiſtere, & de dignitate eorum agitur, Elohim vocantur; at quando in miniſterium mittuntur, Malechim. Cum verò hoc loco de eorum dignitate ageretur, nō ab re dicti ſunt Elogim. Certè Santes Pagniuus nobiſcum legit, ab Angelis, & Reuelinus linguæ Hebrææ peritus ſcribit, nomen Elohim conuenire Deo Angelis, & Hominibus admiratione dignis: idq; ex Rabbi Moſe Ægyptio addit, interdum accipi pro Idolis, & Iudicibus.

à Rabbinis aſſignato.

Angelos hoc loco Propheta (ſcil. Pſal. 8.) cur Elohim vocauerit.

Santes Pagn.

Reuelinus.

Eſt etiam ratio in promptu pro noſtra lectione. Nam ſi legamus, à Deo, dubium erit, quomodo minoratus dicatur à Deo, aut quatenus Deus eſt, aut quatenus homo. Si primum, nihil eſt imminutus: ſi ſecundum, non paulum, ſed permultum, & in infinitum Humanitas diſtat à Deo. Præterea mens Apoſtoli fuit cap. 1. oſtendere Chriſti excellentiam ſuper Angelos, & nulla ibi ſit mentio de exaltatione, vel imminutione reſpectu Dei: quomodo ergo Paulus ſtatim dixiſſet de imminutione Chriſti à Deo, & non potius de minoratione Chriſti ab Angelis, quibus Chriſtum comparauerat? Poſtremò, ſi Deus naturā Angelicam aſſumpſiſſet, vt poterat, non fuiſſet paulo minus à Deo minoratus, ſi Deus erat per vnionē; ergo aſſumpta Humana natura dici poterit diminutus à Deo? Et hactenus de ſtabilienda litera diſputatum ſit.

Elohim pro Idolis.

Quarta ratio à graui incommodo.

V. Ratio.

VI. & vlt.

His adde vniuerſos vtriuſque Eccleſiæ Patres, qui hanc lectionem ſolam ſequuntur, & interpretantur, etiam ipſe Hieronymus, qui ita aliam probauit, vt noſtram nō reprobauerit: imò illam producit in commentar. ſuis ad Galat. 4.

Patrum traditione eadē lectio, ab Angelis confirmatur.

Hier. c 9.

Iam ſecundò diſſerēdum de ſenſu, quomodo, ſcilicet, Chriſtus dicatur minoratus ab Angelis. Nam ſi, quia dicat, naturā humanam inferiorem eſſe Angelis, quoniam vt inferior, ſit cōtigua ſuperiori; cōtra boc occurrit, primò, non videri propriè dici de Chriſto ob hanc cauſam eſſe ab Augelis imminutum. Non enim quis verè minoratus, aut imminutus præ altero dicitur, eo quòd ſua natura inferior ſit, aut minor alterius natura: ſed hunc tātùm, cum ab eius natura quid fuerit ſubtractum. Deinde etſi daremus intellectum hominis à natura cæterorum intellectuum ſpiritualium declinare: quid ſentiendum ſecundùm carnis paſſionem? Siquidem non ſolùm paulò, ſed etiam multum declinat homo à conditione Angelorum: homo enim non eſt ſolùm intellectus, ſed etiam caro. Vnde & caro dicitur; Ioānes: *Verbum caro factum eſt.* Et certè per hanc conſiderationem, qua animam

I. Ratio, ad probandum, Chriſtū non eſſe Angelis minorē contiguitate naturæ.

II. argum.

Homo quātum ſit Angelis minor.

Ioan. 1.

ad ſe caro trahit, & indignis modis ob plurimas eius neceſſitates mancipat, non modò dici poteſt homo Angelis minor, ſed admodum minor. Adhæc non cõſueuit Scriptura ſecundum ſapientiam ſpiritus, vt naturales rerum cõditiones nos doceat, quænam videlicet maior ſit ſpecies, & quæ minor; ſed potius dignitates perſonales attendi vult à nobis, non ſpecificas.

II. ratio.

Quòd tantùm Deus Pater Chriſtũ minuerit paulo minus ab Angelis.

Quare dicendum eſt, Chriſtum minutum, ſeu minoratum ab Angelis reſpectu dignitatis quę illi debebatur, cum eſſet Dei filius. Dum enim gloria, & honore ſtatim à principio debuiſſet honorari, & coronari, opus redemptionis noſtræ neceſſario exegit, vt ad modicum tempus tanta gloria ſibi debita minoraretur: & vt is qui in forma Dei ſpecioſus vt vnigenitus Patris apparere debuit, accepta forma ſerui, vt ſic dicam, exinaniretur. Sed hoc ad breue tempus, ſicuc Græcè βραχύτι. Atque huic ſenſui nihil obſtat, nulluſq; ſcrupulus apparet. Nam etſi illud, in quo fuit minor Angelis, magnũ quid, & non paruum fuit: ipſum tamen integrum malum habita temporis modici, & breuis ratione quo durauit, paruum cenſeri poteſt, ac debet. Et in eo ſenſu admitti poſſet lectio illa Hieronymi: Paulò minoratus à Deo, id eſt, à Diuina ſua cõditione, dignitate ſecũdùm corpus paruo tempore, id eſt, eo quo manſit in terris, vt perficeret redemptionem noſtrum. Nam dum eſſet morti, & corruptioni obnoxius, & infirmitates hominum pateretur diuinitati ſuæ, & maieſtati parum conuenientes, imò indecentes, videbatur à ſua Deitate minoratus. Atque hunc ſenſum indicat Photius apud OEcumenium: *Quam ob cauſam*, inquit, *nũc citat, Quid eſt homo, quòd memor es eius?* Quoniam obſtare ſuo propoſito videbatur. Ipſe enim oſtendit, Chriſtum Angelis eſſe maiorem, illud verò ait paululum Angelis factum eſſe inferiorem. Ponit itaque hoc, vt eam quæ videtur, ſoluat obiectionem: & ſoluens, ait dictum eſſe factum inferiorem, propter mortis paſſionem.

Philip. 2.

Hieronymi verſio illa: Minues eum paulo minus à Deo, vt poſſit mitti.

Oecum. c. 2. ſub fin.

Præterita pro futuris poni conſueuerũt more Scripturæ.

Gloria & honore quando coronatus Chriſtus, & quomodo.

Iam in textu ſequitur: *Gloria, & honore coronaſti eum.* Vbi Dauid more Prophetico loquens, futura per Præteritum expreſſit: quæ tempore Pauli cum exitum habuiſſét, præteritis exprimuntur. Fuit ergo gloria, & honore coronatus in reſurrectione, aſcenſione, & ſeſſione ad dextram Patris, & ſuper omnes etiam Angelos exaltatus, vt explicat ad Epheſ. 1. Adoratus etiam ab eis fuit, & ei tanquam domino omnia ſubiecta fuerũt. Accipiens enim quodammodo diuinitatem, ea omnia recepit, quæ diuinitati congruebant, id eſt, gloriam corporis, qua non Deus, ſed vnus ex nobis eſſe videbatur. Et accepit poteſtatem ſuper omnes, qui ſemetipſum omnibus ſubiecerat, vt omnibus poſteà dominaretur. Simili ratione illum Regem eſſe negaremus, qui regali amictu non indueretur, neq; regali poteſtate vteretur, vt poſſet, ſed potius carni ſubijceretur, & carnis miſerijs, & diaboli tentationibus, ac mortis ſtimulis.

Marc. vlt. Epheſ. 1.

Quid negatũ fuerit Chriſto ante ſuam reſurrectionem & receptum in illa.

Regem quẽpiam vnde iudicemus.

Super quæ opera manuũ ſuarum Chriſtum conſtituerit.

Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Id eſt, ſuper omnes Angelos, qui opus Dei ſunt, vt ait Auguſtinus; & ſupra quos homo in ſtatu innocentiæ non fuit: ſicut nunc qui eſt in Chriſto, ſuper eos eſt.

Aug. in pſal. 8. to. 8. in princ.

Et ſubdit: *In eo enim quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.* Quibus verbis probat, omnes Angelos eius ditioni fuiſſe ſubiectos, cùm dicat nihil dimiſſum non ei ſubiectum. Et 1. Corinth. 15. addit: *Cùm autem dicat: Omnia ſubiecta ſunt, ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia.* Nam Pater nõ ſubiecit ſe ipſum ei; id enim abſonũ videretur.

1. Cor. 15.

Cœleſtia Chriſto, & inferna ſubiecta ſunt diuerſa ratiõe.

Demùm ſubiungit: *Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei.* Verè ſubijciuntur ei cęleſtia, & inferna, quæ parent ad nutum eius, & contremiſcunt. Longè tamen aliter atque aliter: nam illa amore, & reuerentia ſe ſubijciunt, hæc verò cum honore, & tremore. Sed adhuc aliquid non ſubiectum reſtare videtur, id eſt, homo terreſtris, qui nondum credit, aut ſi credit, non ſeruat eius mandata, ſed rebellat ei peccando, & iniquitates admittendo. Sed talis non euadit, quin ſuo tempore det pœnas ſuis ſceleribus debitas: quia nondum venit tempus auferendi zizania de area, ne fortè, vt ipſemet præmonuit, eradicetur ſimul & triticum. Nondum etiam eradicatum eſt à nobis peccatum, id eſt, praua illa concupiſcentia ab malum alliciens, nec etiam ſubiecta ei mors, ſed veniet tempus, cùm morti inſultabimus, ita vt cùm Apoſtolo dicamus: *Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Stimulus autem mortis, peccatum eſt; virtus verò peccati, lex. Et de his hactenus.

Quid ſit adhuc nõ Chriſto ſubiectũ, at ſubijciendũ tantum.

Matth. 13.

Alia etiam non Chriſto ſubiecta.

1. Cor. 15. Oſea 13.

DISPVTATIO X.

In illa verba: ***Dum autem qui modico quàm Angeli, minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum; vt Dei pro omnibus guſtaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari, &c.*** vſque in fin. cap.

Qvo-

Cõtinuatio prædictorũ.

QVONIAM Apoſtolus apertè expendit Dauidis verba ex Pſalm. 8. producta, non eſt quod Scopum præſentis textus inqoiramus. Nam quia dixerit: *In eo quod omnia ei ſubiecit*, nihil dimiſit nõ ſubiectum ei, & expendens vocem illam, omnia: ita in eo quod ſubiungit: Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta ei, ponderat verbũ, Subieciſti, oſtendens nõdum rebus impletum eſſe quod dicitur: Omnia ſubieciſti, ſed quotidie expleri, à tempore ſcilicet, reſurrectionis. Et more Prophetico, ſubieciſti, poſuit pro, ſubijcies; ſicut minuiſti, pro, minues. Ad eum modum qnod dixit: *Gloria & honore coronaſti eum*, declarant poſt mortem complemẽtum habuiſſe: quemadmodum com ait: *Eum autem qui modico quàm Angeli, minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum.* Videmus, inquit, oculis nimirum fidei, Ieſum ſedentem ad dexteram Patris, & celebre eius nomẽ in terra, ita vt abiectis Idolis pro vero Deo agnoſcatur, & adoretur. Et quod ait: *propter paſsionem mortis*, non dixit, mortem, ſed ſenſum veræ mortis, qoam ſuſtinuit. Propter etiam, accipi poteſt pro, per, vt alibi oſtendi ex Paulo, qui his præpoſitionibus interdũ abutitur. Et Græca ſcholia ita habent: *Gloriam & honorem vocat crucem. Neq; enim tantùm Deo dignum erat, tamq; glorioſum feciſſet cœlum & terram, ac hominem, ſupernasq; virtutes, ſicut quod propter nos dignatus fuerit crucifigi.* Hæc illa: quæ ex verbis Iohan. 3. 8. & 12. confirmantur, vbi exaltationem ſignificat mortem, qua erat Deũ clarificaturus. Eſt ſiqnidem glorioſum amantibus, pro his quos diligunt, pati.

Ieſum propter paſſionem mortis, & non propter mortem cur dixerit Paulus gloria & honore coronatum.

Alter ſenſus.

Oecum. c. 3. in princ.

Quam glorioſum fuerit & quam honorificum Chriſtũ pro nobis crucifigi.

Ioan. 3. Infra 8. Infrà 12.

Iam verò dubium eſt in ſequẽtibus verbis: *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem:* pro quibus alij legunt: Vt ſine Deo pro omnibus guſtaret mortem. Ambigitur ergo, quæ lectio ſit verior, & cur mors dicitur guſtari. Deinde quæritur, quę ſit illa decentia, de qua dicit: Decebat eũ propter qoem omnia, &c. autorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari, cum potius videatur indecens, Dominum gloriæ mortem pati. Tertiò, quid eſt, ſanctificatum, & ſanctificantem eſſe ex vno; videtur enim hoc durius eſſe dictum. Quartò, an rectè prodocantur duo illi loci ex Pſalm. 21. & ex Eſaia & an ſatis ad mentem autorum. Quiotò, quomodo deſtruxit Diabolum per mortem, cùm adhuc ille tentare noo deſiſtat, & nos adhuc à timore mortis nondum ſimns liberati, cùm vel ad eius nomen contremiſcamus. Sextò, quorſum Apoſtolus obijcit Hebræis, Deum nuſquam Angelos apprehendiſſe: quia aſſumpſit Angelum, qui dicebat in eius perſona; Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis; & quæ ſit vis illius verbi Apprehendendi. Poſtremò quomodo fratribus per omnia aſſimulatus eſt, vt fidelis ſit Pontifex, & poſſit omnibus tentatis auxiliari: nam & hoc ipſum ante mortem poterat, & conſueuerat Deus facere.

Primum dubium. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum.

Exod. 20. Suprà 14.

Septimum.

Ad primũ, ſtatuendum, duas extitiſſe illius loci lectiooes, alteram hæreticorũ, qui pro verbis illis, χάειλι Θεοῦ, id eſt, Dei gratia, legebãt χωρὶς Θεοῦ, ideſt, abſq; Deó. Et tales, vt teſtãtur Græca ſcholia, erãt Neſtoriani, qui duas in Chriſto pooebant hypoſtaſes, ſioe perſonas, & per Humanam ſine diuina mortẽ fuiſſe paſſum aſſerebãt. Quod ſi verum eſſet, Deus oõ eſt pro nobis mortuus: nec in eius morte fuiſſet meritum expiandi peccata noſtra. ¶ Non negandum tamẽ eſt Catholicos aliquãdo eam lectionem ſecutos fuiſſe, ſed in Catholico ſenſu: vt Fulgẽt. Ruſpen. Epiſc. ep. 3. ad Traſim. vbi legit: *Sine Deo guſtaſſe mortẽ:* & inde probabat, Deitatem expertem mortis fuiſſe, quod veriſſimum eſt. Sed præſtantior eſſet ſenſus illa lectiooe poſita, quòd Chriſtus à Patre derelictus, mortẽ ſit paſſus, iuxta illud: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* cum tamen omnibus alijs pro iuſtitia, & veritate patiẽtibus Deus aſſiſtat, ſecũdum illud: *Cum ipſo ſum in tribulatione: eripiã eũ, & glorificabo eum.*

Soluitur I. dubium. Legendõ ne ſit: Vt gratia Dei, ao, vt Neſtoriani, ſine gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.

Oecum. c. 3. ſub init.

Poſterior lectio: Sioe gratia Dei, quid abſurdi habet.

Quatenus vera, & Catholica, eadẽ ſit epiſcopo Fulgentio.

Matth. 27. Pſalm. 21.

Pſalm. 90.

Probatior tñ, ac verior eſt noſtra lectio: *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Ob nullum enim debitum tradidit Pater filium in mortẽ, ſed ex mera gratia: quoduis enim aliod Chriſti opus ſatis erat ad meritum redemptionis ex cõdigno. Et ait, *Pro omnibus*, ſiue vt Græcè habetur ὑπὲρ παντὸς, id eſt, pro vniuerſo. Sed reuera illud æquiualet verbo Græco ὑπὲρ πάντων. Et guſtauit mortem nõ pro quibuſdam, ſed pro omnibus, quãtum in ipſo fuit, volens omnes ſaluos fieri. Et eſt ſenſus: Videmus Ieſum gloria, & honore crucis affectum, quò ita mortem pro omnibus guſtaret. Quo verbo guſtandi mortem, leniuit dictum ſoperius, propter paſſionem mortis: nã mens [illegible] eris erat: vt non abſolueretur Chriſtus à morte, vt facit in damnatis, ſed guſtaret breui hauſtu, per triduum, ſcilicet. Deinde eo verbo alluſit ad Chriſtum, qui dixit Patri; Trãſeat à me calix iſte: & Petro Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Damnati enim olim ad mortem, venenum ſumebant de calice. Eſt enim guſtus ſenſus, qui cibos diſcernit, & vim ſaporum penetrat. Ideò de Socra. veneno aſſumpto dixit quidã Satyr.

Cur potius legendũ ſit: Vt gratia Dei, pro omnibus guſtaret mortem.

Quomodo Chriſtus pro omnibus guſtaret mortẽ, ſi tam multi pereunt.

1. Tim. 2.

I Ratio cur dixerit Paulus Chriſtũ tantùm mortem guſtaſſe, non autem, mortuum fuiſſe.

Ioan. 18.

Olim qui guſtaret mortem.

—— *Barbatum hoc crede magiſtrum*
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicuta.

Perſius Sat. 4. init. de Socra.

III. Ratio B. Chryſoſt.
Chry. ho. 4 in hæc verba. Matth. 26.

Ad hæc, teſte Chryſoſt. dixit, guſtaret, ſicut medicus qui non habens neceſſitatem, tamen ex cibis qui ægroto apponuntur, prægustat, conſulens illi, vt libentiùs accipiat. Et reuera Christus de cruce nobis propinauit, & acceptum calicem in cœna, omnibus deguſtandum dedit: quia reuera mors non amplius bibitur, ſed leuiter deguſtatur.

Solu. II. dub. De eo quod decuit Chriſtũ pro nobis per paſſionẽ cõſummari.

Ad ſecundum vt reſpondeamus, primò ſtabilienda eſt litera: *Decebat enim eum propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduceret*: vel vt Græca habent, quo multos filios in gloriam adduceret: πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα: *autorem ſalutis eorum per paſſionem conſumari*, alij legunt τελειῶσαι, id eſt, conſummare, vt etiam modo Græca habẽt exemplaria. Alij tamen codices habent τελειωθῆναι, id eſt, conſummari paſſiuè: quæ lectio alteri præſtare videtur.

Quo modo legẽdũ ſit: Conſumare, an conſummari.

Circa ſenſum: videtur reddere rationem Apoſtolus, cur filium Angelis minorari Deus voluerit: Quia, inquit, conueniebat, ac decẽs erat, vt is ipſe, propter quem ſunt, & qui autor eſt ſalutis mundi, per eum etiam in cruce mactatum, ac ſacrificatum, cũcta reſtauraret. Quod maxime quadrat, quia ſermo erat de Chriſto guſtante mortẽ: ac de illo dicitur, Per quem omnia, quia per illum condita ſunt vniuerſa; & vt ſuperiùs dixit: *Per quem fecit & ſecula.* Ipſe etiam eſt, propter quem omnia: quia ipſum conſtituit hæredem vniuerſorum. Et priùs meminit finis, quàm efficiẽtis: quia finis prior eſt, in intentione, vt dicunt Philoſophi, & eſt cauſa cauſarum.

Propoſitis verbis: Decebat enim eũ, &c. Chriſti minorationis ab Angelis cauſam aſſignati, quid oſtendat.
Ioan. 1. Hebr. 1. Ibidem.
Omnia propter Dei filiũ priuſquam per eum eſſe cur dixerit Paulus.

Explicat ergo finem conditi orbis eſſe vocare homines in adoptionem filiorum Dei, vt ſint conformes imaginis filij ſui. Et quia prima cauſſa non habet alium finem à ſe ipſa diſtinctum; idcirco Spiritus ſanctus per Salomonem dixit: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Et poſt Deum trinum & vnum, finis vniuerſorũ eſt Chriſtus.

Primarius finis vniuerſi quis.
Rom. 8. Prouerb. 16.
Quis ſecundarius.

Hunc ſenſum non ignorauit Alexander Epiſcopus Alexandrinus in epiſt. aduerſus Arrium, quæ habetur lib. 1. Tripartitæ: *Quæ putas*, inquit, *cauſa ſuaſit* (ſcilicet Arrianis) *vt dicerent, Quia propter nos eſt factus, cum Paulus ſcribat: Propter quem omnia?* Sic ille, tribuens manifeſte hæc verba Chriſto.

Hiſt. trip. ca. 13. circa fin.

Nec obſtat Concilij Niceni Symbolum in quo legimus: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt: quia etſi ipſe ſit omnium principium, & finis vltimus: peccato tamen exiſtente, propter nos exaltandos, & glorificandos veniſſet, vt quidã ſentiunt: & illo ſtante, mortalis, & paſſibilis actu venit, vt ſanguine & morte ſalutem noſtram compararet. Non ſecus atque ſi quis diceret, iumenta eſſe propter homines vt illis inſeruiant: & homo (vt illud ſeruitium ab eis accipiat) propter iumenta eſt, quia iumento famẽti pabulum, ſitienti potum, & infirmo medicinam ſuppeditat.

Si propter Chriſtum, & per eum ſunt omnia, quomodo propter nos homines, & propter noſtram ſalutem ille dicitur incarnatus.
Conc. Nycen.
Finis Dominicæ incarnationis idoneo ſios & commodo explicatur exemplo.

Illud verò: Qui multos filios in gloriam adduxerat, quidam non ineleganter interpretãtur, Quibus pactum de Chriſto adorando acceptantibus, cauſſa fuit eorum ſalutis. Nam & Angeli multi ſunt, & filij Dei dicuntur, vt apud Iob 1. 2. & 38. & apud Dauid: *Quis in nubibus æquabitur Domino? ſimilis erit Deo in filijs Dei?* Erant etiam iam in gloriam introducti, quia poſt eorum cõfirmationem, ad gloriæ participationẽ: & ad faciem Dei ſemper vidẽdam admiſſi fuerant.

Illud: Qui multos filios in gloriã adduxerat, de Angelis quo ſenſu dicatur.
Iob 1. Infrà 2. Infra 38. Pſalm. 88.

Poteſt tamen hoc de electis intelligi, qui cum Chriſto, & poſt Chriſtum à Deo electi ſunt, vt eos in gloriam adduceret. Non enim Græcè habetur de præſenti, adduceret, id eſt, quò eos in gloriam adduceret. Hæc enim erat conuenientia, cum ſecum quoſdam prædordinatos in gloriam adducere: nec id poſſet iuſtè fieri, cũ eſſent peccatores: quare oportuit eum, qui ſalutis eorum erat autor, pretium ſanguinis ſui pro eorum debito pendere, vt vnus & idem qui fecerat, reficeret. Et in idem recidit, ſi legamus, Conſummare. Eſt autem verbum τελειῶσαι, idem quod Deo perfectũ per mortem offerre ſacrificiũ: vnde & τελείας, perfecta ſacrificia olim vocabant. Et ita perfici, & conſummari, eſt, in ſacrificium perfectum mactari. De qua voce infra cap. 5. dicitur, *Et conſummatus* (id eſt, in cruce immolatus) *factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſſa ſalutis æternæ.* Et quoniam Apoſtolus à rerum decentia argumentum ſumit; nemo admiretur, ſi Doctores Scholaſtici interdum operum Dei aut neceſſitatem, aut vtilitatem, aut conuenientiam venentur, vt Incarnationis, Mortis, ac Reſurrectionis: nam Paulus hic de conuenientia mortis loquitur. Fuit enim cõueniens, vt Chriſtus pro electis omnibus in gloriam adducendis moreretur, alioquin homo periret: quod ſanè indecens erat. Etſi homo periret, Deus ab vniuerſis creaturis non glorificaretur: quod etiam indecens eſſet, cùm propter Deum glorificandum omnia ſint condita. Nec eſt abſurdum, autorem ſalutis pro nobis mori, cùm ſit caro, & frater, & proximus noſter, & deceat hominem vtilitati fratrum ſuorum proſpicere.

Eadem verba etiam ad electos ſuauiter accommodantur.
Paſſionis Chriſti conuenientia, ſeu decentia qualis.
Hebr. 5.
Quorũ Dei operum ſæpe Theologi conuenientiam, neceſſitatis ve rationem inquirant.
Prima ratio, cur decuerit Chriſtũ pro gloria electorum occumbere.
Altera.

Et hoc eſt quod ſubdit: *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificatur, ex vno omnes.* In quib'

Ad 3. dub.

verbis

verbis tertia difficultas eſt euacuanda. Eſt enim ſenſus: quòd Chriſtus, qui ſanctificat, & illi qui ſanctificantur, arctiſſimam habent cognationem, & propinquitatem, vt ſibi inuicem ſuccurrãt, quia tam nos, quam ille, ex vno educimur principio, id eſt, Adam, ex quo apparet conuenientia, ac decentia.

Alter ſenſus.

Vel exponi etiam poteſt, nos omnes ex vno Deo eſſe, tàm Chriſtum ſanctificantem, qui deſurſum à Patre venit, & de quo, Quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum; quam homines ſanctificatos, qui deſuper ex Deo per Spiritum ſanctum renaſcuntur, vt ipſe docuit Nicodemum. Vnde aliqno modo Deus Pater communis eſt filio, & nobis: nam vt ille dicit, Pater mi, ita nos dicimus, Pater noſter, & ſuſcitatus dixit: *Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum.*

Ioan. 3. *Infrà 10.* *Suprà 3.*

In eo quod & nos patrẽ habemus Deũ, q̃ ſimiles Chriſto redditi ſim⁹.

Matth. 26. *Supra 6.* *Ioan. 20.*

Probat autem dictam propinquitatem & cognationem ex nonnullis Scripturę locis, in quibus ingredimur ad quartum dubium expediendum: *Propter quam cauſſam,* inquit, *non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Tria producit teſtimonia, alterum ex Pſalm. 21. vbi prædicitur quod futurum erat, & iam tempore Pauli cõpletum: nam in illo Pſalmo eſt ſermo apertus de Meſſia, & morte eius. Nam ipſe nomen Dei Patris annuntiauit ſuis diſcipulis; qnos ob id vocat fratres, cum ex vno Deo, & ex vno homine omnes ſimus. Ideò dixit Magdalenæ, *Vade ad fratres meos, & dic eis.* Addit: *In medio Eccleſiæ laudabo te.* Chriſtus non prædicauit Patrem ſuum in angulis, vel extra Eccleſiam, ſed palam, & in Synagoga, & in medio Eccleſię. Quod eſt contra Hæreticos, qui latebras, & angulos quærunt à principio, dum metuunt: vbi verò aliquem diſcipulorum numerum collegerunt, multitudinis robóre confidentes foras prodeunt.

IV. Sol. quęſ. *Pſalm. 21.*

Cur ſuos diſcipulos Chriſtus appellet fratres.

Ioan. 20.

Chriſtus patrem in medio Eccleſiæ quomodo laudauerit.

Hęretici maxime in hoc quã Chriſto ſunt diſſimiles atq; contrarij.

Secundum teſtimoninm eſt: *Ego ero fidens in eum:* quod vnde ſumptum ſit, non ſatis conſtat. Quidam enim ex Pſalm. 17. & 90. acceptum putant, vbi babetur: Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, Deus meus es tu, & refugium meum, Deus meus ſperabo in eum. Sed in his locis Græci codices habent: Ἐπελπιῶ ἐπ' αὐτῷ. Apoſtolus verò citat: Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ: quæ verba ſic contexta habentur in Cantico Eſai. 12. iuxta Septuaginta interpretes, vbi nos ex verſione Hieronymi habemus: *Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.* Et illa Græca ad literam ſonant, vt Interpres noſter hoc loco vertit: Ego ero fidens in eum. Vnde ex hoc loco deſumpta fuiſſe aſſerendum eſt: perpetuo enim Apoſtolus ſequitur Septuaginta interpretes.

Illud: Ego ero fidens in eum: ex quo loco Paulus deſumpſit.

Pſalm. 17. *Pſalm. 90.*

Huius ſolutionis incõmodum.

Altera ſolut.

Videntur autem illa verba eſſe Chriſti, & Theophylactus confidenter negat verba eſſe alterius quàm Chriſti. Et quamuis B. Hieronymus in Eſaiam aſſerat illa verba proferri in perſona fidelium; tamen in Scripturis nouum non eſt, Chriſtum caput aſſumere membrorum ſuorum perſonam, & in eis, & pro eius preces fundere ad Patrem. Et hæc confidentia oritur ex cognatione, & propinquitate aſſumptæ carnis noſtræ per Chriſtum. Photius verò explanans hunc locum, ait: *Ne audientes ipſum eſſe fratrem, ac patrem, exiſtimetis quempiam vnum eſſe è vulgo; Deus eſt, inquit, in quem ſcriptum eſt oportere fidere. Quis enim in alio quoquam fidit niſi in ſolo Deo?*

De quo dixerit Propheta: Ego ero fidens in eum, teſte Theophylacto.

Alter ſenſus, nimirum B. Hier. tom. 5. in prine.

Chriſtus qualis ſit pater, & frater noſter.

Photius ibid.

Tertium teſtimonium: *Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Deus.* Quod ex octauo capite Eſaiæ deſumptũ eſt. Vox Παιδία Græcè, & Latinè pueri, æquiuoca eſt ad filios & ad ſeruos, vel ad iuniores ætate: ſed tamen præſenti loco magis quadrat interpretatio filiorum, quia filij eiuſdem naturæ ſunt cũ parentibus. Et ita vertit OEcumenius. Vox etiam Hebræa Ieladim, à generando deriuatur: vnde magis natos ſignificat; etſi Hieronymus verterit, pueri. Et ſunt Chriſti verba, qui ſe quaſi patrem dicit credẽtium; qui dati ſunt ei à Deo, vt eos ſaluos faceret: *Quos dediſti,* inquit, *mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit;* vt non ſolum fratres eos appellare dignatus ſit, ſed etiam filios, de quibus; *Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum.* Sũt igitur fratres Chriſti quatenus homo eſt: ſunt etiam & filij, non ſolum vt Deus, ſed etiam quatenus per mortem ſuam eos regenerauit. Quemadmodum enim ex Adæ coſta formata eſt Eua, ita ex coſta Chriſti, id eſt, ex Spiritu Chriſti, nos omnes regeniti ſumus, vt dicat B. Petrus, Quaſi modò geniti infantes, rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite. Sunt denique parentes Chriſti, quatenus Chriſtum in alijs generant, vt dicitur Matth. 12.

Puer Hebræi tria ſignificat: ad quod hic ſignificatum alludat Apoſtolus cum ait: Ecce ego & pueri mei mecum.

Eſai. 8. *Oecum. c. 3. ſub init.*

Ieladim Hebræis quid ſonet.

Ioan. 17.

Suprà 13.

Fideles qua ratione Chriſti ſint & fratres, & filij.

Geneſ. 2.

1. Pet. 2.

Iidem qua etiam ratione ſint Chriſti parentes.

Matth. 12.

Et ſubiungit Apoſtolus, quaſi declarans hunc locum: *Quia ergo pueri communicauerũt carni, & ſanguini* (id eſt naturæ humanæ, de qua: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi;* & Apoſtolus alibi: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem,* id eſt, homines; & ad Gal. *Continuò non acquieui carni, & ſanguini,* *& ipſe ſimiliter participauit eiſdem.* Vel quod idem eſt, eidem eſt, eidem naturæ, vt per eã conueniẽter poſſet naturam noſtram redimere, vt ipſe homo fieret, & quantum in ſe eſt, vniuerſis hominibus vitã ſuã deriuaret.

Hoc loco quid carni, & ſanguini cõmunicare.

Matth. 16. *Epheſ. vlt.* *Galat. 1.*

Subiungit: *Vt per mortem deſtrueret eum* *qui*

Quis ille habens mortis

non apprehendile.

& ad vnionem perſonalẽ Verbi aſſumendo inſititio quodã, & admirabili modo per artificem peritiſſimũ Spiritũ ſanctũ. Vnde & ipſe admirabilis vocatur. ¶ *Sed ſemen Abrahæ apprehendit.* Id eſt hominẽ ex familia Abrahę, cui facta erat etiã cum iuramento promiſſio. At inquies; Cur non dicit, Homines apprehendit ſicut prius dixerat, Angelos? Reſpõdemus, ſpeciẽ vnã eſſe tantũ hominũ non plures; ideò in plurali nõ dixit, homines: at verò cùm ſpecies Angelicæ plurimæ ſint, imò in doctrina B. Thomę quiſq; Angelus ſua conſtet ſpecie: ideò ad hoc declarandum dixit, non apprehendiſſe Angelos, id eſt vllam ſpeciem Angelorum. Quòd ſi vna tantũ fuiſſet ſpecies, dixiſſet in ſingulari Angelum, non Angelos. Et tantùm aſſumens vnum Angelum, pręter illũ, alios non ſaluaſſet: aut ſi plures vnius ſunt & eiuſdem ſpeciei, illis tantũ per illam aſſumptionem opitulatus fuiſſet: quẽadmodũ nũc aſſumpta humana ſpecie, omnibus hominibus & ſolis opitulatus eſt. Illi enim, quorum naturam aſſumebat, ſalui tantùm redderentur. Vnde Gregor. lib. 4. Moral. c. 10. in fine: *Idcircò*, inquit, *Redemptor noſter, non Angelus, ſed homo factus eſt, quia hoc proculdubio fieri debuit, quod redemit, vt & perditũ Angelum non apprehendendo deſereret, & hominem in ſemetipſo apprehendo repararet.* Hęc ille. Adhęc Angelus cùm naturę eſſet immortalis, & impatibilis pro homine mori, aut pati non potuiſſet, & ita charitatis flammam, quam Chriſtus paſſioni, & morti pro nobis obnoxius oſtendit nunquam declaraſſet.

Eſai. 9.

Idem quare non inquit. Sed homines apprehendit

B. Thom. 1. p. q. 50 art 4 et alibi tom. 10.

B Greg to 1. Prima ratio, cur Deus nõ Angelus, ſed homo factus ſit.

Altera.

Iterum aliquis obijciet: Quare nõ dixit Apoſtolus, ſed hominẽ apprehendit, ſed dixit: *Semen Abrahæ?* Reſpõdeo: Idẽ prorſus eſt homo, & ſemen Abrahę. Vnde Ioan. 8. dixerũt Iudęi: *Semen Abrahæ ſumus.* Et quia ſemen nõ dicit perſonam hominis, & quam Chriſtus in humanitate nõ aſſumpſit; ob id dixit, Semen Abrahę. Et non tantùm dicitur ſemen Abrahę quod ab eo propagatum ſit, quam quòd in eo eſſet vis propagandi ſecundùm plenitudinem Spiritus.

Cur dictum potius: Sed ſemẽ Abrahę apprehendit. quam, ſed hominem apprehendit. *Ioan. 8.* Semen Abrahę ſic vocatur duplici ratione.

Quod verò primo loco obiectum fuit, Angelum à Deo aſſumptum, quia in perſona Dei loquebatur: *Ego ſum*, inquit, *Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti:* facilè reſoluitur. Nam frequenter Angeli Dei perſonam repręſentant, atq; in eius perſona loquuntur: & tales aſſumuntur in miniſteriũ tantùm, non autem ad vnionem hypoſtaticam, ad quam ſolus homo Chriſtus fuit aſſumptus.

Ad 6. dubit. *Exod 20.*

Præterea Chryſoſtomus ponderauit verbum illud Apprendendi, quòd eſt præſentis temporis, non præteriti. Et loquitur per metaphoram eorum, qui eos inſequuntur, auerſi ſunt, & omnia faciunt, vt fugientes, & reſilientis apprehendere valeant: in quo maximè diuina bonitas elucet, & noſtra malitia medicum ſanantem fugiens detegitur. Sunt qui interpretantur apprehẽdere, pro eo quod eſt labantes Angelos reducere, quod nunquam fecit: hominem autem periclitãtem quaſi quadã manu apprehẽdit, de qua cecinit B. Virgo: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum* (nam Iſrael Accuſandi caſus eſt) *recordatus miſericordiæ ſuæ*, Abrahę, & ſemini eius promiſſæ. Peccatum ergò dæmonis, quia mera ſuperbia fuit, & nullius perſuaſione peractum, nulla etiam ignorantia, vel infirmitate cõmiſſum; ideò inexpiabile fuit: ob idque in Scriptura ſacra prætermiſſum. Adæ verò peccatum ex ignorantia, & deceptione Euæ, & ex viri demiſſione ad vxorem, vt nõ contriſtaret delicias ſuas, ac dæmonis impulſione, patratum fuit: id ideò dignum miſericordia, & expiatione fuit; ac propterea in Sacra Geneſi enarratum, atq; cognitum fuit, ac proinde de eius remedio proſpectum.

Quid ſit Apprehendere, Chryſoſtom.

Chryſ. hom 5. int. tom. 4. ſub fin. Alter ſenſus, verbi eiuſdẽ Apprehendendi.

Luc. 1.

Eſai. 14. Apoc. 12.

Poſtrema verba, de quibus dubitatum fuit, ſunt: *Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari.* Quæ verba ſic intelligenda ſunt; vt per omnia peccatũ quod nihil eſt, ſed boni tantùm priuatio, non includatur. Debuit autem per omnia aſſimilari in malis pœnæ. Non valuiſſet autem pro nobis litare peccator exiſtens, etiamſi vniuerſas noſtras pœnas ſuſtuliſſet. ¶ *Vt miſericors fieret, & fidelis Põtifex ad Deum.* Hoc eſt: Vt miſericorditer erga nos afficeretur, & fidelis expiator, & propitiator pro nobis cauſſam noſtram ageret apud Deum. Vel vt Græcè habetur, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, id eſt, in his quæ ad Deum pertinent. Quæ c. 5. vbi eadem verba Græca habentur, planius vertit interpres, dũ ait: *Omnis quidem Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominib. cõſtituitur in his quæ ſunt ad Deum.* ¶ Quod verò ſubdit: *Vt repropitiaret delicta populi:* per figuram Hypallages dictũ eſt: ſicut dicitur mũdari lepra, non quod ipſa in ſe mundetur, ſed leproſus eſt qui mundatur à lepra. Ita hic dicitur: *Repropitiaret delicta populi:* & Dilectus: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:* nõ quòd peccata vlla mereantur repropitiationẽ, ſed vt ſic peccato deleto, atque extincto, homo Deo repropitietur. ¶ Fidelẽ autẽ vocat Pontificem: quia fidem in eo opere implendo Patri ſeruauit, ad quid illum miſerat. ¶ *In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus: potens eſt & eis qui tẽtantur, auxiliari.* Declarat fructum, quẽ ex paſſione, & tentatione collegit Chriſtus: nam ex hoc factus eſt miſericors ad nos com-

Gen. 3. Ad V. dubit. Deeo: Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari.

Chriſtus per omnia fratribus ſimilari debuerit, in quibus tantummodo.

Hebr. 5.

Illud: Vt repropitiaret delicta populi, quo ſit accipiendum modo.

1. Ioann. 2.

Cur fidelis Põtifex Chriſtus.

Ex eo quod Chriſtus paſſus eſt & tentatus, quid didicerit.

Eſai. 49. Act. 13.

vniuerſum deſtinatis, erudiendos veniſſe. Vnde in Patris perſona loquitur Eſaias; *Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & faces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ*: quem locum Act. 13. Paulus citat, vt ſibi & Apoſtolis conuenientem: quia Apoſtolatus Apoſtolorum maximus, in illa, & ſub illa eminentiſſima Chriſti legatione; & miſſione continetur. Et vt miſſionis Chriſti modus excellentiſſimus extitit, nempè per carnis aſſumptionem, & mortẽ: ita munus eius pręclarum, & ſublime fuit. Miſſus eſt enim ad faciendum, & plantandum Euangelium per ſe ipſum, & illud Iudęis notificandum: per Apoſtolos verò vniuerſo terrarum orbi promulgandum curauit.

Illud Prophetæ: Dedi te in lucẽ Gentiũ, &c. Apoſtolis qua ratione conueniat.

Chriſti Apoſtolatus dignitas & excellentia eſt duobus comprehenditur. *Marc. vlt.*

Secundò vocat Chriſtũ, Pontificem, id eſt ſummum Sacerdotem, qui ingreſſus in Sancta Sanctorum, non ſine ſanguine ſuo litauit, & ſalutem noſtrã operatus eſt in medio terrę. & nunc apud Deum pro nobis interpellat. ¶Confeſſionem verò, per Metonymiam fidem vocat: eſt enim fides confeſſionis cauſa, quę corã hominibus ſuo tẽpore facienda eſt: quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Zelantibus igitur Iudęis pro Moyſe, & Aaron, in voce Apoſtoli alludit ad Moyſen olim à Deo miſſum vt magnum Prophetã ab Ægyptiaca ſeruitute liberantẽ: at in verbo Pontificis alludit ad Aaronem, qui ſummi Pontificis miniſterio functus eſt. Quaſi diceret; Nos olim habuimus Moyſen Apoſtolum & Aaron in Pontificem: ſed nunc pro vtroq; maiorem habemus Ieſum Dei Filium: *Qui fidelis eſt ei* (ſcilicet Patri) *qui creauit illũ: ſicut & Moyſes in omni domo eius*, ſcilicet, fidelis Deo extitit. Nec locum Apoſtolus citauit, quia cũ doctis, & eruditus loquebatur. De Moyſe ſiquidem Num. 13. legimus: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt.

Chriſtus cur vocetur Pontifex.

Pſal. 73. Cuius confeſſionis ſit Pontifex Chriſtus. *Rom. 10.*

Antiquus Iudęorũ Apoſtolus quis, eorundem & Pontifex. *Exod. 3. & 4.*

Illud: Sicut & Moyſes in omni domo eius fidelis eſt vnde mutuatus ſit, & cur loci nõ meminerit Paulus. *Num. 12.*

Chriſti autem multis in locis cõprobatur fidelitas, ſed maximè Deut. 18. *Prophetã*, inquit, *de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus. ipſum audies: vt petiſti*. Et infra: *Ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam*. Ecce Chriſti fidelitatem. Loqueturq; ad eos omnia quę pręcepero illi. Et quò magis fidelis eſſet, verba illa, quæ in nomine Domini locutus eſt, virtute ſignorum, & inculpatæ vitæ exemplo corroborauit, & vltionem grauiſſimã pronuntiauit imminere illis, qui non receperint. Vſq; adeò, vt Tyro, & Sydoni, & Sodomis remiſſius ſit futurum iudicium quam illis qui verbum Chriſti per Apoſtolos, & diſcipulos prędicatum non acceptarunt. ¶Elicitur etiam ex illo loco Deuteronomij prioris teſtamenti antiquatio, & finis miniſtri eius, hoc eſt Moyſis. Si enim ſatis erat ad ſalutem audire Moyſem, alius Propheta, quem audire oporteret, deſignatus nõ fuiſſet, cum tanta præſertim Dei interminatione. Nec illa ſententia poteſt ad Ioſue Moyſi ſucceſſorem detorqueri: quoniam de Ioſue iam erat explicitè dictũ quid eſſet facturus: & Paulus cap. ſequenti probat Ioſue Moyſis ſucceſſori nequaquam datam eſſe per illum requiem, Et hæc de primo.

Quã honorificũ de Chriſti erga Deũ fidelitate fertat teſtimoniũ Moyſes, vel potius Deus. *Deut. 10. Exod. 20.*

Matth. 11. Luc. 10.

Id Deut. 18. Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus, &c de Ioſue nullo modo accipi poſſe. *Num. 26.*

Soluitur dubitatio. Quomodo accipiẽdũ illud: In omni domo eius.

Ad ſecundum, in verbis Apoſtoli quędã ſunt aduertenda. Et primum quod ait: *In omni domo eius*, intelligit, tota domo, vt inferius vertit interpres. Et relatiuũ, eius, nõ eſt ad Moſen referẽdum, quia domus Domini eſt, & Filij, nõ famuli Moyſis. Deinde quòd ait: *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus*: perpẽde, interpretum lectionem Gręcam affectaſſe: nam ἄξιος, id eſt dignus, gignendi caſum regit, iuxta illud Euripidis dictum, & à Porphyrio vſurpatum:

Phraſis hæc Amplioris gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, vnde ducta.

Πρῶτον μὲν ἄδιος ἄξιον τυραννίδος.

Porphyr. cap. De ſpecie.

At Latinis, dignus, Ablatiuum regit, & ita hic erat dicendum: Ampliori enim gloria iſte pRę Moyſe dignus eſt habitus; ſed interpres, vt in alijs multis: ita in hoc non abhorruit à Gręca phraſi. Nam Sap. 7. vertit: *Mihi dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum* (id eſt his) *quæ mihi dantur*: & Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ*. Poeta quoq; dixit:

Virgil.

Maiorum non indignus auorum.

Quod ſequitur: *Quanto ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illam*: facile eſt diſſoluere. Senſus enim eſt: Quanto honorabilior eſt dominus domus quam domus ipſa, cuius domus, & familiæ pars erat Mòyſes; tanto Chriſtus Dominus ipſi Moyſi præcellit, qui inuenitur vnus de domo non fabricator, ſed fabricatus cum cæteris. Subdit: *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo qui autem omnia creauit, Deus eſt.* Prima propoſitio omnibus ex terminis nota eſt. Cùm enim domus ſit opus artis, non ſua ſponte, aut caſu, aut natura naſcitur, ſed architecto fabricãte neceſſariò indiget. At Chriſtus qui fabricauit domum, ſiue intelligas de prima ædificatione, quæ fuit rerum creatio, quia ipſe eſt verbum, per quod facta ſunt omnia, ſiue de redemptione, & reſtauratione domus per ſanguinem, non dubium, quin etiam ea parte qua homo eſt, architect' fuerit Eccleſię excelſis meritis ſuis

Quid ſignificet: Quanto ampliorẽ honorem habet domo qui fabricauit illa.

Chriſtus duplicẽ domũ fabricauit, & qualem.

Ioan. 1.

Eccleſiæ qui ſint lapides viui, ex quib. conſtruitur. *2. Petr. 2.*

ſanctificationis Spiritum pro ea comparãs. Cùm enim conſtet Eccleſia ex viuis lapidibus, hoc eſt ex ſanctis hominibus; nemo præter Deum ipſum hoc præſtare potuit. Vnde concludit: *Qui autem omnia creauit, Deus eſt.* Colligens Chriſtum Deum eſſe. *Et Moyſis quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus.* Certè Moyſes ſe ſeruum appellat. Num. 11. *Cur afflixiſti,* inquit, *ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? Et cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eã, vt dicas mihi. Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in Terram, pro qua iuraſti patrib. eorum?* Confitetur igitur Moyſes ſe non eſſe genitorẽ illius populi, & ſuccumbere in eius regimine. Et ne diceres; Quorſum ergò præceſſit Moyſes? Reſpondeo: *In teſtimonium eorum quæ dicenda erant.* Hoc eſt: vt veluti pędagogus quidam perduceret eos ad Chriſtum verũ Doctorem. Nam Chriſti gratia teſtificata eſt à lege, & Prophetis. *Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos.* Græca habent, ſupra domum ἐπ' οἶκον. Moyſes verò in domo, non, ſupra domum; nam Græcè dicitur, ἐν οἴκῳ. Eſt igitur grandis inter Moſen, & Chriſtum differentia: quia Chriſtus dominus domus, & fabricator, Moyſes pars domus fabricatæ. Deinde, Chriſtus ſupra domum eſt vt filius, Moyſes in domo vt famulus ad præſcriptum Domini illam gubernans. Et cùm ait: *quæ domus ſumus nos,* videtur legiſſe interpres ὅς οἶκος, alij verò legunt, οὗ οἶκος, id eſt, cuius domus ſumus nos. Et domus eſt, qui habet Chriſtum per fidẽ in ſe inhabitantem, iuxta illud; *Ad eũ veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Et vt ipſum Verbũ caro factũ habitauit in nobis id eſt ad vtilitatem, & gloriam noſtram, ita domus Dei inhabitata, fructum gloriæ, & honoris Deo reddere debet. Et certè Eccleſia apud Paulum nomine domus venire ſolet: nam ad Timotheũ ait. Vt ſcias quomodò oporteat te in domo Dei conuerſari, quę eſt Eccleſia Dei viui. Addit: *Si fiduciam, & gloriam ſpei vſq; ad finẽ, firmam retineamus.* Quo verbo adhortatur Hebræos fortiter in fide perſiſtere, & in bonorum operum ſtudio, & in aduerſis malis tolerãdis perſeuerare. Domus ergò ſumus, ſi in fiducia clamemus, *Abba Pater,* & in gloria, id eſt gloriatiõe ſpei, id eſt rerum ęternarum quas ſperamus perſiſtamus. Hęc autem fiducia, & gloriatio ſolet humiles efficere; non de ſalute certos, & omninò ſecuros, ne hereticis fiduciarijs noſtri ſeculi, qui gloriantur quaſi iam poſſideant, ſintq; ita ſecuri, ac ſi ab ęternis bonis excidere non valeant, perſimiles reddamur. Pro fiducia, Græcè habetur παρρησία, quę propriè eſt libertas loquendi, cum quis nihil metuens intrepidè audet profiteri, quod ſentit. Iam ad tertiò propoſitũ reſpõdendũ: *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus; Hodie ſi vocem eius audieritis; nolite obdurare corda veſtra.* Cùm Iudæi grauiori oratione eſſent pungendi, & increpandi; offenſionis vitandæ gratia, alienam perſonam induit, ſcilicet Dauidis, & per eum loquentis Spiritus ſancti. Nam ſi Paulus Patrum exprobraſſet incredulitatem, minus auditus fuiſſet: at introducendo Dauidem loquentem, res erat minus odioſa. Sunt ergò verba hæc non Dauidis, non Pauli, neq; Angelorum, ſed Spiritus ſancti: qui teſtificatur, non tantùm in ſignis, & prodigijs, verùm etiam in cordibus, quòd Chriſtus ſit filius Dei. Qui enim credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.

Quibus verbis Moyſes nõ ſe domi num domus Dei, ſed ſeruũ agnoſcat, & profi.eatur.

Cor datus Moyſes Iudæis tantummodo. *Galat. 3.*

Rom 3.

Chriſtus maior Moyſe dupliciter.

Domᵘ Chriſti fidelis eſt quiſque.

Ioan 14. *Supra 1.*

Domus Dei apud Paulum quid. *1. Tim. 3.*

In domo Dei quomodo perſeuerãdũ. *Rom 8.* *Gal 4.*

Fiduciæ, & gloriæ ſpei efficacia.

Pſal. 94.

De Chriſti diuinitate duplex Spiritus ſancti teſtimonium.

1. Ioan. 5.

Pſalmi 94 argumentũ.

Producit autem Pſalmũ nonageſimumquartũ, in quo omnes in genere inuitantur ad Dei laudes pręcinendas, & ad pręconia, & eius beneficia celebranda. Vnde incipit: *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro. Præoccupemus faciem eius in cõfeſſione, & in Pſalmis iubilemus ei.* Non ait; Venite, exultate, iubilate, pręoccupate: nõ enim erat ex his Dauid, qui alios adhortantur ad ea opera pręſtanda, quę ipſi facere detrectant, vt Scribę, & Phariſæi, qui dicunt, & nõ faciunt & qui alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere. ¶ Pręoccupare, eſt pręuenire: quaſi dicat, Maturemus, & tempeſtiuè veniamus, dum tempus eſt laudandi. Sicut alibi ait: Anticipauerunt vigilias oculi mei. Et rurſum: Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Significat etiam pręoccupatio cõtentionem, & vehemens ſtudium, quo ſerui Dei contendere videntur ad ſe inuicem pręueniendum in Dei laudibus, feſtinando venire, ante conſpectum Dei ſe ſiſtentes. Perpende etiam vſum ſacrę Scripturę: quia vnus & idem textus tempore Dauidis vtilis fuit ad reprehendendam incredulitatem illius populi. Tempore etiam Pauli idem accidit, & omni tempore idem vſu venire ſolet. Sicut quòd Eſaias aduerſus ſui ſeculi hypocritas dixit: *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me,* vſurpauit Dominus, & eodem verbo perſtrinxit ſui temporis hypocritas. Ita vt mirum eſſe non debeat, ſi vnus, & idem locus varijs temporibus deſeruiat: ita enim contexta eſt per Spiritũ ſanctum Scriptura vt ad omnia tempora, loca, & perſonas extendatur.

In eo quod Dauid in prima perſona loquens adhortatur Venite exultemus, &c. quid nos doceat.

Matth 23.

Præoccupare quid.

Pſal. 76. *Pſal 118.*

Alter ſignificatus.

Ad 3. quæſt. An ad rem Paulus d[illegible] Pſalmum attulerit.

Eſai. 29.

Matth. 15.

Scripturæ artificium.

Ait ergò Apoſtolus in verbis citatis,

Hodie

Hodie quodnam illud ſit quo Iudæi vocem Domini audituri erant.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Aliqui vertunt, Hodie vtinam audiatis. Voluit autem Deus ab initio voci ſuæ obediri, nec illorum periuria ferre valuit, quin reuera vlciſceretur. Et Hodie vocat tēpus gratiæ, & ſalutis, de quo. Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis; &, Hæc eſt dies quam fecit Dominus: cuius operatio, & efficacia in finem vſque ſeculi durat. Qui enim non audit Chriſtum nūc loquentē, ab eo requiretur ratio cur audire noluerit. Qui aūt audit Chriſtum loquentem, non debet obdurare cor, agnitā veritatem aut reſpuendo, aut impugnando vt nolit credere: quid proprium erat Iudæorum. Et cordis duritia procedit à voluntate prauè affecta per mundi bona, & carnis illecebras. Et cum Dauid paulò antè vocauerit Hebræos populum Dei, ſtatim vocat eos, Oues, quarum eſt vocem ſui paſtoris audire: & quos ad laudes Deo impendendas inuitauit, ſimul & ad obedientiam pręſtandam admonet, quæ omnibus ſacrificijs & victimis præcellit. ¶ Subdit: *Sicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto.* Ad literam aduerte, illa omnia, quæ contigerunt Hebræis in egreſſu de Ægypto, & ambulantibus in deſerto, omnia, inquam, fuiſſe à Deo ordinata ad noſtram doctrinā, & commonitionem. Vocat autem exacerbationem, quæ Græcè habetur Παραπικρασμόν, hoc eſt irritationem, ſiue contentionem Core, Dathan, & Abiron, & de illa exploratorum redeuntium Num. 13 & 14. Hebræa habent: *Sicut in die tentationis*: pro quo Septuaginta legunt: *Secundum diem tentationis.* ſecundùm capitur pro, in, vt Gen. 18. *Secundum hoc tempus veniam,* id eſt, in hoc tempore. Denique tota illa populi peregrinatio nihil aliud fuit quam Dei tentatio: non enim verbis eius crediderunt. Negabant Dei potentiam, quæ poſſet ſeruare, & alere eos, frequenter enim tentauerūt Deū, quia quandoq; pro aqua, quandoq; pro carnibus, quandoq; pro pane, ita quod decies tentauerunt ipſum: ita enim habetur Numer. 14. Iam enim tentauerant me per decē vices: & tamen ſuo ipſorum malo experti ſunt, ſiue experientia Deum cognouerunt; idq; annis quadraginta; nam ibi eſt punctus figendus iuxta Gręcam literam. Hebręa tamen verius hęc verba iungunt cum ſequentibus, ſicut etiam ipſe Apoſtolus infra declarat, cùm ait: *Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis. Nonne illis qui peccauerunt, &c.*

2. *Cor.* 6.
Pſal 117.
Chriſtum audientes qui obdurent corda.
Vnde cordis duritia, Iudæos Dauid oues cur nominet.
Ioan. 10.
Obedientiæ præſtantia.
1. *Reg.* 15.
Quid exacerbatio apud Prophetam.
Num. 16.
Secundum pro, in, more Scripturæ.
Deum Iudæi in deſerto quomodo tentauerunt.
Pſal. 77.
Verbū Quadraginta annis & reliq. ad ſuperiorē clauſulam an ad inferiorē ſit referendū.

Subdit: *Propter quod infenſus fui generationi huic & dixi, Semper errāt corde.* Alia lectio habet: *Proximus fui generationi huic,* quam ſequitur Pſalterium Romanum, quo in diuinis Officijs vtimur: quanquam priorem lectionem ſequantur Hebræa, & Græca exemplaria Septuaginta interpretum, & hoc loco Apoſtolus. Hieronym. verò iuxta Hebrę̄u vertit: *Quadraginta annis diſplicuit mihi generatio iſta.* Vel, vt alij, Iurgatus ſum cum generatione hac. Sed illa lectio nō facit magnam difficultatem, ſi intelligamus, Deum illi generationi quadraginta annis fuiſſe proximum, ſcilicet ad punitionem, & vindictam. Qui autem offenſus eſt, capit ex illius actibus, & verbis moleſtam, & odio accenditur ad vindictam.

Hier. tranſlatio huius loci qualis. *Tom.* 8.

Cauſſa autem huius variæ lectionis eſt verbum Græcum προσώχθισα, quòd ſi deſcendat à verbò προσοχθεῖν, ſignificat eſſe infenſum alicui, & moleſtia capere ex re aliqua: ſi verò deriuetur ἀπὸ τοῦ προσοχθίζειν, eſt appellere ad littus, ſiue appropinquare. Sed ſi conſulamus Hebræa, & præcedentia, & ſequentia, & Paulum, pręſtantior eſt lectio, quæ habet, Infenſus fui, & puto legendum προσώχθισα, per ω, non per iota; vt deſcendat à dicto verbo.

Horum verſionum ratio diuerſitatis.
Illa, Infenſus fui, &c. alteri Proximus fui quare præferenda.

Quod igitur aliter cantetur in Eccleſia, quam in Hebræo, vel Græco habeatur, nihil refert, quia etiam idem contingit Eccleſijs Græcanicis, quæ propter editiones in Græco idiomate varias ac multiplices, confuſaneæ ſunt, ac miſcellaneæ, ex diuerſiſq; conflatę, ſicut etiam noſtra ex diuerſis verſionibus Latinis conſtat. ¶ Et dixi, *Semper errant corde.* Chaldæus paraphraſtes habet, *Populus eſt quorum idola ſunt in corde ipſorum.* Duplex eſt error, alter intellectus ſolius, cùm quis malè ratiocinatur: qui etſi ſit malum, & grauis infirmitas, non tamen ad malum imputatur. Alius eſt error, qui procedit à voluntate deprauata, & probibente, ne intellectus conſenſum præbeat veritati perſuaſæ: & talis erat error imputabilis, & proprius Iudęorum fidei propoſitę acquieſcete nolentium: qui excæcati ſunt, & vias Dei non cognouerunt, hoc eſt, iuſtitiam, & miſericordiā, de quibus: *Vniuerſa via Domini miſericordia, & veritas.* Multi enim indulgentia Dei ſola nota pereunt, nihil timētes; alij verò ſola ſeuera iuſtitia Dei agnita, ad Deū non confugiunt, vt remiſſionem peccatorum, & gratiam inueniant.

Error intellectus hic ſit & an ſit peccatum.
Error volūtatis, ſeu cordis quis ille, & quorum proprius.
Pſalm. 24.
Miſericordia & veritas, vtraq; ſimul cur ſit ad ſalutē neceſſaria. Ita Dei in Iudæos incredolos quęnam ſit.

Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Græca legunt; Sicut iuraui: ſed pręſtantior eſt, & clarior noſtra lectio: *Quibus iuraui.* Vocat autem iram ſuam magnam qua excęcati, & veritatem reſpuentes, in ignem æternum deturbātur. ¶ Illud autem, *Si introibūt*, mutilus eſt ſermo, qualis eſſe ſolet eorum, qui ira accenſi excandeſcunt. Et habet hic ſermo negationem firmiſſimam per

figuram

ſigu:am Apoſiopeſis: & ad ſententiæ integritatem aliquid eſt ſupplendum, vt; Si introibunt in requiem meã, nõ ſim ego Deus amplius; vel, mihi fidem non habeatis, aut, voci meæ obedientiam non adiungatis. Simile eſt illud Pſal. 88: *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar:* & Eſai. 22. *Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituum.* & ſupplendum eſt, ſim ego mendax.

Pſalm. 88.
Eſa. 22.

Patres, ſeu maiores Iudæorum Apoſtolus cur notet inobedientiæ.

Facit igitur Apoſtolus mentionem inobedientiæ patrũ, quia ſtultè generis ſui gloria inflati erant, & patrum vitia pro virtutibus amplectebantur. Deinde vt cùm audirent patres ſuos fuiſſe Deo immorigeros, melius ſe agnoſcere poſſent eiuſmodi admonitione indigere. Et exprimitur in quibus patres non ſiot à nobis imitandi: cùm ſcilicet oos à Deo, vel à veritate Euangelica abducunt. Vnde ſubiungit: *Videte fratres ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum, incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo.* Propoſito exemplo patrum incredulorum, hortatur ne illis ſimiles fiant, & fiat cor eorum malum, id eſt, voluntas peruerſa diſcedẽdi à Deo viuo per incredulitatem, & diffidentiam, & ne deflectant in apoſtaſiam. Et Chriſtũ vocat Deũ viuum; vt eius innuat potentiam, & ſapientiam: & nihil illum latere poſſe. Et bene dixit, Cor malum incredulum: eſt enim & cor bonum incredulum, iuxta illud: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.*

Patentes quatenus nobis nõ audiendi.

Quomodo diſcedat quis à Deo viuo: & cur ita Chriſtum appellet Apoſtolus.

Cor incredulũ aliud malũ aliud bonum quodnam illud.

1. Ioann. 4.

Ad 4. dubit. De verbo Hodie, quod cognominatur.

Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur. Hoc erat poſtremo loco dubitatum. Et res non eſt admodum obſcura. Hodie, ſiue hodiernus dies, vitam totam noſtram mortalem complectitur, in qua viatores ſumus, & reuerti poſſumus per pœnitentiam ad viam rectam, & promereri vitam æternam. ¶ Vocat autem peccati fallaciam, deceptionem, quæ ex concupiſcentia mala in nobis prodit: illa enim ſæpè fallit, vt dixit Iacobus Apoſtolus: *Vnuſquiſq; tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Abſtractus, nimirum à verbis bonis, quę ſunt Dei gratia, & gloria ęterna: illectus ad falſa, & apparentia bona, id eſt ad ſenſus, & carnis commoda.

Quid peccati fallacia.

Iacob. 1.

Explicatur id: Vnuſquiſque tentatur, à cõcupiſcẽtia ſua abſtractus & illect⁹.

Addit: *Participes enim Chriſti effecti ſumus: ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſq; ad finẽ firmũ retineamus.* Vt vocem Græcam hypoſtaſis primo capite vertit ſubſtantiam pro ſubſiſtentiam, ita etiam & hoc loco. Et ioitium quo ſuſtẽtamur, oppooitur fini, ita vt vtrũque oporteat conſentire. Docet igitur io magno retrocedendi periculo eos verſari, qui necdum ad vitam ęternam peruenerũt ex typo, & exemplo Patrum, qui licet ex Ægypto vocati eſſent per fidem, & typicè baptizati in tranſitu maris Rubri; ad Terram tamen promiſſam non peruenerũt, nec initium ſubſiſtentiæ, id eſt, vel baptiſmũ quod eſt fundamentum aliorum Sacramentorũ, & dat eſſe nouum, vel fidem qua initiamur Chriſto, & quę eſt hypoſtaſis rerum ſperandarum, ad finem vſq; firmum retineatur: ad quod opus eſt, vt donum charitatis per gratiam, vel fidem acceptum, augeatur donec ad perfectum veniat, & ad finem deſideratum. Et qnod addit: *Quidam enim audientes, exacerbauerunt; ſed non vniuerſi,* &c. lenit ſermonem: cùm enim in communi iactaſſet exacerbationem, nnnc illam reſtringit, dicens nõ ſpectare ad vninerſos, ſed ad qnoſdam ex illa multitudine. Quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto, & qni dixerunt, Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. Quod ait, Cadauera, Græcè legimus κῶλα, tam hoc loco in Paulo quam Numer. 14. apud Septuagiota; & ſignificat membra, & ita interdum legitur à Patribus vt à Baſilio hom. 1. de Ieinnio: quanquam Hebręa vox propriè cadauera ſignificet, & ita interdum promiſcuè verti ſolet. Reliqna aperta ſuot.

1. Cor. 10.
Exod. 14.

Hebr. 11.

Vt fidẽ vſque ad finem firmam retineamus, quid à Deo flagitandum.

Num. 14.

Baſil. to. 1.

DISPVTATIO XII.

In illa verba: cap. 4. ***Timeamus ergò, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim & nobis nuntiatum eſt, quẽadmodum & illis. Sed non profuit illis ſermo auditus, non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt,*** & reliqua vſque in finem quarti cap.

I. Difficultas.

PRIMO loco explicanda venit mens Apoſtoli, & ratio exhortationis Apoſtolicæ. Deiode quomodo dicitur Deus requieuiſſe ab omni ôpere ſuo quod patrâ rat, cùm conſtet Deum io coodendo mundo nõ laboraſſe, ac proinde nec requie indiguiſſe, imò magna cum voluptate, ac delectatione in eo formando affectum fuiſſe. Tertiò, quis eſt ille viuus ſermo Dei, & efficax, & penetrantior omni gladio ancipiti an Chriſtus ipſe, an verò verbum Euãgelij, an vtrumque. Quartò, quomodò dicitur Chriſtus tentatus per omnia, pro ſimilitudine abſq; peccato, cùm io Euangelio tantùm legamus tribus teotatiooibus à Satana appetitum fuiſſe. Hæc etſi admodum magnas, aut ioexplicabiles difficultates non contineant; non tamen ita ſuot omnibus

Secunda.

Gen. 2.

Tertia.

Matth. 4.

obuia,

obuia,& expoſita, vt aliquod explicationis lumen non deſiderent.

Ad I. Diffic. Quò tendat Apoſtolus in hoc capite.

Scopus igitur ſatis ſe prodit. Perſtat enim Paulus in ſua adhortatione, quam ac ceperat ex illis verbis: *Si introibunt in requiẽ meam.* Hortatur ergò ad timorem, vt caueant, ne aliquando inueniantur amiſiſſe pollicitationem diuinam,quę eſt de introitu in veram requiem:quòd ſanè in eorum facultate poſitum eſſe declarat, vel tenere, vel relinquere;vt fatui ſint omninũ, qui liberum arbitrium de medio tollunt. Et ait: *Timeamus ergò*; in plurali: modus enim blandus exhortandi, & humilis eſſe ſolet, quando is qui hortator accedit, ſeipſum inter eos enumerat,quos cohortatur. Timeamus ergò,ne vt ex veteri populo complures defraudati ſunt expectatione quietis promiſſæ,nec ad deſtinatam terrã fluentem lacte,& melle peruenerunt,ita contingat,vt ex nobis aliquis eſſe fruſtratus videatur, ne perueniat ad finem æternæ vitæ,quam Chriſtus promiſit. Non dixit,ne aliquis ex nobis fruſtretur conatu, nec aſſequatur illud quò ire cœpit;ſed, ne exiſtimetur eſſe fruſtratus, aut poſteriùs veniſſe, quando intrandum erat. Græca enim vox ὑϛερηκέναι ſignificat, tardiùs veniſſe. Subdit: *Etenim & nobis nuntiatum eſt, quemadmodum & illis.* Vtitur verbo euangelizandi hoc loco Apoſtolus in paſſiua ſignificatione: *Et nos*,inquit,*euangelizati ſumus*,id eſt, Accepimus Euangelium. Iudæi ſuum habebant qualecunque Euangelium de Terra Palæſtinæ poſſidenda,nos noſtrum de vita ęterna obtinenda,cuius Symbolum illa Terra fuit;ſicut illa bona annuntiatio, noſtræ bonæ,& fauſtæ annuntiationis typus fuit. Sed vt illis proprium audiſſe Euangelium non profuit, ex eo quod in fide non perſtiterunt:nec nobis proderit audiſſe vitæ Euangelium incredulis,vt ingrediamur in requiem Dei. ¶ *Sermo*,inquit, *auditus,non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt.* Præſtantior lectio eſt: ijs qui audierunt & crediderunt, quales fuerunt Ioſue, & Caleb, vt egregiè interpretatur Oecumenius. Et hęc de primo.

Qualiberũ hominis negantes arbitrium.

Vt his & efficax adhortãdi ratio à Paulo ſeruata.

Quale fuerit Iudęorũ Euangelium: quale Chriſtianorum. Vtraq; vtriſque Euãgelia quibus nihil continentur, nec ſior collatura.

Oecu. hoc loco c. 3. in prin.

Soluitur 2. dub.

Gen. 2.

Ad ſecundum: Volens Apoſtolus declarare quid per requiem ſuam intelligat Spiritus ſanctus,explicat non aliam quam illã, de qua Gen. 2. dictum eſt: *Et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.* Pro cuius loci intelligentia perſpice bone lector, Deũ planè beatum,& nullius indigentem, mundum condidiſſe: cùmque putari poſſet à nobis ſemetipſum à ſua dignitate abieciſſe, qui nihil ſibi,ſed nobis,qui nihil ſumus, operatus fuerat,& quaſi laboraſſet, ita vt die ſeptimo requieuiſſe narretur; reuera tamen ita non fuit,ſed propter nos ipſos iſta dicuntur, qui eius naturæ ſumus, vt cùm non nobis,ſed alijs operamur, veluti laboraſſe, atque laborem ſenſiſſe exiſtimamur.

Cõditi orbis diuin' labor, humani duntaxat captus imbecillitati tribuẽdus eſt.

Ad eum modum condens vniuerſa Deus, ex quibus nulla vtilitas in eum redundabat laboraſſe quodammodò dicitur:ſed nos ſi grati animi iura ſeruamus,illa diuina opera accipere debemus,ac ſi pro nobis laboraſſet,& à ſua quiete diſtractus, mundum per ſex dies cum homine condidiſſet. Qua in re nos obligauit, vt operemur ſex diebus propter Deum,ac proinde poſſemus ad ſimilitudinem ſuam requiem accipere. Per dies enim ſex intelligimus vniuerſum ſeculi tempus ſex ætatibus diſtributũ: & in hac vita laborare debemus, colligentes nobis manna vſquequò veniat Sabbatum,quãdo nemo poterit quicquam colligere,vt in veteri manna fuit delineatum. Et hęc fuit prima lex,& obligatio creaturæ rationalis, vt ſicut Dominus pro nobis ſex diebus laborauit,ſuæ dignitati minimè parcens, vt ſic poſtea intraret in requiem ſuam,ad cũ modũ nos quoq; pro eius amore, ne ingrati ſimus,laborare oportet, vt ſic mereamur qui eſcere:atq; eo quidem libentius, quõ nos quicquid in eius gratiam operamur,totum ad nos redit,quia bonorum noſtrorum nõ indiget,& qui augmenti bonorum incapax eſt,cùm ſit ipſe ſummum,& vniuerſum bonum.

In eo quod ſex dieb' pro nobis mũdũ cõdẽdo Dominus laborauit, quo nos ſibi modo deuinxerit.

Exod. 16.

I. ratio,cur nos totidem diebus pro Deo laborare debeamus.

Altera.

Pſal. 13.

Paulus ergò duos locos inducit, vt agnoſcamus,alterum ex Geneſi prædictum: cùmque initium huius rei ſit fides, ob eam cauſam non poteſt intrare in hoc pactum, niſi fidelis. Alius locus inducitur ex Pſalm. 84. *Si introibunt in requiem meam*, ex quo habes,aliquam requiem manere quoſdam, idque ad Dei ſimilitudinem: Ij autem ſunt, qui operati fuerint,ſicut Dominus vbi operatus eſt, quieuit. Deinde habes,iuſiurandum aduerſus incredulos, & peccatores, qui nõ intrabunt in requiem Dei: nõ enim poſſunt eſſe veri operatores, qui non ſunt fideles. Adhæc expende verba Apoſtoli: *Dixit enim quodam loco de die ſeptima ſic*, &c. Quia enim Apoſtolus doctis ſcribebat, nõ ſignat locum, qui eſt in Geneſi, capite ſecundo: *Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illa*,& reliqua. Id eſt: Quoniam Sacra Scriptura habet, quoſdam ingreſſuros in illam requiem, ac Dei promiſſio in illo populo non fuit impleta, ſupereſt, illam in alijs implendam: non enim fruſtra poteſt eſſe Dei promiſſio. Ex hoc colligimus,promiſſiones Dei, quæ in illo populo non fuerunt impletæ, in noſtro forè

Propitium Dei quid. Introitus in dimiã requiẽ quid requirat Qui introibunt in requiem Dei, qui non, & quare.

Ratio huius locutionis Paulinæ: Dixit enim quodã loco,&c.

Proprium promiſſionis diuinæ.

Digitized by Google

complendas. ¶ *Iterum terminat diemquendam, Hodie, in Dauid dicendo.* Id eſt, Per Dauid dicentem. ¶ *Nam ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſthac die.* Hoc eſt: Si Ioſue, quo duce olim ingreſſi ſunt Palæſtinam, veteri populo plenam requiem præſtitiſſet, ſignatam in illis duobus locis Scripturæ, nunquam Spiritus ſanctus alterius diei meminiſſet, nec monuiſſet: *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra*: ne vobis contingat quod illis,& à requie promiſſa fruſtremini. Terminat,inquit, alium diem,non iam ſeptimum, ſed octauum:non priſcum illum, quem omnes violauimus,& opera Dei deſtruximus, ſed alium Dominicum diem, quo ceſſauit ab operibus redemptor noſter Deus:non iam creationis, ſed reparationis,& inſtaurationis;vt in hoc die creationis,& reparationis laudetur Deus. Vt ergò ceſſauit ab operibus reſtaurationis, tunc Dominus reliquit aliud Sabbatum,id eſt,legem operandi ſex diebus, vt dictum eſt, vt & nos poſſimus pariter requieſcere ab operibus noſtris, & intrare in requiem noſtram per verum Ioſue, non iam per illum Ieſum Naue. Et dicendo: *Hodie ſi vocem eius audieritis*, excludit Paulus falſam Iudæorum opinionem, ſi fortè putaſſent ſe requiem conſecutos in illa Terra promiſſionis,quam intrauerant: alioqui fruſtra Dauid Propheta admoneret in futurum,vt non obdurarent corda. Sic enim videtur arguere: Quicunque finem aſſequitur, in eo quieſcit; non ergò per ingreſſum illum per Ioſue factum prædiceretur alia requies alterius diei, ſed prædicitur alia requies per Dauid Prophetam; ergò relinquitur Sabbatiſmus populo Dei.

Ioſue. 1. Ioſue Moyſi ſucceſſorem Iſraelitis perfectã requiẽ nõ præſtitiſſe vnde probet Apoſtolus.

Quis ille dies quidam quẽ terminat Spiritus ſanctus in Dauid, dicẽdo. Hodie ſi vocem &c.

Verus Ioſue quis in verã requiem introducet.

Iudęorum in eo quod in terra Chanaã iam adepta ſe requiẽ inueniſſe arbitrabantur, vt Paulus confutet errorem.

Vbi primùm nota,Apoſtolorum non vſum nomine quietis,ſed nomine Hebræo, ac pprio,à Sabbato deriuato, & illo quod maximè eos oblectabat, vt Iudæos ab externa Sabbati obſeruatione reuocaret; quę non aliter poteſt melius abrogata intelligi, quam agnitio ſpiritali fine, quem explicat in ſubiunctis.

Quare non requiẽ Paulus dixerit, ſed ſabbatiſmũ relictum populo Dei.

Et in nomine populi Dei intellige omnes qui ex Iudęis & Gentibus Chriſto nomina dederũt. Et ſabbatiſmus, eſt ęterna requies, in qua non vltra laborandum, quia requies eſt poſt opera quaſi pręmium meriti. Finis enim fidei ſunt ipſa opera,ad hoc enim credimus,vt benè operemur: at operum finis eſt requies ſempiterna.

Populus Dei quis ille, atq; ſabbatiſmus.

Neq; Dauid negat,per requiem Terram Chananęam intellexiſſe, in quam Ioſue populum introduxit; ſed tantùm negat hanc fuiſſe vltimam requiem,ad quam fideles aſpirare debeant,quæ ſanè requies illius ſeculi fidelibus nobiſcum communis erat: quia illi altius ſuſpexerunt quam illam terram Paleſtinę,quam nonniſi vt imaginẽ,& ſymbolum ſpiritualis hæreditatis agnouerunt. Vnde infra capite vndecimo: *Fide*, inquit, *Abraham demoratus eſt in Terra repromiſſionis tanquam in aliena,in caſulis habitando cũ Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdẽ. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex, & conditor Deus.* Hæc ibi. Requies ergò illa in Chanaam, temporalis fuit,atque vmbratilis,& typus veræ requiei in cœlo poſitæ,ad quam verus Ieſus introducit.

Iudęi in qualẽ requiẽ teſte Apoſtolo, minimè intraſſent.

Hebr. 11.

Iudęorum requies in terra promiſſa qualis.

Feſtinemus ergò ingredi in illam requiem; vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplũ. Verba clara ſunt. Timete, inquit, ne quis anteuertat vos,& vobis illam præripiat. Et ſatis feſtinat,qui non diuertit,nec moratur in via,id eſt,Lege & ceremonijs,ſed abſque vlla mora,& interruptione per opera charitatis contendit.

Ad tertium circa illud: *Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, &c.* reſpõſionem paramus. Ne quis enim diceret, illud tunc Hebræis contigiſſe, & iam Scripturam adimpletam fuiſſe in his qui præceſſerunt; ſubdit per particulam cauſalem, Enim, rationem reddens, viuum eſſe ſermonem Dei, & efficacem.

Tertia ſoluitur dubitatio Viuus ſermo Dei,& efficax quinam ſit.

Vbi ſenſim Chriſtum aperit illa effeciſſe,quæ Iſraëlitis contigerant,& idem etiam nunc agere. Et vocat ſermonem viuentem legem noſtram, quæ eſt Chriſtus Spiritu ſuo, & opere loquens; quæ nunquam moritur,ſed perpetuò viuit, vt aſſiduò imperet,& non olim tantùm. Ieſus enim Chriſtus heri,& hodie;ipſe & in ſecula. Et ſicut viuit ad imperandum, ita etiam & ad iudicandum;vt Hebræi ſciant, impunè Chriſtum non poſſe contemni. Hinc dicebat: *Qui ſpernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die.* Et id quidem meritò,ſi & Eccleſiaſtis 8. dicitur: *Sermo illius poteſtate plenus eſt.* Et idem de Chriſto Lucæ 4. dicitur: *In poteſtate erat ſermo ipſius.* Et per Eſaiam: *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunq; volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.*

Propriũ legis Euangelicæ.

Hebr. vlt. Sermo ille Dei dupliciter viuit.

Ioan 12.

Eius vis, & efficacia. *Eccleſ. 8.*

Luc. 4. *Eſai. 55.*

Addit: *Et penetrabilior omni gladio ancipiti*, ſiue bicipiti: de quo Apocalypſis primo habemus: *De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Erat olim vſus gladiorum ex vna parte ad ſecandum, quales ſunt gladij Turcici, quos vulgus Scortas appellat:

Sermo Dei cui ſit penetrantior omni gladio ancipiti. *Apoc. 1.*

Pſalm. 44.

lat: erat & vſus gladiorum aciem habentiū, ex vtraq; parte. Comparatur ergò gladio, de quo Propheta dixit: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsimè*: quia veterem hominem iugulat, ac mactat, & vt ait Apoſtolus, Immolor ſupra ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ. Nec enim Diuina ſapientia percipi poteſt, niſi extincta carnis prudentia. In reprobis verò verbū Dei eſt quaſi malleus conterens petram, & corda ſunt incudis inſtar, quæ ictus etiam validos ſua duritia repellit. Et tales interim rident, ſed riſum Sardonium; qui etiam cū rabidis canibus conferri poſſunt, qui mordentes, vel vnguibus catenam cui ſunt alligati, appetētes, nihil tamen proficiunt, quia manent nihilominus conſtricti.

Philip. 2. Diuinæ modus ſapientiæ percipiendæ.

Ierem. 23. Sermo Dei quibus ſit quaſi malleus conterēs petram.

Idem cur gladius anceps.

Vocatur etiam gladius anceps, quia ex vtraq; parte penetrat: vel via miſericordiæ, dum inuitat, & eam pollicetur; vel via iuſtitiæ, dum pœnas ęternas comminatur. Ita vt qui per miſericordiam ſalubriter non vulneratur, per viam iuſtitiæ ad interitum penetratur. Sanè Paulus huius gladij vim expertus, proſtratus dedit manus dicens; *Domine quid me vis facere.*

Act. 9. Gladij verbi Dei in Paulo efficacia.

Subdit: *Pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus.* Sępè anima idem valet quod ſpiritus: ſed cùm ſimul iunguntur, anima accipitur pro anima ſenſui deſeruienti, ſpiritus pro parte rationali. Nam etſi vna & eadem res ſit, nempè, anima rationalis; diuerſis tamen rationibus conſiderari poteſt, ac ſi duę res eſſent. Nam anima dicitur ab officio animandi corpus, cui etiam afficitur. Si verò diſiungitur à corpore, vt ſanctiori amoris vinculo Deo iungatur, ſpiritus vocatur.

Anima & Spiritus vt inuicem diſtinguantur.

Sermo antem Dei, ſiue Chriſtus, hanc facit ſeparationem, dū hominem ex animali efficit ſpiritualem, terrenorum oſorem, cęleſtium verò amatorem: qui & agnoſcat reddere quę ſunt Cęſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. Ita etiam ratione ſenſus facultas concupiſcenda eſt, atq; regenda, ne aut nimia laxetur indulgentia, aut immoderata triſtitia abſorbeatur.

Sermo Dei quomodo ſeiungat vſque ad diuiſionē animæ & ſpiritus.

Matth. 22.

Addit: *Compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* Hoc eſt: Nihil in homine tam durum, neque tam reconditum, quò non perueniat Verbi huius efficacia. Et per compages accipe varias affectiones, quarum vna ex alia pendet. Sicut is qui filios habet, ſubito affectu inuaditur habendi bona temporalia quę illis relinquat: ex hoc affectiones, & conſilia exurgunt ad eos ditandos, aut defraudandi proximum, aut diuinum numen periurandi. Et has omnes veluti compagines verbum Dei nouit, quod velūt gladius acutus poſſit omnia diſſoluere, de quibus apud Eſaiam: *Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes*: & alibi: *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.*

Officiū rationis in homine.

Compages, ad quas ſermo Dei intrat, quęnam ſint.

Eſa. 58.

Suprà 2.

Penetrat quoque vſque ad medullas quæ oſſibus includuntur, id eſt, ea, ad quæ finis poſtremò refertur, vt ea perſpiciat ad probandum ſi bona ſunt; ad accuſandum, ſi mala, & ad excuſandum ea vel ex parte, vel omninò. Et hinc ſubdit: *Diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* Græcè eſt κριτικός, id eſt iudex mētium hominis quaſi ex labyrintho, quo prius tenebatur implicita, in lucem cognitionis, & iudicij proferens.

Quid medullæ.

Explicatur id: Diſcretor cogitationū & intentionum cordis.

Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Hic ſermo conſpectum habet, & iudicium; & ideò Dei Filius eſt: & coniūctio, Et, pro altera nam, vel quia, accipi debet: reddit enim rationem quòd omnia diſcernit: quia nulla creatura latet eiùs oculos: nihil tam profundum, quòd non in lucem educatur eius verbo, quod cuiuſdam conti inſtar eſt, quo veluti experitur, & inquirit, quid in hominum cordibus deliteſcat.

De quo dicatur: Et nō eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu Dei, & quid ſignificet.

Atq; his verbis damnantur, qui putant diuinam prouidentiam ad ſingularia non extendi, ſed tantùm vniuerſalium cognitionem habere. Contra quos etiam Dauid ſcripſit: *Intelligite inſipientes in populo; & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?* & quę ſequuntur.

In eos qui Deū negant ſingularium habere prouidentiam.

Pſal. 93.

Declarans autem quæ dixit, ſubdit: *Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* Hoc eſt: Cùm ſermo Dei oculis plenus ſit quaſi alter Argos, aut quaſi luciddiſſimus quidam Sol, qui cuncta illuminat, ita omnia ſunt nuda illi: pro quo verbo apertè Græca habent τετραχηλισμένα. Eſt autem τράχηλος, vnde hoc verbum originem ducit, dorſi ſpina, qua diuiſa per mediùm, omnia interiora arietis membra, etiam minima deteguntur. Nam & ſuperius verbum Dei gladium fecerat.

Illud: Omnia aūt nuda & aperta ſunt oculis eius, vnde ſumptū ſit ab Apoſtolo.

Eraſmus vertit, Reſupinata. Gręci verò interpretes metaphoram ab oue ſumptam excoriata, & pellibus nudata à lanionibus tradunt.

Vnde ſecundū alios dicta illa metaphora.

Sequitur: *Ad quem nobis ſermo* (Πρὸς ὃν ἡμῖν λόγος) hoc eſt: Cum quo nobis ſermo Deus, qui nobiſcum agit; & ideò non eſt velut cum homine mortali ludendum, ſed quoties verbum Dei proponitur, contremiſcendum. Vel verti poterat: De quo nobis eſt ſermo, πρὸς, accepta loco περὶ, vt

I. ſenſus huius dicti Ad quem nobis ſermo.

Sextum.

nem petentis in tertia. Item prima tentatio in ſpecie ſancti hominis, & eremi cultoris: in ſecunda, forma Angeli promittẽtis miniſterium, & famulatum: in tertia, ſub habitu magni Regis aut Principis promittentis montes aureos, facta eſt. Adhęc adfuit tentatio ex ratione, vt in prima: & ex autoritate Scripturę, vt in ſecũda, vbi produxit ex Pſal mo 90. teſtimonium. Fuit etiam tẽtatio in verbis, quia ter eũ eſt allocutus: & in factis, quia aſſumpſit eum in mõtem excelſum, in quo oſtendit illi omnia regna mundi. Amplius, tentationes Satanæ eò tendunt, vt exculpant peccatum; vel irritant, & prouocãt indignationem, vel ad aliquid curioſius inueſtigandum. Denique fuit ibi tentatio externa, quia extra apparebat, & loquebatur tentator: fuit & interna, vt quidam volunt, qui non putant eſſe abſurdum in facultate phantaſtica Chriſto illudere voluiſſe. Quæ omnes tentationes per Chriſtum deuictæ, & triumphatæ fuerunt: ſuppeditata etiam nobis arma, & artes, & ſtratagemata, quibus cum certa ſpe victoriæ cum Satana congredi poſſemus. Vt rectè propterea dixerit Ambroſius in Lucam: *Prope omnium criminum fontes, hæc tria genera demonſtrantur eſſe vitiorum. Neq; enim conſummatam omnem tentationem Scriptura dixiſſet, niſi in his tribus eſſet omnium materia delictorum, quorum ſemina in ipſa origine ſunt cauenda.* Hęc ille ſatis eleganter.

Septimum.

Octauum.

Cur tenet Satanas.

Nonum, ac poſtremum.

Harũ omniũ tentationum perfecta Chriſti victoria quid nobis contulerit. *B. Amb. li. 4. in Lucam, c. 5. in prin. to. 5.*

Addit: *Abſq; peccato.* Chriſtus enim omnia noſtra aſſumpſit præter peccatum, ad quod deſtruendum venerat. Et quia in illud cadere non poterat; & quia peccato inquinatus non erat agnus purus valens tollere peccatum mundi.

Quomodo abſq; peccato fuerit Chriſtus tẽtatus.

Poſſumus etiam interpretari, *abſq; peccato*, id eſt, Abſq; concupiſcentia, vt vocat Apoſtolus ad Romanos: non enim habuit illam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem in lege peccati; & per quam homines tentati ſuccumbere ſolent; & ita metapohoricè acciperetur peccatum, vt Rom. 6.

Alter ſenſus. *Rom 7.*

Cùm verò minimè æquum eſſet, illum nobis ſuccurrere, niſi & nos inſtanter indigentiam noſtram humiliter agnoſcentes, & confitentes, imploraremus, meritò ſubiungit: *Adeamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Græcè per Accuſandi caſum dicitur: In tempus opportunum. Et poteſt commodè ſignificari per miſericordiam gratia indebita quæ confertur, vt iuſtus quis fiat: & ita Chriſtus ſedet in throno gratiæ, expectans omnes ad pœnitentiam: In die vero iudicij in ſolio ſedebit iuſtitiæ, redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. ¶ Gratia verò quam inuenire poſſumus in tempus opportunum; eſt illa, quæ iuſtis propter promiſſionem debetur, implorantibus tamen eam; ſiue ad conſeruandam ſemel partam iuſtitiam, ſiue ad augendam & perficiendam. Non enim in tot tantiſq; tentationum periculis gratia Dei habitualis retinetur, niſi Deus peculiariter opem ferat, impertiendo nobis gratiam ad auxilium opportunum, hoc eſt, quando illam imploramus, vt tentationes & aduerſa ſuperare poſſimus.

Quotſi Chriſtus infirmitatibus compatiatur, atque ſuccurrat.

Quid miſericordiã conſequi, & gratiã inuenire in auxilio opportuno.

Rom. 2.

Auxilij opportuni à Deo quęrẽdi neceſſitas.

Vocat autem auxilium opportunum, de quo idem Apoſtolus alibi: *Ecce*, inquit, *nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis.* & de quo paulò antè dixerat: *Donec Hodie cognominatur.* Non ergò tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, hoc eſt, nec in diem craſtinum, ne quando veniat dies intempeſta, in qua non poſſis amplius operari, fruſtraque oſtio clauſo cum ſtultis virginibus pulſabis. Et ita eſt euacuatum quartum dubium, & quartum ſimul caput expeditum.

Illud explicatur quid ſit.

2. Cor. 6. Eccleſ. 5.

Ioan 9.

Matth. 25.

DISPVTATIO XIII.

In illa verba cap. 5. *Omnis namq; Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant, & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate,* &c. vſque in finem cap.

IN hoc contextu de connexione verborum cũ præcedentibus aliquid eſt nobis ſtatuendum, ac deinde ſcopus Apoſtoli explicandus. Deinde hæc Pontificis deſcriptio ab Apoſtolo propoſita per partes expendenda eſt, & præſertim illud: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Videmus enim multos non expectare vocationem, ſed ambire primos gradus Sacerdotij, & interdum vi & armis ſe in eos intrudere, aliorum dignitatem præripiendo. Tertiò dubitatur, an ad rem illos duos locos Scripturæ producat, Pſalmi videlicet ſecundi, & centeſimi noni, cùm primus nihil ad rem facere videatur, quia ibi non eſt ſermo de Sacerdotio. Quartò, in dubium quædam reuocantur in illis verbis: *Qui in diebus carnis ſuæ, &c.* nunquid ex quo Dominus terra relicta in cœlum

I. dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

cœlum conſcendit, carnẽ reliquit? Deinde quomodò dicitur exauditus pro ſua reuerẽtia, cùm deprecaretur calicẽ mortis, cũ tamen illũ nõ euaſerit, ſed mortẽ crucis ſubierit. Tertiò, quomodo dicitur Chriſtus exauditus pro ſua reuerentia, cùm etiã reliqui Sancti pro ſua pietate & religione exaudiri ſoleãt à Patre? Quinto loco in illud: *Cũ eſſet Filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt obedientiã: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ*, aliqua in dubiũ vocantur. Primum quidẽ, quomodò Chriſtus, qui erat prima & ſumma ſapientia, aſſeratur didiciſſe aliquid, & prçſertim obediẽtiam, quç quid eſt, cũ ipſe prçciperet, & leges ferret, optimè nouerat. Deinde quomodò factus eſt cauſa ſalutis çternæ, omnibus ſibi obtemperantibus; cum multi nõ obtẽperãtes; ſed reſiſtentes, & rebellãtes, vt Paulus, ſalutẽ ſint aſſecuti? Sextò, quid eſt illud: *De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendũ*, cùm ea, quæ ſpectant ad Melchiſedec, non ſint adeò ardua & difficilia, quin & mente cõprehendi, & ſermone explicari poſſint. Poſtremò in illud: *Perfectorum eſt ſolidus cibus*, obijci poſſet, multos in lege fuiſſe perfectos, vt Noë, Abraham, atq; alios magnos Prophetas: & ibi eſt præceptum: *Ambula coram me, & eſto perfectus*, & in nouo non deſunt imperfecti.

Matth. 26.
Quintum.
Sextum.
Act. 9.
Septimum.
Gen. 6. 5
Infrà 17.

Prima quæſtio diſſoluitur.

Ad primum igitur, affirmamus, Apoſtolũ paulò ante cœpiſſe verba facere de Chriſto Pontifice: non tamen dicta comprobaſſe: at nunc omnes veri Sacerdotij Leuitici conditiones colligit, & oſtendit, eas maximè Ieſu Domino competere; ac proinde nomen Sacerdotis ſecundùm ordinem Melchiſedec meritò ſibi vindicaſſe. Et hac ratione hæc cum præcedentibus coniunguntur.

II. ſol. quçſt. De officio Sacerdotis, ſiue Pontificis.
Eraſmus.
Sacerdos & Põtifex quatenus diſtinguãtur: Sacerdotis denominatio.

Ad ſecundum expende quod ait: *Omnis Pontifex*, ſiue, vt Eraſmus vertit, *Omnis Sacerdos*. Pontifex enim, & Sacerdos non differunt, niſi quod ille eſt inter Sacerdotes primus, & Grçcè nominatur ἀρχιερεύς. Et ait πᾶς, ſiue omnis, vt comprehendat Sacerdotem veterem: & nouum, & maiorem, qui Pontifex, & minorem, qui Sacerdos dicitur ab eo quòd ſacra faciat, & alijs diſpenſet; ſicuc Preſbyter, ab ætate matura, & virtutum officijs referta. Et prima conditio eſt, quòd ſit homo, ſiue ex hominibus aſſumptus, id eſt, qui vocatione, & electione ex hominibus aſſumatur ad munus Sacerdotũ. Hinc oportuit Chriſtum verum hominem eſſe: nam Verbum caro factum eſt, & os noſtrum, & caro noſtra eſt: & ad reconciliandos, & Deo nos offerendos idoneus. Idcircò 1. Timoth. 2. vt mediatorem Chriſtum faciat, hominem eſſe probat. Nam ſi ex Angelis; vel aliunde eſſet aſſumptus, aptè Deo coniungi non poſſemus.

I. Officium Sacerdotis.
Ioan. 1.
Chriſtus cur homo fieri debuerit.
1. Tim. 2.

II. Officium Pontificis.

Secunda: *Pro omnibus conſtituitur.* Id eſt, cõmunem omnium hominum cauſam in ſe transfert, & bonum pro illis agit, non autẽ quicquam priuatim operatur. Ita Chriſtus noſtrum omnium ſalutem ſuo ſacrificio, & precibus egit: nam hæc ſunt illa, de quibus ait: *In ijs quæ ſunt ad Deum.* Nam ſacrificium ſoli Deo debetur: precatio, & inuocatio diuini fauoris, ad Deum ſolùm referenda eſt. ¶ Poſſumus etiam interpretari, ea quæ ſunt ad Deum, eſſe negotia, quæ inter nos & Deum componenda ſunt.

Illud: In ijs quæ ſunt ad Deum, duobus modis accipitur:

III. Officium
Oecum. c. 6.

Tertia eſt: offerre dona, & ſacrificia pro peccatis: niſi velimus dicere cũ Oecumenio hæc eſſe illa, de quibus dixit: In ijs quç ſunt ad Deum. Per dona, ſiue donaria intellgo res incruentas, quç offeruntur pro miniſterio templi, & Sacerdotum: per ſacrificia verò, quas Græcè θυσίας vocant, victimas vel cruentas hoſtias pro peccatis eorum, qui delinquẽdo ſanguinis rei coram Deo fiunt & morti obnoxij.

Quç dona, & quç ſacrificia ſint Deo offerenda.

Placat ergò Sacerdos Deum iratũ victima, quã nemo laicus per ſe olim offerre poterat, neq; modò: Offert etiam donaria iuſtorum, quibus iam Deus eſt placatus.

IV. Officiũ.

Quarta: *Qui condolere poßit ijs qui ignorant, & errant:* Græca habent μετριοπαθεῖν δυνάμενος, id eſt placabilis, ſiue idoneus, & aptus accommodare ſe ad συμπάθειαν, çquũque facilem, ac moderatum omnibus ſe præbere.

Chriſti erga omnes, præſertim errãtes & miſeros ſingularis benignitas, & miſericordia.
Tim. 3.

Ita Chriſtus (abſq; peccato tamen) quia non indiguit pro ſe offerre, nobis facilem. ac benignum ſe præbuit, nobiſq; cõdoluit: & eius benignitas celebratur? Paulo, dum ait. Benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: χρηστότης καὶ φιλανθρωπεία. Eſt autem χρηστότης, bonitas ad omnisũ vſus accommodata, & parata: ait enim Menander.

Menander.

Χρηστὸς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸν κοινόν.

At verò φιλανθρωπία prçditus dicitus Chriſtus, qui vſq; adeò hominem deamauit, vt homo factus ſit: ſicut dæmoni tribuimus μισανθρωπίαν, quia homicida erat ab initio.

Ioan. 8.

Qui ergò condolere poſſit ignorantibus, & errantibus. Et more Hebræo vocat peccantes, ex ignorantia vel paſſione, vel negligentia errantes.

Sacerdotes quales ſe gerãt erga delinquẽtes, exemplo Chriſti.
Quomodo Chriſtus fue-

Ex his collige, Sacerdotum munus eſſe non excandeſcere, aut grauiter ſuccenſere peccatoribus, ſed moderatè errata hominum ferre. *Quoniam & ipſi circundati ſunt infirmitate.* Quod in Chriſto non fuit, niſi quatenus infirmus fuit carne. Etſi Theo-

phyla-

tit infirmita-
te circumda-
tus.

phylactus idem eſſe velit μετριοπαθεῖν, atq; συμπαθεῖν.

V. Officium Sacerdotis.
Quàm verũ ſit, neminem ſumere ſibi honorẽ niſi à Deo vocatũ; cũ hodie multi citra, & cõtra Diuinam vocationem ſibi ſumant honorem.
Num. 17.

¶ *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem; ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Quæ verba pugnant cum turba ambitioſorum Sacerdotum, qui ſibi tantam dignitatem arroganter vſurpant, vel pecunia redimunt, vel violeotis manibus præripiunt: quia hic regulam aſſignat, quam quiſque bonus Dei ſeruus ſeruare debet, vt nihil niſi per legitimam Dei vocationem aggrediatur. Itaqoe Deus tam Aaronem, quàm Chriſtum, legitimos miniſtros in Sacerdotio defungendo fecit: ſiquidem Aaronem per virgam reuirentem, & reflorentem etiam miraculo vocauit. Et hanc partem oſtendit etiam Chriſto conuenire: quia Chriſtus non ſemetipſum clarificauit ad hoc vt Pootifex fieret, aut ſe ſua ſpoote ingeſſit, aut per ambitiooem ad Pontificatum venit, ſed ſe à Deo miſſum multis ſignis declarauit.

Chriſtus ſe à Deo miſſum Pontificem, non à ſeipſo veniſſe, vnde comprobauerit.

I. Ratio, cur nemo debeat Epiſcopatũ appetere.

Altera.

Atque ex hac vltima conditione colligimus, non licere cuique Epiſcopatum appetere. Nam inprimis ipſum appetere, quædam ſpecies eſt aſſumendi ſibi honorem. Deinde, quia ſi quis expetat propter diuitias, auaritia eſt: Si propter honorem, & excelſum gradum, ambitio eſt: Si propter prælatiooem, vt alijs præſit, præſumptionem, & arrogantiam non euadit. Et ſi ſe indignũ reputat, malè fecit expetendo: ſi verò dignum, multùm ſibi arrogare ac tribuere videtur. ¶ Propter Deum verò expetere, & charitatem proximi, bonum eſt; ſed ſi accedat legitima Dei per ſe, aut per miniſtros eius vocatio. Alioqui quod bonum eſt in ſe expetenti, ſine vocatione fiet non bonum. Nam & dæmon bonam rem, id eſt, diuinitatem expetiuit: non tamen benè, quia voluit illam ſuo marte, & viribus comparare, & vocatione Dei non expectata.

Quatenus id liceat.
1 Tim. 1.
Eſai. 14.
Cur ceciderit de cœlo Lucifer.
Tres alij conſequẽdi Epiſcopatum modi magis illiciti, magiſq; reprehenſibiles.
2. Tim 2.
Epiſcop⁹ qua vitæ innocẽtia, quanta & charitate pollere debet.

Quòd ſi non licet Epiſcopatum expetere; multò minus procurare, aut munera, aut pretium offerre, aut præter ea in alterum litem intendere. Ad hæc Epiſcopus debet non ſolùm agnoſcere ſe abſque peccato puram vitam agere, ſed etiam abundare io charitate præ alijs, vt Dominus oſtendit Petro, cùm dixit: Diligis me plus his? Eſtq; in ſtatu perfectionis non amplius acquirendæ, ſed diffundendæ. Sed qois eſt hic? & laudabimus eum. Hinc Chryſoſtomus hom. 3. in Acta, rariſſimos Epiſcopos ait ſaluos fieri ob muneris magnitudinem & commnoem hominum imbecillitatem.

Ioan. vlt.
Eccleſ. 31.
B. Chryſto. 3.

Solu. 3. dubit. Duo illi loci Prophetæ: Filius meus es tu, ego hodie genui te: &, Tu es Sacerdos in æternum, &c. an rectè Pauli Chriſtum ſacerdotem demonſtantis ſeruiant inſtituto.

Ad tertiam difficultatem reſpondendo dicimus primum locum ad probandum, Chriſtum nõ à ſe, ſed à Patre clarificatum, vt Pontifex fieret, ex ſecundo Pſalmo deſumptum: Filius meus es tu, ego hodie genui te: qui locus fuit à nobis ſuperius abunde tractatus. Nunc verò quomodò inſeruiat propoſito, iouestigandum. Caietanus aſſerit, olim ſacerdotium iure ſpectaſſe ad primogenitos filios, antequam autoritate Diuina in tribum Leuiticam eſſet collatum, & applicatum. Vnde Noë, Sem, Abraham, Iſaac, Sacerdotes extiterunt. Et cùm Eſau vendidiſſet pro lente primogeniruram, veſtem ſacram intelligitur vendidiſſe, qua ſacrificare ſolitus erat: vt Eucherius intelligit in caput Geneſ. 25. his verbis: *Tradunt Hebræi omnes primogenitos functos officio Sacerdotali, antequam Aaron in Sacerdotium eligeretur, & habuiſſe veſtimentum ſacerdotale, quo induti victimas Deo offerebant: & hac eſſe primogenita, hoc eſt veſtimenta Eſau, qua vendidit Iacob fratri ſuo.* Hæc ille. Cùm autem Chriſtus vt Deus eſt, & homo, primogenitus ſit Dei Patris, & primogenitus etiam Virginis matris, poterat illo ſacerdotio defungi.

I. Solut. Caietani.
Geneſ 25.
Hebr. 7.
Eucher. c. 48. lib 2. in Gen.
Quænã fuerint Eſau primogenita.

Sed quoniam ille mos tempore Chriſti omninò oboleuerat, nec eius vſus ampliùs extabat; ideò ſolidiùs dupliciter reſpondere poſſumus. Primùm, vt dicamus, hunc locum nihil probare, quòd Chriſtus ſit à Deo Patre ioſtitutus Sacerdos: quòd ſit ab eo clarificatus. Et totom hoc: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, periphraſin eſſe perſonæ Patris Filium clarificantis, atque oſtendentis per ſigna, & opera à ſe edita Chriſtum fuiſſe à ſe miſſum. Et clarificaui, ioquit, & iterum clarificabo: ſcilicet, vt poſt illa opera reſurgat, & aſcendat in cœlum, & ſedeat à dextris Pontifex factus in æternum, interpellãs pro nobis. Qui ſenſus nullum habet ſcrupulum. Et ſecuodo teſtimonio apertè probat eſſe vocatum à Deo ad ſacerdotium. Sed vt verum aſſeram, hæc reſponſio videtur claudicare: quia ſtatim de ſecundo teſtimonium prolaturus, præmittit: Quemadmodum & in alio loco dicit: quibus verbis videtur indicare, vtroqne teſtimonio idem aſtrui, & comprobari.

II. Solut. magis probabilis.
Ioan. 18.
Quid incommodi habeat hæc ſolut.

Secundo modo dici poſſet, Paulnm volentem explicare, Chriſtum à Patre gloriam Sacerdotij accepiſſe, Textum protuliſſe, ex quo conſtat, Chriſtum ſummam, quæ haberi poterat, gloriã à Deo accepiſſe, dum per reſurrectiooem à mortuis declaratus eſt Filius Dei naturalis, & Patri conſubſtantialis, mediator, ac ſummos ſacerdos, qui per victimam corporis & ſanguinis ſui in Cruce Deũ placaoit, & paulò antè ſub ſpeciebus panis & vini perpetuo ritu in ſalutiferum ſacrificium offerẽdum inſtituerat. Nec hoc à ſe ipſo fecit, ſed quia erat

Tertia & poſtrema.
Chriſti duplex ſacrificium Deo Patri oblatum.
Matth. 26.

Pſalm. 109.

ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec, vt ita incruentum, & cruẽtum ſacrificium per ſe ipſum inſtituerit.

Centeſimi-noni argum. Pſalmi.

Secundus verò locus eſt: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec.* Verba ſunt Pſalmi centeſimi noni, in cuius priori parte de Chriſti Regno, & in poſteriori de Sacerdotio loquitur. Sunt autem verba Patris Filium alloquentis, & conferentis illi Sacerdotium per illa verba: quaſi diceret; Tu verè Sacerdotium æternum promeritus es per Crucis obedientiam; & non ad tempus, vt cæteri Sacerdotes ex genere Aaron deſcendentes, ſed in æternum, quorum vnus ab alio non pendeat, nec diuerſas hoſtias offerri, nec diuerſos extare ritus offerendi. Chriſtus enim ſemel obtulit cruentè, & ſemel etiam eaſdem victimas obtulit incruentè, non ſecundùm ordinem Leui, ſed ſecundùm ordinem Melchiſedec, qui Saluatoris noſtri in æternum offerentis panem, & vinum, typus extitit.

Quis ſenſus horũ verborũ: Tu es Sacerdos in æternũ, ſecundùm ordinẽ Melchiſedec.

Quis ille ordo Melchiſedec ſecũdum Athanaſium.
Athan. apud Oecum. c. 4. circa med.
Geneſ 14.
Hebr 7.
Oecum.

Hunc autem ordinem Melchiſedec ita explicauit Athanaſius, vt habetur in OEcumenio: *Quia non oleo vnctus eſt Melchiſedec ad Sacerdotium, quemadmodùm Aaron, & quia non obtulit hoſtias per ſanguinem: & quia Gentium Sacerdos erat, & quia per panem & vinum benedixit Abraham. Significat ſermo, quòd licèt Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiã (ſiquidem ſuum ipſius corpus obtulit) attamen qui ab ipſo fungentur Sacerdotio, quorum Deus Pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerent: nam hoc ſignificat, in æternum. Neque enim de ea quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio, & hoſtia dixiſſet, in æternum; ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat: qui etiam in myſtica cœna modum illij tradidit huiuſmodi ſacrificij.* Hactenus ille.

Illud: In æternum, expenditur.

Melchiſedec in pane, & vino litaſſe, cõtra Lutherũ, & Caietanũ.

Quare reſpuenda venit doctrina Caietani, & Lutheri, aſſerentium Melchiſedec non ſacrificaſſe in pane, & vino. Sed tolerabilior in hoc videtur Lutherus, quòd negauerit figuram ex eo quòd non admitteret, Chriſtum in cœna obtuliſſe: at Caietanus minimè ferendus, qui admittens ſacrificium altaris in pane, & vino, negauit tamẽ, Melchiſedec nihil tale obtuliſſe. Quòd ſi Melchiſedec in pane & vino non ſacrificauit, quem alium ritum, aut ordinem poſſumus cõiectare Melchiſedec, in quo eum ſecutus eſt Chriſtus, & quorſum? Nam cùm Geneſ. 14. ſcribatur protuliſſe panem, & vinum, additur: Erat enim, vel, vt Hebræa habent: *Et erat Sacerdos Dei altiſſimi:* ad quid enim hoc addidiſſet, niſi ſacrificium in pane, & vino ab eo factum ſignificare voluiſſet. Nam ſi Abraham cum copijs ſuis illum panem non guſtauit vt rem ſacram, ac Deo dicatam, ad quid ſpectabat vel ſemel dicere eum ſacerdotem?

I. Argũm.
Geneſ. 14.
Hebr. 7.

II. Argum.

Vt ergo Rex dicitur, & regnum eius fuit in Salem, ita Sacerdos vocatur, & Sacerdotij eius hoſtia fuit panis, & vinum. Neque credibile eſt eum regni ſolium enuntiaſſe, & Sacerdotij hoſtiam tacuiſſe, cùm Sacerdotium longè ſit regio ſceptro auguſtius. Vnde qui hoc aſſerunt, vel à Rabbinis Iudæorum conuinci poſſunt. Nam Rabbi Samuel citatus à Rabbi Moyſe Adarſam ſcripſit: *Hic Melchiſedec myſterium ſacrificij tradidit: Erat enim ipſe ſacrificans Deo Patri ſancto & benedicto panem & vinum, ſicut dictum eſt ibidem.* Et alius Rabbinus Beniochai, qui fertur ante Chriſti tempora floruiſſe, ſacrificium panis, & vini aſſerit nunquam ceſſaturum. Adde alterum Rabbinum qui dictus eſt Pinchas, filius Iair: *Tempore,* inquit, *Meßiæ cuncta ſacrificia ceſſabunt; ſacrificium autem panis & vini nunquam ceſſabit, ſicut dictum eſt Geneſ. 14.*

III. à Rabbinis.

Rabbi Beniochai quando vixerit.

Sacrificium panis, & vini ſemper durabit.

Profertur & alius locus ex Paraphraſi Ionathæ Chaldaica in cap. 2. Iob, vbi legimus: *Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli, &c.* vbi habetur: *Et audierũt tres ſocij Iob omne malum quod accidiſſet ei, cùm vidiſſent arbores viridariorum ipſorum ſiccas, & panem paſtus eorũ conuerſum in ſanguinem, & venerunt vnuſquiſq; à loco ſuo: & propter hoc meritum liberati ſunt à loco ſibi præparato in inferno.* Hæc ibi: quæ non videntur ſine ſpiritu Prophetico dicta.

Aliud de illo vaticinium.

Solut. IV.
Dies carnis Chriſti quos vocet Apoſtolus.
I. Senſus.

Sequitur ad quartam dubitationem reſponſio: Non propterea vocat dies carnis ſuæ, quibus Dominus ſuper terram viſibiliter viuebat, quaſi nũc carnem deſeruerit; habet enim eam, etſi incorruptibilẽ, & immortalem: ſed quando erat in carne, quæ cõueniebat Pontifici mortali, & corruptibili. Nunc autem in illa carne amplius non eſt, ſed in carne Dei; quæ non iam carnis appellatione venit, cùm dicatur: *Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt.*

1. Cor. 15.

Alter.

Aliter tamen dicere poſſumus, Paulum Hebraiſmo vti. Hebræi enim quicquid externũ eſt, & ſub ſenſus cadens, carnem appellant, vt fatetur Cyrillus lib. 5. in Iulian.

B. Cyril. to. 3.

In diebus ergo carnis ſuæ, id eſt, tempore quo viſibilis preces offerebat; & ſupplicationes quas Græcè Paulus δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας, id eſt, deprecationes, & ſupplicationes. Ter enim in horto mortem deprecatus eſt. Ea eſt enim propria deprecationis ſignificatio, iuxta illud:

Quas preces, quaſq; ſupplicatiões obtulerit Chriſtus in cruce.
Matth. 26.

Sæpè precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Ouid lib. de Ponto.
Deprecari & ſupplicare quid propriè.

Orationem quoque ſupplicatoriam obtu-

lit,

lit, cùm adiunxit: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Eſt enim ſupplicatio, precatio cum verecũdo corporis geſtu. Nam in horto procumbens in genua & proſtratus in terram, orationem obtulit.

Preces & ſupplicationes aliter laicus, aliter offert Sacerdos.

Quòd ſi quis objiciat, laicum quemcũque poſſe offerre preces, & ſupplicationes: Reſpondemus, id minimè negandum: tamen Laicus non offert vt Sacerdos interceſſor ad hoc munus à Patre conſtitutus.

Vnde conſtet Chriſtum in cruce cũ clamore valido lacrymis obtuliſſe, ſecundũ Chryſoſt. *Chryſ. ho. 8. ſub init. Luc. 22. Matth. 26.*

Cum clamore valido, & lachrymis offerens, Chryſoſt. putat, Apoſtolũ aliquid per manus traditum narrare, precationem ſcilicet illam, quam Patri in horto humiliatus obtulit, non ſine lacrymis fuiſſe, ſi grumi ſanguinis, & aquæ decurrentes in terram, veſtem madefacientes non defuerunt; ſicut nec clamor illius vocis: *Pater mi, ſi poßibile eſt, tranſeat à me calix iſte*: & deprecatus eſt calicẽ, & in eo mortem. Nam vel eum mortuum Deus poterat excitare ad vitam.

De quo clamore accipiat Lyranus. *Infrà 27. Marc 15. Luc. 23.*

Lyranus tamen refert hæc verba ad clamorem, cuius mentionem faciunt Euangeliſtæ, in emiſſione ſpiritus Luc. 23. poſtquam dixiſſet: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Et vterque ſenſus verus eſt.

I Sẽſus, quomodo Chriſtus ſit exauditus à Patre pro ſua reuerentia.

Sequitur: *Exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Omnes qui piè, & perſeueranter precãtur, exaudiuntur à Deo, ſed pro reuerentia, & pietate qua Patrem proſecutus eſt Chriſtus, qui in illis exauditur: at ipſe Chriſtus preces fundens, pro ſua erga Patrem reuerentia, & pro ſua erga nos humanitate, & pietate, vt nos ſaluos redderet.

Alter, ſed improprius. *Chryſ. ibid.*

Chryſoſtomus verba hæc, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, interpretatur pro reuerentia Patris in Filium: vt non tantùm Chriſtus ex gratia Dei ſit exauditus, ſed aliqua iuſtitia, ac reuerentia, qua Pater erga Filium affectus erat.

Reuerentia proprie cui debetur: qualem Chriſtus Patri præſtiterit. *Luc. 23. Ibidem.*

Sed profectò reuerentia minoris eſt ad maiorem, & congruit Chriſto homini precanti. Ideò prior ſenſus præſtare videtur. Nam Chriſtum pro religione, & pietate ſua erga Deum, exaudiuit Pater, in cuius manus omnia remiſit, & ſpiritum ſuum illi commendauit, & pro inimicis iniurias inferentibus deprecatus, nec vt ſibi debitum audens quicquam poſtulare, quod tamen ſibi deberi nouerat, ob hanc tam inſignem reuerentiam, & pietatem dignus fuit qui exaudiretur. Et illi ſoli maximè exaudiri promerentur, qui ſua non ponderant merita, ſed omnia æſtimant Dei dona eſſe gratis accepta, ex qua gratia omne Dei donum erga nos oritur.

Diuina qui ſunt exauditione digniſſimi.

Si Chriſtus mortem deprecans à Patre eſt exauditus, cur nõ ereptus à morte.

Dicet aliquis, Quomodò dicitur exauditus, cùm oraret, vt eum ſeruaret à morte, vt ait Apoſtolus, & illam non euaſit crucifixus, & mortuus? Dicendum, duo beneficia precatũ fuiſſe Chriſtum in horto ſuum Patrem: alterũ fuit; *Tranſeat à me calix iſte*: quæ precatio nomine carnis, & ſenſus, atq; adeò ipſius naturæ, quæ in Chriſto erat delicatiſſima, fuſa fuit: alterum verò loco rationis, & charitatis, cùm ſubiunxit: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et hoc aperiens manifeſtius Ioan. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te*, vocans gloriam ſuam, Crucis mortem: & de hoc dicit pro ſua reuerentia exauditum. Magnæ ſiquidem reuerentiæ erat dicere: *Non mea, ſed tua voluntas fiat.* Hinc ſuperiùs preces dixit in plurali numero, geminam precationem inſinuans. Non addidit tamen, ad euadendam mortem, ſed apud illum, qui poterat ipſum à morte ſeruare, iuxta illud: Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt. Idq; vt docet Oecumenius hoc loco, rectè admodùm, & ſapienter addit: vt quando intellexeris ipſum crucifixum, ac ſepultum, ne Patris impotẽtia idipſum exiſtimes eum pertuliſſe; ſed quod communis erat voluntas, vt Chriſtus hæc pro mundi ſalute pateretur.

Ibidem.

Gloriã ſuam quã appellaret Chriſtus & poſtularet à Patre. *Ioan 17. Luc. 22.*

Chriſtũ oraſſe apud eum qui poſſet illum ſaluũ facere à morte, cur dixerit Paulus. *Marc. 14. Oecumen.*

V. quæſt. fol. Si Chriſtus erat Patris ſapiẽtia, omniũm rerũ ſciẽs quomodo hic aſſeritur didiciſſe.

Sequitur reſpõdere ad quinto loco obiectum circa illa verba: *Et quidem cum eſt Filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam.* Græcè dicitur ſimpliciter Filius: quia id eſt, nomen proprium ſecundæ perſonæ in diuinis. Primũ ergo in hoc teſtimonio dubitãtum fuit, quomodo Filius, qui omnia, etiam futura, ab æterno nouerat ſimul cum Patre, aliquid diſcere potuerit ex ijs quæ paſſus eſt? Dicendum eſt, Paulum loqui de ſcientia, quæ certo experimento comprehenditur. Cognouit enim per experiẽtiam quanta & qualis ſit virtus obedientiæ Patri præſtitæ: propter quam Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. De qua ſcientia experimentali dixit Lucas: Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines: quod in Chriſto non erat ignota cognoſcere, ſed vno modo nota, alia cognoſcere ratione. Nam ſic dicitur experientia rerum magiſtra. Cognouit ſiquidem quanta ſit obedientiæ magnitudo: nam & ei vſque ad mortem obedienti Pater obediuit, vt mortuus ex obedientia, excitaretur ad vitam, & in cœlum eueheretur, & ad dexteram ſuam collocaret, ſalnaretq; genus humanum olim perditum. Et reuera qui Deo obedit, omnia, atque adeò Deus ipſe ei obedire conſueuit, iuxta id; Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationes eorum exaudiet.

Chriſti merita obedientiæ quanta.

Philip. 2.

Luc 2.

Rerum magiſtra vt ſit experientia. *Philip. 2.*

Obediat Deus quibus. *Pſalm. 144.*

Alium ſenſum egregium producit Anſelmus

ſelmus

Quomodò, ſecundũ Anſelmũ, Chriſtus didicerit ex ijs quæ paſſus eſt obedientiam.
B Anſelmo 2.
Geneſ. 22.
Galat. 4.
Rom. 8.
2.Cor. 2.
Quænam vtilis diſciplina.
Cõſummat⁹ quomodo.
1 Tim. 1.
Eſai. 28.

ſelmus in lib.1. Cur Deus homo, c.9. Ait enim, Didicit, dictum eſſe, pro eo quod eſt, alios diſcere fecit. Sicut illud: *Nunc cognoui quòd timeas Deum, & Spiritus poſtulat pro uobis, & clamat, Abba Pater*, eo quòd interpellare, & clamare nos facit. Et in poſteriori ad Corint. dixit: *Qui* (ſcilicet Deus) *ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu*; id eſt victores, & triũphatores efficit. Eſt autem optimus diſcendi modus, diſcere per flagella, quia ille, qui ex aliqua cauſa pœnas incurrit, diſcere dicitur. Ita alio loco Paulus de blaſphemis aſſerit: *Quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare*; & Eſaias: *Tantummodò ſola vexatio intellectum dabit auditui*. Et prouerbiũ Græcum habet: ἃν ἔπαθες ἔμαθες, & Dido apud Poëtam: *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco*: & Dauid: *Bonum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas.*

Chriſtus: idẽ quotuplex extiterit cauſa ſalutis electorũ, & cuius.

Sequitur: *Et conſummatus, factus eſt omnibus obtẽperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ.* Primum verbũ Græcis eſt τελειωθεὶς, id eſt, immolatus, ſiue conſummatus, ſiue perfectus redditus. Perfectio eſt in hominibus, per afflictiones ad ſummam gloriam peruenire. Et factus eſt cauſa ſalutis, non temporalis, vel corporeæ, ſed æternæ ac cœleſtis: & non tantùm efficiens cauſa, ſed meritum, & finis. Et intellige factum cauſſam ſalutis omnium quod ad ſe attinet, & quantum in ſe fuit. Quòd enim aliqui pereant, ex ignauia ipſorum prodit, non ex Chriſti poteſtate, aut voluntate, quæ ex ſe ad vniuerſos extenſa fuit. Vt medicus nõ eſt cauſa ſanitatis niſi ſibi fidentibus, & obedientibus. ¶ Quod autem quidam reſiſtentes, & rebellantes, ad Chriſtum conuerſi ſunt, vt ipſe Paulus, & alij, qui compulſi ſunt intrare ad conuiuiũ; non intelligas, illos nolentes, ac reſiſtentes ſaluos redditos fuiſſe, ſed tractos, & compulſos, vt ex nolentibus volentes fierent, & ex contumacibus & refractarijs fierent obedientes tum Fidei, tũ Diuinis præceptis.

Si omnibus fact⁹ eſt Chriſtus cauſa ſalutis, vnde tã paucorũ hominũ ſalus? Vt verum ſit Chriſtũ ſibi obtemperantes ſalnaſſe, cùm plerique non obtẽperantes facti fuerint ſalui.

Neceſſariam eſſe ad ſalutẽ præceptorũ Dei obedientiam, contra Lutherum.
Matth. vlt.
Ioan. 12.

¶ Et hic iugulatur Lutheri hęreſis. Chriſtus enim in Cruce immolatus non prodeſt niſi obedientibus Decalogo, & Eccleſiæ præceptis. Baptizantes, inquit, eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Chriſtus enim omnia ad ſe traxit, vt omnes illi obedire debeant, & parendo legi Dei ſalutem obtinere.

Duplex cauſſa paſſionis Dominicæ à Paulo tradita

Subdit: *Appellatus à Deo Pontifex, iuxta ordinem Melchiſedec.* Duas rationes paſſionis Chriſti ſubiungit, alteram quidem proximam, vt diſceret ex ijs quæ paſſus eſt obedientiam; alteram verò, vt ſic in ſalutem noſtram moriendo, inauguraretur, & conſecraretur Sacerdos. Nam & per mortem ſe pro nobis immolauit: *Et pro eis*, inquit, *ego ſanctifico me ipſum*: vt ita Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec, perpetuò in ſacrificium Noui Teſtamenti ſe offerret, & mereretur applicationem ſalutis in Cruce factæ, per quotidianam Euchariſtiæ oblationem, ad quotidiana quæ poſt Baptiſmum perpetramus peccata abluenda.

Ioan. 17.

Euchariſtia ob quã cauſã inſtituta.

Ad 7. dubit.
Quid grãdis ſermo, & interpretabilis ad dicendũ.

De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilli facti eſtis ad audiendum. Ab hoc loco Apoſtolus digreſſionem facit vſq; ad finem ſexti capitis non tamen alienam ab eo quod inſtituerat. Prima verba Græcè dicuntur, πολὺς καὶ δυσερμήνευτος, hoc eſt, multus, & interpretatu difficilis: & legendum, in interpretabilis, non vt corrupte à quibuſdam legitur, interpretabilis: ſicut Rom. 6. inueſtigabiles ponitur, pro, ininueſtigabiles. Sicut etiã ex Pſal. 118. *Præueni in maturitate*, pro, in immaturitate; Græcè enim eſt, ἐν ἀωρίᾳ. ¶ *Quoniam*, inquit, *imbecilli facti eſtis ad audiendum.* Hoc eſt: De quo (ſcilicet Chriſti Pontificatu, & Sacerdotio multa eſſent dicenda, & interpretatu difficillima, ob craſſum veſtrum ingenium: quia imbecilli facti eſtis, & incircumciſi auribus ad audiendum: qui antè integra mente fuiſtis.

Tres loci corrupti.
Rom. 11.
Pſalm 118.
Iudæorum craſſities mentis.

Quare illi, ſecũdum Apoſtolum, deberent magiſtri eſſe ſecũdum tempus.

¶ *Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe, & alios docere*, (non, doceri) *propter tempus*, ſiue ex ipſa tẽporis ratione: quia iamdiu eſt quod crediditis, & ſidem prædicatam recepiſtis, & lex Moſaica quam ab initio profeſſi eſtis, debuit vobis eſſe inſtar catechiſmi, & cuiuſdam iſagoges ad Meſſiam agnoſcẽdum, & ad Euangelium eius amplectendum.

Quę ſint elementa exordij ſermonũ Dei.
Rom. 3.

¶ *Rurſus*, inquit, *indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei.* Sermones vocat in plurali, λόγια, id eſt, eloquia Dei, vt vertit ad Rom. 3. ſiue ſacras literas. Et ſermones ſunt ad vitam Spiritus, & iuſtitiam diuinam comparãdam idonei. Erãt igitur ex Scripturis, quæ ſunt eloquia, ſine ſermones Dei, quædam elementa quaſi alphabetum, & ſpecies cuiuſdam Catechiſmi, quo homines breuitẽr erudirentur de creatione mundi, & hominis, delapſu eius in peccatum, & de reſtauratione per Chriſtum: de quibus loquitur initio capitis ſequentis. Sed illa elementa Iudæi ob ſuam tarditatem non capiebant, nec vt par erat in notitia diuinorum proficiebant. Et magnas deuorat verus Doctor moleſtias, vbi auditor nõ poteſt ſalutarem doctrinam capere: nam tunc debet doctor continere ſermonem quando nõ proficit, aut auditor non capit, ſecundum illud; *Vbi auditus nõ eſt* (id eſt, auditor, qui valeat capere quæ poteſt) *non effundas ſermonẽ*; & Paulus alibi vult

Geneſ. 2.
Ibidem.
Infrà 2.
Infrà 3.

Quibus negãda doctrina.

Eccleſ. 32.

ardua,

2.Tim.2. ardua,& difficilia effundi in eos,qui idonei erunt & alios docere. Tota nempè lex pædagogia quædam eſt, & catechiſmus ad Chriſtum. Vnde qui in lege cognita per fidem non inueniebat Chriſtum, indocilis erat, & egens potius lacte, quam ſolido cibo, quia non valebat ablactari in Iſaac, vt poſteà poſſet fieri hoſtia,& ſacrificium gratum Deo: quoniam in Iſaac promiſſum eſt ſemen, in cuius ablactatione quem debuerant Iudæi progreſſum credendo feciſſe,nõ fecerũt: imò relicto vero filio Iſaac, Iſmaëlem cõſectati ſunt, qui perſecutus eſt Iſaac, vbi vidit illum creſcere: & exoſum habuit grande ablactationis cõuiuium. Tales fuerunt Iudæi videntes vocationem Gẽtium, & tam promptum ad fidem Euangelicam concurſum. Vnde Actor.11.quidam ex Iudæis conqueſti ſunt, quòd Petrus introierit ad viros præputium habentes, & manducauit cum illis: & ipſe ſe præcepto Dei excuſauit: quemadmodùm etiam Luc.15. in parabola filiorum, ſenioris, & iunioris delineatum habes. *Omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ.* Regula eſt generalis; Omnes qui adhuc verſantur in lacte, perfectæ doctrinæ, ſicut ſolidi cibi, non eſſe capaces.

Galat. 3.

Iudæi quinã indociles,& Diuinæ Chriſti legis incapaces.

Geneſ. 21.

Ibidem.

Iudæi Gentiles auerſantes.

Galat.4.

Geneſ. 21.

Axioma.

Solut.7.dubitationis.

Ad poſtremum illud: *Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, ac mali.* Attendendum eſt,multiplicem eſſe perfectionem, & aliam quidem perſonarum, aliam verò ſtatuum ſiue legum. Nam quod ad legem ſpectat,nemo per legẽ conſtituebatur in ſtatu perfecto; ſed qui in eo manebant,erant ſemper pueri,& lactis participes, & expertes ſermonis iuſtitiæ: quia Nihil ad perfectum adduxit lex, id eſt, ad eam perfectionem, cui vita æterna debeatur. Qui autem à lege ad Chriſtianiſmum venit, & poteſt dicere, Recedant vetera, noua ſint omnia, hic perfectum ſtatum reſpectu prioris adipiſcitur, licèt in eo ſtatu ſit velut nouella, & tenera planta, quæ poſſit proficere, & ad perfectionem tendere.

Hebr.7.

Quid illud: Nihil ad perfectum adduxit lex.

In illo ergo ſtatu primo, veluti eſſe aliquid incipimus, poſteà proficimus, & perfecti euadimus, ita vt ſemper opus ſit aliquo lacte, donec quilibet huius ſtatus Euangelici particeps creſcat, & perficiatur, & capax ſermonum iuſtitiæ reddatur: atque in hoc ſtatu exiſtentibus Hebræis Paulus hic loquitur, & Corinthijs peculiariter dixit: *Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed ne nunc quidem poteſtis; adhuc enim carnales eſtis.* Lac vocat ſimplicem, & facilẽ de Chriſto crucifixo doctrinam, de qua Petrus dixit: *Sicut modò geniti infantes, rationabile, & ſine dolo lac concupiſcite.* Et tamen ille ſtatus incipientium in Chriſto,ſi conferatur cum his qui erant in ſtatu Iudaico, dici poterat ſolidus cibus,& perfectio Sicut Iudæi nonnullam perfectionem habebant reſpectu Gentium: quemadmodum etiam qui perfecti ſunt in ſtatu Euangelico, imperfecti dici poſſunt, ſi componantur cum ſtatu perfecto futuræ gloriæ, de quo alibi: *Cùm venerit quòd perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* Et rurſus: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſequor autem ſi quo modo comprehendam,&c.*vbi ſi videtur negare perfectum; cùm tamen paullò pòſt confidenter aſſerat: *Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* Et iterum: *Sapientiam loquimur inter perfectos.*

Primi illius ſtatus Euangelici, in quo Iudæi tunc & Corinthij verſabantur, quid propriũ.

1.Cor. 3.

Lac Corinthijs quale Paulus dederit tanquam paruulis in Chriſto.

1.Pet. 2.

Idem ſtatus ſolidus eſſe cibus quomodo poſſet.

Perfectus Euangelij ſtatus cuius cõparatione ſit imperfectus.

1.Cor. 13.

Philip. 3.

1.Cor. 2.

Cùm ergo ait: *Perfectorum eſt ſolidus cibus;* ſtatum virilis ætatis deſignat, in quo ſpirituales intelligendi ſunt, qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus, id eſt, ſolidos dentes, ad edenda ſolidiora. ¶ OEcumenius intelligit ſermones de diuinitate; ſicut lac,humiliores,& molliores de humanitate,quæ competit infantibus,quibus opus eſt vt præmanſum cibum offeras. Et per ignominiam pueri dicũtur quia deberent adoleſcere in virum perfectum,ne ſint veluti paruuli fluctuantes, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Et Eſaias; Puer, inquit, centum annorum morietur. Alij verò lac,vocant ſenſum literalem;ſolidum autem cibum, allegoricum: de quo philoſophatur cap.7.à princ.

Virilis ætatis conditio.

Quid lac, qd verò perfectorum ſolidus cibus Oecumenio.

Oecum. c.7. ſub init.

Epheſ.4.

Eſai. 65.

Alter ſenſus.

Iam illud eſt explicandum: *Eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni,& mali.* Vbi Græcè pro illo verbo, pro conſuetudine dicitur, διὰ τὴν ἕξιν,id eſt,qui per longum habitũ,non quidem acquiſitum, ſed infuſum, nempè charitatis, & iuſtitiæ, qui ſupernaturalis eſt habitus, exercitatos habent ſenſus, id eſt, virtutes intellectuales, quæ per ſenſus deſignantur;de quibus habes alibi: *Cani ſunt ſenſus hominis:* & iterum; *Senſibus autem perfecti eſtote;* item, *Timeo ne corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* ¶ Sunt ergo ſenſus exercitati, qui non iudicant vt pueri, qui de omnibus hæſitant, neque peccatis deprauantur. Et hoc, ad diſcretionem boni, ac mali. Qui enim omnia tenet,ac recipit, vel qui omnia reijcit, ac reſpuit, nullum habet boni, & mali iudicium. Oportet ergo pollere dono diſcretionis, quo Catholicam doctrinam à falſa, & hæretica diſcernamus, veras à falſis reuelationibus, bonum à ſpiritu

Pro conſuetudine habere exercitatos ſenſus, quid.

Sap.7.

1 Cor.14.

2.Cor. 11.

Quid illud: Ad diſcretionem boni, & mali.

Nō habeant exercitatos ſenſus ad diſcretionē boni, & mali, quinam religioſorum.

ritu malo: qui etiam dignoſcere valeat, atqoe diſtinguere naturam, & gratiam, æterna à temporalibus, bonos Angelos, & amicos, ab hoſtibus, & ſimulatis amicis. Quidam enim zelantes, ſuam alijs religionis omnibus præferunt, ac ſibi blandiuntur, ac nimium tribuunt: quia ſpirituum diſcretione deſtituuntur. Nam eodem modo Iudęi attendentes propēſius ad biſtorias Moſaicas, & ad literam externam, ad ſpiritum, & ſermooem iuſtitiæ more perfectorum non perueniebant, nec poterant à Moyſe ablactari, nec viam pacis agnoſcere. Et de his hactenus.

1. Ioan 4. Similem diſcretionis boni & mali defectum cur Iudæi paterentur.

DISPVTATIO XIV.

In Apoſtoli verba, ca.6 *Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitētiæ ab operibus mortuis, & Fidei ad Deum, Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum, ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Impoſsibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, &c.* vſque in fin. cap. 6.

Primum dubium.
Secundum.

QVÆDAM magni momenti in hoc capite in dubitationem vocātur. Et primo quidē loco ſcopus breuiter eſt aperiendus. Deinde explicandus hic ſermo elemētaris, qui intermittendus eſt, nimirùm de pœnitentia, fide, baptiſmo, impoſitione manuum, & reliquis: nam in horum ſingulis peculiares, & literales dubitatiunculę inueniuntur. Tertiò difficillimum eſt, quod ait de ijs qui ſemel ſunt illominati, & poſteà prolapſi ſunt in peccatum, renouari ad pęnitentiam. Videtur enim cum Nouatianis hæreticis pœnitentiam lapſis poſt Baptiſmum denegare, ob quam cauſſam etiam hæc Epiſtola à quibuſdam reiecta, nec agnita vt Apoſtoli Pauli, & Canonica. Et cùm nonnulli ſeoſus ad hoc ſoluendum, à Catholicis tribuantur; ambigitur quis illorum ſolidior ſit, & magis ad ſcopum Apoſtoli ſpectet. Quartò, quomodo Deus quì eduxit; *Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt: Non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt*; hic tamen Deus per ſemetipſum iuraſſe inuenitur, aliter verbis, & aliter factis docens. Quintò, quomodo omnis controuerſiæ hominum finis ſit iuramentum; cùm etiam multæ lites ſine iuramento tranſigaotur, & Eccleſia recipiat iudicium ignis, & aquæ.

Tertium.
Nouatiani dogmatis occaſio.
Quartum.
Matth. 5.
Iacob. 5.
Geneſ. 22.
Quintum.

Sextò, quam ob cauſam ſpem noſtram anchoræ comparet Apoſtolus, & quid commune habet ſpes cum anchora.

Sextum.

Ad primum reſponſio eſt, Apoſtolum obiurgationi præteritæ nunc hortationem addere, vt miſſis initijs ad metam progrediamur, & ad vlteriora, in quibus perfectio conſiſtit. Qua in re apertè docet hic ſermo, Euangelicum præconem non ſatis muneri ſuo ſatisfacere, ſi principia, & elemeota Chriſti tradat, niſi auditores ad perfectionem charitatis, & bonorum operum culmen adducere cooteudat: vt eſt rectè per OEcumenium annotatum. In quo hæreticorum doctrina, quæ fide, & baptiſmo tantùm eſt conteota, deficit, cùm de charitate, patientia, perſeuerantia parùm, aut nihil curare ſoleat. Et hæc de primo.

Dubium primum reſoluitur.
De mente Apoſtoli in hoc capite.
Duo Euangelij miniſter omninò pręſtare debet.
Oecum. c. 7.
Prædicatiōis Lutheranorū notabilis defectus.

Ad ſecundum melius ſoluendum, pondera verbum, *Quapropter*, hoc eſt: Poſtquam infantiæ, ac pueritiæ tempora tranſierunt, omiſſo illo, quo rudes inſtituuntur, ſermone, *Ad perfectionem*, inquit, *feramur*. Nam ille eſt veluti iſagogicus, hoc eſt introductiuus, vel manuductiuus ad Chriſtum ſermo: non quod obliuioni tradenda ſint elementa, ſed quòd illis minimè ſit perpetuò hærendum. Quemadmodùm ſemper quidem domus fundamentum tenendum eſt, non eſt tameo in eo iaciendo ſemper immorandum, ſed ſuper illud ædificādum, & erigenda fabrica. Et ſermo iſte in literis Moyſi continetur: nec tameo ſtatim ad ſolidum cibum perfectorum aceedendum, ſed medium exigit inter duo extrema, id eſt, inter elementa, & perfectionem, oimirùm doctrinam proficicotium: ſemper enim via tendendi de vno extremo in alterum, eſt tranſire per medium, quo ducimur ad perfectionem.

Solu. 2. quęſt. Intermittere inchoationis Chriſti ſermonē, quid.
Quā ad perfectionē ſerri Iudæos velit Apoſtolus.

Omiſſo ergo tractatu, qui pertinet ad inſtituendos rudes in Chriſto, id eſt, in doctrina Chriſti, per mytonimiam, qua continens ponitur pro contento, contendendum eſt ad metam peruenire. ¶ *Non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Nam primum locum in hac catecheſi habet pœnitentia, ſiue μετάνοια, per quam hominem vitæ ſuæ prioris tædeat: quæ mors potiùs erat quàm vita. Et vt in motu naturali prior eſt receſſus à termino à quo, quàm acceſſus ad terminum ad quē: ita in proceſſu gratię, quę perficit naturam, primùm eſt regreſſus à peccatis, quæ ſunt materia pęnitentiæ, quę fundamentum dicitur, quod ante acceſſum ad Deum per fidem initialem præmittenda eſt: poſteà Sacramentum Baptiſmi, in quo eſt impoſitio manuum. Quintò & ſextò eſt terminus ad

Iacere fundamentum pœnitentiæ quid.
Pœnitentiæ cur prius quā fidei, aut aliorū, faciendum fundamentum ſit.

quem

Opera mortua quid ſint Apoſtolo. *Ioan. 3.*

ad quem ſpiritualis. Sunt autẽ opera mortua, quæ ab hominc iniuſto, & in pecato manente proficiſcuntur: quia non ſunt in Deo facta, ex quo ſolo eſt ſpiritus vitæ. Et hæc opera ſunt pœniteotiæ eliciendæ fuodameotum, & figurata in illis, quæ vexati, & angariati filij Iſraël proferebant, nimirũ in operibus duris luti, & lateris, & in paleis quæ in ſeruiebant Pharaoni. Quam iofelicitatem vbi primum filij Iſraël agnouerũt, cœpit eos talium operũ tædere, & exoſam, & amaram vitam in Ægypto ducere: cœperuntque aoimam ad libertatem captãdam erigere, & peregrinationẽ in Terram promiſſam cogitare. Profectò bic ſermo vmbratilis fuit, & inchoatiuus ad Chriſtum: quia in operibus mortuis peccata ſignificata ſunt, quibus premimur, obligati Ægypto, id eſt mundo, & Pharaoni, hoc eſt dæmooi antiquo tyranno.

Exod. 1. Infra 3.

Opera item mortua, Ægyptus, & Pharao quid myſticè.

Verus ab Ægypto, & à vero Pharaone liberatur Chriſtus.

Vult igitur, vt in illa terra conſideretur mundus; in Pharaone diabolus; & in operibus mortuis peccata mortem adferentia, oiſi Deus ſuccurrat per Chriſtum ſuum; ſicut illis per Moyſen ſuccurrit, qui eripuit, & prædicauit pœnitentiam. Eſt ergo Pœnitentia fuodamentum, quia vt dixit Auguſtinus; Omnis qui iam arbiter voluntatis ſuæ cõſtitutus eſt, cùm accedit ad Sacramenta fidelium, oiſi eum pœniteat vitę veteris, nouam noo poteſt incboare.

B. Aug. lib. 2. hom. hom 50. ca 3 ſub init. tom. 10 inter med & princ.

Qualis olim Iudæorũ fuerit fides in Deum.

Addit: *Fidei ad Deum, vel, in Deum.* Nam vbi ille populus audierat verba Moyſis, & Aaron, & ſigna admiranda quæ edebant, conſiderauit quòd Domious cœpiſſet reſpicere ad afflictionem eorũ, & proni adorauerunt. Exod. 4. Et rurſus poſt exitum de Ægypto dicitur de illo populo: Et crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius. Fuit autem hæc Fides introductio quædam & incboatio ad fidem Chriſti tot ſigna edeotis; vt ſe miſſum à Deo pro eorum liberationc oſtenderet. Eſtque hæc fides ad Deum non amplius terræ Palæſtinæ promiſſorem, ſed cœleſtis, & æternæ, imò ſui ipſius, qui ſe in præmium æternæ vitæ promittit. Sic enim dixit ad Abraham: *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis*: vt idem ſit promiſſor, & res promiſſa, ſcilicet Deus. Et quia hæc profeſſio fidei in aqua Baptiſmi fieri conſueuit, qood eſt ſymbolum fidei, & in baptiſmo ignis, id eſt tribulatiooum, & paſſionum, ideò etiam horum baptiſmatum elementa io lege illa præceſſerunt. Primum fuit in nube, & mari rubro. Vbi Deus protectorem ſe innuit, & liberatorem illius populi per baptiſmum maris ſub Moyſe homines ad Chriſtum dncente: in quo baptiſmo Pharao cum ſuo exercitu, id eſt dæmõ cum omnibus peccatis, quæ illi ſeruiunt, & militant, ſubmerſus fuit. Sed venit poſteà Ioſue, & alio baptiſmo in Iordane baptizauit: qui Spiritus ſaocti baptiſmum denotat, quo fuerunt Apoſtoli tincti, & de quo Act. 1. *Vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies.* Qui non eſt niſi prioris baptiſmi per Crucis imitatiooem conſummatio, & perfectio.

Exod. 4.

Infrà 14.

Chriſtianorum fides in Deũ qualis.

Geneſ. 15.

Hanc fidem duplici in Baptiſmo, Aquæ & Ignis, Chriſtiani profitentur: ſicut & olim Iudęi in nube, & mari baptizati, profeſſi ſunt.

1. Cor. 10. Exod. 14.

Ioſ. 3.

Alia quatuor fundamenta Iudæis omittenda quænam.

Erant præterea multa alia elementa, Crucis, Euchariſtiæ, & Reſurrectionis à mortuis, & iudicij æteroi in libris Moyſis ſymbola futurorum: quæ Apoſtolus vult omitti, vt homines proficiant in rebus figuratis, & per ſymbola repræſentatis: nam qoi amplius vellet in illis remanere, ſeruus iam ſpoote efficeretur, & inioriam faceret iubileo, non perueni eos ad libertatem Chriſtianam. In hoc ergo baptiſmo ter renuntiare ſoliti erant. Satanæ, & operibus eius, & pompis eius, vt docet Dionyſius lib. de Eccleſiaſt. hierarch. cap. 2. & Apoſtolica traditio lib. 7. apud Clementem capit. 40. declarat hunc locum his verbis: *Deinde, cùm ſe iam ad baptiſmum parat catechumenus, diſcat illa, quæ dicuntur de abrenuntiando diabolo, & de aggregando ſe Chriſto. Oportet enim vt primum diſcedat à contrarijs, deinde ingrediatur myſteria, delata prius à corde omni improbitate, macula, & ſordibus, atque hoc modo ſancta percipiat. Nam vt diligens agricola purgat prius agrum ſuccreſcentibus ſpinis, deinde triticum ſerit: ſic debetis vos prius expulſa omni impietate conſtituere pietatem, & ad baptiſmum accedere. Etenim Dominus noſter ita præcepit nobis dicens: Docete prius omnes gentes; & poſteà ſubiungit: & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Profiteatur igitur ille qui baptizatur, cùm abrenunciat, hoc modo: Abrenuntio Satanæ, & operibus eius, pompis, cultui, Angelis, & machinationibus eius, & omnibus quæ ſub ipſo ſunt.* Hæc ille.

Abrenuntiare Catechumeni in Baptiſmo quoties ſolerent.

B. Dionyſ. Clem. Rom.

Quomodo ſe ad baptiſmũ parare deberet Catechumenus.

Matth. 28.

Cap. 14.

Modus abrenuntiandi in baptiſmo.

Benè autem cum fide iungit pœnitentiam, vt Domious prius fecerat: *Pœnitemini*, ioquit, *& credite Euangelio*; Et Petrus Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorum*: & Paulus Act. 26. vtrunque prædicauit. Et per fidem, intellige compendium doctrinæ pietatis. In plurali etiã dixit, fundamentum baptiſmatum doctrinæ: fides enim & baptiſmus ſeruiebãt ad nouam vitam inchoandam. Et fortaſſe reſpexit ad baptiſmata legis Moſaicæ, & Ioannis, & Chriſti, vel ad triplex in Chriſto baptiſma, Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, qui poteſt dici Baptiſmus ignis, de quo dixit Ioannes Baptiſta: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.* Chryſoſtom. homil. 9. *Quare,* inquit,

Fidei poſt pœnitentiam, cur Paulus immediatè meminerit.

Marc. 1.

Quæ ſit illa fides.

Explicatur cur Apoſtolus pluraliter baptiſmata doctrinæ vocauerit.

Matth. 3. B. Chry tom. 4. circa fin.

inquit, *pluraliter hoc dixie? Quia dixerat : Ne iterum fundamentum conſtituentes pœnitentia. Opus enim habuit hic ducere, veluti opus habentibus iterum baptizari, & iterum catechizari, & iterum poſt baptiſmum docere quid agere deberent, quid non deberent.* ¶ Subdit quartum fundamentũ, Impoſitionis manuum. Erat multiplex manuum impoſitio, & in Sacramento Confirmationis, de qua: *Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebãt Spiritum ſanctum.* Erat & altera in Pœnitentię Sacramẽto, quia relapſos à fide Eccleſia recipiebat, non quidem innouato baptiſmo, ſed per manuum impoſitionem, teſte Auguſt. & habetur in Diataxi Apoſtolica li. 2. Clementis, c. 45.

B. Auguſt.

Erat & ceremonia Impoſitionis manuum in Clericorũ ordinatione, de qua ait Apoſtolus: *Manus citò nemini impoſueris.*

1. Tim 5.
Eiuſmudi illas manuum impoſitiones hic locum nõ habere.

Sed omoes iſtæ manuum impoſitiones non erant pro initiali, & elementaria doctrina, de qua hic eſt ſermo: & in illa, qua in Confirmatione fit, datur Spiritus ad robur fidei, & ad publicè, & intrepidè profitendum nomen Ieſu, & ad progreſſus magnos in via Chriſti faciẽdos. Reliquas manuum impoſitiones Apoſtolus non attingit, quia illi de quibus ibi eſt ſermo, nõ promouebantur ad ſacros ordines: neq; prolapſi à fide ad recõciliationem per manuum impoſitionem admittebantur ante baptiſmũ.

De qua hoc loco manuũ impoſitione ſit ſermo.

Quare veriſimilius mihi ſemper viſum eſt, loqui Apoſtolum de initiali impoſitione manuum ſuper Catechumenos, & Energumenos ad expellendos dæmones, & ad præparandos eos ad ſuſcipiendum baptiſmum: de qua antiquiſſimi Patres mentionem fecerunt. Nam Dionyſius de Eccleſ. hierar. c. 2. loquens de baptizando, inquit: *Tum diuinæ quoq; conuerſationis ac vitæ illi explicans rationẽ, an ita velit deinceps viuere, ſciſcitatur. Quod vbi illi pollicitus fuerit, impouit eius capiti manum, conſignanſq; illum, Sacerdotibus mandat, vt virum, ſuſceptoremq; deſcribant.* Et infrà: *Trina verò ea confeſſione peracta, rurſus ille* (ſcilicet Pontifex) *benedicit, eiq; manus imponit.*

B. Dionyſ.

Accedit Concilium Carthaginenſe IV. cap. 7. *Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo, Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatẽ imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.* Hæc ibi. Et lib. 7. c. 40. *Hæc & alia conſequentia diſcat in catecheſi qui accedit, qui verò manus admouet catechumeno, adhibeat Deo venerationem, &c.* alludens fortè ad hæc Pauli verba.

Conc Carth. IV. tomo Concil. 1.

Noo ignorauit Oecum. hanc expoſitionem, dum hanc impoſitionẽ manuum in Baptiſmo fieri tradit: quamquàm etiã meminerit alterius, qua dabatur Spiritus ſanctus. Sed prior expoſitio ſolidior eſt, & magis accedit ad doctrinam elementarem.

Oecum. ca 7.

Et ad hanc ceremoniam alludit Diataxis Apoſtolica apud Clementem, lib. 3. c. 15. in fin. *Non eſt*, inquit, *neceſſe mulieres aſpici à viris, ſed ſolùm in manus impoſitione caput illius vnget Epiſcopus.*

Clem. Rom.

Quintò, omittamus fundamentum doctrinę, reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Ita enim vult Photius à cõmuni intellectu ſumi ad ſingula verba ſuppleri debere vocem ſermonis, & fundamẽtum.

Photius apud Oecum. loco prædicto.
Chryſ. hom 9
Fũdamentũ doctrinæ, reſurrectionis mortuorũ, & iudicij ętemi cur Iudæis omittendum teſte Chryſoſtomo.

¶ Addit Chryſoſtomus hæc à Paulo adiuncta, quia poſtquam crediſſent, poterant à fide moueri, vel malè viuere, & negligenter præcepta Domini colere. Vel quia erãt eo ſeculo hæretici, qui hos duos articulos peculiariter negarent. Vnde Polycarpus Epiſt. ad Philip. ioquit: *Qui deuiauerit eloquia Dei ad propria deſideria, & dixerit neque reſurrectionem eſſe, neq; iudicium, hic primogenitus Satanæ eſt.* Hęc ille, indicãs verba Scripturæ, quæ hos articulos comprobant, ab hæreticis detorqueri ſolitos.

Porrò hos duos articulos exertè cogebantur catechumeni ante Baptiſmũ profiteri: quòd magni ſint, & ad ingenerandam pietatẽ accommodati, vſq; adeò, vt Chryſoſt. illud Corinth. 15. Baptizari pro mortuis, interpretetur eſſe in Baptiſmo profiteri reſurrectionem mortuorum.

Prima ratio, cur à Catechumenis articulorũ Baptiſmi, & Reſurrectionis exigeretur confeſſio.
Chryſ ho. 40. in priorem ad Corinth.

¶ Iudicium verò vocat æternum; quia ęternã affert ſententiã: illo dicendi charactere, quo pigrum dicitur frigus, quòd frigidos nos reddit, & pallida mors, quòd pallidos efficiat.

Quid iudicium æternũ Apoſtolo.
II. Ratio.

Deinde in Baptiſmo erat trina immerſio, & emerſio; & ideò baptizabandi erudiebantur de myſterio mortis, & reſurrectionis Chriſti, & tridui in morte eius, quę in Baptiſmo repræſentantur. Hinc Theodoritus ait: *In diuino Baptiſmo reſurrectionis figuram ſuſcipientes, expectant communem omnium reſurrectionem, & futurum iudicium.* De quo ſacerdos ait: *Accipe veſtem candidam quã perferas in die iudicij.*

B Theodor. tom 2.

Subdit: *Et hoc facientes, ſiquidem permiſerit Deus.* Quæ verba tã Photius, quàm Theodoritus ſuperioribus applicant, in hunc ſenſum: Omittentes initiũ ſermonis, ad perfectionẽ feramur, & omnem pro perfectione acquirenda laborem ſuſcipiamus, & hoc faciamus, ſi Deus voluerit.

Photius.
Idem Theod.
Hæc verba Apoſtuli: Et hoc faciẽtes, ſiquidẽ permiſerit De⁹, quẽ ſenſum habeant.

Solet enim Apoſtolus omnia diuinæ prouidentiæ tribuere. Ideò alibi dixit: *Veniam ad vos citò, ſi Dominus voluerit.* Et Iacob. taxat eos qui dicunt; *Hodie, aut craſtinò ibimus in illam ciuitatem, &c.* & non addunt: *Si Dominus voluerit.*

1. Cor. 4.
Iacob. 4.

Ambroſ. quoq; lib. 2. de Pœnit. ca. 2. in fin. *Et hoc faciemus*, inquit, *ſiquidem permiſerit Deus. Non poteſt enim ſine fa-*

B. Ambroſ. tom. 2.

uore

Digitized by Google

Omnia illa ſuperius tradita, pœnitẽtiæ, fidei, doctrinæ, & reliqua, quàm benè inter ſe fundamenta cohæreant.

uore Dei aliquis eſſe perfectus. Porrò hæc fundamenta mirabilem inter ſe ordinem habent. Nam primum baptizandus debet abrenuntiare diabolo & operibus eius, id eſt peccatis: & hæc eſt profeſſio pœnitentiæ ab operibus mortuis. Deinde baptizandus aſſerit ſe petere fidẽ: & rogatus quid credat, recitat ſymbolum Apoſtolorum. Tertiò baptizatur, & antè, vel pòſt imponũtur illi manus. Quartò profitetur reſurrectionẽ, & iudicium, & verbis io Symbolo, & factis in immerſione, & emerſiooe. Et hæc de ſecundo.

Illud impoſſibile eſt eos qui ſemel sũt illuminati, &c. duobus modis, ad ſuperiora refertur.

Ad tertium, quod difficilius multò videtur, circa illa verba: *Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, & prolapſi ſunt, iterum renouari ad pœnitentiam, &c.* quò commodiùs reſpondeamus, præmitteodum, hæc verba connecti cum præcedentibus dupliciter. Dixerat enim ſuperiùs in plurali, Doctrinæ baptiſmatum, vel reſpiciendo ad plures qui baptizantur, vel quod plurali vſus ſit pro ſingulari more ſcripturæ, vel ob aliam

Marc. 7.

cauſam ex antedictis. Putabant tamen quidam, vt io lege plura eraut baptiſmatũ genera, ita & in Euãgelio, quibus renouario, & munditia Spiritus acciperetur: quod hic negat Apoſtolus, & oſtendit in Chriſto vnum eſſe taotùm baptiſma, nec amplius vnquam repetendum.

Altero applicandi ratio ſatis idonea.

Deinde melius, & ſuauius dici poſſet: Non loquor amplius, inquit Apoſtolus, de fundamentis, & principijs Chriſtianæ doctrinæ, videlicet de Pœnitentia, & Baptiſmo, & reliquis, cùm ego ad eos ſcribam, quibus ad hæc remedia oõ licet recurrere: quia impoſſibile eſt ſemel per baptiſmum renouatos & illuminatos, rurſus per eundem renouari ad pœnitentiam.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.
Infra 12.

Et quia Apoſtolus inceſtuoſum Coriotbium (cuius facit mentiooẽ in vtraque Epiſt. ad Corint.) ad pœnitentiam recepit, & io communi hortatur eos: *Ne iterum,* inquit, *cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.* planũ redditur, falſum eſſe ſenſum, quem ex mẽte Nouati quidã huic epiſt. affinguot, cùm Apoſtolus ipſe diuerſum & ſenſerit, & fecerit.

III. ſol. quęſt. Quemadmodum Apoſtolus eſſe dicat impoſſibile ſemel lapſos ad pœnitentiã renouari.
B. Epiphan. ante med.

Sunt igitur varij huius loci, & catholici ſenſus, quos fideliter recitabimus; & eũ qui cæteris præſtare videbitur, indicabimus. Primus igitur ſenſus eſt: hac ſententia repetitionem Baptiſmi prohiberi. Vnde & Eccleſia in Symbolo Niceno vnum tãtùm Baptiſma profitetur in remiſſionem peccatorum. Quod Patres teſtãtur, Epiph. in hęreſin 59. cootra Catharos agens: *Poſt primã,* ait, *pœnitentiam per lauacrum regenerationis, in qua pœnitentia renouatus eſt omnis homo, ſecunda quadam talis non eſt. Non enim duo ſunt baptiſmata, ſed vnũ: neq; bis crucifixus eſt Chriſtus, ſed ſemel: neq; bis mortuus eſt pro nobis, & reſurrexit.*

Epheſ. 4.

B. Cyril. to. 1

Deinde Cyril. lib. 5. in Ioan. c. 17. circa med. hæc verba edíſſereos, ſcribit: *Non intelligunt Paulum ibidem verba facere duntaxat de peccatorum remiſsione, & pœnitentia qua per baptiſmum habetur: qui quoniam cuiq; homini vnicus eſt, nec iterari debet* (*vnus, inquit, Dominus, vna fides, vnum baptiſma*) *pœnitentia quoq; cum baptiſmo ſuſcepta, vnica eſt & ſemel recipiẽda.*

Epheſ. 4.

Athan to. 3.

Tertiò Athanaſ. lib. de peccato in Spiritum ſanctum, ad Serapionem, hoc idem affirmat his verbis: *Quòd ſi propter eos qui poſt lauacrum peccant, hoc verbum dictum eſt* (ſcilicet de peccato in Spiritũ ſanctum) *ergo illud quoq; ad Hebræos propter eoſdem dictum eſt. Iam hoc dictum non excludit poſt lauacrum peccatum à pœnitentia; ſed oſtendit vnum eſſe Catholica Eccleſiæ Baptiſma, & non duplex. Siquidem Hebræis ſcripſit, qui ne pro legis conſuetudine, putarent ſub prætextu pœnitẽtia, multa quotidie eſſe baptiſmata facienda: ideò eos & ad pœnitentiam hortatur, & vnam eſſe renouationem per baptiſma, & non ſecundam oſtendit, vt & in alia epiſtola dicit, Vna fides, vnum baptiſma: neque dixit rem impoſſibilem eſſe pœnitentiam; ſed impoſſibile eſſe per cauſam pœnitentiæ, quempiam iterato Baptiſmate renouari. Eſtq; inter Pœnitẽtiam & Baptiſma nõ leue diſcrimen, &c.*

Matth. 12.

Theod. tom. 2

Quartus teſtis accedit Theodoritus: *Omninò,* inquit, *fieri non poteſt, vt qui ad ſanctiſsimum Baptiſmũ acceſſerunt, & gratia diuini Spiritus fuerunt participes, & æternorum bonorum figuram acceperunt, rurſus accedant, & aliud baptiſmum aſſequantur. Hoc enim nihil eſt aliud quàm Filiũ Dei rurſus crucifigere, & eadem qua prius affectus eſt rurſus ignominia afficere. Fieri ergo nõ poteſt, vt dono Baptiſmi rurſus fruamur.* Et infrà: *Hæc autem dixit diuinus Apoſtolus, docens Iudæos qui crediderunt, ne exiſtimarent ſanctiſsimum Baptiſmum eſſe ſimilem baptiſmis Iudaicis. Illi enim non ſoluebant peccata, ſed corporis ſordes quæ videbantur, purgabant. Qua de cauſſa & multa & frequenter adhibebantur. Hic autem vnus eſt, vt qui ſalutaris paſsionis, & reſurrectionis typũ habeat, & futurã reſurrectionem nobis ante deſcribat.*

Idem.

Marc. 7.

Theophylact.

Quintò idem teſtatur Theophylactus. *Nõ dixit,* ioquit, *quod inutile ac indecorum, ſed impoſsibile, vt ad deſperationem eos inyciat, ne omninò ſperent ſe denuò baptiſma poſſe conſequi.* Et paullò poſt in illud: *Et oſtentui habentes: Duabus itaq; rationibus rem impoſsibilem eſſe dicit Paulus, baptiſmatis nempè reiterationem, altera quidem, quod indignus eſt qui tantis bonis donatus ſit, ac omnia ea perdiderit; rurſus ijſdem frui; altera verò horribiliore multò, quòd videlicet impoſsibile Filium Dei recrucifigere.* Id etiam docet

Idem.

Oecum.ca.7. poſt med.

docet Occumen. in cum locum, vbi ſubdit: *Renouari dixit, quod proprium eſt baptiſmatū.* Chryſ. quoque hom. 9. ponderās illud ver-

B.Chryſ.to.4

bum: *Impoßibile eſt: Non iam ſperes quod impoſſibile eſt. Non enim dixit, non decet, neq; prodeſt, neq; licet; ſed impoßibile eſt, vt in deſperationem inducat.* Et infrà: *Renouari dixit ad pœnitentiā,*

Idem.

hoc eſt per pœnitentiam: Quid ergo? excluſa eſt pœnitentia? Non pœnitentia excluſa eſt, abſit, ſed renouatio per lauacrum regenerationis. Nō enim cùm dixiſſet: Impoßibile eſt renouari in pœnitentia, tacuit; ſed cùm dixiſſet impoßibile, adiunxit: Iterum crucifigentes. Et ſubdit infrà: *Baptiſma*

Idem.

crux eſt. Rurſus infrà: *Quid ergo eſt, inquis? Nō eſt pœnitentia? Eſt pœnitentia, ſed baptiſma alterum non eſt.*

Pœnitentia quam potēs, efficax.

Pœnitentia verò eſt, & multam habet potentiam, etiam in eum, qui peccatis valde demerſus eſt. Si voluerit, poteſt eum liberare ex onere peccatorum, & pericliſtantem in tuto conſtituere, etiamſi ad ipſum fundum iniquitatis peruenerit. Poſtremus teſtis ſit Ambroſ. ex no-

B.Amb.to.2.

ſtris, qui lib. 2. de Pœnit. ca. 2. ita ſcribit: *Ergo quid ait in hac Epiſtola quæ ſcribitur ad Hebr. impoßibile eſſe lapſos renouari in pœnitentiam, ac rurſus crucifigentes Filium Dei, & oſtentatione*

Cū baptizamus, quid faciamus.

triumphantes: eò ſpectat, vt de Baptiſmo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis, vt per illum nobis mundus crucifigatur: quia quadam triumphamus ſpecie, dum ſimilitudinem mortis eius aſſumimus. Hactenus illi.

Prima ratio ad probandū prædictis verbis, impoſſibile eſt, &c. Baptiſmi renouationem impoſſibilē neceſſario intelligendam.

Venit ergo hic locus ſecundùm hos Patres intelligēdus de non reiterando Baptiſmo.

II. Ratio.

Deinde inſinuant ea, quę de doctrina Baptiſmatum plurium more Iudæorū ſuperiùs dicta ſunt.

III. Ratio.

Tertiò idem probat verbum: Eos qui ſemel ſunt illuminati. Illuminatos, vocat baptizatos, ſiue Græcè φωτισμένυς. Eſt enim apud veteres Patres Sacramentum Baptiſmi vocatum Sacramentum φωτισμάτων, id eſt illuminationū, propter fidem qua quis illuminatus ad Deum conuertitur.

B Dionyſ.

Hinc Dionyſius cap. 2. de Eccleſiaſt. hierar. vocat Myſterium illuminationis.

Idem.

Cur Baptiſmus ſacrę regenerationis Sacramētum appelletur Sacramentū illuminatiōis, teſte Dionyſ.

Et ca. 3. reddens rationem huius appellationis ait: *Sic igitur & ſacrum diuinæ regenerationis Sacramentum, quia primi luminis cōſortium tradet, omniumq; diuinarum illuſtrationū principium eſt; ex effectu ipſo, veriſſimo illud illuminationis cognomine prædicamus. Etſi enim alijs quoq; Sacerdotalibus Sacramētis commune eſt, vt quæ perficiūtur, ſacri luminis conſortium dare; iſtud tamen in primis mihi videndi præſtitit munus, ipſiusq; principalis maximè lumine ad alia inſpicienda Sacramenta lucis gra-*

Baptiſmalis illuminationis ſymbola.

tiam cepi. Hæc ille, in quibus videtur vocem Apoſtoli explicaſſe, nimirùm illam ad Coloſſ. 1. *Gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum, in lumine, id eſt in Baptiſmo. Communicatur enim in Baptiſmo diuinum lumen, quo baptizatus fit ex ſorte, atq; ordine Sanctorum: ex qua ſorte eijcitur qui excommunicatur, vt Simon Magus à Petro.* Ad-

Greg. Naz.

de inſignem Theologum Greg. Nazian. orat. 40. in ſanctum Baptiſma: *Baptiſmus,* inquit, *omnium Dei beneficiorum præclariſſimum eſt & præſtantiſſimum. Vt enim quadam, Sancta Sanctorum vocantur, & Cantica Canticorum, quod ſcilicet latius pateant, ac plura complectantur, præcipuamq; dignitatem habeant: eodē modo baptiſmus quoq; illuminatio dicitur; quòd omnes alias illuminationes ſanctitate præcedat.* Hęc il-

Luc. 12.

le. Atque illam illuminationem portendūt faces, ac lucernæ, quę baptizatis dantur, vt ſint veluti miniſtri præcincti habentes lucernas ardentes in manibus, qui expectant dominum, quando reuertatur à nuptijs.

IV. Ratio.

Quartò ad idem facit quod dicit: *Guſtauerunt etiam donum cœleſte:* Guſtauerunt nihilominus bonū Dei verbum, virtuteſq; ſeculi venturi.

Quid guſtus doni cœleſtis Chryſoſtomo.

Guſtus enim doni cœleſtis, id eſt remiſſionis peccatorum, & innocentiæ, vt ait Chryſ. ad Baptiſmum ſpectat.

Chryſ. hom. 9 ante med.

Ritus baptiſmalis.

Quod expreſſum eſt in porrectione ſalis in infantis ore, dicente Sacerdote: Accipe ſal ſapiētiæ: quod in hunc vſq; diem ſeruatur: ſicut olim mellis & lactis guſtum præbebant infanti, vt teſtātur Apoſtoli in Canone quodam.

1. Petr. 2.

Et ad hoc alludens B. Petrus, dixit: *Sicut modò geniti infantes, rationabile, & ſine dolo lac cōcupiſcite; vt in eo creſcatis in ſalutem. Si ta-*

Pſalm. 33.

Bonum Dei verbum guſtare quid, virtuteſq; ſeculi venturi.

men guſtaſtis quoniā dulcis eſt Dominus. Bonū etiam Dei verbū, Euangelica eſt doctrina, quę mirificè conſolatur, & vtiliſſima nobis eſt. Virtutes ſeculi venturi, nō ſunt illę quę opponuntur vitijs; & Gręcè dicūtur ἀρεταὶ, ſed δυνάμεις, quæ contrarię ſunt imbecillitati, id eſt, miracula, quibus æternæ felicitatis præmium conſequimur, niſi velis intelligere dotes animę beatę, & corporū glorificatorum.

V. Ratio.

Quintò idem indicatur per verbum illud: *Participes facti ſunt ſpiritus ſancti:* quod Participium exprimit Baptiſmus in illo ritu Apoſtolico, quo vertex infantis ſacro chriſmate delinitur. Nam in ſancto chriſmate Spiritus ſanctus adumbratur:

Cur appelletur Spiritus ſanctus ſpiritalis vnctio.

vnde & ab Eccleſia vocatur Spiritalis vnctio. Quòd autē Spiritus ſanctus operetur in Baptiſmo, & participetur, oſtēdit Chriſtus, cū dixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,*

Ioan. 3

Spiritum ſanctum ad Baptiſmi Sacramentum cōcurrere.

& Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

VI. Ratio.

Sextò, idem euincit vox ἀνακαινώσεως, ſiue renouationis; quàm Sacramento baptiſmi tantùm conuenire, Paulus ipſe ad Titū docet, dum ait: *Secūdùm ſuam miſericordiam*

Tit 3.

Renouari quid.

Chryſ. hom. 9 in ep. ad Heb.

ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Idem docent Patres: nā Chryſ. in ea verba inquit: *Renouari, hoc eſt, nouū fieri: nouos quippe facere, lauacri eſt*

tantùm.

Google

Pſalm. 102.

tantùm. Renouabitur, inquit, ſicut aquilæ iuuentus tua. Pœnitentia aũt eſt, eos, qui innouati fuerunt, & poſteà veterauerunt in peccatis, liberare à vetuſtate, & conſolidare. Ad illam tamen claritatem adduci eos impoſſibile eſt; illic namq; totũ gratia eſt. Aug. quoque in expoſitione epiſt. ad Rom. inchoata, circa fin. *Eos,* inquit, *qui iam baptizati fuerunt, curari melius dicimus per pœnitentiam, nõ renouari, quia renouatio in baptiſmo eſt: vbi quidẽ operatur pœnitentia, ſed tãquam in fundamento. Manente itaq; fundamento recurari ædificium poteſt: ſi aũt fundamentum iterare quis voluerit, totũ ædificiũ ſubuertat neceſſe eſt.* Et ſtatim producit hæc Apoſtoli verba ad id confirmandũ. Ad hæc Ambr. lib. 2. de Pœnit. c. 2. *De baptiſmate autem dictũ verba ipſa declarant, quibus ſignificauit impoſſibile eſſe lapſos renouari in pœnitẽtiam. Per lauacrum enim renouamur, per quod renaſcimur, ſicut ipſe Paulus dicit: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte, vt quemadmodùm ſurrexit Chriſtus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Et alibi: *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt.* Similia docent Theophylactus, Oecumenius, & alij Græci Patres, à quibus producendis conſultò abſtinuimus.

B. Aug. to. 4. fin. verſus.

A. Bmb. to. 1.

Rom. 6.

Epheſ. 4.

Theophylact. Oecum. ca. 7.

Ratio etiam idem euincit, quia in Baptiſmo exuit homo veterem hominem, & induit nouum, & efficitur atq; vocatur noua creatura. Septimò, hic idem ſenſus roboratur ex his quæ adiungit: *Rurſum crucifigentes ſibimet ipſis Filium Dei, & oſtentui habentes,* ſiue ludibrio ducentes, vel in triumpho agẽtes, ſiue vt Græca habet litera, παραδειγματίζοντες, q verbum alteri quadrare non videtur, quàm repetenti baptiſma. Fructus enim paſſionis, ſepulturæ, & reſurrectionis percipitur, in quo, autore Paulo, commorimur, conſepelimur, & cum illo in vitam æternam reſurgimus. At res crucifigere Chriſtũ, & ludibrio habere, eſt baptiſmum iterare; ac proinde non modò irritam, & infructuoſam, ſed & mortiferã, & exitialem ſecundi baptiſmi intinctionem efficere. Quod Apoſtolica Diadaxis apud Clementem lib. 6. ca. 15. his verbis declarat: *Veruntamen initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, derident diuina, eludunt ſancta, inſultant Spiritui, ſanguinem ſanctũ veluti cõmunem contemnunt, peccant in mittentem, in paſſum, in teſtificãtem.* Hæc ille. Per tria vltima verba intelligens Patrum, Filium, & Spiritum ſanctum. Epiphan. quoque in hæreſin 59. Etenim ſemel renouatos & relapſos renouari impoſſibile eſt. Nec enim amplius gignetur Chriſtus vt crucifigatur pro nobis: neq; rurſus crucifigere quis poteſt Filium Dei, qui nõ amplius crucifigitur: neq; poteſt quis ſecundũ lauacrum accipere: vnum eſt enim Baptiſma, & vna innouatio. Adhæc Chryſoſt. hæc verba explicans: *Quod dicit, hoc eſt: Baptiſma crux eſt, & ſimul crucifixus vetus homo noſter. Conformes enim facti ſumus ſimilitudini mortis eius.* Et iterum: *Conſepulti eſtis ei per baptiſmum in mortẽ. Sic enim impoſſibile eſt ſecundò crucifigi Chriſtum: hoc enim eſt oſtentui eum habere. Si enim mors ei iam non dominabitur, ſi reſurrexit, reſurrectione victor factus eſt mortis, ſi morte mortem expugnauit, deinde iterum crucifigeretur, fabulæ eſſent cuncta illa, & ludibriũ. Proinde qui ſecundò ſe ipſum baptizat, ſecundò eum crucifigit. Quid autem eſt: Iterum crucifigentes? Ab integro iterum crucifigentes. Sicut enim mortuus eſt Chriſtus in cruce, ſic & nos in Baptiſmate, non carni, ſed peccato. Intuere nunc mortem & mortem. Ille mortuus eſt in carne noſtra, vetus homo ſepultus eſt, & reſurrexit nouus, conformis factus ſimilitudini mortis eius. Si ergo neceſſe eſt baptizari iterum, neceſſe eſt rurſum eundem ipſum mori. Baptiſma enim nihil aliud eſt quàm interitus eius qui baptizatur, & reſurrectio illius.* Hactenus ille. Cuius verbis ſimilia ſunt quæ Ambroſius ſupra producta ſcripſit.

Quã propria Baptiſmi, hominis renouatio.

2. Cor. 5. Galat. vlt.

Quid oſtentui habere Filium Dei.

Clem. Rom.

Semel baptizatos rebaptizantes, quã ſint in Deum cõtumelioſi.

B. Epiphan.

Epheſ. 4.

Chryſ tom. 9.

Ibidem 5. Rom. 6.

Ibidem 9.

Cur Chriſtus nequeat iterũ crucifigi.

Baptiſmũ quid.

Poſtremò iuuatur ille ſenſus ex his quæ ſubiungit. Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrẽ, &c. Confirmat enim, impoſſibile eſſe renouari ad pœnitentiam, vel per pœnitentiam baptiſmalem; ac ſi diceret, mirandum non eſſe, ſi Deus nullum ſtatuerit Baptiſmum, quo lapſi renouari queant: vt terra, quę accepto imbre germinare herbam opportunam debebat cultoribus ſuis, ſi ſpinas, & tribulos proferat, reproba fit, & indigna ſecundo, & nouo imbre, digna autem igni, quo ambuſta ſterilis fiat in perpetuum. Nec dixit ſimpliciter: Maledicta eſt; ſed, Maledicto proxima: q intelligendum eſt niſi reſipiſcant, & ad meliorem frugem faciendam reuertantur. Interpretes etiam tradunt, ob id hanc epiſtolam ad Hebræos ſcriptam, quoniam cum olim pluribus vterentur baptiſmis, confidẽtia Baptiſmi, in quo vniuerſa delicta per Chriſti mortem abolentur, rebaptizabantur. Et niſi Hebræi credentes repetere baptiſmum ſoliti fuiſſent, Apoſtolus non toties confiteretur vnum Baptiſma, nec tot minis, & tam atrocibus pœnis proſequeretur iterantes baptiſmum, vt hoc loco facit: quod ſatis eſſe deberet ad profligandos, & iugulandos noſtri ſeculi Anabaptiſtas.

VIII. Ratio, ab ipſo textu

Expenditur dictum Apoſtoli: Terra infructuoſa reproba ſit, & maledicto proxima.

Cur Paulus hãc Hebræis epiſtolã deſtinauerit.

Notantur Anabaptiſtæ.

Solet autem in dubium venire, quæ ſit ratio ſolida non iterandi Baptiſma. Quæ certa nõ eſt aliàm, quã quod hoc Sacramẽ-

Quænam vera ratio ſit non iterandi baptiſmatis.

tum, ſicut & Confirmationis, & Ordinationis, imprimat characterem, quo homo configuratur, & Chriſto cõſecratur nos regeneranti, tanquam cera impreſſa ſignaculo ſigilli; quod autem ſemel conſecratum eſt Deo, & configuratum, in perpetuum, dum res ſubſiſtit, durat, tãquam Deo dedicatum: nec opus eſt alia noua conſecratione, vt inſtructio data Armenis in Concilio Florentino docet: *Tria ſunt*, inquit, *Sacramenta, Baptiſmus, & Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, hoc eſt ſpirituale ſignum, imprimũt in anima, vt non reiterentur in eadem perſona.* Et Auguſt. lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, c. 17. ante medium: *Vtrumq;* (ſcilicet Baptiſmus, & Ordinatio) *Sacramentum eſt, & quadam cõſecratione vtrumq; homini datur; illud, cùm baptizatur; iſtud, cũ ordinatur: ideoq; in Catholica vtrumq; non licet iterari.* Hæc ille. Sicut ergo in generatione carnali filius exprimit lineamenta, colorem, & effigiem parentis; ita quoque Paulus ait: *Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, id eſt imaginem, & figuram eius. Sicut alibi ait: *Sicut portauimus imaginem terreni, portamus & imaginem cæleſtis.*

Concil. Flor.
Quænam Sacramenta imprimant characterem.
B. Aug. tom. 7. in princ.
Galat. 3.
1. Cor. 15.

In Confirmatione, character, quo adſcribimur in perpetuam Chriſti militiam, imprimitur, & eius teſſerã, & inſignia portamus: ſicut illi qui Principis militiæ adſcribuntur. In Ordinatione confertur character, quo datur indelebilis poteſtas aut conficiendi corpus Chriſti, aut chriſmate liniendi baptizatos, aut alios ad Ordines ſacros promouendi, vel alia opera ſancta efficiendi, quæ ad illa munera diſponunt. Character autem eſt qualitas realis animo impreſſa à Deo, & reducitur ad quartã ſpeciem qualitatis, id eſt paſſibilem qualitatẽ, & quia eſt ſignum à Deo impreſſum, non poteſt dici quòd ſit relatio. Et aduerte, quod vbicunque eſt conſecratio, non ſtatim ibi eſt character: at è contrario vbicũque eſt character, ibi eſt conſecratio quædam, quæ perpetuò manet, niſi res ipſa cõſecrata pereat.

Cõfirmationis character qualis ſit.
Ordinationis character quid præſtet.
Quid ſit character.

At verò præter hanc rationem Baptiſmi cum reliquis duobus Sacramẽtis communem, aſſignantur peculiariter aliæ cauſſæ, cur videlicet Baptiſmus non repetatur. Vt quòd Baptiſmus aſſimilatur generationi, quę ſemel tantùm vnicuique homini contingit: at Pœnitentia dicitur medicatio, quæ ſæpè repetitur, vt docet Auguſtinus tractat. 11. in Ioannem, & in Epiſtolam ad Romanos. Deinde quòd Baptiſmus eſt in originale peccatum, quod ſemel remiſſum amplius non redit, ſicut redeunt peccata perſonalia. Tertiò, vt hic ait Apoſtolus, in Baptiſmo fit repręſentatio mortis Chriſti, & reſurrectionis: hæc autem ſemel tantùm contigere. Ideò denuò crucifigeret Chriſtũ in ſeipſo, & ludibrio exponeret, qui ſecundò baptizaretur.

Prima ratio, cur etiam nõ liceat repetere baptiſma.
B. Aug. tom. 9. init.
II. Ratio.
III. Ratio.

Quòd ſi quis arguat, hanc rationem minimè videri firmã, quia omnia Sacramenta efficaciam ſuam habent à Chriſti morte, & tamen iterantur: præſertim autem hoc tribuitur Euchariſtiæ, in qua paſſionis Chriſti fit repræſentatio; & tamen eſt iteranda. ſicut & ipſe dixit: &, *Hoc facite in meam commemorationem*: & Paulus: *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.* Reſpondendum eſt, verum eſſe, Chriſti mortui virtutem in omnibus Sacramentis operari, & varijs modis exprimi, ſed peculiariter in Baptiſmo per immerſionem, & emerſionem, quibus celebratur Chriſti mors ac reſurrectio; & non tantùm ipſius, ſed eius etiam qui baptizatur, & Chriſto configuratur vt filius genitori. At in Euchariſtia nulla fit configuratio hominis cum Chriſto, ſed repræſentatur eius ſacrificium incruentum ad eius commemorationem, & recordationem retinendam, & fructum eius participandum, vt genitus in Chriſto per ſe alatur, non amplius renaſcatur. Et hactenus de primo ſenſu dictum ſit.

Si reliqua, præſertim Euchariſtiæ, in quibus etiam mortis, & reſurrectionis Domini memoria cõmemorãtur, Sacramẽta iterantur, quidni etiam Baptiſma?
Luc. 22.
1. Cor. 11.
Solutio quæſtionis.
Euchariſtiæ Sacramenti proprius effectus.

Secundus ſenſus, qui huic loco tribuitur, tradit eſſe ſermonem de pœnitentia poſt Baptiſmum: & loquitur per figuram hyperboles, ad peccatorum terrorem. Et impoſſibile accipitur moraliter pro eo quod eſt valde difficile, & ita accepit quinto Metaphyſic. Ariſtoteles, Impoſſibile eſſe interdum valde difficile: & vulgus res arduas ac difficiles, impoſſibiles vocat: & ſacra Scriptura ab ea phraſi non abhorret, vt cùm ait: *Apud homines impoſſibile eſt diuitem intrare in regnum cælorum*: & explicans ſubdit: *Apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Et Ioan. 12. *Proptereà non poterãt credere, quia iterum dixit Eſaias, Excæcauit oculos eorũ, &c.* Et cap. 15. *Sine me nihil poteſtis facere.* Et Ieremias; *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Corroborat etiam hunc ſenſum, quod inferiùs addit Apoſtolus: *Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora & viciniora ſaluti* (nempe quod ad perfectionem feramini, & ſitis herba proferẽs herbam opportunam) *tametſi ita loquimur*: quo verbo lenire videtur quod dixerat, Impoſſibile eſſe renouari ad pœnitentiam. Neque locutio hyperbolica aliquid falſi, vel mendacij includit: quia nihil eſt aliud quam

Altera eiuſdẽ ſententiæ interpretatio, Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati.
Ariſt. tom. 9.
Matth. 19.
Eſai 6.
Ioan. 15.
Ierem. 13.
Hebr. 9.
Hyperbolicꝰ ſermo cur nullum con-

tineat mendacium, aut falſitatem.

quàm exaggeratio eorum quæ vel promittuntur, vel comminatione denuntiantur: ſicut per contrariam figuram, Tapinoſim videlicet, vel Ironiam, cùm aut nos, aut noſtra præ modeſtia deijcimus.

Prima ratio, cur baptizato peccantes, quàm nō baptizati difficilius cõuertantur.

Et certè ſi rectè rem expendamus, difficilior videtur conuerſio baptizati peccātis quàm nōdum baptizati: tū primò, quia fidelis peccans magis eſt Deo ſuo ingratus; & nō ſecùs ac mulier, quę alligata viro ſuo, alijſque ſui copiam præbet, grauiùs ſimpliciter delinquit, quā ſoluta, & vaga mulier, quæ nulli eſt obligata: ita magis delinquit fidelis in eodem genere peccati, quàm infidelis. Deinde additur ratio: quia peccata nondum baptizati, ex ignorantia vt plurimum, aut ex infirmitate carnis, quę dominatur in nondū renatis, & non habentibus gratiæ auxilium, qua poſſint reſiſtere, proficiſcuntur: at baptizatus ampliùs ignorantia non laborat ditatus fidei lumine: & cùm gratiæ auxilium acceperit, non eſt ita infirmus, quin poſſit aut diabolo tentanti, aut carni ad peccatū impellenti reſiſtere. Tertiò magnum diſcrimen inter hæc duo Sacramenta, Baptiſmi, & Pęnitentiæ aſſignatur. Nam in priori omnis culpa cum reatu æternæ, & temporalis pœnæ remittitur, & nouum omninò hominem facit: pœtentia verò talem ac tantum fructum nō producit, nec producere poteſt ex opere operato, niſi diſpoſitio tanta ſit, vt omnimodam valeat pœnitens à peccato aſſequi puritatem. Adcò, vt rectè dixerit B. Petrus; *Melius erat illis nō cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti.* Vtitur igitur Apoſtolus tanta hyperbole, non quo ad deſperationē inducat; ſed quo cautiores, & prudentiores homines in ſeruāda iuſtitia reddat, & peccatoribus ſtimulos ad iuſtitiam comparandam addat.

II. Ratio.

Tertia ratio à differentia Baptiſmi, & Pœnitentiæ.

2. Petr. 2.

Quare Paulus impoſſibile eſſe dixerit, id eſt, valde difficile, prolapſos iterum renouari ad pœnitentiam.

Poteſt quoque tertius intellectus eſſe: vt hic ſermo ſit de omnimoda pœnitentiæ impoſſibilitate, non reſpectu quorumcunque, etiam damnabilium peccatorum, quę in primam, & ſecundam tabulam admittuntur, ſed intuitu peccati in Spiritum ſanctum, perpetrati, vel peccāti ad mortem, quod non remittitur neque in hoc ſeculo, neque in futuo, vt Dominus dixit: hæc autem defectio eſt ſiue apoſtaſia, non tantùm à charitate, & fructibus eius, ſed à fide & pietate, per quam homo contra ſcientiam agit, & agnitam veritatem impugnat. Talis etiam crucifigit, & traducit Chriſtum, qui cauſam crucifixionis, & infamię iterat, & in dedecora priora relabitur, & obſtinatus in eis permanet, nulloque pœnitentiæ ſenſu afficitur.

Tertia interpretatio eorundem verborum: Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. *Matth. 12. 1. Ioan. 5.*

Vnde confirmetur hic ſenſus.

Et quod de his obduratis, qui fidem omninò abiurant, ſermo ſit; indicat exemplum quæ ſubiungit: *Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbā opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autē ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima.* In qua Antitheſi pars ſecūda, qua de reprobis agitur, cum priori conſonare debet. Nam vt non quæcunque terra accipit benedictionem, ſed illa quæ ſæpè ſuper ſe venientem bibit imbrem, & grato herbarum & florum munere cultoris laborem compenſat: ita non quęcunq; terra maledicta eſt, ſed quæ poſt multos imbres manet ſterilis. At terra, cor humanum eſt, vt explicauit Domin' in parabola ſeminantis: quæ cœleſtem bibit imbrem, quando pluuias ſuſcipit cœleſtium veritatum, & gratiæ. Quod ſi non proficiat, nec germinat herbam opportunam illis à quibus colitur, ſiue illi ſint Angeli, ſiue paſtores, & animarum præpoſiti, cenſetur reproba, & maledicto vltimo iudicij proxima, vt perpetuò ſit in combuſtionem gehennæ.

Terra ſæpè venientē ſuper ſe bibens imbrem, &c. quid myſticè *Luc. 8.* Huius terræ cultores qui ſint.

Quare cùm dixit, *prolapſi ſunt*, intellige, id eſt vlteriùs lapſi. Et ſignificat nō quemlibet, aut leuem lapſum, ſed magnū, & grauem. Et hactenùs nobis de hoc loco dictū ſit. Ecce tibi prudens lector tres propoſui ſenſus veros, & Catholicos. Et prior quidem in multis cæteris præcellit, & habet connexionē cum præcedentibus, & ſtatuit dogma de non repetendo Sacramento Baptiſmi: & propriè accipit verbum Impoſſibile, & reliquas voces, id eſt eos qui ſunt illuminati, & guſtauerunt bonum Dei verbum, & propriā renouationis ſignificationem. Eſt enim renouari, *εἰς μετάνοιαν* quod dictum eſt pro, *ἐν μετάνοιᾳ*; & hoc poſteà poſitum teſte Chryſoſtomo, pro *διὰ μετανοίας* id eſt, per pœnitentiam. Optimè etiam ſignificat recrucifixionem Chriſti. Patrum autem veterum conſenſu videtur reliquis antecellere. Et illi nouæ crucifixioni cōſonat alter Pauli locus in hac Epiſtola cap. 10. *Voluntariè*, inquit, *peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hoſtia*, id eſt Chriſtus, qui ſemel tantùm crucifixus eſt, & applicatur nobis per Baptiſma. Quod verò ſubiungit: *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio quæ cōſumptura eſt aduerſarios:* idē eſt ac, maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem.

De quo intelligat Apoſtolus lapſu cū ait: Et prolapſi ſunt.

Priorem ſententiam quæ reddant probabiliſſimā.

B. Chryſoſt. hom. 9.

Hebr. 10.

Voluntariè peccantibus quoq; nō relinquatur pro peccatis hoſtia.

Reliqui verò duo ſenſus veri ſunt, & ad rem faciunt. Quòd ſi Paulus his verbis ſignificare voluiſſet, impoſſibilem eſſe reparationem lapſi poſt Baptiſmum, quid hoc

Poſteriores alij duo ſenſus quam & ipſi probabiles.

faceret ad illud probandum: ad perfectionem feramur; & ne Iudæi iterũ iaceant fundamentũ pęnitentiæ ab operibus mortuis? Si enim prius dehortatus fuiſſet à vitijs & peccatis, quomodo diceret, Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. Et aliter dicere, eſt facere vt Paulus, aut Spiritus ſanctus non ſibi cohæreat. Cùm ergo Apoſtolus ſciret impoſſibilem eſſe ſecundam regenerationem, aut tam liberalem viam à miſericordia prolapſis reliquam non eſſe; hortatur vt videant, & caueant horribiles peccantium pęnas eorum maximè qui deſciſcunt à fide Chriſti per apoſtaſiam & reditum ad Moyſen.

Oſtendere dilectionem aliqui, Hebręo more quid.

Quare Paul⁹ Iudæos nunc laudet de beneficentia.

Ad quartum vt reſpondeamus, præmittit Apoſtolus; Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis, & miniſtratis. Hebræa phraſis eſt, Oſtendere pro exhibere, ſiue præſtare. Commendat ergo, vt eorum animos erigat ob bonorum operum ſuorum fructus. Habes autem ex hoc loco, Deum iniuſtum, ſi operibus noſtris ex charitate factis non retribueret: quia talia opera agnoſcit Deus vt ſua, & à ſuo Spiritu profecta; & quia ita nobiſcum paciſci pro ſua bonitate voluit. At Deus iniuſtus nõ eſt, mercedem igitur retribuet.

Deum operibus noſtris eſſe debitorem cõtra Lutheranos.

Quo ſenſu dicatur: Cũ feceritis omnia quę pręcepta ſunt vobis; dicite, Serui inutiles ſumus. *Luc. 17.* *Pſalm. 15.*

Quod ſi obijcias; *Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus:* Reſpondemus; hoc intelligendum eſſe, ſi cõſideremus noſtræ naturæ conditionem, quam noſſe, & profiteri expedit. Nam ſi attentè inſpiciamus, agnoſcemus nihil nos vtilitatis Deo per opera noſtra præſtare poſſe. Bonorum enim noſtrorum non indiget. Et ideo non tam humiliter, quàm verè profiteri nos ſeruos inutiles debeamus. *Cupimus autem vnumquemque veſtrum eandem oſtentare ſolicitudinem, ad expletionem ſpei vſq; in finem.* Hoc eſt: Quod ſcripſi de terra ſterili, exhortandi gratia potiùs ſcripſi, quàm vt vos putem eſſe tam grauiter prolapſos; ſed exhortatio mea eò tendit, vt idem ſtudium adhibeatis, & eandem diligẽtiam, ſiue πληροφορίας ſpei, vt Græcum habet verbum. Eſt autem πληροφορία, quoties certiſſimis argumentis rei cuiuſpiam ſit fides & perſuaſio. Et hæc naſcitur ex bonis operibus, & ab anxio timore liberat. Et quod ait: Vſque in finem: id eſt, ad perfectionem ſpei quę creſcit, vel perſeuerantiam vſque ad finem vitæ. Et hic eſt vnus locus inter alios huius Epiſtolæ, quos Petrus commemorans, dixit: Propter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis.

Spes vnde oriatur: quid efficiat.

2. Pet. 3.

Hæreditare, quid ſecundũ Hebręos.

Et quod ait: *Qui fide, & patientia hæreditabunt promiſſiones:* de præſenti eſt in Græco codice. Et hæreditare, phraſi Hebræa, eſt comparare ſibi, vel aſſequi facultates, & opes. Et quia malorum exempla multum conferunt ad tolerantiam laborum, dum videmus eos, qui multa paſſi ſunt, maiorẽ accepiſſe mercedem, quàm quę illis debetur, producit Abrahæ exemplum, qui poſt inſignem eius erga Deum charitatẽ, & raram obedientiã in offerendo filio ſuo Iſaac ſuper altare, vbi promiſſionem etiam cum iureiurando accepit à Deo, longanimiter, & patienter tolerãdo adeptus eſt repromiſſionem. Dixit autem Angelus: *Niſi benedicẽs benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.* Vtitur figura Apoſiopeſis, vbi aliquid eſt omninò ſupplendum, vt compleatur oratio, ſcilicet: Non ero Deus, quod eſt ſummum impoſſibile; aut, mẽdax ero, aut quid ſimile. Vel: Niſi modis omnibus te benedicam. Hebræi enim multiplicant verba cauſa vehementiæ, vt: *Expectans expectaui Dominum.* Et quia Hebræa habent Geneſ. 22. *Per memetipſum iuraui, dicit Domin⁹* (id eſt, iuro, more Hebręo, quo pręteritũ ponitur pro pręſenti) *Benedicam tibi:* pro quibus verbis Septuaginta verterunt, ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω; id eſt, Niſi benedicens benedicam; conſtat, hunc textum productum eſſe ab Apoſtolo non ſecundùm Hebręam veritatem, ſed ſecundùm Septuaginta.

Abrahã quãdo & quare adeptus eſt repromiſſionem. *Geneſ. 22.*

Hæc ſententia: Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, quomodo perficienda. *Pſal. 39.*

Hebræi verba voceſque cur geminẽt. *Geneſ. 22.* Iidem ſæpè præteritum pro futuro vſurpãt more Prophetico. Ad IV. dub. De vſu iuramenti à Deo adhibiti cùm ſimplex eius verbum ſufficeret.

Vſus eſt autem iuramento, in ſignũ ſtabilis promiſſionis. Et quia videri poterat iuramẽtum in Deum non cadere, quia qui iurat, per eum qui maior ſe eſt, iurare conſueuit; occurrit Paulus, dicens, non eſſe iuramentum Dei illi hominum ſimile, & ſatis eſſe, vt qui iurat, atteſtetur eum, qui eſt infallibilis veritatis. Cùm ergo hoc faciat Deus per ſemetipſum iurans, eius iuramẽtum tantò erit fortius, quantò ille negare ſeipſum non poteſt, qui eſt veritas. Homo aũt poteſt negare Deum, cùm ſit ipſe mendax, & infidelis, & fœdifragus.

2. Tim. 2.

Non eſt autem Religio iuriſiurandi declaranda tanquàm mala; poſtquã Deus per ſeipſum, & Angelus per Viuentem in ſecula ſeculorum iuraſſe leguntur. Nobis tamẽ non eſt aſſiduum iurandi ſtudium amplectendum, quia à iureiurando ad periurium procliuis eſt lapſus, maximè nobis, qui mẽdaces noſtrapte natura ſumus, teſte Propheta.

Rom. 3. *Pſal. 115.* Liceteiuramentum, & quatenus. *Apoc. 10.* *Pſal. 115*

Ad V. dubit.

Quàm verũ ſit, omnis cõtrouerſiæ finem ad confirmationem eſſe iuramentum.

Et omnis controuerſia eorum finis, ad confirmationem, eſt iuramentum. Non dixit ſimpliciter omnis controuerſiæ cõfirmationem eſſe iuramentum; ſed addit, Ad confirmationem. Sæpè enim lites iureiurando non deciduntur, ſed teſtibus, quæſtionibus, inſtrumẽtis, & alijs legitimis probationibus. Quando verò res eſt dubia, & nõ adeſt niſi ſemiplena probatio, quæ eſt per vnũ teſtẽ, tunc adhibetur iuriſiurãdi religio, vt quod eſt aliquo modo ſuaſum in cauſa, & nõ plenè confirmetur. ¶ *In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum; vt per duas res immobiles, quibus impoßibile eſt mẽtiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.*

Cur Deus vtatur iuramẽto, ſecũdum Apoſtolum. *Rom. 3.*

Vult hic Apoſtolus docere, quorſum Deus aſſumat iuramentum. Eſt enim ipſe per ſe verax, & agnoſcit nos ex abundanti malos eſſe, id eſt tardos & duros ad credendũ: ideo interponit iuſiurandum deſignatis hæredibus in ſignum immutabilis conſilij ſui, Deum videlicet non propter ſe, ſed propter nos iuramentum adhibuiſſe, vel intelligamus illud firmum & ſtabile, reliqua verò quæ promittit, ſub aliqua cõditione eſſe intelligenda.

Quænã duæ res immobiles, quibus impoſſibile eſt Deum mentiri.

Vt per duas, inquit, res immobiles, promiſſionem videlicet, & iuſiurandũ, quibus impoſſibile eſt mentiri Deũ. Nam ob id quod Deus iurat, nõ magis verax eſt, quàm ſi ſimpliciter ꝓmittat, quod ſimpliciter & omninò facere deliberauit, ſed iuramentum eſt pro ſigno ſuæ abſolutæ voluntatis à nulla prorſus conditione pendentis: ſic promiſſus eſt Abrahæ aduẽtus Meſſiæ iureiurãdo, & Pater ad Filium, vt ait Dauid: *Iurauit, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum.*

Geneſ. 22.

Pſalm. 109.

Cur nobis ad diuinã ſpem confugiendũ; & quæ ſit illa ſpes.

Fortißimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tuendam propoſitam ſpem. Id eſt: Deſtituti alijs pręſidijs, ad ſolam eius promiſſionem, quaſi vnicum aſylum, & ſacram anchoram confugimus. Quo verbo noſtra inopia & neceſſitas innuitur, qui cogimur ad Deum confugere; & nõ procul eſſe ſubſidium quærendum, quia ſponte occurrit, & nobis quaſi ſe offert: ideo vocat propoſitam ſpem. Et ſpem pro promiſſione ponit, quæ apprehenſa per fidem accipitur, per Metonymiam, qua effectus pro cauſa ponitur, vt alibi ait: *Propè eſt verbum in ore tuo*, id eſt, fides, quæ ex verbo propoſito oritur.

Rom. 10.
Deut. 30.

Anima cur naui ſimilis. *Pſalm. 103.*

Et ſubdit: *Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis.* Proponit Apoſtolus, animam eſſe quaſi nauem in hoc mari magno & ſpatioſo, quæ fluctibus iactatur, & plerunque mergit: & firmari ſolet anchora, ne irruentibus cedat fluctibus, qui ſunt ad naufragiũ impellentes. Anchora autem animæ, ſpes eſt, quæ reddit firmam, ac tutam animam.

Animæ anchoræ duæ ſunt, ſpes, & timor.

B. Greg. li. 6. Moral. ca 27 tom. 1.

Ad VI. dub.

Quòd ſi obijcias ex B. Gregorio: *Anchora cordis, eſt pondus timoris:* Reſpondebo, duplicem eſſe animæ anchoram, vnam cõtra Aquilonem aduerſitatis, hoc eſt, ſpem, alteram cõtra Auſtrum proſperitatis, hoc eſt timorem.

De eo quod ſpes anchoræ comparatur.

¶ Comparatur autem animæ ſpes: quia quamdiù peregrinamur in hoc mundo, nondum ſumus in firma terra, ſed quaſi in turbulento mari: ſed quaqua verſum ſe extendant ſenſus veſtri, ſola aqua ſe oſtendit, & vndæ inſurgẽtes, quæ mortem interminantur, & vt Poëta ait:

Prima ratio cõparationis

Ouidius.

Cœlum vndique, & vndique pontus.

Secunda.

Secũdò, vt anchora per medias aquas proijcitur in abditum, & obſcurum locum, & dum illic latet, nauem fluctibus expoſitam retinet, ne obruatur: ita in Deo inuiſibili ſpes noſtra figẽda eſt.

Tertia.

Tertiò, etſi anchora in mare deorſum iaciatur, quia fundum in terra habet, ſpes tamen ſurſum attollitur: quia nihil cui hęreat, vel inſiſtat, reperit, ſed in ſolo Deo cęlũ inhabitante conquieſcit.

Quarta.

Quartò, vt funis, ex quo pendet anchora, per longum, & cęcum interuallum nauem cum terra coniungit: ita ſpes ad nos cum Chriſto colligendos vinculum eſt, nulla vt impediat diſtantia, nulla caligo, quominùs illi hæreamus.

Spes animæ, anchora cur tuta ſit ac firma.

Vocat hanc, tutam, ac firmam: contingit enim plerũque, vt fluctuum impetu vel reuellatur anchora, vel funis cõcuſſus diſſiliat: quod non eſt de nobis cum Deo vnitis dubitandum, quia alia eſt Dei virtus, alia ſpei vis, alia verbi firmitas, & robur. Imò dum hic ſumus, ſpes intrat in regnum cœlorum, vt nos iam ibi eſſe quodammodò gloriemur, quia deducit nos ad portum in Sancta ſanctorum. ¶ *Vbi præcurſor pro nobis introiyt Ieſus, ſecundùm ordinem Melchiſedec Pontifex factus in æternum.*

Eadẽ incedat ad quæ vſq; interiora velaminis.

Ioan. 14.

Id eſt: Superandæ ſunt externæ omnes creaturarum figuræ, vt fides in ſolo Chriſto ſiſtatur, & ingrediatur ad id vſque, quod eſt intra velum, id eſt, Sanctum ſanctorũ, quo præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus, qui dixit: *Vade parare vobis locum.*

Chriſtus Pontifex cur cœlũ ingreſſus. *Infra 10.*

Introiuit autem primò pro ſe, deinde pro nobis: ipſe enim, vt nos introire poſſemus, exiuit priùs à Patre, vt ita ad Patrem reuerteretur, vt non ſolùm pararet locum, ſed & virtutem illuc intrandi mereretur. Ipſe enim vt Pontifex ingreſſus eſt in Sancta ſanctorum, non ſuo tantùm, ſed totius populi nomine. Nam duodecim tribus in pectore & humeris geſtabat, cùm

Sũmus olim Sacerdos 12. lapides in pe

in

ctore, & in ſuper humerali nomina 12. tribuum ſcripta cur geſta ret ſanctuarium ingreſſurus.
Exod. 28.
Ibidem.
Quomodo id Chriſtus præſtitent.

in earum memoriam contexti eſſent in pectorali duodecim lapides, & in duob' onichinis inſculpta eſſent earũ nomina in ſuperhumerali, vt in vnius hominis perſona omnis ſimul ſanctuarium ingrederentur. Qua ratione Chriſtus Dominus in pectore amoris ſui, & in cruce, quam humeris ſuis geſtauit, nos in cœlum introduxit.

Idem etiam à mortuis reſurgens cur Pontifex factus ſit in æternum.
Hebr. 10.

Subdit: *Secundùm ordinem Melchiſedec Põtifex factus in æternum.* Quia etſi in eo munere offerendi ſemetipſum in hoſtiã Deo, exercuerit Sacerdotiũ, dum in terris fuit; non propterea eſſe Pontifex deſijt, ſed ex quo reſurrexit, factus eſt à Deo Sacerdos in æternum, quia vna illa hoſtia in æternum placauit Deum, perinde ac ſi ab initio mundi inchoata eſſet illa ſacrificij oblatio, & ad finem vſq; duraſſet: nam coram Deo ſecundùm acceptationem tale fuit. Et ipſe nunc in cœlis ex merito factæ oblationis Sacerdos permanet: cuius tamen iugis eſt memoria per miniſtros ſuos, & non ceſſat pro nobis interpellare, vt Pontifex, & aduocatus cauſas noſtras agens. ¶ Et dicitur factus Sacerdos; id eſt, meruit Sacerdotium æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec: ſicut ſuperiùs, cùm dixit: *Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ*: id eſt, Meruit eſſe cauſa noſtræ ſalutis. Et de his hactenùs.

Chriſtus itẽ quomodo Sacerdos dicatur, vel Pontifex factus.
Hebr. 5.

DISPVTATIO XV.

In illa verba, cap. 7. *Hic enim Melchiſedec Rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ regeſſo à cæde Regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuiſit Abraham, primùm quidem, qui interpretatur Rex iuſtitiæ; deinde autem & Rex Salem, quod eſt Rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem vitæ habẽs, aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum*, & reliqua.

I. Dubium.

MORE conſueto in primus venandus venit ſcopus Apoſtoli, atque explicandus: hic enim non poteſt noſtris diſputationibus non magnam lucẽ ingerere. Deinde quæritur, quomodo Apoſtolus ab autoritate negatiuè in hac Epiſtola argumentetur: nõ enim Melchiſedec aut ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia fuit, aut principio & fine vitæ caruit. Solent autem huiuſmodi probationes minùs eſſe ſolidæ: & quærendum cur non ſit in Scriptura eius genealogia deſcripta, ſi homo fuit, & prædictis nõ caruit.

Secundum.

Tertiò ambigitur, an Melchiſedec fuerit Angelus, vel Spiritus ſanctus, vel anima Chriſti, vel ſpiritus eius, an verò homo: & an nomen Melchiſedec fuerit commune; an propriũ; & an ſit vna dictio ſimplex, an vna ex pluribus compoſita: item, an extiterit, vt Hebræi tradunt, Sem primogenitus Noë, an homo Chananæus.

Tertium.
Geneſ. 5.

Quartò ambigitur, an Melchiſedech cœlibatum Sacerdotum inſtituerit, vt quidam recens ſcriptor probare conatur, tanquàm certum dogma, & omni acceptione dignum.

Quartum.

Quintò dubium eſt, in quibus præſignauerit Chriſtũ Melchiſedec; idem quomodo fuerit ſine patre, & matre, ſine genealogia, initio dierum, & fine vitæ carens; cùm certum ſit, hominem extiſſe, cui nihil illorum defuit.

Quintum.

Sextò explicanda Abrahæ hiſtoria, reuertentis à cæde Regum, cui benedixit Melchiſedec, & accepit decimas.

Sextum.

Septimò, quomodo ſine vlla controuerſia, quod minus eſt, à meliore benedicitur; cùm Abraham ſanctior fuerit quàm Melchiſedec, & Simeõ Chriſto, & Mariæ benedixerit, & nos quotidiè Deum benedicamus, Euchariſtię & benedicere præcipiamur. Adhæc dubitatur, ſi ex eo quod Leui erat in lumbis Abrahæ, vtpotè eius filius, cur non etiam dicetur Chriſtus decimatus, qui, vt eius filius, in lumbis eius erat?

Septimum.
Geneſ. 14.

Octauò, quomodo verum ſit, translato Sacerdotio, legis quoque translationem eſſe factam.

Octauum.

Nonò dubitatur, quomodo manifeſtum eſt quòd de tribu Iuda ortus ſit Dominus, cùm ſcribat Auguſtinus libro cõtra Fauſtum, Virginem Deiparã fuiſſe de tribu Leui ex paterna radice.

Nonum.
B. Aug. li. 24. c. 9. tom. 6.

Decimò, vt aſſerat Apoſtolus legem ad perfectũ nihil adduxiſſe; cùm tamen ſcriptum ſit in illa: *Perfectus eris & abſque macula cum Domino Deo tuo?* & iterum: *Seruite ei perfecto corde atq; veriſſimo.* Conſtat præterea, multos perfectos viros olim extitiſſe, vt fuerunt Prophetæ, & Abraham, cui dictum eſt: *Ambula coram me, & eſto perfectus.*

Decimum.
Deut. 18.
Ioſ. vlt.
Geneſ. 17.

Vndecimò, quid eſt quid ait: *Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*; cùm ſuperiùs capite quinto de omni Sacerdote ſtatuerit: *Qui condolere poſſit ijs qui ignorant, & errant: quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate.*

Vndecimum.
Hebr. 5.

Poſtremò, quare in hac Pauli diſputatione de Melchiſedec, oblationis eius in pane & vino nunquàm mentio fiat, quæ tamen ad rem inter alia maximè facere videbatur. Et verò nonnullæ ex iſtis propoſitæ dubitationes facilè ſolui

Duodecimũ.

poſſint;

poſſint; quædam tamen ſunt, quæ maiorem operam, & ſtudium poſtulare videntur.

Primi dubij ſolutio.
Quò tendat hoc ſeptimū cap. Apoſtoli.

Scopus igitur Apoſtoli, poſt longum digreſſionem, qua Hebræos cohortatus fuit ad perfectionem, & ad relinquenda ea, quæ lactis ſunt, quò ſolidum allegoriæ cibum in litera legis incluſum, quem illi cum fructu ederent, & magnifacerent, redire ad tractationem Melchiſedec interruptam, de quo agens, dixit, De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum. Et ita, cùm in principio ait: Hic enim Melchiſedec Rex Salem; non eſt vrgenda coniunctio illa, Enim, cùm non habeat vim cauſę, & ſæpè vſurpetur pro altera particula δὲ, id eſt, autem. Etſi dici poſſit. præcedentis Capituli verba fuiſſe: *Secundùm ordinẽ Melchiſedec Pontifex factus in æternum.* Vnde ſequitur: *Hic enim Melchiſedec, &c.* volẽs igitur Apoſtolus noui Teſtamenti excellentiam ſupra Vetus oſtendere; comprobat hoc ex Sacerdotibus, dicens, quod ipſe etiā (Chriſti figura) Melchiſedec prę̃ſtabat, atque excellebat cæteris legis Sacerdotibus, qui apud Iudæos erant: illud aſſerens, quòd ſi Chriſti typus præſtantior erat ijs Sacerdotibus qui apud Iudæos erant, multò magis ipſa veritas Chriſtus, iuxta regulam illam, qua vti ſolent Iuriſperiti: Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. Et profectò ſi attentè inſpiciamus, videtur Apoſtolus vti argumento, quod apud Græcos Sorites, à Latinis verò Aceruus vocatur, cuius inuẽtor Chryſippus fuit, de quo Satyricus quidam ſcripſit:

Hebr. 5.

Enim particula nõ ſemper cauſalis eſt
Infrà 6.

Chriſtus Leuiticis Sacerdotib⁹ maior quomodo ſecundum Iuriſperitos.
Aceruus, Græcè Sorites, quod genus argumẽti ſit: à quo inuentum.
Perſius vlti. verſu vltima ſatyra.
Pſalm. 109.
Eius vſus hoc loco.

Inuentor, Chryſippe, tui finitor Acerui.

Ad hunc ſcilicet modum: Chriſtus eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, vt ait Propheta, quia eius Sacerdotij, & oblationis typus fuit: Melchiſedec maior eſt Abraham, quia ei benedixit, & ab illo oblatas decimas accepit: Abraham verò maior eſt Leui, vtpotè eius proauus: ergo Chriſti Sacerdotium maius eſt Leuitico. Et hæc de primo.

Sol. II. dub.

Ad ſecundum reſpondemus, ſuperiùs fuiſſe à nobis expeditum, & id genus argumenti ſolidum & firmum comprobatum. Moris enim eſt, magnos viros in Scripturā nõ introduci niſi percenſitis eorum parentibus, & genealogia contexta, vt teſtis eſt Auguſtinus in librum Iudicum. Ob quam cauſam Matthæus ante omnia Ieſu enarrat genealogiam. Non ergo videtur ſine Spiritus ſancti conſilio factum, vt tanti Regis, & Sacerdotis (qui panem, & vinum immolatum obtulit Abrahæ cum victoria reuertenti à cede Regum, qui & illi benedixit, & ipſe Abraham è contrario eum vt Sacerdotem decimis eſt proſecutus) genealogia, & parentum nomina in Scripturis ſupprimerentur; ad hoc nimirum, vt in illo alius maior Rex, & Sacerdos Chriſtus omni carens genealogia, in eo vt in typo præſignatus agnoſceretur. Et ita valida eſt ratio Pauli illis poſitis quę cum ratione præmiſimus. Hæc de ſecundo.

De vi rationis Apoſtolicæ, negantia Melchiſedecum genere, atq; parentibus caruiſſe.
B. Auguſt. l. 2. 10. 4.
Geneſ. 14.

Genealogiæ Melchiſedec cur nulla mẽtio in Scripturis.

Tertiæ verò dubitationi quò faciliùs reſpondeamus, ad literam conſidera, primam periodum longā eſſe, & quatuor partibus conſtare, & finiri in illis verbis: *Cui & decimas omnium diuiſit Abraham:* & habet inciſa, ſiue κῶλα ſex. Secunda pars incipit: *Primū quidem qui interpretatur Rex iuſtitiæ:* quod etiam aliquot habet inciſa. Tertia eſt: *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neq; finem vitæ habens.* Quarta incipit ibi: *Aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.* Eſt autem ſubiectum huius periodi, primum verbum: Hic enim Melchiſedec, Rex Salem; prædicatum verò eſt: Manet Sacerdos in perpetuum, id eſt, gerit typum illius, qui eſt Sacerdos ęternus Chriſtus.

Huius capitis prior ſentẽtia in quot partes diuidatur.

Sol. III. dub.

Qua litera ita ordinata, reſpondemus ad propoſitam quæſtionem, Melchiſedec non fuiſſe Angelum, vel Spiritum ſanctū, vel Meſſiæ animam, ſed hominem, quia erat Rex Salem, & benedixit Abrahę: & cum Sacerdotio fungeretur, hominem ſe eſſe comprobabat, iuxta Pauli doctrinā: *Omnis,* inquit, *Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur:* pugnat enim Angelum ſe gerere pro Sacerdote. Quomodo item Angelus aut ſpiritus Meſſiæ aſſimilatus eſſet Filio Dei? nunquid ipſe Chriſtus aſſimilatur ſibi ipſi?

Quis fuerit Melchiſedec Vnde conſtet eum hominẽ fuiſſe, nõ Angelum, non Spiritum ſanctum, vel animā Chriſti.
Hebr. 5.

Deinde ſtatuendum, Melchiſedec, non fuiſſe nomen eius proprium, vt Abulenſis Epiſcopus, & Caietanus aſſerunt. Et ſi vera eſſet Hebræorum traditio, quòd Sem primogenitus Noë fuerit Melchiſedec. Deinde, quia nomen, Melchiſedec, venit commune omnib⁹ Regibus qui in Salem imperabant. Interpretatur enim Rex Salem, vt ait Apoſtolus. Tertiò confirmatur: quia ſimiles eiuſmodi voces, nomina ſunt principum, & Regum, quæ ex ciuitatibus, quas regebant, accipiebant: vt Adoniſedec Ioſue 10. qui erat Rex Ieruſalem, & interpretatur Dominus Salẽ, & Adonibezec Iud. 1. Domin⁹ oppidi bezech, & Abimelech, erat Rex Geraræ Gene. 20. Et quemadmodum Cæſaris nomen commune erat Romanis Imperatoribus, & Abimelec Regibus Geraris, & Pharao Ægypti Imperatoribus; ita Melchiſedec cognomentum Regum,

Quod nomẽ Melchiſedec non fuerit propriū, ſed commune.
Abulen. in c. 14 Geneſis.
Caietan. in Pſalm. 109.
Geneſ. 5.
II Ratio.
Tertia.
Qui Reges in Scripturis à locis quib⁹ præerant, ſortiti ſint nomina.
Ioſ. 10.
Iudic. 1.
Geneſ. 20.

NominaRegum cū eorū

qui

ſucceſſoribus communia quædam,& alia propria in edec deſinentia.

Geneſ 4. 1.Reg 21. & ſæpè deinceps in hoc libro, & alibi. Iudic. 9.

qui imperabant in Salem. ¶ Non eſt tamen negandum, interdum hęc nomina propria eſſe, vt Tubal-cain, Geneſ. 4. Abimelech Sacerdos, 1. Regum 21. & Abimelech, filius Ieroboal, Iudicum 9. ſicut & Ptolomæus cognomentum fuit aliquando Regum Ægypti, poſteà tamen fuit proprium quorũdam nomen.

Vnam tantũ eſſe dictionẽ Melchiſedec non plures.

Non eſt autem legendum Melchiſe-dec, quaſi duæ ſint dictiones, ſed vt vna ex duabus vocibus compoſita: quemadmodum Adoniſedech, Abimelech, & Achimeleh.

Qua ratione Melchiſedec filium Noe primogenitũ Sem fuiſſe Iudæi tradant.

B. Hier. epiſt. 126. circa med to 3. non longè à prin. Geneſ. 21.

An verò hic Melchiſedec ſit idem qui Sem primogenitus Noë, dubium eſt. Certè traditio Hebræorum id apertè docet, vt tradit Hieronymus in epiſtola ad Euagrium: cui etiam ętatem conuenire ex ęo probant, quia vita Sem producta fuit ad triginta quinque annos poſt genitum Iſaac ipſi Abrahæ: & illo tempore potuit illa hiſtoria Geneſ. 14. enarrata eueniſſe.

Sem filium Noe alium à Melchiſedec fuiſſe, contra Iudæos.

Egeſippus B. Epiphan.

Sed hęc traditio multis nõ placet. Nam Egeſippus Melchiſedecum hominem fuiſſe Chananæũ aſſeuerat: & Epiphanius hæreſi 55. in Melchiſdechianos, rediculos, & vanos, vocat Samaritanos, qui Sem crediderunt eſſe Melchiſedec: & vrget quod ad tempora Abrahæ, & Melchiſedec peruenire non poterit, enumerando ex Scripturis annos Sem, & Melchiſedec, atque Abrahæ. Certè decimus narratur Geneſ. 11. eſſe Abraham Melchiſedeco. Recenſet prætereà parentes eius: nam pater, dictus eſt Heradas, mater Aſtaroth, vel Aſteria, & erat filius indegenatum in campeſtribus regionis ſalis habitantium: non ergo Noë potuit eſſe eius pater, ſicut fuit Sem.

Geneſ. 2.

B Hier. epiſt. prædicta.

Hieronymus quoque ad Euagrium ex ſententia Euſebij Cæſarienſis, & Euſtathij Emiſſeni, & Apollinaris. *Melchiſedec*, inquit, *homo fuit genere Chananæus.*

II. Ratio.

Adhæc Ioſephus libro primo Antiquitatum, cap. 12. ſi Sem fuiſſet Melchiſedec, eius rei meminiſſet, & ſilentio nõ ſuppreſſiſſet, cùm de iuſtitia, & ſanctitate celebretur in Scripturis, & hoc ad progenitorum gentis Iudaicę gloriam ſpectaret.

Tertia.

Tertiò, ſi id verũ eſſet, aliquo modo Apoſtoli ratio debilitaretur. Nam Sem non fuit ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, etiam in Scripturis.

Quam illud leue pro Iudæis: Melchiſedechi ita nominati, nõ ſimpliciter, ab Scripturis genus ignorari.

Nec obſtat, ſi quis pro illa traditione tuenda dicat, ſaltem ſub nomine Melchiſedechi carere patre, & manere, & genealogia: quia hoc debile efficeret argumentum Pauli, & multò plus eſſet ἀπάτωρ, & ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, ſi fuiſſet Chananæus, qui nec ſub proprio, nec ſub communi nomine parentes, & genealogiam habere diceretur.

Quarta.

Quartò, probabile eſt valdè, totam Palæſtinam eo tempore poſſeſſam, ac detentam à Chananæis, & Amorrhæis, qui Sem, & eius filios ille parte mundi, quam per ſortem acceperant, ſpoliauerant: quemadmodum egregiè docet Clemens libr. 1. Recognit. vbi docet, Deum filijs Iſraël reſtituiſſe terram Chanaan.

B. Clemens Rom.

Epiphan. in hæreſ 66. ſub finem.

Noe poſt diluuium, filijs ſuis Sem, Cham, & Iapeth vniuerſam terram diuiſiſſe ſecundum Epiphanium.

Quin Epiphanius contra hæreſim Manichæorum tradit, Noë poſt diluuium prope fluuium Rhinocorutam orbem terratum in tres partes diuiſiſſe, ac Semo, Chamo, & Iapetho tradidiſſe, patremque iureiurando filios adegiſſe, vt quilibet ſe ſua forte cõtentum futurum promitteret, & nemo alterius locum inuaderet. Igitur cum Aſia forte ſuper Semum ceccidiſſet, Africa verò ad Herculeas columnas, & Gadiram cum Ægypto, & Æthiopia ſuper Chamum, Europa verò cum inſulis omnihus adiacentibus, in Iapethum; Chanaan tamen filius Cham offenſus terra Ægypti, quia nimis calida erat, totam Palæſtinam cum filijs ſuis occupauit, & ipſe manſit in Iudæa, vbi genuit vndecim filios ſuos, qui omnem illam terram ad Sem, & filios eius ſpectantem, paullatim poſſederunt, vſquequò per populum Dei vocatum, ex Ægypto eiecti ſunt.

Geneſ. 9.

Quòd ſi Chananæi vniuerſam terram promiſſam occupabant, quomodo vereſimile ſit, Semum, cui obtigit tota Aſia, ibi ſolum manſiſſe, & in medio hoſtium ſuorum regnaſſe? Nam iſtæ ſunt illæ iniquitates Amorrhæorum, quæ nondum completę dicuntur tempore Abrahæ, vt eius poſteris reſtitueretur illa terra.

Quarti dubij diſſolutio.

Melchiſedec an autor cœlibatus Sacerdotum extiterit.

Ad quartam dubitationem, an videlicet Melchiſedec cœlibatum Sacerdotum noui Teſtamenti inſtituerit; ac proinde iure diuino Chriſti Sacerdotibus annexum, vt quidã nouus autor magis piè, meo quidẽ iudicio, quàm ſolidè aſſerere eſt auſus, Reſpondendum eſt, nullis id Scripturis, aut ſolidis Patrum teſtimonijs euinci poſſe.

Prima ratio in contrarium.

Non enim ob id quod dicitur Melchiſedec ſine patre, & matre, & ſine genealogia, idcirco inconiugatus fuit ac cęlebs, aut filios non ſuſtulit.

II. Ratio.

Et veriſimile eſt, tantum vitæ ſanctæ teſtimonium Scripturam ſacram non ſuppreſſiſſe, ſi verum extitiſſet. Adde, quòd Machabæi principes erant, & ſummo fungebantur Sacerdotio, non proptereà tamen cœlibes erant, quia ex proprijs vxoribus filios ſuſtulerunt. Ita ergo non repugnabat Melchiſedec coniugium, aut filiorum generatio.

III. Ratio.

Suidæ de Melchiſedec.

Prætereà vt concedamus illum cœlibem vixiſſe, & inconiugatum; id enim tradit Suidas his verbis: *Melchiſedec, Sacerdos Dei, Rex Chananæorum.*

Is vr-

vitæ ſanctitate teſtimonium.

Is vrbem in Sione monte condidit, Salemq; dixit, hoc eſt, Ειρηνόπολιν, Pacificam: in qua cùm regnaſſet annos 113. obijt vir iuſtus, & virgo, ſiue vt Græca habent ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος, id eſt, Obijt iuſtus, & per omnem ætatem caſtus. Hęc ille. Non tamen propterea inde ſequeretur, quòd ille ſuo exemplo arctare vniuerſos Sacerdotes ad cœlibatum tempore Chriſti potuiſſet. Si enim Chriſtus ipſe Dei filius, & noui Teſtamenti Sacerdos, ſuo virginitatis exemplo ad colendam continentiam non compulit, ita vt Diuini ſit iuris, minimeque diſpenſabilis: neque rurſus Apoſtoli, quorum aliqui inconiugati extiterunt, alij verò dimiſſis vxoribus quas habebant, ex mutuo vtrinſq; conſenſu vllam cęlibatus legē nobis præſcripſerunt. Quanto minus eſt veriſimile, Melchiſedecum legis Naturę Sacerdotem, nobis continentię legem ſuo facto poſuiſſe? Nam etſi omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio; non tamen mandatū, aut præceptum. Nam Chriſtus ſuo quadraginta dierum ieiunio legem in Quadrageſima ieiunandi tanquam iure Diuino præceptam, non perſcripſit, cùm lex ſit Eccleſiaſtica, & diſpenſari in ea poſſit, quanquàm Chriſti factis, & Apoſtolorum vitæ ſit conſonum. Hoc tamen verum eſt, & ſolidum, quòd ſi Melchiſedec per totum vitæ tempus caſtus permanſit, quod eius caſtitatis, quam præſtituri erant Noui Teſtamenti Sacerdotes, qui ritu Melchiſedec ſacrificant incruētam hoſtiam offerentes, figura, & typus extiterit, nō tamen propterea efficitur, vt iuris ſit Diuini, ne dicamus, Græcos Sacerdotes vxoratos in ius Diuinum peccare, & Eccleſiam; quæ tot annorum ſpatio illos in cōiugio tolerauit, erraſſe. Etſi non ſit inficiandum, lege ipſa cœlibatus maximè ornari, ac decorari Sacerdotium. Vnde veteris legis Sacerdotes, dum miniſtrarent, à congreſſione vxorum abſtinebant: & Poeta Ethnicus dixit:

Nam omnis Chriſti actio eſt præceptū.

Matth. 4.

Quid cœlibatus Melchiſedec, ſi cū ſeruauit, perpetuus indicaſſet.

Græcorū incōtinentia Sacerdotum ſi eſſet iuri Diuino contraria quid inde

Qualis veterū continentia Sacerdotum.

Vir. 6. Æneid. à medio.

Quique Sacerdotes caſti, dum vita manebat.

Quòd verò veteres Theologi factum Melchiſedec ſine patre, & matre, & genealogia ad Eccleſiæ Sacerdotium accommodarūt, & argumentum ſumpſerunt, in deligendo Epiſcopo, vel Sacerdote, non eſſe ſpectandam generis nobilitatem, aut maiorum imagines, & ſtemmata, ſed ſanctimoniæ, & virtutum dotibus ornatos duntaxat ad hāc dignitatis arcem eſſe prouehendos: ſanctè profectò eſt ab illis conſideratum, & nobis per eos inculcatum, & Papa Leo grauiſſimis id verbis expreſſit. Cum huius, inquit, diuini Sacerdotij Sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & ſanguis creauit, eligitur, ſed ceſſante priuilegio patrum, & familiarum ordine prætermiſſo, eos rectores Eccleſia accipit, quos Spiritus ſanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuerſitas Sacerdotalis, atque regalis eſt, non prerogatiua terrenæ originis obtineat vnctionē, ſed dignatio cœleſtis gratiæ gignat antiſtitem. Hæc ille. Certè Imperator Alexander Māmeas, vt tradit Lampridius, vbi aliquos voluiſſet vel rectores prouincijs dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, adhortans populum, vt ſi quis quid haberet criminis, manifeſtis indicijs probaret. Quòd ſi deficeret in probatione cōtra eum, quem criminatus erat, capitis pœnam ſubiret. Dicebatque graue eſſe, cùm id Chriſtiani, & Iudæi facerent in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt, Prouinciarum rectoribus, quibus fortunæ hominum committuntur, & capita, idē non fieri. ¶ Dolēdum ergo eſt, in quibuſdam prouincijs non alios elegi, quàm qui nobilitatem probare poſſet, etiā ſi minimè doctrina, & virtute polleant: quare qui ſecus faciunt, acceptionis perſonarum vitium admittunt, & Deum ipſum cogere videntur, vt partes Epiſcopis, & alijs Eccleſiæ miniſtris neceſſarias nōniſi carnis nobilitate fulgentibus tribuat. Recedunt etiam à Chriſti exemplo qui pauperes, humiles, & cōtemptos homines ad excelſos Eccleſiæ gradus euexit. Pauli quoque doctrinæ aduerſatur, qui dixit: Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi potentes, nō multi nobiles, & reliqua. Deberent pręterea Epiſcopi, & Abbates, & qui ad pinguia Sacerdotia promouentur, nepotes, aut fratres, & conſanguineos aut non habere, aut non agnoſcere. Nā etſi pauperibus cōſanguineis liceat ſuppeditare eleēmoſynas, quibus vt pauperes alantur: non tamen ſine magno ſcandalo, & graui Dei offenſa ditare illos poſſunt aut amplis mūdi titulis pecunia redēptis illuſtrare, & quod peius eſt, & cū maiori ſcādalo cōiunctum, ſi Epiſcopi, & Sacerdotes ſuos ſpurios, & nothos ad diuitias, & amplos ex patrimonio Chriſti reditus euehāt.

Ex eo quod Melchiſedec inducitur ſine patre, & matre, & ſine genealogia, cuius maxime rei in electione Pontificum habēdam rationē intellexerint Patres.

Leo Pap ſer. 2 in anniuer ſar de aſſum.

Quales meritò debet Eccleſia rectores accipere.

In creādis magiſtratibus. Mãmeas Imperator, quē morem obſeruaret.

Eundem ſanè laudabilem Chriſtianorū ille, & Iudęorū confirmabat exemplo.

Ille alter quorundā populorum tantū nobiles, tam etſi ineptos & imperitos, eligēdi mos, quam ſit & æquitati, & Chriſti facto & Pauli doctrinę diſſentaneus.

1. Cor. 1.

Bona Eccleſiarū ab Epiſcopis, & Abbatibus citra ſcandalum quibus mini me diſpenſanda.

Abuſus Epiſcoporū hac parte grauiſſimus notatur.

Ad quintam dubitationem, expēdenda ſunt Apoſtoli verba, & quæſtio propoſita, quomodo fuerit ſine parētibus, & genealogia, diſſoluēda. Primum ergo ille, Rex fuit, vt nomen eius indicat. Malchi enim, interpretatur Rex meus, & Chriſtus quoq; Rex fuit, in cuius perſona ait Propheta: Ego conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion mōtem ſanctum eius: nec dubitauit Apoſtolus in He-

IV. ſolu. quę. De ijs, in quibus Chriſtū Melchiſedec præfigurauit. 1. Typus in Regno Malchi quid ſoner.

Pſalm 2.

in Hebræarum vocum etymologijs, & ſignificatis allegorias deliteſcentes quærere: quod mirandum non eſt, quia ad literã hęc interdum fiunt. Vnde Iſaac nato, alludens ad nomen eius mater, dixit: *Riſum fecit mihi Deus, & quicunque audierit, corridebit mihi.* Et Eſau de fratre ſuo Iacob teſtatus eſt: *Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob; ſupplantauit enim me in altera vice*, reſpiciens ad ſignificatum Iacob: & Abigail de Nabal: *Secundùm nomen ſuum ſtultus eſt.* Angelus etiam reddens rationem nominis Ieſu: *Ipſe enim*, inquit, *ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Alluſiones Scripturarũ ad nomen aliquot. *Geneſ. 21. Infra 27. Suprà 25. 1. Reg. 25. Matth. 1.*

II Typus in Sacerdotio.

Deinde fuit ille Sacerdos Dei ſummi, ſiue altiſſimi: nondũ enim ſuo ſecula inuecta fuerat idololatria: ita Chriſtus Sacerdos eſt ſecundùm ordinem Melchiſedec: nec tantùm Rex, ſed etiam Rex iuſtitiæ. Ita enim interpretatur ſedec. Ita de Chriſto dicitur: *Regnauit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra:* non tantũ quod ipſe iuſtus extiterit, ſed autor omnis noſtræ iuſtitiæ, de quo Propheta: *Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtitia noſtra* (ita enim habent Hebræa) hoc eſt cauſa, & fons vniuerſæ noſtræ iuſtitiæ. Adhæc fuit Rex ciuitatis Salem, quæ vox ſignificat pacem: quia ſe nato fecit prædicari per Angelos pacem hominibus bonæ voluntatis, & dum vixit, legem charitatis prædicauit, quæ pacis mater eſt. Et moriturus legatum de pace teſtatus eſt, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis.* Morte quoque ſua pacificauit ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Suſcitatus à morte pacem obtulit, & pacem prędicari ijs q̃ lõgè, & ijs qui propè ſunt, fecit.

Sedec quid. *Ierem. 23. Ibid 6.* Chriſtus vt ſit iuſtitia noſtra. III. Typus, in pace per Salem ſignificata. *Luc. 2. Ioan. 14. Coloſſ. 1. Epheſ. 2.*

Videtur autem Hieronymus dubius in epiſtola ad Euagrium, an Salem, & Ieruſalem idem ſint, an non.

Hieronym. epiſt. 126. *Pſalm. 75.* Salem, & Ieruſalem non eſſe diuerſa.

Sed cum Pſal. 75. Salem dicatur Dei habitatio, ſicut Sion, & Ieruſalem, videtur vna & eadem eſſe ciuitas. Sciendum tamen, duplicem fuiſſe Salem, & vtramque à Melchiſedec conditam, alteram pro ſacrificijs, alteram verò pro ablutionibus prope vrbẽ Sichimorũ iuxta Iordanem: quæ apud Iordanem dicitur Salem, & eius Gen. 14. mentio fit. Et certè vtraque vicina erat. Porrò Hieronymus ad hanc ſecundam Salem Sichimorũ propè Scythopolim magis indicta epiſtola ad Euagrium, dicens: Salem, non, vt Ioſephus, & noſtri omnes arbitrantur, eſſe Ieruſalem nomen, ex Græco, Hebraicoque compoſitum: quod abſurdũ eſſe peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat; ſed oppidum iuxta Scythopolim, quod vſque hodie appellatur Salem, & oſtẽditur ibi palatium Melchiſedec, ex magnitudine ruinarum, veteris operis oſtendens magnificentiam: de quo in poſteriore quoque parte Geneſeos ſcriptũ eſt: Venit Iacob in Socoth, &c. & tranſiuit in Salem; ciuitatem regionis Sichem, quæ eſt in terra Chanaan. Et Epiphanius in Hæreſin. 55. prope initiũ: Erat autem hic filius indigenarum, illo tẽpore in campeſtri regione Sabę habitantiũ. Salem autem ciuitas vocabatur, de qua alij aliter prodiderunt. Quidam enim dicunt, ipſam, quæ nunc Ieruſalem appellatur, aliquando verò Iebus dicta eſt. Alij dixerunt aliam quandam Salem eſſe in campo Sicimorum, ex aduerſo eius quæ nunc Neapolis vocatur. Siue autem hinc, ſiue illinc, nõ longè diſtant loci. Hæc ille.

Duæ Salem memorãtur. *Geneſ. 14.* Cuius ciuitatis Rex dicatur Melchiſedec, Hieronymi ſententia. *Ioſeph lib 1. c.* Ieruſalem (vt dixit Ioſephus) non eſſe nomẽ ex Grę co, Hebraico que compoſitum, quid oſtendat. *Geneſ 33.* *B. Epiphan.*

Qua ratione Melchiſedec fuerit, ſine patre, & ſine genealogia.

Iam dicendum, quomodo abſque patre, & matre, & genealogia extiterit, initioque dierum atq; fine caruerit: quod non facilè eſt intellectu. Nam difficultatẽ habet, quomodo poſſit applicari tum ipſi Melchiſedeco tum Chriſto Filio Dei, cum cõſtet ex Epiphanio, Melchiſedecum patrem, ac matrem habuiſſe. Nã ſi homo fuit, vt erat, certè principium, & finem vitę habuiſſe indubium eſt. Dicitur tamẽ his omnibus carere, quia Scriptura parẽtes eius, & genealogiam non expreſſit, neque quando cępit eius Sacerdotium, aut quando ceſſauit, declarauit. Sed hoc Diuino conſilio factum creditur, vt in eo quaſi in typo deſcriberetur Chriſti Sacerdotium. Quemadmodũ enim infans à parentibus expoſitus, & pro derelicto habitus, ſine patre, & matre habetur, eo quòd eius parentes omnino ignorantur: ita Scriptura, quæ nomina progenitorum, & illuſtrium virorum diligenter enarrare cõſueuit, cũ hoc loco illud prętermiſerit, & nullũ ætatis ſuæ tempus pro more aliorũ deſcripſerit aſſerit, Melchiſedec ſine patre, & matre, & ignoti generis, & ignoti tẽporis fuiſſe, quando ſcilicet cœpit, aut ceſſauit.

Epip. in Hær. 55. in princ. Ignoti generis Melchiſedec myſterium. Simile. Mos Scripturarum. *Geneſ. 14.*

Refert verò idem Epiphanius ex Iudęorum ſententia: Iudæi rurſus dicunt, ipſum eſſe iuſtum, & bonum, & ſacerdotem Altiſſimi, velut diuina habet Scriptura. Verùm eo quòd filius ſit ſcorti, dicunt, matrem ipſius non ſcriptam eſſe, neque patrem ipſius noſci. Cõcidit autem & horum delirus ſermo. Nam & Rahab meretrix eſt, & ſcripta eſt: Et Zãbre, qui ſcortatus eſt, ſcriptus eſt: & Chaſbite cum ipſo, etiãſi aliena ſit, & non de genere Iſraël exorta. Affirmauit etiam illud Suidas in verbo Melchiſedec, dicens: *Genealogia verò eius non explicatur, quòd prorſus non eſt de Abrahami ſemine, ſed genere Chananæus, & ex deteſtabili ſatu oriundus, quamobrem genealogia honore caret. Minimè namque decuiſſet, eum, qui ſumma iuſtitia compos eſſet, cum ſumma iniuſtitia prædita familia coniungi.*

Ioſu. 2. Num. 25. Cur inconueniens fuiſſet Melchiſedechi, ſi filius meretricis fuit, exprimi genealogiam teſte Suida. *Suidas.*

Natione

Melchiſedec natione Chananæũ fuiſſe vnde probet Suidas.

Natione autem fuiſſe Chananæum, cum eo clarũ eſt, quòd in climate Chananæo regnauit, & quod improbiſſimus Sodomis vicinus fuit; tum etiam quòd Salem, cuius Rex erat, celebris illa eſt Ieroſolyma. Quæ verba omnia habentur etiam in Oecumenio hoc loco.

Oecum. c. 9. ante med.

Iudic. 1. Geneſ. 38. Matth. 1.

Sed reuera, cùm nihil extet in Scriptura, quod teſtetur eum ex deteſtabili ſemine exortum, & tamen mẽtio fiat & Rahab meretricis, & Iephte ex ſcorto nati, & Phares, & Zarã de Thamar ſcorto natorum, & in genealogia Saluatoris hæc enarrẽtur, improbabile eſt Iudæorum commentum, & pugnat ſibi ipſis, qui ex traditione docent fuiſſe Sem; non igitur fuit filius Chan, nec ex deteſtabili coitu natus.

Vt fuerit Chriſtus ſine patre, & matre, & ſine genealogia, cũ aliter per Scripturam conſtet.

Luc 2. Matth. 1. Luc. 3. Micha 5.

Chriſti tã Diuina, quàm humana generatio quã fuerit ſingularis.

Eſai 53.

Iam verò quomodo hęc Chriſto poſſint cõuenire, perſcrutatione dignum eſt. Nam habuit Chriſtus Deum Patrem, & matrem Virginem, & patrem etiam Ioſeph: (*Ecce,* inquit, *pater tuus, & ego dolentes quærebamus te:*) & duplicem genealogiam ſatis latè contextam apud Matthæum, & Lucam: quanquàm patrem, & matrem habuit non aliorum hominũ more, qui & prius extitit ante matrem ſuam, & à diebus ęternitatis ipſe pręceſſit. Neq; genealogiam more aliorum hominũ habuit: quatenus enim Deus eſt, generationẽ eius quis enarrabit? quatenus verò homo eſt, nõ habet eam vt purus homo, quia vt Melchiſedec introducitur quaſi homo de cœlo lapſus, & eripitur ſine vlla enarrata morte, aut ſine ſucceſſione; vt intelligitur Chriſtus æternus Sacerdos, qui qua Deus, eſt ἀμήτωρ, qua homo ἀπάτωρ, nam Ioſeph pater eius verus non erat, ſed putatiuus: ideò ſubdit: *Aſſimulatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum:* in quo eſt ſimilitudo, quod & huius, & Chriſti initium, & finis ignorẽtur, negatiuè, eo quòd ſcripta non ſint; Chriſti verò poſitiuè, eo quod dicto modo patrem, aut matrem nõ habuerit. ¶ Hanc verò Sacerdotij æternitatem expreſſit Paulus, cum ait: *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Cognouit & Dauid, cũ dixit: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec.* ¶ At verò Lactantius lib. 4. ca. 13. in principio, ex Mercurio Triſmegiſto teſtatur, hæc epitheta, ἀπάτωρ & ἀμήτωρ, Deo ſoli conuenire, his verbis: *Ipſe enim Pater Deus, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ,* atque *ἀμήτωρ, à Triſmegiſto veriſſime nominatur, quòd ex nullo ſit procreatus. Idcircò etiam Filium bis naſci oportuit, vt ipſe fieret ἀπάτωρ,* atque *ἀμήτωρ. In prima enim natiuitate ſpirituali ἀμήτωρ fuit, quia ſine officio matris, à ſolo Deo Patre progeneratus eſt. In ſecunda verò carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam ſine patrio officio, virginali vtero procreatus eſt, vt mediam inter Deum, & hominem ſubſtantiam gerens, noſtram hanc fragilem, imbecillemq́; naturam quaſi manu ad immortalitatem poſſet educere.* Hæc ille, oſtendens etiam Deum ex illis epithetis. Et de his hactenus.

Pſalm. 109.

Fact. Firm.

Dei cur proprium ſolius ſine patre eſſe, & ſine matre, ſecũdum Lactantium.

Idem Filio Dei conuenire demõſtrat

DISPVTATIO XVI.

IN qua explicantur dubitationes quæ ſuper ſunt ex his quæ poſita ſunt in ſeptimum caput ad Hebræos.

Ad VI. dubi. De hiſtoria Abrahæ & Melchiſedec illi victori occurrentis.

NE prolixior redderetur diſputatio ac proinde minus plana, ac diſtincta, cõſultò abrumpere voluimus præſentis capitis dubitationes, & in hũc locum omnes eas quæ ſupererant expediendas ſeruare.

Geneſ 14. Infrà 17. Rom. 4. Geneſ. 12.

Diximus itaque ſuperiùs, Melchiſedec in multis typum geſſiſſe Saluatoris. Fuit enim Rex, & Sacerdos ſine parẽtibus, & genealogia: quæ ſunt iam explanata: Adijciẽda ſunt quæ ſuper ſunt. Nam vt Melchiſedec obuius factus eſt Abrahæ reuertẽti à cæde Regum; ita Deus iuſtificare volẽs Abraham, & patrem illum cõſtituere multarum gentium, vt in eum tanquam in ſpeculum, & exemplũ clariſſimum inſpiceremus, iuſſit illi primum egredi de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, vt veniret in terram, quam ei erat oſtenſurus. Ille verò morigerũ ſe pręſtans, peregrinus profectus eſt in promiſſam terrã Chanaan. Deinde propter famem deſcendit in Ægyptũ: vnde ſaluus ac opulẽtus reuerſus eſt ad Auſtralem plagam, & ſeparatus à Lot habitauit in terra Chanaã; vbi rurſus accepit Terræ illius promiſſionem, & mouit, tabernaculum ſuum iuxta Conuallẽ Mambre, quæ eſt in Hebron. Poſteà verò inita pugna fuit inter quinque & quatuor Reges. Cùm autem obtinuiſſent quatuor in quinq; & captiuum abduxiſſent nepotem ſuũ Lot; ipſe cum expeditis vernaculis 318. expugnauit quatuor Reges, & recuperauit nepotem, & omnẽ ſubſtantiam: & tunc illi reuertẽti occurrit Melchiſedec Rex Salem. ¶ Quę certè magni ſunt myſterijs referta. Siquidem in Abraham, doctrina ſignificata eſt, quam ad ſuſcipiẽdam primam iuſtificationẽ, à nobis Deus deſiderat: quæ eſt vt egrediamur de terra noſtra, & patris noſtri; hoc eſt, vt pœniteat nos naturalis conditionis noſtræ, in qua oẽs filij iræ naſcimur; & ingrediamur in terram nouam, quæ Chriſtus eſt, vel eius Eccleſia: ad quam accipiendam tanquã viatores, & peregrini accingimur, vt aliquãdo

Hebr 11. Geneſ. 20.

Suprà 13.

Ibidem.

Infrà 14.

Quid Abrahæ exitus de terra, & de cognatione ſua, & eiuſdẽ in Terrã promiſſam aduẽtus ſignificauerit.

Epheſ 2.

illam poſſideamus. Primò, enim per fidem in illam ingredimur, vt inde proficientes, in viſione aperta poſſideamus. Eſt tamen hoc cum aliqua pugna cum quatuor Regibus qui ſuperſunt, obtinẽdum, ſcilicet noſtris his ſenſibus, qui præcipui ſunt hoſtes noſtri. Quorum primus, eſt propriæ carnis dilectio, ſub qua ſerui naſcimur, & huic iũgitur Amraphel Rex Sennaar, id eſt, amor ſeculi: Tertius Arioch Rex Ponti, id eſt, Saturitas, & ebrietas: Quartus eſt Thadal Rex Gentium, id eſt, Dominandi libido. Hos deuicit Abraham peregrinus, ita vt eripuerit Lot captiuum. Lot ſignificat Inuolutum & colligatum: quales ſunt, qui amore terrenorum inuoluuntur, ne ſequi Ieſum expeditè valeant.

Eiuſdem pugnæ cũ quatuor Regib⁹, & victoriç de illis allegoria.

Quatuor Regum illorum nimirũ Chodorlahomor Amraphel, Arioch, & Thadal, Lot quoq; nominis ſignificatio.

Occurrit autem Melchiſedec, vt agnoſceret per quem victor euaſerit, & ei ſoli, nõ ſibi gloriam tribueret. Additur prætereà, quòd Melchiſedec Abrahæ benedixerit; cũ tamẽ eſſet Sacerdos, & qui tantam acceperat repromiſſionem: ſed ab illo qui publicum ſacerdotij munus gerebat, locumque Dei repræſentabat, benedict⁹ eſt. Ipſe quoque Melchiſedec accepit decimas ab eo de optimis & præcipuis: quod etſi Hieronymus ad Euagrium teſtetur tam obſcurè poſitum in Hebræo codice, vt vix poſſit intelligi quis cui obtulerit, an Abrahã Melchiſedeco, an Melchiſedecus Abrahæ; Paulus tamen manifeſtè aperit ſicut etiam Septuaginta, qui aiunt: *Et dedit ei Abraham decimam ex omnibus*. Qui autem decimam dat, profitetur ſe non eſſe Sacerdotem, cuius eſt proprium decimam accipere: nec tantum pro ſe, ſed pro nobis filijs ſuis, quos in lũbis habebat, decimas dedit. Nam vt pater illius gentis benedictus fuit ab eo & omnes filij eius in illo fuerunt decimati: Melchiſedec verò decimas accepit, qui non eſt annumeratus in genere ipſorum.

Abrahç victori cur obuios factus Melchiſedec.

Hier. epiſt. 125 tom. 3.

Vnde manifeſtum ſit, Abrahã dediſſe decimas Melchiſedeco, non ab eo accepiſſe: & quid eo facto ſit conteſtatus Abrahã.

Subdit: *Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha*. Hic, ſcilicet, Melchiſedec propter qualitates quæ ſunt in eo, & in Chriſto, cuius typum gerit. ¶ Et aſſeritur de præcipuis decimas obtuliſſe: quia pręcipua danda in decimis dicuntur Numer. 18. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini, ſeparabitis, optima, & electa erunt cuncta. Ideò peccauit Cain, qui rectè obtulit, ſed non rectè diuiſit, dãdo Deo deteriora, Geneſ. 4. ſecundùm lectionem 70. Interpretũ. ¶ Et Intueri, eſt allegoricè tractare Scripturas. Vnde Chryſoſtomus: In paucis, inquit, totam narrationem poſuit, & myſticè eam contẽplatus eſt. Cui, inquit, patriarcha ipſe Abraham, quem vos pro principe habetis, dedit decimas de præcipuis, quæ ἀκροθίνια dicuntur, Si autem per, κακροθήνια legãtur, intellige exuuias, ſiue manubias, & ſpolia ab hoſtibus detracta: priorem tamẽ lectionem habent exemplaria Græca. Et licèt filij Leui habeant accipere decimas à populo (vbi videtur totam tribum Leui conferre cum Melchiſedeco, in hunc modum: Cùm Leuitis Deus conceſſerit ius exigendi decimas à populo, Iſraëlitis omnibus eos præfecit, licet ex eodem parente eſſent omnes progeniti: atque Abraham qni omnium eſt pater, Sacerdoti alienigenæ ſoluit decimas: ergo omnes Abrahæ poſteri huic Sacerdoti ſunt ſubiecti: Ita ius illud reliquit, quod in fratres dclatum eſt Leuitis: ſed Melchiſedec ſine exceptione Deus in omnes præfecit) ſed intellige per populum fratres ſuos: quæ expoſitio non caret ſuo pondere quia maius eſt fratres eſſe quàm populum: quanquàm & ipſe de lumbis Abrahæ exierit, vnde & Leuitæ exierant.

Quare de pręcipuis decimas dederit Abrahã Melchiſedeco.

Num. 18.

Oblatio Cain cur mala, & minime Deo grata.

Eccleſ. 4.

Intueri hoc loco quid myſticè.

B. Chryſ. ho. 12 ſub init. to. 4 circa fin.

Illud: De præcipuis, bifariam accipi poteſt.

Melchiſedechi cum Sacerdotibus Leuiticis cõparatio.

Quia popul⁹ Leuitis decimas dat.

At ratio, ob quam Iſraëlitæ Leuitis pendebant decimas, duplex erat; altera, quia Leuitę filij erant Abrahę, cnius ſemini promiſſa erat terra: Et quia portio nulla terræ illis obuenit, compenſatio per decimas fiebat. Altera eſt, quia in Dei cultu, & publico miniſterio Leuitæ occupabantur; idcò æquum fuit communi illos populi ſumptuali. Sed propter nullam harum cauſſam dedit Abraham decimas Melchiſedeco, ſed gratias agens Deo de victoriæ beneficio in bello partæ: & vt profiteretur Abraham, quòd Melchiſedec honoris gradu illum præcederet.

Rationes duæ cur Leuitæ ab Iſraelitis decimas deberent accipere.

Decimæ Leuitis quando per legem. *Leuit. vlt. Deut. 14.*

Illud quoq; perpende, decimas tantùm prædiales in Lege mandatas fuiſſe, non autem perſonales ex militia, vel mercatura: & tamen Abraham ex ijs quæ vti miles bello comparauerat, decimas pendit. ¶ Arguit ergo: Si Abraham, qui ſuperior eſt omnibus, inferior eſt ipſo Melchiſedeco: ergo Melchiſedec honorem ſuum obtinet, & Leuitis eſt præferendus: quia quod Abraham Deo propter partam victoriam debebat, Deo ſoluit per manum Melchiſedec. *Et hunc qui habebat repromiſſiones, benedixit*. Id eſt, illi ad quem factę erant magnę de Meſſia promiſſiones, benedixit. In quibus verbis videtur extuliſſe, Abraham amplificaſſe, vocando eum patriarcham, quò magis exinde extolleret Melchiſedecum.

Cur Abrahã Paulus patriarcham appellauerit.

Et ſequuntur verba, de quibus ſeptimo loco dubitatum fuit: *Sine vlla autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur*. Græca apertius babent: A maiori benedictionem accipit. Et argumentatur à communi omnium conſenſu, qui videtur oriri

Ad 7. dubit. Idem illud: Sine vlla autem cõtradictione quod min⁹ eſt, meliore benedicitur, vt probaret Abra-

ab ipſa

hã maiorem eſſe Melchiſedec, quare protulerit.

ab ipſa natura. Durum videbatur Hebræis, audire, quòd homo Chananæus, & alienigena, maior eſſet Abraham, & difficile creditu erat, ideò voluit certo, & indubitato dicto confirmare, aſſumpta egregia quadã, & vera ſententia.

Quod genus ſententiæ illud ſit.

Sunt autem ſententiæ duplicis generis: aliæ enim Græcis dicuntur, γνῶμαι, & ad mores pertinent; aliæ naturam rei explicãt, & vocantur κρίσεις: & huius generis eſt præſens ſententia.

Si omnino quod minus eſt, à maiori benedicitur quomodo nos Deo benedicimus?

Poſſet tamen aliquis inſtantia eam perimere. Nos enim benedicimus Deo, & tamen nemo Deo maior. Simeon quoq; longè inferior Ieſu, & Maria, illis benedixit. Sed facile eſt ad hoc reſpondere. Nam aliud genus benedictionis eſt, quo nos Deo benedicimus, aliud quo ille nobis benedicit. Noſtra enim benedictio aliud nõ eſt, quam quædam acceptorum beneficiorum cõfeſſio, & gratiarum actio: illa verò qua Deus nobis benedicit, eſt beneficiorum collatio.

Dicere Dei quale ſit, atq; benedicere.

Vt enim dicere Dei, eſt facere, ita benedicere Dei eſt benefacere. Et talis eſt Sacerdotum benedictio, qui loco Dei benedicunt. Ideircò turpe eſt & præpoſterum inter Sacerdotes minorem maiori benedicere; niſi cùm maior, vt Papa, alteri minori ſponte ſubditur, apud quem peccata confiteatur. Simeon verò Sacerdos cùm ſummam Dei Patris perſonam ſuſtineret, vt maior infante Chriſto, & matre eius, debuit benedicere.

Qualis fuerit Ieſu, & Mariæ benedictio Simeonis exhibita. Quomodò Melchiſedec ſe ſanctiori Abrahamo, ac ideo ſe maiori ſit auſus benedicere. Prouerb. 16. Impropria quænam ſit, quæ propria benedictio.

Si verò quis arguat & obijciat, Abraham maiorem extitiſſe charitate, quàm Melchiſedec, & hic potius debuit benedictionem ab Abraham accipere, nõ Abraham ab eo: Reſpondendum eſt, hic non agi de eo qui maior, vel minor eſt meritis perſonalibus, quia cùm iſta ignota nobis ſint, nunquam cognitum haberemus quis alteri benedicere deberet, cùm Spirituum ponderator ſit Dominus. Et cùm inter ſpirituales quiſque ſe alteri pre modeſtia benedicendum ſubijceret, quod eſſet confuſio: idcircò de maiori, vel minori gradu in diuerſis Eccleſię gradibus, vel ſtatibus eſt ſermo. In illis enim ſemper qui maior eſt, alijs benedicit.

Si Rom. Epiſcop⁹ ſit omni vl a controuerſia omnibus maior eſt, vt quid à ſe minori Epiſcopo Hoſtienſi benedicitur? 1. Cor. 10. Dominici corporis, & ſanguinis benedictio Sacerdotis qualis.

Si rurſus vrgeas, Epiſcopum Hoſtienſem Epiſcopo Romano benedicere: reſpondeo, admittendo benedictionem illam ſolitam, qua Epiſcopus Hoſtienſ. benedicit Epiſcopo Romano, ſed nõ vt Pontifici, ſed vt electo Paulo, vel Iulio, vel Gregorio quia ordine maior eſt eo, ſed minor iuriſdictione. Nos quoque benedicimus ſanguini Chriſti, iuxta illud: *Calix benedictionis cui benedicimus*: aut potius aſſerẽdum, quòd benedicimus calici vt ſanguis Chriſti fiat: quam ipſi ſanguini iam conſecrato? Aut ſiquidem ſanguini Chriſti benedicimus, id tamen vt inſtrumenta, & miniſtri Dei, qui maior eſt ſanguine Chriſti. Et idem de benedictione corporis eius intelligendum.

Quid ſit benedictio: quibus conſueta quomodo olim adhiberi ſolita. Num. 16. Geneſ. 28. Infrà 48. Luc. 24.

Eſt igitur benedictio, ſolennis precatio, quia is qui præditus eſt inſigni, & publico honore, priuatos, & ſuæ adminiſtrationi ſubiectos homines Deo commẽdat. Et ita Sacerdotes populo benedicunt Numer. 6. parentes ſuis filijs, vt Iſaac benedixit filio ſuo Iacob, & hic de ſuis nepotibus. ¶ Fiebat autem cum ceremonia eleuationis manuũ: vnde Dominus Ieſus aſcendens, eleuatis manibus ſuis benedixit.

Melchiſedec, in eo quod in Abraham decimas ab illis accepit, etiam Leuitis eſſe maiorem & excellentiorem.

Et hic quidam, decimas morientes homines accipiunt; ibi autem conteſtatur quia viuit. Excellentiam Melchiſedec adhuc amplificat præ Leui. Probauit enim ex benedictione Abrahæ data, maiorem fuiſſe Melchiſedecum; idem nunc probat ex ratione decimarum, hoc modo: Dignior eſt qui accipit decimas, quàm qui dat; ſed Melchiſedec accepit, Leui autem dedit in Abraham, in cuius lumbis erat; ergo Melchiſedec maior Leui.

Quid hoc loco morientes homines Apoſtolo. Oecum. c. 9. in fin. Pſalm. 109.

Et vox, Hic, aduerbium eſt, non relatiuum, & opponitur ſequenti aduerbio, Ibi. Hic, ſcilicet in lege, Ibi; videlicet, tempore Melchiſedec, Geneſ. 13. ¶ Et morientes homines, vocat Leuitas morti obnoxios, qui decimas ſuſcipere ſolent. ¶ *Conteſtatur* (ſcilicet, ſacra Scriptura de Melchiſedec) *quia viuit.* Quia non legitur eius mors, vel ſucceſſor in Sacerdotio, vt Oecumenius ait. Quòd enim maneat Sacerdos in æternum, vt dixit, ex Scriptura teſtimonium accepit, nempè, cùm dixit: *Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec.* Et ita Paulus verba Moyſis Geneſ. 14. & Pſalm. 109 ponderat. ¶ Vel modus Leuitici Sacerdotij ceſſauit apparẽte veritate; & ideò mortui ſunt Sacerdotes Leui, viuit autem Sacerdotium Melchiſedec.

Qualis hæc phraſis: Decimas accepit Leui.

Et (vt ita dictum ſit) *per Abraham, &* (pro, Etiam) *Leui, qui decimas accipit, decimatus eſt.* Decimas accipit, ſcilicet Leui, dixit, pro accipere ſolet, vel ius habet exigendi decimas.

Geneſ. 3. Rom. 5. Leuitę quanto inferiores Melchiſedeco.

Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedec. Senſus eſt: Vt impropriè aliquid loquar, quid tamen etiam verum eſt, in Abrahamo etiam Leui, ad quem ſpectat ius decimarũ, decimatus eſt: ſicut nos omnes eramus in lumbis Adæ, quãdo peccauit: ideò Apoſtolus Rom. 5. dixit: *In quo omnes peccauerunt.* Et propterea Leuitici Sacerdotes poſſunt veri laici haberi, ſi conſe-

quatenus imperfecta.

(nam lex quælibet ſub aliquo Sacerdotio, quo populus expietur, vt ſit legis capax, eſſe debet) nõ ergò opus fuit alium ſurgere Sacerdotem. Deinde legis tranſgreſſiones eodem Sacerdotio erant auferendæ: nam illa lex quatenus Dei erat, & moralia præcipiebat erga Deum, & proximum, expiationes non habebat, vt primò faceret populũ Deo peculiarem, & capacem vitæ æternæ, ac deinde poſſet auferre peccata. Impoſſibile enim eſt, ſanguine taurorum & hircorũ auferri peccata in Deum commiſſa: at carnis irregularitates & ignorantię tantùm eo Sacerdotio delebantur, quæ à lege Moyſis veniebant, & ad ceremonias, & iudicia ſpectabant. Apparente autem vero Sacerdote, & perfecto, populus eius peculiaria ſanctificatus eſt ab illa oblatione ſanguinis in cruce, & exortum eſt æternum Sacerdotium, quo deleri valeant nouæ tranſgreſſiones, quo adueniente, & illo antiquo in nouum tranſlato, Legis quoque tranſlatio fieri debuit.

Altera ratio perfectionis Leuitico Chriſti Sacerdotij.

Hebr. 10.

Vetus Sacerdotiũ Legis tranſgreſſiones quas tantũ aboleret.

Ad 8. dub.

De eo quod trãſlato Sacerdotio neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat.

Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Quia ſimul ſunt initiata lex & Sacerdotium: vnde & ſuperius dixerat, quòd Sacerdotio illi Leuitico data erat Lex vetus. Vt enim vetus Sacerdotium inutile erat ad expiãda peccata; ſic & inefficax erat Lex illi Sacerdotio annexa ad præſtandam veram iuſtitiam.

Quòd verò transferendum eſſet Sacerdotium vetus in nouum, ex illo loco Pſalmi centeſiminoni probare volens, addit: *In quo* (vel, In quem, vel, Is, de quo) *enim hæc dicuntur.* (ſcilicet quæ de Melchiſedec dicuntur. Et referuntur ad Chriſtum, qui eſt Sacerdos in æternum) *de alia tribu eſt.* Non de Leui, ſed de Iuda, de qua nullus altario præſto fuit, ſed bellis intenta erat, & primarium locum in prælio ſuſtinebat.

Tribus Iuda quod munus præſtaret.

Sunt autem illa tria coniuncta, ſiue coniugata, nempè Sacerdotium, lex, & ſacrificium. Vnde illud Malachiæ ſecundo: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius;* & Ieremiæ decimooctauo capite: *Non enim peribit Lex à Sacerdote, neq; conſilium à ſapiente, nec ſermo à Propheta.* Sacerdotes ergò eſſe non poſſunt ſine lege, & contra, lex ſine Sacerdotio. Adhæc Sacerdotiũ non eſt ſine ſacrificio, nec ſacrificium ſine Sacerdotio. Qui ergò inficiantur, Euchariſtiam eſſe ſacrificium, proculdubiò Sacerdotium de medio tollunt: ſicut qui Sacerdotium Euangelicum abrogant, magna dignitate ſacrificij Euangelicum Sacerdotium ſpoliant.

Sacerdotiũ, legem, & ſacrificium nõ poſſe diſiũgi. *Malach. 2.*

Ierem. 18.

Negantes Euchariſtiã eſſe ſacrificiũ quid faciant infelices.

Subdit: *Manifeſtum eſt enim quòd lex Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes locutus eſt.* Prioribus verbis octauum dubium expediuimus. Et intellige, neminem de tribu Iuda altario præſto fuiſſe, legitimè, & ex officio, etſi potuerit aliquis hoc ſibi vſurpare, ſicut ſcriptum eſt de Rege Oaia; qui ob id fuit vſque ad mortem lepra percuſſus. Quod ponderamus, vt intelligant laici, qui in Germania ſibi Sacerdotij munus vſurpant, quam horrendum crimen admittant, & quam atrox ſupplicium eos maneat.

Quomodo ex tribu Iuda nullo altario præſto fuerit.

2. Paral. 26.

Io Sacer ſe ſibi miniſterium arrogantes.

Iam ad nonum reſpondendum. Certum & conſtans fuit, Chriſtum Ieſum de tribu Iuda fuiſſe: in qua tribu (pro, Ad quam tribum) nihil de Sacerdotio Moyſes edixit, quicquid alter dicat libellus ille de legali Chriſti Sacerdotio, ex Suida deſumptus; quem egregiè confutat Ioannes Entennius Mechlinienſis ad finem commentariorum Euthymij in quatuor Euangelia. Nam Ioſeph, & beatiſſima Deipara ex eadem tribu Iuda extiterunt, nec eſt quouis modo concedendum, quod Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum importunitati hæreticorum dedit, B. Virginem ex paterna radice de tribu Leuitica fuiſſe. Non enim verè dici poſſet Chriſtus de tribu Iuda ſecundum carnem, & filius Dauidis, quoniam non matris, ſed patris familia, & tribus conſideranda eſt.

IX. ſol. quæſt.

Quid de libello cuiuſdã de legali Chriſti Sacerdotio ſentiendum.

B. Aug. li. 32. cõtra Fauſt. c. 9 to. 6.

Nequaquã Virginẽ Deiparam, quod ad lineã patris attinet, de tribu Leuitica deſcẽdiſſe.

Non autem venit Dominus de Ioſeph ſecundum carnem, ſed ſolum de B. Virgine, quæ ſi fuiſſet de tribu Leui, etiam Chriſtus ſecundum carnem de illa tribu extitiſſet. Fuit etiam Anna de tribu Leui, vt docent quædam hiſtoriæ: quanquam ex apocryphis libris quidam aſſeruerint illam pariter fuiſſe de tribu Iuda, ſicut etiã Ioachim pater Virginis ex eadem tribu fuit; quod verum eſſe non puto. Fuit enim Maria Ieſu mater, filia Ioachim, & Annæ ſororis Iſmariæ, quæ ſuſtulit Elizabetham, de qua & Zacharia natus eſt Ioannes Baptiſta: & ideò dicitur beata Virgo cognata Elizabethæ. Ac decebat quidem, Chriſtum ipſum ex vtraque tribu venire, Regia, ſcilicet, & Sacerdotali, quo nobis ſtatim detegeretur verus Rex, & verus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec.

Anna matris Chriſti mater de qua tribu fuerit, Ioachim Virginis parẽtem, de tribu Iuda vt quidã ſuſpicantur minimè fuiſſe.

Luc. 1.

Ibidem.

Et amplius adhuc manifeſtum eſt: ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedec exurgat alius Sacerdos. Aliam rationem tranſlationis inducit per ritum, hoc modo: mutato ritu proprio, & ſubſtantiali, transfertur Sacerdotium; ſed mutatus eſt ritus Sacerdotij Leuitici, id eſt, offerens hoſtiam cruentam, & ſurrexit nouus Sacerdos, offerens panem & vinum; ergò tranſlatum eſt Sacerdotiũ. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, inquit.

B. Virgo cur cognata Eliſabeth. Cur etiã ex tribu Iuda, & Leui Chriſtus deſcenderit.

Non ſolùm probat hoc Sacerdotium vtile, & efficax, ſed etiam in aduentu eius verus reprobari tanquam inutile, & cui ſocia aderat lex mandati carnalis, quæ nullum ad perfectum adducebat: non enim plures Sacerdotes diuerſi ordinis eſſe poterant. Nam ſi vnus ſatis erat, alter ſuperflueret: ſi neuter erat idoneus, tertius deſideratus fuiſſet.

Hebr. 7.
Nō potuiſſe niſi vnū tantùm lege eſſe diuerſi ordinis ſummum Sacerdotem.

Neque poteſt dici, ambos ſimul potuiſſe ſufficere, cùm inter ſe non conuenirent. Nam vnus erat ad tempus, alter in æternū; & ob id oportebat alterum diſſolui, & ceſſare, cùm per eum reconciliatio noſtri cum Deo non fieret.

Si ergò alius exurgat Sacerdos ſecūdùm ordinem Melchiſedec, qui ſcilicet eſt Rex iuſtitiæ, & pacis, liquidum illud, & manifeſtum fieret. ¶ Aſſignat igitur diſcrimen inter veteres, & nouum Sacerdotem: quòd illi ſecundùm illam legem, quę mandabet, vni tantùm carni, & vni populo ad tēpus data fuit, cuius finis erat carnale bonum; & ideò terminandam; at Chriſtus nouus Sacerdos ſecundùm virtutem vitæ inſolubilis, de qua: *Tu es Sacerdos in æternum*: ab Aarone temporali diſtinguitur.

Veterum Sacerdotum, & noui, id eſt, Chriſti differentia.

Pſalm. 109.
Hebræū verbū Laholam duo dicit.

Sed obijciet quis, Hebræo idiomate Laholam nō ſemper ęternitatem ſignificare, ſed longū tempus, vel ſeculi vnius ſpatium denotare. Et Moſes, cùm de veteribus ſacrificijs dicere ſolebat: *Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum*, & ſimilia exprimere ſolet, Laholam, id eſt, in ſeculū erit vobis hęc obſeruatio. Dicendum tamen, quòd in legis ſacrificijs ſeculum, longū tempus deſignat; quia in aduentu Chriſti facta eſt quędam mūdi renouatio. Licèt dici poſſint illa ſacrificia æterna, quod attinet ad myſterium ſignificatum. Quoties autem de Chriſto dicit Labolam, quia eius ſeculi, & regni non erat finis futurus, perpetuitatem, & æternitatem denotat. Confert ergò hic nouus Sacerdos peccatorum expiationem, & poteſtatem ad vitam inſolubilem & ęternam comparandam.

Exod. 28.
Quādo certum tempus, quando ęternitatē apud Moyſen vox illa ſignificet.

Legalia ſacrificia quomodo æterna.

Luc. 1.
Quid pręſtet Chriſti Sacerdotium.

Sequitur: *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati; propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit Lex: introductio verò melioris ſpei, per quā proximamus ad Deum.* Oſtendit, quòd Lex vetus per Chriſtum propter ſui imperfectionem eſt ſoluta. Et videtur in hunc modum arguere: Vbi lex melior eſt lege, & Sacerdotium perfectius Sacerdotio, illud ſoluitur quod imperfectius eſt: ſed Lex noua melior eſt veteri, quæ propter ſui imperfectionem reprobatur: ergò Lex vetus per Chriſtum eſt ſoluta, Nam illa Lex in ſpiritualibus quæ pręcipiebat, & quibus homo perficitur, non mouebat, quia hominem carnalem & contumacem, & ſibi repugnantem experiebatur, cùm eſſet natura iniuſtus, & ſui pluſquā Dei amator. Si reſpicias ad promiſſiones carnales quas pollicebatur, nec ſic quidem ad perfectum ducebat; & Sacerdotium illud per ſuas expiationes, & purgationes, à peccatis non liberabat, niſi carnaliter ab irregularitatibus quibuſdam, atque id quidem coram hominibus, non coram Deo. Ideò oportuit omninò aliam Legem perfectam venire, & perfectum ſacrificium, quod hominem à peccato mundaret, & iuſtos coram Deo efficeret.

Lex vetus quare per Chriſtum abrogata.

Quę res hominem in Chriſto perficiant.
Rom. 7.

Nouæ legis, id eſt, Euangelicę, & nouum ſacrificij inducendi neceſſitas.

Si verò obijcias, multos fuiſſe olim iuſtos, & perfectos in Lege: dicendum, illos à fide, & gratia Dei tales redditos, & ad Euangelium ſpectaſſe, non autem à virtute Legis Moſaicæ. Et vnam tantùm vtilitatem præſtabat, quia diſponebat ad venturum Meſſiam, & morbum peccati agnoſci faciebat, & morbi medicum deſignabat; & venturam nouam legem & Sacerdotium. Viam ergò illa lex præmonſtrauit, quę duceret ad ſalutem. Si ergò lex inchoauit, perfectius omninò aliud fuit qui debuit: nec enim in rudimentis puerilibus filios Deí perpetuò hęrere dicebat.

Ad X. de... Si nihil ad perfectū adduxit lex Patriarchæ, & Prophetę vnde iuſti atq; perfecti.
Rom. 3.
Lex illa in quo perfecta tantùmodo, vel vtilis.

Introductio verò melioris ſpei. Græcè dicitur ἐπεισαγωγὴ, & ſignificat ſubintroductionem quandam, & præparationem in lege: quemadmodum pueris rudimenta traduntur, quæ ad maiora viam ſternunt, id eſt, ad condicionem meliorem ſub Chriſti lege.

Quid introductio melioris ſpei ad perfectum adducens.

Per quam proximamus ad Deum. Vbi tacita ſubeſt antitheſis inter patres olim, & nos, cùm nobiſcum Deus familiarius agat, cùm illis eminus olim & obſcurè appareret. Et alluſio eſt ad templum, vel tabernaculum. Nam populus in atrio procul ſtabat, Sacerdotes vicinius in Sancto ſanctorum: nunc verò ſublato tabernaculo, Deus ſe nobis familiarius communicat.

Quāto Iudæis imperfectius Chriſtiani proximarent ad Deum.

Vocat meliorem ſpem, meliorem legem, per quam melior ſpes concipitur, vtpotè ęternorum, non iam amplius terrenorum.

Melior ſpes quę nam illa.

Et quantum eſt, non ſine iureiurando. Ponderat Apoſtolus modum, quo Chriſtus eſt factus Sacerdos, vt tantò ſit præſtantior, quantò ex ſublimiori modo ad abſolutam Sacerdotij firmitatem peruenit. Ipſe namque iureiurando, vt inſolubilitatis ſymbolo, quodque ſeriò & conſtanter facta ſit promiſſio: quòd in Sacerdote Leuitico non fuit, ideò ſolubile & mutabile Sacerdotium fuit.

Chriſtus quāto excellentius antiquis Sacerdotibus factus fuit Sacerdos.

Vetus Sacerdos cur vere ſolubilis.

Et ſubdit: *In tantum melioris Teſtamenti*

ſpon,or

Tres rationes Apoſtoli cur nouũ veteri præſtet Sacerdotio.

ſponſor factus eſt Ieſus. Probat igitur pręcellere Chriſti Sacerdotium Leuitico, Primum, quia Sacerdos per iuramẽtum immobiliter eſt ordinatus: quòd non erant illi. Secundò quia non plures, ſed vnicus. Vnde ſubiungit: *Et alij quidẽ plures facti ſunt Sacerdotes,* tertiò ſanctior illis extitit: vnde ſubdit: *Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, &c.*

Sacerdos & Pontifex, & ſpõſor quare Chriſtus ſit.

Et quod ad primum ſpectat, Chriſtus dicitur Sacerdos & Pontifex, cùm ſit mediator; ſponſor etiam ſiue fideiuſſor dicitur in ſanguine: nam ſpondet & promittit quod acquiſiuit per ſanguinem, & obtinuit omnia, recõciliationem, fidem, gratiam, & regnum cœlorum. Et quid ipſe acquiſiuit, reponit in lucrum noſtrum: ſed ipſe interim vnumquemque reliquit in poteſtate ſui arbitrij, vitæ legem largiens, & futura bona proponens.

Cuius teſtamenti Chriſtus factus ſit ſponſor, & quatenus.

¶ Et propriè vocat teſtamentum, hæreditatem, quam teſtamẽto nobis reliquit poſſidendam; non ſimpliciter, ſed ſi conditionem perficiendæ legis, & operum miſericordiæ, & patientiæ, perſeuerantiæ impleamus.

¶ *Iurauit,* inquit, *Dominus, & non pœnitebit eum,* Hebræa habent: *Iuraui ego, & non me pœnitet.* Sunt enim verba Patris alloquentis Filium; ideò Paulus ait: *Per eum qui dixit ad illum.*

Iuret per ſeipſum cur Dominus.

Ad eum enim iurauit Dominus per ſeipſum, quia non habet maiorem per quem iuret, nec facti iuramẽti cum pœnituit. Niſi dicas verba eſſe Dauidis de Deo & Meſſia in tertia perſona loquentis.

Nouũ quoq; ſeu Chriſti Sacerdotium Apoſtolus perfectius eſſe Leuitico, vt probet ex eius ſucceſſione.

Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes. Probat eandem Chriſti excellentiam ſupra Sacerdotes veteris Legis. Et argumentatur à diſparatis, hoc modo; Veteres Sacerdotes ideò plures fuerunt, quòd mors Sacerdotium habentes finiebat: at nulla eſt mors, quæ impediat Chriſtum à ſua functione: ergò vnus tantùm eſt. Cauſæ enim diuerſæ diuerſos faciunt effectus. Et videtur Apoſtolus de ſummis Sacerdotibus loqui, qui moriebantur, & opus erat vnum alteri ſuccedere.

Sacerdos & vicarius in quo differãt.

At noſter Pontifex, manens in æternum, etiam ſempiternum habet Sacerdotium, nec vllus eſt ei ſucceſſor, etſi loco ſui reliquerit vicarium: ſed aliud eſt ſucceſſor, aliud Vicarius. Nam ſucceſſor ponit mortem anteceſſoris; at Vicarius poteſt eſſe ſimul cum viuente.

Cuius Papa ſit propriè ſucceſſor, idẽque vicarius.

Et ideò Pontifex dicitur Petri ſucceſſor, non Chriſti, qui adhuc viuit & regnat. Dicitur autem Chriſti Vicarius, non autem Petri Vicarius.

Chriſtũ nullum habere ſucceſſorem vnde cõſtet.

¶ Quòd verò nullus ſit Chriſto ſucceſſor, inde euincimus: quia inferiores Sacerdotes plures ſimul eſſe poterant, ſummus verò nonniſi tantùm vnus, quia durabat ad vita ſummus Pontificatus, & vnus alteri ſubrogabatur.

Quomodo vnus in lege ſummus Sacerdos perpetuus, ſi quotannis mutabatur.

Si verò quis obijciat de Caipha, qui erat Pontifex anni illius, quòd eo anno tantùm poteſtate defungebatur: ergò Euangelium mentionem facit plurium ſummorum Pontificum, iuxta illud: Congregati ſunt Principes Sacerdotum, & Pilatus: *Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi.*

Matth. 26.
Ioan. 18.

Nulla in ius diuinũ cadit diſpenſatio.

Reſpondendum eſt, Paulum tantùm argumentari de eo quod legitimum erat, & à Deo traditum, per legem Moyſis, Et quia merus erat abuſus, & grauiſſimum in legem delictum, non ſequitur, quòd in iure Diuino poſſet Synagoga diſpenſare, ſicut & nunc Eccleſia nihil tale diſpenſat.

Quid hoc loco, Chriſtũ ſaluare poſſe in perpetuũ.

Subdit: *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt.* Certè legitur. Εἰς τὸ παντελὲς, id eſt, perfectè, & plenè. Non enim perfectè, ſi non omni tempore: & vbi ſit opus, ſcaturientes ſemper peccato.

Impropriè Chriſtũ dici accedere ad Deum.

¶ *Accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Vera lectio, quæ etiam Græca eſt, accedentes dicit, non, accedentes τοὺς προσερχομένους δι᾽ αὐτοῦ. Qui enim cum Deo ſemper eſt, & ipſe Deus eſt, non conuenienter dicitur accedere nunc ad Deum.

Chriſtus Sacerdos quos ſaluet tantummodo.

Et perſpice, Chriſtum non ſaluare ſuo ſacrificio niſi ad Deum accedens: quod per fidem, & manentes in ipſo per mandatorũ obſeruationem. Nam Apoſtolus ait: *Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt;* & Dominus: *Si pracepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.*

Hebr. 11.
Ioan. 15.

Chriſt⁹ quomodo ſemper viuat ad interpellãdũ pro nobis.

¶ Pondera verbum: *Semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Non ſibi enim, ſed nobis viuit: vita ergò, & mors, & regreſſus ad eam, & gloria, in ſalutem noſtram, tanquam in ſcopum, pro ſui amoris magnitudine impenditur. Niſi enim aſſiſteret ante Patris conſpectum, vel homines iuſtos quotidiana peccata odioſos Deo redderent, ſine quibus hęc vita nõ traducitur. At ipſe viuens, ea ad interpellandũ pro nobis diluit, & facit, ne ad irę vindictam imputentur. Nam ſi iniquitates obſeruaret Dominus, nec eſſet copioſa apud eum redemptio, quis poſſet ſuſtinere? Sed in Chriſto omnia nobis donantur, niſi charitatis donum turpiſſima tranſgreſſione amiſerimus quia tunc opus eſt noua pœnitentia, & bonorum operum ſatisfactione.

Pſal. 129.

Quouſq; Chriſtus põtifex ſemper viuat ad interpellandũ pro nobis.

Et intellige, Chriſtum hæc operari vſque ad iudicium extremum: nam poſt illud, & traditum Deo & Patri regnum, non eſt in perpetuum futurus Pontifex interpellans, cùm nulla ſit futura tranſgreſſio, ſed perpetua gratiarum actio, & confeſſio. Intellige ergò, Sacerdotium Chriſti ſempiternum, donec homines vitam hanc mortalem vixerint, & ſalute indiguerint.

1. Cor. 15.

Quomodo etiam Chriſtus interpellet pro nobis.

Dicitur præterea interpellare pro nobis, eò quòd merita obedientiæ & crucis ſuæ ſemper Deo ſint præſentia; quibus nobis placatur, & reconciliatur. ¶ Et malè colligunt hæretici ex hoc loco, Sanctos pro nobis nō orare, eò quòd id in Chriſti iniuriã pertineret, quaſi ipſe non ſufficeret per ſeipſum noſtram cauſam agere. Sed ſi hæc ratio quicquam ponderis haberet, euinceret, nos pro nobis inuicem orare non debere, quia Chriſtus idoneus eſt ad interpellandũ, & exaudiendũ. Cur ergò iuſſit: *Oportet ſemper orare, & non deficere*; &: *Orate pro inuicem, vt ſaluemini?* Quòd ſi nos, dum viuimus, mutuo pro nobis orando, vllam Chriſto iniuriam non facimus; nec Sancti ergò cum Chriſto regnantes.

Prima Ratio ad probandũ per hoc quod Chriſtus pro nobis interpellet Sanctorum pro nobis patrocinia minimè tolli, contra Lutheranos. *Luc. 18. Iacob. 5.*

II. Ratio.

Adde, ſummum eſſe Chriſti honorem, quòd alij in ipſo, & per ipſum interpellent, & obtineant vniuerſa beneficia, quibus indigemus.

Ad XI. dubit.

Si Chriſti propriũ pontificis eſt, vt ſit ſanctus, innocẽs, impollutus, &c. cur idẽ alibi vnicuiq; Sacerdoti traditur eſſe commune.

Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, &c. Tractat tertio loco propoſitum, & hic ſoluendum eſt vndecimum dubium, & ratiocinatur ab annexis, nempè à cõditionibus requiſitis ad benè præſtandum munus Sacerdotis: de quibus capite 5. nam innocentiæ & puritatis conditiones non erant in Leuiticis Sacerdotibus: ideò nec perfectionem habuit, nec legitimum fuit Sacerdotium, niſi quatenus ſeruiebat deſignando Chriſto. Externus etiam Pontificis ornatus hunc defectum indicabat: quorſum enim ſplendidæ veſtes, quibus Aaron vtebatur in ſacris peragendis, in quo ornatu populus Iudaicus gloriabatur, teſtibus Origene, & Hieronymo; niſi vt ſanctitatis, & virtutum præſtantiæ pluſquam humanæ eſſent ſymbola? Idcircò adhibebantur figuræ, quia interna non aderant, & inter alia capitis ornatus terrarum orbem repræſentabat, & cœleſtes ſphœras, & ſydera: reliquæ verò veſtes, elementa; vt coccinea ignem, cœrulea aquam; vt illo intrante in templum; totus orbis intrare videretur, quo communem Dominum pro vniuerſi ſalute deprecaretur. Et quia arctabamur, nempè ad pietatem erga Deum, iuſtitia erga Proximum, & ad ſanctitatem erga nos ipſos, iuxta illud: *Vt ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſeculo.* ob id hunc interiorem Chriſti ornatum deſcribit dicens: *Sanctus*, Qui Græcè ὁ ὅσιος, id eſt, pius, caſtus, reuerens erga Deum. ¶ *Innocens*, ſiue iuſtus, quia læſit neminem. Sanctitatem notat in. verbo. ¶ *Impollutus, ſegregatus à peccatoribus* Peccatum enim non fecit. Et ſegregatus fuit ab illa inquinata filiorum Adæ maſſa per originale peccatum.

Origenis. Hier. in c. 26. Matt. to 9.

Quid ornatus ſummi Sacerdotis ſignificaret exterior.

Tit. 2.

Chriſtus noſter Pontifex cur ſanctus, innocens, impollutus & ſegregatus à peccatorib.

1. Petr. 2. Eſai. 53.

Excelſior cœlis factus. Non tantùm ſignificat ſuper omnes cœlos corpore aſcendiſſe, ſed cœlorũ nomine per Metonymiam veniunt Angeli. Et traditur excellentia præſtare non tantùm hominibus, ſed & vniuerſis Angelis; cùm ipſe ſit primogenitus omnis creaturæ. Per hoc autem quod Chriſtus fuit à peccatoribus ſegregatus, ab omni peccato immunis oſtenditur: quod veteris legis Sacerdotes non habebant. Vnde & omnia eorum ſacrificia repudiantur, & omnes preces quæ non ſunt interceſſione Chriſti ſuffultæ: quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et vt notaret eos qui iam facti erant Sacerdotij Chriſti participes, addit: *Talis enim decebat vt nobis.* Loquitur enim Apoſtolus de Chriſto in cœlis interpellãte, non quando erat adhuc in terris, & cũ peccatoribus quotidie verſabatur, *Qui non habet neceſſitatem quotidie* (quemadmodum Sacerdotes) *prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo.* Duo defectus erant veteris Sacerdotij: alter quòd Pontifex pro ſuis offerebat peccatis: quomodò pro alijs hoſtias offerẽdũ Deum placaſſet, qui eum ſibi infenſum habebat? Deinde, quòd varia offerebat ſacrificia, vnde nulla erat expiatio: Chriſtus verò nullo indiguit pro ſe ſacrificio, qui nullo peccato erat aſperſus, & vnica ſua hoſtia ſanctificauit omnia.

Idem excelſior cœlis factus dupliciter intelligitur.

Illud de Chriſto Pontifice ſegregatus à peccatorib⁹, antiquis Sacerdotibus minimè conuenire.

Gen. 4.

Quod dicitur: Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, de Chriſto mortali, an immortali ſit accipiendũ.

I. Defectus antiqui Sacerdotij.

Alter.

Quod verò addit: *Hoc enim fecit Semel, ſe offerendo*: difficultatem habet: Nunquid enim Chriſtus obtulit vel ſemel pro ſuis peccatis, deinde pro peccatis populi? Abſit: hoc enim eius verba prima facie porrigere videntur. Nam quomodo qui peccatum non fecit, pro ſuis peccatis potuit offerre? Poteſt tamen Catholicum ſenſum ſecundùm aliquos accipere: quia cùm eſſet ſponſor, & fideiuſſor, peccata omnia in ſeipſum tranſtulit, iuxta illud: *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum*, & illa ſua quantum ad id effecit, vt ea abſtergeret. Ideò in eius perſona dictum eſt: *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum*; & iterum: *Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita.* Hinc ſe in Pſalmis peccatorem vocat. Obtulit ergò pro peccato ſuo, id eſt, pro eo quod ſibi proprium fecerat: & pro peccato populi Iudaici, de quo: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.

Hebr. 10.

Quomodo Chriſtus qui peccata non fecit, pro ſuis tamẽ delictis hoſtiam dicitur obtuliſſe. I. ſenſus, & quidem non incongruus.

Eſa. 53.

Pſalm. 21. Pſalm. 68.

Eſai. 53.

Veriùs tamen, & planius exponitur pro peccatis noſtris quę poſt primam iuſtitiam & baptiſmum contrahimus, facti populus Dei. Nõ enim quæ delicta admiſimus poſt baptiſmum, ita eius eſſe dicuntur, ſed vt pro cõmuni peccato antiquo, & omnibus perſonalibus, quæ inde orta ſunt obtulit ſe

Alter ſenſus accommodatior.

ipſum

Digitized by Google

ipſum in hoſtiam cruentam, ita pro peccatis populi ſui iam baptizati, & reconciliati ſemetipſum obtulit in hoſtiam incruētam, vt ab vno ſolo Chriſto omnis peccatorum remiſſio in nos deriuetur. ¶ *Lex enim homines conſtituit Sacerdotes infirmitatem habentes, ſermo autem iuſiurandi, qui poſt legem, eſt, filium in æternum perfectum.* Concludit Apoſtolus Sacerdotum veteris legis imbecillitatem. Nam & natura imbecilles erant, & peccatis prægrauati: vnde nec litabant, nec peccata expiabant. *Sermo autem iuſiurandi,* id eſt, vaticinium Dauidis, vel ſermo Dei iurantis Filium in æternum perfectum; id eſt denūciauit futurum in æternum. Sacerdotem perfectum litantem, & peccata omnium expiantem.

Quanta antiquorū impotantia Sacerdotum. Sermo iuſiurandi quid.

Addit: *Qui poſt legem eſt.* Scilicet dictus per Prophetam: Prophetæ enim fuerunt poſt legem, vel poſt ceſſationem legis, & abolitionem Sacerdotij antiqui, vt colligitur ex principio Pſalmi; *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.* (quod ei à mortuis ſuſcitato, & aſſumpto in cęlum dictum eſt.) Et ideò poſt legem Moyſis, & ſublata de medio.

Prophetas veniſſe poſt legem.

Pſal. 109.

Vides igitur quot, & quam pulchris antitheſibus Sacerdotium Chriſti prætulerit Leuitico? Prima antitheſis eſt: quia Leui in lumbis Abrahæ decimatus, penderit decimas Chriſto in Melchiſedec figurato. Deinde, quòd ille benedictus fuerit, hic autem benedixit. Tertia, quod ille dederit decimas Chriſto, Chriſtus autem accepit in Melchiſedec. Quarta, quia illi Sacerdotes mortales erant, & ad tempus miniſtrabant; hic verò immortalis, & perpetuus. Quinta, quòd illi ſine iuramento inſtituti ſint Sacerdotes, hic verò cum iureiurando. Sexta, quòd illi erant infirmi, & ſerui; hic verò filius naturalis, & perfectus ad omnia à Deo impetranda. Et artificioſè collocat antitheſes, ita vt ſemper poſterior aliam antecellere videantur.

Chriſti Sacerdotij cū Leuitico ſeptē antitheſes compendio collectæ.

In earū collocatione quid obſeruandū.

Poſtremum dubium propoſitum circa Melchiſedec reſoluendum eſt: Quid eſt quod Apoſtolus, cùm meminerit regni, ciuitatis, Sacerdotij, & benedictionis datæ Abrahæ, & decimarū ab Abraham acceptarum, & æternitatis ſui Sacerdotij, & iuriſiurādi, nunquam tamē hoſtię quam obtulit Melchiſedec, mentionē fecerit, id eſt oblationis panis & vini. Videtur ergò, quòd vel illa non ſacrificauerit, nec oblata Deo pro victoria diſpenſauerit; ſed occurrens Abrahæ ad refectionem ipſius, & copiarum eius panem communem, & vinum eis propoſuerit; vel ſaltem id quod potiſſimum erat, non ponderauerit, ſed neglexerit.

Ad XII. dub. Cur Paulus non meminerit oblationis Melchiſedec

Gen 14.

Sed dicendum eſt, quòd cùm non ſemel ſed ſæpè Apoſtolus ex verbis Dauidis producat teſtimonium illud: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec, ſatis in illis verbis κτ τάξιν, vel Hebraicè Kedibrati, panis, & vini ſacrificium oſtendit: Neque alius fuit ordo, aut ritus Sacerdotis Melchiſedec: quod vt notiſſimum & compertiſſimum, & vſu, & quotidiana experientia, à fidelibus exploratum prætermiſit: idq; vniuerſi Doctores hæc verba interpretantes apertè docent, & multi ex antiquis, & celebratis Rabbinis; etiam ante Meſſiam tradunt: & ratio Sacerdotis, quæ eſt eligi ab hominibus, & conſtitui pro impijs, vt offerat dona, & ſacrificia, declarat. Et cùm Gen. 14. Moſes dixiſſet: *Proferens panē, & vinum,* ſubdit: *Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi;* vt ſacrificata. & Deo oblata intelligeremus: vt Sacerdos Abimelech Dauidi eſurienti dedit panes ſanctificatos. Et Gregor. III. Aquitanis contra Saracenos pugnaturis panem miſit benedictum. Rom. Pontifex teſte Euſebio, aduentantibus ad ſe eiuſdem fidei, & communis Epiſcopis, Euhariſtiam mittebat.

Vnde contrarium colligi poſſit. *Hebr. 5. Infrà 6. Infrà 7.*

Clarior huius mentio ſacrificij cur facta non fuerit.

Hebr. 5.

Gen. 14. 1. Reg 12. Matth. 12.

Euchariſtiā Rom. Pontifices olim Aſianis Epiſc. in ſymbolum vnionis mittebant.

Euſeb. libr. 5. hiſt. Eccl. 24. poſt med. to. 1.

Et verbum illud, *Sacerdos* quod Hebraicè dicitur Cohen, non denotat principem: quemadmodum filij Dauid Sacerdotes dicuntur 2. Reg. 8. Nempè Cohamin: quia iā ſatis dixerat de principatu Melchiſedec, cū iam præceſſiſſet: *Rex Salem.* Ita vt negare eū Sacerdotem, ſit in Textum, qui habet: *Et erat Sacerdos, & benedixit Abrahæ, & accepit decimas ab eo.* ¶ Negare verò quod obtulerit, eſt in decimas, & contra rationem: quia pane ſimpliciter non egebat, eò quòd opimis ſpolijs onuſtus veniebat Abrahā; & ob Regem Sodomæ qui aderat gratulaturus Abrahæ victori. Eſt & alia ratio quòd obtulerit: quia poneretur Sacerdos ſine hoſtia: cùm tamen illi vt Regi Regnum Salem adſcripſerit. Eſſet præterea in traditionem, & Chriſtum, qui obtulit panem & vinum, teſte Eccleſia.

Melchiſedec propriè, & verè Sacerdotē fuiſſe contra Lutheranos. *2. Reg. 8.*

Quod idem obtulerit atq; ſacrificauerit probatur triplici ratione.

Alia verò myſteria de nomine Melchiſedec, de dignitate Regia, de genealogià, de æternitate Sacerdotij, benedictione, & decimis, quia difficilia erāt; & abſtruſa, atq; adeò à Spiritu ſancto explicationem ſuppeditāte indigebant, conſultò Apoſtolus expreſſit ad ponderanda verba Scripturæ.

Quę ſcitu difficillima erūt de Melchiſedec (excepto ſacrificio) eorum cur Paulus omiſerit nihil.

Alij verò aliter reſpondent, dicentes Apoſtolum illud conſultò ſuppreſſiſſe, quod ad ſuum inſtitutum non faceret, in quo ſermo erat de hiſtoria cruenta, in cuius oblatione CHRISTVM Melchiſedec non repræſentauit. Sed verior, & certior erit ſolutio, ſi dicamus, tractaſſe Apoſto-

Altera ſolut. prioris difficultatis: probabilitate tamen inferior ſequenti.

Apoſtolum de Chriſto Sacerdote ſecundũ ordinẽ Melchiſedec, cuius hoſtia Chriſtum cruentum, & incruentũ continet, & cuius ſicut cruenta hoſtia, etiã incruentam panis & vini ſubſecuta eſt. Vnde Ier. dixit: Mittamus lignũ in panem eius; id eſt, cruci ſuffigamus eum, qui ſub ſpeciebus panis, & vini ſe ſacrificatum diſcipulis tradidit edendũ. Qui etiã in oblatione incruenta mentionẽ fecit cruentę, quia dixit: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, vel frãgitur:* & exercet Põtificatum Melchiſedec. Nec enim propter vnã oblationem crucis eſſet perpetuus Sacerdos ſemper offerens, bene autem, offerendo panem & vinũ. Et Euchariſtia, ſymbolum eſt ſacrificij in gratiarũ actione peracti: nam vt Melchiſedec ſuo ſacrificio panis & vini, victoriam de hoſtibus partã per Abraham in ſignum gratiarum actionis celebrauit: ita Chriſtus de victoria iã per mortem de peccato & dęmone comparata, ſacrificium iſtud gratiarum actionis inſtituit.

Ierem. 11.
Quid illud Ieremię: Mittamus lignũ in panẽ eius.
Matth. 26.
Luc. 22.
Non ſolùm crucis oblatio cruenta, ſed incruẽta, Chriſtũ efficit perpetuũ Sacerdotem.

¶ Chriſtus autem in cruce etſi propius videatur accedere ad cruentum ritum Aaron propriè tamen, ſe ad mortem tradendo, nec ſecundum ritum Aaron obtulit, quia nemo ſimul & Sacerdos, & hoſtia erat: & ipſe non quatenus à Iudęis afflictus, & morte violẽta interfectus, ſed quatenus acceptauit mortem, & ad gloriam Patris, & ſalutem noſtrã illam ſuſtinuit, obtuliſſe dicendus eſt. Et de his hactenus.

Quales propriè fuerit Chriſti oblatio in cruce perfecta.

DISPVTATIO XVII.

In illa verba c.8. *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur, talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis, ſanctorũ miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim Pontifex ad offerẽdum munera, &c.* vſque in finem cap.

Primum dubium.
Secundum.

IN huius capitis verbis pauca veniunt in diſputationem vocanda. Primum, quò tendat Apoſtolus. Secundo loco diſſeretur, cur Chriſtus dicatur ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri: cur etiã inferius dicat: Si ergò eſſet ſuper terram, nec eſſet Sacerdos, cùm eſſent qui offerrent ſecundùm legem munera. Videtur enim hæc ratio inſtantia perimi poſſe. Cùm enim eſſet ſuper terrã, & Sacerdotes offerebant ſuas hoſtias, Chriſtus in cœna obtulit inſtar Melchiſedec panem, & vinum. Tertiò, an Paulus locum Moyſi rectè, & ad rem citauerit: *Vide,* inquit, *omnia facite ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte.* Quartò, quid propriè ſit nouum, & vetus teſtamentũ. Quintò, quomodò ait Apoſtolus: *Vituperans eos, dicit, &c.* cùm non Iudæos, ſed teſtamentum ipſum reprehẽdere voluiſſet. videtur enim non ſolidè protuliſſe hunc locum. Sextò, quo pacto explicandus locus Ier. 31. de veteris Teſtamenti abrogatione, & noui aduentu. Si quę etiam alia minora fuerint dubia, in explicatione textus expedientur.

Matth. 26.
Tertium.
Exod. 25.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Ierem. 31.

Mens igitur Apoſtoli hoc loco eſſe videtur, vt primum abſoluam, Chriſtum exaltare, & ſuper omnes Leuiticos Sacerdotes conſtituere; quos deprimit, & omninò inutiles præ Chriſto cœleſti Pontifice oſtendit. Et ita præſens caput duo complectitur: primum, in quo ea quæ ſuperius dixerat, veluti Epilogo quodam, more oratorum comprehendit; alterum, in quo de legis veteris abrogatione, & nouæ introductione latè diſſerit. Cùm autem Apoſtolus eò maximè ſpectet vt legem Euangelicam veteri præcellere demonſtret: hoc quidem capite per comparationem Teſtamenti noui ad vetus facit: Deinde per ritum, & figuram tabernaculi capite nono: Tertiò per conditiones legalis ſacrificij, & hoc in 10. cap. præſtat in priori eius parte vſq; ad verba illa: Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti.

Ad I. dub. Quis ſcopus Apoſtoli.
Hebr. 10.

¶ Incipit igitur: *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.* Id eſt, ſumma, & compendium eorum quæ diximus, hoc eſt, Græcum verbum, κεφάλαιον, pro Compendio ſumitur, & pro eo quod præcipuum, & principale eſt, vt caput in homine, quod cæteris omnibus membris præſtat. Et ita Chryſoſt. & Oecumenius interpretantur hoc verbum. Secundo modo, pro præcipuo ſcilicet, & primario: & vterque ſignificatus & verus eſt, & ad rem propoſitam facit. Nam ita Pontificatus ſpiritualis, & cœleſtis Chriſti Domini caput eſt omnium: ideò ait: *Talem habemus Pontificem,* id eſt Regem iuſtitiæ, & pacis, & ſine genealogia, & ęternum; ac proinde cæteris Leuiticis pręferendum. Et habemus, ait: nos Chriſtiani, non Iudæi, aut Idololatræ. Et cùm in Scripturis dicitur Chriſtus Sacerdos; intellige per Antonomaſiam: & ſine diſcrimine à Sacerdote ad Pontificem, & à Pontifice ad Sacerdotem tranſit Apoſtolus.

Quid omnium.
I ſenſus, quid ſignificet: Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.
B. Chryſ. hom. 14. Oecum. c. 10. ſub fin.
Alter ſenſus.
Qualem Scripturę Sacerdotẽ Chriſti inducant.

Non ergò benè deducũt hæretici, quòd Chriſtus ſit vnus & æternus: ergò nullus alius debet eſſe Sacerdos in Euangelio. Sed apertè falluntur: quia hic eſt vnus ſummus, habẽs ſub ſe alios minores: vt habebat ſummus Pontifex Romæ multos alios flamines dia-

In illud Hæreticorũ commẽtũ: Chriſtus eſt vnus & perpetuus Sacerdos ergò nulli ſunt alij in Euangelio Sacerdotes.
I. Ratio.

ecundum.

nes diales,& ſummus Pontiſex in lege. Deinde, ſecundùm Hæreticos, ſi omnes Chriſtiani ſunt propriè Sacerdotes, ergò maximè pauci qui promouentur ab Eccleſia ad ſacros ordines, non per metaphoram, vt alij laici, ſed propriè Sacerdotes habendi ſunt.

Dicentes vnumquemq; laicū verum eſſe Sacerdotem, quale abſurdum incurrant.
Hebr. 5.
Infrà 6.

Quòd ſi vrgeat Hæreticus, quemlibet laicum propriam Sacerdotis rationem habere: exinde colligeretur, quòd nullus eſſet laicus, pro quo offerre poſſet; cùm tamen capit. 5. dixerit; Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quæ ſunt ad Deum; vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis: quibus enim hominibus præficeretur, ſi omnes ſint Sacerdotes? Deniq; vt amplus honor eſt Regis, multos ſub ſe Principes habere, & multos nobiles aulicos: ita perhonorificum eſt Chriſto Pontifici magno habere plures Sacerdotes, qui in eo, & poſt eum offerant ſacrificia.

III. Ratio.

Epheſ. 2.
Quando cōſedeat Chriſtus apud patrem.
Gen. 2.
Eſai. 6.

¶ *Qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis.* Conſedit, inquit, ſimul cum Patre, quieſcens, & regnans, & nos ad conſedendum ſecum, & conregnandum inuitans. Et conſedit, poſt labores, ſicut dicitur Deus ab omni opere ſuo quieuiſſe in mundi cōditione; ita Chriſtus poſt labores in opere redemptionis ſuſceptos requieuit, & ſedit. Vt Eſaias vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: & Seraphin ſtabant ſuper illud. Sedet enim Chriſtus vt Dominus ad dexteram cum ſummo honore; Cherubim ſtant vt miniſtri, & ſerui. ¶ Dicitur autem ſedes magnitudinis, id eſt, ſedis magnæ, quæ Luc. 1. dicitur ſedis Dauid, & Eſa. 9. Solium Dauid, & Pſalm. 44. vocatur Thronus. Eſtque ſedes inſtructa, in qua ſedet non tantùm Sacerdos, ſed & iudex dans iura. ¶ Subdit: *Sanctorum miniſter.* Dubium eſt, an ſit neutrius generis, an maſculini, Genitiuus ille, ſanctorum: & vtrumque ſenſum capere poteſt. Chriſtus enim, vt homo, dum viueret, traditur miniſter fuiſſe Circumciſionis, à Paulo, adminiſtrans ſcilicet verbum, & Sacramentum, & ſignis confirmans: ita in cœlo poſitus adhuc miniſterio fungitur. Nam ipſe dixit: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Per eū ergò vt iudicem, & in ſede iudiciaria ſedentem, ſancti Deo ſiſtuntur, & præſentantur. Ipſe etiam eſt qui adminiſtrat ſancta in neutro genere, id eſt viſionem, fruitionem, ſecuritatem, & dotes illas quatuor, corporibus glorificatis. Ipſe etiam de cœlo nobis proſpicit, vt miniſter, facitque vt homo bene preces fundat, quæ à ſe, & Patre, & Spiritu ſancto exaudiuntur.

Quid ſedes magnitudinis, in qua Chriſtus dicitur cōſediſſe.
Luc. 1.
Eſai. 9.
Pſalm. 44.
Hebr. 1.

Ad II. dub. Sanctorum miniſter cur Chriſtus.
I. Ratio.
Rom. 15.
Luc. 12.

II. ratio.

Cuius etiam tabernaculi veri Chriſtus ſit miniſter.

¶ *Et tabernaculi veri quod fixerit Deus, & non homo.* Hoc tabernaculum, Eccleſia eſt, ſiue quæ nunc militat, ſiue quæ in cœlis triumphat: de quo: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Nam illa coædificatur in habitaculum Dei in Spiritu ſancto, vt alibi ait. Vetus enim tabernaculum vmbratile erat, nec omnibus patebat, & corruptibile erat, hoc verò incorruptibile, vt cœlum manibus Dei conſtructum. ¶ Cæterum Deus, & non homo fixit: quoniam fundamentum eius eſt Chriſtus, & præcipui in Chriſto electi, qui perire non poſſunt. Veri verò cū ait, non opponitur falſo, & à Deo non inuento, ſed vmbratili, & typico. Vnde Ioan. 1. Gratia, & veritas opponuntur Legi Moyſis.

Pſal. 14.
Epheſ. 2.
Quale tabernaculū vetus.
Deus illud tabernaculū, & nō homo, cur fixerit.
Ioan. 1.

Græci tamen communi conſenſu per tabernaculum intelligunt cælum, quod eſt opus manuum, & digitorum Dei. Alij verò pro Chriſti carne, ſiue corpore accipiunt, quæ templum Dei fuit Ioan. 2. & nos viuificat: imò mors eius vita noſtra eſt, quod arcanam vim ſpiritus dicit. ¶ Opificium huius tabernaculi ex Deo fuit: quia de Spiritu ſancto conceptus eſt, vt denotetur ſtabilis, & perpetuus ſtatus huius tabernaculi: contra quæ hominum manibus extruuntur, caduca ſunt. Et vt Iudæi duplex habuerunt tabernaculum, vnum mobile in deſerto, aliud fixum in terra promiſſa: primum deſignat Eccleſiam militantem: cuius ſanctitas mobilis eſt, & amitti poteſt: alterum verò, ſymbolum triumphantis Eccleſiæ, cuius ciues permanentem habent ſanctitatem, & immutabilitatem.

Quid Græcis tabernaculū.
Pſal. 8.
Idem à Deo cur fixum, eiſdem.
Ioan 2.
Infrà 6.
Cuiuſmodi ſint hominū tabernacula.
Vt olim Synagogæ, ita nūc Eccleſiæ ſunt duo tabernacula.

Sed vt verum dicam, hic ſenſus vix poteſt conſiſtere, vt pro carne Chriſti accipiatur: quia ſtatim facit carnem ſacrificium, quod Chriſtus offert.

Illa Græcorū interpretatio cur minus idonea.

Omnis enim Pontifex, ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur. Probat non poſſe ſtare Sacerdotium Chriſti cum illo Leuitico: quia Sacerdotes ſunt ad offerendū munera, & ſacrificia, Chriſtus autem nullam habet hoſtiam, quales ſunt in lege vſitatæ: non igitur terrenum, aut carnale eſt Sacerdotium, ſed præſtantioris generis. Et ſicut iudicis munus ſine legibus & iudicijs non conſtat; ita in Chriſto cum Sacerdotis titulo ſacrificandi officium coniungi debet, & exercitium, ſiue actus, cum facultate: Atqui non habet terrenum, & viſibile Sacerdotium; ergò terrenus Sacerdos eſſe nequit.

Quorſum illud: Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur.

Vel ſanè ita procedit Apoſtolus: Si eſſet ſuper terram, id ſcilicet quod offerendum eſt, & eſſet quid terrenum, certè ipſe Sacerdos

Alter ſenſus

dos non eſſet,quia adeſſent alij Sacerdotes, qui eaſdem hoſtias offerrẽt quę ſunt ſuper terram,idq; ſecundùm legem: Chriſtus autem non erat vnus ex eis,cùm non eſſet ex ea tribu. Et quid opus eſſet nouum à Deo conſtitui Sacerdotem ad ea munera offerenda quæ ſuper terram ſunt?

Tertius.

Poteſt etiam ſic explicari de Chriſto propoſitum verbum:ſi Chriſtus ipſe ſuper terram eſſet,Sacerdos non eſſet,cui nulla ſuppeteret vera hoſtia,cùm pręter mortem eius nulla eſſet digna.Non eſſet etiam Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec, quia non plus offerret quam alij, qui panem,& vinum in lege ſacrificabant.Deniq; Leuiticus Sacerdos:non eſſet,quia Dominus:nulla ergò ratione eſſet Sacerdos: eſſent enim & alij ſuper terram, qui ſecundùm legem offerrent.

Pſal. 109.

Vetus lex, & Sacerdotium eſſent quandiu duratura: idẽ illud noui Teſtamẽti Sacerdotium adumbraſſe.

Et probat ſubtiliter Chriſtum non fore Sacerdotem,ex tacita quadã propoſitione, nempè:Non ceſſat figura,donec veritas ipſa veniat;cui ſi adiungas,ſacerdotium illud carnale Sacerdotij cęleſtis figuram extitiſſe & cuius Sacerdos in cœlis inueniretur, cõſequens eſſet,Leuiticum illud non potuiſſe ceſſare,quamdiu rei ipſius veritas nõ veniſſet.Fuiſſe autem figuram Leuiticum Sacerdotium cœleſtis,& Euãgelici,probat ex teſtimonio Legis:*Cùm eſſent*,inquit,*qui offerrẽt ſecundum legem munera;Qui exemplari,& vmbra deſeruiunt cœleſtiũ,ſicut reſponſum eſt Moyſi, cùm conſummaret tabernaculum. Vide*, inquit, *omnia facito ſecundùm exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte*. Exemplaria, vocat vmbram,vt idem vtraq; voce declaretur, hoc eſt,à veris & cœleſtibus rebus accepta quæ erant futura.Ita munera, & oblationes quæ ſunt noui Sacerdotij,non debebãt eſſe terrenę,ſed cęleſtes,in quibus delectatur Deus & placatur.Vnde & Euchariſtia non eſt terrenus panis aliquis,ſed cœleſtis,& viuens:& oblationes,ſunt corda noſtra quę vouemus & offerimus Deo orationes, & gratiarum actiones.

Exod. 25.
Act. 7.

Quid exemplar Apoſtolo.

Oblationes noui Sacerdotij quales & Euchariſticus panis.

Illud perpende,impropriè vocari ab Apoſtolo ab exemplo deducta exemplaria,cũ paulò pòſt propriè accipiat,cùm ait: *Omnia facito ſecundùm exemplar*. Vel vocat figuras veteris Teſtamenti,exemplar, & vmbram: nam & exemplar ſunt,& exemplum.Exemplum quidem reſpectu præcedentis veritatis,quã oſtendit Dominus Moyſi in mõte, vt ad eius imitationem conſtrueret tabernaculum;exemplar verò dicuntur reſpectu veritatis ſequentis,ſcilicet Eccleſię præſentis,quę ad eius ſimilitudinẽ facta eſt, & quã præfigurabat.Ideò Apoc. 21. Eccleſia militans dicitur de cœlo deſcendere.

Figura,& vmbræ veteris Teſtamenti quomodo ſimul ſint & exemplar & exemplum.

Apoc. 21.

Verbum,*deſeruiunt*,ſignificat latrię ſeruitutem,ſiue religionis, cùm Gręca habeant λατρεύουσι.Et quod ait : Sicut reſponſum eſt Moyſi;non intelligas,quòd ipſi interrogãti datum ſit tale reſpõſum,nec id ſignificat vox Gręca:ſed ſenſus eſt. Quia reuelatum eſt ei à Deo,& prędictum, iuxta illud Matt. *Et reſponſo accepto in ſomnis*,id eſt,oraculõ accepto.Et ita hic aliqui vertunt: *Quemadmodum oraculo accepit Moyſis.*

Deſeruire hoc loco quid: & quid Reſpondere: ſicut, inquit, reſponſum eſt Moyſi.

Matth. 2.

Vide,inquit, *omnia facito ſecundum exemplar quod tibi oſtenſum eſt in monte.* Facilius docetur aſpectus,quam auditus, ait Oecumenius.Et præterea dixit, Vide,ſiue, inſpice,& facito ſecundùm exemplar,id eſt, cœleſtia,& diuina oſtenſa tibi in monte..Et ita propriè,& ad literam hic locus Exodi à Paulo citatur,quia verba cõtinet Dei ad Moyſen dicta pro conſtructione tabernaculi: myſticè autem,quatenus illa noſtra præfigurant.

Ad 3. dub. Illud:Vide, omnia facito ſecundũ exemplar,&c. quam aptè allatũ ſit ab Apoſtolo.
Oecu.c.10. ſub fin.

Perpende,Platonem in Timęo docuiſſe, Deum naturam & artem intuendo exemplar operari. Sed intellige, Deum non habere exemplar diſtinctum à ſe ipſo: Natura verò intueri exemplar dicitur,quatenus dirigitur ab intelligentia non errante.De arte nullum eſt dubium, & præſenti textu confirmatur.

An Deus,cũ operatur,ſecundum Platonem,exemplar inſpiciat necne.

Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. Hoc eſt:Nunc quoniam non eſt in terra, ſed in cęlo pręſtantius ſortitus eſt miniſterium,id eſt,ad excellentius miniſterium eſt Pontifex,quanto pręſtantioris teſtamenti eſt mediator Ieſus.

Chriſtus in cœlo quod præſtantius ſortitus ſit miniſterium.

Dicet quis: Quomodo melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt nouum, cum eadem æternæ vitæ perinde atque nobis in Nouo Teſtamento ſit propoſita ſpes, ſicut etiam gratiæ promiſſio apud illos fuit? Reſpondeo : Comparatio Pauli ad formam potius ſpectat,quam ad materiam. Etſi enim Deus eandem illis promiſerit ſalutem, quam hodie nobis,non tamen eadem, aut æquali reuelationis menſura, neque æterna illis ex vi legis promittebantur.¶ Et vocando vetus tabernaculum, vmbram, admonet,in veteri tabernaculo non penitus lumen defuiſſe,ſed tenuè reſpectu ſplendoris Euangelij fuiſſe. ¶ *Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperãs enim eos,dicit,&c.* Extenuat, & imminuit vetus teſtamentum præ nouo:quia illud primum reprehenſibile erat, & culpa non vacbat.

Si & vetus Teſtamẽtum eandẽ & ſpẽ, & vitę æternę habuit repromiſſionem: cur id nunc Nouo tribuit Teſtamento.

Vetus tabernaculũ Apoſtolus cur vmbram appellauerit.

Nec obſtat Paulus,cùm ait:*Lex quidẽ ſancta,& mandatum ſanctum & iuſtum,& bonum.*

Rom 7.

Reſpon-

Olim quæ licita Iudæis, Chriſtianis illicita,

Reſpondeo: Dicitur non culpa vacare, quia tanquam imperfectum, & infirmis atq; carnalibus Iudęis nonnulla permittebat, vt vſuras plures vxores, diuortium, inimicorũ odium, & ſimilia. Hoc autem probat Apoſtolus non ratiocinatione, vt prius, ſed teſtimonio Ieremiæ.

Matth. 5.

Ad V. dub.

Ierem. 13.

Sed dubiũ eſt: quia eo teſtimonio reprehendere Iudęos videtur, non autem Vetus Teſtamentum; nõ ergò rectè inducit hunc locum Apoſtolus. Caietanus vt hũc ſcopulum euitet, legit in Dandi caſu, eis; non aũt, eos: vt ſit ſenſus, Vituperans eis dicit: Ecce dies veniẽt, &c. Et litera Gręca huic meditationi fauere videtur. ¶ Verùm lectio noſtra cõſtans eſt, & ſenſum ſuum bonum habet. Nam ex vituperatione Iudęorum tacitè reprehendit veterem legem: etſi enim vetus multa bona doceret; tamen quia gratiã iuſtificandi, aut bene operandi nõ pręſtabat; idcircò ex delictis quę legem conſequebãtur, legis imperfectio redarguitur, quę non poterat mũdare, aut ſanare. Quòd aũt multi iuſti eſſent, & ſancti in lege, nemo admiretur: quia à lege illi tales non erant, ſed à gratia Dei, & ad Nouum ſpectabant Teſtamentum, vt Auguſtinus docet lib. de Spiritu & litera, & B. Thomas in ſua ſumma. At lex noua & ſanat, & vitam gratię confert in præſenti, & æternam in futuro.

I. ſolu. Caiet.

Altera.

Iuſti, & ſancti viri in lege veteri qui fuerũt, vnde iuſtitiam, & ſanctitatem mutuati.

B. Aug. c. 26. ſub fin to 3. circa fin.

D. Thom. 1. 2. q 107 art. 1. ad 2 & ibid. q 106 art. 1. ad 2 & 2. 2. 108. 1 tertiũ.

Ecce dies venient, dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda Teſtamentũ Nouum: Non ſecundum teſtamentũ quod feci patribus eorum, &c. Videtur Apoſtolus à toto ad partem argumentũ conflare: quia Propheta loquitur de toto teſtamento quod tranſgreſſi ſunt Iudęi. Paulus autẽ de ceremonijs agit, quibus lex quodammodò veſtiebatur, & quaſi veſtibus decorabatur. Nunc ergò, poſt corporis interitũ quis veſtium vſus erit? Peruulgatum eſt prouerbium: Acceſſorium naturam principalis ſequi ſolet: ceremoniæ enim appendices erãt Veteris Teſtamenti: at illo ſublato, illę quoque extinctæ eſſe cenſentur.

De quo tere miæ teſtamẽto, c. 31. de quo verò nũc Paulus videatur tractare.

Dictum commune.

Expende verbum, Cõſummabo, pro quo Hieronymus apud Ieremiã vertit, Feriam. Paulus autẽ certiſſimos Septuaginta interpres ſecutus dixit, *Conſummabo*; vt ſignificetur quidem prius fuiſſe hoc Nouum Teſtamentum ordinatum & promiſſum, ſed nõ conſummatum: morte enim teſtatoris fit conſummatio, per quam teſtatoris volũtas, quę ambulatoria vocari ſolet, firma, & immobilis redditur. Quod rectè eſt per Anſelmum annotatum: *Ecce*, inquit, *id eſt in manifeſto eſt. Dies veniunt, id eſt, paulatim propinquat tempus gratiæ, in quo fideles illuſtrabuntur multiplici claritate. Dies veniunt, id eſt, luminoſum tempus gratiæ, & in diebus illis ego cõſummabo, id eſt, Conſummans ac perfectum faciens dabo Teſtamentum Nouum. Ita enim conſummatum, & perfectum erit in omnibus præceptis & inſtitutionibus ſuis, vt nihil reprehẽſionis habeat, & omnem iuſtitiæ perfectionem contineat.* Hęc ille.

Hier. to. 5.

Cur Paulus nõ iuxta Hebręũ, Feriam dixerit, ſed iuxta Septuaginta, Conſummabo Teſtamentum, &c.

Galat. 3.

Rom 9.

B. Anſel to. 2

Proprium Noui Teſtamenti.

Dom⁹ Iſrael & domus Iuda quid myſticè.

Super domum Iſrael, & ſuper domum Iuda. Hæ ambæ domus populum illum repræſentabant, cui tradita ſunt eloquia à Deo, & Noui Teſtamenti primitias à Deo acceperunt, & ſignificant omnes tam ex Iudæis, quã ex Gentibus credituros. Et ne tale aliquod teſtamentum Nouum dandũ putarent, quòd ſuo etiam tempore ceſſaret, & aboleretur; ſubdit: *Non ſecundum teſtamentũ, quod feci patribus eorum.* Cùm vocat Apoſtolus, nouũ; attentionẽ captat, quia omnia noua placent.

Rom. 9.

Cur nouum Paulus teſtamentum appellet.

Si nihil ſub Sole nouum dicitur teſtamentum.

Eccleſ. 1.

Sed quomodo dixit Salomon: *Nihil ſub Sole Nouum*? Sed ibi eſt ſermo de operibus naturæ: omnia enim naturę opera continebãtur in primis cauſis, vt in ſemine, & Nouum Teſtamentum quantum ad præcipua eius capita, nempè Fidem, Spem, & Charitatem, & Spiritum Chriſti, iam erant: quod attinet ad alias eius partes, iam in figuris & typis delineatum erat.

I. Ratio, huius nouitatis.

Dicitur verò Nouum Teſtamentum reſpectu Veteris. Vetus enim hominẽ in vetuſtate peccati poſitum, nouum, reddere non valebat: at nouum, omne peccatum, & veterem hominem exuit, & nouum induit in Baptiſmo per fidem. Vetus quoq; terrena promittebat, ac temporalia; nouum verò æterna promittit, & ſpiritualia præcipit, & Spiritum ad præcepta pręſtanda largitur: & ita habes quid Vetus & Nouum Teſtamentum.

Altera.

Ezech. 39.

Quo die apprehenderit Dominus manum Iudæorum, vt ait Propheta, & quid apprehendere.

Exod. 12.

Addit: *In die qua apprehendi manum eorum.* Indicat illum diem tranſitus agni paſchalis quando Veteris Teſtamenti fuit exordium. Et more hominum loquitur ſermo diuinus: nam viri robuſti apprehendere ſolent manus paruulorum, aut vxorẽ periculo imminenti, vt eos ſuſtentent ne greſſibus labãtur. Non ſecùs feciſſe Deus videtur cum illo populo paruulo, quem de fornace ferrea Ægypti, & iugo ſeruitutis extraxit, & magnis beneuolentię ſuę ſymbolis tùm per mare, tum etiam per deſerti vaſtitatem deduxit: addens columnã nubis, & ignis, & dans illis legem in monte Sina, & de cibo mannæ, & aqua educta de petra, & coturnicibus proſpiciens, donec domitis omnibus aduerſarijs, & expulſis Chananęis, in terram promiſſam introduxit.

Deut. 4.

Exod. 20.

Exod. 14.

Suprà 13.

Num. 20.

Cur debuerit nouũ induci teſtamẽtum.

Quoniam ipſi, inquit, *non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus:* Hęc eſt ratio, cur neceſſarium fuerit inducere Nouum Teſtamentum, & per gratiæ

Ierem. 31.

tiæ perfectionem conſummare: *Quia non permanſerunt*, inquit, *in teſtamẽto meo*; & ideò illud culpa non vacabat. Vnde ſubſecuta eſt iuſta Dei indignatio: quia *Ego*, inquit, *neglexi eos*. Et ſignificat: Quia non poteràt in eo teſtamento proficere, eos deſerui, & miſi vt adulteræ libellũ repudij. Ieremias iuxta Hebręum legit: *Ego dominatus ſum eorũ*; ſed Apoſtolus ſecutus eſt Septuaginta: & dixit, *Neglexi eos*: quòd verbum eandẽ ſententiam cõtinet, Dominus enim, qui nobiſcũ paciſcitur in eo quod paciſcitur, quodãmodò ſeipſum nobis adæquat. Quòd ſi nos irritũ faciamus, ipſe tanquam victor dominationẽ in nos habet, & conſequenter negligit, & ſpernit, quaſi poteſtatem accipiens contra nos fœdifragos conſtitutus.

Lectio Hebręa: Ego dominatus ſum eorum, cum illa Septuaginta, & Pauli. Ego neglexi eos, quomodo concordet.

Si Iudæi propter inobedientiam ſuã Vetus Teſtamentũ amiſerunt: quidni etiã Chriſtiani ob eandem cauſam nouum Teſtamentum amittant?

Sed dubium emergit, an hęc ratio ſit efficax: nam nec Chriſtiani in teſtamento Euangelico permanent, quod miris modis peruertunt, ac pręuaricãtur. Reſpondemus hoc pactum eſſe cum Chriſto vt homo eſt, qui nunquam diſceſſit à fœdere Dei, cùm B. etiam Virgine, & Ioanne Baptiſta, & cum alijs electis, maximè Apoſtolis, quos gratia ſua confirmauit. Imò rogauit Dominus pro Petro, & pro Eccleſia, ne portæ inferi aduerſus eam prężualerent: nam omnes iſti, & exercitus Martyrum, & Virginum gratia Dei in lege perſtiterunt, & Euangelium in finẽ vſq; ſeruarũt: omnia etiam atrociſſima tormenta ferendo antequam Fidem Dei abiurarent. ¶ Quòd ſi alioqui olim à lege non receſſerunt, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, Moſes, Dauid, & Prophetæ, & alij iuſti, illi tamen cum Sanctis Noui Teſtamenti ſunt annumerandi.

Luc. 2.
Matth. 16.

Quid de Patriarchis, & Prophetis, & iuſtis antiqui Teſtamenti in lege Dei permanentibus ſentiendum.

Subdit: *Dabo leges meas in mentes eorum & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deũ.* Tria ſunt pręcipua noui fœderis capita: primum, gratuita peccatorum remiſſio: ſecundum, interior cordium reformatio: tertiũ, mentium illuminatio in Dei cognitionẽ: quę tria explicat Apoſtolus vt conſtet quãtum diſtet nouum à fœdere veteri. Illud enim foris erat ſcriptum in tabulis lapideis, hoc intus in corde & mente ſuperſcriptum, vt amore, & non timore Dei mandata impleãtur. Digito enim lex inſcribitur in quolibet iuſtificato: quòd infideles hæretici intelligere nolentes, nec virtutem digiti Dei conſiderantes, negant à nobis ſeruari poſſe legem. Prętereà Euangelium priùs fuit in mente ſcriptum, ac radicatum per Spiritum tardius autem poſt 12. annos cæpit ſcribere Matth. Euangelium.

Nouum Teſtamentum in tribus cõſiſtit potiſſimum.

Exod 31.
2. Cor. 3.

Contra Lutheranos, aſſerentes legẽ Dei à nobis non poſſe ſeruari.

Et ait: *Ero illis in Deum.* Circa quod perpende, Deum adiunctum cum aliquot hominibus, vt cũ dicitur Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Iacob, Deus Danielis, Deus Heliæ, non tantum ſignificari eorum creatorem, & conditorem, ſed ſpecialem etiam protectorem, & proſpectatorem. Ita dicitur Deus eorum qui credunt, & quos ſignauit Deus arrhabone Spiritus ſancti. Sic etiã peculiariter dicitur Deus Chriſtianorum, qui illũ colunt, & agnoſcunt, vt eos in ęternam ſalutem prouehat, non obſtantibus tot Satanę organis aduerſantibus, tot etiam creaturarum, quę homini fideli, & infirmo inſidiantur, remoris. Et concludit: *Et non docebit vnuſquiſq; proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens, Cognoſce Dominum, &c.* Attende diligenter, Prophetã primò & ſecundò Apoſtolũ non dicere, Omnes ſcient omnia, & non erit opus ab alijs diſcere, vel Scripturis vacare, vel, vlterius Doctores, & prædicatores, non erunt; ſed tantũ ait: Omnes cognoſcent, per fidem ſcilicet, quam ipſe tribuit, & quę à præceptore, vel prædicatore non poteſt infundi, cùm ſit Dei donum. Non ergò promittit aliquid, quod in facultate noſtra poſitũ, ſed quod ſolus Deus pręſtat. Et ſignificat, humanas mentes cęcas eſſe Dei cognitione, & recta eius intelligentia vacuas, donec Spiritu Dei ſint illuſtratę. Ait etiam: *Omnes cognoſcent me*, non tantùm Iudæi in vno angulo terræ, id eſt Paleſtinæ; ſed, omnes Gentes in vniuerſa terra. Rurſus ait: A minore vſq; ad maiorem; vt intelligas, rudes, & plebeios non excludi à Dei ſapientia; neq; magnos, aut nobiles ſua perſpicacia, aut humanis argumentis ad eam peruenire: nam humana ratio tam altè conſcendere non poteſt.

Exod. 3.
Dan 6.
4. Rg. 2.

Epheſ. 1.

Illud Prophetæ: Et nõ docebit vnuſquiſq; proximum ſuum, &c. dicens, Cognoſce Dominum, quomodo accipiendum

Epheſ. 2.
2. Theſſ. 3.

Homines quandiu ſint Dei cognitione cæci.

Quid etiam illud: Omnes cognoſcent me, à maiore vſq; ad minorem.

Neque Propheta his verbis externum prædicationis miniſterium prohibet, cùm paſtoribus, & Doctoribus opus ſit teſte Apoſtolo ad Epheſ. 4. & ad Timotheum: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*: quę omnia initio Euangelij impleta ſunt, quia effuſus eſt Spiritus ſanctus ſuper omnem carnẽ, qui doceret omnes, & aperiret ſenſum, vt intelligerent Scripturas. Hinc Oecumenius egregiè ait: *Neq; enim literis ſancitum Nouum Teſtamentum accepimus, ſed per Spiritum ſanctũ. Ex hoc manifeſtat Chriſtus dicens Apoſtolis: Ille, nempè Paracletus, cùm venerit, ſuggeret vobis, & docebit vos omnia. Vides nouum non dari in literis, ſed per Spiritum ſanctum? Conſidera igitur quanta ſit præſtantia Noui Teſtamenti.* Sic ille. ¶ Non ignoro, pleroſq; Patres, vt Auguſtinum, Haymonem, & Caietanum, hæc referre ad tempora poſt reſurrectionẽ in patria. Sed illud ſanè nouum non erat nec erit: & ibi non ſolùm Deus, ſed & omnia cognoſcentur, nec vllus erit ibi qui doceat, aut qui addiſcat: nec erit vlla remiſſio peccatorum.

Falſus horũ verborũ intellectus excluditur.

1. Tim. 3.

Ioel. 2.
Act. 2.
Luc. 24.
Oecum. c. 11. ſub init.

Ioan. 14.
B. Aug. lib. de Spir. & lit. c. 22.
Haymo epiſc.
Caietan.
1. Ioan. 2.

Ideò melius referimus ad primum Chriſti aduentum, in quo Deus detectus eſt credẽtibus per Spiritum Chriſti. Et ſimilia docet per diſcipulum dilectum: *Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos; ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus*, neceſſarijs ſcilicet ad ſalutem. Et iterum Dominus; *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis*: Item Eſaias: *Dabo vniuerſos filios tuos doctos à Domino.* Et iterum: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis.*

Spiritus ſancti vnctio vt doceat nos de omnibus.

Ioan. 14.

Eſai. 54.
Supra 11.

Perſpice autem rationem, quorſum omnes ſint Deum agnituri: *Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.* Nihil enim aliud eſt, quod longè abeſſe à nobis Deum faciat, quã noſtra ipſa peccata, de quibus Eſaias: *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* Deus etiam non vult cuiquã remittere peccata, niſi prius per fidem cognitus, & exoratus à peccatore.

Quare Deũ cognoſcent omnes, teſte Propheta.

Eſai. 59.

Cui Deus, & quatenus peccata condonet.

Dicendo autem nouum; veterauit prius. Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Verba hæc ſunt Apoſtoli ponderantis teſtimonium Ieremiæ. Quia ergò promittitur nouum, neceſſe eſt vt vetus quod ei opponitur, veteraſcat. Sicut in lege dictum eſt in myſterio de fructuum abundantia: Vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Quod autem antiquatur, ac ſeneſcit, ad interitum tendit: nec enim vetus diceret, niſi antiquandum eſſe ſciret. Docet autem Philoſophus lib. de iuuent. & ſeneſt. Senectutem viam eſſe ad interitum, & corruptionem. Nec eget hæc propoſitio alia maiori probatione, quam ipſa experientia, quę vera eſſe detegitur in omnibus, quæ vitæ & mortis ſunt capacia.

Legis antiquationẽ, & ſenectutem vbi Moyſes inſinuat.

Leuit. 26.

Ariſtot.

Conditio ſenectutis.

DISPVTATIO XVIII.

In illa verba c. 9. *Habuit quidẽ & prius iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſeculare. Tabernaculum enim factum eſt primum*, &c. vſq; in fin. cap.

IN hoc capite primum venit conſtituendus ſcopus quem autor ſpectat. Deinde dubium eſt, quomodo auctor huius Epiſtolæ dicat id quod in nullo Scripturæ loco inuenitur, nempè aureum thuribulum in Sancto Sanctorum fuiſſe; nec etiam legitur vrnam, quæ habebat manna, & virgam illam Aaron, in arca fœderis fuiſſe aſſeruatam: imò oppoſitum habetur, 3. Reg. 8. in arca non eſſe aliud repertum, quam tabulas Teſtamenti. Quomodò etiam ait, in tabernaculo fuiſſe candelabra in plurali, cùm vnum tantum fuiſſet candelabrum? Tertium dubium eſt, quod ſit velamentum ſecundum, cùm conſtet, vnum templi fuiſſe velum tantùm Exod. 26. & Euangelium aſſerat velum templum ſciſſum fuiſſe, nõ declarans quale eſſet, an primum, an ſecundũ, quia tantum vnum erat. Nam ſi duplex extitiſſet, debuit explicare an eſſet interius coram ſanctuario, an exterius ante Sanctũ. Quartum, quænam eſt illa parabola temporis inſtantis, & quid myſterij contineatur ſub illis ceremonijs. Quintum, quomodò dicitur Chriſtus, Pontifex futurorum bonorũ; & quòd ſit illius amplius, & perfectius tabernaculum, per quod introiuit in ſancta; quid etiam denotet illa vox, Sanctũ. Sextum, quæ erat illa ceremonia, qua per cinerem vitulæ aſperſum ſanctificabatur populus. Septimum, quæ erant illæ præuaricationes quæ erant ſub Veteri Teſtamento. Octauum, an Paulus abuſus ſit voce teſtamenti, ſiue διαθήκης, vt confidenter auſi ſunt dicere Eraſmus, & Caietanus. Nonum cur dicatur de ſecundo Chriſti aduentu ſine peccato apparebit: videtur enim inſinuare, quod prius cum peccato apparuerit: ad id qua ratione aſſeri potuit, cùm ſcriptum ſit: *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius?*

Quæſtiol. Secunda.

3. Reg. 8.

Tertia.

Exod. 26.
Matth. 27.

Quarta.

Quinta.

Sexta.
Num. 19.
Septima.

Octaua.

Nona.

1. Petr. 2.
Eſa. 53.

Ad primum reſpondendo dicimus, Apoſtolum hactenus in genere locutum de abrogatione Veteris Sacerdotij, ac Teſtamenti: hoc loco idem peculiari ratione de ritibus, & ceremonijs tabernaculi præcipuè agit, & nihil tunc in vſu fuiſſe oſtendit, cui finem Chriſti aduentus non impoſuerit. Incipit ergò: *Habuit quidem & prius iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſeculare.* In codice Græco legimus Πρώτη, & ab aliquo indocto additum fuiſſe videtur σκηνὴ, vt referatur ad tabernaculum; non intelligente adiectiuum illud prius, vel primum, referri debere ad nomen ſuperius διαθήκη, vt docent Chryſoſtom. Theodorit. ac Theophylactus. Adde Photium in Oecumenio: *Quod ait: Habebat quidam prius iuſtificationes cultus, non: de tabernaculo dictum eſſe arbitror, ſed de ipſo veteri Teſtamento. Neq; enim tabernaculum conferebat cum Nouo Teſtamento, ſed totum Vetus Teſtamentum cum Nouo, & ſupra totum illud oſtendebat huius excellentiam.* Et infra: *Quoniam enim depreſſerat ipſum, comparatione ad Nouum: ne quis diceret, quod non ſemper abiectum fuerit; præuenit dicens, quod habebat etiam illud iuſtificationes cultus, leges, & ordinem ac ea quæ decentem Dei cultum conſequuntur.*

1. queſt. Sol. Quid doceat in hoc capite Paulus.

Lectio illa: Habuit quidem & prius tabernaculũ (pro teſtamẽtum) improbatur.

B. Chryſ. ho. 15. ſub init.
Theod par. 2.
Theophylact.
Photius apud Oecum. c. 11.

Vbi autem in genere dixit, quòd habebat iuſtificationes cultus, recenſet etiam particulatim, incipiens à tabernaculo. Habebat, inquit, *ſanctum mundanum, & quod patebat omnibus; habebat rurſum aliud tabernaculum, præordinatum ad ſecretius adhuc, & ſanctius tabernaculum.* Hactenus Photius.

Quid iuſtificationes culturæ.

Et ait, Habuit, ſiue habebat, vt Græca vox ſignificat: quia iam nouo ſubintrante, illud interierat. Deinde addit: *Iuſtificationes culturæ, & ſanctum ſeculare.* Primum nomen, cum ſequenti eſt coniungendum: iuſtificationes cultus, ſiue culturæ, id eſt, ritus quoſdam iuſtitiæ ſpeciem præſcferentes, & ſtatuta ad colendum Deum. Cultus enim, vel culturæ, Genitiui caſus eſt, non Accuſandi: & ſunt duo membra, non tria, hoc eſt δικαιώματα λατρείας τό ἅγιον κοσμικόν. Vbi enim in genere dixiſſet, quòd habebat iuſtificationes cultus: recenſet etiam particulatim, incipiens à tabernaculo: Habebat, inquit, ſanctum mundanum, vel ſanctum ſeculare, hoc eſt atrium exterius, quod omnibus patebat: & habebat rurſus aliud tabernaculum præordinatum ad aliud ſecretius, Et ſanctius tabernaculum. Et vocat ſanctũ mũdanum, templi, vel tabernaculi primam partem, in qua erat altare holocauſtorum, vt probatur ex 1. Reg. 3. & Samuel dormiebat in tẽplo Domini, in quo erat arca Dei, & Matt. 21. Intrauit Ieſus in templo Dei, id eſt, in primam partem acceſſibilem etiã laicis. In ſecunda parte tabernaculi erat lucerna, & propoſitio panum in menſa: & hoc non dicitur ſanctum mundanum: in tertia verò, quod erat Sanctum Sanctorum vocatum, erat thuribilum aureum, & arca teſtamenti, in qua vrna mannæ, virga Aaron, & duæ tabulæ teſtamenti.

Sanctum ſeculare quid.

Cui ita dice retur.

1. Reg. 3.

Sed hic duo dubia ſoluenda occurrunt. Primum, quid eſt hoc thuribulum aureum, quod Græcè θυμιατήριον, id eſt, altare thymiamatis vocatur; & in quo loco poſitum erat: nam 3. Reg. 8. in arca non erant niſi tabulæ Teſtamenti. Deinde quid eſt quod ait: Poſt velamentum ſecundum: nam innuere videtur, plura extitiſſe vela. Ad hoc ſecundum prius reſpõdendum eſt: indubitatum eſſe, duo extitiſſe vela, alterum ante Sanctum Sanctorum, diſtinguens illud ab atrio, & illud colligitur ex 26. c. Exod. propè fin. vbi prius agit de velo priori ante Sanctum Sanctorũ; deinde de poſteriori, quod tentorium vocat noſter interpres, & Chaldæus paraphraſtes nominat velum, LXX. verò ἐπίσπαστρον, quod ab interprete hic vertitur tentorium, Num. verò 4. interpretatur velum: & Iulius Pollux in ſuo Onomaſt. vſurpat, cùm loquitur de foribus. Et materia vtriuſq; veli vna & eadem erat, nempè ex hyacintho, purpura cocco bis tincta, & byſſo retorta. Et prius appẽdebatur ſuper quatuor columnas de ligno ſetim deaurato: & iubentur in illis ad ornamentum effingi Cherubim, vt habẽt litera Hebræa, & Græca, etſi Latinè pro Cherubinis habeamus, pulchra varietate contextum. Poſterius verò velum erat appenſum ſuper quinque columnas eiuſdem operis, quò annulis poſſet hinc aut illinc trahi. Secundo loco Paulus apertè docet, ſecundum velum fuiſſe ante tabernaculum, id eſt Sancta Sanctorum. Vbi aduerte, non poſſe vocem, ſecundum in Græca litera cum tabernaculo, quod Græcè eſt σκηνα, fœminini generis, vt quidam volunt, coniungi, ſed cum velo, quod neutrius eſt generis, & dicitur καταπέτασμα, quare δεύτερον, neceſſariò cum velo connectendum eſt. Tertiò, ex Euangelio hoc duplex velum colligi poteſt, ſi, quod ait Lucas (*Erat autem hora ferè ſexta, & tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſq; in horam nonam: & obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt medium*) non dixit per anticipationem. Nam ita, quod Matth. & Marc. poſt horam nonã dixerunt, & emiſſum Spiritum: *& ecce velùm templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum*, non pugnabit cum illo Lucæ: vt ita Lucas loquatur de primo velo hora ſexta ſciſſo, & alij Euangeliſt. Matt. & Marc. de ſecundo velo: quæ ſententia Gloſſæ fuit. Nam ſcindi medium, diſtinctum eſſe videtur ab eo quod eſt ſcindi in duas partes à ſummo vſque deorſum. Poſſet & alia ratione colligi vtrumque velum ſciſſum, ſi dicamus more Scripturæ non inuſitato poni ſingulare pro plurali. Quintò, Origenes in Matth. tract. 35. & Hierony. ad Hedibiam. q. 8. & hic Oecumen. apertè tradunt duo fuiſſe templi vela, & quale fuerit illud, cuius mentionem fecerunt Euangeliſt. diſputant, & Ariſteas libr. de 72. interpretibus narrat ſe vidiſſe velum exterius, quod iocundiſſimũ proſpectũ ob elegantes figuras ibi repręſentatas exhibebat. Cęterũ, an primum, an ſecundum, an vtrumq; velum extiterit illud tempore paſſionis ſciſſum, alibi latius diſſerui. Altera quęſtio fuit, vbi eſſet altare Thymiamatis, quod hic aureũ thuribulum vocatur, teſte Aug. Ad quod reſpõdeo, Magiſtrum hiſt. li. 10. Euan. hiſtorię referre, Salomonẽ ampliãdo cultũ Dei feciſſe vnũ altare thymiamatis, & poſuiſſe in Sancto, & quod poſitũ erat in ſancto, tranſtuliſſe in Sanctum Sanctorũ. Sed hoc an ſit credibile, alijs iudicandum relinquo. Certè mihi probabile non eſt, tantum ſibi tribuiſſe Salomonẽ, vt auderet aliquid innouare ex his,

III. queſt ſol. De velamento ſecundo, cuius ſolus meminit Paulus.

I. argum. pro hac veritate.

Iul. Pollux.

Vtrumq; velum ex quib. conſtaret.

Exod. 26.

Prioris velamẽti quodnam opus q dicitus pulchra varietate cõtextum

Secundum.

Tertium. Luc. 23.

Matth. 27. Marc. 15.

Gloſſa ordin

Quartum.

Quintum. Orig. tom. 2. Hier. ep. 150. to. 3 circa dium.

Oecum c. 3. poſt medium. Ariſtæ. Libr. 10 in Euang. c. 47.

II. Solutio. quæſt. De aureo thuribulo, de quo meminit tantum Apoſtolus. B. Auguſtin. I. Solutus

quæ

Altera.

quæ Deus per Moſem præcepit. Reſpõdeo etiam, fuiſſe quoſdam qui aſſererent, poſt templi inſtaurationem per Eſdram factam non amplius altare thymiamatis in Sancto fuiſſe, ſed in Sãcto Sanctorũ, vt videtur hic Apoſtolus probare. Sed profectò hæc ſententia à nullo ſolido autore traditur, & vix poteſt conſiſtere. Nam cum quotidie deberent Sacerdotes in altari thymiamatis incẽſum adolere, & quidem bis, mane, & veſpere, vt Exod.30. illis præcipitur, conſequens eſſet, minores Sacerdotes in Sãcta Sanctorum ingredi: quid tamen pugnat cũ ijs, quę Moyſes Leuit. 16. docuit, & Paulus in hoc capite. Deinde thuribulum illud aureum, ſiue pro altari thymiamatis ſumatur, vt neceſſariò apud Paulum ſumẽdum eſt (cũ altaris thymiamatis in ſancto poſiti non meminerit, ſed tantum candelabri, & mẽſæ, & Propoſitionis panum mentionem fecerit) ſiue propriè pro thuribulo, quo thus erat adolendum in die expiationis ſummo Sacerdote, in loco Sancti Sanctorum nõ erat: quia ſi in eo loco poſitũ aſſeres, non ſemel, ſed ter dicto die expiationis ſummo Sacerdoti in Sanctũ Sanctorũ ingrediẽdum fuiſſet. Semel quidem ad illud aſſumendum, & ad illud igne, & thure in eo ponẽdis pręparandum. Deind cũ ſolenniter intrabat non ſine ſanguine. Tertiò, cum illud ad reponẽdum in Sancta Sanctorum rediret: atq; hac ratione bis in fumo in Sancta Sanctorũ intraret; cum tamen Deus intranti ſine fumo mortẽ minitaretur Leuit. 16. Adhæc ſimilia etiam receptacula ad miniſterium altaris thymiamatis in altari holocauſtorum in atrio poſita aſſeruabat tantũ, vt habes Exo. 20. 37. & 38. Quare thuribulũ aureũ, cuius mentionem facit Paulus, altare re vera erat thymiamatis, quod Apoſt. vocat *θυμιατήριον*, à Septuaginta verò Interpretib. in Veteri Teſtamẽto vocari conſueuit *θυμιάματος θυσιαστήριον*. Interdum enim Paulus enumerare ſolet vaſa quæ erãt in tabernaculo, quod ſanctum dicitur, & probabile eſt tantum, ac tale vas Apoſtolum non omiſiſſe.

Confutatur duplici ratione. Prima.

Leuit.16. 2.ratio.

Leuit.16.

Exod.20. Tertia ſolutio longe cæteris probabilior.

Refert igitur Paulus oraculum, ſiue Sãctum Sanctorum arcam intus, & propitiatorium cum Cherubinis, extra velum verò thuribulũ ſiue altare thymiamatis habuiſſe. Quanquã autem in Sancto tria eſſent vaſa, nimirum thuribulum aureum, ſiue altare thymiamatis, & menſa Propoſitionis, atq; candelabrum tamẽ quia duo poſteriora nõ ita ad oraculum pertinebant, & illorum alterum ad Septentrionem erat, alterum verò ad Meridiem, altare autem thymiamatis in medio collocatum, & ſitũ erat; propterea dicitur ad Sanctũ Sanctorũ ſpectaſſe. Hinc eſt quod Exod.30. & Leuit.16. ſemper dicitur altare thymiamatis aſtare ante arcam Dei, vel coram Domino: id quod de menſa, vel de candelabro non dicitur. Itaq; poſſumus interpretari Paulum in eum ſenſum, quòd oraculum habuerit thuribulum aureum, non quidem intra velum, ſed extra ante arcam Domini, etiamſi diſtortum, improprium que prima facie videatur.

Quare Apoſtolus aureũ thuribulum fuiſſe dixerit in Sancto Sãctorum.

Exod.30. Infra 40. Leuit.16.

Ad aliud verò dubium, non in arca fœderis eſſent illa tria, virga, & vrna foris pendẽtes à latere, tabulæ verò intus, vt habes 3. Reg.8. Nam vrna mannæ Exod.16. & virga Aaron quę frõduerat Num.17. mandantur aſſeruari corã teſtimonio Domino: Reſpõdemus, nihil vetare, quo minus dicamus præceptũ vt aſſeruarentur in arca, cum ipſa eſſet teſtimoniũ. Deinde quis eſt tam rigidus cenſor, qui Paulo legem præſcribat, ne quid enuntiet non expreſſum in Scriptura? Alioqui, cũ dixit, ꝙ Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, & quid infra c.12. ſub perſona Moyſi dicitur: *Exterritus ſum & tremebũdus*, quæ in textu nõ habẽtur, in errorem proculdubio lapſus fuiſſet. Adhæc etſi dicatur tempore Salomonis nõ fuiſſe ibi niſi tabulas Teſtamenti, non tollit quin poſteà fuerint alia in ea repoſita: quid noſſe poterat Paulus ex traditione Gamalielis eruditus. Lege Chryſoſtom. homil.18. & Theophyl. Ad illud de cãdelabris dicendũ, Græce legi in ſingulari, *ἡ λυχνία*, niſi interpres legerit *ἑπτὰ λυχνία*. Deinde ſi nõ eſt vſus plurali pro ſingulari; dicendum vel vnum ſtipitem continẽtem ſeptem partialia candelabra; vel ex traditione nouiſſe plura, id eſt, ſeptẽ fuiſſe candelabra aurea, & diſtincta, & ſeptẽ mẽſas Propoſitionis panũ duodecim.

Vnde Scripturarũ conſter, vrnam manna, & virgam Aaron cõtinentem, in arca fœderis fuiſſe repoſitam.

3.Reg.8. Exod.16. Num.17. Duplex ſolu.

2.Tim.3. Hebr.12.

Tertia.

Actor.22.

Si vnum tantum candelabrum, quomodo plura, ſecundùm Apoſtolum? Exod.26. Infra 37.

¶ Sequitur in textu: *Superq; erant Cherubim gloriæ obumbrãtia propitiatorium*. Id eſt, Super arcã erant Cherubini glorioſi: quos genere neutro expreſſit, quia nullius ſunt ſexus, vt Eccleſia etiam cantat: *Cœli, cœlorumq; virtutes ac beata Seraphim* (etſi alibi Scriptura in maſculino efferat, dum ait: *Seraphim clamabant alter ad alterum*) & alis ſuis expanſis ſuper Propitiatoriũ (id eſt, tabulã arcæ ſuperpoſitam, ex qua Deus oracula reddebat) illũ obũbrabant, quaſi adminiſtrantia Chriſto: eratq; illa tabula inter Cherubinos quaſi geſtata ab ipſis, in qua ſi quis ſediſſet, pedes ſuper arcã collocaſſet. Eratq; ſedes Dei ſine ſedente, de qua per Prophetam ad Deũ dicitur: *Qui ſedes ſuper Cherubim*. Sic namque Moſes Deũ quaſi infigurabilẽ, & adorandũ nobis depinxit, ſedẽ eius vacuã ſuper Cherubim ſtatuẽdo. *De quibus non eſt modò dicendũ per ſingula*. Id eſt: Non datur vt de ſingulis nũc latiùs loquamur, niſi quantũ ſatis ſit ad

Cherubim, & Seraphim cur Scriptura per omnẽ genus enũtiet. Eſai.6.

Quid illud: Qui ſedes ſuper Cherubim. Pſalm. 79.

Primum, ac ſecundum tabernaculum vt diſtinguat Apoſtolus.

rem propoſit^a^: quia maxima cõtinent myſteria, & multis verbis opus eſt. ¶ Sequitur: *His verò ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes.* Ad rem rediens Apoſtolus, inter primum & ſecũdum tabernaculũ diſcrimen ſtatuit. Nam in primũ ſemper intrabãt Sacerdotes ſacrificiorũ miniſteria cõſummantes.

Exod 30.

Exo. enim 30. præcipitur, vt bis quotidie ingrediatur Sacerdos ad adolẽdum incenſum ſuper altare aureum, quod erat coram Sãcta Sanctorũ, ſummo diluculo, quando adaptabat lucernas: & iterũ veſpere, cum idem officiũ præſtabat.

Illud: Sacrificiorum officia conſummantes, quid ſignificet.

Et dicit, *Conſummãtes*: quia quotidie mane & veſpere incipiebat cultus in altari holocauſtorum, quid erat ſub dio ante Sãctum: & offerebat agnum in holocauſtum.

Suprà 29.

Perficiebatur autem cultus mane, & veſpere in altari thymiamatis, quid erat in Sãcta, & thymiama adoleri ſolebat.

Infrà 30.
Leuit. 16.

¶ *In ſecundo aũt* (ſcilicet tabernaculo) *ſemel in anno ſolus Põtifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſua, & populi ignorantia.* Quoniam offendebantur Iudęi ceu infantes, quod Chriſtus vnica victima potuerit peccata mũdi ſoluere, oſtẽdit ꝙ in Veteri quoq; Teſtamento id fuerit in figura pręſtitum.

In eo quod offerebat nõ ſine sãguine qualem præ Chriſto defectum indicaret ſuum.

Et cũ ait: Non ſine ſanguine; excellentiã Chriſti indicat ſupra Põtificem Iudæorum: ibi enim offerebat pro ſe Pontifex: at Chriſtus non pro ſe, qui peccatum non fecit.

1. Pet. 2.
Eſai. 53.

Et ille quidem offerebat pro peccatis ęx ignorantia legis admiſſis, Chriſti verò victima ea etiam, quę ſcientes, & volentes peccauimus, expiantur.

Propalata cur nondum Sanctorũ via ſecũdum Apoſtolum.

Et addit: *Hoc ſignificante Spiritu S. nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. Qua parabola eſt tẽporis inſtantis.* Expende iam verbum, propalatam: quia Sãctorum via erat quidem præparata; nam Chriſtus dixit:

Ioan. 14.

Ego ſum via, & veritas, & vita: ſed nõdum manifeſtata, quia nondum ingreſſus erat in Sancta Sanctorum, id eſt, in vera ſancta, & cęleſtia. Adhuc enim velum ſtabat ante Sanctum Sanctorum, & nondum erat ſciſſum à ſummo vſq; deorſum, vt poſteà fuit;

Matth. 27.
2. Cor. 3.

& velum adhuc erat ante mentis oculos Iudæorum in Moyſis lectione: nam ſummus Pontifex ſemel ingreſſus in anno, pro ſe, & populi ignorãtijs non ſine ſanguine offerebat: & quid ibi ageretur, nemo videre poterat, quia adhuc ſub velo latebant ſancta cœleſtia.

Solu. 4. quæ.

Et applicando quæ dixit, ſubdit: *Qua parabola eſt temporis inſtantis.* Quę apertius vertiſſet interpres, ſi dixiſſet: Quæ ſimilitudo eſt tẽporis quod inſtitit. Erant enim ea, quę in tabernaculo erãnt, & gerebãtur, typus & delineatio, ad tempus quod tunc inſtabat, referẽda, cũ clauſa eſſent Sancta Sanctorũ, & velo tecta. Et vt velum claudebat aditum ſancti ſanctorum, ita tẽpus illud typus erat clauſi aditus in cœlum. *Iuxta quam ſimilitudinẽ* (ſiue vt Græcè dicitur, Iuxta quod, ſcilicet tempus) *munera & hoſtia offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem.*

Munera, & hoſtiæ legales quatenõ poſſent iuxta conſcientiã perfectum facere ſeruientem.

Id eſt, cultum latrię exhibentem. Nec enim erant ſpiritualia, nec fidei ſpiritũ continebant, ſed corporalia erãt, & corpus tantũ purificabant, nõ autem animum, aut conſciẽtiam. Et declarans ad quid eſſent vtilia, ſubiungit:

Quid quod illæ dicuntur ſolummodo vſque ad tempus correctionis impoſitę.

Solummodo (ſiue duntaxat) *in cibis, & in potibus, & in varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis; vſq; ad tempus correctionis impoſitis.* Hoc eſt: Iuſtificabant tantùm coram hominibus ad illud miniſteriũ carnale explendum. Non ſunt autem talia noſtra Sacramenta: abſit: nã aqua coniuncta eſt cum Spiritu, iuxta illud:

Ioan. 3.
Oblationes, & hoſtiæ Noui Teſtamenti quales.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto. Panis etiam noſter, & potus benedictione myſtica ſacrantur, & continent corpus, & ſanguinem Filij Dei: & dignè accedentibus, gratiam ſpiritualis cõferunt refectionis: & de hoc dicitur,

Infrà 26.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Secus erat de cibis, & potibus legalibus.

Iuſtitiæ carnis cur Iudęis impoſitæ.

Illæ verò iuſtitię carnis nõ ab re erant impoſitę; vt in officio ille populus contineretur, ac veluti candidaretur ad ea quæ Chriſti ſunt. Ea autem erãt ad tempus correctionis impoſita, ita enim in Nominandi caſu Græcè clarius legitur, non impoſitis: quia referuntur ad munera, & ſacrificia.

Cur potius de hoſtijs, quàm de iuſtitijs carnis dicendum ſit, quòd ſunt vſque ad tẽpus correctionis impoſitæ.

Reddit enim rationẽ, quare munera & hoſtiæ non poſſunt perfectum facere ſeruientem: quia impoſita erant quaſi pondera, & onera, quibus vſq; ad tempus Saluatoris premebantur. Eſt enim Διόρθωσις, dictio qua hic vtitur Apoſtol⁹, erectio, qua quis lapſui obnoxius aliquid manu apprehendit, quo ſe valeat erigere. Talis eſt Chriſtus, quo fide apprehẽſo, oẽs qui piè nutabant, ſolidantur. *Chriſtus autem aſſiſtens Põtifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, &c. introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.*

Ad V. quæſt. De eo quod Chriſtus vocatur Pontifex futurorũ bonorum.

Propoſuit hactenus Apoſtolus veluti tabernaculi ſignificationem per Pontificis ingreſſum ſemel in anno in illud: nunc ad veteris legis Pontificem alludendo, munus Chriſti explanat, & illum ei præferendum declarat. Chriſtus ergo; id eſt, vnctus, non oleo externo, vt Aaron, quia talis vnctio modica erat,

Exod 29.
Actor. 10.
Aaron quomodo vnctus præ Chriſto: Idem ille cur pontifex verè dici non poſſet aſſiſtens.

ſed vlterius Spiritu ſancto, & Dei virtute inunctus; ita vt nos omnes ſuæ vnctionis participes efficere poſſit. Subdit: *Aſſiſtens*, id eſt, paratus ad porrigendum manum, & opitulãdum, & ad interpellandum pro nobis, & ſemper aſſiſtẽs corã Domino: quod nõ habebat Aaron, qui ſemel in anno

non

…nit.16.

non ſine timore mortis intrabat in Sancta. Græca habent Χριςὸς παραγενόμενος, id eſt, ſuperueniẽs, quia poſt Leuitas munere ſuo ad tẽpus functus Chriſtus poſteà ſubrogatus eſt, vt figuræ, & typo reſpõderet veritas. Addit: *Pontifex.* Cuius fuit pontem ex ligno Crucis facere, quo nos mare mũdi tuto per tranſire in cœlum poſſemus. Quòd ſi Põtifex, munere quoq; ſummi Sacerdotis perfunctus eſt, quod eſt interpellare pro alijs, offerre munera, & ſacrificia, conſecrare Sacerdotes, & templa benedicere populo, ingredi in Sancta Sanctorum: habuit etiã veſtimenta pontificalia, femorale lineũ, id eſt, incarnationem de pura, & virginea carne operiente turpitudinem corporis ſui, id eſt, peccata omniũ noſtrũ, qui ſumus eius corpus; tunicam lineã, id eſt, vitam purã, & nouam ante Baptiſmũ; tunicam item hyacinthinam, id eſt, vitam diuinam, ac cœleſtem poſt Baptiſmum; bene ſonantem tintinnabulis prædicationis cõiunctæ, & ſignorum malogranatis, quæ in fine vitę magis ſplenduerunt. Item ſuperhumerale habens duos lapides onychinos, in quibus erant nomina inſculpta duodecim filiorũ Iſraël, id eſt, obedientiſſimam patientiam, & patientiſſimam obedientiam, qua peccata portauit Iudæorum, & Gentium: rationale quoque; ſeu pectorale, habens duodecim tribuum nomina, id eſt, poteſtatem iudiciorum, quã in omnes accepit, innixã tamen diuinæ miſericordiæ, qua omnes redemit: cidarimq; tegentem caput, id eſt, humanitatem quæ incomprehenſam deitatem tegit; & laminã auream in fronte, id eſt, gloriam, & honorem Patris; balteum quoq; puriſſimæ caſtitatis: & vt in morte Põtificis omnes homicidię, qui caſu aliquem interfeciſſent, ex ciuitatibus refugij ſecuri poterãt in patriam reuerti: ita id ſolũ per Chriſti mortem verè obtinemus, vt liceat nobis omnibus animicidis in æternæ vitæ patriam noſtram redire, à qua per peccatum Adæ extorres facti fuimus. ¶ Addit: *Futurorum bonorum.* Id eſt, ſpiritualis gratiæ, & reſurrectionis, & æternæ vitæ, quam nobis promeruit Dominus: ſicut Aaron temporalia bona impetrabat. Et tacitè indicat, Pontifices veteres paucos habuiſſe ſubditos; q̃a bona fortunæ & parua ſunt, & pauca, nec poſſunt, vt ſpiritualia, in multos diſtribui. ¶ *Per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis*, &c. Venit etiam Chriſtus per aliud maius, & perfectius tabernaculum, vt per illud intraret in Sancta Sanctorũ quale autem fuerit illud, dubium eſt Græci intelligunt cœlum, per quod ad ſancta, id eſt, ad dexteram Patris introiuit, non per manum humanam ſabricatũ, vt tabernaculũ Moyſis: nec huius creationis, id eſt, rerum corruptibilium: nam cœlum ingenerabile eſt, & incorruptibile. Eſtq; in eo candelabrum ſeptem planetarum, & menſa panum Propoſitionis, qui duodecim erãt, hoc eſt duodecim ſignorum Zodaici in terram influẽtium: & altare thymiamatis fixũ, id eſt, cœlum ſupremũ, quod Empyreũ vocatur, & in quo Angeli preces pro nobis ad Deum fundunt tanquam fumũ thymiamatis. Verùm hæc interpretatio quibuſdam nõ placet: quia Dominus quãdo hoc opus, vel miniſterium Pontificis perfecit, in terris erat, necdum cœlos penetrauerat. Et per cœlum non poteſt intelligi locus beatorum; alioqui per Sanctum Sanctorũ intraſſet in Sãctum, quod eſt abſurdum, cur potius per ſanctum ingreſſus fuerit in Sanctum Sanctorum. ¶ Alij verò ſentiunt, hoc tabernaculum eſſe Eccleſiam; per quam Ieſus trãſiuit in cęlum: quæ quidem Eccleſia amplius eſt & maius tabernaculum, quia Iudæis, & Gentibus cõſtat: perfectius etiam, quia per Spiritum ſanctum homines Eccleſię membra fiunt. Et ſuperiùs Apoſtolus Eccleſiam vocauit tabernaculum, quod fixit Deus, & non homo. Cuius Eccleſiæ membrũ pręcipuum ſanctiſſimã Deiparam fuiſſe aſſerere poſſumus, de qua canit Eccleſia: *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo:* &, *Sanctificauit tabernaculum ſuũ Altiſſimum.* Ita vt in corde Virginis habitauerit, & diſciſſo carnis ſuæ velo quæ communis vtriq; fuit, per proprium ſanguinem introiuit in Sancta.
¶ Nõ ignoro, alios interpretari hoc tabernaculum primum de ſancta ſua humanitate de Spiritu ſancto cõcepta, per quã Verbum incarnatum eſt. Eſtq; humanitas Verbũ Dei capiens, & perfectior ratione vnionis, quã ſit tota creatura: & non huius creationis, ſed ſpecialiter ab Spiritu ſancto magno artificio facta. Et per hoc corporis tabernaculum ingreſſus eſt Chriſtus in gloriam ſuam. Et quia in ea paſſus eſt; meruit vt pro nobis coram Deo mediator aſſiſtat. Porrò tabernaculum erat in vſum viatorũ, paſtorum, & militum: quia templum diuinitatis erat, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitabat. Diciturq; per corpus iter feciſſe, & militaſſe: quia in eo ſe Deo conſecrauit, in eo ſe præparauit ad peragẽdum ſacrificiũ: in eo deniq; Crucis mortem pertulit, & in cęlos conſcendit.

Per ſancta abſolutè, intellige hoc loco Sancta Sanctorum per Antonomaſiam: alioqui figura non reſponderet figurato. Nã vetus Pontifex per primum tabernaculum intrabit in Sãctum Sanctorum. Et ne, quia

dixit

Margin notes (left): …ur Põtifex …t Chriſtus. …unera pon…ficia quæ …am illa. *Hebr.5.* — …eſtiũ ſummi Sacerdo…is, ſiue Pontificis Chriſti …piritalis in…ellig…ntia. *Exod.28.* — *Eſai 53.* *1.Pet.2.* — *Num.35.* — *Geneſ.3.* — Quorum ſit Chriſtus Põtifex futurorum bonorũ. — Veterũ Pontificum, Sacerdotumve defectus. Quid amplius & perfectius tabernaculũ, &c. ſecundũ Græcos.

Margin notes (right): Ille ſenſus (de cœlo videlicet) quid incommodi habeat. — Secunda de Eccleſia, atque etiam de B. Deiparæ. — *Hebr.8.* — *Eccleſ 24.* *Pſalm. 45.* — Tertia de Chriſti humanitate. *Luc.1.* *Matth.1.* *Ioan.1.* Vnio hypoſtatica quantæ perfectionis. *Luc.24.* — Tabernaculum humanitatis Verbo tripliciter deſeruiuit. *Coloſſ.2.* *Suprà 1.* — In quæ Sancta Chriſtus ſemel intrauerit.

Digitized by Google

dixit, non manufactum, intelligeres, increatum; explicat nõ ſe velle dicere increatum, ſed non huius creationis, id eſt, arte humana confectum; vt erat illud Moſis. Et nõ introiuit per ſanguinem hircorum, vel taurorũ, ſed per proprium, quo vno & mũdamur à lepra peccati, & nobilitamur tanto digni pretio facti, & renouamur intus amore charitatis, quam ſanguis Chriſti alit: & rubricati tanquam domus Ægypti, euadimus Angelum percutientem, & educimur de Ægypto originalis peccati, & tanquam vincti de lacu profundo perſonaliũ delictorum, fortes in dæmonem, & mundum efficimur, & tandem ſanguineæ temperaturæ lætamur in nobis ipſis, & liberales in proximos reddimur.

Exod. 36.

Sanguinis Chriſti, per quem ille introiuit in Sãcta, quanta vis, & efficacia. *Exod. 12.*

Denique per ſanguinem oblatum intellige perfectam hoſtiam totius Chriſti per Synecdochen, videlicet corporis, animæ, & ſanguinis: nam inferiùs dicitur: *Per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo:* & in fine capitis, *Nec eget vt ſæpè offerat ſeipſum.* Et alio loco ipſe Chriſtus, *Animam meã pono pro ouibus meis.* Ex quibus elicimus differentiam noſtri Pontificis, quantum ad effectum alterius, & doni impetrari ad donũ; de quo ſubdit: *Aeterna redemptione inuenta.* Cum enim ſanguis Chriſti ab infinita, & æterna Perſona fuſus eſſet, effectum æternæ redemptionis promeruit.

Chriſti ſanguis oblatus quid ſignificet.

Ioan. 10. Quare Chriſtus per proprium ſanguinem æternã inuenerit redemptionẽ.

Et ſubdit rationem probantem vim illam infuiſſe Chriſti ſanguini, dicẽs: *Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus*, &c. Tangit ritum expiationis, deſcriptæ Leuit. 16. Et vocat cinerem vitulæ aſperſum, aquam cinere, & ſanguine vitulæ rufæ aſperſum: non enim cinis per ſe aſpergebatur, ſed quatenus in aqua erat. Vocat quoque illam emundationem carnis, reſtitutionem ad cultum, quam crebrò Iudæi per trãſgreſſiones decretorum legis admittere ſoliti erant. Vt ſi quis leproſum tetigiſſet, aut cadauer, vel eſſet ſeminifluus, ad ingreſſum ad templum irregularis fiebat, vel ad ſacrificia, & eorum eſum.

Ad 6. quæſt. Quid cinis vitulæ aſperſus. *Leuit. 16.* *Num. 19.*

Sanguis ille ſanctificaret ad quã emũdationem carnis. *Leuit. 5.*

Illud autem: *Quanto magis ſanguis Chriſti*, non eſt ita apertum, & expeditum, quòd multò magis ſanguis Chriſti purget animã à peccatis: nam maius eſt & perfectius opus purificare conſcientiam ab operibus mortuis, quàm corpus à contactu mortui, vel leproſi. Reſpondemus tamen, efficaciter Paulum agere. Nam ſi typi, & vmbræ à maculis, & irregularitatibus legis mundabant, etiamſi peccata non eſſent, niſi ſcienter admitterentur, atque hoc potius Dei inſtituto, & voluntate: quanto magis Chriſti Dei ſanguis, qui per Spiritum ſanctum oblatus eſt, & in illis legis luſtrationibus figuratus, vim habebit permundandi à peccato? Nam figura eſt propter figuratam veritatem. Si ergo illa erant efficacia ad illam qualemcunque purificationem, non natura ſua, ſed voluntate Dei: quanto magis Chriſti Dei ſanguis, & per Spiritum oblati (erat enim amor diuinus, qui ad opus illud heroicum Chriſtum adduxit) ſupernaturalem, & efficacẽ vim habebit ad purificanda peccata? Et vbi dicimus, Obtuliſſe ſe per Spiritum ſanctum, Græca habent, per Spiritum æternum: ita vt ex parte offerentis, & eius Spiritus, per quem actus eſt ad ſe offerendum, & ex parte rei oblatę, id eſt, diuini ſanguinis, vel ſui ipſius, infinitum fuerit meritum, & ſatisfactio Chriſti.

Ratio cõparationis Apoſtolicæ, quòd multò magis Chriſti ſanguis emũdat cõſcientiã ab operib⁹ mortuis, quã ſanguis hircorũ, &c ſanctificeet ad emundationẽ carnis, quam firma & efficax.

Sanguis ille hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus quatenus purificarent.

Vnde Chriſti fuerit infinitum meritũ & ſatisfactio.

¶ Permultum ergo refert ex quo principio opera procedant, vt merita ſint, & grata coram Deo. Et vt Chriſtus per Spiritum ſanctum conceptus; & actus eſt in deſertum, & miſſus vt euangelizaret, denique operatus, & mortem paſſus eſt: ita quiſque fidelis in virtute huius Spiritus omnia quantumuis ardua, & difficilia confidenter aggredi debet: quia vbi Spiritus Domini, ibi omne bonum.

Luc. 1. *Matth. 1.* *Luc. 4.* *Eſai. 61.*

Dixit autem ſemetipſum obtuliſſe immaculatum, alludens ad legalem hoſtiam, quæ mutila, & vitioſa eſſe non debebat: & deſignatur, Chriſtum ſolum per ſe eſſe legitimam victimam, & placando Deo idoneam. Docemurque per hoc nihil operum noſtrorum poſſe Deo placere, antequam à peccato purgati ſimus: quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. ¶ Et opera mortua vocat peccata: eſt enim peccatũ; velut cadauer, quod veluti tangimus, cum illi conſentimus; quod fętet Deo, & Angelis, & rodentis conſcientiæ vermem generat, & tandem gehennæ ſepulturam poſtulat: quia opera dæmonis tentantis, & iam Deo mortui ſæpè admittitur.

In eo quod Apoſtolus dixit Chriſtum ſe obtuliſſe immaculatũ Deo, quid ſignificauerit. *Leuit. 22.* *Geneſ 4.*

Subdit: *Ad ſeruiendum Deo viuenti:* Finis emundationis per Chriſti ſanguinem alius non eſt, quàm vt poſſimus eſſe habiles, & idonei ad præſtandũ latrię cultũ per Fidem, Spem, & Charitatem, & alia externa opera. Et pulchra eſt Antitheſis: ab operib. mortuis, ad ſeruiẽdum Deo viuenti: non autem vt denuò nos in nouas ſordes immergam⁹, ſicut alibi dixit, *Qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.* ¶ *Et ideo Noui Teſtamenti mediator eſt; vt morte intercedẽte in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento*, &c. Concludit Apoſtolus, quòd cum Dominus per propriũ ſanguinẽ abſtulerit

Quid ſeruire Deo viuenti.

Tit. 2.

Ad VII. quæ. De præuaricationibus quæ erãt ſub priori teſtamento.

omnes

omnes præuaricationes quæ erant ſub veteri lege,& omnia deiode perſonalia peccata conſequentia , quæ ſine numero erant, promeruiſſe, vt fieret Noui Teſtamēti mediator , quatenus homo eſt, quo poſſit etiā peccata Noui Teſtamenti expiare , & oblatiooe Euchariſtię,& interpellatione ſua delere : quia vt talis morte ſua abſtulit peccata. Vt etiam ad Timotheum dixit: *Mediator Dei,& hominum homo Chriſtus Ieſus: Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus* : vt quicunq; ſunt ad Nouum Teſtamentum vocati,ſiue olim in lege, ſiue poſt legem,accipiant repromiſſionem æternæ hæreditatis: nō quòd omnes illi vocati hæreditatem accipiant, ſed qui vocati permaoſeriot in ſua vocatione. ❡ Imbecillitatem quoque legis explicat : quia morte Chriſti indigebat ad redimendas præuaricationes etiam Iſraëlitarum,quia per legem nulli remiſſio peccati contingebat. *Vbi enim teſtamentum eſt; mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim,in mortuis confirmatum eſt; alioqui nōdum valet,dum viuit qui teſtatus eſt.* Bonam partem dubitationum , quas propoſuimus ab initio,hactenus expediuimus; etiamſi conſultò non diſtrinxerimus reſponſiones , quia oon opus erar. Iam paucæ quæ ſuperſunt, expediendæ ſunt.

1.Tim. 2.
Matth.20.

Solùm vocati,& nō prædeſtinati, qui nō ſalui fiant.

Legis impotentia.

Grauiter in hūc locum quidam impegerunt. Ait enim Caluinus, Apoſtolum alludere ad vocem Græcam, & ambiguam διαθήκης, quæ Græcè tùm pactum , tùm teſtamentum ſignificat : & quod infirmo vtitur argumento, quia neq; ex nomine , neq; ex re ipſa potuit colligere neceſſariam Chriſti mortem. Nō quidem ex nomine, quia vox Hebræa Berith,pactū,non teſtamētum denotat. Non etiā ex re ipſa,quia Deus io lege oon condidit teſtamētum, ſed pactū quod eſt inter viuos. Hęc ille, inaniter garriens,& volens Spiritum ſanctum , qui in Paulo loquebatur,docere,aut quod peius eſt, corrigere Caietanus præterea auſus eſt hūc Epiſtolæ autorem reprehēdere,quòd vſus fuerit vocabulo Hebræo ad ſignificandum teſtamentum ſub ratione teſtamenti, cum ſignificet pactum;& accipiens quaſi rem impoſſibilem hæreditatē poſſe venire in promiſſionem , ſiue in pacti rationem. Impugnantur tamen hæc omnia à Paulo, qui ad Rom.11.& ad Galat.4.illam vocem vſurpat pro teſtamento ſub ratione teſtamenti , & hoc etiam loco, ſicut & Zacharias in Euangelio qui dixit : *Et memorari teſtamēti ſui ſancti*:& Chriſtus Dominus: *Hic eſt calix Nouum Teſtamentum in ſanguine meo.* Adde quod Septuaginta frequentiſſimè vertunt vocē Berith per verbum διαθήκης,& Hieronymus in

Ad 8 quæſt. An Paulus impropriè vocem teſtamēti vſurpauerit.

Id Cōſtaoter impius Caluinus affirmat.

Eandem abuſum Hebrææ vocis Berith pro teſtamēto,concedit Caietaous,& probat audacius.

Primum arg. in contrariū.

Luc. 1.
Infra 22.

II.argum.
B Hier co.3.
III.argum.

Ieremię,cap.31.id teſtatur. Apertè etiam ex hoc loco cōprobatur:quia Apoſtolus mentionem faciēs repromiſſionis, quæ pactum includit, teſtamentum vocat : nam omnis promiſſio pactum eſt & fœdus , præſertim cum promiſſio ſit pacifica. Et cùm meminerit hæreditatis, idem propterea quod eſt pactum,vocatur etiam teſtamentum, ita vt nón ſit impoſſibile conuenire ſimul & pactum , & teſtamentum , cùm videlicet promittitur hæreditas , & iureiurando firmatur promiſſio , vt Iuriſperiti ſtatuunt. Imò Caietanus in Summula ſua,& in verbo Percuſſio , admittit , teſtamentum poſſe condi à teſtatore ſub conditione : vt ſi teſtator vxori omnia bona ſua legaret, dummodò ad ſecundas nuptias non tranſiret. Vbi primū mulier illa , ſiue clam, ſiue publicè nupſerit amittit etiam in foro cōſcientię omnia bona ſibi legata , qnia deeſt conditio , ſub qua ſola poterat eſſe hęres illius. Hęc reſpondemus Caietano,& ad hominem argumētum eſt ſolidum. Ad hæc idem Paulus veteris legis verba recitans : *Hic*, inquit , *ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus*: docens illud pactum non fuiſſe ſine ſpecie teſtamēti. Sed alibi latiùs de hac re diſſerui.

Simul poſſe teſtamentum cum pactu concurrere.

IV. argum.
Exod. 24.

Quia ergo teſtameotum vltima volūtas eſt teſtatoris, quā mutare in præſenti poteſt dum viuit ; ideò ſanguine firmatur. Nā etſi Chriſtus ex reſurrectione poſt mortem viuat, id non tollit teſtamēti virtutem: Chriſtus enim ſemper viuit , & tamē validiſſimū eſt teſtamētum,& firmiſſimum, quia etiam reſurrectio pars eſt teſtamenti ; ideò ea non tollitur, ſed roboratur teſtamētum. Debet autem hæc vox Teſtamenti plurimum adferre conſolationis: tùm quia indicat morte Chriſti roboratum eſſe teſtamentum ad fidem noſtram, & ſpem confirmandā: tùm quia admonet, ne de operum noſtrorū imbecillitate , & imperfectione dubitemus, ſcientes ęternam vitam nobis gratis dari, vt hæreditatem Dei. Nam etſi bonorum operum meritis reddatur ; ſed illis tantùm meritis, quæ ex gratia prodeūt: vnde ad Coloſ. 3. vita æterna vocatur hæreditatis retributio: tum denique, vt nouerimus Scripturas non aliter nobis legendas atque teſtamentum, quo hæredes inſtituimur, & non ad alienos, hoc eſt ad Hæreticos, ſed ad Catholicos vt filios teſtamentum pertinere.

Teſtamentū in mortuis confirmari, cur dicat Apoſtolus.

I.ratio.
Cur Paulus (vt etiā Chriſtus) vſus ſit voce Teſtamenti.
Secunda.
Rom 1.
Vita æterna cur dicatur retributio hæreditatis.
Coloſſ 3.
Tertia & vltima.

Subdit : *Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.* Ex quo apparet , Apoſtolum rem vrgere , & non eſſe verbi quæſtionem, illud pro confeſſo aſſumens, quòd nulla ſymbola temere, vel ab re ſint à Deo in lege vſurpata , ſed ad aliquid ſignificandum : ergo ſanguis agni confirmans vetus, præſi-

Qua ratione Paulus agnū legalē ac typicū probet veri agni Chriſti figuram extitiſſe.

Digitized by Google

præſignabat Chriſti veri agni ſanguinem, quo nouum conſtabilitur teſtamētum. Oportuit ergo Chriſtum mori, ea tamē parte qua mori poterat, & homo erat. Nec enim ita iſta accipi debent, vt in omnibus conueniant. Nam ecce Chriſtus pro nobis moriendo; hæreditatem nobis comparauit, & ipſemet Chriſtus qui eſt teſtator, eſt etiam hæreditas: quando tamen pater familias teſtatur; nec moriendo acquirit hæreditatem filijs, nec ipſe eſt aliorum hæreditas.

Chriſti teſtamētum quid diſſimile habeat ab humano.

Quòd verò hic morte Chriſti confirmatum eſſe teſtamentum aſſerit, alibi autem, confirmatum eſſe iureiurando ante mortē, non contradicit. Nam confirmatio illa fuit vt oſtenderetur, teſtamētum illud non potuiſſe immutari, quòd iureiurando eſſet roboratum, non autem vt poſſet adiri hæreditas: nam ad confirmationem fecit poſteà Chriſti mors. Niſi enim granum frumenti cadens in terram mortuum fuiſſet, multum fructum non attuliſſet. Cœpit autem ille mori, & bonis ſuis veluti priuari à primo ſuo exinanitionis momēto quo incarnatus eſt. Teſtatus autem fuit antea, habens immenſa bona quæ morte quaſi amiſit, vt nos ad illa participanda admitteret. Vnde nec primum ſine ſanguine dedicatum ait, non quòd in ſeipſo teſtamentum profanum eſſet, ſed quòd non ita ſanctum eſt, quod non profanēnt homines ſuis immunditijs. *Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem,* &c. Hęc videtur accepiſſe Apoſtolus vel ex Spiritu ſancto, vel ex traditione Gamaliel, nō autem ex textu legis, & tinxit ſanguine tabernaculum, & vaſa, & librum, vt doceretur populus non aliter poſſe Deum coli, niſi fide in ſanguinem Chriſti intueamur.

Si morte Chriſti, cōfirmatum teſtamētū eſt, quomodo ante mortem iureiurando confirmatū idem tradit Apoſtolus? *Hebr. 6.* *Ioan. 12.*

Quando primu moriens teſtari cœperit Chriſtus: illudq; teſtamētum cum eſſet ſanctū, & legitimū, quid eguit eius ſanguine confirmari?

Hæc verba: Lecto omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo: vnde Paulus ſumpſiſſe videatur. *Exod. 24.*

¶ *Dicens, Hic ſanguis teſtamenti,* &c. Teſtamenti, dixit Paulus, vbi Vetus habet, fœderis: ſecutus eſt autem LXX. interpretes: vnde & Gręcè Epiſtola ſcripta comprobatur, vt aliqui volunt. Et licèt Moyſes non dicat aſperſum librum, ſed tātùm populum; probabile tamē eſt etiam librū aſperſum fuiſſe. Et aſpergillum fiebat ex hyſſopo, quæ ſingulari pectoris purgandi & excoquendi efficacia pollet. Ita Chriſtus Spiritu ſuo vice aſpergilli vtitur ad nos ſanguine ſuo abluēdos, dum ſeriò pęnitentiæ ſenſu nos afficit, prauaſq; carnis cupiditates excoquit, & denique iuſtitiæ ſuo colore nos tingit. Et ad hoc alluſit Dauid, cum dixit: *Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor: lauabis me, &c.*

Vnde nōnulli hanc Epiſtolam fuiſſe ſcriptā Græce, deducant.

Aſpergillum cur fieret ex hyſſopo. Aſpergillū Chriſti eſſe Spiritū ſanctum. *Pſalm. 50.*

Et omnia penè in ſanguine ſecundùm legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Indicat quædam aliter purgari, cùm dixit, Penè. Nam aqua ſeipſos & alias res immundas abluebant, & purificabant, de quibus Marc. ca. 7. Verùm & aqua illa vim habebat in ſacrificijs; vt verum ſit, nullam ſine ſanguine eſſe expiationem: & immunda reputabantur, donec eſſent ſanguine expiata.

Non omnia, ſed penè omnia cur Paulus dixerit ſanguine ſecundū legem mundari. *Marc. 7.*

Dicendo etiam *Penè*, vel *Ferè*, indicat frequentiſſimum vſum ſanguine expiādi fuiſſe: non quòd ſinguli ex populo aſperſi fuerint, quomodò enim id præſtitiſſet tā modica ſanguinis portio? purgatio tamen ad omnes perueniebat.

II. ratio.

Subdit: *Neceſſe eſt ergo, exemplaria quidem cœleſtium his mundari; ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis.* Hoc eſt: Cùm illa antiqua eſſent exemplaria, ſiue typi cœleſtiū, quę in nouo Teſtamento ſanctificata ſunt, neceſſe fuit ea illis ſanguinibus emundari, ſcilicet, brutorum animalium, non autem hominum ſanguine, vt faciebant Gentes, quæ idolis & ſimulachris ſeruiebant; decuit, imò neceſſarium fuit, ipſa cœleſtia, id eſt, electos homines ad inhabitandum cœlum, melioribus hoſtijs purgari. Et cū vna hoſtia ſiue victima ſit Chriſtus; tamen propter antitheſim plurali numero abuſus dixit, Melioribus hoſtijs.

Quo ſanguine idolis immolato Gentes olim ſe crederent emundari.

Quid cœleſtia hoc loco melioribus hoſtijs quæ mundantur.

Alij tamen volunt, vnam fuiſſe Chriſti hoſtiam principalem, in cuius virtute multæ hoſtiæ particulares membrorū eius ſanctificatæ ſunt, vt B. Virginis, Apoſtolorum, & Martyrum, qui pro Fide corroboranda mortem ſuſtinuerunt, qui dicere poterant cum Paulo: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia*; & alio loco: *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.*

Si vna tantū hoſtia fuit Chriſtus, vt multiplex Apoſtolo. *Coloſſ. 1.* *Sapien. 3.*

Aliter hæc, & quidem exactiùs, explicari poſſunt. Exemplaria cœleſtium, Græcè ὑποδείγματα vocat, atq; hęc erant tabernaculum, Sancta ſanctorum, vaſa miniſterij: quę erant omnia ὑποδείγματα, id eſt, adumbrationes Eccleſiæ Chriſti, & Sacramentorum eius. Quę quidem Cęleſtia vocat, quia Eccleſia Chriſti vnum regnum eſt cum cęleſti; ac proinde cœlorum regnum vocatur. Quandiu ergo ſtetit tabernaculum Moſaicum, quod Eccleſiam non manufactam, ſed Spiritu Dei ædificatam adūbrabat, neceſſe erat Moſaicis hoſtijs mundari: at Eccleſiam noſtram adumbratam, melioribus ſeu potioribus hoſtijs, quæ ſunt corpus, & ſanguis Chriſti.

Eidem exemplaria cœleſtium quid erant.

Et reddit rationem Apoſtolus: *Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum.* Vnde & Latinus interpres eodem vocabulo dixit, Exemplaria virorum, ſicut dixerat exemplaria

Antitypa verorum quid Paulo.

cœle-

cœleſtium : Græcè tamen non eſt eadem vox vtrobique, ſed in priori loco legimus ὑποδείγματα, hoc eſt, adumbrationes cęleſtinm, vt opus fuerit Panlo verbum variare: ſed, Antitypa verorum, vocat non typos Moſaicos, quos vocauit ὑποδείγματα, ſed Sacramenta noui Teſtamēti: hæc enim data ſunt pro illis veteribus, & ſunt expreſſæ imagines rerum præſentium, & propinquæ archetypis. Videndum ergo quæ ſint bæc tria: Exemplaria cœleſtinm, & Antitypa verorum, & quæ ſint iſta vera, & quomodo differant à cœleſtibus; & quæ tertiò ſint Arcbetypa.

Dionyſius cum Paulo exemplaoia verorumque nominet, ad antiquę legis & nouæ differentiam.

Explicans ergo differentiam Apoſtoli Moſaicę legis Ab Enangelica, & cœleſti, ait Dionyſius Areopagita: *Poſt illam cæleſtem, & ſuperiorem hoc mundo hierarchiam, proferens Deus pro ſua bonitate nobis dona ſua ſanctiſsima, cùm pueri quidem eramus, hierarchiam veteris legis largitus eſt, adhibitis obſcuris, & tenuibus imaginibus verorum, ſiue rerum verarum, & adumbrationibus archetyporū remotiſsimis, typiſq; contemplationem in ſe opertam non facilè ad diſcernendum continentibus, tanquàm lumine cōuenièter oculis infirmis, ne eis noceret, accommodatam.* Hæc Dionyſius. Vt ex collatione huius loci cum illo Pauli, verum illius ſenſum accipiamus. Paulus ſiquidem typos Moſaicos vocauit ὑποδείγματα cœleſtium, id eſt, exemplaria eorum, quæ ſiunt in Eccleſia (quæ cœlum eſt) hoc eſt, noſtrorum Sacramentorum, quæ ſunt diuina & cœleſtia: at Dionyſius vocauit ἀμυδρὰς εἰκόνας τῶν ἀληθῶν, hoc eſt, pertenues, & obſcuras imagines verorum. Vera enim noſtræ Eccleſiæ Sacramenta, & non vmbræ futurorum bonorum, vt illæ veteres erant. Gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt nobis. Deinde, quæ Paulus ἀληθινὰ vocauit, cùm ait de noſtris Sacramentis, antitypa verorum; Dionyſius alio nomine vocauit archetypa, quæ ſunt in cœlo res ipſæ reuelatæ, & apertæ, vt gratia in ſpecie ſiue viſione, pro gratia in fide; immortalitas in re pro immortalitate in ſpe; corpus Chriſti glorioſum, ſiue in ſpecie glorioſa, & propria, pro corpore Chriſti in myſterijs antitypis, in qnibus Chriſtus verè eſt, ſiue ἀληθῶς, ſed in cœlo ἀληθινῶς, id eſt, perfectè, ac verè, quia in ſpecie propria, vtpotè archetypum. Et ſicut illos typos legis ait fuiſſe remotiſſimos ab archetypis, ita noſtra Sacramenta propinquiſſima ſunt arcbetypis ipſis, quorum ſunt antitypa. Quia ergo Pauli Latini interpretes non diſtinxerunt antitypa ab ijs, quæ ibidem vocat ὑποδείγματα cœleſtium, in cauſa fuit, vt cùm legerent quod ſequitur: Non enim in manufacta antitypa verorum introiuit Ieſus, exiſtimauerint Apoſtolum aſſerere, vt ipſa compoſitio verborum primo affectu porrigere videtur, illa manúfacta antitypa virorū fuiſſe; cùm tamen ita non ſit, imò boc neget ipſe Apoſtolus.

B. Dionyſ. Areopag lib de Eccle hie. rar. c. 3. par. 3 ſub init.

Hebr. 10. Ioan 1.

Archetypa quęnam Dionyſio, verorum antitypa Paulo.

Quæ cauſa fuerit Latinis interpretibus errandi, in eo quod antitypa verorū, & exemplaria cœleſtium idem eſſe putauerunt.

Qui verus horū ſenſus verborum Apoſtoli: Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium his mūdari, ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtijs quam iſtis.

Quare hic eſt eorum ſenſus: Si illa manufacta Sancta fuiſſent antitypa verorum, hoc eſt, expreſſæ imagines verorum, quæ ſunt in ipſo cœlo, in quod introiuit Ieſus, haud dubiè ſanguine eius mādata fuiſſent. Sic enim mandata fuiſſent antitypa verorum, id eſt, eorum, quæ ſunt archetypa in ipſo cœlo: at non fuerunt antitypa eorum, ſed potiùs adumbrationes remotiſſimæ ac longiſſimæ archetyporum, vt dixit Dionyſius. Eccleſia verò, eſt tabernaculum Chriſti non manufactum, ſed eius Spiritu ædificatum, de quo ait Propheta: *In circuitu eius tabernaculum eius:* ipſe enim dixit: *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Neceſſum ergo fuit, vt in ſanguine eius mandatum eſſet tabernaculum hoc, & omnia Eccleſiæ Sacramenta, quorum typi erant vaſa miniſterij tabernaculi, quia ſunt antitypa eorum, quæ ſunt in cœlo aperta, & reuelata. Neceſſe etiam fuit, vt à Chriſto, & Chriſti paſſione emanarent. Si vero Sacramenta nouæ legis antitypa ſunt τῶν ἀληθινῶν, id eſt, eorū, quæ omni velo, ſeu imagine in cęlo carent (hęc enim ſunt propriè ἀληθινὰ) conſequens eſt, vt quæ ſunt antitypa corporis & ſanguinis Chriſti in ſpecie propria in cœlo, & in archetypis ſymbolis, vel myſterijs Euchariſtiæ, & non ſecundùm Spiritum tantùm, vt hæretici Caluiniſtæ tradunt, contineantur. Vt enim ſi Baptiſmus non eſſet aliud quàm ſymbolum, & magno quædam regenerationis, non fieret in ea vera regeneratio, nec vera peccatorum purgatio, nec vera filiorum adoptio, non eſſet antitypon illius archetypæ in cœlo filiationis; & purgationis peccatorum, cùm erimus ei ſimiles: ita ſi in myſterijs corporis & ſanguinis Domini, non eſſent verè & reipſa corpus & ſanguis, ſed ſecundùm ſpiritum tantùm, & delineationem, ſiue præfigurationem, non eſſent hæc myſteria antitypa corporis, & ſanguinis in ſpecie propria; ac proinde nunquam eſſent iſta antitypa verorum, quæ Paulus dicit: ſiquidem neceſſe eſt aut omnia Sacramenta eſſe antitypa verorum, id eſt, archetyporum in cœlo, aut nullum. Deinde, ſi noſtra Sacramenta ſunt antitypa verorum, id eſt, ſi habent, ſicut Apoſtolus ait, ipſam imaginem rerum præſentium, id eſt, veritatis, & gratiæ (Lex enim per Moyſen data eſt, gratia, & ve-

Pſal. 27.

Matth. 20.

Contra Caluiniſtas corporalē Chriſti præſentiā in Euchariſtia pernegātes, ſignomq; eſſe illam nugantes tantummodo. Quæ ſint in Baptiſmo regenerationes

Secundum argumētum pro corporali Chriſti pręſentia in Euchariſtia. Ioan. 1.

ritas per Ieſum Chriſtum facta eſt) neceſſe eſt, vt in myſterio Euchaeiſtiæ verè ſit corpus, & ſanguis Chriſti; an ſi non verè eſt, non eſt imago archetypi corporis & ſanguinis Cheiſti in ſpecie peopria, ſicut Apoſtolus ait: Pee fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem; atque ita falſum eſſet, qnod Apoſtolus docet, Legem Euangelicam habere imaginem eeeum. Quæ verò Dionyſius appellauit archetypa, Paulus hoe loco c.9. vocat ἀληθινά, ἀληθῆ enim nũc vera ſunt in Ecclesia, licet non ſint in propria ſpecie; vt veeus homo eſt, etſi extrinſecus aliena ſpecie indutus, quandoque homo nun appareat: ſic ſunt verè res ſpiritua les in Sacramentis ſub ſenſum cadentibus: ἀληθινά verò ſunt, quo ex toto, & propeiè ad ipſum ſunt quod dicuntur, vt vetcees Eccleſiæ interpeetes notarunt: vt in Baptiſmo veea remiſſio peecatorum, veea adoptio filiorum, & vera eeſurectio ſecundùm ſpem: in cœlo autem veea eſt purgatio peceatoeum: vbi ampliùs nō poteſt peccari, & adoptio filiorum non per fidem, ſed per ſpeciem: & iſtarum eerum, quæ archetypa ſunt, eſt etiam Baptiſmus Antitypon, vt etiam beatus Peteus dixit: Similiter in myſterio Euchariſtiæ dicendum eſt ſecundùm doctrinam à Clemente ſcriptam, & ſecundùm Pauli epiſtolam, antitypa veeorum, hoc eſt archetyporum eſſe intelligenda.

Idem veterũ Patrum autoritate confirmatur. *Clem. Rom. lib. 5 c. 13.*

B. Maximus.

Maximus quoque in libro de Eccleſiaſtica myſtagogia aechetypa vocat. Intuens enim in illud Ioannis: *Qui manducat meam carnem, habet vitam aternam, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die: Et ablatis*, inquit, *ijs, in quibus cernitur noſtra corruptio, tranſmutat nos, & ſimiles ſui facit.* Et ſubdit: *Et largitur nobis archetypa myſteria, quæ hic per ſymbola ſub ſenſum cadentia oſtenſa ſunt.* Vides quomodo vocat archetypa myſteria, corpus & ſanguinem peopria ſpeeie in cælo apparentia, quæ non reuclantue niſi Beatis; & ideo ea voeauit myſteria.

Damaſcen.

Damaſcenus lib. quarto de Fide orthod. cap. 14. *Antitypa*, inquit, *dicuntur, nõ quaſi verè non ſint corpus & ſanguis Chriſti; ſed quia nunc per ea participamus Diuinitatẽ Chriſti, tunc autem in futuro, id eſt, in cœlo, per ſolam viſionem participabimus.*

Greg. Naz. ora. 42. to. 2.

Geegorius quoque Nazianzenus ſermone 2. de Paſcha, comparat Moſaieum Paſcha eum noſtro nunc, & noſtrum nunc cum futuro in cœlis. *Participabimus*, inquit, *Paſcha, non quidem typicè adhuc tametſi apertius quàm vetus agnus participabatur. Paſcha enim legis, audeo, & dico, typus typi erat, licet obſcurior.* Et paulò pòſt: *Perfectius, & purius* (ſcilieet participabitue) *quando ipſum nouum nobiſcum bibet Verbum Dei in regno Patris, quia ſcilicet ſine vlla ſpecie aliena, vel integumento.* Hęc ille. Cùm autem dixiſſet, Paſcha noſtrum typicè hic participari, excuſat Gregorius, cùm ait: Audeo, & dico, ne ſcilicet quis hoc malè intelligeret, aut ſic loquentem repeehẽderet, vel miraretur. Niſi enim verum corpus Chriſti in his myſteeijs eſſe crediſſet, non erat cur excuſaret quòd ſic loquatue. Significat ergo ſub typo panis & vini, verũ Chriſti coepus paeticipari.

Quomodo accipiendum illud Dionyſij: Per veneranda ſymbola ſignificatur & participatur Chriſtus.

Dion. Areop.

Hinc etiam intelligendum eſt illud Dionyſij de Eccl. hierar. cap. 2. *Per veneranda*, inquit, *ſymbola ſignificatur & participatur Chriſtus.* Non enim ait Dionyſius tantùm ſignificari: nec dixit participari ſecundum ſpiritum, quia verè & ſubſtantialiter participatue.

Macarius.

Adde etiam Macarium Ægyptium hom. 27. *In Eccleſia, ait, offertur panis & vinum, antitypon carnis & ſanguinis eius. Et ne quis male intelligat, ſubdit: Et qui ſumunt ex eo, qui apparet panis, & non eſt, carnem Chriſti comedunt ſpiritualiter.*

Cyrill. Ieroſ.

Cyril. quoque Ieroſol. hom. 4. myſtagogica, eadem phraſi locutus eſt, dicens: *Qui videtur eſſe panis non eſt panis, ſed corpus Chriſti.*

Andr. Cret.

Adhęc Andreas Ieroſ. Ceeten. Archiepiſc. hom. in Dominica Palmarum: *Poterimus*, inquit, *& nos eum ſumere, qui pro nobis ſemper ſine mactatione immolatur.* Et ſubiungit: *Immolatur enim pro nobis in ſymbolis antitypis conſecratus.* Hæc ibi: Huius vocis peoprietatem latiùs explicuimus Capite tertio prioeis Epiſtolæ B. Petri.

Quid ſit: Nõ enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, &c.

Ait igitur Paulus: *Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum.* Hoc eſt: Ad ingeediendum in illa Sancta ſanctorum, quæ typi erant, & figueæ, ſatis erat ille hiecorum, & vitulorum ſanguis. Et iterum hoc loeo Sanctum accipit pro Sancto ſanctorum, vt ſuperiùs.

Quid propriè Cœlũ, in quod Chriſtus per propriũ ſanguinem dicitur introiſſe.

Ad intrandum verò in ipſum cœlum, non tam quod oculis cernimus, & in quo ſtellæ lucent, quàm in ipſius regni Dei beatitudinem, quę cœlos ſuperat, cuius exemplar, & antitypon vetus erat Sanctum ſanctorum, opus fuit per melioeem ſanguinem, hoc eſt, cœleſtem, quo omnes ſanctificarentur ad cœli lucrum via ſanctorum patefacta inteoire.

Aliter ſiſtitur olim Sacerdos, aliter modò Chriſtus in cœlo vultui Dei pro nobis apparet. *Exod. 30. Leuit. 16.*

Vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Olim quidem Sacerdos Leuiticus ſe in Dei conſpectũ ſiſtebat, ſed in figura: erat enim arca eum propitiatorio, pęſentiæ Deitatis ſymbolum; at Chriſtus ſolida veritas, & plenus figuræ effectus, apparet vultui Dei, vt patronus agens cauſam noſtram.

Quare Chriſtus in cruce ſemel oblat⁹, nõ quemadmodum Le-

Neque vt offerat ſemetipſum quemadmodum Pontifex, &c. Addit vnam diſſimilitudinem: quoniam opus non fuit, Chriſtum pluries ſeipſum offerre, ſicut debebat olim Pontifex, qui ſemel inteabat in ſancta San-

ctorum

uiticus Sacerdos, neceſſitatē habeat iterū ſeipſum offerēdi pro mūdi ſalute.

ctorum, idque in alieno ſanguine; alioqni opus fuiſſet Chriſtum ab origine mundi ſemper pati, hoc eſt, omni anno ad redimēdum mundum in omni ætate, quia peccata ſemper fuerunt omnibus ſeculis, quæ expiatione indigebant: & niſi fuiſſet efficax ſacrificium, ex Patribus fuiſſet ſaluus nullus. Quòd autē oportuiſſet eum ſæpè mori, & pati, inde ſequitur: quia mors cum ſacrificio ſemper fuit coniuncta.

Debuiſſe Chriſtum, vt ait Apoſtol⁹, frequenter pati ab origine mundi, ſi plunes offerre ſemetipſū indiguiſſet.

Ait ergo: *Neq, vt offerat ſemetipſum.* Quaſi diceret: Etſi Sacerdos: non tamen requiritur continuus ſacrificandi actus, quia ſemel vnum efficacia perpetuum ſacrificium obtulit.

Si vna tantū fuit oblatio Chriſti humanæ redemptioni neceſſaria in cruce peracta, ad quid altera Euchariſtiæ quotidiana, & toties oblatio.

Quòd autem ſacrificium Euchariſticum ſæpè offeratur, ad rem non eſt, quia in eo non moritur Chriſtus, ſed repræſentatur eius mors in cruce peracta, quo nobis eius fructum applicemus: quemadmodum veræ Chriſti hoſtiæ non repugnat, quòd olim Patres eam aliquādo futuram repræſentabant, quicquid hic impiè dicat Caluinus. Sed de hoc latiùs Capite ſequenti diſſeremus.

Contra Caluinum.

Quid cōſummatio ſeculorū hoc loco. *Galat.* 4.

Nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit. Vocat Apoſtolus hoc loco Conſummationem ſeculorum, id, quod ad Galat. 4. dixit, plenitudinem temporis. Fuit enim quædam temporis maturitas, quam Deus ab æterno decreuerat, vt præcidatur curioſis occaſio cauſam inquirendi, cur potiùs hoc tempore, quàm illo, venit. Nam vt Deus habet legitimam rerum omnium gubernationem, ita & temporum. Et tempeſtiuam fuiſſe Chriſti mortem, & opportunam denotat. Atque hæc ſeculorum plenitudo, & conſummatio opponitur anteacti temporis imperfectioni, in quo homo nō erat adhuc diſpoſitus ad fide ſuſcipiendum tantum medicamentum. Hinc alibi idem Apoſtolus aſſerit, in nos incidiſſe fines ſeculorum: quia regnum Chriſti omnibus rebus complemētum attulit. ¶ Vel venit ad cōſummationem ſeculorum, id eſt, ad perfectionem, vt per Chriſtum perficerentur omnes omnium ſeculorum homines. Et hoc, Ad deſtitutionem, vel deſtructionem peccati. Ne ſcilicet amplius illud in nobis dominetur, ne Chriſti membris eius Sacramenta frequentantibus imputetur, & orationem fundentibus pro aſſiduis venialibus. Hinc Dan. 9. indicitur finis ſacrificijs & abolitio peccatorum permittitur. Et ait: *Semel.* Non bis, aut ter, quia tunc aliquid primę oblationi defuiſſet, quod plenitudini repugnat.

In eos, qui tardiorem ad homines ſeruandos Chriſti notant aduentum.

Quænam extiterit huius ratio tarditatis.

1. *Cor.* 10.

Alter ſenſus de aduentu Chriſti in conſummatione ſeculorum.

Quid eſt: Ad deſtitutionē peccati. *Rom.* 6. *Dan.* 9. *Geneſ.* 3.

Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. Et, coniūctio, primo loco poſita, cauſalis eſt. Et eſt ſenſus: Quia ſicut omnibus hominibus ſtatutum eſt ſemel mori. Omnibus enim in Adam dictum eſt: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Omnes ergo morituri ſunt, etiam Enoch, Helias, & Ioannes, & ſi qui alij eſſent, qui hoc priuilegio hactenùs gauiſi fuiſſent, & illi etiam, de quibus Apoſtolus ad Theſſal. *Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus.* Lazarus ergo, & filius viduæ, & filia Iairi Archiſynagogi, & alij duo pueri per Heliā, & Heliſæum ſuſcitati, & Tabitha, & Eutychus per Petrum, & Paulum excitati, bis mortui ſunt. Sed hoc non derogat communi, & ordinariæ legi, de qua eſt ſermo. Et poſt hoc iudiciū. Vel particulare, quod ſequitur cuiuſque mortem, vel vniuerſale, quod ignis cōflagrationis, & generalis reſurrectio præcedent. ¶ *Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundò ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem.* Vult dicere: Vt hominibus accidit prima mors, deinde iudicium; ita Chriſtus ſemel mortuus eſt, non ſibi, ſed nobis; ad peccata, non ſua, ſed aliorum omnium exhaurienda. Nam quod ad ſe, & ad voluntatem ſuam ſpectat, omniū, qui hoc loco dicuntur multi, peccata deleuit; niſi quòd quidam ſe per incredulitatem ſubtraxerunt; alij verò in peccatis obſtinati, ad finem vſq; perſeuerarunt: quod ipſis eſt imputandum. Et ideo fortaſſis Apoſtolus, multorum, dixit, non, omnium. Et de ſanguine ſuo loquens, dixit: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionē peccatorum*: id eſt, pro electis, tam Apoſtolis, quàm alijs, pro quibus ex ſe efficaciter ſanguis fuſus eſt.

Statutum ſit hominibus ſemel mori, quando.

Geneſ. 3.

1. *Theſſ.* 4.

Illud dictum quomodo poſſit cū eorum, qui bis mortui ſunt, exemplo cōſiſtere.

Ioan 11. *Luc* 7. *Matth.* 9. 3 *Reg.* 17. 4. *Reg* 4. *Actor.* 9. *Infrà* 20.

Duplex iudicium.

Chriſtus cur mortuus ſecūdum Apoſtolum,

Quibus, & quare mors Chriſti non fuerit ſalutaris.

Matth. 26.

Secundò, dicitur, *Sine peccato apparebit*, innuens, quòd cum peccato priùs apparuerit, non quidem à ſe, ſed à nobis perpetrato, & quod ipſe in ſe luendum ſuſcepit, quamdiu in præſentis Eccleſiæ tabernaculo permanſit.

Ad vlt. dub. Quomodo Chriſt⁹ ſummè innocēs, & impeccabilis, prius cum peccato apparuerit.

Poſſumus etiam aliter hūc locum commodè interpretari: nempè, Chriſtum abſque peccato venturum, id eſt abſque piaculari hoſtia, de qua Rom. 8. *De peccato damnauit peccatū*; & 2. Corin. 5. *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Nam in ſecundo aduentu non eſt locus aliquis expiandi peccata, ſicut in primo aduētu cum peccato, hoc eſt, hoſtia pro peccato venit. Veniet etiam ad iudicium ſine ſimilitudine carnis peccati; quia in forma corporis glo-

Quid eſt: Secundò ſine peccato apparebit. *Rom.* 8. 2. *Cor.* 5.

Alter modus Chriſti iudicis apparendi ſine peccato.

Zachar. 12.

glorioſa, & maieſtate plena venturus eſt. Nam etſi ſtigmata mortis ſuæ adferet, illa tamen inobedientiæ Patri ſuo præſtitę gloriam, & in charitatis ſuę erga iuſtos ſymbolum, & in confuſionem reproborum, qui illis configentur, & cruciabuntur, allaturus eſt.

Quid expectantes ſe, in ſalutem, quibus apparebit Chriſtus in iudicio. *Luc. 12.* *2 Tim 4.* Idem reprobis & iniquis quomodo apparebit.

Apparebit autem omnibus expectantibus ſe, io ſalutem; id eſt, illis, quos à peccato mundos iouenit, & quaſi expectantes Dominum ſuum, donec reuertatur à nuptijs, & qui cum ipſo Paulo Apoſtolo diligunt aduentum eius. Nec iam ampliùs vocabit peccatores ad pœnitentiam, ſed ſolùm iuſtos & pios ad vitæ coronam. Iniuſtos verò, & aduentum eius non expectantes, imò aduentum eius deprecantes; nō in ſalutem, ſed in æternę damnationis iudicium vocabit. De his ſatis.

DISPVTATIO XIX.

In illa verba, cap. 10. *Vmbram enim habent Lex, futurorum bonorū, non ipſam imaginem rerum; per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedētes perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quod nullam haberent vltra cōſcientiam peccati, cultores ſemel mundati*, & reliqua vſque in finem capitis.

NON deſunt dubia magni momenti io hoc Capite, & ad rectam textus Paulini interpretationem, ac intelligentiam, & ad prauas, ac detortas noſtri ſeculi hæreticorum explicationes refellēdas ac iugulandas.

I Dubium.

Poſt declaratum igitur Apoſtoli ſcopū, prima difficultas eſt, quæ ſit differentia ioter vmbram, & imaginem, & rem ipſam: hæc enim verba primo loco poſita, nonnihil difficultatis, & obſcuritatis habere videotur.

Secundum.

Secunda, quomodo virtus ſacrificiorum ab Apoſtolo reprobatur, quòd eædem hoſtiæ repeterentur pro peccatis? nam & in Euangelio Confeſſionis Sacramentum de eiſdem p..catis repeti conſueuit; & Euchariſtiæ oblatio ſimiliter frequentatur, & repetitur.

Tertium. *Pſalm. 39.*

Tertia, ſi rectè, & ad rem productus eſt ille locûs Pſalmi 29. *Hoſtiam & oblationem noluiſti; corpus autem aptaſti mihi*; cùm Hebræa habeant: *Aures autem perfodiſti mihi*.

Quartum. *Geneſ 8.*

Quarta, quid eſt quòd reprobat ſacrificia legis, cùm illa ſibi placere oſtendat, quia ſæpè legitur: *Odoratus eſt Dominus odorē ſuauitatis*, id eſt, ſacrificij.

Quintum.

Quinta: illa verba: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctiſicatos*, hæretici vrgent ad probandum, vanam eſſe quotidianam noſtram io Miſſa oblationem, cùm tamen Chriſtus ſemel offerendo, ſaoctificationem omnium operatus ſit.

Sextum.

Sexta: dura videotur illa verba, & Pęnitentiæ Sacramentum denegantia: *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.*

Septimum. *2. Reg. vlt.*

Septima, quomodo ait, horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis; cùm tamen Dauid propoſita belli, famis, & peſtis optiooe, prætulerit peſtem vt in manus Dei iocideret.

Octauum. *Philip. 3.*

Octaua, quare Apoſtolus ad reuocanda in memoriam quæ ſuſtinuerαot aduerſa, Iudæos adhortatur, cùm alibi de ſeipſo teſtetur: *Quæ retrò ſunt, obliuiſcens, ad anteriora cōuerto meipſum.* More viatorum, qui non ſolent retrò aſpicere, ſed vlteriùs progredi.

Nonū & vlt. *1. Cor. 13.*

Poſtrema, quomodo aſſerat: Rapinam bonorum veſtrorū; cùm rapina illa eſſet peccatum ioiuſtitiæ grauiſſimum, & charitatis munus ſit non coogaudere iniquitati, ſed veritati.

Paulus hoc Capite quid docere nititur.

Scopus igitur Apoſtoli in hoc Capite eſt, oſtendere inutilitatem, & imperfectionem legis veteris reſpectu infirmitatis ſacrificij legalis, & imbecillitatē eius ad peccata remittenda, & ad ſalutem adipiſcendam; & ita ad vim aduentus Chriſti, & Euangelicæ gratiæ commendandam. Quod ex triplici capite demōſtrat, oempè, ex offerentium inutilitate, & ex diuina reprobatione, & ex ſacrificiorum ſreque otatione.

I. dubij ſolut. De vmbræ, imaginis, ac rei ipſius diſcrimine apud Paulum.

Prima difficultas fuit de vmbra, & imagine, ac re. Accipit enim ſimilitudinem ab arte pictoria, ſolent enim pictores antequā viuos colores pennicillo ſuperioducant, carbone, aut plumbo rem, quam ſibi exprimeodam propoount, adumbrare. Hæc autem rudior, & obſcurior pictura à Græcis appellatur σκιογραφία, id eſt, vmbratilis deſcriptio: altera verò perfecta, quæ ad viuū repræſentat, quæ Græcis dicta eſt εἰκὼν, hoc eſt imago. Tertio loco eſt res ipſa vera, & repræſentata in cœlo. Quamobrem videtur boc loco aliter accipere vmbram Apolus atque ad Coloſſ. 2. vbi veteres cæremonias, vmbras futurorum vocat, quoniā ſolidam rerum quas figurabant, ſubſtantiā non habebant. Ibi vmbra corpori opponitur, hic autem imagini.

Coloſſ. 2.

Vmbram lex habebat quorum futurorum bonorū.

Et futura bona, vocauit cœleſtia, & æterna bona, quæ io patria ſuot, & quæ hic quodammodò io oobis inchoantur, & deguſtantur, & quaſi in arrha poſſidentur. Idcirco Regnum Chriſti quod nunc eſt,

tunc

1. Cor. 1.

Eadem in lege veteri quã quam imperfectius, & in noua quæná adumbrata myſteria.

B Amb. li. 1. de offic. c. 48. tom. 1. init.

Idem tom. 4.

Greg. Naz.

Triplex Paſcha Gregor. Nazia. quod nam illud.

Matth. 26.

De quo Paulus ſacrificio in lege quo tãnis frequẽtanto, nunc ſermonem habeat.

Leuit. 23.

tunc futurum erat, & Apoſtolus hic docet nos habere claram futurorum bonorũ effigiem. Et quamuis in vmbra, & in imagine idem Chriſtus ſit, idem Spiritus, eadem iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio: in ratione tamen repręſentandi erat diſſimilitudo, quia ibi res à longinquo inſpectæ ſunt, nobis verò claræ & in propinquo.

Ambroſius noſter paucis hoc egregiè explicauit: *In lege, inquit, vmbra, imago in Euangelio, veritas in cœleſtibus.* Præceſſit vmbra, ſecuta eſt imago, erit veritas. Idem tradit in Pſalmum 38. explicans illa verba: *Veruntamen in imagine pertranſijt homo*, & Nazianzenus Oratione in ſanctum Paſcha, diſtinguit paſcha legale, & noſtrũ, & illud, *Quod bibet nobiſcum nouum in regno Patris*: quod eſt dicere: in lege fuiſſe figuram nudam, in Euangelio figuram cum veritate in cœlo nudam veritatem. Primam diſſoluimus difficultatem.

Ad ſecundam diluendam, explicandus eſt Textus. Sequitur: *Per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs quas offerent indeſinenter, &c.* Quibus verbis probat inutilitatem ex iteratione earundem hoſtiarum, & peculiariter loquitur de ſacrificio in die expiationis, quæ incidebat in diem decimum menſis ſeptimi, & à Pontifice offerebatur. Vbi conſiderandum, genus humanum ab initio fuiſſe vni peccato obnoxium, id eſt, originali antiquo, quod multa alia perſonalia conſequebantur, à quibus nemo liberari poterat, niſi ab illo primo peccato expiaretur: qui verò ab eo ſanus eſſet, ab alijs etiam, quæcunque ante ſanitatem adeptam commiſiſſet, ſanatus inueniebatur. Neque enim poterat ab illo ſolo liberari, quin ab omnibus mundaretur.

Peccatũ originis vnum tantũmodo multiplex virtute in cũctis hominibus.

Illud cõmune peccatum cur reliquis cur antiqui virtute ſacrificij non poſſet aboleri ſecundum Apoſtolum.

Cùm ergo quæreretur omnium illorum peccatorum deſtructio; certè Sacerdotium, ſiue ſacrificium id præſtare non poterat; vt in lege præceptum erat. Non igitur hoc peccatum auferebant. Nam ſi hoc obtentum fuiſſet; certè aut per Pontifices ſacrificantes, aut per minores Sacerdotes ſacrificia offerentes. Atqui per illos, aut per hos effici non potuit: ergo neceſſariò per alium Sacerdotem ex tribu Iuda oriturum expectandum erat. Hæc eſt Pauli argumentatio. Et in primis probat, quòd non per Põtifices: quia illi per ſingulos annos eaſdem hoſtias pro ſua, & populi ignorantia offerebant. Nec ſcientia de Deo veniebat, quam ſæpe ignorare profitebantur: alioqui ceſſaſſent offerre, poſtquàm illud erat peccatum naturæ, & ſemel ablatum, non poſſet redire.

Geneſ. 49.

Sacerdotes Leui hoc pręſtare non potuiſſe, dupliciter.

Leuit. 7.

Quòd ſi quis objiciat, ſæpè offerri pro nouis peccatis, quæ indies committi non ceſſabant: ſublatis namque prioribus, opus erat pro nobis aduenientibus ſacrificari. Sed hoc ſanè dici nequit: quia pro ijs quæ admittebantur quotidiè, non poterat fieri expiatio, niſi ſublatũ eſſet originale: quod ſi quis poſſet expugnare, reliqua etiam ſimul deleuiſſet: & ideò ceſſaſſet eaſdem hoſtias offerre.

Ad 8. dub.

De eo quod vim ſacrificiorum legis ob id quod eędem hoſtię pluries repetebantur, infirmat Apoſtolus.

I. Ratio, cur etiã Circumciſio, aut alia Sacramenta veteris legis originale peccatum non tolleret.

Rom. 4.

Ioan. 7.

Si rurſus objiciat quis, Circumciſione auferri ſolitum fuiſſe originale peccatum: id quidem multi negabunt Theologi, qui Circumciſioni ex opere operato tribuunt nihil. Qui verò aliquid tribuunt, dicent, Sacramentum fidei extitiſſe, quia ſignaculum erat iuſtitiæ fidei, vt ait Apoſtolus, & quod ex patribus eſſet: non autem quod ex Moyſe, vt dixit Dominus. Omnia etiam veteris legis Sacramenta vim expiãdi à ſacrificio percipiunt: vt illa omnia noui Teſtamẽti myſteria à Chriſti Cruce vim ſanctificandi obtinent. Quòd ſi ſacrificia non expiabant in veteri lege; profectò nec Sacramenta. Adhæc neceſſum erat, cũ ſatisfactũ eſſet Deo, pro priori teſtamento introduci oportere nouum pactũ, ſeu teſtamentum, quod, dum vetus diceretur, manifeſtè nouum introducẽdum, & eius aduentu vetus abrogandũ inſinuabat. Quòd ſi Sacerdotium Leuiticum vigebat ſtãte priori teſtamento; eius pręuaricationes manebant, & manere oportebat in æternũ, ſi expectatum fuiſſet, vt per illud auferrentur peccata: nam cõmemoratio fiebat eorundẽ peccatorũ, id eſt conflationis vituli, in illis oblationibus, quibus corda non purificabantur, & verè impoſſibile erat ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

II. Ratio.

III. Ratio.

Eadẽ rurſus veterũ ſacrificiorũ legis etiã viuentis ad iuſtificandum imporẽtia confirmatur.

Exod. 32.

Si quis tertiò opponat, confeſſionem noſtram repeti de eiſdem peccatis. Reſpondendũ eſt, non eſſe de ijſdem numero peccatis, ſed de nouis quę indies admittuntur: etſi de ijſdem numero fieri poſſit, ob non perfectè expreſſum peccatum, iam nõ erit præciſè de illo, quia hoc ſit ad reſarciẽdum defectũ prioris peccati, vel ab his qui ſcrupulis agitantur. Non negamus tamen, ob maiorem humilitatem, & ſui ipſius mortificationem, atque victoriam, atq; ob maius meritum comparandum, licere de eiſdem numero peccatis confeſſionem facere. Sed ad hanc iterationem confeſſionis nulla lege Euangelica, aut Eccleſiaſtica arctamur, cùm prior ſit idonea, & ſufficiens. De oblatione Euchariſtię, quę repetitur, & frequẽtatur, dicitur inferiùs latiùs.

Chriſtianorũ de ſuis peccatis iterata confeſſio cur efficax & firma, non item legalium hoſtiarum illa.

Iidem ſæpè eadẽ numero peccata quatenus confiteri valeant.

Alioquin, inquit Apoſtolus, ceſſaſſent offerri cultoribus ſemel mundatis. Nec huius confeſſionis efficacia minuitur ex

Iudæorũ per oblationẽ ſemel purificatorum cõfeſ-

ſio, etiãſi de nuò peccãtũ quare nõ minùs efficax.

hoc, quod ſemel mundati poterant iterum peccare; ac proinde iterata oblatione indigere: quoniam etiam ſi ſic accideret, lex tamen cultoribus mundatis non iuberet vt ſingulis annis offerrent. Et mandatum legis explicitè ſubiungit per aduerſatiuam: *Sed in ipſis* (ſcilicet hoſtis) *commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.* Intellige commemorationem eorũdem numero peccatorum, non autẽ remiſſionem. Ex eo enim quod idem Pontifex, & permulti de populo ſunt illimet qui offerũt, oſtẽditur, quod illis remiſſio peccatorum facta non fuerit. Impoſſibile enim erat ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata: non enim eſſet æqua compenſatio tam vilis pretij belluinus ſanguinis ad magnitudinem delicti expiandam: & ideo ille ſanguis ſæpè repetebatur. Secùs eſt de Chriſti ſanguine, qui ob id non repetitur.

In hoſtijs Leuiticis cõmemorationẽ, nõ remiſſionem, peccatorum fieri, cur dixerit Apoſtolus.

3. dubij ſolut. De loco Pſalmi, Hoſtiã & oblationem noluiſti, &c. an eum rectè Paulus produxerit.

Ad tertiam difficultatem dicendum eſt, Paulum ad literam citaſſe Pſalmum triceſimũ nonum, in quo Chriſtus ad Patrem loquẽs introducitur; & tempus quo locutus eſt, explicatur. ¶ *Ideo,* inquit, *ingrediens mundum, dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti.* Ingreſſus fuit mundum per conceptionem cùm Verbum caro factum eſt. ¶ *Tunc dixi, Ecce venio,* vel, *ecce adſum.* Id eſt carnem aſſumo ad obediendum, cùm ſine ea obedire non poſſet, cùm eſſet per omnia par, & æqualis Patri. ¶ *Vt faciam,* inquit, *Deus volũtatem tuam.* Huiuſmodi votum emiſiſſe Chriſtum, teſtatur B. Hilarius, enarrans illud: Si introiero in tabernaculũ domus meæ, &c. ¶ Ex quo liquet, quæ prima Chriſti concepti, & rationis vſum habentis extiterit cogitatio, nempè vt faceret Dei voluntatem de mundo ſeruando, etiãſi pro eo eſſet ſanguis effundendus: ſicut alio loco dicit: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. ¶ Probat etiam ſimiliter ex hoc loco, à Propheta introducit Chriſtum venientem in hunc mundum, ob hoſtiarũ legis imbecillitatem ad remittenda peccata.

Ioan. 1. Filius Dei mundũ quãdo fuerit ingreſſus, & quid illud: Tunc dixit ecce venio.

B. Hilar. in Pſal. 129.

Chriſti mundum ingreſſi prima cogitatio, atque oblatio qualis fuerit.

Ioan 6.

Chriſtus cur mundum ingreſſus, iuxta Prophetam.

Sequitur: *Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi.* Id eſt, ſolidam Euangelij veritatem, quæ vmbræ hoſtiarum legis opponitur. In quibus nomẽ ſacrificij Hebraicè dicitur Zebach, id eſt cruentum pro peccato ſacrificium. Vocẽ oblationis vocat mincha, quæ ex ſimilia cum oleo & thure quotidiè offerenda tradebatur; vt intelligas, Chriſtum, qui illis ſubſtitutus eſt cruẽtum in cruce extitiſſe ſacrificium, ex cuius vulnerato latere ſanguis fluebat: in menſa verò altaris fuiſſe oblationem exanguem, quam Græci ἀναίματον, hoc eſt, incruentam vocant. Propterea ait, Corpus aptaſti mihi; vt poſſet patibile, & mortale offerri in hoſtiam cruentam: & per myſticam benedictionem aptaſti, vt poſſet eſſe hoſtia incruenta.

Leuit. 6. Hoſtia, & Oblatio, Hebraicè Zebach, & Mincha, quid myſticè.

Aptatum cur corpus Chriſto.

At ſi quis obijciat, in Hebræo haberi: *Aures perforaſti*, ſeu perfodiſti; alluſio eſt ad legis ritum, quo is qui contempta legis facultate in manumitti poſſet, recuſans tamẽ illam, eius aures ſubula perforabantur, in ſymbolum quod perpetuæ ſe addicebat ſeruituti. Et ita Chriſtus cùm liber eſſe potuiſſet, voluit tamen Patri perpetuus effici ſeruus, & noſtram libertatem, & ſalutem ſua ſeruitute, & morte promouere, vt ita fieret ſeruus obediens vſque ad mortem crucis.

Explicatur hęc metaphora Prophetæ iuxta Hebręi literam: Aures perfodiſti mihi.

Philip. 2.

Iuxta Hebræam igitur literam, *Aures perfodiſti mihi*, ſignificat: Docilem, & obſequentem me reddidiſti. Surdi enim ſumus omnes, donec aures nobis Deus aperiat, & peruicaciã noſtrã corrigat, ſecũdùm illud: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autẽ non contradico, retrorſum non abij.* Chaldæus habet, *Aures ad auſcultanda præcepta perforaſti mihi.* Qui perforãdi aures ritus, Gentilibus ignotus non fuit. Vnde Satyricus dixit:

Quomodo Deus Pater aures Chriſto perforarit.

Eſa 50.

Natus ad Euphraten, molles quod in aure feneſtræ.
Arguerent.

Iuuenal Sat. 1.

Aliqui putant corruptè dictum, perfeciſti, pro, perfodiſti.: ſed non ita eſt, ſed ex verbo Græco ambiguo illa varietas nata eſt. Nam hic habetur: σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, quod verbum ſi deſcendat à καταρτίζω, ſignificat aptare, ſiue præparare.

Rectè legi, aures perfodiſti, non autẽ perfeciſti mihi.

Atque ita apparet hunc locum à Paulo allegatũ iuxta lectionem Septuaginta: multũ enim diſtat corpus ab auribus, & aptaſti, à perforaſti. ¶ *Holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt.* Omnia ſacrificiorum genera Paulus attuliſſe videtur, id eſt, Holocauſti, & pro peccato, & Pacificorũ, & oblationis cruentæ, vt omnia excludat, & ipſe Chriſtus eſt virtute omnia, & holocauſtum totum combuſtum ad Patris gloriam, & ſacrificium pro peccatis noſtris: & hoſtia pacifica pro donis, & gratijs impetrandis; & denique oblatio in Euchariſtia, pro iam acceptis beneficijs gratias agẽdo. Hæc omnia in Hebræo dicuntur Zachab, mincha, holoth, clathaim: Pro quibus 70. reddiderunt καταρτίσω, θυσίαν, προσφορὰν, ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας. Et ait: *Non tibi placuerunt*, ſcilicet ad liberãdum mundum à peccato quo tenebatur, ſicut omnes expectabant, & optabant. Erant tamen vtiles ad legis irregularitates auferendas, & ad maculas ab ingreſſu templi, aut de ſacrificijs edendi prohibentes adimendas.

Hæc lectio: Corpus autẽ aptaſti mihi, vnde ſupra.

Quatuor legis ſacrificiorum genera, ad tuũ ſignandũ infima.

In vno Chriſto vim & efficaciam ſuã habere illam omnia ſacrificia.

Legis ſacrificia cur Deo non placuerint, quid tamẽ contulerit.

Sequi-

Quid ſignificet: In capite libri ſcriptũ eſt de me.

Lectio Hebræa: In volumine libri, cum illa 70. In capite libri: quomodo cõueniat. Quid in capite libri Pſalmorum, vel in capite lib. Geneſeos ſit ſcriptum de Chriſto.

Pſal. 1.

Geneſ. 1.

Sequitur: *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Quod Græci docent eſſe accipiendum per parentheſim. Eſtq́ue ſenſus: Non venio ex improuiſo, nec aliud faciam quàm quod ſcriptum eſt de me in ſacris literis per Spiritum ſanctum. In Hebræo habetur bigemilathi, id eſt, in pagina libri, aut in volumine, quod dicitur à voluendo: quia mos Antiquorum erat habere libros in modũ cylindri complicatos. Vnde & Dominus Luc. 4. dicitur plicuiſſe librum, & tradidiſſe miniſtro. Septuaginta tamen legunt ἐν κεφαλίδι, hoc eſt in capite. Et quod in capite habetur, etiam in volumine continetur. Et illa ad rem maximè faciebant, vt intelligeremus in qua parte libri de eo eſſet ſcriptũ. Et ſi eſt ſermo de libro Pſalmorum; primus Pſalmus eſt cæterorum caput, vbi legitur: *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Si autem caput libri ſit ſacra Geneſis, benè res habet: nam vt per ipſum omnia ſunt condita, ita per ipſum erant inſtauranda.

Caput pro compendio.

1. Theſſ. 4.

Poſſumus etiam per caput intelligere, ſummam & compẽdium totius libri: quia omnia vetera ſacrificia de Chriſto ſunt, quatenus in figuram veri ſacrificij offerendi ſiue in menſa altaris, ſiue in cruce, conſcripta ſunt. ¶ Et ponderans Apoſtolus verba Dauidis, adiungit: *Aufert primum, vt ſequens ſtatuat.* Id eſt: ita abrogauit prioris legis immolationem, vt ſecundum ſui corporis ſacrificiũ ſtabiliat: quod eſt accipiendum iuxta Patris voluntatem, cui per Filij mortem nos redimere viſum eſt. Ideò ait: *In qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Hãc enim Dei voluntatem ad effectum reduxit Chriſtus, quæ eſt ſanctificatio noſtra, vt alibi docetur. Et ſemel tantùm moriendo, non pluries, vel continuè, ſed ſemel.

Sol. 4. quæſt. De eo quod grata olim Deo legis ſacrificia, eadẽ poſteà ſæpius damnantur, ac reprobantur à Deo.

Pſalm 39.
Pſal. 50.
Eſai. 1.
Malach 1.

Quorum ſacrificia Deo diſplicerent, & quorum placerent.

Geneſ 4.
Infra 6.

Si non antiqua ſacrificia

Iam ad quartam difficultatem reſpondendum, Deum in Prophetis teſtatum fuiſſe, ſacrificia ſibi non placere, vt Pſalm. 39. & 50. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.* Et Hieremiæ 7. teſtatur à ſe nõ fuiſſe requiſita; Eſai. 1. illa abominanda vocat; Malach. 1 *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituũ; & manus non ſuſcipiam de manu veſtra.* Quibus in ſententijs non ſignificatur, vitium aliquod illis ſacrificijs infuiſſe à natura, ſed aduentitium, & extrinſecum, eorum ſcilicet hominum, qui cum hypocriſi, & impietate offerebant: Contra verò à bonis & pijs oblata, placebat, & affectabat illa, vſque adeò, vt de illo Abelis, Noë, & Abraham dicat Scriptura; Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis: & hoc, quia cum fide, & ſpiritu, & in ſignum Chriſti offerebant. At ipſa ſacrificia per ſe naturali dignitate vllã vim ſanctificandi non habebant.

Iudæos ſanctificabant, quid illud: Rogabit pro eo Sacerdos, & dimittetur ei.

¶ Si obijcias Leuit. quarto & quinto, ſæpè haberi de offerentibus ſacrificium: *Rogabitq́ pro eo Sacerdos, & dimittetur ei*: intelligendum eſt de maculis, & irregularitatibus legis.

Leuit. 16.
Exod. 29.

Quodnam eſſet iuge ſacrificium.

Vna Chriſti hoſtia in cruce Deo Patri oblata quam efficax.

Pſal. 109.
1. Cor. 15.
Hebr. 1.

Ad quintam quo melius reſpõdeamus, textum primò ſcrutabimur. Habet enim: *Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpè offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata.* Dixerant ſuperiùs de ſacrificio expiationis, quod ſemel in anno Pontifex offerre debebat; ne quis diceret, Si non potuit Pontifex tollere peccata, hoc minores præſtiterunt, qui quotidie mane & veſpere iuge ſacrificium offerebant. Oſtendit quoque hos efficaciam remittendi peccata nullam habuiſſe, quia eaſdem offerebãt hoſtias, vnum ſcilicet agnum mane, & alterum veſpere. ¶ *Hic autem* (Chriſtus) *vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternũ ſedet in dextra Dei.* Vna enim hoſtia omnia peccata reddidit expiabilia, ac remiſſibilia, & acquiſiuit ſempiternam cum Deo amicitiam, ita vt ſedeat à dextris eius in pari poteſtate & imperio. Nec timendum eſt, ne vim ſuæ mortis extingui patiatur, vel ſepultam iacere permittat; cum omnes inimici eius ſubdẽdi ſint ſcabello pedum ſuorum, tanquam victori, & triumphatori, atq; hoc in gloriam electorum.

Ad V. dub. Circa illud: Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternũ ſanctificatos quis ſẽſus, quid oblatio.

Actor. 1.
Tit. 4.
Epheſ. 4.
Hebr. 7.

Alter.

Ioan 17.

Luc. 22.

Epheſ. 5.

Et ſubdit: *Vna enim oblatione, cõſummauit in ſempiternũ ſanctificatos.* Oblationem hoc loco dupliciter accipere poſſumus: vel pro re oblata, per Hebraiſmum, vt ita vna hoſtia opponatur pluribus hoſtijs, vt promiſſio pro re promiſſa; ſpes pro re ſperata, fides pro re credita, teſtamentũ pro re teſtamento legata, iuxta illud: *Vt expectarent promiſſionem Patris*: &, *Expectãtes beatam ſpem*; &, *Vna fides, vnum baptiſma*: ſuperius etiam, *In tantum meliorꝭ teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.* Poteſt deinde accipi pro actu ipſo oblationis, quã ſemel ſui ipſius fecit in cruce: Pro eis, inquit, ego ſanctifico me ipſum: & ſemel etiam fecit in menſa, cùm dixit: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur*, ſiue immolatur, vel frangitur. Vt ita vna oblatio opponatur iterationi, vel repetitioni, & aduerbio, Sæpè. Et vtroq; modo accipi poteſt illud ad Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Et quocunq; modo accipiatur, ad rem maximè facere videtur.

Quid illud: Conſummauit, & qualis hæc phraſis Apoſtoli.

Quod ait, *Conſummauit*: referri poteſt ad verbum illud, Conſummatum eſt. Alij vertunt: *Compleuit*; alij, perfecit, vel, perfe-

Ioan. 19.

ctos reddidit: perinde ac ſi, parua magnis comparando, quis diceret, Apelles vna tantùm linea hanc figuram abſoluit. Verbum Sanctificatos, Græcè eſt participium paſſiuum præſentis temporis, ſignificans eos qui ſanctificationem ſuſcipiunt. Atque hic vnus locus eſt præcipuus, quo noui hoſtes nitantur ad conuellendam noui Teſtamẽti in Miſſa oblationem, & argumentantur ex hoc, & alijs locis huius epiſtolę. Et ſi autem hæc diſceptatio libro nono ſuper Euangelia nobis, cùm de Euchariſtiæ Sacramento ageremus, latè ſit expedita; hic tamen breuiter, & pro loci opportunitate aliquid dicendum.

Quos vocet Apoſtolus ſanctificatus.

Hoc loco: Vna enim oblatione. &c. quemadmodùm Lutherani abutantur.

Agunt igitur Hæretici contra Eccleſiæ ſacrificium. Primò, quia vna oblatione eos, qui ſanctificantur, perfecit: Quid ergo, aiunt, nouas fingitis oblationes? Nam id in iniuriam tendit Christi, quaſi ille plenè nõ ſatisfecerit. Deinde, ſi Pontifex eſt in cœlis, & aſſiduè pro nouis interpellans, quomodo non vacant qui in terris ſunt Sacerdotes? Tertiò reprobantur plures Sacerdotes hoc loco à Paulo, ob eorum infirmitatem: vnde ergo tantus Sacerdotum prouentus in Eccleſia? Quartò, inter veterem legem, & legem nouam, quæ dicitur ſermo iuriſiurandi, hoc intereſt, quòd lex illa cõſtituit Sacerdotes morti obnoxios, lex verò noua Sacerdotem perpetuum: at Sacerdotes noui Teſtamenti & infirmi ſunt, & morte abſumuntur. Quintò, illi Sacerdotes ſpernuntur ab Apoſtolo, eò quòd pro ſe ſemper orabant, & pro populo: ex quo colligit illos nunquam litaſſe, & ad perfectum veniſſe. Quid ergo obſtat quo minus de noſtris Sacerdotibus dicatur, qui id ipſum faciunt, non ceſſantes interpellare pro ſe ipſis, & pro alijs? Denique verba ſunt Apoſtoli, Vbi peccatorum remiſſio, iam non eſt oblatio pro peccatis. Si ergo per Chriſti hoſtiam fuit remiſſio peccatorum, quorſum ergo nouæ oblationes tendunt?

I. eorũ Argu. contra incruentam Euchariſtiæ.

II. argum.

III. argum.

Quartum. *Hebr. 7. Ibidem 23.*

Quintum.

VI. & vltim.

Verùm adhæc, vt ordine retrogrado reſpondeamus, ad poſtremum dicimus, Apoſtolum loqui de peccatis veteris Teſtamenti, id eſt de omnibus, tam originali, quàm perſonalibus, quæ admittuntur ante Baptiſmum: nam vbi horum remiſſio facta eſt, non eſt neceſſaria amplius alia oblatio. At illa de quibus per Ieremiam dixerat: *Dabo legem meam in viſceribus eorum, &c. Quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum* (ſcilicet præteriti) *non memorabor amplius*: videtur ſermo eſſe de iniquitatib', & peccatis, quæ poſt legem ſcriptam & ſuſceptum Baptiſmum miſerunt, pro quibus culpis abolendis opus eſt in hoc nouo Teſtamento etiam ſacrificio Euchariſtiæ illa expiante.

Sol. Argum. Quid pro ijs offertur, ſecũdum Apoſtolum, quæ sũt iam remiſſa peccata.

Ierem 31. Hebr. 8.

Ad proximum quintum argumentum poſſet dici, ſpretos ab Apoſtolo fuiſſe priores Sacerdotes tanquã non litantes, & ſemper orantes, & ſacrificantes pro ſuo, & populi peccato: ſed nequaquam ſpernẽdi noui Teſtamẽti Sacerdotes ſunt, qui pro alio nouo peccati genere Deo hoſtiã offerunt.

Veteres Apoſtol' cur ſpreuerit Sacerdotes.

Ad quartum reſpondemus, vetus Teſtamentum nõ habuiſſe vnum ſummum Sacerdotem qui ſemper viueret, & in quo cõſiſteret illud Sacerdotium, ſed omnes erant infirmi, & morti ſubditi: at noſtrum Sacerdotium nititur in vno Pontifice, qui eſt vitæ inſolubilis. Vnde perẽnitas, & vigor noſtri Sacerdotij in illo Chriſti ſuſtentatur, qui eſt Sacerdos in ęternum. Nos enim ſub illo Sacerdotes ſumus tanquam eius miniſtri: ille ſummus Paſtor, nos eius vicarij, & ſubpaſtores.

Cùm Sacerdos vn' Chriſtus ſit noui Teſtamenti perpetuus ad veteris differẽtiam; quid et aggregantur infirmi, ac vitæ ſolubilis Sacerdotes. *Pſalm. 109.*

Ad tertiũ: Nihil eſt abſurdi, ſi ſub Chriſto, qui viuit in æternum, plures inueniantur Sacerdotes morti obnoxij: & ſatis eſt nobis illum principẽ ſemper viuere, quod non fuit in veteri lege.

Cur Paulus tanquã infirmos, ac mortales, reprobet plures Sacerdotes.

Ad ſecundum: affirmandum eſt, Sacerdotes qui ſunt in terris, non vacare ob id quòd Chriſtus coram Deo ſemper aſſiſtat, & interpellet pro nobis, quemadmodùm per illam vnam oblationem, qua conſummauit eos qui ſanctificantur, non deſinit eſſe Sacerdos ſe Patri in cœlis pro nobis offerens. Neq; deſijt per Sacerdotes noſtros quaſi per ſuos miniſtros incruentam hoſtiam & benedicere, & Patri offerre. Imò per illã Sacerdotium ſibi comparauit, vt illud Leuiticum in aliud nouum ſacrificium transferretur: quòd certè, vt Leuiticum, habere debet & ſummum Sacerdotem, qui intret in Sancta Sanctorum, & alios plures minores; qui intrent in ſanctum, & quotidie iuge offerant ſacrificium, vt in priori tabernaculo fieri conſueuerat, in typum eorum, quæ in noua lege futura erãt. Nam modò etiã Pontifex Chriſtus per proprium ſanguinem ingreſſus in Sancta ſanctorum, & vna oblatione litauit pro omnibus culpis quæ erant ſub priori teſtamento. Et pro alijs delictis, quæ ſub nouo emergerent teſtamento, vetus illud, & inutile Sacerdotium in nouum tranſtulit. Non enim dixit Apoſtolus extinctum, aut ſublatum vetus Sacerdotium, ſed tranſlatum: Hæreticus antẽ Lutheranos extinctum vult, cùm omnem velit ceſſare oblationem. Vt igitur ſummus Sacerdos intrans ſemel in ſancta, per ſe amplius hoſtiam non offerebat,

Chriſto in cœlis patrẽ pro nobis interpellante, quo modo nõ vacẽt qui in terris ſunt Sacerdotes.

Vnde Chriſtus ſummũ ſacerdotium habuerit. *Hebr. 7. Exod. 30. Leuit 16. Exod. 29.*

Chriſt' ſecũdùm Apoſtolum, vetus Sacerdotiũ non abrogauit, ſed mutauit in melius cõtra Lutheranos.

Exod. 29.
Agnus legalis quod figurauerit.

etiam ſi reuera eſſet Sacerdos, ſed inferiores Sacerdotes non ceſſabant agnum quotidie offerre in holocauſtum, qui noſtram immaculatam hoſtiam figurabat: ita Chriſtus in cœlum ingreſſus eſt, vt in Sācta ſanctorum, & quidem per proprium ſanguinem, retinens æternum Sacerdotium, permittit tamen, & iubet vt ab inferioribus Sacerdotibus ea ipſi hoſtia offeratur, quam ipſe omnipotenti ſua virtute confecit, & vt illam ſaceremus mandabit: ita ſolenniter operatur, nō iam communem panem, & commune vinum, ſed nectar, & Ambroſiam noſtram, pro communibus peccatis quę in Nouo Teſtamento admittuntur: quæ quidem hoſtia incruenta totam vim ſuam expiandi à Chriſto in cruce cruento mutuatur. Nec mireris prudens lector, quòd oblatio hoſtiæ incruentæ virtutem accipiat à cruenta: quoniam quod Chriſtus in cœlo vt aduocatus cauſas noſtras agat, ſiue vt Sacerdos interpellet pro nobis, non eſt nouum meritum, ſed anteactæ malitiæ, & obedientiæ vſq; ad mortem crucis præmium, & remuneratio. Promeruit etiam in cruce Sacerdotium æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec, vt per noſtros Sacerdos tanquam per ſuos adminiſtros hoſtiam nouam conficiat, & offerat Patri ſuo, quæ nunquam repulſam patiatur.

Luc. 22.

Chriſtianorum nectar, & Ambroſia quænam ſit.
Chriſti cruentum in cruce ſacrificiū omnem vim ſuā incruēto Euchariſtiæ cur tribuat ſacrificio.
I. Ratio.

Hebr. 7.
Secunda.

Si vna oblatione Chriſtus conſummauit in ſempiternū ſanctificatos quid denuò noui offerūt ſacerdotes.
I. Solut.
Altera, quæ confirmatur exemplo.

Ad primum illud: *Vna enim oblatione cōſummauit in ſempiternum ſanctificatos*, dupliciter reſponderi poteſt. Primo, vnico actu offerēdi ſe ipſum in cruce pro peccatis veteris Teſtamenti immediatè obtuliſſe, & applicatur nobis illa hoſtia per Baptiſmū: at pro peccatis noui Teſtamenti nonniſi media ablatione noſtrę incruentæ hoſtiæ. Deinde ſolui poteſt: Chriſtū in cruce, tanquā cauſam vniuerſalem, quę medias cauſas nō adimit, ſe obtuliſſe pro peccatis. Quod vt exemplo illuſtretur, dicimus Solem vnica illuſtratione illuminare omnia, non actu, ſed potentia, & ſufficientia. In eum ſenſum illud accipimus: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vniuerſalis autem non tollit particulares cauſas, per quas applicatur; nec ſunt plures dicēdę, quia ordinatæ omnes ad illam crucis, & in ea virtute continentur.

Ioan. 1.

Apoſtolū neq; quā verbo præteriti tēporis vſum conſummauit, Euchariſticā oblationē vt tolleret.
2. Cor. 2.
1. Ioan. 3.
Hoſtię vnitas incruentæ.

Nec obſtat, quod Paulus dixerit de præterito, Cōſummauit ſanctificatos: quia indies perficitur hæc ſanctificatio, de qua Paulus: Perficientes, inquit, ſanctificationem in timore Dei; & Dilectus; Omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Vnica ergo eſt tantùm oblatio, quæ modò in particularibus operatur, & valet. Ita igitur omnia quadrant, & cruentum incruento non repugnat ſacrificio: & habemus verum ſanguinem, quē pro nouis culpis offeramus: quia ſine ſanguine non fit remiſſio. Nam eius effuſio ſemel facta ſemper prodeſt, modò iugiter offeratur: nec tātùm pro culpis, verum etiam pro gratiarum actione, & laude, quā etiam natura dictante Deo debemus. Prodeſt etiam ad beneficia impetranda, & ne ſemel obtēta amittamus. Non eſt ergo confictum ſacrificium, ſed verum, & reipſa ſubſiſtens, & apertè ab ipſo Chriſto Sacerdote ſecūdùm ordinem Melchiſedec inſtitutum, & præceptum, & hactenus de ſacrificio ſit dictum contra Hæreticos.

Hebr. 9.

Multiplex eius efficacia.

Eandem verſ atq; perfecti habere ſacrificij rationē.

Sequitur: *Conteſtatur autem nos, & Spiritus ſanctus, &c.* Producit ſecūdò Apoſtolus verba Ieremiæ, quæ cap. 8. produxerat. Et ponderat illa verba: *Poſt dies illos*, Veteris Teſtamenti ſcilicet: nam tunc data eſt lex, & ſcripſa in cordibus hominum: *Et iniquitatum eorum*, inquit, *iam non recordabor amplius.* Hoc eſt, vbi nouam legem tulero, & peccata per hoſtiam Chriſti abſtulero, iam nulla ſupereſt pro peccato oblatio: alioqin Chriſti oblationi iniuria fieret, quaſi minus idonea fuerit, vt ſupra fuit luculenter expoſitum. Verbum illud, *Conteſtatur*, expende: perinde enim eſt ac ſi dixiſſet: Non ſolus ego hoc affirmo, ſed etiam Spiritus ſanctus ſimul mecum conteſtatur per Ieremiam, terminando mea verba de ſanctificatione, & conſummatione facienda per Chriſtum. ¶ *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti*; Quā initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam; & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, &c. Poſtquam Apoſtolus excellentiam, & dignitatem Chriſti expreſſit, quam à primo capite ad octauum produxit, & deinde Veteris legis imbecillitatem, & imperfectionem declarauit, ab octauo capite in hunc vſque locum: iam colligit ſuperioris doctrinæ epilogum, ſiue ſummam, adiungendo exhortationem quandam, qua ad tanti beneficij agnitionem, & gratiarum actionem fideles accendantur. Indicat autem ſe ad eos ſermonem habere, qui iam profitebantur in Eccleſia fidem Chriſti, vnde venit ſpes, & fides adeundi ſuperna cœlorum, & intrandi in Sancta Sanctorum in ſanguine CHRISTI. Notat Oecumenius ἐν, accipi pro διὰ, id eſt, per Chriſti ſanguinem habemus remiſſionem, & fiduciam: per quem & ipſe primus intrauit, ſicut ipſe dixit: *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.*

Hebr. 8.
Ierem. 31.

Illud: Et iniquitatum eorum iam non recordabor amplius, explicatur.

Quid ſibi velit dictum Apoſtoli: Conteſtatur autē & non Spiritus ſanctus.

Ex fide Chriſti quæ proueniant.

Oecum. c. 13. circa ſin.

Luc. 24.

Viam nobis ad cœlũ quo modo initiauerit Chriſtus.

Nam & nos intrare cò debemus, cò quòd Chriſtus viam nobis initiauit, vel innouauit, quia ipſe primus eam calcauit, & nobis poſt ſe calcandam præbuit. Et in Pſalmo loquitur; *Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: Hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam.* Et re vera tantam intrãdi fiduciam Chriſti ſanguis pro nobis fuſus præbere videtur; quod tamen olim Patribus fuit negatum; niſi quòd nomina eorum Pontifex in pectore, & humeris geſtabat. Sed nunc non amplius in figura, vel ſymbolicè, ſed re vera intrandum eſt, & aſcendendum in altum cum eo qui captiuam duxit captiuitatẽ, vt dici poſſit Chriſtum nos veluti in pectore, & ſinu ſuo repoſitos, & humeris eius innixos in cœlum geſtaſſe, & nos velut oues errantes in caulam reduxiſſe.

Pſal. 117.

Vnde Chriſtiani quã habent cœlum intrandi fiduciam, Iudæis denegatam, acceperint.

Exod. 28.

Pſal 67.
Epheſ. 4.

Addit: *Per velamen*, id eſt carnem ſuam, diuinitatem tegentem, cuius liuore ſanati ſumus. Vocat etiam viam viuentem, vtpote in qua eſt via Spiritus, & ad meliorem ducit viam, de qua Dominus: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ*; hoc eſt lumen fidei, quo peruenitur ad viam gratiæ, & gloriæ. Sequitur: *Et Sacerdotem magnum ſuper domum Dei*, Supplẽdum eſt à communi ſenſu, habentes; nimirùm Præpoſitum totius Eccleſiæ Dei, qui poteſt & vult nobis opitulari ad intrandum in Sancta Sanctorum. Habet enim claues vitæ, & mortis. ¶ *Accedamus cum vero corde.* Non ficto, & ſimulato, vt pleriq; eo tempore faciebant, & nunc etiã multi faciunt. Addit: *In plenitudine fidei.* Quæ tantam, & talem certitudinem, ac perſuaſionem habet, vt nullus de ea dubitandi locus relinquatur. Occumenius: *In certitudine fidei*, inquit, *Quoniam enim nihil eſt poſthac viſibile: neque templum, id enim eſt cœlum; neque Pontifex, is eſt Chriſtus: neque victima, hæc corpus eſt ipſius; neceſſaria in poſterum eſt fides. Verùm quia contingit credere ſimul, & hæſitare, ait: In certitudine fidei, hoc eſt, vt certi ſimus de his.* Hæc ille.

Carnem ſuã Chriſtus viã viuẽtem cur nominet.
Eſa 53.
Ioan. 8.
Quòd ſit lumen vitæ.

Chriſtus qualis Præpoſit⁹ ſuper domũ Dei.
Apoc. 1.

Accedẽdum ad Deum cum nobis in plenitudine fidei.

Oecum. ibid.

Aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua mũda. In primo alludit ad aſperſionem factam per Moſen, qui aſperſit populum cinere intincto in ſanguine, & aqua: quæ aſperſio ſignificabat purificationem conſcientiæ, & vim pœnitentiæ corda per ſanguinem Chriſti purificantis. ¶ *Et abluti corpus aqua munda.* Id eſt, baptiſmate. Iudæi namque loti corpus tantùm purificabant; vt intelligamus non tantùm opus eſſe fide, ſed etiam conſcientia munda, & vſu Sacramentorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ. *Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem.* Significat; Inſiſtamus bonis operibus, vt accipiamus promiſſionem ingrediendi in cœlum, & ſeruemus hanc confeſſionem quæ eſt circa ſpem firmam, & ſperemus per ſanguinem Chriſti introitum in cœlum, & quod per ipſum ignoſcantur nobis peccata, & digni habeamur qui in filios adoptemur. *Fidelis enim eſt qui repromiſit.* Id eſt verax, promiſit autem; Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum. Vtinam autem, vt nobis Deus eſt fidelis in promiſſis, ita nos quoque in pręſtãdis quæ in Baptiſmo, & Pęnitentia promiſimus, fideles illi ſimus. ¶ *Et conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum.* Græca habent: Conſideremus nos inuicẽ, quòd ſcilicet fratres ſumus, & grex vnus vnius paſtoris: hoc enim augebit mutuam dilectionem. Prouocatio Gręcè dicitur παροξυσμός, id eſt, contentionis ardor. Colligebat enim Deus Eccleſiã ex Gẽtibus & Iudæis, inter quos ſemper fuerat diſſidium, nõ ſecus atq; inter ignem & aquam: & Iudæi facilè reſiliebant, quòd putarent indignum eſſe ſibi Gentes comparari, ſiue ęquari. Ideò huic peruerſo æmulationis ſtudio, aliud opponit contrarium, nempè charitatis, & bonorum operum: his enim alitur ſpes intrãdi ad interiora velaminis. Falluntur ergo maximè, & fallũt, qui promiſſionem ex ſola fide oriri, & fiduciam nudã ſine operibus firmã eſſe contendunt. ¶ *Non deſerentes collectionem noſtram*, ſiue congregationem nouis incrementis auctam: quia Gentes diruto pariete, Eccleſiæ Dei aggregabantur. Ab Oecumęnio verò exponitur: Vt ſemper in eundem locum cõueniant, dilectionis eſt productiuum; idcircò prohibet ſeparationem. Opus enim charitatis non eſt diuiſio, ſed fortis, & exacta vnio. ¶ *Sicut conſuetudinis eſt quibuſdam.* Notat Iudæos, qui plus æquo ſibi tribuentes, Gẽtiles aſpernabantur; & ita præ contemptu deficiebant à caſtris Dei, ne alios ſibi ęquari viderent. Quòd ſi Apoſtolorum tempore qui tanta vitæ ſanctitate, & ſignorum claritate coruſcabant; nonnulli à fide deficiebant: quid mirum, ſi hodie, refrigeſcente charitate, tantam videamus fidelium apoſtaſiam? ¶ *Et tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Id eſt Chriſti aduentum, vt nos ex hac diſperſione in vnũ colligat, & fiat vnum ouile, & vnus Paſtor. Eò ergo operibus charitatis magis incumbendum, quo dies iudicij inſtat. ¶ Sed quomodo cogitare poterat Paulus eo tempore inſtare diem Domini, cùm iam plus mille & quingenti anni ſint elapſi, nec tamen venerit? Reſpondeo, ita proponi no-

Exod. 24.
Aſperſio cordis à conſciẽtia mala, ad quã nos Paulus adhortatur, vnde præfigurata.

Qualẽ Chriſtiani pię Iudæis munditiam habere debeant.

Quid tenere ſpei noſtræ confeſſionẽ indeclinabilem.

Fidelis Deus quid promiſerit.

Ioan 17.
Quid & nos fideli Deo debeamus vicẽſim.

Conſideratione nos inuicem quid: & in prouocatione charitatis, & bonorum operum.

Iudæi quomodo cũ Gẽtibus conuenientes olim.

Hebr. 6.

Contra fiducianos hæreticos.

Epheſ. 2.
Oecum. c. 14. in princ.
Cur Apoſtolus Iudæos, vt non deſerant cũ Gentibus collectionem, hortetur.

Matth. 24.

Ioan. 10.

Qualem Apoſtolus notitiã diei Domini inſtãtis habere potuerit.

bis in Euangelio, vt ſimus ſemper ſuſpenſi & ſoliciti ad ſecundum eius aduentum: *Et vos*, inquit, *ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, donec reuertatur à nuptijs.* Deinde ſumus in nouiſſimis diebus, ſiue nouiſſima hora, id eſt poſtrema ætate, & ſaltem ſuus vnicuiq; dies vltimus inſtat.

Luc. 12. Secunda coniectura. *1.Ioan. 2.*

Ad VI dub.

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, &c. De hoc ſexto loco dubitatum fuit. Atque hęc verba duplicem ſenſum habere poſſunt: alterum, non eſſe hoſtiam illam cruentam Chriſti crucifixi reliquam pro baptizatis delinquentibus, neque ſimilem rurſus baptiſmum omninò renouantem, vt dixit cap. 6. cuius ibi meminit nomine recrucifixionis, vt hic homine hoſtiæ iteratæ: quia illa nonniſi ſemel applicatur, relinquitur tamen incruenta, & ſalutaris hoſtia, quæ applicatur per Pœnitentiæ Sacramentum, ſed nõ attingit ad fructum Baptiſmi, qui eſt renouatio, quia locum ſatisfactionibus relinquit hic, vel in purgatorio pendendis, vel per ſe, vel per ſuffragia viuorum fidelium, aut per Eccleſiæ ſanctæ indulgentias, quę mortuis applicantur, vt in capit. 6. explicatum reliquimus.

I. Solut.

In quo inferior Baptiſmo pœnitentia.

II. Solut.

Alter ſenſus eſſe poteſt, vt loquatur de generali peccato apoſtatandi à Chriſto, & ab Eccleſiæ eius fide: quod ſanè videtur eſſe ſine vllo remedio, quia qui non credit, iam iudicatus eſt; &, Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus, Græcè *αὐτόκριτος*; ad quod deſignandum ſuperiùs dixit: Non deſerẽtes collectionem noſtram: cùm tamen reliqui peccatores, qui defecerunt nõ à fide, ſed à charitate, pœnitentiæ remedium habeant pro reconcilientur, & Chriſtum interpellantem in cœlis, & diſciplinam paſtorum, & Angelorum cuſtodiam.

Ioan. 3. *Tit. 3.*

Pœnitẽtiam olim qui lapſis negarent, dicti occaſione teſtimonij, atque ſimilium.

Non eſt ergo cum Nouationis, aut cum Montano, & Catharis neganda pœnitentia in Eccleſia peccantibus etiam voluntariè poſt Baptiſmum: nec neganda eſt hæc Epiſtola Canonica, vt multi ex Hæreticis aſſeruerunt. ¶ Et addidit: *Poſt acceptam notitiam veritatis*; ad exaggerandam ingrati animi labem. Et peccato ignorantiæ excuſante non errant, qui in ſe ipſis accenſum fidei lumen extinxerunt. ¶ *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio.* Supplendum eſt, illos manet. Et per terribilem iudicij expectationem, cruciatum malæ conſciẽtiæ intellige, quem impij ſentiunt, quo tales torquentur, non aliter atq; Oreſtes, & Nero, interemptis matrib⁹ cruciari, ac torqueri ſcribuntur. Vocat autem ignis æmulationem, quia in illo igne apparebit zelus Dei corripientis, & quia ille ignis, vt diuini honoris vindex, punit impios, de quibus: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id quod timebatis, euenerit*: & per Eſaiam; *Pro eo quod vocaui, & non reſpondiſtis mihi: locutus ſum, & nõ audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis, &c. Ecce, ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.* Et hanc veritatem confirmat exemplo legis, dicens: *Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus, vel tribus teſtibus moritur: Quanto magis putatis, &c.* Videtur argumentari à minori ad maius: nam ſi capitale fuit deſerere legem Moyſis, quantò magis illam Chriſti? Ex quo videtur, quòd nõ loquitur de particularibus peccatis Apoſtolus, ſed de generali apoſtaſia, & Chriſti abnegatione. Neque lex etiam quaſuis tranſgreſſiones morte puniebat, ſed ſi quis à vero Deo deficeret ad ſeruiendum dijs alienis: qui iubetur occidi Deuter. 17. Et addit: *Duobus, vel tribus teſtibus*; vt crimen apoſtaſiæ manifeſtum denotet. Indicat etiam, Chriſtiani apoſtatæ crimen eſſe, Filium Dei conculcare, non ſeruum Moyſen. ¶ *Et ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit.* Hoc eſt Chriſti, non hircorum, vel vitulorum. ¶ *Et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Non Spiritui ſeruitutis in timore. Eſt enim Spiritus autor, & diſtributor donorum, diuidens ſingulis prout vult. Conculcat autem Filium Dei, qui exiſtimat eum gratis eſſe mortuum, tanquam Pater damnationem ad mortem eius contempſerit, & nõ potius ad lucrum animarum noſtrarum tantùm ſcelus patrari permiſerit. Et in hoc verbo Conculcandi, alludit fortaſſe Apoſtolus ad verba Domini: *Non proijciatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis.* Cõculcat verò Chriſtũ in Euchariſtia tantùm porcus, ſiue beſtia hoc eſt impius, ſiue hæreticus, qui non credit ibi adeſſe Chriſtum, ſed tantùm nudum panem: & interdum inuenti ſunt hæretici noſtro ſeculo, qui hanc præclaram margaritam impudẽter conculcarunt.

Voluntariè qui peccent, & non ex ignorantia, quamq; ijdẽ ingrati. Terribilis expectatio iudicij quid Apoſtolo, & ignis æmulatio.

Prouer. 1. *Eſai. 65.*

Moyſi in legẽ deſerentes pœna. *Deut. 19.* *Matth. 18.*

Tranſgreſſio legis quænã maximè capitalis. *Deut. 17.*

Quale peccatum Chriſtiani Chriſtum deſerentis.

Quid ſanguinem Teſtamenti pollutum ducere, & quid conculcare Filiũ Dei. *Rom. 8.* *1. Cor. 12. & ſeq.*

Matth. 7.

Alter ſenſus Græcorum. *Chryſ. ho. 20. ſub init.* *Theophylact.* *Diony. Alex.*

Chryſoſtomus, & Theophylactus, & ante eos Dionyſius Alexandrinus in Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, cuius meminit Hieron. lib. de Script. Eccleſiaſt. interpretantur hæc verba de Sacramento Euchariſtiæ. Et ideò dixit: *In quo ſanctificatus eſt*; non, in quo redemptus eſt, vt intelligamus de eo, quo indies ſanctificamur. Et

non

non dixit abſolutè, ſanguinem; ſed addidit teſtamenti, alludens ad illud: *Hic eſt calix ſanguinis mei Noni Teſtamenti.* Et ſubdit: *Spiritui gratiæ coutumeliam fęcerit.* Non dixit gratię Spiritus, vt dicendum erat, ſi de gratiæ dono, quod diſpenſat Spiritus ſanctus, loqueretur: ſed voluit de ſubſtantiali gratia, ſiue de Spiritu, ſiue diuinitate quæ in hoc Sacramento carni vnita eſt, verba facere. Nam qui indignè manducat, contumeliam facit Deo. *Simus enim qui dixit; Mihi vindictam* (ſcilicet ſeruo; vel, Mihi vindicta, ſcilicet ſeruatur) *& ego retribuam* (pro meritis ſcilicet) *Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum ſuum,* cùm iuſtitia, & veritate, & citra perſonarum acceptionem. Et ibi, iudicare, accipitur pro, condemnare, quia ſequitur: *Et in ſeruis ſuis miſerabitur,* quaſi membrum oppoſitum. ¶ *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Quia enim homines ſæpè eludimus, Dei verò iudicium nullus poteſt euidere: & homo mortalis etſi infenſiſſimus, vltra mortem ſæuire nō poteſt, at Dei potentia formidabilis eſt, quia poteſt mittere in gehennam eos, qui abiecta omni ſpe veniæ, nihil præter extremā ſeueritatem expectant.

1. Cor. 11.

Deut. 32. Quomodo iudicabit Dominus populum ſuum.

Diuinā poteſtatem & vindictam ſceleſtus euadit nemo.

Malach. 10.

Ad 7. dubit.

Quòd verò ſeptimo loco obiectū fuit, Dauid elegiſſe magis incidere in manus Dei viuentis, quàm in manus hominum; id fecit ſpe Dei erectus. Nouerat enim Deum proſtratis, & ſe humiliantibus exorabilem fore: at verò magis voluit Dauid incidere in opprobrium hominum, quàm incurrere in offenſam Dei. Et ſanè melius eſt hoc tempore incidere in manus Dei viuentis, ſiue potius in manus Chriſti in Cruce pro nobis morientis, quàm in poſtrema die iræ, & vindictæ, vbi Deus amplius nulli ſe reddit propitium.

Hodie ſalutaris eſt qui incidāt in manus Dei viuentis.

Subdit: *Rememoramini autem priſtinos dies: in quibus illuminati, magnum certamē ſuſtinuiſtis paſſionum, &c.* Vt ſtimulos addat exhortationi ſuæ, in memoriam Iudæis redigit ea, quæ prius ediderant pro pietate, & fide Chriſti ſpecimina. Turpe enim eſt, cum benè cęperis, in medio curſu fatigari: turpius vbi magnos progreſſus feceris, aut multū laboraſti, & parū ſupereſt, & merces præſto eſt, eaque multa nimis retrocedere.

Iudæorū in tuenda & propugnanda Chriſti fide, & religione cōſtantiam, ac fortitudinē cur laudet Apoſtolus.

Geneſ. 15.

Ad 8. dubit.

Nec obſtat id quod octauo loco obiecimus, alibi Paulum dehortari ſolitum à conſideratione bonorum operum, quæ pro Chriſti fide præſtitimus, aut malorum, quæ ſuſtinuimus: quia id perpetuò non eſt ſeruandum, præſertim cum tentationibus agitamur, aut in imminenti deſerendæ iuſtitiæ periculo verſamur. Tunc namque licet ad priora bona oculos extendere, vt conſideremus, ne, quod magnis ſudoribus comparauimus, amittamus. Ita Ezechias, cui mortem inſtare prædixerat Eſaias, in memoriam reuocauit piorum operū ſuorum ſtudia: *Obſecro Domine,* inquit, *memento quaſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, &c.* Et Paulus mortis reſolutionis proximus, *Bonum,* ait, *certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.* Ac paullò pòſt ait: *Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus, &c.* Id eſt: ſimul atque initiati fuiſtis in Chriſto, magnum laborum certamē ſuſtinuiſtis, quod in duobus conſiſtebat: altero, quòd opprobrijs & tribulationibus ſpectaculū facti eſtis mundo. Robuſta ſiquidem opus eſt (vt ait Oecumenius) anima ad ferenda probra, & iniurias, etiamſi priuatim, & occultè fiant. Quoniam autem manifeſtè, & coram omnibus fiebant (nam hoc ſignificat, Spectaculo fuiſtis) robuſtior eſt neceſſaria. Altero verò, quoniam ita patiendo, conſortes & ſocij facti eſtis eorum qui ſimiliter cōuerſantur, id eſt Apoſtolorum: vnde & maiori infamia afficiebantur, qui illis hærebant, & benefaciebant. ¶ *Nam & vinctis compaſſi eſtis.* Græca habent: *Nam & vinculis meis.* Ex quo Valla ſolidè colligit, huius Epiſtolæ autorem fuiſſe Paulum. Quis enim alius in Italia vinctus erat, aut miniſtro Timotheo vtebatur? Et ita pro voce δεσμίοις, iſti legunt δεσμοῖς μου. Et ita interpretantur Græca ſcholia. Et ſignificat illos non ſolùm conſolatione opus nō habuiſſe, ſed & alijs vinctis manus porrexiſſe adiutrices. ¶ Et rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Mulctabat Iudæi infideles pios & fideles in Chriſto deſeruiebant, aut nullo expectato iudicio inuolabant in bona illorum (quemadmodum fecerunt noſtra ętate Lutherani, deprædantes, & rapientes bona eccleſiarum, & monaſteriorum:) quę tamen vos non tantùm ſine dolore, ſed etiam cum gaudio ſuſcepiſtis, iuxta illud: *Ibant gaudentes* (Apoſtoli) *à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

Eſai 38. Sancti viri, qui nā inter alios bene ancteactæ vitæ recordatione ſeipſos ad proximam mortem compararunt.

2. Tim. 4.

Oecum. init. ca. 15.

Hebræi magnum certamen ſuſtinentes paſſionū, duplicem fructum inde retulerunt.

Vnde Laurentius Valla docet ſatis Epiſtolam ad Hebręos deducat nunal terius etiam quam Pauli.

Oecum. ibid.

A quibus fideles Hebręi rapinam bonorum ſuorū pertuliſſent.

Actor. 5.

Ad 9. dub.

Nec obſtat quod obiectum eſt, quòd cū rapina ſit iniquitas, gauiſi fuiſſet de aliorum iniquitate: quoniam illi non gaudebāt de rapina, ſed de fructu charitatis, & fidei erga Deum, quòd pro illo digni habiti eſſent bonis ſuis ſpoliari: quemadmodū Dominus de morte ſua, qua obedientiā Patri, & mūdo charitatem indicauit, lætatus eſt, non de Iudæorum inuidia, & ſæuitia, qua illum ad crucem adegerunt. ¶ Sequitur: *Cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.* Hoc eſt, fide agnoſcentes vos

Quam Iudęi ſuis bonis propter Chriſtum ſpoliati habēt meliorem & manētem ſubſtantiam.

compa-

Fideles cur cognoſcere habeat ſe habere meliorē ſubſtantiam.

comparaſſe nunquam interituras gloriæ diuitias, nec vlli deprædationi expoſitas, Græca habent *κρείττονα ὑπάρχιν*: ita enim ſuperiùs bona & facultates *ὑπάρχοντα* vocauit. Solet hoc vſu venire, vt qui ad dignitatem Papatus euehuntur, non grauiter ſuſtineant anleis, & vaſis aureis, atque argenteis, ac præclara ſupellectili domum ſuam ſpoliari: quia nouerunt ad maiores opes, & multò pinguiores reditus ſe promoueri. Et ait: *Cognoſcentes vos habere:* quia niſi quis ſtatuit ad ſe ex gratia pertinere cœleſtem hæreditatem, quam Deus filijs promiſit, frigebit vniuerſalis cognitio. ¶ *Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* Hortatur hic ad perſeuerantiam. Et vides hic remunerationem operum, quam Paulus *μισθαποδοσίαν*, id eſt, mercedis retributionem appellat. Vides etiam licere ad mercedem aſpicere in bonis operibus, & euaneſcere confidentiam omnem in ſola fide ſine operibus ſitã.

In eos qui negant licere propter mercedem operari Fidem quoque ſolã non apprehēdere vitam æternam, in eoſdem.

Et ſubdit, nõ ſolam fidem apprehendere regnum ſed permanentem patientiam, ſiue tolerantiam in bonis operibus. Vita enim hæc inſtar ſtudij eſt; & ideò ijs qui eniti ad vitam conantur, plura ſe opponunt obſtacula, & impedimenta quæ nos morantur, & curſum omninò abrumpunt, niſi ingens ſit animi magnitudo ad eluctandum.

Habac. 2.

Dies Domini cur dicatur appropinquare, nec tardare.

1. Ioan. 2.

Adhuc enim modicum, aliquantulumq́, qui venturus eſt veniet, & non tardabit. Verba ſunt Prophetæ Habacuc, admonentis ne moleſtum ſit tolerare, & non longum tempus eſſe ſuſtinentiæ, ſed breue: quia nouiſſima hora eſt, & non tardabit: quia nouit opportunitatem quando ſit vẽturus, etiamſi noſtro deſiderio tardiùs venire videatur.

Quid ſignificet: Iuſtus autem meus ex fide viuet.

Lib. 2. in epi. ad Rom.

Subdit: ¶ *Iuſtus autem meus ex fide viuet.* Id eſt: Ille viuet, qui ex fide factus eſt iuſtus meus, & iuſtitiam operatus inuenietur: De quo teſtimonio hoc loco non diſputo, quia alibi latiùs id præſtiti. Et ſumptum eſt teſtimonium ſecundùm Septuaginta interpretes. Paulus addit: *ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον*. Id eſt; Adhuc enim tantillum tantillum.

Id Propheticum: Quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ, quomodo accipiendum.

¶ *Quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit anima mea.* Vel vt Græca habent: non ſibi complacebit anima mea in illo; Hebræa verò, Vbi fuerit munitio, vel elatio, recta hominis anima in eo non manebit. Septuaginta habent, vt omninò Paulus producit: quod cum ſenſu Prophetæ congruit. Nam ſubtractio hæc, & ſubductio à fide, & opere bono, non differt ab elatione, qua turgẽt impij.

Hier. tom. 6.

Et benè Hieronymus in Propheta vertit: *Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo.* Quia Paulus hoc loco ſubtractioni opponit fidẽ, & acquiſitioni opponit exitium, ſiue perditionem.

Idem ibid.

Dubium eſt, quomodò verba Habacuc, quæ ad literam de primo Chriſti aduentu intelliguntur, vt etiam teſtatur Hieronymus, Paulus ad ſecundum Domini aduentum transferat. Sed certè nouum non eſt, quædam Prophetica verba ad vtrumque Chriſti aduentum ſine violentia referri. Vt illud, *Videbunt in quem transfixerunt:* quod Ioannes ca. 19. explicauit de ijs qui reuertebantur percutientes pectora ſua. Idem tamen ad eos, qui in ſecundo Chriſti aduentu eum conſpecturi ſunt, extendit Apoc. 1. *Ecce*, inquit, *venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et ſimilia de alijs teſtimonijs poſſemus oſtendere, ſi opus eſſet. Et de his hactenus.

Zachar. 12. Ioan 19. Luc 23.

Apoc. 1.

DISPVTATIO XX.

In illa verba Apoſtoli, c. 11. *Eſt autẽ fides, ſperãdarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.*

MVLTÆ ſanè ac graues dubitationes ex his paucis Apoſtoli verbis, quibus fidem deſcribere, ſiue definire videtur, exurgunt, ſuntq́ue diligenter ſcrutandæ, ne fucum nobis hæretici faciant, & ne vllus acuto lectori ſcrupulus remaneat. Primùm ergo inueſtigandus eſt ſcopus, & quomodo fidei definitio cum ſuperioribus connectatur. Deinde quæ eſt iſta fides quæ definitur, an illa quæ humana eſt an diuina, & quomodò ab humana, & ab illa Iudæorum diſtinguatur; quomodo etiam illa Iudæorum à Theologica fide noſtra diſcerni poſſit. Tertiò ambigitur, an hæc ſit vera definitio fidei, & perfecta, an verò deſcriptio, rem propoſitam vtcunque illuſtrans, & explicans. Quartò hæſitari poteſt an hæc definitio per Synecdochen ſit tradita à parte principali, ſcilicet, futurorũ quæ ſperantur continentur, alie duo tempora, id eſt, præteritum, & præſens, vt tradit Sedulius in hunc locum, cuius hæc ſunt verba: *Synecdochicôs hoc dicit, ab inſigni parte fidem definiens. Nam fides eſt trium temporum: creduntur enim præterita quòd fuerint, præſentia quòd ſint, futura quòd erunt.* Quintò in dubiũ vocatur quæ fides hoc loco definiatur, an viua quæ per charitatẽ operatur, an informis, & mortua. Sextò controuertitur, an fides ſumatur pro credulitate, quæ eſt actus intellectus, an pro fiducia, vt quidam voluerunt ex Patribus, vt Damaſcenus, & alij poſteriores, quia hæc ad facultatem voluntatis ſpectat; an verò fides definitur mi-

Primum dubium.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Sedulius.

Quintum.

Sextum.

Damaſc. libr. 4. de Fide orthod. cap. 11.

xtim, vt vtrumque ſignificatum complectitur. Septimum. Septimò, circa ſingula verba ab Apoſtolo propoſita aliqua dubitanda occurrunt. Nam circa illud: Fides, eſt ſubſtantia, opponi poteſt, fidem eſſe quoddam accidens, ſiue habitum intellectualem quem definit. Deinde vt demus ſubſtantiam poni pro ſubſiſtentia, ſiue baſi, & firmamento; obijci poſſet, ſpem & charitatem eſſe ſubſiſtentias, quia per eas & ſperamus æterna bona, & amamus: maximè quia ſpes à Paulo anchoræ comparatur nauem ſtabilienti, cap. 6. vt ſuperiùs vidimus, charitas verò firmamentum eſt, ſiue vita non ſolùm aliarum virtutum, ſed & ipſius fidei. Vnde ſine ea etiam fides transferens montes nihil confert: *Cant. 8. Rom. 8.* & alio loco dicitur, *Fortis eſt vt mors, dilectio*, & per eam omnia aduerſa ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Octauum. Octauò, circa ſecundum verbum: *Sperandarum rerum*, primum dubium eſt an bona ſit *B. Aug. to. 9.* lectio Auguſtin. tract. 79. in Ioan. *Eſt autem fides ſperantium ſubſtantia, & conuictio rerum quæ non videntur.* Et iuuatur hoc ex eo, quòd participium ἐλπιζομένων, mediæ eſt coniugationis, & rectè poteſt ad vtrumque ſignificandum accommodari. Vt poſſit eſſe ſenſus: Fides eſt ſubſtantia rerum quæ ſperantur, aut hominum ſperantium. Nam vt anima in eſſe naturæ eſt homini ſubſtantia, ita in eſſe gratiæ fides eſt ſubſtantia ſperantis. Secundò dubium eſt, quoniam bona habitus alicuius definitio explicari debet per obiectum non alienum, ſed proprium; & ideò potius dicendum erat: Credendarum rerum ſubſtantia: nam habitus cognoſcuntur, & dignoſcuntur per ſuos actus, actus verò per ſua propria obiecta, circa quę verſantur, vt tradunt Philoſophi. Tertiò dubiũ eſt: cùm fides generatione ſpe prior ſit, quare definitur fides per actum poſterioris virtutis, cùm poſterius definiri ſoleat per prius, & non è conuerſo. Quartò dubitabile eſt, cur potiùs non dixerit in ſingulari, rei ſperandæ, quàm in plurali, ſperandarum: & cur non potiùs diligendarum rerum, cùm dilectionis actiones nobiliores ſint? Et hæc de ſecundo verbo. Nonum dubium. Nonò, *M. Tull.* circa verbum, argumentum, dubium eſt: quia teſte Cicerone in Topicis: *Argumentum, eſt ratio rei dubiæ fidem faciens*; at Fides, ſuper omnes ratiocinationes hominum eleuatur. Decimum & vltimum. Decimò, circa poſtremum ver- *Luc. 9.* bum: non apparentium; eſt aliquid quod ambigamus: quia Apoſtoli proprijs oculis viderunt Chriſti tráſfigurationem, & paſſionem eius; eundem iam ſuſcitatum, & aſcendentem in cœlum conſpicati ſunt, & *Ioan. 20. Actor. 1.* Thomæ dixit: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti*; alijs verò diſcipulis; *Beati*, inquit, *oculi qui vident quæ vos videtis, &c.* *Ioan. 20. Luc. 10.* Et ita omnia, ac ſingula verba interpretatione, ac ſolida declaratione indigere videntur. Quibus poſitis, & explicatis, de ſenſu pleno totius definitionis diſſeremus.

Ad 1. dub. De Pauli inſtituto.

In primis ergo ſcopus non eſt admodum obſcurus. Prædixerat enim in ſuperioribus, iuſtum ex fide viuere, & hortatus, ne ſimus filij ſubtractionis in perditionem; ſed fidei in acquiſitionem animæ, ſiue vitæ. Idcircò fidem deſcribit, & ab excellentibus fructibus quos edit, commendat, & illuſtrat, docens ab exordio mundi Patres omnes fide Deum cognouiſſe, atque illam ei placuiſſe, mundum, & aduerſarios omnes viciſſe, per eamque omnes iuſtificatos fuiſſe. Videtur enim hæc fidei deſcriptio dicti pars ſuperioris. Cùm enim dixiſſet, patientiam nobis eſſe neceſſariam, adiecit teſtimonium Prophetæ, quo id confirmauit, nempè: Iuſtus meus ex fide viuit. Et ita patientia coniuncta eſt cum fide: idque ex eo probatur, quia fides eſt ſubſtantia, ſiue hypoſtaſis eorum quæ ſperantur: non autem ſperantur, quæ nobis ad manum ſunt, & facilia, ſed ardua, & difficilia, quæ vel nos adhuc latent, vel quorum poſſeſſio, & fruitio in aliud tempus ſeruatur. Ita etiam Roman. 8. dixit: *Rom. 8.* *Quòd videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus; per patientiam expectamus.* Ita vt illic locus apertè iſtum explanare, & illuminare videatur. Quòd autem iuſtus ex fide viuat, definitione fidei comprobatur, quæ ad res longè remotas, & abſentes nos vocat. Ita vt hæc definitio fidei ſuperiùs capitulum concludere, ac terminare potuerit, quemadmodùm in B. Chryſoſt. indicari videtur. *B. Chryſ. ho. 21. circa med.* Siquidem homiliam terminat in hac definitione coniuncta cum ſuperioribus verbis; quę verò conſequuntur alia explicat homilia. Et hæc de primo.

II. ſol. quæſt. Quam definit Apoſtolus fidem humana ſit, an diuina.

Ad ſecundum dicendum, præter fidem, vt eſt virtus humana Philoſophis non ignota, & cuius extabat Romæ templum, & altare, teſte Auguſt. & quam Cic. lib. 1. Offic. prope princ. Fundamentum iuſtitię vocauit, & dictam ab eo quod fiat, quod dictum eſt, & appellatur veracitas, & conſtãtiã in dictis, & promiſſis: *B. Aug. li. 14. de ciuit. Dei, c. 20. to. 5. M. Tull.* Præter hanc, inquam, dicimus eſſe fidem cõmuniter, actũ intellectus ſuſcipientis aliquid, & alicui dicto, vel pronuntiato aſſentientis tanquam vero: Fides diuina ab intellectu, ſcientia, & ſapientia, vt differat. qui actus eſt ipſum credere. Et propriè ponit aliquem dicentem, cui credamus. Qui quidem actus, ſiue aſſenſus fidei permultùm differt & ab intellectu, qui eſt primorum principiorũ certa apprehenſio; & à ſcientia, quæ eſt concluſionum; & à ſa-

pientia,

pientia, quæ eſt altiſſimarum cauſarum cognitio: quia hi tres habitus intellectuales euidentiam faciunt ipſi rationi, non autem Fides, cuius munus non eſt ſcire, ſed credere quod nondum vides.

Eadem quomodo ab opinione, prudentia, & arte diſtinguatur.

Differt etiam àb alijs intellectus habitibus, vt ab opinione (& per conſequens à dubitatione, & ſuſpicione, qui inferiores actus ſunt) & à prudentia, quæ eſt recta ratio rerum agibilium; & ab arte, quæ eſt recta ratio rerum faciendarum.

Fides humana in quibus à diuina differat.

Fides autē humana inter priores tres habitus, & hos alios poſteriores media incedit: & differt ab opinione, qui aſſenſus eſt vnius partis contradictionis cum formidine alterius: Fides autem dicit adhæſionem ſine formidine alterius ad vnā partem.

B. Aug. to 4. ſub init.

Vnde Auguſt. lib. de Mendac. ad Conſentium, cap. 2. *Inter credere autem, & opinari hoc diſtat, quòd aliquando ille qui credit, ſentit ſe ignorare quod credit, quamuis de re quam ſe ignorare nouit, omninò non dubitet. Opinator autem putat ſe ſcire quod neſcit.* Hæc ille. Poteſt quoque illi fidei humanæ ſubeſſe falſum, non autem tribus illis primis habitibus intellectualibus primo loco dictis; ideò fides iſta communiter accepta non eſt virtus, imò poteſt eſſe quandoque vitium: Nam *qui credit citò, corde leuis eſt.*

Eccleſ. 19.
Diuina rurſus fides, ſeu Theologica ab humana differt in tribus potiſſimùm.

Secus eſt de Theologica virtute, quæ à communiter accepta fide, in tribus diſtinguitur, nempè dicēte, & eo quod dicitur, & interno lumine, cui aſſentimur. Fides enim Chriſtiana ſolùm Deum dicentem reſpicit, non autem hominem, vt in eo ſtatu ſiſtat, ſed vt miniſtrum Dei tantùm accipit: nec tantùm reſpicit Deum dicentem, ſed etiam promittentem: nec qualiacunque promittentem, vt temporalia, & terrenā, ſed ſpiritualia, cœleſtia atque æterna.

Qua lege nobis à Deo bona ſpiritualia promittantur contra Lutheranos.

Promittentem autem non purè, & abſolutè, vt Hæretici ſomniant; ſed ſub conditione bonorum operum: deniq; ſuę promiſſioni ita teſtificantem, vt in animo ingeneret intellectus aſſenſum, eorum ſcilicet, quæ non videntur. ¶ Ex quibus habes quomodò fides Theologica diſtinguatur ab humana communi fide.

Chriſtiana fides quatenus eadem fuerit cū illa Iudæorum, & quatenus diuerſa.
2. Cor. 4.
Exod 14.
Qualium Iudæis legem ſeruantibus promiſſio fuerit facta bonorum.
Eſai. 1.

Iam dicendum, qua ratione diſtinguatur ab illa Iudæorum, quatenus Iudæi ſub lege erant: nam quatenus iuſti, & ſancti, Chriſti Spiritum induerunt, & ad Nouum Teſtamētum ſpectarunt, & eandem fidem noſtram habebant, de qua Apoſtolus: Habentes eundem Spiritum Fidei, & nos credimus, propter quod & loquimur. Quatenus verò Iudæi ſub lege erant, crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius: nec alia præmia ſibi carnales ceremonias ſeruantibus danda expectabant præter terrena, & temporalia bona, ſecundùm illud Eſaiæ Prophetæ: *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.*

Fidem diuina lex ſolius Dei dicentis, & æterna bona promittētis autoritate pendere, vnde manifeſtum ſit.
Rom. 4.
Galat. 4.
Hebr. 11.

At Chriſtiana fides de ſpiritualibus, & æternis bonis eſt quæ nobis promittuntur, Deumque veracem, & qui valet implere promiſſa, proponit. Hinc Paulus de Abraham dixit, quòd non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere. Et alibi: Vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus: & iterum, Vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem: & infra ait: *Credere oportet accedentem ad Deum qui eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Si autem remunerator eſt ſe inquirentium, haud dubiè promiſit remunerationem. Quos locos Pauli produximus, vt oſtendamus fidem reſpicere non tantùm Deum dicentem, ſed etiam promittentem: nec promittentem bona carnalia, aut temporalia per ſe, & principaliter, vt cum Iudæis faciebat, ſed ſpiritualia bona, & æterna præmia. Atq; ita diſtinctam reliquimus fidem Theologicam à fide communi humana, & à fide Iudæorum.

Solut. 3. quæſtionis.

¶ Ad tertiam dubitationem reſpondemus, non eſſe quoquo modo dubitandum, quin hæc vera & integra ſit Fidei definitio, & non tantùm deſcriptio, quæ imperfectior eſſe ſolet rei explicatio, non eſſentialis.

Eraſmi ſententia.

Etiamſi Eraſmus in Annotationibus ſuis ſcriptum reliquerit, illa verba non tam eſſe fidei definitionem, quàm laudationem, & commendationem eius.

Altera Sanctorum Patrum longè præſtantior.
Oecum. init. cap. 16.
B. Theod. in fin. c 16. p. 2.
D. Aug. to. 9.
Sedulius.
B. Thom. ſub fin. 1 lect in c. 11. tom. 16.

Hoc autem autoritate Patrum comprobatur. Siquidem ex Græcis id hoc loco docet Oecumenius. Theodoritus autem ait: Primum omnium docet nos definitionem fidei. Ex noſtris autem definitionem vocat Auguſtinus tract. 79. in Ioan. Sedulius quoque ſuperiùs productus. Adde B. Thomam aſſerentem Apoſtolum complecte definire, licet obſcurè. *Quodſi quis*, inquit, *velit verba iſta ad debitam formam reducere, poſſet dicere, quòd fides eſt habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum aſſentire non apparentibus.* Non ſunt autem in ſacris literis expectandæ definitiones, vt certis Dialecticæ regulis conſtent, nimirùm ex genere, & differentia, ſiue proprio: ſatis eſt eſſe voces æquiualentes, & quæ ad rem ſpectare videantur, cùm Spiritus S. ſit qui loquitur in Scripturis, & qui aptè nouit quibuſcumque verbis illi placeat nos erudire, & de neceſſarijs ad ſalutem inſtruere.

Solut. 4. quæſtionis.

Ad quartum reſpōdemus, quod etſi prima pars definitionis videatur eſſe Synecdochica, quia tantùm mētionem facit ſperandarum rerum, nō præſentium, aut præterita-

Fides Dei infuſa, præterita, & præſentia quæ nobis credenda proponat.

teritarum: ad ea tamen ſperanda, cætera quæ credimus, referuntur, ſiue illa ſint de præterito, vt quod Deus mundum ex nihilo condidit: Homo peccati reus in Adam factus eſt: Chriſtus venit mediator, & pro nobis inſtaurandis paſſus eſt mortem, ſuſcitatus eſt, & in cœlum aſcendit, ſiue ſimiliter ſint de præſenti illa quibus aſſentitur, vt quòd Chriſtus ſedet ad Patris dexteram, nobiſcum etiam eſt in Euchariſtia, efficit nobiſcum omnes Sacramentorum effectus, habet Eccleſiam tanquam corpus ſuum, cuius paſtorem, & vicarium caput voluit eſſe Epiſcopũ Romanum. Adde, quod Apoſtoli definitio non omnia futura, ſed tantùm ſperanda comprehendit; nam credimus etiam iudicem venturum ad iudicandos viuos & mortuos: quòd corpora noſtra poſtremo die ſit ſuſcitaturus, & ad perpetua gehennæ ſupplicia reprobos condemnaturus. Verùm hæc omnia præſentis & præteriti, & futuri temporis ſequens verbum (hoc eſt, argumentum non apparentium) complectitur. Omne enim quod ſub fidem cadit, ſiue præteritum, ſiue præſens, ſiue futurum, tale eſt, vt non appareat, hoc eſt ſub ſenſum, aut rationem nõ cadat. Vnde Dominus dixit: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Et Auguſt. *Fides eſt credere quod non vides, cuius merces eſt videre quod credis.* Eſt igitur definitio in hunc modum concinnanda: Fides, eſt ſperandarum rerum hypoſtaſis, hoc eſt, argumentum non apparentium. Nam omne illud quod latet, nec ſenſui, aut rationi apparet, illud eſt materia, ſiue obiectum Catholicæ Fidei. Quare Caluinus, & alij non ſunt audiendi, qui docent, his verbis non definiri omnem fidem, ſed tantùm ab inſigni eius parte.

Fides illa, quarum ſperandarum rerum ſubſtantia.
Actor. 10.
Matth. 25.
Ioan. 5.

Eo verbo definitiõis: Argumentũ nõ apparentiũ, trium temporum fidem cõprehendi.
Ioan 20
B. Aug ſerm. 29. de verbis Apoſt to 10.
Quemadmodum ordinãda prædicta definitio Fidei.
Contra Caluinum.

Quintę quęſtionis ſolut.

Ad quintum aſſerimus, Chriſtianã hoc loco fidem definiri, quam Deo loquenti habemus, ſiue illa ſit charitate ornata, ſiue informis, quia vtraque Dei donum eſt. Eſt quod ad ſubſtantiam eius attinet, vna, & eadem eſt, illud verò eſt ſibi aduentitium, quòd accedat ad eam charitas, ſiue non accedat: nam gratia non eſt de eius intrinſeca ratione. Verùm vt illa proſit ipſam habenti, & Deo grata exiſtat, neceſſaria eſt charitas. Vnde Apoſtolus; *Si habuero*, inquit, *omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Et permulti dicuntur credere in Ieſum, qui propter Phariſæos non confitebantur, vt è Synagoga non eijcerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Multi enim crediderunt in nomine eius, videntes ſigna quæ faciebat; & tamen ipſe Ieſus non credebat ſemetipſum eis. Ac perinde atque in viris iuſtis fides viua, & per dilectionem operans, eſt hypoſtaſis rerum ſperandarum; ita etiam in pleriſq; malè viuentibus, & charitate Dei deſtitutis fides hypoſtaſis eſt ſperandarum rerum, qua credunt ſe æternam vitam conſecuturos, vt illæ virgines fatuæ quæ dicebant: *Domine Domine, aperi nobis*, & illi operarij iniquitatis, qui dicent: *Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Solum ergo hoc loco fides diabolica excluditur, qua dæmones credunt, & contremiſcunt: quia illa inuita eſt in illis, & per vim extorta, non ſpontanea, vt poſſit eſſe virtus, & digna nomine fidei. Præſertim cum fides exigat piam affectionem, vt ait Auguſt. ſerm. 18. de verbis Domini, tractans illud: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Quos*, inquit, *dixit fratres, niſi nos? Non quia ſolos nos, ſed & poſt nos. Poſt paruum enim tempus, poſteaquam ab oculis mortalibus receſsit vt firmaretur fides in cordibus, quicunq; crediderunt, non videntes crediderunt, & magnum meritum habuit fides eorum: cui fidei comparandæ cor tantùm admonerunt pium, & non palpantem manum.* Hæc ille. Secus eſt fides informis, ſiue hiſtorica, quæ ſolet eſſe charitate Dei deſtituta, & cui varios actus Scriptura tribuit: vt, credere in Deum, credere Deo, & credere Deum, vt alibi latè oſtendi.

Quęnã mortua Fides, & inutilis.
1. Cor. 13.
Ioan. 12.
Suprà 2.

Vnde perſpicuum ſit, etiam in iniuſtis credentibus fidẽ eſſe hypoſtaſim rerum ſperãdarum.
Matth. 25.
Supra 7.
Iacob. 2.

Fidei conditio ex Auguſtino.
B. Aug ſerm. ſerm. ... tom. 9.
Ioan. 20
Chriſti fratres, verè credentes ſecundũm Auguſtinum.

Triplex act⁹ fidei, in Scripturis.
Lib. 1. in Paulum.

Ad ſextam dubitationem affirmamus, fidem hic ſumi pro aſſenſu intellectus, quo ſuſcipimus ſperanda bona, & æterna, & non pro fiducia, quæ actus eſt voluntatis: quanquàm in hoc quidam inclinauerint, vt Damaſcen. lib. 4. ca. 11. dicens: Eſt autem & rurſus fides eorum quæ ſperantur, ſubſtantia, rerum argumentum quæ non videntur, indubitabilis, & indiiudicabilis ſpes, tam eorum quæ à Deo nobis promiſſa ſunt, quàm aſſecutionis noſtrarum petitionum. Hæc ille, fidem per ſpem definiẽs, ſecutus aliquo modo Paulum. Sed hoc dixiſſe credendum eſt: quia Fides æterna bona videns, ſpem ſtatim gignit, qua illa attingere poſſit. Quòd ſi de fiducia eſſet ſermo, non quadraret ei quod ſequitur: argumentum non apparentium. Adde ex textu Syriaco ſic definiri fidem: Eſt autem fides certitudo de his rebus quæ ſunt in ſpe, ac ſi iam actu exiſterent, & reuelatio earum quæ non videntur: at certitudo, & reuelatio paſſiua, de qua eſt ſermo videlicet, ad intellectum ſpectant.

6. quæſt. ſolutio.

Altera probabilior, videlicet pro aſſenſu intellectus.

Dicet aliquis, hic definiri in prima clauſula fidem quatenus eſt fiducia, vel eius cauſa, neruus ac robur. Deinde definitur

Falſam eſſe & abſurdum, hic Fides primò vt eſt fi-

fides,

ducia: ſecundò vt eſt credulitas. ab Apoſtolo definiri, dupliciter.

fides, vt eſt credulitas, vt quidam hodie recentiores ſcriptores dicere voluerunt. Sed qui ſic Apoſtoli verba interpretantur, totam Fidei deſcriptionem, ac definitionem euertunt. Non enim duarum virtutum habitus ſub vno nomine definiri ſolent. Et quomodo fidem cum fiducia confunderet Paulus, qui illa ſæpè diſtinguere ſolet? Dixit enim 1. Corint.13. *Sunt autem Fides, Spes, Charitas, tria hæc.*

1 Cor. 13.

Fidem & fiduciam apud Paulum eſſe diuerſa.
Hebr. 10.

Quod ſi dicas, ſpem diſtingui à fiducia; ecce iterum Paulus diſtinguit inter fidem, & fiduciam. Capite enim præcedenti dicebat: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, &c. accedamus cum vero corde in plenitudine fidei,* & alio loco: *Qui benè miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Et ad Epheſ. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.* Vides igitur, fiduciam, ſiue confidentiam diſtingui à fide? Ad hæc explicans Apoſtolus definitionem fidei, ſubiungit eius actum: *Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei:* &, *Credere oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit,* & alibi: *Fide dicitur, Abraham pleniſſimè ſcire.* Ne ergo in Chriſti, & Pauli ſententijs æquiuocationem ponamus, & res per ſe claras, & apertas tenebris inuoluamus, ſtatuendum, fidem, cuius actus eſt credere, hic potiſſimum definiri, non autem illam, cuius actus eſt fidere. Nam etſi ad fidem reſpicientem Deum æternorum bonorum promiſſorem conſequatur nonnullus ſpei, ſiue fiduciæ motus; ille tamen motus non eſt de fidei eſſentia: quia cùm credimus Deo dicenti Mundum à ſe conditum, aut Adam in peccatum prolapſum, nullus ibi eſſe ſolet fiduciæ actus.

1. Tim. 3.
Epheſ 3.
Aliud argumen. ex Paulo pro eadem veritate.
Hebr. 11.
Rom. 4.
Eadem veritas confirmatur magis.
Geneſ. 1.
Infrà 3.

Ad 7. dubit. Fides quomodo ſubſtātia, ſi eſt accidēs?

Iam ſeptimo loco propoſitis dubitationibus circa ſingula Apoſtoli verba ſatisfaciendum. Circa primum verbum difficultas propoſita fuit, quomodo fides dicitur ſubſtantia, cùm ſit accidens (qualis eſſe ſolet omnis habitus intellectus, ſiue voluntatis; ſunt enim accidentia quædam ſpiritualia.) Reſpondemus, Græcam vocem eſſe hypoſtaſin, & ſumitur hic, & alibi impropriè, ſiue per ſimilitudinem pro fundamento, ſiue baſi, qua ſperanda bona ſuſtentantur. Sicut enim ſubſtantia firma eſt, & naturaliter accidentibus ſubſtat, & contrariorum ſuſceptiua; ad eum modum fides ſolida eſt, & conſtans, & ſuſtinet omnia, accidentia quibus illuſtratur, vt ſpem, dilectionem, & Spiritus ſanct munera, & alia dona gratis data. Subiacet etiam fides modò contrarijs, & perſecutionibus, & modò pugnat cum ſapientia mundi, modò cum Satanæ ſuggeſtionibus, nunc cum hæreticis, frequenter verò cum carnis iudicio, & eius inſultibus: non quidem vt fides in nobis infirmetur, ſed vt exerceatur & illuſtretur, & in dies anctior, & confirmarior reddatur. In hunc ſenſum accepit c.3. hanc vocem Apoſtolus: *Si tamen,* inquit, *initium ſubſtantiæ* (vel ſubſiſtentię) *eius* (id eſt fidem) *firmum retineamus.* Et Dauid, cùm ait: *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia,* id eſt, ſolidum aliquod fundamentum, cui hærere, & niti valeam. Idem: *Subſtantia mea apud te eſt,* id eſt: A te eſt omne robur meum: Rurſus, *Memorarer quæ mea ſubſtantia,* ſiue ſubſiſtentia.

Quibus locis Scripturarū impropriè ſumptum ſit nomen ſubſtantiæ.

Hebr. 3.
Pſalm. 68.
Pſalm. 38.
Pſalm. 88.

Quòd autem ſecundo loco obiectum fuit, ſpem, & charitatem in eo ſenſu dici poſſe ſubſiſtentias, eo quòd ſpes ſit anchoræ nauem ſtabilienti comparata, & charitas fortis eſt, vt mors, & quia portat omnia fratrum onera, imò omnis virtus ob id dicitur, quòd confirmat & corroborat hominis partem, in qua ſita eſt: non negamus; ſed ſimpliciter non ſine fide, quæ illas virtutes præcellit, & propter illam, ac per illam, quæ primo loco donatur à Deo, Spes, & Charitas, & reliquæ veniunt, vt hypoſtaſis, id eſt baſis, & fundamentum nominatur. Et longè maius eſt robur virtutis à Deo infuſæ, quàm aut naturalium, aut acquiſitarum eſſe valeat.

Cur potius Fides, quam Spes & Charitas ſint hypoſtaſes rerū ſperandarū.
Hebr. 6.
Cant. 8.
Quanti ſint roboris virtutes infuſæ.

Ad 2. dubit.

In ſecundo verbo dubitatum fuit, an legendum ſit, Sperandarum rerum, an ſperātium hypoſtaſis, ſeu ſubſiſtentia, hoc eſt, ſua virtute corroborans ſperantes, vt ſit cauſalis definitio. Sed hoc nequit conſiſtere, cui apertè Græca litera repugnat: Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, id eſt, earum rerum quæ ſperantur, ſubſiſtentia. Et ita verbum, Sperandarum, non poteſt eſſe mediæ coniugationis, ſed paſſiuæ, & ad res quæ ſperantur, neceſſariò refertur, non ad homines ſperantes. Secundò, obiectum fuit: quia bona habitus definitio, iuxta doctrinam Philoſophorum, danda eſt non per actum alienum, ſed per proprium: ideò definiendum erat: Fides, eſt credendarum rerum hypoſtaſis. Nam & habitus dignoſcuntur, ac diſtinguuntur per actus ſuos, illi autem per obiecta ſua. Sed reſponſio eſt in promptu: Apoſtolus non ſeruauit regulam Philoſophi, ſed quod maius erat, expreſſit, fidem à fine ſuo, & non ab obiecto ſuo definiens. Non enim omne quod creditur, eſt finis, quòd poteſt eſſe bonum, & malum: at ſperanda, bona ſunt tantùm, & ſummè bona, & quæ beatum efficiunt poſſidentem. Et hoc magis credentes referebat

Contra poſteriorem lectionē quid faciat.
Fides cur potiùs dicatur ſperādarum rerum, quàm credēdarum hypoſtaſis.
Ariſtot.
Qualia ſint bona quæ ſperantur.

B. Aug. ſer. 1.
Fidei Auguſtiniana definitio: Fides eſt credere quod non vides, &c. cum Paulina quomodo conueniat.

bat ſcire, vt accederentur ad ea complectēda, ac retinenda. Vnde & B. Auguſtinus ſimili ratione definiuit fidem, dicens: *Fides, eſt credere quod non vides, cuius fidei merces eſt videre quod credis.* Nec eſt alia differentia inter hanc Auguſtini, & illam Pauli fidei definitionem, niſi quòd Auguſtinus prius definit fidem ab obiecto, deinde à fine; at Paulus contrario modo fecit; prius enim cœpit à fine, dicendo quòd eſt hypoſtaſis eorum bonorum quæ ſperantur; deinde definit ab obiecto proprio, cùm ait: *Et argumentum non apparentium.*

Quàm rectè Apoſtolus fidē natura anteriorem ſpe, per ſpei actū definierit tamen.

Tertiò oppoſitum fuit, quòd cùm fides ſit prior generatione, quàm ſpes, non debuit per actum poſterioris virtutis definire priorem, quæ eſt fides. Sed hoc non eſt difficile reſoluere: quoniam cùm veritas prima non viſa, ſed ſperata, finis ſit voluntatis noſtræ dum viatores ſumus, & eadem ſit fidei obiectum; idcircò fidem per actum ſpei explicauit, quia idem eſt ſibi pro obiecto, & pro fine: & finis fidei in via eſt aſſecutio rei ſperatæ, hoc eſt beatitudinis ſupernaturalis. Quòd verò dixerit in plurali, rerum ſperandarum, & non rei ſperandæ, ſcilicet beatitudinis, in ſingulari, cauſa eſt, quòd etſi beatitudo ſit vna, nempè aperta Dei viſio, multa tamen excellentiſſima bona illam conſequuntur, cùm aſſerat Boëtius; *Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.* Hinc præter viſionem eſt comprehenſio, fruitio, & corporum per reſurrectionē aſſumptio, quatuor corporum glorificatorum dotes, Angelorum ſocietas, & alia, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.

Sperandarū rerum, nō rei ſperandæ cur fides hypoſtaſis.

B. Boet lib. 3. de conſecrat. proſa 2.
Quid beatitudo, Boetio.

Eſai. 64. 1. Cor. 2.

Fides cur potius ſperādarum ſit, quā diligendarū ſubſtantia rerum.

Poſtremò ad id quod obiectum fuit, cur non potiùs dixerit, diligendarum, quàm ſperandarum: præſertim cùm dilectionis actus ſit excellentior, & perfectior. Reſpondemus: Charitas quidem eſt abſentium, & præſentium, finis autem noſter nondum habitus eſt obiectum fidei, ideò rectè dixit, Hypoſtaſis rerum ſperandarum. Nam etſi res ſperanda ſit obiectum ſpei, tamen opus eſt vt fides ordinetur ad illarum virtutum obiecta, quibus perficitur voluntas, cùm fides pertineat ad intellectum, & imperetur à voluntate.

Ad 9. dubit.

Si fides ſupra rationem eſt: quomodo argumentū, id eſt ratio, rei dubię faciens fidem?

B. Auguſt.

In tertio verbo quæſitum fuit, quomodo fides ſit argumentum, cùm illud ſit ratio, rei dubiæ fidem faciens, conſtet autem fidem eſſe ſupra rationem. Reſpondemus tamen; hic vox Græca eſt ἔλεγχος, & ſignificat oſtenſionem, ſiue demonſtrationem & euidentiam, ſiue, vt Auguſtinus vertit, conuictionem, & deſcendit à verbo, ἐλεγχειν, quod eſt arguere & probare: quo verbo vſus eſt Dominus de Spiritu ſancto, Arguet mundum de peccato, id eſt, euincet, & protrahet in lucem apertam: & alio loco: Quis ex vobis arguet me de peccato? id eſt, demonſtrabit, & apertum reddet? Non enim eſt ſenſus, Quis reprehendet me de peccato? cùm multos haberet accuſatores, & criminatores. In hoc ergo loco accipit argumentum metaphoricè: nam vt argumentum concluſionem propoſitam comprobat, ita Fides veritatem diuinitus reuelatam demonſtrat.

Ioan. 16.

Supra 8.

Illud: Quis ex vobis arguet me de peccato: quid propriè ſignificet.

Ad 10. dubit.

Circa vltimum verbum, *Non apparentium*, dubitatum fuit ex eo, quòd Apoſtoli nonnullos Chriſti articulos proprijs oculis intuiti ſunt, vt exempli gratia Transfigurationem, Paſſionem, & Aſcenſionem: poteſt ergo fides eſſe de ijs quæ videntur, ſiue apparent. Vt propterea dicti ſint oculi Apoſtolorum beati, quòd viderent ea, quæ alij non videbant. Reſpondeo tamen, non apparentia, ea tantùm dici, quæ vel ſenſu, vel ratione attingi non poſſint. Nam etſi viderint Chriſtum pati, vel transfigurari, vel in cœlum aſcendere; non tamen viderunt Deum ipſum eſſe qui paſſus eſt, aut transfiguratus, aut in cœlum aſcendit: ita vt illa viſio ex parte rationem fidei non tolleret. Quemadmodùm & nos quotidie Euchariſtiam conficimus, & Deo offerimus, & eam ſpectamus, & manibus contrectamus, ore attingimus; nec tamen proptereà eius fides perit, cùm ea quæ continet, nempè corpus, & ſanguis Chriſti, & gratia, quæ per illam confertur, ſub vllum ſenſum, aut rationem non cadant: vt meritò proptereà dictum ſit myſterium fidei. Thomas enim Apoſtolus mittens manum in latus Chriſti, vnum quidem vidit, vt Gregorius dixit, & aliud credidit; & idcò ſimpliciter dixit: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Hinc Athanaſius de ſalutari aduentu Chriſti in Apollinarium: *Non enim ait fides de re euidenti concepta fides dici poterit, ſed fidei eſt quæ in impoßibili poßibile, & robur in imbecillitate, & patibile in impatibilitate, & corruptionem in incorruptibilitate, & in prauitate magnitudinem, & mortale in immortalitate credit, vt ait Apoſtolus.* Hæc ille.

Matth. 13.

Infrà 17. Luc. vlt. Actor. 1.

Sacroſanctæ à fidelib' Euchariſtiæ ſpectabilia, integra fide, quomodo myſteria peragantur.

Quare vocetur myſteriū fidei Euchariſtia.

B. Greg. hom. 26. ſuper Euangelia, à medio part. 2.

Argumentum ergo non apparentium. Non dixit Apoſtolus, non exiſtentium, ſed eorum quæ olim extiterunt, vel nunc extant, vel in futurum extabunt; non autem nobis apparentium. Nam alioqui ſi eſſent tantùm apparentia, & non exiſtentia, fides eſſet futilis, & inanis. Ideò Iuriſperiti prudenter docent: *De non apparētibus, & non ex-*

Apoſtoli dicentis fidem argumentū, eſſe nō apparentium, minimè autem, non exiſtentium, dictum expenditur.

iſtentibus

Quare ſecundum Iuriſperitos, De nõ apparẽtibus, & non exiſtẽtibus idem ſit iudicium.

iſtentibus idem eſt iudicium. Concipiunt enim hæc vt diſtincta, ſicut reuera ſunt. Multa enim extant in rerum natura, quę non apparent: & nonnulla rurſus apparent, quæ tamen non extant.

Fidei definitionis Apoſtolicæ vtilis explicatio.

Ad agendum, duo requiruntur.

Poſtremò, pro ampliori declaratione, explicatur in hac definitione quid faciat fides in vita actiua, cùm ait; Hypoſtaſis rerum ſperandarum; & quid in contemplatiua, dicens: *Argumentum non apparentium.* Conſiderandum ergò, quòd vt homo iter aliquod aggrediatur, opus eſt, vt primum corporis vel mentis oculis videat, atque agnoſcat, deinde, vt voluntate propendeat ad illud iter pedibus terendum. Simile quoque accidit in virtutum officijs, & moribus.

Omnis actio moralis duo habere debet.

Nam in primis opus eſt Prudentia, quę finẽ bumanarum actionum oſtendat, & menſuras earum, vt fini conuenire poſſint. Deinde neceſſaria eſt Iuſtitiæ virtus in parte rationali, & Fortitudinis in parte Iraſcenti, & Temperantiæ in concupiſcenti: quatenùs homo per illas virtutes propenſus; & procliuis reddatur ad præſtandum quod Prudentia docuit.

Chriſtiani hominis actio fidem & charitatem exigit.

Porrò in Chriſtianis actionibus ab Spiritu Dei profectis, neceſſaria eſt primùm fides, quæ ſupernaturalem finem actionum noſtrarum indicet: inſtrumenta etiam & adminicula quæ adbibenda ſunt vt illum conſequamur. Adhæc opus eſt charitatis virtute vrgente & inclinante, vt velimus præſtare quod fides dictat agendum. Hinc Paulus, *Charitas Chriſti vrget nos.* Et de vtraque virtute idem Apoſtolus: *Fides*, inqnit, *quæ per charitatẽ operatur.*

2. Cor. 5.

Gal. 5.

Fides cur hypoſtaſis rerũ ſperandarũ.

Quia igitur fides eſt hypoſtaſis rerum ſperandarum; ob id dicitur hypoſtaſis, quia eſt ſolidum, quod & quaſi baſis ſuſtinens id quod ſuperponitur. Ita fides ſuſtinet res ſperandas: nec enim ſine fide quis poterit ſperare ſe proprijs viribus peruenturum ad æterni Dei beatificam viſionem, aut reſurrecturum, aut in cœlos aſcenſurum: eò quòd hæc ômnia facultatem naturæ noſtræ longè antecellunt. Ideò opus eſt fide, quę Deo valenti præſtare quæcunque promiſerit, nitatur, atque hac ratione fides eſt hypoſtaſis rerum quæ ſperantur.

Rerum quæ ſperãtur, certitudo quanta, eã vt Prophetæ cognouerint nobiſque tradideqint.

Nam per eam in nobis ipſis iam ſunt quæ ſperamus bona, vt quodammodò præ præteritis habeamns, quæ futura ſunt: hoc eſt, vt tam certi ſimus de futuris, ac ſi iam fuiſſent. Ob quam cauſam lumen Propheticum futura myſteria per præteritum tempus prænunciabat. Et Apoſtolus ait ad Epheſ. *Conreſuſcitauit* (ſcilicet Deus) *& cõſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.* Fides enim fideli Deo nixa, quaſi iam factum accipit in membro, quod præceſſit in capite.

Epheſ. 2.

Quare hæc verba Pauli expendens Oecumenius ait: *Exprimit conſequenter quid ſit fides, & ait: Fides eſt ſubſtantia, ac eſſentia earum rerum quæ ſperantur. Nam quoniam ea quæ ſubſiſtunt, ſentiri nequeunt, vt quæ interim præſentia non ſunt, fides eſſentia quædam ipſorum eſt, & ſubſtantia, efficiens vt ſint, & quodammodò præſentia fiant, eo quòd credat ea eſſe. Eſt autem fides argumentum, ac demonſtratio eorum quæ non videntur. Exhibet namque fides viſibilia ea quæ ſunt inuiſibilia. Quomodo? mente, & ſpe videns ea quæ non apparent.*

Oecu. c. 16. in princ.

Fides cur ſit argumẽtum non apparentium ſecundũ Oecume.

Hæc ille egregiè. Quæ verba diligenter ſunt annotanda contra Theodorum Bezam, qui aſſerit, à fide res abſentes reddi præſentes, atque tam actu reddi præſentes, quam actu erant abſentes. Ex quo aſſerit, in Euchariſtia Chriſtum fide reddi præſentem, perinde ac ſi actu ibi exiſteret: quod omninò falſum eſt, & imaginarium.

Fidem abſentia nobis reddere præſentia, atq; adeò conſpicabilia quod Beza ſomniauit Theodorus, eſſe falſiſſimum.

Non enim aliter aliquid abſens ſtatuitur eſſe in rerum natura, quam in apprehenſione, & exiſtentia intellectuali, non autem reali & actuali: Quemadmodum fides res inconſpicuas nõ ſubijcit oculorum conſpectui, ſed mentis perſpicacitati; & tamen dicitur argumentum, & demonſtratio rerum non apparentium. Tam certos ergò nos de illis non apparentibus reddit fides, ac ſi iam præſentes contueremur.

Fidei quã habemus, certitudo qualis.

In ſecunda parte aſſerit eſſe argumentum, ſiue oſtenſionem non apparentium. Non ſolùm enim quod credit, dicitur videre, ſed inſuper ipſam habere ipſum credendi lumen, ſiue rationem. Nam videt credibilia eſſe, & fide digna quę credit, non autem videt eſſe euidentia, quia per ſe non apparent. Hinc dilectus Diſcipulus: *Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe*, quod videlicet teſtatur vera eſſe, & certa, quæ credit.

Quomodo fides à Paulo dicatur argumentum, ſeu demõſtratio non apparentium.

1. Ioan. 5.

Quod ſit teſtimonium Dei.

Et Auguſtinus epiſtola octogeſimaquinta ad Conſentium eleganter & egregiè loquitur: *Habet*, inquit, *fides oculos ſuos, quibus quodammodò videt verum eſſe quod nondum videt, & quibus certiſſimè videt, nondum ſe videri quod credit.* Hæc ille.

B. Aug. ep. 85 in prin. to. 2.

Videntur ergò res fidei noſtræ credibiles, & omni fide dignæ. Vnde Apoſtolus dicebat. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus*; & Propheta: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.*

1. Tim. 2.

Pſalm. 92.

Confert ſiquidem Deus omni credenti lumen quoddam diuinum, quo intellectus omninò tranquillatur, & pacatur in aſſenſu Diuinarum veritatum, quas non videt; ſicut lumen ſenſibile reddit ſenſum quietum in percepto ab eo obiecto, & lumẽ ipſam mentem quietam, & tranquillam efficit in rebus ratione demonſtratis. Vt enim per imaginandi facultatem quod externis ſenſibus deeſt, ſupplere ſolemus, quod

Ijs quæ fide traduntur myſterijs humana ratio cur omninò acquieſcat.

Imaginatio ſenſibus externis quid conferat, vt lumen fidei rationi.

eius virtute ſenſibilium externorum ſpecies in eorum abſentia retinemus: ita per lumen fidei (quaſi per quędam conſpicilia) abſentes & futuras de Deo veritates attingimus, & ſupplemus defectum huius rationis, quæ tam longè poſita non poterat cernere. Hinc à Petro dicitur fides admirabile lumen Dei, & quia hoc lumen Fidei Diuinum eſt, lumini rationis contrarium eſſe non poteſt, quoniam ratio tantùm poteſt ratiocinando concludere de effectis, quæ naturæ facultatem excellunt, quòd illa per naturam fieri nequeant. Vt quòd accidens ſine potentia ſubſiſtat: quòd corpus naturæ virtute ſit in diuerſis locis. Si quis vltra progreſſus, vellet negare, hæc non poſſe infinitæ Dei potentiæ ſubijci, proculdubiò mentiretur, & iam rationis metam, ſiue ſphœram egrederetur, & lumen rationis non ſequeretur, quòd Dei virtutem, & poteſtatem metiri nequaquam valet, ſicut nec formica ingenium, & naturam rationis ſpeculari poteſt.

1 Pet 2.

Fides eſt lumen Dei; idẽ rationis lumini cur minimè repugnet.

Quæ duo naturę impoſſibilia, non tamen Deo.

Quærendum ergò, in quod principium tandem reſoluitur hæc noſtra credendi ratio. Dicimus enim: Credo quia Deus reuelat: quòd verò Deus reuelet, euidens non eſt, ſed perinde atq; reliqua Fidei myſteria creditum. Quæ ergò argumenta perſuadebunt, Deum hæc reuelaſſe? Reſpondeo: Sunt in primis plurima, & ingentia ſigna, quæ cùm ſupra naturæ facultatem ſint, rectè comprobant diuinas reuelationes. Sunt deinde Scripturarum permulta teſtimonia id conteſtantia: eſt vita recta credentium, & per charitatem operantium: eſt innumerabilis propemodùm multitudo fidelium, qui morte, & ſanguine hanc fidem confirmarunt. Eſt ipſa ſancta Eccleſia ſine intermiſſione à Chriſto in hunc vſque diem continuata, proponens nobis articulos credendos: & quia columna eſt, & firmamentum veritatis, in his errare non poteſt. Eſt conſenſus omnium ſanctorum Patrũ in vnam & eandem Fidei conſenſionem, & in vnum & idem doctrinæ corpus. Sunt & multæ Hæreticorum congregationes variæ, ac diuerſa à Fide Catholica dogmata ſectantes, quæ omnes ſuo quæque ſeculo profligatæ ſunt, & ab Eccleſia proſcriptæ: quæ purę & ſyncerę fidei, & intelligentiæ Scripturarum cauſa extiterunt. ¶ Nec obſtat, ſi pueri, & ruſtici, atque idiotæ non habeant has notitias diſtinctas: nam eorum fides infirma, & in fide maiorum, qui hæc norunt, perficitur, in qua & ipſi nituntur; & confusè, atque implicitè hæc illi nouerunt, dum in ijs quieſcunt, quæ intelligunt Eccleſiam præcipere.

Vnde manifeſtum ſit Deum nobis Fidei myſteria reuelaſſe.

I. argum.

Secundum. & tertium.

Quartum. & quintum.

Sextum. 1.Tim. 3.

Septimum.

Octauum.

Hæreſes omnes quū tandem receiderint.

Quibus & quare minus claræ atque perſpicuæ ſint fidei veritates.

Et quanquam hæc & ſimilia magnam probabilitatem, & perſuaſionem, & conſolationem credenti adferre ſoleant: ſolum tamen lumen, ſiue teſtimonium diuinum intus, & quietum, & per omnia pacatũ reddens intellectum, cæteris omnibus antecellit, quia facit videre ea quæ credimus, fide eſſe digniſſima. Et vt lumen externum, & ſenſibile non indiget lumine vt videatur, ſed per ſeipſum facit ſe videri, & colores: ita lumen Fidei ſeipſum oſtendit cordi, in quo eſt, & ipſos articulos, qui humana ratione non videntur. Vſqueadeò, vt qui intus hoc dono illuminatur à Deo, etiam ſine ſignis, & prædicatione, & externo bonæ vitæ exemplo, & Scripturarum teſtimonijs credere adſtringatur. Nam lumen internum cõſcientiæ illum obligat, ita vt nolens credere, hæreticus ſit, & proprio conſcientiæ iudicio condemnatus. At verò ſi quis daretur ſine culpa ſua hoc interno lumine carere, (quod fieri tamen nequit) etiamſi videret externa ſigna, & audiret ſermonem ſibi propoſitum, & grauiſſimis vrgeretur rationibus; ad credendum tamen adſtringeretur nunquam, quia poſſet ſemper dubitare, ne ſubeſſet fraus, aut illuſio Satanæ: qui verò credit, tutiſſimus eſt, & fide contentus eſſe debet. Hinc dictum eſt: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fuêris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.* Nõ eſt enim tibi neceſſarium, ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Id eſt: Non eſt neceſſe vt examines ea quæ fidei ſunt, & quæ non videntur, ad exiguum iudicium, & modicum lumen rationis humanæ. Vnde ſequitur: Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Hæc Spiritus ſanctus in Eccleſiaſtico. Proprius igitur ſenſus, & propria ſuſpicio ſupplantauit, ſiue decepit, à veritate cadere faciens eos, qui plus proprio ſenſui & ſuſpicioni tribuunt, quam ipſi lumini fidei. Nam animalis homo non poteſt ſpiritualiter percipere, quæ ſpiritualiter examinantur, id eſt, quæ lumine ſpirituali debent examinari, & non rationis lumine. Vt enim bruta animantia, dum ſeipſa conſiderant, quæ hominis, & rationis ſunt, capere non poſſunt, quia illa deſtituuntur, quæ ipſis ſuperior eſt: ad eum modum homo, quamuis ſagax, & acutus, quæ fidei ſunt, & quorum ipſa eſt argumentum, ſiue oſtenſio, percipere, aut conjectare non valet. Et de his hactenùs.

***

Lumen fidei quale & quantum argumentum ſit reuelationis diuinæ.

Idem lumen quam potens & efficax ſit.

Tit. 3.

Eo lumine deſtitutus interno (ſi fieri poteſt) ſine abſq; demerito, quibus tamen nõ neceſſariò vel inuictis argumentis ſuam fidem adiungeret.

Eccleſ. 3.

Illud quid ſibi velit Eccleſiaſtici. Altiora te ne quæſieris, & fortiora ne ſcrutatus fueris, &c.

Altiora ſe quęrentes, vt eos ſupplantauerit illorũ ſuſpicio, vt dixit Sapiẽs.

1. Cor. 2.

Homo ad ea quę fidei, ſiue ſupra naturam ſunt, quomodo ſe habeat.

DISPV-

DISPVTATIO XXI.

In illa verba: *In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Fide, plurimam hoſtiam Abel quã Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium cõſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus eſt ne videret mortem: & non inueniebatur, quia tranſtulit illum Dominus. Ante translationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo,* & reliqua vſque in finem capitis.

Vndecimi capitis argumentum.

SCOPVS minimè poteſt eſſe ignotus: cùm enim Fidem definierit, & pauciſſimis verbis perſtrinxerit, iam eius laudes, & excellentias enarrare exorditur, quò nobis illam & amabiliorem, & commendabiliorem reddat. Indicat enim omnes Patres, ſiue maiores Iudæorum, etiam ab orbis conditi principio illam complexos, & per eàm à Deo iuſtificatos, atque adeò corroboratos, & illuſtratos fuiſſe, ne quiſquam putaret, rem aliquam nouam, & Patribus ignotam, ſe inuehere. Ideò prima clauſula generatim ait: In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Græcè lege πρεσβύτεροι, hoc eſt, ſeniores, ſiue maiores. Multum ſiquidem Iudæi patribus ſuis deſerebant; ſed præpoſterè, quia inde occaſionem captabant ſeiungendi ſe à Christi Fide, & non conſiderabant quid in Patribus præcipuè imitatione dignum eſſet, quia veteribus ceremonijs peruersè inſiſtebant, quaſi in illis Religio, & ſanctitas conſiſteret. Quare Apoſtolus per omnes Patres diſcurrit, docens, hoc vinculo fidei illos cum Deo coniunctos fuiſſe. Ideò rectè ait: *In hac*, ſiue per hanc, ſcilicet fidem à me definitam, & quæ eſt de rebus æternis ſperandis, & non de viſis, aut iam adeptis, aut in breui adipiſcendis, vt illi putabant, qui dicebãt: *Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael* (ſcilicet à ſeruitute quam Romanis impendebant) *Teſtimonium conſecuti ſunt ſenes.* Græcè eſt ἐμαρτυρήθησαν, hoc eſt, Teſtimonium à Deo acceperunt, & de ſua iuſtitia commendati ſunt. Et hæc de ſcopo.

Senes hoc loco quid.

Luc. vlt. Iudæi quam ſperarent redemptionem Iſrael.

Quæſtio I.

Iam in reliquis quæ ſequuntur, dubitationes inſurgunt. Prima eſt, quæ ſint illa ſecula aptata verbo Dei; & quæ ſina illa inuiſibilia, ex quibus emerſerunt illa viſibilia. Nam ſi de mundi conditione eſt ſermo, videtur ratione naturali comprobatam fuiſſe creationem. Nam cùm ex nihilo nihil fieri tradant Philoſophi; atque ob eam cauſam Anaxagoras latitationem formarum in materia poſuit, & Auicenna effluxionem formarum ab intelligentia formæ datrice, & Plato formas ſecundùm eſſe ſeparatas à materia, in quibus naturalia omnia procederent: pro quibus Sancti ponunt ideas, quæ ſunt in mente diuina inuiſibiles formæ, de quibus Boëtius lib. 3. de Conſolatione inquit:

Axioma Philoſophorum.

De mundi conditione triplex Philoſophorum opinio.

Boetius.

> —— *Tu cuncta ſuperno*
> *Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe*
> *Mundum mente gerens, ſimiliq; in imagine formans.*

Cùm, inquam, hæc à Philoſophis dicantur: dubium eſt, quomodò fidei adſcribatur mundi creatio. Secunda dubitatio eſt, quæ fuerit illa plurima hoſtia Abel; & quomodò Deus illi dedit teſtimonium iuſtitiæ: qua item ratione defunctus loquitur: quæ enim omnia obſcura videntur. Tertia, quò fuerit Enoch tranſlatus, & ad quid, & quomodò Deo placuit per fidem. Quarta, quomodò accedentem ad Deum credere oportet quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator eſt: quia euidens eſt Deum eſſe, ab effectibus, & Deum habere prouidentiam, nonniſi ſtulti & inſani Philoſophi negârunt: & quid in his duobus articulis includatur. Quinta, quale aut quod reſponſum habuit Noë, vt aptaret arcam in ſalutem, Sexta, quomodò Abraham fide vocatus exijt, neſciens quò iret, cùm ſciret ſe venire in terram Chanaan; quomodò item habitauit in caſulis, &c. Septima, qua ratione Paulus aſſerat Saram fide concepiſſe, cùm ad promiſſionem factam de conceptu riſerit, vt teſtatur Geneſis Capite decimooctauo. Octaua, quid eſt quod Iacob adorauit ad faſtigium virgæ Ioſephi; cùm noſtra lectio habeat: Inclinauit ſe, vel adorauit Iſraël Dominum, conuerſus ad lectuli caput. Quomodò item Moyſes inuiſibilem vt viſibilem ſuſtinuit, quod obſcurum videtur. Nona, quomodò Rahab ab Apoſtolo meretrix dicatur, cùm in veteri Teſtamento vocetur caupona. Decima, quare inter Sanctos, qui in fide eminuerunt, Samſon, & Iephte computentur, de quorum ſalute dubitatur inter Doctores. Nam prior ſeipſum cum populo Philiſthæorum interfecit, alter verò filiam in

Secunda. Gen. 4. Ibidem.

Tertia. Infra 5.

Quarta.

Quinta. Gen. 6.

Sexta. Infrà 12.

Septima.

Infra 18. Octaua.

Infrà 47.

Nona.

Decima. Ioſue. 2. Iudic. 16.

Suprà 11.

ſacrificium obtulit: quod potius accedit ad errores Paganorum, qui filios, & filias immolabant dæmonijs, quam ad victimas legis. Vndecima, quare fidei tribuatur heroicorum operum enumeratio, videlicet eorum, qui per fidem vicerunt regna, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, &c. cùm illa temporalia eſſent præmia, & ad hunc mundum ſpectarent. Duodecima, quomodo dicit mortuos in fide non acceptis repromiſſionibus, cùm capite ſexto dicatur Abraham adeptus eſſe repromiſſionem, &c. Et infra in hoc eodem Capite habes, Sanctos operatos eſſe iuſtitiam, & adeptos repromiſſiones. Decimatertia & poſtrema, quid eſt quod ait: *Vt non ſine nobis conſummarentur.* Videtur enim inſinuare, Sanctos illos vitæ æternæ præmium non accepturos, niſi cùm nos accipiemus. Et ita introduci videtur eorum reprobata opinio, qui aiunt, vſq; in diem iudicij beatam Dei viſionem illis differri.

Vndecima. *Pſal. 105.* Duodecima. *Hebr. 6.* *Gen. 22.* Decimatertia & poſtrema.

Ad primam dubitationem reſpõdemus, verba illa: *Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo* Dei. duplicem poſſe intellectum recipere: alterum quidem de mundi molitione vt ſit ſenſus: Nos omnes filij Dei ſimul cum Moyſe, intelligimus aptata eſſe ſecula Dei verbo; id eſt, hunc mundum creatum per verbum Dei, quoniam ipſe dixit, & facta ſunt. Et per verbum Dei hoc loco, non intelligimus ſecundam perſonam (quãquam & idipſum verum ſit, quod à ſecunda perſona conditus ſit mundus, ſecundùm illud: *Omnia per ipſum facta ſunt*, & iterũ: *Verbo Domini cœli firmati ſunt*) quia tamen hoc loco legimus ῥήματι Θεοῦ, & non λόγῳ Θεοῦ, idcircò intelligimus verbum commune tribus perſonis. Nam pręcepto & imperio totius Trinitatis mundum à Deo conditum credimus: & tunc ex inuiſibilibus, hoc eſt, ex materia prima, quæ dicta eſt Chaos à Philoſophis, & Poëtis, & materia inuiſa, ſiue informis, Sap. 11. & Gen. 1. exprimitur nomine terræ inanis, & vacuæ, id eſt, informis, & ſpeciebus ſuis deſtitutæ, à Septuaginta verò interpretibus vertitur ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, hoc eſt, inuiſibilis & incompoſitæ. Ex illa namque materia prima, & in principio à Deo condita, quaſi è re inuiſibili, prodierunt in lucem omnia, quæ ſub aſpectum cadunt, id eſt, firmamentum, luminaria, & ſtellæ, elementa, & plantarum, & animalium, & hominis formationes: quæ cùm nos oculis non perſpexerimus, fide accepimus, & credentes intelligimus, teſtantibus Moyſe, & Prophetis, viſibilia facta per formas ſpecificas, & per lucem prima die à ſe conditam. Nam etſi infideles, & impij, ex cœli & terræ aſpectu aliquem extitiſſe, cognouerint rerum omnium architectum & opificem: Illa tamen cognitio debilis admodum, & imperfecta extitit perſuaſio, & contra quam alij etiam ſine fide argumentati ſunt; vt Ariſtoteles, & præterea in mundo gubernando fortunæ regnum aſſignârunt. Firma tamen, & certa perſuaſio eſt à Fide, quæ docet, Deum verbo ſuo omnipotenti ex nihilo vniuerſa condidiſſe, tantummodò dicendo, Fiat hoc, vel Fiat illud: & in ſpacio ſex dierum, qui vno temporis momento, ſi voluiſſet, vniuerſa eſſet operatus. Quæ omnia hoc ordine & modo creata, nullà omninò ratio attingere potuit, ſed ex ſolo verbo Dei hauriuntur.

Soluitur quæſtio prima. Quæ ſint aptata ſecula verbo Dei. *Gen. 1.* *Pſalm. 148.* Quid verbum Dei. *Ioan 1.* *Pſal. 23.* Ex quibus inuiſibilibus facta ſint viſibilia. *Sap 2.* *Gen. 1.* Viſibilia quęnam illa quę facta ſunt. Quomodo fide intelligimos aptata eſſe ſecula verbo Dei. cùm id etiã nouerint huius ſeculi ſapientes. *Gen. 1.* Cur fidei propria perſuaſio tantæ veritatis.

Quod additur: *Vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent.* Græcè ita habetur: τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, id eſt, Vt ex ijs, quæ non apparent, ea quæ videntur, fierent. Quæ variè interpretari poſſumus. Primò, vt nihil ipſum, ex quo educta ſunt omnia, vocentur non apparentia: quæ enim non extabant, nec apparere poterant. Deinde, vt, non apparentia, vocat Apoſtolus materiam primam informem, de qua ait Salomon: *Non enim impoßibilis erat omnipotẽs manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa.* Atque in hunc ſenſum interpretantur hunc locum Primaſius Auguſtini diſcipulus, Haymo Alberſtatenſis Epiſcopus, & Petrus Lombardus, atque Hugo de ſancto Victore. Demùm alij, vt Caluinus, & Caietanus ideas, ſiue ſpecies latentes in mẽte Dei, vocant non apparentia, ſiue inuiſibilia: de quibus Apoſtolus ad Roman. 1. dixit: *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur, ſempiterna quoq; virtus eius, & diuinitas.* Verùm etſi ideæ, & exemplaria rerum omnium creaturarum in ſummo opifice Deo exiſterent, ac deliteſcerent (quæ quidem ab ipſa Dei eſſentia minimè ſunt diſtinctæ) non tamen propriè ex idea aliquid fieri dicitur, ſed potiùs iuxta eam, vel ſecundùm eam, iuxta illud quod Capite octauo explicatum eſt: *Vide* (inquit) *omnia facito ſecundùm exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte*; &: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.* Et præpoſitio illa, Ex, tam ex Græcis, quàm Latinis ad exprimendam materiam accipi conſueuit, vt exemplis multis explicari poſſet, ſi non eſſet apertum, & omnibus peruium. Non tamen propterea negamus, quòd Apoſtolus dixit, in creatione relucere nobis inuiſibilia Dei, id eſt, potentiam, ſapientiam, bonitatem, ac Dei prouidentiam

Græcæ lectionis: Vt ex ijs quę nõ apparent, ea quæ videntur, fierent, primus ſenſus de nihilo. Alter de prima materia. *Sapent. 11.* *Primaſius.* *Petrus Lombardus.* *Hugo de S. Victore.* Tertia Caluini & Caietani, de ideis. *Rom. 1.* Confutatur. *Hebr 8.* *Exod. 25.* *Pſal. 109.* *Rom. 1.* Quęnam inuiſibilia Dei per ea quæ

facta ſunt, intellecta conſpicantur, ſecundùm Apoſtolum.

dentiam. Eſt enim bic mundus elegans Deitatis ſpeculum, Diuinæque gloriæ, ac magnificentiæ theatrum : tantùm dicimus boc loco, per inuiſibila Dei, ſiue per non apparentia, ideas Dei non venire. Et bæc de primo.

Quid rurſus ſecula apcata verbo Dei. Ioan. 1.

Alter ſenſus eſt: Secula, hoc eſt, bomines ipſos, qui ſeculis continentur, ac menſurantur, verbo Dei eſſe aptata, quia Verbum caro factum eſt, vt Diuini conſortij caro fieret. Intelligimus igitur per fidem, quomodò homines aptabantur verbo Dei, vt ita ex inuiſibilibus, ſiue vt ve bo inuiſibili per ſe caro fuerit facta viſibilis, ita vt ipſe dixerit: *Qui videt me, videt & Patrem.*

Infra 14. Prior huic poſteriori ſententiæ præſtat duplicitet.

Sed huic ſenſui opponi poſſent duo : alterum, quod Græcè non λόγος, ſed ῥῆμα dicitur : deinde, quòd inuiſibilia in plurali dicat facta viſibilia ; cùm tamen niſi vnum tantùm verbum, & vnus Chriſtus, nō plura ſint viſibilia. Et ita profero priorem ſenſum, præſertim illum, in quo fit alluſio ad materiam primam inuiſam, ſiue inuiſibilem.

II. Solutio. quæſt.

Ad ſecundam dubitationem primò venit litera ſtatuenda, deinde ſenſus expilcandus; ac proinde dubium ſoluendum. Græca habent hoc loco Comparatiuum, non poſitiuum, aut ſuperlatiuum, nimirùm πλείονα. Et ne interpres diceret, Plurē, vertit per ſuperlatiuum, Plurimam. Et ſignificat, vberiorem, pleniorem, ampliorem, ſiue præſtantiorem hoſtiam. Ita vt quod obtulit Cain de fructibus terræ, parum fuerit, ſi conferatur cum eo quod obtulit Abel, cùm meliores ouium fructus, & adipes agnorum obtulerit. ¶ Vbi perpende, quòd Abel iuſtus in agni fide ſacrificauit, Cain verò abſque vlla fide; vt propterea non placuerit Deo. Nec eſt credibile, illum abſq; vlla omninò fide ſacrificaſſe de fructibus terræ, ſed tantùm agni reconciliationis noſtræ fidem non habuiſſe: vnde nec ipſe, nec eius oblatio Deo placuit : quòd in ipſa diuerſitate munerum agnoſci poteſt. Nam Abel de gregibus ouium & adipibus obtulit, denotans ſe Deo debere hoſtiam non tantum vt creatori, ſed etiam vt redemptori, mactans agnum in fide Chriſti in cruce immolandi; Cain verò de fructibus terræ, vt creatori tantùm.

Geneſ. 4.

Abel qua fide ſacrificauerit. Ibidem.

Fides Cain ſacrificantis qualis fuerit, cur Deo non placuerit, & id vnde conſtet.

Abel ſuæ iuſtitiæ quod ſit à Deo conſecutus.

Ad propoſitum verò aliud dubium, nimirùm, Teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, reſpondemus ſenſum eſſe: Teſtimonium accepiſſe quòd eſſet iuſtus, & vt ita appellaretur. Vnde & hic, & Matth. 23. dicitur : *A ſanguine Abel iuſti.* Quòd illa verba Geneſis tacitè inſinuant : *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius:* quem locum Theodotion vertit: *Inflammauit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Nam in ſymbolum acceptationis miſit ignem conſumentem, & deuorantem ſacrificium eius. Atteſtatur etiā eius iuſtitię, quod legimus apud Septuaginta dictum a Domino ad Cain : *Non ſi rectè obtuleris, rectè autem non diuiſeris: peccaſti?* Vbi tacitè inſinuat Abelem rectè obtuliſſe, ac rectè diuiſiſſe.

Matth. 23.

Geneſ. 4.

Quo ſigno Deus Abelis ſacrificiū approbaret: de eiuſde iuſtitia 70. viri quale teſtimoniū ferāt.

Vti per plurimā hoſtiam defunctus adhuc loquatur Abel. Geneſ 4. Alter ſenſus. Matth. 23.

Alterum dubium eſt circa illud : Et per illam defunctus adhuc loquitur : & intellige, illam ſcilicet iuſtitiam, ſiue hoſtiā : quia mors non potuit extinguere memoriam eius. Vnde dixit : *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Vel dicere poſſumus, quòd ſanguis Abel perhibuit teſtimonium veritati ſanguinis Chriſti in cruce immolandi per ſuum ſanguinem effuſum, & ex mera inuidia fratrum ſuorum, id eſt, Iudæorum. Ideò rectè Abel interpretatur luctus; quia primus fuit mortuus, quem luctu proſecuti ſunt parentes.

Quid ſonet Abel.

Ad 3. quæſt. De loco in quem tranſlatus Enoch.

Fide, Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem, &c. Hic tertio loco propoſita dubia euacuanda. Nam primùm tranſlatus eſt in paradiſum, vt habetur Eccl. 44. ſi ille tamen in rerum natura extabat : & ſi non extabat, quod nec hic, nec Geneſ. 5. explicatur, in locum aliquem paradiſo terreſtri ſimilem. Et hoc ne videret mortem vſque in diem aduentus Domini, vt teſtis inueniatur Chriſti cum alijs altarum legum teſtibus, Elia ſcilicet, & Ioanne Euangeliſta, vt quidam volunt, in magnis illis Antichriſti perſecutionibus.

Geneſ 5. Quare tranſlatus.

Tres aliæ rationes adferūtur tranſlationis Henoch.

Fuit autem tranſlatus : tùm quia credidit Deo dicenti non guſtaturum hic mortem, donec veniret Chriſtus ſecundò ad iudicandum : tum deinde quid eſſet euenturum omnibus Adæ filijs in ſtatu innocentiæ oſtendit, ſi homo non peccaſſet: nā abſque vlla morte fuiſſent in cœlum tranſlati. Et tam in eo, quam in Elia etiam in cœlum rapto, intelligerent homines vtriuſque legis ſpem adhuc ſupereſſe vitæ æternæ. ¶ *Ante tranſlationem enim, teſtimonium habuit placuiſſe Deo.* Quod quidem colligitur ex eo, quod trecentis ſexagintaquinque annis fertur ambulaſſe cum Deo: quod eſt verſatum eſſe in eius amicitia, & eius mādatis paruiſſe. Vnde Sap. 4. dicitur: *Placens Deo factus dilectus, & inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius?*

4. Reg. 2.

Gen. 5. Henoch ante tranſlationem vnde centū ſit Deo placuiſſe, & quomodo. Sap. 4.

Subdit : *Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo,* ſcilicet vt quis eius amicus exiſtat. Nam alioqui placet Deo omnis creatura, vt eſt ab ipſo condita : etiam infideles & peccatores, quos eligit vt ad fidem trahat,

Quemadmodum ſine fide impoſſibile ſit placere Deo. Sapient. 11.

Digitized by Google

vt placeant Deo peccatores, & iniqui.

vel ad gratiam Dei reducat: at quandiu ſunt in infidelitate, vel in peccato, non placent, ſed potiùs magnoperè diſplicent. Idcircò ſine fide quod Deus eſt, & quòd ſe inquirẽtium remunerator exiſtat, nemo placet:, vt rectè precetur Eccleſia: Dirigat corda noſtra, quæſumus, Domine, tuæ miſerationis operatio, quod tibi ſine te placere non poſſumus: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Oportet, inquit, credere non quid Deus ſit, & eſſentiam eius curioſè ſcrutando, ſed quòd ſit, & quòd reprehendit mercedem ſe inquirentibus.

Hanc ſententiam Paulus, Credere oportet accedentẽ ad Deũ &c. cur non prius aut poſterius collocauerit, ſed huc potius reſeruauerit.

Dubitabit quis, cur hæc verba Apoſtolus ab initio non dixerit, vel cur non vſq; in finem dicenda ſeruauerit. Reſpondeo, quòd in illis primis, Abel, & Henoch, non legitur vlla Dei promiſſio, vel fides de re ſperanda; & idcircò illam per generationem naturalem probat: in alijs verò, vt Noë Abraham, & Prophetis, explicita præcedit Dei promiſſio.

Ad 4. dub. Deum eſſe cùm ſciri naturaliter poſſit, ac ſciatur, cur id nobis credendum proponitur.

Quæret alius hoc loco, an fides eſſe poſſit eorum quæ ſunt euidentia naturali cognita atque comperta: conſtat autem Deo euidens eſſe quòd ſit, quòd etiam ſyllogyſticè à priori probatur: quomodò ergò ab Apoſtolo Deum eſſe ponitur, vt fidei articulus? Dicendum in primis, non omnia quæ ratione naturali poſſunt oſtendi, à Fidei lumine eximi, ea præſertim, quæ non ſecundùm ſe cognoſcuntur, ſed per effectus ſuos: non enim propriè talia habent euidentiam nec propriè eorum eſt ſcientia. Eſt enim ſcire, rem per cauſam cognoſcere. Quare nihil prohibet, credere Deum eſſe ex Fidei lumine, & idem per effecta ſcire: fides enim excludit viſionem Dei, non autem aliquam demonſtrationem, præſertim à poſteriori: Deinde ſecundùm B. Thomæ doctrinam, & quidem ſolidam, cùm Scripturæ docent Deum eſſe, non tantùm deſignat Deum eſſe ſummam aliquam eſſentiam, ſed etiam prouidentiam vniuerſorum. Nam etſi hoc ratione naturali ſuaderi valeat, vt boni vix aliud queant cogitare; non tamen ita apertè demonſtratur, vt nõ multò firmius idem habeatur ex fidei lumine, quam ex vlla demonſtratione, aut ratiocinatione noſtra.

Scire, quid ſecundùm Philoſophum. *Lib. 1. Poſter. text. 3 tom. 3. B Thom.* Lumen fidei quã naturæ maiorẽ præbere notitiã Diuinæ prouidentiæ.

¶ Quod autem dici ſolet, per ſcientiam excludi fidem: intellige humanam, non Theologicam fidem.

Scientia quam excludant fidem, vt dicitur.

Alter articulus eſt, quòd inquirentium ſe per bona opera, & mãdatorum obedientiam, ſit remunerator. Et quia viri pij & boni remunerationem ſuam, & impij & reprobi retributionem, dum viuunt, non percipiunt; opus eſt hæc verba intelligere de remuneratione poſt hanc vitam: & hoc eſt quod cadit ſub fidem, quæ eſt ſuſceptio rerum ſperandarum, & argumentum non apparentium.

Diuina bonorum, ſiue malorum remuneratio quã lis ſecũdùm Apoſtolum.

Fuerunt autem hi duo articuli ad ſalutem omni tẽpore neceſſarij, maximè Gentibus, quibus nihil fuerat prædicatum, vt hoc loco tradit B. Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſt. 2. artic. 7, 3. ad 3. cuius ſententiam Lyranus hoc loco ſequitur; reliqui vero, quatenùs reuelati ſunt, & explicitè traditi. Nam illos duos priores interius Naturæ lumen prædicare videtur, & ipſæ Angelorum ſuggeſtiones illos ſuadebant. Non tamen propterea ſequitur, fidem ingenerari ab ipſa natura: vt Apoſtoli prædicantes Deo cooperabantur, vt ille fidem infunderet auditoribus, ita etiam vt fidem infunderet illis, quos natura, & Angeli inuitabant ad illos duos articulos firma fide amplectẽdos: nam alioqui cogitationes mortalium timidę, & incertę prouidentiæ noſtræ. Idcò antequam veniret reuelatio de Chriſti incarnatione, & ſancta Trinitate, & alij articuli Apoſtolica prædicatione manifeſtati, duo illi ſatis erãt, vt quis haberet ad Deum per gratiã acceſſum, vt poſſet ſuperare peccatum, & benè operari ad ſalutem: in quibus implicita erat fides aliorum. Nam qui B. Thoma teſte, credit quia Deus eſt, & Deus non eſt niſi in Trinitate, ſiue in tribus perſonis, implicitè credit in ſanctam Trinitatem. Qui autem credit quia Deus ſe inquirentium ſit remunerator, & quia Deus non per alium quam per Filium ſuum incarnatum remunerare decreuit, implicitam habet fidem incarnationis Filij Dei.

Gentibus in primis vnius Dei, eiuſdẽq; remuneratoris fidem neceſſariã ſemper fuiſſe. *B. Tho. to 9. part. 2. Lyranus.*

Vnde homines illas duas didicerint veritates, & quomodo.

Sap. 9.

In illis alias duas, nempè Trinitatis, & Incarnationis Chriſti, veritates tacitè comprehendi. *B. Tho. lib. 2. in c. 11. hebr. ep. 10. 16.* Per quem remuneratio bonorum, & malorum ſit futura.

Qui verò explicitã fidem de Chriſti myſterijs à mundo exigunt, durius mihi ſentire videntur, quia rem impoſſibilem poſtulant: niſi illud ſimul & hoc comprobatum reddant, ab initio mundi Meſſiæ myſteria detecta, & prædicata omnibus fuiſſe: quod falſum eſt, cùm id ſolùm ad Nouum ſpectet Teſtamentum, in quo filius Deĩ ipſe ad nos venit, & miſit Apoſtolos in vniuerſum mũdum prædicare Euangelium omni creaturæ: & Chryſoſtomus ſuper Matthæum: *Magna, inquies, iniuria illis hac ratione fit, qui ante aduentum Chriſti naturæ conceſſerunt. Minimè, inquam, poterant enim homines tunc, etiam ipſum non confeſſi, ſaluari. Non enim Chriſti, qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur, ſed vt Idolorum cultu ſpreto, vnum ſolum Deum conditorem omnium noſcerent.* Hæc ille.

Apertam incarnationis Chriſti fidẽ fuiſſe omni tempore neceſſariam ad ſalutẽ, parũ probabiliter affirmari. *Marc. vlt. & B. Chryſoſt. homil. 37. in Matt. à med. tom 2.*

Fide, Noë reſponſo accepto de ijs quæ adhuc non videbantur: metuens, aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum, &c. In quibus verbis primùm reſpondemus,

Ad 5. quæſt. De reſponſo Noe accepto aptandi arcã in ſalutem.

dubio

dubio quinto loco propoſito de reſponſo. Nullum enim fuit reſponſum datum ad interrogationem ſuam, ſed perinde eſt ac ſi dixiſſet: Oraculo Diuino admonitus: Quēadmodum Matt. 2. *Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem.* Tradit porrò Ioſephus lib. 1. Antiq. Adam prædixiſſe mundi vaſtationem ſemel atque iterum futuram, primò per aquas diluuij, deinde vltimis diebus per ignem: quam reuelationem Noe fide amplexus eſt, & oraculo admoneri meruit à Deo ſic futurū. Et ita laudatur, quòd de futuris nondū manifeſtis rebus admonitus timuerit. Erat enim per ſe incredibile, quòd poſt centum viginti annos diluuium comminaretur. Deinde aptauit arcā ab alijs irriſus: & tanto tempore in ea conſtruenda occupatus fuit, vt omnē impijs excuſationē adimeret. Tertiò mundum ea ſtructura dānauit: vt enim Niniuitæ ſurgent in iudicio, & condemnabunt generationem Iudæorū infidelium, ita Noë alios incredulos, & ſubſannatores. Quartò iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus Noë: quia extinctis omnibus, in ſua tantùm familia manſit Fidei iuſtitia. Arca enim viro iuſto, & ſalutis familiæ fuit cuſtodia, & quædam mūdi palingeneſia extitit, dum Noë cum familia ex diluuio emerſit: & idem alijs contigiſſet, ſi iuſti fuiſſent. Deniq; Deus etſi poſſet per ſe ſaluare Noë, & familiam ſine arca; noluit tamen, ſed vt Noë voluit vt ſuæ ſaluti cooperaretur arcam fabricādo; ita nec nos ſeruat, niſi ſaluti noſtræ cooperamur per Sacramentorum ſuſceptionem, & per operum bonorum ſtudium & perſeuerantiam.

Matth. 2. *Ioſeph. hiſt.* De quibus futuris non manifeſtis Noe reſponſum dicitur accepiſſe, ob idque commendatur. Tantū in arcæ ædificio Noe cur temporis collocauerit. Idem quomodo arcam conſtituēdo mundum damnauerit. *Matth. 12.* Idem rurſus iuſtitiæ, quæ per Deū eſt, vt hęres fuerit inſtitutus. Cur Deus Noe ſine arca, cū poſſet, non ſeruauerit.

Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem, &c. Hic ſextum dubium euacuandum: quia eo tempore quo exiuit de terra, nondum dicebatur Abrahā, ſed Abram: non placet quòd Eraſmus verbum Vocatur, retulit ad nomen. Præſtantius Oecumenius, qui refert vocationem ad exitum de terra. Vocatione enim Dei patriam deſeruit; ait enim: Deo vocante obediuit, credens quòd propter bonum vocaret.

Ad 6. quæſt. De eo quod Abrabā fide vocatus, exiuit in locum incognitum. *Geneſ. 17.* *Eraſmus.* *Oecu. c. 17.* *Gen. 12.*

Laudatur ergò de fide, quia durum eſt patrias ſedes deſerere, & incertas per tot diſcrimina rerum inquirere: qua in re videtur ſibi ſpontaneum exilium indixiſſe. Vnde & obedientia inſignis fuit, & fidei opus. ¶ Dicitur autem exiuiſſe neſciens quò iret: nam etſi ex Meſopotamia in terram Chanaan veniret, neſciebat tamen locum quem erat habiturus: dixerat enim illi Deus: Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi; vt ea etiam ratione incertum locum indicando, maius periculum faceret inſignis eius fidei. ¶ *Fide, demoratus eſt ſiue peregrinatus in terra repromiſſionis.* Commendat iterum fidem eius, quòd cùm ſibi terra illa promiſſa eſſet, non ſecùs tamen in illa habitauit, atque alienigena, & inquilinus: vnde & poterat ſuſpicari ſe à Deo fuiſſe deluſum: maximè quòd paulò poſt fames coegit illum in Ægyptum deſcendere, & inde rurſus aſcendere in terram Chanaan, & Geraris habitare.

Quę ſunt Abrahæ fuerit naturale ſolū relinquentis. Idem cū ſciret in terram Chanaan ſe contendere, quomodo exijt neſciēs quo iret.

Fidelis Abrahā inter alias quā habuerit occaſionē deſerēdi fidē. *Gen. 12.* *Infra 20.*

Subdit: *Cùm Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem.* Nō quidem comitibus, quia nō vixerāt eodem tempore, ſed quòd & illi ipſi peregrinati ſint ſimiliter, vt Abraham in tabernaculis, & tentorijs: & hoc eſt quod interpres noſter vertit, in caſulis. Tabernacula autem in vſum erant peregrinantium, & paſtorum, & militantium, & non ciuium, qui fixas ædes, & palatia poſſident. ¶ *Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem.* Id eſt: Videbant quę non videntur. Et vocat cœlum, vrbem, ſeu ciuitatem à Deo fundatam, id eſt perpetuum, ſicut quod ab homine fit, temporale eſt. Intelligebant etiam terram hanc promiſſam prius ſibi eſſe colendam, tanquam ab aduenis & peregrinis, ac deinde in patriam & poſſeſſionem æternam ſe fore excipiendos.

Abraham, Iſaac, & Iacob, quibus in caſulis dicantur habitaſſe. Alię peregrinantium, alię ſunt ciuium manſiones, & quænam, Magni illi Patriarchæ quā expectarent fundamenta habētem ciuitatē.

Pulchrè autem Chryſoſtomus in hunc locum ſcribens annotauit: *Erubeſcamus,* inquit, *quia illi quidem promiſſionibus in terra factis non attendebant, ſed futuram ciuitatem requirebāt: nobis autem ſurſum, atq; deorſum Deus de ſuperna loquitur ciuitate, nos tamen terrenam quærimus.* Hæc ille. ¶ *Fide, & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit, etiā præter tempus ætatis; quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui repromiſerat.*

B. Chryſ. ho. 23. to. 4. circa finem. *Gen. 11.* *Infra 18.*

Hic ſeptimum dubium diſſoluendum. Laudatur enim Sara de fide in concipiēdo; cùm tamen Gen. 18. riſiſſe dicatur quaſi incredula. Sed intelligendum eſt, quòd admirabunda præ gaudio riſerit: nam in eiuſmodi gaudijs, & nouitatibus ſæpè contingit vt credens non credat, quia variæ, & cōtrariæ inſurgunt affectiones de rei nouitate & impoſſibilitate naturę: ſicut de diſcipulis dicitur Luc. vlt. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus prę gaudio. Et poſt illa verba: Etiam præter tempus ætatis, Græca addunt verbum, ἔτεκεν, id eſt, peperit: non tantùm enim cōcepit, ſed etiam peperit: & ſequitur: *Propter quod ab vno orti ſunt omnes. Et hoc emortuo* (ſiue vt Græca vox ſignificantius habet, eoq; annis effœto) intellige ergò omnes filios, vt ſe filios fidei potiùs quam carnis agnoſcant ex Abraham, & Sara ſterilibus parentibus genitos, & quaſi

Ad 7. quęſt. Sara quomodo fide cōcepit, quę diuinitus accepto nūcio futuri partus: fit. *Ibidem.* Noui, & inexpectati gaudij quid proprium. *Luc. 24.* *Gen. 21.* Veri filij Abrahę & Sarę ſunt fideles. *Rom 4.*

Eſa. 51.

quod ad vim generandi ſpectat, emortuis, de quibus Eſaias: Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrẽ veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum (pro quo Septuaginta habent, Quia vnus erat, id eſt, ex vno ſunt omnes, vt ad hoc alluſiſſe videatur Apoſtolus: & benedixi ei, & multiplicaui eum. ¶ *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus.* Oſtẽdit, priores tres patriarchas, & eorum filios, qui Fidem parentum conſectati ſunt, defunctos fuiſſe in fide: Idem enim eſt, iuxta Fidem defuncti, quòd, in Fide defuncti, vt alibi annotaui, illius præpoſitionis vim, & vſum in Scripturis perpendens.

Qualis hæc phraſis: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti.

Quod autem ait: *Omnes*, non ſimpliciter ambit vniuerſos à principio enumeratos, inter quos vnus eſt Henoc, qui non eſt defunctus. Hoc enim indicat & quod præceſſit: Omnes iſti, reſtringens ſermonẽ ad tres patriarchas proximè enarratos: & quod ait: Non acceptis repromiſſionibus: Nam Henoc, ſicut nec iuſto Abel quicquã non fuit repromiſſum, ſed tantùm Patriarchis. Sed maximè idem comprobat quod ſequitur: Et ſiquidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt; habebant vtiq; tempus reuertendi.

Id quomodo verũ ſit, cùm Henoc defunctus non fuerit.
Geneſ. 5.

Deinde pondera illos per totam vitam perſeueraſſe in fide, & Deum nõ fuiſſe eorum in hac vita remuneratorem, ſed in alia: *Non acceptis*, inquit, *repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes & ſalutantes.* Quaſi ad ſe non pertinerent temporales promiſſiones, ſed quæ erant cœleſtes, & quorum propriè eſt fides; quia non erant propè, ſed longè. Et facto ipſo confeſſi ſunt quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram: habitando ſcilicet in tabernaculis, & in caſulis, & nihil eorum quæ videbant, optantes. Spiritnales etiam promiſſiones quaſi longè præuiſas, præ gaudio ſalutabant: quomodò nautæ longè portum aſpicientes, etiamſi nondum peruenerint, cùm gaudio ſalutant.

Abrahæ, Iſaac, & Iacob in fide perſeuerãtia.

Ijdem repromiſſiones vt dicãtur à longè aſpexiſſe & ſalutaſſe.

Quando etiam illi confeſſi fuerint ſe peregrinos & hoſpites eſſe ſuper terram.

¶ *Qui enim hæc dicant, ſignificant ſe patriam inquirere.* Cùm enim vocarent ſe Hebræos, id eſt, Tranſitores, vel Tranſeuntes, & nulli rei temporariæ hærentes, ſatis ſe indicabant peregrinos & illa peregrinatione teſtabantur ſe patriã inquirere, non autem illam vnde exierant, quia reuerſi fuiſſent ad illam vnde exierant cùm liberum reuertendi tempus non eſſet denegatum.

Vox Hebræorum quid ſonet: quã verè & propriè illis competat Patriarchis.

¶ Nunc autem (non quidem tempore Pauli, ſed tunc, cùm ſe peregrinos confiterentur) meliorem appetunt (patriã) id eſt, cœleſtem. Ideò non cõfunditur Deus vocari Deus eorum. Sæpè enim ſolitus erat dicere: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.*

Ijdem rurſus quando meliorẽ appeterent patriam.
Deus quomodo non confunderet vocari Patriarcharũ Deus.

In hoc Spiritu dixit Iacob: *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui, & mali, & non peruenerunt vſq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt*, & moriens dixit: *Salutare tuum expectabo Domine.* Et Dauid cùm eſſet Rex in Terra promiſſa, & adepta, melioris tamen regni ſpe ſe ſuſtentabat: *Credo*, inquit, *videre bona Domini in terra viuentium.* Et iterum: *Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei.*

Exod. 3.
Matth. 22.
Geneſ. 47.
Infrà 49.

Quale regnũ expectaret Rex Dauid.
Pſal. 26.

Pſal. 38.

¶ *Fide, obtulit Abraham Iſaac, cùm tentaretur &c.* Id eſt probaretur, in quo tamẽ promiſſum erat ſemen venturum, id eſt, Chriſtus: ſed voluit obedire, certa fide tenens quòd poſſet eum ſuſcitare. ¶ *Vnde eum & in parabolam accepit.* Id eſt, Abraham, quia credidit poſſe ſuſcitari filium, accepit eum, ſiue vt Græca vox ſonat, recepit eum, ſiue recuperauit quaſi ſuſcitatum à mortuis. Recepit autem in parabolam, hoc eſt in ſimilitudinem ſuſcitationis à morte quam credidit. Nam conſiderato Diuino mandato, & obedientia eius, pro iam occiſo, & immolato habendus fuit. Quare & Angelus dixit: *Quia feciſti hanc rem*; id eſt ex eo quòd quantum ad te ſpectat, imperatam obedientiam perfeciſti. Et ipſa reuocatio illius mandati nihil aliud fuit quam ſuſcitatio ex mortuis, & ſicut credidit, ita factum eſt illi.

Gen. 22.
Quid Deum tentaſſe Abraham, eiuſq́ue fidem & obedientiã.
Galat. 3.
Rom. 4.
Quomodo Abraham acceperit filiũ Iſaac in parabolam.

Gen. 22.

Alij verò intelligunt accepiſſe Abraham eum in ſimilitudine, ſiue in figura Chriſti, qui cùm videri poſſet in cruce immolatus, non ille vt Deus erat, fuit immolatus, ſed caro eius in ariete illo ſignificata, quem vidit Abraham inter vepres hærentem cornibus. Et vt Humanitas eſt, non diuinitas, quæ morti & immolationi fuit ſubiecta; ita etiam caro noſtra in ariete depicta mortificanda eſt, atque Deo offerenda.

Alter ſenſus.

Quid aries pro Iſaac ab Abrahã immolatus præſignauerit.

¶ *Fide, & de futuris benedixit Iſaac, Iacob, & Eſau.* Hoc etiam opus fidei fuit, de futuris non tantùm benè precando, ſed quaſi mittendo in poſſeſſionem Terræ promiſſæ. Nam qui nihil habuit in illa niſi tantùm ius ſepulchri pecunia redemptum, quomodò enim tanta alijs promittebat, niſi benedictio hæc Fidei niteretur, & quaſi dominus de terra illa diſponebat? Alioqui ridiculæ videri poterant magnificæ illæ voces: Seruiant tibi populi. & adorent te tribus. Similiter Iacob ſingulos filiorũ Ioſeph, Ephraim ſcilicet, & Manaſſes, cancellatis manibus benedixit, cùm illi adhuc pueri eſſent, & nihil eſſet plus in vno; quam in altero, & ipſe oculos hebetes haberet: & duas partes aſſignauit Ioſepho, quaſi iam eſſet terræ illius dominus, ex qua eum fames abegerat.

Geneſ. 27.

Iſaac, Iacob, Eſau de futuris benedicẽtis quænam fuerit fides.
Infra 13.

Supra 27.
Infrà 48.

Et adorauit faſtigium virgæ eius. ſeu vt Græca habent, *ad faſtigium virgæ.* Hæc lectio

Ibidem.
Suprà 37.
Ad 8. quæſt.

eſt 70.

Circa id: Adorauit faſtigiũ virgæ eius, vt conſentiat Hebrææ lectioni: Adorauit Iſrael Dominum, conuerſus ad lectuli caput.

Geneſ. 47.

I. Ratio, cur Iacob faſtigium adorauerit virgæ Ioſephi.

Eſther. 5.

Altera ſolidior.

Pſal. 44.

Pſal. 109.

eſt 70. Interpretum, quam ſequitur Apoſt. Hebræa autem ſic habent: *Adorauit Iſrael Dominum conuerſus ad lectuli caput.* Alij verò legunt: Inclinauit, ſeu incuruauit ſe Iſrael verſus caput lecti. Sed hæc lectio præcedenti oon repugnat. Potuit enim accidere, virgam illam Ioſepbi fuiſſe repoſitam ad caput lecti, & ad eius ſummitatem conuertiſſe ſuã adorationem. ¶ Quorſum verò adorauerit, non exprimitur. Quidam ferunt adoraſſe virgam Ioſeph ſecuudùm cooſuetudinem illius temporis, quia cognoui eum dominũ terræ illius Ægypti, ea ſcilicet ratione qua Eſther dicitur adoraſſe virgã Aſſueri, principatum eius iu illa agnoſcens. ¶ Sed cùm Apoſtolus hæc referat ad fidem; melius dicemus in illa virga agnouiſſe Regnũ Chriſti, de quo: *Virga æquitatis, virga Regni tui.* Et iterum: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorũ.* Lege Auguſt. q. 126. in Gen. ¶ *Fide, Ioſeph moriens, de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt: & de oſſibus ſuis mandauit.*

Gen. 50.

Fides Ioſeph Patriarchæ qualis fuerit: cur iuſſerit oſſa ſua de Ægypto in terram Chanaan tranſportari.

Opulentia & honores non fuerunt cauſa vt Ioſeph obliuiſceretur promiſſiouis factæ, qui iuſſit oſſa ſua iode aſportari in Terram promiſſam, quò deſiderium gentis ſuæ acueret ad exitum de Ægypto, & vt aſpirarent ad redemptionem, qua erant per Meſſiam liberandi. Nec præcepit corpus ſuum ſtatim aſportari, vt fecerat de patris ſui Iacob corpore, quia eo tempore non erat tantæ poteſtatis Ioſeph, atq; olim fuerat, & quia cognouerat, Hebræos multas afflictiones babituros poſt mortem eius; ideò vt haberent certam ſpem liberationis ſuæ & reditus in Terram promiſſam, voluit vt corpus ſuum ad eorum ſolatium remaneret cum eis: vnde & Moyſes tulit illud ſecum, ſicut quęlibet tribus corpus patris ſui, vt dicit Hieron. ¶ *Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus, &c.*

Exod. 2.

Quomodo fide Moſes natus, occultatus ſit menſibus tribus.

Vel Deus aliquod miraculum parentibus Moyſis oſtẽderat, quò verum ſit, eum propter fidem ſeruatum, etiam ſi Scriptura ſuppreſſerit: quemadmodùm tacuit, quòd negauit ſe filiũ filiæ Pharaonis: vel cùm oppreſſi eſſent ſeruitute filij Iſrael, promiſerat ſe aliquando per eum fore vindecim eius oppreſſionis, & liberaturum filios Iſrael: qua ſpe ſalutis freti parentes, infantuli vitam ſuæ vitæ prætulerunt: *Eo quòd vidiſſent elegantem infantem, ſiue puerum.*

Gen. 50.

1. Reg. 16.

Moſes infans cur meruerit ſeruari à patentibus ſuis.

Nam etſi reprehendatur Samuel à Deo, quòd reſpiceret in domo Iſai eum qui forma cæteris filijs pręcelleret; parentes tamen Moſis illecti pulchritudine, pueri fuerunt ad eum ſeruandum, & ita eius aſpectu erecti ſunt in ſpem propinquæ liberationis. Hoc autem vrgere debabat Hebręos, quòd Moyſes ſuæ redemptionis miniſter, fidei beneficio à Pharaonis ſit ereptus: & hoc per filiam Pharaonis, quod maius eſt. Licet imbecilla eſſet fides, quia poſthabito ſuæ mortis metu, cùm Moyſen deberent educare, eum expoſuerunt in carecto ripæ flumiuis. ¶ *Fide, Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis.*

Exod. 2.

Moyſi fides parentũ cur imperfecta.

Moyſi magnitudo qualis.

Act. 7.

Cur ille pater eùm eſſet aut adoleſcẽs ſed grandis effectus, negauerit ſe filium filiæ Pharaonis.

Grandis erat Moſes, non tam ætatis magnitudine, quam poteſtate: nam filius filiæ Pharaonis habebatur. Erat inſuper prudens & eruditus omni ſapientia Ægyptiorum. Et quod ad ætatem attinet, boc tũ fecit, cùm eſſet grandis: nam ſi puer id feciſſet, leuitati, aut ignorantiæ poſſet imputari, quando quidem in pueris ratio, & conſiliũ non vigeot, & temere ſe quouis proijciuot: adoleſcentes autem rapit in conſideratus ætatis feruor. Quare cùm vir eſſet, hæc operatus eſt. ¶ *Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Hoc eſt: Oſtendit ſe facto ipſo malle affligi cum populo Dei: quia titulo filij filiæ Pharaonis ſe tueri noluit.

Ab Ægyptijs cur affligeretur populus Dei.

Affligebatur enim populus ille propter patrios ritus, qui aduerſabantur Ægyptiorum ritibus: ſicq; propter Chriſtũ patiebatur, quia illa eorum abductio, manuductio quędam erat ad Chriſtũ, quem illi nouerant ex Iuda proditorũ, Ille quoq; populus membra erat eiuſdẽ corporis ſub eodem capite Chriſto, cuius imagini cõformandi erant, qui ſua impropria vocat ſuorum membrorum opprobrium, ſecundum illud: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* & alio loco: *Adimpleo ea quæ deſunt paßionũ Chriſti, in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.*

Gen. 49.

Quare Moſes elegerit affligi cũ populo Dei &c.

Pſalm. 68.

Rom. 15.

Act. 9.

Coloſ. 1.

Peccati quænã tẽporalis iocunditas, Apoſtolo Improperiũ Chriſti quod.

¶ Et delicias peccati, vel iocunditatem, vocát omues illecebras mundi, quę à Deo nos abducnnt, & ad ſeruiendum carni, & genio nos impellunt. Vocat autem improperium Chriſti, opprobriũ ſuſceptũ propter Chriſtũm, & illi ſimile, quòd ipſe Chriſtus pro nobis ſuſcepit. *Aſpiciebat enim in remunerationem, ſiue in promiſſionem.* Vt intelligant aliquando, ſi velint oculos non claudere Hæretici, operum eſſe remunerationem, & licere operantem ad eam aſpicere: vt ſuperius dixit, quòd inquirentibus ſe remunerator ſit.

Moſes aſpiciens ad remunẽrationem, quos merito damnare videatur.

Fide, reliquit Aegyptum, non veritus animoſitatem Regis: Inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit.

F de Moyſes quãdo Ægyptũ reliquerit, non veritus animoſitatem Regis.

Exod. 2.

Non eſt ſermo de primo egreſſu ex Ægypto, ſed de ſecundo: fuit enim ille prior fuga potiùs quam exitus, dum Regem volentem occidere, timuit; & tamen hic timorem denegat, & ſequitur eum proximè hic feciſſe, ſeu celebraſſe paſcba: tunc enim ferociam Regis deſpexit, tanta audacia fretus, vt beſtiam illam ſubinde laceſſeret.

Quid animoſitas Pharaonis.

Et cùm à Pharaone exiret, andiuit: *Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam: quocunq; die apparueris mihi, morieris.* Reſpondit

Infra 10.

Ad IX. quæ. Moyſes vti inuiſibilem quaſi videns ſuſtinuerit.

Moyſes: *Ita fiat vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.* ¶ *Inuiſibilem enim tãquam videns ſuſtinuit.* Græca hunc locum poſſunt illuſtrare: habent enim: Inuiſibilem enim (ſcilicet Deum (quaſi videret, ſuſtinuit. Id eſt ſpectauit vltorem Ægyptiorum, & ſui, & ſuorum protectorem. Hæc enim erat fidei vis, quòd imbecillem multitudinem ſecum trahens, multisque impedimentis onuſtam, iter ſibi per innumeras difficultates patefactum iri ſperauit. Fides igitur cõjcit oculos in Deũ, & altiora in eo cernit, quam quę ſub ſenſus, & rationem cadunt: Et vel ſolius Dei aſpectus ad mollitiem noſtram frangendam ſatis eſt, vt ſimus fortiſſimi contra Satanæ inſultus. Eſtque natura fidei, & ingenium, vt viſibilia hæc omnia, & quæ ſub aſpectũ cadunt, inuiſibilia reddat. Vnde Patres ad promiſſiones temporales non aſpicientes, peregrinos ſe, & aduenas teſtabantur. Contra verò inuiſibilia reddebat viſibilia: quia ad futura bona, & nondum viſa aſpirantes; ea, quaſi iam eſſent præſentia, & manibus contrectarentur, viſibilia reddebat. Et ita habes nonam dubitationem explicatam. Sequitur: *Fide, celebrauit Paſcha, & ſanguinis effuſionem, &c.* Solum feciſſe Paſcha cõmemorat, quòd per eius manũ Deus Paſcha inſtituit, & agnus ille typus fuit Chriſti. Effuſionem porrò ſanguinis, vocat vnctionem ſuperliminaris & poſtium, vt filij Iſraël euaderent Angelum percuſſorem, quod illi futurum prę uiderunt. ¶ *Fide tranſierunt mare Rubrum, tanquam per aridam terram.* Erant inter Iſraëlitas, vt eſt, probabile nõnulli increduli; ſed hoc paucorum fidei conceſſit, vt ſicco pede mare tranſirent: quod tentantes facere Ægyptij, deuorati ſunt. ¶ *Fide, muri Iericho corruerunt, &c.* Sicut fide excuſſum ſeruitutis iugum, ita etiam fide promiſſæ hæreditatis poſſeſſionem ſunt adepti. Et circuitus ille puerilis videri poterat, niſi credidiſſet Deũ poſſe præſtare promiſſa.

Fidei effect⁹.

Fides in Patriarchis viſibilia & inuiſibilia vt fecerit viſibilia.

Exod. 12. Cur ſolus feciſſe Paſcha dicitur Moyſes, & ſanguinis effuſionẽ

Infrà 14. Quotũ fidei Iudæorum conceſſum Rubrũ mare vt ſicco pede tranſirent.

Ioſue 6. Vt fide muri Iericho corruerint.

Ibidem. *Supra 2.* Ad IX. dub. De Rabab, quæ in Ioſue caupona, à Paulo meretrix appellatur. *Iacob. 2.*

Fide, Rabab meretrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Sunt quidã, qui vocem Hebræam Hazona, vertũt, Hoſpitam, quaſi quæſtum ex caupona faceret. Sed quia hoc nomen hazona pro meretrice in Scripturis ponitur, & ita verterunt Septuaginta, & eos ſecuti ſunt Paulus hoc loco, & Iacobus Apoſtolus in ſua Canonica, credendum eſt, meretricem fuiſſe; & in promptu eſt ratio; quoniam etſi caupona fuiſſet, conſueuerunt tamen eiuſmodi mulieres facilè ſui copiam alijs facere, & quæſtum ex corpore efficere.

Rabbini Rahab fuiſſe meretricem cur negent hypocritæ.

Rabbini tamen, quibus turpe & abſurdum viſum eſt, ſi recenſeretur ſuos exploratores meretricis vſos hoſpitio; idcircò nouam, & coactam etymologiam excogitarunt. Sed inanis fuit ille timor, quia in Scripturis meretrix, ſiue hazona dicta eſt, & quòd clam latuerint in domo meretricia, & hoc ad anteactam vitam eſt referendum. Teſtis enim reſipiſcentiæ eius eſt fides. Et meruit proptetea hæc mulier alienigena in genealogia Domini honorari. Priùs enim iuſtificata eſt per fidem, audito trãſitu populi Dei per mare deinde bonum opus erga Ioſue exploratores oſtendit: & eos ſeruans non ſine mortis periculo, ipſa quoq; ſeruata eſt, vt non perierit cum incredulis.

Matth. 1. Rahab meretrix cur meruerit inter parentes Domini computari. *Ioſue 2.* *Ibidem.*

Pauli præoccupatio Oratoribus conſueta.

Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrãtem de Gedeon, Barac, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, &c. His verbis computat tempora inter Ioſue, & Dauidem, & quia longa erat hiſtoria omnes percurrere, compendium facit more Oratorum, qui ſummatim, & per capita plurima recenſent. Nec ſeruauit Apoſtolus temporum rationem, ſed obiter, quaſi aliud agens, attingit.

Gedeon, & Barac qualẽ fidei def... fuerint pa... *Iudic. 6.*

Deinde perpende, omnes ibi nominatos fide præditos fuiſſe, etſi omnes aliquo modo claudicarent. Gedeon enim tardior quã par fuiſſet, acceſſit, nec ſe Deo committere niſi difficulter & petito prius ſigno auſus fuit. Barac initio trepidauit vt ferè conuicijs Debboræ fuerit cogendus: Samſon concubinæ blanditijs victus, ſuam, & populi ſalutem inconſideratè perdidit. Nec obſtat quòd ſeipſum cum populo Philiſthæorum interfecerit: quia id diſtinctu Spiritus ſancti fecit, vt quidam ex Patribus tradunt. Iephte verò nimis præceps fuit in concipiendo voto, & nimis in ſoluẽdo pertinax. Quia tamen cogitans ſe religione adſtringi, id fecit, & à ſummo Sacerdote à propoſito reuocatus non fuit, & ita mortem Chriſti repręſentauit, ea parte venia dignus extitit. In omnibus ſanctis eſt aliquid reprehenſibile, quia & aliquando in fide vacillarunt; vt nos non frangant vitia quibus laboramus, dummodò fide contendamus in vocatione noſtrę ſtadium. Et per Dauidem intellige omnes pios Reges. Et ita ſoluimus decimum dubium.

Suprà 5. *Infrà 16.* Ad X. dub. Samſon & Iephte quomodò fideles quorum eſt ſalus incerta. *Supra 11.*

Sanctorum nullus est omnino irreprehẽſibilis. Ad XI. dub. Quid fidei diuinæ tribuũtur, quæ fortitudinis humanæ ſunt opera.

Sequitur vndecimi ſolutio. Nã permulta opera, & illa quidem heroica, etſi tẽporalia fide prę ſtiterunt. Nã iſti vicerũt regna Chananæorum, qui occupabant Palæſtinam, à Ioſue videlicet ad Salomonem vſque, vt etiam includatur Dauid, qui omnia finitima regna ſuæ ditioni ſubiecit, & præſidium in illis habuit ne rebellarent. Cęperũt ergò regna, imitantes in hoc Abraham, qui quatuor Reges deuicit, & ſpoliauit, & Lot nepotem captiuum ductum, reduxit: & Moyſen

Sancti qui per fidem vicerint regna.

2 Reg. 5. *Geneſ. 17.*

qui

qui Ægypti Regem debellauit, & in mari Rubro merſit. ¶ *Operati ſunt etiam iuſtitiam.* Id eſt opera iuſta, & bona operati ſunt, quibus etiam promiſſiones factas obtinuerũt; Nam ea ratione & via meritorum nos cœleſtes promiſſiones adipiſcimur. *Obturauerũt ora leonum.* Vt fecit Samſon, qui propoſuit ænigma illud: De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Daniel quoq; bis hoc præſtitit, vt in eius Prophetia legimus. Dauid quoq; ſuffocauit vrſum & leonem; ſed animi & corporis fortitudine, Daniel verò ſola fide illud effecit, & ita Scriptura teſtatur id factũ Dan. 6. quia crediderat Deo ſuo: quanquã congreſſua Dauidis cũ leone & vrſo non fuit ſine fide, ſicut nec cõgreſſus cum Goliat. *Extinxerunt impetũ ignis.* Moyſes hoc fecit Num. 11. & Aaron Numer. 16. & tres pueri coniecti in fornacẽ ignis: quorũ hiſtoria hic videtur ab Apoſtolo canonizari. *Effugerũt aciem gladij.* Vt Helias, & alij multi. *Conualuerunt de infirmitate.* Vt Iob, Tobias, & Rex Ezechias. *Acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos.* Quẽadmodum Sunamitia per Heliſæum ſuſcepit infantem ſuum, & Sarephtana vidua ſuũ per Heliam. Chryſoſtomus tamen refert hęc ad reduxionem ab exilio, in quo erant quaſi deſperati & mortui: quorum reditum in patriam elegantiſſima parabola oſſium reſurrectionis, quæ erant in Campo, præcinuit Ezechiel c. 27. *Alij autem diſtenti ſunt.* Græcè legitur: ἐτυμπανίσθησαν, quod verbũ ſignificat Excoriari, ſiue mẽbratim concidi: quòd paſſi ſunt ſeptẽ fratres Machabæi: atq; hoc eodẽ verbo vtitur Ioſephus in eorum martyrio deſcribendo. Vt videatur Paulua hoc loco illos libros Machabæorum canonicos facere. *Non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirẽt reſurrectionem.* Quod in illa hiſtoria ſeptem fratrum licet videre: nam ij omnes ad meliorem reſurrectionem per fidẽ anhelabant. Certè Oecumenius, & Theodoritus hæc verba ad Machabæos referenda interpretantur. *Alij verò ludibria & verbera experti.* Heliſæus illuſus fuit à pueris; cuius illuſionis vindices extiterunt duo vrſi à Deo immiſſi. Ieremias flagellatus fuit: Michæas Propheta accepit alapam, *Inſuper & vincula, & carceres,* ſcilicet experti, vt & Ieremias, cap. 32. & 37. & 3. Reg. 22. Michæas. *Lapidati ſunt.* Vt Ieremias, quem tradunt in Ægypto à Iudæis lapidatum lapidibus quos abſconderat ſub muro lateritio domus ipſius Pharaonis, vt Epiphanius in eius vita tradit. Zacharias filius Ioiadæ 2. Paralip. 24. & Naboth 3. Reg. 21. *Secti ſunt.* Vt Eſaias, qui lignea ſerra ex traditionibus Hebræorum ſectus fertur, vt Origenes docet in epiſtola ad Iulium Africanum. ¶ *Tentati ſunt.* Vt Iob, & Abraham. ¶ *In occiſione gladij mortui ſunt.* Vt Sacerdotes octoginta quinq; à Saule interfecti propter Dauidem, & Prophetæ multi occiſi à Iezabel, & Manaſſes Ieruſalem impleuit ſanguine Prophetarum iuſtorum. ¶ *Circuierunt in melotis, & egonis,* ſiue vt interpres vertit, *in pellibus caprinis.* Quidam melôtas interpretatur pelles cameli; ſed ouillas dicere debuit. Et non tam tentoria ex pellibus, quam amictua duriores, & aſperiores veſtes ſignificat. Tales fuerunt Helias & Heliſæus, & alij Filij Paophetarũ, & Ioannes Baptiſta. Atq; in feris animalibua hi Dei ſerui plus clementiæ experti ſunt, quam in hominibus. Vnde Hilarius à tyrannis excluſus, cùm de Eccleſia pelleretur; *Montes,* dicebat, *& ſyluæ, & lacus, & carceres tutiores ſunt, quam magnus templorum ſplendor:* ¶ *Egentes, anguſtiati, afflicti.* Indicat illoa duris veſtimentis vſos ob inopiam. Tales fuerũt Prophetę, quos pauit Abdias 3. Reg. 18. ¶ *Quibus dignus nõ erat mundus.* Qui cũcta eius blandimenta, & omnem fortunã ſuperarũt vt nec ſecũdis inflarentur, nec aduerſis frangerentur: Mũdus enim erat eis iamdiu crucifixus. Et expende, quanto in pretio habeat Deus pios ac fideles, etiamſi mundo, vt viles, & pauperes deſpicatui habeantur, & ludibrium, & ſpectaculum ſui mundo præbere videãtur. Et ideò Deus inuenit eos dignos ſe. ¶ *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem.* Conſonat hæc ſententia cũ paulò ante dictis. Iuxta fidem defuncti ſunt oẽs iſti, nõ acceptis repromiſſionibus. Et tamen c. 6. dixerat, quòd Abraham accepit repromiſſionem. Quod vt diſſoluamus, dicendum eſt, varias extitiſſe Dei promiſſiones, corporeas quaſdã, alias ſpirituales. Item ſubdiſtinguendum de vtriſque: nam Abraham, Iſaac, & Iacob varias temporalium bonorum acceperunt promiſſionea vt de propagatione ſeminis, ac de Chriſto ex illa gente naſcituro, & de Terra Chanaam, quas dum viuereut, non acceperunt. Peregrini enim fuerunt ſuper terram, & de promiſſis nil ferè pręter cõceptum Sarę viuentes obtinuerunt, vt ea ratione dictum ſit. Iuxta fidem omnes defunctos fuiſſe non acceptis repromiſſionibus: vt ſit ſenſus, omnes ſic mortuos, vt adhuc ſic fidem retinerent. Nam ſi accepiſſent dum viuerent, non eſſent defuncti in fide: quod enim habetur & poſſidetur, iam non creditur.

Quòd ergò Heb. 6. dicitur Abraham accepiſſe repromiſſionem, non eſt referendũ ad tempus dum viueret, ſed poſtquam mortuus fuit. Vnde Dominus dixit: *Abrahã pater veſter exultauit vt videret diem meum, & vi-*

Exod. 14. Quid operati iuſtitiam. *Iudic. 13.* *Ibidem* Obturauerint qui ora leonum. *Dan 6.* *Infra 14.* *Eccleſ. 47.* *1. Reg. 17.* *Dan. 6.*

Quinam extinxerint impetum ignis. *Num. 11.* *Infra 16.* Effugerint qui aciem gladij, & cõualuerint de infirmitate. *Iob vlt.* *Tob 11.* *4. Reg. 20.* *Eſai. 38.* Acceperint mulieres quænam de reſurrectione mortuos ſuos. *Supra 4.* *3. Reg. 17.* *D. Chryſ. ho. 27. circa medium.* Qui fuerint diſtenti. *2. Mach. 7.* De quibus dictum ſit; Nõ ſuſcipiẽtes redẽptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. *Oecu. c. 16. ſub fin. Theodor. part. 2.* Quinã ludibria, & verbera experti: inſuper & vincula & carceres. *4. Reg. 2.* *Ibidem.* *Ierem. 37.* *3. Reg. 22.* *Ierem. 32.* *Infra 37.* *3 Reg 22.* Lapidati qui & ſecti. *2 Paral. 24.* *2. Reg 23.* *Origenes.*

Tentati; & in occiſione gladij qui fuerint mortui. *Iob. 1.* *Tob. 2.* *Geneſ 22.* Quid melota quibuſdã, ſed impropriè: Qui circuierint in melotis, & in pellibus caprinis. *4. Reg 1.* *Matth. 3.* Hilarij magni illius, ſacris ædibus pulſi aſylum tutiſſimum quodnam eiuſdem teſtimonio. *3. Reg. 18.* *Galat. 6.* *Sap. 3.* Sancti quam Deo chari & pretioſi. Ad 12. quæſt. De eo quod Apoſtolus viros pios & fideles à ſe cõmemoratos mortuos eſſe dicit nõ acceptis repromiſſionibus cũ aliter cõſtet. *Gen. 21.* Patriarchæ ſi promiſſiones ante mortẽ accepiſſent, quid inde. Abrahã quãdo acceperit repromiſſionem teſte Apoſtolo.

Ioan. 8.
Sancti Iuſtitiam operati quas olim adepti, & nõ adepti ſint repromiſſiones.

dit, & gauiſus eſt: & quòd paulò antè dictum eſt de Sanctis, qui operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones: intelligendum eſt de certis promiſſionibus, quarum iam tempus aduenerat, ſiue ſpirituales eſſent, ſiue tẽporales. Quod verò nunc dicitur, teſtimonio fidei probatos, non accepiſſe repromiſſionẽ: ad certam & ſingularem videtur referendum promiſſionẽ, nempè illam pręcipuam conſummatę beatitudinis: quia etſi ſpiritu animę ſint beatę, nõ tamen corpore, vtpotè illo adhunc ſepulto, & per corruptionem deuorato, donec per reſurrectionem ipſi animæ reſtituatur.

Ad decimãtertiam quęſtionem.
De eo quod Apoſtolus ait, Sanctos patres ſine nobis nondũ fuiſſe conſummatos.
I. Solutio.
Apoc. 6.
Altera probabilior.

Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur. Videtur reſpicere Apoſtolus ad perfectam corporũ conſummationem. Niſi quis dicat propter certam reſurrectionis ſpem habendos eſſe vt conſummatos, qui iam prima ſtola potiuntur, ſecuri de ſecunda; quam non ſine nobis accipient in generali reſurrectione.

Sed melius dicere poſſemus, nõ accepiſſe illum talem beatitudinis cõſummationem. Si enim accepiſſent animæ gloriam ante Euangelij tẽpus; debuiſſent conſummari ante nos etiã corpore. Vt enim non expectaſſent mortẽ Domini ad bertitudinis animæ cõſummationẽ, ita nec debuiſſent expectare mortem omnium ad conſummatam corporis gloriam: Meliùs ergò nobis cõtingit, qui mox, vbi animam efflauimus, animo beatificamur, poſtquam ſumus in tempore peractę redemptionis primę. Et hanc olim opus erat omnes expectare, donec Chriſtus reſurgeret, & introduceret eos in Sãcta ſanctorum. Nam ante ſummum Pontificem, qui viam ſtrauit, nullus illuc ingreſſus eſt.

Quare melior ſub nouo morientium quam ſub veteri Teſtamento conditio.
Hebr. 6.
Infra 9.

¶ Porrò Comparatiuum, Melius, referẽdum eſt ad ſtatum priſcorum patrum, quia illi non ſunt beatificati ſtatim à morte, ſed oportuit expectare Chriſti aduentum, ſiue deſcenſum ad inferos: in quo nos meliori conditione fruimur, quia ſi purgati de hac vita decedimus, quamprimum animo beatitudinẽ attingimus. At verò corporis gloriam omnes ſimul expectamus vſq; in diem iudicij, in qua pijs & fidelibus reddenda eſt. Atq; hic ſenſus, quẽ multi Gręci interpretes ſequuntur, alteri pręſtat. Ait enim Oecumenius: *Quomodo melius quiddam? ſiquidem ne illi aliquid amplius, quam nos, haberent in eo, quòd priores coronati eſſent, vnum definiuit tempus, vt & nos cum ipſis coronemur. Hoc autem pro nobis eſt: Illi namq; ſedent irremunerati, noſtram expectantes adminiſtrationem. Ne ſine nobis conſummarentur. Non dixit, Coronarẽtur; ſed, quod maiorem habet emphaſim, Conſummarẽtur, ſiue perficerentur, hoc eſt, acciperent terminum bonorum, pro quo laborat omnis conatus, & fatigatio eius qui virtute prǽditus eſt.* Hæc ille.

Electorum tam veteris, quam noui Teſtamenti perfecta conſummatio quando ſit futura.
Oecu. cap. 16. in fine.
Dictum Apoſtoli: Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis cõſummarentur rectè expendit Oecumen.

Quoniam verò ab Abel Paulus incipit, aliqui ab eo iuſto cœptam. Eccleſiam arbitrantur. Et quiã ait: Hi omnes teſtimonio fidei probati, &c. vt non ſine nobis cõſummarentur: intellige omnes ſuperius enarratos ſaluos per fidem extitiſſe, coniunctam cum operibus.

Abelem primã Eccleſiæ feciſſe fundamenta, vnde quidam aſſerant.

Demùm ex hoc Capite accipe, regnum Fidei latè patere, & non ſolùm ad articulos in Scripturis expreſſos extẽdi, ſed etiam ad omnes actiones humanas, & opera quę facimus. Deinde perpende. Fidem non recipere in hoc mundo ſumma præmia, vt in fide Filij Dei cum Paulo viuamus. Deniq; perſpice, fidem ſemper habere coniũctam patientiam tam in tolerandis iniurijs, quam in expectando promiſſo beatitudinis præmio, ac de his ſatis.

Regnum fidei latiſſimũ eius præmiũ in cœlo eſt tantum: quid requirat.
Galat. 2.

DISPVTATIO XXII.

In illa verba, cap. 12. *Ideoq; & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patiẽtiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atq; in dextera ſedis Dei ſedet,* &c. vſque in finem capitis.

Circa huius Capitis verba paucæ, & illæ quidem parui momenti occurrunt dubitationes. Primo tamen loco inueſtiganda erit Apoſtoli mens. Deinde, quæ eſt iſta nubes teſtium impoſita, & quid pondus & circumſtans peccatum. Tertiò, quomodò per patientiam inuitat ad currendum, cùm patientiæ non ſit agere, vel currere, ſed pati, & ſuſtinere. Quartò, quomodò Ieſus ſit autor fidei, & conſummator. Quintò, quomodò recogitanda mors Chriſti, vt nobis vtilis eſſe poſſit. Sexto, quid eſt reſiſtere vſq; ad ſanguinem aduerſus peccatum; & quid obliuiſci conſolationis, quæ nobis tãquam filijs loquitur, Septimò, quos vocat patres carnis noſtræ, & quem Patrẽm ſpirituũ, cùm homo nõ det carnem ſine anima, neq; Deus animam ſine corpore. Octauò, quomodò ad pacem cũ omnibus habendã adhortetur; cùm expediat bellũ potiùs gerere cũ iniquis, & dæmonibus qui nos infeſtant? Nonò, quomdò Eſau non inuenit locum pœnitentiæ, & an fuerit reprobatus.

Primum dubium.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Septimum.
Octauum.
Nonum.
Gen. 27.

Nam ſi de venia à patre impetrata ſit ſermo, cõſtat eum obtinuiſſe benedictionem: ſi verò de venia à Deo, quis audeat aſſerere negaſſe illi Deum remiſſionem peccati, cũ ipſe eam cum lacrymis quæreret? Decimò, quo tendit, cùm ait: ***Non enim acceßiſtis ad tractabilem montem, & acceßibilem ignem, &c.*** & vnde accepit Paulus, Moyſeu dixiſſe: *Exterritus ſum, & tremebundus*, cùm in Scripturis non inueniatur. Vndecimò, quomodo ſanguis Chriſti melius loquatur quàm ſanguis Abel. Duodecimò, & poſtremò quæritur, an rectè allegauerit locum Aggæi Prophetæ, qui apertè primum Chriſti aduentum concionatur, non ſecundum, de quo videtur Paulus loqui; & an alter locus Deuteronomij: (*Etenim Deus noſter, ignis conſumens eſt*) & quo totum caput hoc finitur, rectè ad rem ſit productus.

Decimum. Vndecimũ. Duodecimũ. *Aggæi 2.* *Deut. 2.*

Ad 1. dubit. De Pauli ſcopo in præſenti capite.

Primum dubium ſoluitur, dicendo, hactenus Apoſtolum ad fidem tot ſanctorum virorum exemplis incendiſſe, nunc verò ad patientiam illi coniunctam, & ad pacem, ſine quibus fides diu conſiſtere non poteſt, adhortari: Ideoque & nos quoque, vt illi enarrati Patres, tantam habentes impoſitam nubem teſtium.

Ad 2. dubiũ. Quid nubes teſtium impoſita.

Hic ſecũda quæſtio ſoluitur. Per nubem enim intelligimus copioſam ſanctorũ Patrum multitudinem; dẽſum enim raro opponitur. Nam etſi pauci fuiſſent, debebant nos ſuo exemplo inuitare: at, vbi ingens eſt turba, maiores ſtimulos addit, ac min⁹ nos poſſumus excuſare, ſi viam tritam, & à tot Patribus apertam deſeramus. Nubes ex vaporibus terræ producitur, & in aëra eleuatur vi Solis, & vento huc atque illuc fertur vt pluat, & iterum deſcendat ſuper terram ad eam irrigandam, & fœcundandam, etiamſi nobis ad tempus Solis lucem præripere videatur. Tales ſunt ſancti viri, qui ex infirma, & imbecilla natura humana in altum vi Solis in Chriſti euehuntur per eximiam vitæ ſanctitatem, & doctrinam, & huc atque illuc eos mouet Spiritus ſanctus, vt ex edito aliquo loco pluuiam doctrinæ verbo & exemplo nobis reddant. De quibus Eſaias: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant?* Iſti terram noſtræ humanitatis diſponunt, & præparant ad fructum proferendum. Et licet Solis Chriſti lucem nobis occludere videantur; reuera tamen nihil ſuum proferunt, ſed quod Dei eſt, & à Diuina Chriſti luce participatum nobis tradunt, vt & nos ad deſideria ſupernorum eleuemur, & paulatim nubes efficiamur.

Nubes vnde fiat, quid efficiat. Sancti viri rectè nubes appellantur. *Eſai. 60.* Vnde pluant illæ myſticæ nubes.

Nubes cur impoſita.

¶ Vocat autem nubem, impoſitam, ſiue vt Græcum verbum περικείμενον denotat, Circumpoſitam. Ita vt quocunque oculos vertas, multa vndique occurrant fidei ſpectabilia opera, & illuſtria exempla.

Chriſtianis quomodo currendum.

Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus. Inuitat Apoſtolus ad curſum nõ ſimplicem, ſed certatorium, vel curſorium certamen, quod ſtudia, & conatus magis ſolet accendere: vt conſtat in his, qui curſu decertant ad brauium accipiendum, quod ſolus qui cæteros anteuertit, debet accipere. Quis ergo, niſi depoſito pondere, & ablatis impedimentis, in via currere valeat, & cæteris palmam præripere? Erat olim in athletis certa quædam ciborum neceſſitas, & exercitationum pro varijs certaminum generibus, vt ait Fabius lib. 10. cap. 5. & Apoſtolus 1. Corin. 9. *Omnis*, inquit, *qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet*: & curſoribus nihil æquè atq; craſſa corporis habitudo obſtabat, quam Paulus ὄγκον vocat. Obſtabant etiam aliæ circumſtantiæ, vt veſtes graues, vel vepres, & ſpinæ, & alia offendicula in via. Et hæc vocat circumſtans peccatum, alludens ad ſignificatum. Et per pondus accipere poſſumus ſarcinam carnis, de qua Salomon: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem*: quod nobis impedimento eſt ne nubes efficiamur, & eleuati mereamur in cœlum per bona deſideria: quia & ipſum corpus tædium, & triſtitiam patiendi horret.

1. Cor. 9. *Quintil.* Quid circũſtans peccatum, ad literam; & quid pondus. *Sap. 9.*

Circumſtans nos peccatũ quid myſticè.

Per circumſtans nos peccatum, intellige innatam concupiſcentiam, quæ per augmẽtum bonorum operum, & exercitium fidei deponitur: & quò quis eſt iuſtior, eò concupiſcentia debilior. Niſi velimus illam coniunctionem, Et, per figuram Exepegeſis accipere, id eſt, vt ſit ſenſus: Deponamus pondus carnis, hoc eſt, peccatum nos circumſtans. ¶ Summa ergo eſt, nos iam certamen ingreſſos, & in celeberrimo ſtadio vndique circumſtare nos teſtes, & præſidem Filium Dei, qui ad præmium accipiendum cohortatur: turpiſſimum ergo erit in medio ſtadio vel torpere, vel retrocedere. Quamuis autem homines ſancti non tantũ teſtes ſint, ſed & curſus ſocij, qui viam nobis præmunierunt: teſtes tamen maluit vocare, quàm curſores, quò innuat, illos æmulos non eſſe, qui palmam nobis præripiant, ſed gratulatores potius qui plaudant, & gratulentur noſtræ victoriæ: ſicut Chriſtus non tantum agonotheca eſt, ſed manum porrigit, & vires in curſu perueniendi ad metam ſuppeditat. Et hæc de ſecundo.

Maxima Chriſtianis per patientiã currendi incitamenta quæ ſint. Sanctos nobiſcum curſores Apoſtolus cur teſtes appellauerit. Chriſt⁹ duo præſtat in agone Chriſtiano certãtibus.

Ad 3. dubiũ.

Quod tertio loco dubitatum eſt, patientię non eſſe agere vel currere, ſed potius pati: ſic ſoluitur: Nam ipſum currere ad mar-

Quomodo currendũ per patientiã eſt, cum eius nõ ſit agere, ſed pati?

tyrium, pertinet quidam ad patientiam, vt ad cauſam quæ remouet, prohibens; ad fidem autem, & charitatem, vt ad cauſam efficientem, & mouentem.

Ad 2. dubiũ. Vt ſit autor fidei, & conſummator Ieſus.

Actor. 7.

Rom. 8.

Aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Quarta hic quæſtio explicanda. Sed primò pondera verbum, Aſpicientes: hoc eſt, oculos defixos ad metam æternæ vitæ habentes, vt Stephanus, qui in cœlum intuens, vidit Ieſum ſtantem à dexteris virtutis Dei: & qui illuc ſpectant, dicunt cum Paulo: *Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis.*

Chriſti Dei, & hominis propria.

Eſt autem Chriſtus autor fidei, & conſummator, id eſt, inchoator, & finitor. Ipſe ſiquidem vt Deus fidem efficit: vt homo, illam nobis promeruit. Eſtq; eius primarium & nobiliſſimũ obiectum: ipſe eius fuit prædicator & doctor; ipſe inſpirator, & confirmator, ipſe remunerator perfectus, & beatificator, hoc eſt, faciens apertè videre quæ olim credidimus: quandoquidem Auguſtino teſte, Fides, eſt credere quod nõdum vides, cuius fidei merces eſt videre quod credis. Ideò ipſe Apoſtolus alio loco ait: *Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro ipſo patiamini:* quod eſt opus perfectæ fidei, nimirùm per patiẽtiam in certamine currere.

Fides quid Auguſtino.
B. Aug ſerm. 29. de verb. Apoſt. init. tom. 10.
Philip. 1.
Fides quæ perfecta.

Quid illud Nazianzeno: Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta.
Oecum. c. 17. prope init.
Philip. 2.
Crux quorũ propria.

Subdit: *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ confuſione contempta.* Græca ita habent: ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Eſtq; duplex ſenſus: alter: Propoſuit illi Deus gaudium, ſi mallet illud; ipſe autem loco eius potiùs maluit crucem propter nos. Quem ſenſum cõfirmat Nazianzen. apud OEcumenium, dicens: *Cui cùm liberum,* inquit, *fuiſſet manere propria gloria & diuinitate, non ſolùm exinaniuit ſemetipſum vſq; ad formam ſerui, ſed & crucem ſuſtinuit ignominia contempta.* Hæc ille. Erat autem crux, tormentum ignominioſum, ſiue ignominia acerbiſſima ſeruis fugitiuis, & latronibus propria.

Alter ſenſus Lutheranos licere negantes propter præmium operari, confutans & damnans.
Hebr. 11.
Pſalm. 118.

Eſt tamen alius ſenſus verus contra hæreticos, qui nolũt operantem, ad coronam aſpicere; ne, vt illi fingunt, efficiatur mercenarius, intuens ad ſeipſum, vt ad commodum ſuum. Quaſi verò Deus proponat coronam, vt ad illam non aſpiciamus, ſed contemnamus eam; aut quaſi pugnet aſpicere ad Deum primario oculo, & ſecundario ad coronam. Et vt Moyſes aſpiciebat in remunerationem, & Dauid inclinabat cor ſuum ad faciendas iuſtificationes propter retributionẽ: ita Chriſtus reſpexit ad gaudiũ ſibi propoſitum. Quem ſenſum comprobat quod ſequitur: Atque in dextera ſedis Dei ſedit.

Ad 5. dubiũ.

Cur [illegible] Chriſti, & mors nobis recogitanda.

Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem, &c. Nullum fortius exemplum ad patientiam permouet, atque ignominioſa, & acerba Chriſti paſſio. Et in his verbis erudimur quæ nam ſit paſſionis Chriſti meditatio ſalutaris. Expende ſingulos apices Apoſtoli: quia non ſimpliciter Chriſti paſſio eſt recogitanda, & ſæpè meditanda ac ruminanda à nobis inſtar mundorum animalium: quia non vna, aut altera, aut paucis cogitationibus totam eius virtutem deguſtare poſſumus, ſed multis ac diuturnis, nimirum, vt in primis cogitemus eũ, quis & quantus ſit, nempè, Dei filius: quam innocens & iuſtus: quàm propitius, & bene de nobis meritus: & qualem & quantam à peccatoribus ſuſtinuit aduerſum ſemetipſum contradictionem, id eſt, quam crudelem, & immanem. Nam hinc rapimur in admirationem tantæ Dei bonitatis, qui vt ſeruum redimeret, Filium vnigenitum morti immaniſſimæ expoſuit. Deinde rapimur in admirationem ſapientiæ Dei, quę hac via Satanam regno ſpoliauit. Concipimus etiam grauiſſimum odium in peccatum, pro quo abolẽdo paſſus eſt filius Dei. Cernimus perfectiſſimæ obedientiæ exemplum, qua Deo patri pro nobis ſatisfecit. Licet etiam contemplari in Chriſto paſſo vniuerſarum virtutum chorum, præſertim patientiæ & charitatis. Quod ſi aliorum, qui conſerui noſtri ſunt, paſſiones & afflictiones nos conſolari poſſunt; quanto magis omnium Domini contradictio, quam maximis mundi peccatoribus (quod ſolet doloris argumentum efficere) ſuſtinuit? Et vt nũquam atrocius delictum perpetratum fuit, ita nunquam gratius ſacrificium, & efficacius Deo oblatum extitit, quod etiam ipſorum crucifigentium horrendiſſimum crimen potuit abolere.

Leuit. 11.
Deut. 14.
Recogitanda ſunt quatuor nouiſſima.
Primus fructus tantæ meditationis.
Secundus.
Tertius.
Quartus.
Quam ſuſtinuit, qualis, & quanta fuerit Chriſti Domini cõtradictio, quamque ſalutare & efficax.
Luc. 23.

Sequitur: *Vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Memoria ſiquidem tanti ſanguinis fuſi, pleniſſima eſt credenti conſolatio. Eſt enim crux lignum illud, quod aquas amariſſimas dulces reddidit. Eſt autem deficere, timore tribulationis inſtante, fidem abnegare, aut propterea à charitate excidere. Et hæc eſt optima, & ſalutaris Chriſti paſſio meditatio, quę omnem fructum boni affectus, & boni operis producit.

Recogitantes Chriſti crucẽ & mortem cur minimẽ fatigentur: crux quale lignum.
Exod. 15.
Animis deficere hoc loco quid.

Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes. Hic explicatur ſexto loco dubitatum. Etſi enim, inquit, Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis; non tamen vſque ad ſanguinis effuſionem reſtitiſtis. Vt enim Chriſtus peccato reſtitit etiam cum totius ſanguinis ſui diuini, ac pretioſi diſpendio: vos ta-

Ad 6. dubiũ. Hebræi quomodo nondum vſque ad ſanguinẽ reſtitiſſent, aduerſus peccatum repugnantes.
Hebr. 10.

vos tamen non dum id præſtitiſtis, humanum veſtrum ſanguinem pro peccato auferendo, aut pro fide tuenda exponendo. Vel hæc verba initium ſunt nouæ clauſulæ, vt quidam volunt: *Nondum*, inquit, *vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis, & obliti eſtis conſolationis quæ vobis tanquam filijs loquitur, cum nondum eſſet tempus obliuiſcendi.* Diuina ſiquidem Sapiẽtia ait: *Fili mi, noli negligere diſciplinam.* Diſciplina ſiquidem, quæ Græcè παιδεία dicitur, eſt per moleſtias eruditio, teſte Auguſtino, ſiue ſalutaris caſtigatio parentis, vt filium ad virtutis viam dirigat: quam non vult negligi, neque ſperni, ſed grato animo ſuſcipi, ac ſuſtineri; Et quia fructus magnos producere ſolet, ne quis retrocederet, aut iam victus manus dare cogatur. Et flagellari, plus eſt quàm caſtigari. Et cum Chriſtus neutro indiguiſſet; vtrumque tamen pro nobis in ſe erudiendis ſuſtinere voluit, iuxta illud: *Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.*

Alter ſenſus.

Prouerb. 3.
Hebr. 12.
Diſciplina quid Auguſt. ea cur minime negligenda.
B. Auguſt.
Pſalm. 72.

Quis enim filius quem non corripit pater? Argumentatur à communi hominum more. Nemo enim eſt tam ſani capitis, qui filios ſuos peccantes non corrigat, vt eos ad bonam frugem reducat: quanto minus hoc diuinum, & ſalubre remedium ſubtrahet nobis optimus, & cœleſtis Pater? Quòd ſi dicas, ceſſare hoc correptionis inter homines officium, ſimul atq; liberi ex adoleſcentia egreſſi fuerint; non tamen reſpectu Dei. Nam quãdiu viuimus, minus ſumus quàm pueri erga Deum, & egẽtes diſciplina Dei. *Quòd ſi*, inquit, *extra diſciplinam eſtis.* Hoc eſt: ſi quis non ſuſcipiat tanquam Dei diſciplinam, vniuerſa aduerſa quæ patitur; iam non vt filius, cui debetur vel ſeruatur hæreditas, tractatur, ſed vt ſpurius ad diabolum ſpectat: qui poteſt dici adulter, & corruptor ſponſarum Chriſti. Et ita expeditum eſt ſextum dubium.

Boni patres cur filios corrigãt, & Deus maximè peccatores.

Paterna quãdiu duret filiorum correptio, ad diuinæ differentiam.
Extra diſciplinam eſſe, quid.

Sequitur ſeptimum: *Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, &c.* Argumentatur Apoſtolus ab eo quod minus eſt, comparatione dignioris. Si enim homo patrem ſuum ſecundùm carnem reueretur, vt natura docet eſſe faciendum, & illa reuerentia longeuæ vt habet promiſſionem vitæ, & illorum doctrinam ſuſcepimus, ergo etiam Patri ſpirituum Deo obtemperabimus, & cuius diſciplina non tantùm vtilis eſt ad vitam præſentem, vt illa parentum, ſed etiam ad æternam vitam. Adhęc parentes mortalès liberos ſuos, vt viſum eſt, caſtigant; Deus verò temporare ſolet ſuam diſciplinam ratione & ſapientia, vt nihil in ea ſit immoderatum, ſicut interdum in illa hominum.

Ad 7. dub. Quinam patres carnis noſtræ ſine Apoſtolo.

Exod. 20.

Deo obtemperandum duplici nomine.

Patrem vocat ſpiritum, Deum: non quòd creator hominis ſecundum carnem non ſit: nam ex terra conditus fuit, & Iob ait: *Carne, & pellibus veſtiſti me*, & Dauid: *Manus tuæ fecerunt me*, quod ad animam attinet, *Et plaſmauerunt me*, quantum ad corpus: Nec de anima dubium, quia inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Ex quo apertum relinquitur, animam hominis non eſſe ex traduce, ſiue ex materia ſeminali, vt quidam ex externis aſſeruerunt, vt Galenus, & quidam ex noſtris diu dubitarunt. Deus autem tam corporis, quàm animæ conditor, & proprius pater, & qui hoc nomen cõceſſione quadam in homines tranſtulit.

Pater ſpirituum quis.

Geneſ. 2.
Iob. 10.
Pſalm. 118.
Geneſ. 2.
In eos qui animam rationalem fingunt ex traduce.

Sed quoniam in creandis animabus non adhibet hominum operam, vt in corpore gignendo, & animas ſpiritu ſuo reformat; per excellentiam dicitur Pater ſpirituum, quia per dona ſpiritualia quæ infundit, pater eſt, quam etiam paternitatis rationem in alios transfert. Vnde Paulus: *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto; ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Addit: *Et viuemus.* Id eſt, vt viuamus, non ad paucos dies ſecundùm ſeculum ſed in vitam æternam.

Cur pater ſpirituum appelletur.

1 Cor. 4.
Paulus Apoſtolus qualis Corinthiorum pater.

Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mæroris. Omnem mouet lapidem ad ſuadendam perſeuerantiam in patientiæ diſciplina. Et de præſenti dixit non videri diſciplinam eſſe gaudij, ſed mœroris. Non dixit abſolutè, non eſt; ſed, non videtur, ſcilicet pueris, imperfectis, qui horrent, ac refugiunt illam, quantum in ipſis eſt, quia quantum ſibi ſit vtilis, per ætatem iudicare necdum poſſunt. At in his qui ſapiunt, & qui ſpiritu feruent, etiam gaudij eſt materia, quia non tam præſentia, quam futura proſpiciunt: vt illi qui ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati; & Iacobus: *Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideretis.*

Quibus omnis diſciplina in præſenti videatur non eſſe gaudij, ſed mœroris.

Non mœroris, ſed gaudij, ſit eadem diſciplina quibus.
Actor. 5.
Iacob. 1.

Poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ. Id eſt, fructum reſpondentem iuſtitiæ, qui eſt pax æterna in corpore, & ſpiritu, tam erga ſe, quàm erga proximum, ſed potiſſimum erga Deum: *Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & rectos greſſus facite, vt non claudicans quis erret.* Antea dixit, propoſitum nobis eſſe ſtadium ad currendum; quod athletharum eſt, & pugilum, quibus validæ manus ad luctandum, & fortes pedes ad currendum ſunt opus. Quam cœptam metaphoram perſequens, hæc

Diſciplinam Dei paternã recipientib. pacatiſſimũ fructum illa quam reddat iuſtitiæ.

Duplex horũ ſenſus verborum, Propter quod remiſſas manus, & ſoluta

ſubiun-

genua erigite, & greſſus rectos facite, &c.

ſub:unxit. Et eſt ſenſus: Si tantus eſt tã breuis diſciplinę fructus, reſumite vires, & perſeuerantiam, vt poſſitis greſſus rectos facere ſine claudicatione. Sunt enim, qui ambulant, ſed non rectè: quoniam altero pede claudicant. In quibus deſignãtur, qui quod rectum eſt agunt, ſed non ſyncerè, quia ad inanem gloriam, aut ad aliquod commodum temporale reſpiciunt.

Ambulent claudicando qui.

Quomodo Iudæi claudicarent, errantes.

Iidem cur ſanandi.

Sed veriſimilius eſt, Paulum hoc loco Hebræos notare voluiſſe in vtramque partem claudicantes, quòd partim Chriſtum, partim Moyſen reciperent, idque ob carnis affectionem: & ita claudicans errabat, & abducebatur à via: *Sed magis*, inquit, *ſanetur*: quoniam omnis mali animi affectio ſpiritualis eſt morbus.

Ad 8. dub. De pace cum omnibus ſectanda: cum tamen cum quibuſdã ſit ſemper belligerandum.

Pacem ſequimini cum omnibus, & Sanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Quoniam ita euenire ſolet, vt dum quiſq; ſibi ſtudet, & mores ſuos ferri vult, aliorum moribus ſe accommodare non dignetur; idcircò nõ tantùm colenda eſt pax, ſed etiam magnis laboribus ſectanda, & obliuione illatarum iniuriarum retinẽda, & aliorum mores tolerando. Videturq; Apoſtolus velle notare Iudæos, qui cum Gentibus male cohærebant: aſpernabantur enim eas, & inuidis oculis intuebantur, dum cõſiderabant, omnia munda; & æqualia in Chriſto eſſe reddita. ¶ Sectanda quoque eſt Sanctimonia, id eſt, cordis puritas, ſine qua nemo videbit Deum: quemadmodum lippis, aut turbatis oculis cerni lux non poteſt; & quia non intrabit aliquod coinquinatum in cœleſtem ciuitatem; & Dominus dixit: *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Et oſtendit nobis non eſſe aliorum vitijs aſſentiẽdum, ſed vt habet prouerbium, amicitiam colendam vſque aras tantùm.

Quid ſanctimonia, & cur ſine illa nemo videbit Deum.

Apoc. 21. *Matth. 5.* Amicitiæ quouſque, vt dicitur, hominum colendæ.

Quid hoc loco contemplari ne quis deſit gratiæ Dei.

Duplex liberi poteſtas arbitrij.

Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei, ſiue, ne deſtituatur gratia Dei. Vult non ſui tantũ, ſed & aliorum quoque ſingulos curam habere. Et quod ait: *Contemplantes*, Græcè eſt ἐπισκοποῦντες, id eſt, curam agentis, ſiue diligenter attendẽtes. Poteſt ergo quis à gratia ſemel habita deſtitui, & à charitate excidere, contra Iouinianum. Et etiam in nobis poſitum acceptam gratiam retinere, ac nõ deſerere, ſed in ea perſeuerare, & augeri. Et quiſque in hoc debet curam gerere proximi ſui: quia mandauit Deus vnicuique de proximo ſuo. Non eſt ergo efficax gratia Dei in nobis, niſi nos ipſi proprio motu cooperemur, ſicut alibi ait: *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, & alibi: *Admoneo te*, inquit Apoſtolus Timotheo, *vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te.* Et Satan vbi nos remiſſos ac ſegnes viderit, in momento nos circunuenit, vt gratia ſpoliemur.

Eccleſ. 17. Deſit quis gratiæ Dei.

2. Cor. 6.

2. Tim. 1.

¶ *Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.* Alludit ad verba Deuteronomij ca. 29. vbi promulgata legi Dei ait Moyſes, cauendum eſſe ne ſit inter Iudæos radix ſurſum germinans fel, & amaritudinem. Vbi amarulentiam ponit pro felle, & abſynthio. Et tam Moyſes, quam Paulus venenoſam, & mortiferam radicem intelligit. Et prędicit talem radicem mortiferam creſcere ad corruptionem multorum. Nec iubet ſingulos eradicare de cordibus ſuis talem peſtem; ſed prohibet ne faciamus creſcere: quia Eccleſia Dei eſt tanquam area, & ſagena, in qua boni, & mali ſunt admixti. Ex tali enim radice odij & ſuperbiæ pullulant hæreſes, & detractiones, & ſchiſmata. Sequitur: *Ne quis fornicator, aut profanus vt Eſau; qui propter vnam eſcam vendidit primatiua ſua.* Eſau contra parentum voluntatem vxores habuit idolis ſeruientes; & ideo fornicator dici potuit, & eadem ratione profanus dici valet, quia rem ſacram, id eſt, matrimonium fœdauit.

Deut. 29. Radix ſurſũ germinans fel, & amaritudinem quid.

Ea cur non quidem eradicanda, ſed non creſcere permittenda. *Matth. 3.* *Infrà 13.*

Geneſ. 25. Fornicator, & profanus cur vocetur Eſau.

Notanda eſt hiſtoria ex Geneſis 25. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cùm veniſſet Eſau de agro laſſus, ait: *Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido laſſus ſum.* Cui dixit Iacob: *Vende mihi primogenita tua.* Ille reſpondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, & vendidit primogenita. Et ſic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, paruipendens quòd primogenita vendidiſſet. Fuit ergo etiam propter primogenita vendita profanus: quia ius primogenituræ erat quid ſacrum, quia in eo ſanctum Sacerdotium continebatur. Nam primogeniti ante legem latam Sacerdotes erant. Vnde Num. 3. dicitur: *Ego tuli Leuitas à filijs Iſraël pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Iſraël.* Profanus autem opponitur ſancto: nam donec à mundo non ſeparemur; aut ſi iam ſemel ſeparati in mũdi ſordes reuoluamur, profani ſumus. Et ſicut Eſau prætulit edulium primogenituræ; ita profani ſunt omnes, in quibus regnat mundi amor, quo creaturas præferunt Creatori.

Quando, & quomodo, Eſau fratri ſuo Iacob primogenita vendiderit teſte Script.

Eſau vendẽdo primogenita quare profanus.

Num. 3.

Quo etiam modo alteto nos contingat eſſe profanos.

Sed dubium eſt, quomodo vendi aut emi potuit ius primogenituræ abſq; Simoniaca labe, & quomodò non fuit iniquitas in Iacob tam vili pretio emere ius primogenituræ, etiam ſi tantùm veſtem quæ ad primogenitum ſpectabat, vt quidam tradunt, pretio redemerit, de qua Geneſis 32. Et veſtibus Eſau valde bonis quas apud ſe habebat, induit eum, quæ ſanè veſtis ad primo-

An Eſau vẽdendo, & Iacob ſacra emendo primogenita, Simoniacã incurrerint prauitatem. *Euch li. 2. ſuper Gen. c. 25.*

Hier. lib. 2. de Heb quæſt. tom. 3.

primogenitum ſpectabant, teſte Hieronymo, quæſt. 9. ſuper Geneſ.

Certè perdifficilis, & obſcura videtur quæſtio: nec ſoluitur, niſi dicamus hæc facta Deo volente, & ordinante, cuius conſenſu ius habebat in eam: & Iacob, ad quem ex Dei voluntata, ſpectabat, tantùm vexationem ſuam redemiſſe. Addere etiam poſſumus ex Alexandro III. Pontiſ. ext. de Simonia cap. *Et ſi quæſtiones, equum donatum Cardinali à fratre cuiuſdam Archiepiſcopi, cui dederat pallium, nõ fuiſſe Simoniam, ob rem modicam.* Et ſubdit: *Quòd autem ſcriptum eſt: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere: de illis donis dictum eſt, quæ accipientes animum allicere, vel peruertere ſolent: quoniam ſi ipſa etiam perſona electi offerat ordinatori, vel conſecratori ſuo electuarium, vel de vino, ſiue de alijs huiuſmodi quæ modici pretij fuerunt, ex quo voluntatem percipientis inclinare, vel mouere non debeant; non tamen Eccleſia Romana interpretari conſueuit, accipientem in his delinquere, vel donantem.* Hæc ille.

Rei ſacræ pretium quando fieri poſſit abſque Simonia.

Eſai. 33. Illud Prophetæ: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, quomodo accipiendum.

Nulla ergo fuit Simoniæ macula, verùm ſiue paruum, ſiue magnum fuiſſet pretium, conſtat veram emptionem interueniſſe, etiam iureiurando confirmatam, ac proinde veram Simoniam vtrinque admiſſam. Aut ſi Sacerdotium illud res ſacra non erat, vt quidam volunt, quia Sacerdos tunc poteſtati laicæ Regiæ ſubditus erat, & nihil vere ſacrum illos tunc adminiſtraſſe, ſaltem fuiſſe iniuſtitiam ex parte Iacob tã paruipretio primogenituram ementis, & vltra dimidium iuſti pretij doloſè exigentis, & decipientis Eſau. Ideò redeundum ad priorem ſolutionem.

Simoniæ ab Eſau, & Iacob ob vendita, & empta primogenita admiſſæ efficax arg.

Iacob, ſi non Simoniacæ. emendo primogenita, q peccaueri.

Adde, non obligari hominem gratis paſcere fame morientem, quamdiu ille habet aliquid quod poſſit vendere: vt fecit Iacob cum Eſau famelico, quia non dedit gratis, quod Eſau petebat: & quia facilè homines etiam fratribus ſuis pacta inita cum eis frãgunt, conſultò faciunt, & eos iurare compellunt, vt ſuis velint ſtare dictis, ac promiſſis.

Extremè famelico quãdo citra crimen victus denegetur.

Scitote enim, quoniam & poſtea cupiens hæreditate benedictionem, reprobatus eſt. Dum Eſau famelicus nihil curaret, niſi vt ventrem repleret, & irrideret fratrem ſuum, quem fatuum putauit, quòd ſe ſponte edulio lentis priuauerit; ſed ſerò illi aperuit Deus mẽtem, & mali ſui conſpectu admonitus, vt iacturæ quam fecerat, ſenſu moueretur. Ita impij rident cum peccant; poſtea tamẽ dolent, & lacrymantur; & non inueniunt pœnitentiæ locum fructuoſæ. Aliàs ſatis pœnituit, & fleuit, dum cognouit benedictionem paternam primogenito debitam ſibi fuiſſe præreptam. ¶ *Quanquàm*, inquit, *cum lachrymis inquiſiſſet eam.* Qui olim negabant tranſgreſſoribus pęnitentiam, vt Nouatiani, hũc locum producebant, ex particulari malè concludentes vniuerſale. Hinc Chryſoſt. hoc loco: *Non pœnitentiam damnat; alioqui quomodo iterũ velut ſegnes admonet, & hortatur? Quomodo claudos effectos, & remiſſos atque ſolutos, quod eſt ruina principium, vt erigerantur, inuitat?* Hæc ille. Sed verè concluderent de reprobatis, qui propria culpa indurari, & reprobari promerentur. ¶ *Reprobatus eſt ergo*, id eſt, repudiatus, & repulſam paſſus, & ſera ſua pœnitentia nihil cõſecutus. Qua ratione etiam peccatores repentino mortis genere correpti, ſeram pœnitentiam non agunt, vt odio vero, & ex animo peccatum proſequantur, ſed tantùm paueſcunt, & cruciantur in inferno ob iacturam bonorum quæ diligebant. Et ita ibi erit fletus; & ſtridor dentium. Et Sap. 5. deſcribuntur pęnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. *Non ergo inuenit locum pœnitentiæ*, vel apud patrem ſuum: quia etſi benedixit, non tamen reſtituit primogenituram, quã priori cõpetere dixit; vel apud Deum, quia non bene eum pœnituit, ſed de damno ſibi tantùm illato. Vnde volebat interficere fratrem poſt mortem Iſaac patris ſui: quod ſignum eſt eius impœnitentiæ. Ita explicuimus nonum dubium.

Eſau cur reprobatus à patre.

Quid ſimiliter atq; Eſau, peccantibus contingat.

Geneſ 27.

Ad 9. ſubdi. An hic locus reprobati Eſau impœnitentis faueat Nouatianis.

B. Chryſ. ho. 31 circa med. to. 4. ſub. fin.

Quinam inſtar Eſau, ſeram & inutilem agãt pœnitentiam infelices.

Matth. 8. Infra 22. Sap. 5.

Eſau apud patrem Iſaac, & apud Deum quare nõ inuenerit locũ pœnitentiæ. Geneſ. 27.

Subdit Apoſtolus: *Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem, accenſibilem ignem, & turbinem, &c.* Cauſam reddit, cur moneat tam puram, & tam cœleſtem agere vitam, quæ reſpondeat tantæ Legi tantoque Pontifici. Vocat montem tractabilem, qui calcari pedibus poſſet; vt fuit ille mons Sinai, in quo vetus Teſtamentum datum. Tractabilem eum dicit, vt extenuet dignitatem legis in eo latæ, ſi conferatur cum lege gratię, è ſancto monte edita, qui eſt mons domus Domini in vertice montium: nam ex Chriſto prodijt lex Euangelica. Quidam legunt, ad contactum mõtem, per Antiphraſim, quia nemo eum eſt auſus tangere ex præcepto Dei, qui edixerat: *Cauete ne aſcendatis in mõtem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Alijs verò probabilius videtur, dici contactum montem, quaſi palpabilem, & ſenſibilem, & non ſpiritalem, & cœleſtem, vt fuit noſter. Quemadmodum ad extenuenda templa adfertur illud, quòd fuerint manu facta: Deus autem non in manu factis templis habitat, inquit, Apoſtolus, nec in montibus tractabilium; ſed ipſe Dominus eſt verum templum, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Ibidem. Eſau argumentum impœnitentiæ.

Ad 10. dub. Ad quid illud: Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem, &c.

Exod 16. Quis ille mõs, & quare tractabilis dicatur. Quid mons domus Domini iuxta Prophetã. Eſai. 2.

Alijs quid tractabilis mons, ſiue contactus. Exod. 19. Altera commodior intelligentia.

Actor. 17. Verum templum Dei Chriſtus. Coloſſ. 2.

Quod

Quid accenſibilis ignis quò Iudæi non acceſſerant.
Exod. 19.
Rom. 4.
Infrà 20.

Quod ſequitur: *Accenſibilem ignem*, emẽdari debet, acceſſibilem, ſiue accenſum, & ardentem ignem, vnde totus mons Sinai fumabat. In eo enim facta ſunt tonitrua, & fulgura, in ſignũ legis quæ iram operatur, & cõcupiſcentiæ ardorem ad mortem. ¶ *Et turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ, ſonum, & vocem verborum, &c.* Turbo denotat anguſtiam conſcientiæ, & perturbationem, quæ ſequitur admiſſum peccatũ: Caligo verò, diuinorum ignorantiam, in qua erant ſub lege: Procella, quæ ventis, & imbribus cõflatur, iram Dei deſignabat, propter multitudinẽ præuaricationis legis. Sonus tubæ, & vox verborum legiſlatoris denotat ſpiritum timoris, in quo Iudæi tanquam pueri in lege continebantur: *Loquere*, illi aiebant, *tu nobis* (Moyſes) *& audiemus: nõ loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Et hoc ad incutiẽdum timorem fuit, ob reuerentiam Diuinæ Maieſtatis legem ferentis.

Infra 7.
Quid etiam Turbo, Caligo, Procella, & vox verborum ſignificent.
Rom. 8.
1. Ioan 4.
Exod. 20.

¶ *Moyſes dixit, Exterritus ſum, & tremebundus.* Hoc in Scriptura non habetur, ſed in libro aliquo ex traditione accepto: idq; cum eſſet in illo montis ardore, & fumo Moyſes, dixit. ¶ Quidam verò aſſerunt oppoſitum dixiſſe: dixit enim ad populum territum: *Nolite timere: vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Quare hoc referunt ad tẽpus, quo primum vidit Deũ in apparitione rubi, de qua Exo. 3. *Abſcondit Moyſes faciem ſuam, non enim audebat aſpicere contra Dominum*, & Stephan. Act. 7. *Tremefactus autem Moyſes non audebat conſiderare.* Sed veriſimile eſt, ſi apparitio in rubo ardenti tantùm terrorem incuſſit, multo maiorem incuſſiſſe legiſlationem, in qua tot inſtrumẽta erant perterrefaciendi. Fuit ergo exterritus, & tremebundus foris. Soluimus decimam dubitationem.

Id: Moyſes dixit. Exterritus ſum, & tremebũdus, Paulus à quo didicerit.
I. Opinio.
Ibidem.
Secunda
Suprà 3.
Ibidem.
Actor. 7.
II. Congruẽtior.

Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequẽtiam. &c. Eccleſiam Dei intellige ex fortiſſima Deipara virgine, & alijs electis conſtantem. Et Eccleſia primum congregata fuit in monte Sion, in quam deſcendit Spiritus ſanctus: & eſt ciuitas Dei viuentis, de qua: *Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei.*

Iudæi Sion mõtem quẽ acceſſerint & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem.
Actor. 2.
Pſalm. 86.

Angelorum frequentiam, vocat Angelos cuſtodes huius vrbis. Et Græcè *μυριάς*, decem millia ſignificat, & ponitur finitus pro numero. ¶ Dicitur etiam Eccleſia primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis; id eſt, Apoſtoli & Diſcipuli, ſiue Patriarchæ, & Prophetæ, qui ſunt veteris Teſtamenti proceres: quorum omniũ nomina ſcripta ſunt in cęlis. ¶ *Et iudicem omnium Deum.* Qui eſt Ieſus Chriſtus. Incutit enim terrorem, vt cogitemus ita nobis offerri gratiam, vt ſciremus nobis cum iudice eſſe negotium, cui reddenda eſt omnium ratio. ¶ *Et ſpiritus iuſtorum perfectorum.* Id eſt, animas iuſtorum perfectas: quæ lectio emaculatior eſt quam illa, Spirituum, in Genitiuo, quam Græcus & Syriacus codex confirmat. Vocat ergo animas corporibus exutas, ſpiritus iuſtorũ, qui omnes mundi huius ſordes exuerunt: & ideo vocat perfectos, ſiue conſecratos.

Angelorum frequentia quid, & Eccleſia primitiuorum qui conſcripti ſunt in cœlis.
Luc. 10.
Iudex omnium Deus quis, & cur ita vocetur.
Quid ſpiritꝰ iuſtorum, perfectorum.

Ex hoc loco colligere potes, animas corporibus exutas viuere apud Deum cũ Angelis, & ipſo iudice Chriſto.

Hoc verbo Apoſtolus quorũ damnare videatur errorem.

Et teſtamẽti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. Alluſio ad vetus teſtamentum, vbi ſanguis aqua mixtus aſpergebatur, in ſignum futuræ aſperſionis ſanguinis Chriſti, de qua Propheta Eſaias cecinit: *Iſte aſperget gentes multas*; & Petrus in prima Canonica: *In obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti.* Porrò melius, & efficacius clamat, quam Abel: quia huius ſanguis propriè non clamat, ſed ipſum parricidium vindictam exigebat à Deo: at Chriſti ſanguis ſponte fuſus, & aſperſus clamat: quia facta per ipſum expiatio quotidie exauditur. Melius etiam loquitur: quia melius nos loqui facit de Chriſto, quam de Abel. ¶ *Videte*, inquit, *ne recuſetis loquentem.* Id eſt: Cauete ne veſtris peccatis illum impediatis ſanguinem pro vobis aſſiduè deprecantem. *Si enim illi non effugerunt recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur; multò magis nos, qui de cœlis loquentem nobis, auertimus.* Loquitur de Iſraëlitis, qui contempſerunt Moyſem loquentem, ſeu oracula reddentem de terra; cuius peccati & contemptus vindictam non euaſerunt. Opponit ergo Moyſi in terra oracula fundenti, Ieſum de cœlis non alloquentem. Et appellatur Ieſus de cœlis: quia non eſt homo purus, ſed cœleſtis. Qui deſurſum, inquit, venit, ſuper omnes eſt: & eo tempore quo hæc epiſtola ſcripta eſt, iam Ieſus ſedebat ad dexteram Patris in cœlo.

Quid ſanguinis cũ aqua aſperſus olim figuraret in lege veteri.
Eſai. 52.
1. Pet. 1.
Ad 9 dub.
Sãguis Chriſti cur melius clamet quam ſanguis Abel.
Geneſ 4.
Altera ratio.
Quo modo ſanguis Chriſti recuſetur loquens.
Ieſus de cœlis loquens vocatur duplici ratione.
Ioan. 3.

Cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens Adhuc ſemel; & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cœlum. In ingreſſu de Ægypto terræ motus fuit, de quo Propheta; Deus, inquit, cum egredereris in conſpectu populi tui: cũ pertranſires in deſerto; Terra mota eſt. Similiter & cum legem in monte Sinai tulit. ¶ *Nunc autem repromittit.* Non amplius comminatur, ſed per Prophetam Aggæum promittit. *Adhuc ſemel*, vel, *vnum modicum, & ego mouebo non ſolùm terram, ſed & cœlum.* Loquitur de motu, quo concuſſus eſt totus orbis terrarum in primo Chriſti ad-

Ieſu loquentis vox quando mouerit terram, teſte Paulo
Pſalm. 67.
Exod. 19.
Aggæi 2.
Idẽ Ieſus quãdo mouerit non ſolũ terrã, ſed & cœlum teſte Propheta.

Matth 27.
Infra 28.

ſti aduētu. Fuit etiam terræ motus in emiſſione ſpiritus in cruce, & in reſurrectione, vt habes apud Matt. c.27.& vltim. & in aduentu Spiritus ſancti factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis:& Act.4.cùm oraſſent fideles, motus eſt locus, quo commutata ſunt corda terrena hominum, & facta cœleſtia. Et Aggæus de primo aduētu manifeſtè loquitur, quia ait: Ego commouebo cœlum & terram,& mare,& aridam, & mouebo omnes gētes, & veniet deſideratus cunctis gētibus,& implebo domum iſtam gloria. At verò nec modicum fuiſſet,ſi vſque ad ſecūdum Chriſti aduētum eſſent hæc præcipuè extendenda:nec Gentes collectæ ſunt in vnum locum niſi Chriſti auſpicijs: nec Templum Salomonis ſuperatum eſt gloria, niſi cùm Chriſtus ſua præſentia illud illuſtrauit cùm præſentatus fuit à matre, & ad illud deprecandi, aut prædicandi gratia ſe recipiebat. Non ergo loquitur de ſecūdo Chriſti aduentu teſte Auguſt. ¶ *Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium translationē tam quam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia.* Ponderat Apoſtol^9 illud, Adhuc ſemel quod in Propheta eſt, Adhuc vnum modicum:& declarat tranſlationem eorum quæ mouentur,vt maneāt ea quæ non mouentur. Si enim plures eſſet mundus, aut orbis cōcutiendus, tranſlatio eorū quæ non mouētur, fieret in alia, quæ etiam non mouenda eſſent, eo quod ſupereſſet alia concuſſio,& ſic deinceps. Sed ſi ſemel tantum mundus eſt commouēdus ſignificatur, quod tranſlatio eorum quæ mutantur, fiet in ea, quæ nunquam amplius mutabuntur.

Act. 2.
Infrà 4.
Ad XII.dub. Quo ſenſu Paulus Aggæi locum Prophetæ protulerit.

Domus Dei id eſt Tēplū Salomonis, quòd iuxta Prophetam, gloria fuerit impleta.
Luc. 2.
Aug.li.18. de Ciu.Dei c.45

Cur totùm ſemel vniuerſus orbis fuerit commouendus ſecūdum Apoſtolum.

Ex quibus intelligimus, quòd per myſterium Chriſti incarnati, mortui, & ſuſcitati, quo cōmota ſunt omnia, facta ſit tranſlatio eorum quæ mouentur, id eſt legalium ceremoniarum in legem Euangelicam, & in dona, quæ in alia amplius non mouebūtur. Et idem myſterium in ſecundo Chriſti aduentu: vbi cœlum, & terra mutabuntur in ea quę amplius non ſint mutanda aliqua motus ſpecie, vel loci, vel augmentationis & accretionis, vel tranſmutationis, vel generationis,& corruptionis. Et ita loquitur de Chriſti aduentu in vtroque ſtatu, primo ſcilicet, & ſecundo iudicij. Græca habent ἔτι ἅπαξ, id eſt, Adhuc ſemel, & defenditur lectio Pauli autoritate Septuaginta Hebręa verò habēt עוד אחת מעט vbi poſtrema vox menhat accipitur pro breui tempore, ſicut Pſal. 8. paulò minus, βραχύ τι, pro quo hic ponitur ἅπαξ. Vt ſit ſenſus, Adhuc, vna ſcilicet vice (quod breui futurum eſt) vel Adhuc vnum, idque parum. ¶ Ex quo ſolidè

Per Chriſtū eorū quę mouentur in ea quæ non mouentur, quæ nam fuerit facta tranſlatio.

Hęc tranſlatio in ſecūdo Chriſti aduētu qualis ſit futura.

Pſalm. 8.
Hebr. 2.
Contra Iudæos adhuc expectantes Meſſiam.

colligimus contra abſtinatos Iudæos, Meſſiam illis promiſſum iam diu veniſſe: nam alioquin non eſſet vnum modicum temporis ſpatium, cum à tempore Prophetę ad hanc diem præterierint ſupra duo millia annorum; cum tamē ſi venit tempore Auguſt. anno 42. regni eius,& 34. Herodis, tātum 420. anni interceſſerint. Pauli inferius etiam idem Propheta ait: Magna (pro, Maior) erit gloria domus iſtius nouiſſimę plus quam primæ, dicit Dominus Deus exercituum: non eſt ergo templum tertium expectandum, ſed illud ſecundum fuit nouiſſimum, ac proinde ſtante illo templo venit: quod tamen nunc omnino euerſum eſt & deſtructum, vt non poſſit amplius venire in illud. Meſias.

Luc. 2.

Aggæi 2.
In eodē non dum rurſus Ieroſolymitani ſperāres inſtaurario nem templi.

Porrò cœli, & terræ ſucceſſio, ſignificat futurum Chriſti regnum perenne, quod Eſaias vocat Cœlum nouum, & terram nouam, quam expectāri ab vniuerſa creatura, declarāt Paulus,& Petrus:& per terram intellige totius orbis homines per Euangelium, in ſpeculi futuri innouandos: per cęlorum verò concuſſionem, veteris fœderis ceremonias abrogandas allegoricè accepit Paulus. ¶ Quod ait mobilia tanquam facta: idem eſt quod factitia: reſpicit enim ad tēplum manufactum. *Itaq; regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus placentes Deo.* Regnum Chriſti, quod eſt immobile,& in quod facta eſt omnium regnorum tranſlatio, fide ſuſcipitur: de quo Corin. 1. Eripuit nos de poteſtate tenebrarum & trāſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Et qui ſic ſuſcipit, regnat, quia habet gratiam, per quam ab omni externo, & indigno dominatu liberatur. Et ſeruimus Deo illi placentes (cum metu,& reuerētia) ſiue cum pudore,& religione. Et hoc loco erat inchoanda ſectio vltimi capitis, vt quidam volunt. Vnde dictio: Itaque; Gręcè habetur διὸ. Iam enim aggreditur particulares admonitiones Paulus, quarum hæc eſt præfatio proximè præcedentibus cohærēs.

Quid cęli, & terræ motu futura ſignificet.
Eſai vlt.
Rom. 8.
2. Pet 3.
Commotionis cœlorum quæ Paulus allegoria.

Regnū Chriſti cur immobile: quo modo ſuſcipitur ſuſcipiens quomodo habeat gratiā apud Deum.
Quid ſeruire Deo cū metu,& reuerētia.

Et ſubdit: *Etenim Deus noſter, ignis conſumens eſt.* Significat, Deum tantæ eſſe potentię vt valeat vlciſci, & re ipſa vlciſcatur omnes eius regno ſubijci detrectātes, aut eum metu,& reuerentia non ſeruientes, vt Zelotes magnus. Vel, vt alij volunt, alludit ad ſacrificium, quod ignis altaris deuorabat. Et Deus omnia noſtra peccata deuorat; ſicut Oſeæ 4. Sacerdotes comedunt peccata populi: ita Deus exurit omnia noſtra vitia, & omnem noſtram ſcoriam conſumit. Sed præſtat prior intelligentia, quia magis eum illis quæ præcedunt, cohæret. Terret ergo, ne ſint Deo ingrati, aut ne ob afflictiones

Deut 4.
Illud: Enim Deus noſter ignis conſumēs: eſt quid ſibi velit.
Exod. 20
Alter ſenſus.
Oſea 4.

Triplici de cauſſa illum locum Paul^9 produxit.

murmurent contra Deũ, quia Deus æmulator eſt: aut conſolari vult, tanquam diceret; Nos in afflictionibus gratias agimus, ſiquidem Dominum habemus, qui poſſit conſumere aduerſarios. Et ita poſtremum dubium euacuatum reliquimus.

DISPVTATIO XXIII. atque poſtrema.

In illa verba, cap. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis*, &c. vſque in fin cap.

Quæſtio I.

VBI Primũ perſpectus fuerit ſcopus, quęrendum eſt cur à charitatis commendatione exordiatur ſuas paræneſes Apoſtolus. Deinde dubium eſt, quomodo verum ſit per hoſpitalitatis virtutem placuiſſe quoſdam, Angelis hoſpitio ſuſceptis, aut vt alij legunt, latuiſſe. Tertiò, cur commẽdet eos qui victorum recordantur, cùm id facilè ſit; nec magni ſit pretij. Quartò, quomodo eſt honorabile cõnubium in omnibus? nunquid in Sacerdotibus, aut Sanctimonialibus, aut Religioſis viris. Quintò, quamobrem meminiſſe debebant præpoſitorum, qui iam vita functi erant. Sextò, quo tendit illa ſententia: *Chriſtus heri & hodie; ipſe & in ſecula*, & qui ſit ſenſus. Septimò, quę ſint doctrinę varię, & peregrinę, à quibus cauendũ. Octauò, quale eſt illud altare, de quo edere non habent qui tabernaculo deſeruiunt. Nonò, quid eſt exire caſtra: videtur enim ad Iudaicam ceremoniam adhortari. Decimò, quomodò ſit obedientia ſuperioribus, & maioribus præſtanda.

Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona. Decima.

Sol. I. quæſt. Quo tendat hoc caput.

Ad primum, Apoſtolus poſt longam diſputationem de Fide, & adhortationem ad patientiam, & aduerſitatum tolerantiam, adiungit cuique ſtatui vtiles, & accommodatas paræneſes, vt qui alta ſuarũ diſputationum myſteria non caperent, quædã ſaltem breuia, & aperta documenta, pro ſuo quiſq; ſtatu, & gradu, poſita inuenirent. Et primò quidem loco ait: *Charitas fraternitatis maneat in vobis*. Quia enim facilè quiſq; diffluit, cũ ſibi plus æquo eſt addictus, & quia interueniunt offenſæ, quę nos inuicem abalienãt, charitatem vt anteſignanam omnibus conſectandam proponit. Quæ dicitur fraterna, quia nõ aliter Chriſtiani eſſe poſſumus niſi viuamus vt fratres. Modò verò nomen ipſum cum re obſoleuiſſe videtur cum tamen dixerit Chriſtus: *hoc eſt præceptũ meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*, nẽpè vt fratres. Et alibi, *Omnes vos fratres eſtis*, non quatenus homines, ſed quatenus ex Patre meo regeniti eſtis, & ex matre Eccleſia per Baptiſmum editi.

Ad charitatẽ fraternitatis cur Iudæos hortetur Apoſtolus.

Charitas quare fraterna.

Ioan. 15. Vti nos Chriſtus dilexerit, & nos inuicem diligere debeamus

Matth. 23.

Sol. II. quęſt. De eo quod quidam per hoſpitalitatẽ placuerunt, Angelis hoſpitio receptis.

Ad ſecundum, ait: *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci*. Olim vſus multus erat peregrinandi, & hinc inde propter fidei prędicationẽ, aut perſecutionem commigrandi, ideò frequens vſus erat hoſpitalitatis. Sed nũc hoc officium tantopere à Chriſto laudatum, & præmio magno remuneratum, vehementer refriguit. ¶ *Per hanc enim quidam placuerunt, vel latuerunt, Angelis hoſpitio receptis*. Viri eruditi nonnulli non dubitant affirmare hoc loco Interpretem vertiſſe, latuerunt: & cùm vix intelligeretur ſenſus, librariorũ errore alterum verbum irrepſiſſe, placuerunt, in quo primum elementum fuit abiectum, & quartum ex, t, in c, commutatum. Et ſignificat illos latuiſſe, quòd Angelos humana ſpecie apparentes domi ſuæ exceperint. Tales extiterunt Abraham, & Loth in Veteri Teſtamento, & in Nouo Gregorius Magnus, qui necdum Pontifex, inter alios pauperes Chriſtum ad prãdium ignorans excepit. Vnde quidam vertunt: *Per hanc quidem inſcij*, vel inſcientes exceperunt Angelos hoſpitio. Quæ verba ediſſerẽs Oecumenius: Latebat enim eos, inquit, attamen ignorantes quòd Angeli eſſent, ita benignè exceperunt hoſpitio. Ideò quoq; ipſis magna fuit hęc merces: quòd ſi nouiſſent, iam nihil magni feciſſent. Hæc ille. Vt hic videatur eſſe ſenſus: Quemadmodum piſcatores iactantes retia in mare, margaritas aliquando cum piſcibus trahunt: ad eũ modum hoſpitantes homines pro ſua charitate peregrinos domi ſuæ Angelos acceperunt, imò etiam, quod maius eſt, ipſum Angelorum Dominum Ieſum Chriſtum, qui dicturus eſt: Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me. ¶ Interpres autem ad literam magis verba vertit, quàm ad ſenſum. Sed ſi veritatem amamus, longè diuerſum eſt dicere per Accuſatiuum, Me latet, quo ſignificatur ignorantia, & neſcientia; aliud per Nominatiuum, Ego lateo, & ſignificat, occultor, ſiue abſcondor. Et hanc eandem loquendi rationem ſeruat Græcus ſermo. Nam 2. Petr. 3. vbi habemus: *Latet enim eos hoc volentes*, Gręcè legimus per Accuſatiuum, Διὰ θάυτε γδ' αὐτὺς τῦτο θέλεντες, vbi ignorantia mera ſignificatur. Ad hoc loco per nominandi caſum ait: Διὰ ταύτης γδ' ἐλάθον τίνες. Quæ differentia locutionis diligenter eſt ſeruãda in Scripturis, vbi hoc verbum modò in primò, modò in ſecundo ſignificatu accipitur. Et ita Latinis eſt non ignota hæc phraſis, ait enim Poëta:

Quare legendum Latuerunt, & non placuerunt quidam, & quænam huius extitent erroris occaſio.

Cur & quos Angeli latuerunt ſuos hoſpites.

Geneſ 18. *Infrà 19.*

Oecum. c. 20. in princ.

Matth. 25.

Alter ſignificatus verbi Latuerunt, huic loco cõgruentior.

2. Petr. 3.

Hæc verba: Lateo, & me latet, ſenſu etiam Scriptura diſtinguit.

Virg. in Eclo. 3. circa fin. Idem ibid. ſub init.

——— *Latet anguis in herba:*
&,
——— *Tu poſt charecta latebas*

Videtur ergo indicari ſingulare beneficiũ, quod accepit Loth Abrahæ nepos per hoſpitalitatem. Nam cùm vna nocte ſuſcepiſſet Angelos, & impuri Sodomæ ciues in illos vellent irruere, atque ille exiſſet domo, vt eos bonis verbis placaret, & à tanta contumelia hoſpitibus ſuis inferẽda reprimeret, cum vim illi inferre vellent reſpondentes: Ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimq; faciebant Loth vehementiſſime, iamq; propè erat vt effringerent fores, & ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Loth, clauſeruntq; oſtium: & eos qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo vſq; ad maximum, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. Latuerunt ergo quidam, id eſt, Abſconditi & occultati fuerunt, & ab illis impuris hominibus ſeruati: & ita Loth abſconditus ab Angelis, ſaluus factus eſt. Et rectè interpretatur Loth, coopertus, ſiue inuolutus. ¶ Et quod ait in plurali, τίνες, ſiue quidam, more Scripturæ eſt poſitum pro ſingulari. Etſi dici poſſit, Loth cum tota domo ſua ſeruatum fuiſſe.

Geneſ 19. Lot Angelorum hoſpes, eorum beneficio vt latuerit teſte Scriptura.

Ibidem 9.

Incredibilis Sodomitarũ audacia, & impudentia eorundem pœna.

Lot nominis etymologia.

Tertiò, opus charitatis cõmendat, quod eſt vinctorum recordari, non per ſolam, & nudam memoriam, quod facilè eſt, & nullius operæ pretium, ſed ad ſubleuandum, & ſubueniendum, ſi ſuppetãt facultates: hoc eſt enim verè meminiſſe. Quòd ſi non adſint, ſaltem commiſerandi illi ſunt, & Deo qui omnia poteſt, id officij commendandum. Idem enim nobis vinctis ſubſidium præſtari percuperemus: quod ſimiliter nos alijs præſtare debemus, dum præſertim audimus tot millia Chriſtianorum in perpetuam ſeruitutem à Turcis aſſeruari, quod deberet excutere commiſerationis affectũ, officium ſubuentionis. Addit: *Et laborantium:* κακεχόμενοι, id eſt, eorum qui affligũtur ſiue in carceribus, ſiue in xenodochijs, ſiue in triremibus, ſiue fame & nuditate, ſiue quouis aliomodo. ¶ *Tanquam & ipſi in corpore ſimul morantes.* Id eſt, Tanquam eiſdem afflictionibus corpus obnoxium habentes; vel tanquam eiuſdem corporis mẽbra exiſtẽtes: ita vos communiter affici decet eiſdem malis, vt faciunt inuicem membra eiuſdem corporis. ¶ *Honorabile connubiũ in omnibus & torus immaculatus.* Vel exhortatur vt pudicè, & qua decet honeſtate cõiuges matrimonium colãt aut ne indignis laſciuijs profanent; aut matrimonium extollit tanquam ſcortationis morbi remedium. Et certè Deus matrimonium benedixit, ac inter duos ſanxit, vt vitandos eſſe promiſcuos concubitus doceret. Et vult eſſe honorabile; ne quis dicat malum ſuapte natura, & damnabile, vt Manichæi. Non dixit, Sanctum, quãquam ſanctificationis in Baptiſmo partæ ſit cuſtos.

Ad 3. quæſt. Quæ tanta laus fuerit Iudæorum meminiſſe vinctorum.

Quorũ præcipuè debeãt Chriſtiani meminiſſe vinctorum.

Quid per laborãtes hoc loco, quorũ Iudæi debebant meminiſſe.

Id quomodo Iudæi præſtarent, tanquã & ipſi, vt Apoſtolus ait, in corpore ſimul morantes.

Ad 4. quæſt. In quibus ſit honorabile connubium, & torus immaculatus.

1. Cor. 7.

Connubium à Deo inſtitutum cur tantum inter duos

Geneſ. 1. & 2.

Quod verò ait: *In omnibus:* nõ intelligas in omnibus hominibus: quia illis, qui iam voto caſtitatem ſibi colendam promiſerũt, vt Sacerdotes, & Monachi, repetere coniugium damnabile eſſet, & primam fidem irritam facerent; cùm legibus etiam Imperatorum Chriſtianorum capitale ſit, ſi quis ſanctimonialem matrimonio ſibi iungat. ¶ Hic triumphat Beza, cœlibatus Eccleſiaſtici legem vocando tyrannidem. Sed quid aliud agant immundi ſues, cum ab his quæ appetunt, arceantur, niſi grunnitus edere? Sed in hos porcos videtur ingreſſa dæmonia, & per præceps eos raptare in abyſſum.

Matth. 19. Connubium cur ſit honorabile. In quib⁹ perſonis hoc dictum Apoſtoli locum nullum habeat.

1. Tim. 5. Theodorus Beza, Epicuri de grege porcus, hoc loco quid grunniat infelix.

Poteſt tamẽ exponi Catholicè, *In omnibus,* ſcilicet hominibus, qui non ſe ſua ſpõte caſtrauerunt propter regnum cœlorum: nemo enim ad Sacerdotium, ſiue ad Monachatum, ſiue ad vota edenda cogitur. Siue, in omnibus, id eſt, inter omnes & ſingulas fideles perſonas, ne vt priſca religione Iudæi detenti, alienigenarum, ſiue Gentilium nuptias reputarent. Chriſtus enim mundauit omnia, & nuptias antiquo peccato fœdatas, ſua præſentia honorabiles reddidit. Et quia Paulus ſuperiùs, & in his quæ ſequuntur, imperat; ſubintelligendũ eſt verbum aliquod, quo præceptum ſignificetur, hoc modo: Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus, ſcilicet ſit, vel eſt. Oecumenius verò interpretatur, in omnibus, id eſt integrè perfectè, & omnibus modis honorabile, & impollutum, nimirum in contractibus, in nuptijs, in eius vſu, & progreſſu, in filiorum generatione, & educatione. Non autem in omnibus hominibus: non enim decet coniugium aut pueros, aut ſenes, aut maleſanos.

Vera catholicè que eius dicti intelligentia.

Matth. 19.

Actor. 10. Ioan. 2.

Alter ſenſus Oecumenij eorundẽ verborum: In omnibus. *Occum c. 20. ſub init.*

Connubium quibus indicens, ac turpe.

Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Videtur eos petere, qui ſimplicem fornicationem peccatum eſſe non putabant: in quos expreſſe aſſerit, fornicatores ſimiliter iudicandos atque adulteros: at adulterium, grauiſſimum eſt peccatũ, meritò ergo fornicatores veniunt damnandi. Nam ſi coniugium permiſſum eſt, & ſine peccato licet ad explendam concupiſcentiam; quis ergo excuſationis prętextus eſt ſcortatoribus, & mœchis? Et tacitè inſinuat, licere coniugiũ ad vitandam fornicationem. *Propter fornicationem autem vnuſquiſq; ſuam vxorẽ habeat, & vnaquaq; ſuum virum habeat.* Etſi in eo loco Apoſt. magis ad vſum coniugij, quàm ad ineun-

Aduerſus fornicantes, & adulteros.

1. Cor. 7. Illud Apoſtoli: Propter fornicationẽ vnuſquiſque ſuam vxorẽ habeat, &c. quo maximè tendat.

ineundũ coniugium inuitet. ¶*Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus*. Græca habẽt: Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος; id eſt ſit modus ſine auaritia. Non dixit, Nihil eſſe acquirendum quia ſubdit: *Contenti præſentibus*, id eſt his quæ adſunt; ſed, ſit modus, ne in prodigalitatem vertatur liberalitas, & ne multum anxiè ſolicitemur de craſtino, ſed animum habeamus philoſophicum, contenti præſentibus, quęcunque illa fuerint, vel pauca, quia natura paucis eſt contenta: niſi ſint filię locandę, aut filij, quibus ſit theſaurizandum. ¶ *Ipſe enim dixit*, ſcilicet Dominus, vt olim Pythagorici dicere ſoliti erant de ſuo præceptore, Ipſe dixit: *Non te deſeram, neque derelinquam*. Græcè præſentia ponũtur pro futuris, & hęc ſententia Ioſ. 1. habetur, ſicut altera Pſal. 117. *Dominus mihi adiutor; non timebo quid faciat mihi homo*. Quoniam enim bonorum direptionem paſſi erant propter Chriſtum, adhortatur, vt vel Pauciſſimis quæ remanſerunt, ſint contenti; & vt ſpem ſuam in Deo collocent, qui paſcit hominẽ, & implet omne animal benedictione.

Quid illud: Sint mores ſine auaritia, cõtenti præſentibus.

Matth. 6.

1. Cor. 12.

Vox Pythagoreorum.

Ioſ. 1.

Pſalm. 117.

Hebr. 10.

Ad V. quæſt. Cur Iudæi meminiſſe præpoſitorũ deberent, & viuorum, & mortuorum.

Pſalm. 144.

Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei. De prępoſitis perinde viuis, atq; defunctis intelligendum, docet Oecumenius: hi enim verbo, & exemplo præfuerunt Chriſtum prædicando. Theodoritus ita habet: *Dixit de ſanctis qui iam erãt defuncti, Stephano primo martyre, Iacobo Ioãnis fratre, Iacobo Iuſto cognomine, plurimi etiã alij à Iudæorum rabie perempti fuerant*. Æmulatus eſt hunc locum Apoſtoli B. Ignat. in Epiſt. ad Antiochenos: *Pauli & Petri fuiſtis diſcipuli; ne perdatis depoſitum. Mementote Enodij beatiſſimi Paſtoris veſtri, qui primus poſt Apoſtolos gubernacula veſtræ Eccleſiæ ſortitus eſt: non ſimus pudori patri, ſimus genuini filij non autem adulterini: noſtis quomodo vobiſcum cõuerſatus ſum: quæ præſens dicebam vobis, hæc & abſens ſcribo*. In cuius poſtremis verbis imitatur Apoſtolum ad Philip. 3. dicentem: *Eadem vobis ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium*. ¶ *Quorum intuentes exitum* (ſiue finem) *conuerſationis, imitamini fidem*. Expleuerant enim illi vitam glorioſo pro Chriſto martyrio. Vel de viuis eſt accipiendũ, hoc modo: Conſiderantes quomodo conuerſationem huius vitæ rectè tranſigant, imitatores eſtote fidei illorum, qui ad futura aſpiciũt. Sed præſtare videtur prior ſenſus, vt de defunctis intelligatur.

Oecum. ibid.

Ad VI. quęſt. De ratione, & ſenſu huius dicti: Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.

Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula. Abſoluimus quintum, & iam expediẽdum eſt ſextum dubium. Quidam ſentiunt, hoc dictũ eſſe in eos, qui docebant Ieſum Chriſtum non eſſe illum prænuntiatum, & ſpectatum Meſſiam; & ideò alium venturum: in quos Paulus ait: *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe* (ſiue idem) *& in ſecula*. Ac ſi diceret? Alius non veniet: nam qui venit, idem eſt qui prius erat, & eſt, & erit in ſecula. Alij ſimpliciùs hoc interpretantur, & volunt cũ præcedentibus cõnecti. Nemo putet ſpem imitationis, & aſſecutionis illorum præfectorum quos dixi, impoſſibilem eſſe: nam ipſi nõ ſuis meritis, ſed eius auxilio, qui vel nunc non deeſt, nec olim defuit, nec in futurum defuturus eſt, effecerũt. Idem enim eſt Chriſtus poteſtate, & voluntate: nam Ieſus eſt qui ſaluare poteſt: & ſi Chriſtus eſt, gratiæ oleum effundere poteſt, vt eos imitemur. Et ideò ſubiungit; *Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci*. Poſtquam ergo vnus eſt Chriſtus, prohibet doctrinas varias quę ſimul conuenire non poſſunt, vt doctrina Moyſis cum doctrina Euangelica: quia eſſet arare in boue ſimul & aſino, & ſerere agrum duplici ſemine, contra id quod in lege præceptum eſt. Talis eſt omnis doctrina Philoſophorum, & Hęreticorum: quia vna veritas eſt, cui opponitur omnis alia reuera cõtraria doctrina, qualis eſt Pagana, Iudaica, & Hæretica. ¶Peregrinas verò doctrinas vocat, quas ignorat Eccleſia, quæ aliunde ad nos veniunt, quam ex Euangelio Chriſti, aut traditione Eccleſiæ. *Nolite abduci*, Hoc eſt, hac atque illac circumferri omni vento doctrinæ. *Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor; non eſcis, quæ non profuerunt ambulãtibus in eis*. Cor noſtrum gratia Dei confirmatum, ac fide, varia, & peregrina dogmata non ſuſcipit. Et innuit quoſdã, qui more Iudaico ciborum delectum obſeruabant, inutilem prorſus, & iamdiu per Chriſtum extinctum. Sed gratia Dei ſtabilitur cor in charitate per cibum ſanctum, & panẽ Melchiſedec qui de cœlo deſcendit, & per veram, & ſolidam fidei doctrinam. Et intellige non profuiſſe ambulantibus in earum obſeruatione ad gratiam Dei, & animæ ſalutem; bene autem ad cor ſuſtentandum, iuxta illud: *Et panis cor hominis confirmet*. Et ſic expeditum eſt ſeptimum.

Apoc. 1.

Infra 4.

Alter ſenſus.

Matth. 1.

Ieſu, & Chriſt. munera duo.

Ad 7. quæſt. Doctrinæ variæ, & peregrinæ quãdo fugiendæ.

Deut. 22.

Ibidem 9.

Ararẽt in boue ſimul, & aſino, & ſererent vineam duplici ſemine quomodo Iudei.

Epheſ. 4.

Cor noſtrũ doctrinis varijs & peregrinis quando minime abducatur.

Act. 10.

Gratia vt ſtabiliatur cor.

Ioan. 6.

Eſcæ Iudæis in eis ambulantibus quatenus profuerint.

Pſalm. 103.

Ad octauum dicendum, *Habemus altare; de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt*. Pro cuius loci clariori intelligẽtia, in primis accipe, altare hic poni pro ſacrificio, vel oblatione, quæ eſt in altari, per figuram Metonymiæ, de quo alibi; *Qui altari deſeruiunt, cum altario participãt*; & iterum, *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum*. Vbi menſam vocat altare, ſiue id quod in altari, vel menſa reponitur. Et Gręcè altare vocatur θυσιαστήριον. Hebraicè verò מִזְבֵּחַ à ſacrificio, & oblatione. Id cò ſermo eſt de menſa, ſeu altari

8. quæſt. ſol. De altari, de quo edere ab habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt, quodnam illud ſit.

1. Cor. 9.

Infrà 10.

Altaris Græca & Hebraica denominatio.

Eucha-

Digitized by Google

Euchariſtæ, qood omnib' Chriſtianis peruium eſt & acceſſibile: ideò ait, *Habemus altare:* ad quod nullus Iudæus, aut Infidelis poteſt accedere, ſicut nec olim incircumciſus ad eſum agni, vt habetur Exod. 12.

Altare hoc loco nequaquam orationem, vel laudes, vel gratiarum actionem ſignificare, contra Lutheranos.

Idcircò vanum eſt, quod quidā hæretici dicunt, vt effugiant vim argumenti, quod hine eliciuot Catholici ad probādum, Euchariſtiam verum eſſe ſacrificinm. Ioterpretantur enim, de altari orationom, vel laudum, vel gratiarnm actionis ſermonem habere: quia ex ſimili altari nihil accipimus edendum, vt hic dicitur: De quo, inquit, edere ooo poſſunt Iudæi. Neque altare lapideum erigitur ad laudes Dei canendas, vel preces ſundendas. Neque rurſus poteſt de altari Crucis accipi, vbi Chriſtus vera fuit hoſtia: ſed tale altare ſolus Chriſtianus non habet, nec ſe Chriſtus porrexit ſub propria ſpecie edendum: & per Danielem prædicitur iuge ſacrificium per Antichriſtum, & ſuos ſatellites tollendum. De Euchariſtico ergo ſacrificio accipiendum eſt, veliot noliot Heretici; & in hoc altari vera ſit expiatio peccatorum per corpus, & ſanguinem Chriſti.

A falſo altare Crucis ab eiſdem male detorquen.

Dan. 9.

Verus & proprius huius loci ſignificatus altaris.

Ac ſubiungit: *Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancto per Pontificem: horum corpora cremantur extra caſtra.* Oſtendit hoc altare non eſſe in templo, vel tabernaculo conclusum, ſed extra portam. Et alludit ad victimam quæ in die expiationis, vel propitiationis efferebatur: quia de illa victima ſaoguis quidem inſerebatur in Sancta Sāctorum (id enim eſt quod ait abſolutè, Sanctum, vt bis annotatum fuit ca. 9.) At de illa extra caſtra cremata hoſtia nō edebant Iudæi, ita modò de victima noſtra extra portā Ieruſalem immolata, & in mēſa altaris ad edendum poſita non guſtant Iudęi: fuit enim illud corpus crucifixum, & igoe Spiritus ſancti abſorptum, velut holocauſtum Deo acceptabiliſſimum. A typo verò probat, eos qui manent in Iudaicis ritibus, non poſſe Chriſtum māducare: nam ſpiritualiter manducandus eſt per fidem, & charitatē, vt vtilis ſit eſus ad ſalutem, quod Iudæus, aut alius Infidelis præſtare non poteſt quamdiu fidem reſpuit. Quo loco perpende quod vt Chriſtus mortuus extra portam Ieruſalem, deſignat Chriſtum mortuū pro omnibus, & non tantùm pro Iudęis: ita etiam natus eſt io ſpelunca extra Bethleē, & aſcendens è monte Oliueti extra Bethaniam, oſtendit ſe pro omnibus natū, & pro omnibus cœlos conſcendiſſe.

Num. 19. In quæ ſācta infereretur hoſtiæ ſanguis immolatæ. *Diſput 18.*

Qui Iudęi edere de altari Chriſti, ne queant, & quare.

Chriſti mortem extra caſtra myſteriū explicatur.

Luc. 2. Infrà vlt. Actor. 1.

Vnde rectè exhortatur: *Exeamus igitur ad eū extra caſtra.* Iudaica, quò videlicet nos qui mortem eandem hoc myſterio repræſentamos, edere poſſimus. Addit: *Improperium eius portantes.* Id eſt, ēius veſtigia ſectantes: vt ſicut ipſe pro nobis eſt paſſus, ita & & nos pro eius gloria ſuſtineamus. Eſt enim ſuſtinere improperium Chriſti, ſimiles atq; ille pro nobis iniurias pro eo ferre. Vt c. 11. dixit de Moyſe quod tulit Chriſti improperiū. *Non enim habemus hic manētem ciuitatem.* Nam Ieruſalem perdiderunt, vt ipſi dixeruot: Veniont Romani, & tolleot locum noſtrum & gentem: nec ſpem vllam futurę ciuitatis habere poſſunt, & non ſunt extra caſtra, ſed adhuc vmbras, & figuras ſectantur. Nos verò egredimur extra caſtra, dum veritatem puram amplectimnr, & ducem ooſtrum pugnantem pro nobis contra inimicos ſequimur. Eſt enim ignaui militis manere in caſtris, ſomno, & crapulę vacando, duce ipſo noſtro acriter pugnante.

Ad 9. quæſt. Extra caſtra quænam exeundū nobis.

Luc. 22. 1. Cor. 11. Quid improperium Chriſti portare. *Hebr. 11.* Quàm verò dictum de Iudæis: Non enim habem' manētem ciuitatem, &c. *Ioan. 11.*

Extra caſtra egrediantur Chriſtiani myſticè quādo.

Et ſubdit: *Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.* Per ipſum, inquit, dantem dona, & victimam edendam, offeramus preces, & laudes Deo. Quæ verba optimè quadrant Miſſæ ſacrificio, quod nullus Sacerdos ſine laude Dei, & diuini inuocatione nominis vnquam obtulit: quamquàm & laici ipſi laudibus, & gratiarum actionibus huic altario aſſiſtant, vt bene edant. Et ita Patres hunc locum interpretātur, præcipuè verò Chryſoſtomus, & Theodoritus, atque Theophylactus ſcribentes in hæc verba. Adde Hieron. io c. 8. Oſeæ ſuper illud: *Multiplicauit Ephraim altaria*, & præterea Sedulius, & Anſelmus.

Per Chriſtū offeram' hoſtiam laudis ſemper Deo, &c. cur potiſſimum in Euchariſtia.

Chryſ hom. 33 à med Theod par. 2 Theophylact Hieron. to. 6. Sedul. Anſel par. 2.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Colligit hoc loco Beza, duo genera ſacrificiorum nobis eſſe relicta, nempè laudum, & beneficentiæ. Sed mirum eſt hunc hominem tantum cæcutiſſe, vt poſſet putare nos cæcos futuros ad tantam lucem. Cùm enim dixiſſet Apoſtolus: *Habemus altare,* id eſt ſacrificium, de quo non poteſt edere Iudæus, quo modo aſſerit duo tantùm ſacrificiorum genera nobis eſſe relicta, cùm tria præcenſeat Apoſtolus? & quomodo nobiliſſimum, & incruentū ſacrificium, & quod cæteris omnibus eſt præſtantius, homo oculatiſſimus videre non potuit? Vocat facultatum communicationem, hoſtias quibus placatur, ſiue delectatur, ſiue conciliatur, ſiue promeretur Deus. Illa enim omnia verbum Græcum εὐαρεστεῖται complectitur; niſi quòd, promeretur, paſſiue eſt accipiendum. Et vide heretice merita, & ſatisfactiones ad abluenda peccata. Hortatur igitur ad eleēmoſynas, ſicut in ſequentibus ad obedientiam ſuperioribus præſtandam

Id Beneficentiæ & cōmunionis nolite obliuiſci, ad obſcurādam hoſtiæ Euchariſtiæ perſpicuam veritatē vt invadus, & inſanus Beza detorqueat.

Quid illud: Talib' enim hoſtijs promeretur De'.

Impie Lutherane, contra ſatisfactiones quid etiā oblatras? nūc tace tandem & obmuteſce.

Contra Hæreticorum inobedientiam & ſuperbiam

Officiũ Præpoſitorũ, maxime Epiſcoporum.

dicens, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. In quo reprehendendi veniunt Hæretici, qui Eccleſiæ hierarchiam negãt, & munera quorundam qui præcipiunt & aliorum qui obediunt. ¶ *Ipſi enim peruigilãt quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Munus maiorum eſt pro inferioribus vigilare, & eorum ſalutem promouere, quoad eius fieri poteſt. Et rectè dixit: Quaſi rationem reddituri, cogitent hoc Epiſcopi. Nicolaus Papa I. dicebat ſe pro omnibus, & præ omnibus rationem redditurum. Et nõ ſimpliciter ait rationem reddituri: quia vbi per eos non ſtetit, quo minus pietatis operibus vacarent, iam vnus illud reddendi rationem pro eis, Deo, in inferiorem recidit. Et ait: *Pro animabus veſtris:* quia peculiaris cura Eccleſiaſticorum præpoſitorum eſt, animas inferiorum paſcere, ac regere, iuxta illud quod ſapiens mulier Iudith. c. 8. dixit: *Et nunc fratres, quoniã vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda eorum erigite,* &c.

Nicolai dictũ I. Pontifex.

Præpoſiti quare nõ abſolutè dicantur, ſed quaſi rationẽ reddituri pro ſubditis.

¶ *Vt cum gaudio,* inquit, *hoc faciant, & non gementes.* Cum enim paſtor videat ſuas ouiculas contumaces, & ſponte errãtes, tunc gemens hoc facit, quia non videt vllum ſuæ vigiliæ fructum. Ideò cogitur nolẽs vti virga non ſine gemitu. *Hoc enim expedit vobis.* Quaſi diceret, etſi gaudio Prælatorum in hoc non cõſulitis, proſpicite tamen vobis, quia eorum vigilantia cum gemitu vtilis eſt vobis niſi velitis in æternum flere. *Orate pro nobis, confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus: in omnibus bene volentes conuerſari.* Pro omnibus ſanctis, & præſertim ſuperioribus inuitat ad orandum Apoſtolus, vt magis ac magis proficiant: quod eſt pro ſeipſis preces fundere. Et bonam conſciẽtiam habebat Paulus inter omnes: etiamſi videar, inquit, pro Gentibus zelare. Nam & vos mihi eſtis chariſſimi, & nihil timemus de his qui nobis obloquuntur. Alia lectio habet: *Quod habetis bonam conſcientiam; in omnibus beneuolentes conuerſari.* Fidem enim quam prędico, & meipſum hodie non perſequimini. *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quò celerius reſtituar vobis.* Volebat enim in propria perſona ipſos adhortari, & non tantum ſcriptura. Et his verbis ſe Hebręum ſignificauit, non tantum illos ipſos, qui perſecutionis Pauli cauſſa extiterant, ſed aliorum qui nomine Chriſtiano cenſebantur. ¶ *Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni,* &c. Vocatur Chriſtus Paſtor

Quam expediens nobis paſtorum vigilantia.

Pro quibus maximè precandum.

Paſtor magnus, & paſtorum Princeps cur Chriſtus. 1. Petr. 5. Ioan. 10.

magnus, & paſtorum Princeps 1. Pet. 5. quia omnes Paſtoris boni partes impleuit, & poſtremò animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, non tantùm ad redimendas illas, ſed etiam ad paſcendas, & de cuius ſpiritu omnes qui bene paſcere volũt, participare debent, & eum imitari, & cui omnes ſub paſtores rationem ſui ouilis reddere debent. Et dicitur eductus de morte in ſanguine: quia ſuſcitatus eſt merito effuſi ſanguinis in ſanctificationem diſpoſitam filijs Noui Teſtamenti. ¶ *Aptet* (ſiue perficiat) *vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem.* Nam homo perfectus redditur per gratiam bene operans. Et pondera quod ait: Vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quòd placeat coram ſe. Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro ſua bona voluntate; non tamen ſine nobis. Ita enim promittit per Ezechielem: *Spiritum meum ponam in medio veſtri; & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini:* vt apprehendas vim gratiæ, & vim ſimul liberi arbitrij cooperantis. Omne enim bonum opus totum Dei eſt, & totum noſtrum.

Ille cur eductus de mortuis in sãguine teſtamẽti æterni.

Homo perfectus quomodo quis fiat.

Philip. 2.

Ezech 36.

Contra Pelagianos ſimul & Manichæos.

Rogo autem vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij (ſiue exhortationis) *etenim perpaucis ſcripſi vobis.* Id eſt: Breui abſolui exhortationes reſpectu eorum quæ dicenda erant: quia totam ferè Epiſtolam in docendo, & argumentando conſumpſi. ¶ *Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum.* Vel ſolutum à vinculis: Id enim ſignificat verbum Græcum ἀπολελυμένον. Fuerat enim fortè in carcerem coniectus, & poſtea ſolutus. ¶ *Salutat vos de Italia fratres.* Suſpectam reddidit huius ſubſcriptionis fidem Beza, eo quòd non dixit Romani, ſed Itali, quòd Romę captiuus detineretur. Sed ridiculum profectò eſt: non enim tantum Romani, ſed Itali erant, qui ex multis Italiæ ciuitatibus Romæ verſabantur, qui Paulum aut prædicantem audierãt, aut ab eo fidem ſuceperant. Et non erat in dubium hoc vocandum, eo quòd hæc ſalutatio poſtremæ, & ſibi conſuete ſalutationi præponitur, nimirum: *Gratia cum omnibus vobis, Amen:* quod eſt ſibi proprium: perinde ac ſi diceret. Valete.

Cur vocet Timotheum dimiſſum Apoſtolus.

Circa hanc Pauli ſalutationem quid ſõniet Theodorus Beza.

Tibi laus omnis, diuiniſsime Pater æterne, diuinarum fons & origo Perſonarum.

INDEX

INDEX LOCORVM NOTABILIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC TOMO TERTIO IN ORDINE AVTEM DECIMOQVINTO ALFONSI Salmeronis continentur.

Prior numerus pag: Poſterior columnam indicat.

EX GENESI.

Cap.1. *Creauit Deus hominem ad imaginem.&c.pag.431.1*
Cap.2. *Hoc nūc os ex oſsib.meis,&c.428.1*
Cap.15. *Credidit Abraham Deo,&c.30.2*
Cap.17. *Ambula coram me & eſto perfectus,56.1*

EX EXODO.

Cap.20. *Ego ſum Dominus Deus tuus,&c.120 2*

EX DEVTERONOMIO.

Cap.27. *Maledictus omnis qui non permanſerit,119.120.*

EX LIB. II. REGVM.

Cap.11. *Dominus tranſtulit peccatum tuum.155.1*

EX IOB.

Cap.5. *Voca,ſi eſt qui tibi reſpondeat,& ad aliquam Sanctorum,&c.464.1*
Cap. 9. *Vere ſcio quod non iuſtificetur homo.67.1*
Ibid. *Si lotus fuero,ibid.*

EX LIB. PSALMORVM.

Pſal.31. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus,&c.459.1*
Pſal.35. *Homines & iumenta ſaluabis Domine,528.1*
Pſal.39. *Sacrificium & oblationem noluiſti corpus autem perfeciſti mihi,423.2*
Ibid. *In capite libri ſcriptum eſt de me,615.2*
Pſal.56. *Dentes eorum arma & ſagitta,& lingua eorum gladius acutus,500.1*
Pſal.83. *Ibunt de virtute in virtutem,129.1*
Pſal.99. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus,199.2*
Pſal.104. *Tu es Sacerdos in æternum,&c.708.*
Pſal. 105. *Et ſtetit Phinees,30.2*
Pſal. 127. *Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tua,629.1*
Pſal.129. *Si iniquitates obſeruaueris Domine,&c.22.2*
Pſal. 142. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo.23.1*

EX PROVERBIIS.

Cap.13. *Qui parcit virga,odit filium,629.1*
Cap.18. *Cum obſecrationibus loquitur pauper,642.2*
Prou.20. *Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum.23.2*

EX ECCLESIASTE.

Cap.2. *Coaceruaui mihi argentum & aurum,&c.632.1*

EX ECCLESIASTICO.

Cap.17. *Non impediaris orare ſemper.45.1*
Cap. 24. *Ab initio & ante ſecula creata ſum,&c.431.1*
Cap.26. *Mulier ſenſata non eſt immutatio erudita animæ,480.1*

EX ESAIA.

Cap.53. *Oblatus eſt,quia ipſe voluit.&c.631.2*
Cap.63. *Tu enim pater noſter; Abrahā neſciuit nos.459.1*
Cap.64. *Et facti ſumus immundi omnes,&c.24.1*

EX IEREMIA.

Cap.3. *Ego dominatus ſum eorum,740.1*
Cap.11. *Mittamus lignum in panem eius,&c.736.1*
Cap.15. *Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me,&c. 458.1*
Cap.31. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael,&c.739.1*

EX MATTHÆO.

Cap.5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra,&c.45.1*
Cap.9. *Non veni vocare iuſtos,&c.416.1*
Cap.18. *Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties,&c. 637.2*
Cap.25. *Eſuriui enim & dediſtis mihi,&c.55.2*

EX LVCA.

Cap.1. *Ad dandam ſcientiam ſalutis,&c.15.1*
Cap.2. *Et Ieſus proficiebat ætate & ſapientia,&c.708.1*
Cap. 4. *Si quis venit ad me & non odit,171.1*

EX IOANNE.

Cap.1. *Illuminat omnem hominem venientem,&c. 447.1.*
Cap.4. *Gratiam pro gratia dare,&c.18.1*
Ibid. *Lex per Moyſen data eſt,&c.125.1*
Cap. 3. *Nemo aſcendit in cœlum,&c.431.*
Cap.10. *Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. 430.2*
Cap.10. *Clarifica me Pater,&c. ibid.*
Cap.16. *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem,&c. 475.1*

EX ACTIB. APOST.

Cap.10. *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor,&c.451.2*
Cap.19. *Reddat illi Dominus,&c.615.2.642.2*

EX EPIST. AD ROMAN.

Cap. 6. *Stipendium peccati mors,60.2*
Cap. 8. *Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu,&c.414.1*
Cap. 9. *Iacob dilexi,Eſau autem &c.173.1*
Cap. 11. *Si gratia iam non ex operibus.26.1*

EX I. AD CORINT.

Cap.3. *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi,&c.642.2*
Cap. 4. *Nam ſi decem millia pædagogorum,&c.ibid.*
Cap.9. *Nunquid de bobus cura eſt.174.1*
Cap.15. *Ephesi ad beſtias pugnaui.162.2*

EX II. AD CORINTH.

Cap. 1. *Siue tribulamur,&c.408.1*
Cap. 5. *Siue ſobrij ſumus.ibid.*

Index locotum notabilium S.Scripturæ.

Cap. 7. *Mundamus nos ab omui inquinamento*, 45.1

Cap. 9. *Potens eſt Deus omnem gratiam abundari, &c.* ibid.

Ex II. ad Timoth.

Cap. 4. *Bonum certamen certaui*, 47.1

Ibid. *Ego enim iam delibor*, 56.1

Ex Epist. ad Hebræos.

Cap. 1. *Et quod inquirentibus ſe, &c.* 58.2

Ex Epist. ad Iacobi.

Cap. *Abraham Pater noſter nonne, &c.* 45.1

Ex Epist. ad Galat.

Cap. 2. *Ego per legem legi mortuus ſum, &c.* 414.1

Cap. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, &c.* 642.2

Ex Epist. ad Philipp.

Semetipſum exananiuit, formam ſerui accipiens, 431.2 Cap. 2.

Ex I. Petri.

Vos eſtis genus electum, &c. 622.2 Cap. 2.

Ex II. Petri.

Dabo operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, &c. 459.2 Cap. 1.

Ex I. Ioannis.

Vnctio ipſa docebit vos, &c. 737.2 Cap. 1.

Ex Apocalypsi.

De ore eius vtraq; parte acutus exibat, 772.2 Cap. 1.

Feciſti nos Deo noſtro regnum, &c. 612.2 Cap. 5.

Vſquequo Domine ſanctus & verus, &c. 459.1 Cap. 6.

FINIS.

INDEX

INDEX SENTENTIARVM NOTABILIVM S. SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC TOMO TERTIO IN ORDINE AVTEM DECIMOQVINTO ALFONSI Salmeronis continentnr.

A.

Aronis ſummi ſacerdotis, & Chriſti diſcrimen. pag 674.
Aaron in quo fuerit Chriſti typus. 413.1
Ala vnde & quid 127 2
Abraha primum cur facto ſint promiſſiones. 124. & quam ſemini eius, & quid ſemen eius, ibid.
Abrahe teſtamentum quod ſit & cur Dei iuramento firmatum. ibid.
Abraham decimas dedit Melchiſedec 728 1
Abraham Patriarcha vocatur à Paulo, & cur ibi. 2
Abraham decimas offerens Melchiſedeco, pater multarum Gentium factus eſt. 730.2
Abſtinentia quæ ſit conueniens. 523.2
Abſtractis pro concretis vtuntur Hebrai. 202.1
Acceptum ferre apud Iuriſconſultos quid 20.2
Adam prius tempore formatus fuit quàm Eua, & quomodo non fuit ſeductus ſed Eua, 421.1.2
Ade quale fuerit peccatum. 484.1
Adæ nominis interpretatio. 684.1
in Adamo veteri quid eſſe quid in nouo. 114.2
Adoleſcentium mores. 629.2
Ærarium poteſtatum officium. 192.1
Agnoſcere, & cognoſcere differunt. 186.1
Agricola laborans quis, 589.
Allegorijs cur vtatur Paulus & alij Apoſtoli, 141 2
Allegoria rerum & verborum quid. 142 2
Altitudo & profunditas quando diſtinguãtur. 220.1
Alexander quis, & quæ officia exercuerit, & alia. 611.2
Alimenta neceſſaria. 561 162.
Amazones vnde oriunda & cur ſic dictæ. 160.2
Amen Hebreis quid 11.1
Amoris proprium quid 131.2
Amari Deus à nobis cur vult. 60.1
Amor Dei amorem proximi fundauit. 71.1
Amoris diuini vis 141.1
Amoris diuini præuenientis nos effectus 209 1
Anathema quæ vox ſit, & quid ſignificet. 75.2 quomodo Paulus dicere potuerit omnibus etiam Angelis & Apoſtolis aliter Euangelizantibus. ibidem.
Anathematum vſus in concilijs vnde 76.1
Anathemata ſunt mutua inter hæreticos 389.2
Angeli & homines vnam Eccleſiam faciunt. 429.2
Angelorum qualis ſit vita 438 2
Angeli quomodo ſint inuiſibiles 439.1
Angelorum quæ ſit cuſtodia de nobis in terris, & omnino in cælis 419 2
Angelorum varia munera. 463.1
Angelorum triplex acceptio 653.1
Angeli cur filij Dei dicantur. ibid.
Angeli ſunt nuntij Dei. 665.1
Angeli cuſtodes. 679 2
Anima quomodo creſcat 229.1
Antitypa verorum cur Paulus vocet. 748. 2
Antitypa quænam ex Dionyſij ſententia. ibid.
Anni quæ ſint in habitu ſancto: & multa de illis. 629 2
Apollos quis. 361.2
Apocalypſis vox propria Scripturarum teſte Hieronymo quid ſignificet.
Apoſtoli quare non potuerint excommunicari. 75. 2
Apoſtoli nil cum hæreticis habebant commune 84.1
Apoſtolos qui in carne dominum vidiſſe leguntur duodecim tantum eſſe. 86 1
Apoſtoli eccleſiarum quinam. ibid.
Apoſtoli ab Apoſtolis ordinati qui 88.2
Apoſtoli non fuerunt ordinati in die Pentecoſtes ibid.
circa Apoſtolos mira Spiritus ſancti prouidentia 91 2
Apoſtoli ſub Euangelio quomodo iudaizauerint vere ne an ficte. 98.2
Apoſtolos priuilegium accepiſſe non deficiendi à fide valde credibile videtur. 106 1
Apoſtolorum doctrina ſemper conſtans fuit & perpetua 113.1
Apoſtoli quales eſſe debuerint. 140 2
Apoſtolorum vocatio gratuita. 179.2
Apoſtoli quãdo primum gentibus prædicauerint. 235.1
Apoſtolorum dignitas & officium. ibid
Apoſtoli quas habebant vxores, reliquerunt. 492.1
Apoſtoli fuerunt etiam prophetæ. 521.2
Apoſtolorum ſuppellex qualis. 611.2
Apoſtolorum mos orbem peragrantium. 621.1
Apoſtaſia à fide, quotuplex 526.2
Arabia quid 143.2
Arbitrium qua ratione vitam æternam promereatur 64.1
circa Arbitrium errores Manichæi & Iouiniani. 32.2
Arca tria continebat, vrnam, mannam, virgam & tabulas & vnde conſtet. 743.1
Archetypa quæ ſunt Dionyſio. 749.1
Arbitrium hominis liberum ſimul operatur cum gratia. 450.
Ariſtotelis quæ falſa contra fidem docuit. 135 2
Arriani qualem Deũ Chriſtum ſomniauerint. 631 2
Articulos de reſurrectione & iudicio profitebantur catechumeni ante baptiſmum. 714.2
Aſpergillum ex hyſſopo ſignat Spiritũ ſanctum. 348.1
Auditores verbi Dei quales eſſe debeant. 680.2
Augmentum duobus modis perficitur. 241.
Auguſtinus quid ſentiat in Apollinari, Laodiceno, Alexandro, Origene, ac Dydimo. 102.1

B.

Baptiſmus non ſtatim tribuat perfectam virtutem 503.1
Baptiſmalis candida veſtis myſterium. 467.1
Baptiſmus duplex, aqua & ignis. 714.
Baptiſmus aqua ſignum fidei. ibid.
Baptiſmi trina immerſio. 714.2
Baptiſmus regeneratio & illuminatio cur dicatur. 710 1
Baptizatos poſſe peccare. 48.1

Bapti-

Baptizatus vt Chriſtum inducat.133.1
Baptizati libertas qualis 152 1
Baptiſma penes quos ſit multiplex, vnde ſuam accipiat vnitatem & quid conferat.228 1
Belial viri qui ſint 48.1
Benedicere Deum quibus proprium.166.1
& quomodo homo Deo homini vero Deus benedicat.ibid.
Benedictio cui impenditur.729.1.2
Benedictio propria & impropria.ibid.
Benignitas quid. 634.1
Berith vox Hebraica quid ſignificet.125.1
Biblia Sacra quando primum Græcè legi cœperint, & quamdiu.670.2
Bohemi cur fidem amiſerint.148.2
Bonorum operum infructuoſi quales 635.1
Bonis operibus præeſſe.quid.638.2
Bona quæ ſectanda, mala autem quæ fugienda. 465.1
Bona opera quæ fecimus non debemus inſpicere, ſed quæ remanent facienda ſecūdum Gregorium 61.2
Bona ſpiritualia quam præſſent temporalibus. 166 1
Bona fortuna ſeu externa quatenus donātur. & quatenus bona interna 229 1
Bonitas Dei malefacta in bonum finem ſolet conuertere.489.1

C.

Cadaueris ſuſpenſi ac ſepeliendi myſterium. 122.1
Cantilenam meretricum aut carmē ethnicum Chriſtiano fideli cur vetuerint Apoſtoli. 249 1
Capitulum Paulo eſt compendium, aut præcipuum. 436.1
Caput libri quod dicatur.755.1
Captiuitas Satanica qualis 199.2
in Carne eſſe nunc in bonam nunc in malam partem accipitur,115.1
Carnis & Spiritus pugna qualis 152.1
cum Carnis luctu liberum arbitrium conſiſtere.152.2
Carnis opera & ſignificatio 153.1
Certamen bonum quale 565.2
Ceremoniæ legis quales.148.1
Charitas eſt finis legis 412.1
Charitas vt prior debet eſſe fide.641.2
Charitas quo ſenſu dicatur ab Auguſtino à gratia prouenire.12 1
Charitas leue facit iugum.30.2
Charitas non quærit quæ ſua ſunt quomodo accipiendum 72.2
Charitas omnia ſuſtinet.591.1
in Charitate quomodo ſimus radicati & fundati ſecundum Auguſtinum 219.2.
Cherubim & Seraphim per omne genus enūtiat Scriptura.743 2
Chriſtus quomodo nobis ſit bonorum auctor.66.2
Chriſtus fidem non habuit.15.2
Chriſtum qui ſequuntur.60 1
Chriſtus cur non ſit peccati miniſter 115.1
in Chriſto vt ſimus & Chriſtus in nobis. 114.2
Chriſti communem erga nos charitatem & beneficia ita vnumquemq; noſtrum æſtimare debere ac ſi ſibi ſoli collata eſſent.347.1 (2
Chriſtus quomodo nos redemit de maledicto legis 121
de Chriſto ad literam debere accipi hiſtoriam illam pendentis in ligno eadem die ſepeliend ibid.
Chriſtus pro quibus maledictum pro quibus factus ſit peccatum.ibid.
Chriſtus quomodo matris & fratris officia præſtitit. 141.2
Chriſti crucis gloriatio & efficacia. 147.2
Chriſtus quomodo ſit alpha & omega Tertull.179.1
Chriſtus cur pater ſignauerit Deus. 103.1
Chriſtus quomodo & cur electus à Deo. 159 1
Chriſtus ſeruator noſter cur debuerit vtraq; natura diuina ſimul & humana conſtare 175 1
Chriſtus pro quibus ſuderit ſanguinem. ibid.
in Chriſto qualem redemptionem habeamus per ſanguinem ſuum 175 2
Chriſtus quomodo dicatur ſedere vel ſtare ad dextrā patris.187.2
Chriſtus vt in nobis impleatur & omnia in nobis impleat.189.1
Chriſto & Spiritu quomodo debeāt impleri vaſa cordium.ibid.
Chriſtus cur in aere crucifixus. 193.1
Chriſtus vt nos reſuſcitauit & conſidere fecit.196.1
Chriſtus quale carmen ſuit. 199 1
Chriſti myſteria quos ſcandalizauerint.197.1
ſine Chriſto eſſe quantum malum. 201.
Chriſti à nobis cauſa receſſus 219.1
Chriſtus in altum aſcendens quomodo iuxta Paulum dedit dona hominibus, ſi iuxta Prophetam accepit dona in hominibus 230.2
in Chriſto venturo cur Dauid dixerit Aſcendiſti non Aſcendes ibid.
Chriſtus Meſſias in quod altum dicatur aſcendiſſe. ibid.
Quid captiuam duxerit captiuitatem.ibid.
Chriſtus in aſcenſione quomodo dicitur dediſſe dona cum iam ante dederit Patriarchis & Prophetis. ibid.
Chriſtus quot inferiores patris terra deſcenderit. 232 2
Chriſtus an ſuperiorem an inferiorem cœli Empyrēi partem aſcenderit ibid.
Chriſti tenue corpuſculum immenſa cœli ſpatia, vt valeat implere.ibid.2
Chriſtus cur potius quam pater vel Spiritus ſanctus Eccleſiæ dicitur dediſſe miniſtros 233.2
Chriſtus altus naturalis altius myſticus, & quinam illi ibid.
in Chriſto creſcere quid 241.2
Chriſtus quale ſit exemplar nobis ad imitandum propoſitus 247.1
Chriſtus quantum nos amauerit & quid tantum nos amare docuerit.247 1
Chriſti in nos amoris alia circumſtantia. ibid 2
Chriſtus non ſolum oblationem, ſed & hoſtiam cur dicitur ſe Deo tradidiſſe ibid
Chriſtus quomodo ſit mediator Dei & hominem. 452.1
Chriſti ad mortem oblatio ſpontanea 452.1
Chriſtus ſecundum quam naturam ſit mediator. 454.1
Chriſtus erat pro nobis in cœlis & quomodo. 459.2
Chriſtus quomodo ſit vnus tantum mediator. 468.2
Chriſtus in cœlo cur preces, non autem ſacrificium ſteret pro nobis. 475.2
Chriſtus per Spiritum quomodo iuſtificatus eſt à peccato.318.2
Chriſtus quomodo dicatur Saluator omnium hominum 528 1
Chriſtus cur magnus Deus. 631.2
Chriſtus quomodo nos redemerit.632.1
Chriſti in nos benignitas. 634.1
Chriſtus cur Pontifex & Apoſtolus.704.1
Chriſti tentationes.704.2
Chriſti preces in cruce.709.1
Chriſtus ſuam gloriam, crucem & mortem reputat. 709.2
Chriſti obedientia Patris mira.ibid.

Chriſtus Sacerdos in quo 722.2
Chriſtus Sacerdos Leuitico maior. 723.2
Chriſtus quomodo ſine genealogia vt Melchiſedec. 726.2
Chriſti id proprium 727.2
Chriſtus aiſtor fuit in lumbis Abrahæ, ac Leui. 730.1
Chriſtus Sacerdos, & eius dignitas 731.1
Chriſtus non de Leui, ſed de Iuda, deſcendit. ibid 2
Chriſtus quod pro nobis interpellet, nõ tollit quin ſancti pro nobis orent. 734.1
Chriſtus quomodo dicendus pro ſuis peccatis obtuliſſe 734.2
Chriſtus vtrum in Cruce fuerit Sacerdos ritu Aaron 736.2
Chriſtus Sacerdos non tollit alios Sacerdotes inferiores. ibid.
Chriſtus quando conſedit apud Patrem. 737.1
Chriſtus quatenus Pontifex. 744.2
Chriſtus vt per Spiritum ſanctum omnia operatus, ita Chriſtianus omnia Spiritu ſancto actus debet operari 746.2
Chriſtus ſemel ſe obtulit in Cruce, & cur, & ſæpius cur in ſacrificio Miſſæ 751.2
Chriſti aduentus tardior non fuit ibid.
Chriſtus in ſecundo aduentu ſine peccato apparebit, quid ſit ibid.
Chriſti hæreditas 664.1
Chriſtus quomodo ſit ſpeculum Dei. 665 2
Chriſtus quomodo ſit character. 666.1
Chriſtus cur ſit imago Dei inuiſibilis 667.
Chriſti aſcenſus in cœlum quid nos doceat. ibid. 2.
Chriſti regnum æternum ibid.
Chriſtus præ Angelis differentius nomen quoddã hæreditauit. 668. 669.
Chriſtus veram domum Deo ædificauit, non autem Salomon 670.1
Chriſtianorum fides quæ & qualis. 319.2
Chriſtiani quomodo ad cœlum contendendum. 56.2
Chriſtiani cur populus acquiſitionis vocentur 663 1
Chriſtianorum nectar & ambroſia quid ſit 737.1
Cibi nulli ſunt immundi fidelibus 123 124.
Circumciſione nunc poſſe Chriſtianos aſſerit Lutherus. 94 2
Circumciſio ſolum data Iudæis non Gentibus. ibid.
Circumciſione Chriſti cauſa. 149.1
Circumcidantur qualiter Iudæi & Æthiopes, ibidem.
Circumciſio quando profuerit & quomodo euacuetur ibid.
Circumciſio Chriſti quid ſignificauerit. 150 2
Ciuitatis ſanctorum nimirum Eccleſiæ vel militantis vel triumphantis pulchra deſcriptio. 150 2
Clericorum cauſa quomodo tractanda 588.2
Cœlibatus autor Melchiſedec. 724 2
Cœlibatus Sacerdotum an ſit de iure diuino. 725. 2
Cœleſtia bona hæreditatis denarijq́; nomine cur appellentur 184 1
Communicatio bonorum fidelium inter ſe oſtenditur contra Lutherum 71.2
Comprehenſor cur nemo in hac vita. ibid.
Comprehendere quid ſit 220 1 2
Concionatores frigidi quid faciant ibid
Conferre Euangelium quid ibid.
Concionator qualis eſſe debeat. 632 1
Conſcientia quæ dicitur bona 412.2
Conſcientia bona eſt cuſtodia fidei. 440.2
Contentio omnis vitanda 593. 1
Conuerſionis initium 38 1
Corripiens alium quid debeat ſeruare. 155. 2
Corepiſcopi olim. 622 1
Correptio fraterna qualiter debeat fieri, eiusq́; fructus. 529.2
Creta quid 593. 1
Cretenſi cretizare, quare in prouerbium dicatur. 626 1
Cretenſes ſemper mendaces ibid.
Crucis dimenſiones explicantur. 222.2
Crucis myſterij firmitas & perpetuitas. ibid.
Crucis mortem cur Chriſtus elegerit ſecundum Aug. ibid.
Cultus latriæ ſoli Deo debetur. 468 1
Currere in ſcripturis qui nam dicantur, & quando prædicator in vacuum currat. 92.2

D.

DÆmonis inuidia. 616.2
Dæmones eſſe ſpirituales contra Caietanum oſtenditur 192 2
Dæmonis impotentia & in quos tantum illa habeat poteſtatem. 163 2
Deſideria carnis quid impleant 152.1
Depoſitum noſtrum quod Deus ſeruat, quale. 383. 2
Depoſitum bonum. 384.2
Deſideria iuuenilia fugienda ſunt. 588 3
in Dei operibus unde ſumatur ratio conuenientiæ. 421.2
in Dei actibus voluntatis quæ ſit ordo 423.2
Deus cur dicitur Rex ſeculorum. 436 1.2
Deo ſoli quomodo dicitur honor & gloria 437 1
Deus quomodo dicatur velle omnium hominum ſalutem 446. 447.
Deus quomodo non ſit acceptor perſonarum. 451. 2
Deus cur factus homo 706.2
Dei diſpoſitione cur rebus amabilibus deſtituamur. 643 2
Deus multis modis patres allocutus eſt 584.1
Deus in ſomnis cur loqueretur interdum. ibid.
Deus quomodo ſit nobis debitor. 39 1
Deus & homo vt ſecum pugnent. 79.1
Deus aliter hominem docet aliter homo. 79 2
Deus quare non accipiat perſonam hominis 95.2
Deus quomodo operetur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. 179 2
Deus cur velit à nobis glorificari & amari. 173 1
Deo quare potiſſimum gratias agere debeamus ibidem.
Deus cur de bonitate in electos gloriam quærat. 173.1
Dei nomen triplex genus. 188.1
Deus quam diues in miſericordia. 194.1
Dei miſericordia redemptis quam creantis vt ſit maior ibid.
Dei erga nos offenſæ & miſericordiæ & charitatis diuina quænam. 191.2
Deus quomodo dicatur non longè fieri à nobis per peccatum tamen idem dicatur ab Apoſtolo non longe eſſe vnoquoque noſtrum 201.2
Deum precantes quomodo ſe componant. 217.1
Deo cur quatuor non tres tantum dimenſiones Paulus ac commodet. 220.1
Deus quam ſimilis feræ ſecundum Ambroſium 221.1
Dei latitudo, longitudo & profunditas quæ myſticè. ibid.
Deus quid Bernardo 221.2
Deus cur vnus. 220 1
Deus cur ſit in omnibus nobis & cur inſit fidelibus non autem infidelibus. ibid. 2.
Dei filius vbiq́; locorum exiſtens de cœlo vti deſcenderit. 233.1
Deum quomodo nos imitari liceat & quare eum imitare debeamus 246.1

Dium non imitandi varia quorundam impedimenta tolluntur.
Dexteras dare ſocietatis quid ſignificet.96.1.
Diaconus quid propriè ſignificet.511.2.
Diaconatus an ſit ordo Sacer 512.2.
Diaconi ſeptem cur electi ab Apoſtolis,513.1.
Diaconi munera ibid.
Diaconis quas conditiones aſſignet Apoſtolus.514.1.
Diaconiſſæ quæ: & cur Eccleſia Latina hunc ordinẽ neglexerit.515.1.
Dies quomodo fiant. 253.2.
Dies vitæ hominis cur modo tam breuis,ibid.
Dierum malitiæ exemplum,ibid.
Dierum obſeruatio apud Iudæos.139.1.
Diligere ex toto corde quid.127.1.
Dilectionis Dei & proximi effectus 242.2.
Dilectionis diuinæ mundo declaratis.195.1.
Digamus quis propriè ſit. 495 2.
Digamus etiam ante baptiſmum incurrit irregularitatem.ibid.
Digamus vnde Epiſcopus & Sacerdos ibid.
Dionyſius Areopagita quando conuerſus 91.
Diſpenſatio quotuplex : & quæ in ius diuinum poſſit. cadere.503.2
Diuinum auxilium adeſt , vbi deeſt humanum. 418 1.
Diuitiæ inueſtigabiles Chriſti quales. 213.1
Diuitiæ & gloria mundi vana. 562.1
Diuites huius ſeculi. 570.1
ad Docendum quando quis in Eccleſia ſe comparet exemplo Pauli.83 2
Doctores Eccleſiaſtici quatenus teſtes adhibendi ſecundum Auguſtinum. 102.1
Doctoribus verbi Dei præ alijs neceſſaria tribuenda ex diuino præcepto.158 1
Doctrina ſana quæ ſit. 558.1
Doctrina Euangelij.lac. 711.1
Domus Iſrael & Iuda quid notent.739.2
Domus Chriſti quis.439.2

E.

Eccleſia quomodo mater noſtra.142.1
Eccleſia quomodo corripiat & cur delinquentes 146.2
Eccleſiæ benignitas cum ſeueritate coniuncta, 147.1
Eccleſia quare corpus Chriſti & plenitudo eius. 188. 1.2.
Eccleſia quam rectè Dei Domus appellatur & Chriſtianus domeſtici eius.707.2
Eccleſia quomodo vna & multiplex 228.2
Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ quanam Tertulliano.235.
Eccleſiæ quæ Deus dat Paſtores & Doctores an propterea ſint iuris diuini 234.1
Eccleſiaſticorum gradus finis quis.ibid.
& eorum perpetuitas 237.2
Eccleſiæ ſanctitas quomodo augetur. ibid.
Eccleſiæ cur dati paſtores in opus miniſterij. 235.1.2
& cur inædificat.ibid.
Eccleſiæ cur dicta ædificatio ibid.
Eccleſiæ ordinationes non ſpectant ad magiſtratos ciuiles.622 2
Eccleſiæ Ieroſolymitanæ & Romanæ priuilegia. 657.2
Eccleſiæ lapides qui.698.1
Eccleſia eſt domus Dei viſibiliſq́; & columna,alijſq́; modis appellatur.516.1.2
Electio quid ad eamq́; triplex habitus requiſitus ſecundum Ariſt quomodo in Deo ſit.168.1.
Electio quanam ex meritis & iuſtitia pendeat, ibidem.
Electi quare ſint Iudei.ibid.
Electio Dei libera & abſoluta, homini vero certis aſtricta legibus.ibid.
Elegit quomodo nos Deus & prædeſtinauit 168. 2. 169 1
Electio duplex quanam illa 170.1
quique electi ſint quæque illarum ibid.
Electi quomodo dicantur ſancti ante in mundi conſtitutionem.170.1
Electionis duplex aliud genus explicatur. 171.1 2
Electio ante opera bona non eſt certa. ibid.
Electio non ſemper opponitur reprobationi. ibid.
Electio omnium & prædeſtinatio cur non eſt par & æqualis.ibid.
Electionis Apoſtolorum firmiſſima cauſa & reprobationis Iudæ quanam illa.171.2
ex non Electis & prædeſtinatis etiam aliquos re ipſa ſeruari.ibid.
Electio ex gratia non pendet ex meritis noſtris, ſed ipſa potius eſt meritorum cauſa.173.1
Electio & prædeſtinatio neceſſario ſunt ſimul. 173.2
Electos non ſolum nos cur Paulus dicat ſed etiam prædeſtinatos. 174.1
Elegit quare nos Deus & prædeſtinauit. 175.1
Epheſus qualis ciuitas.160. 2
quando condita eius templa citus & nomina ibidem.
Epheſij Chriſtiani vnde tam perfecti. 162.1
Epheſinus maximus tẽpore Paſſionis Dominicæ quid præſignarit.ibid.
ad Epheſios Pauli Epiſtolæ præſtantia. 163.1
Epheſi pugna Pauli cum belluis cur à Luca prætermiſſa.ibid.
Epheſus quid apud Hebræos.163.2
Epheſiis quantum tribuat Ignatius.ibid.
Epiſcopus vel Papa excommunicati nullam iuriſdictionem habent neque poſſunt conferre.76.1
Epiſcopus duo præſtare debet ibid.
Electorum certiſſimum ſignum quod.657. 2
Epiſcopus qualis eſſe debeat.403 1
Epiſcopus potius rogare debet, quam præcipere, quando eſt paratum obſequium 408 2
Epiſcoporum reſidentia in ſuis Eccleſijs, non eſt merè iuris diuinis.ibid.
Epiſcopis non licet in ſuis Eccleſiis non reſidere , niſi iuſta ex cauſſa.409.
Epiſcoporum cauſſæ olim Pontifici, vel Archiepiſcopo erant reſeruatæ.409.2
ab Epiſcoporum electione pendet maximè Eccleſiæ ſolus. 486.2
Epiſcopus nomen quid ſonet : variæq́; huius nominis acceptiones.ibid.
Epiſcoporum munus eſſe oneris non honoris. 488.1
Epiſcopatus deſiderium vnde poſſit vitiari. ibid.2
Epiſcopi cur debeant irreprehenſibiles eſſe. 490.2
Epiſcopis quomodo non liceat de vna Eccleſia ad aliã tranſire 491.2
Epiſcopos cœlibatum colere, neceſſum fuit.492.2
cur Epiſcopos Paulus permiſeris eſſe coniugatos. 494.1
Epiſcopo , vel Sacerdoti poſt ſuſceptum ordinem non licet ducere vxorem ibid.
ad Epiſcopatum vel Sacerdotium bigami non poſſunt aſcendere. 495.1
Epiſcopum debere eſſe Doctorem , & non neophytum, potius videtur regula Apoſtolica, quã diuinũ præceptum.498.1
Epiſcoporum quæ debeat eſſe prudentia.ibid 2.
Epiſcopus quas alias conditiones debeat habere.ibidem.

ad Epiſcopatum iuuenem quem admittat Apoſtolica conſtitutio 302.2
Epiſcopus neophytus in quale iudicium incidat diaboli 303 2
Epiſcopus non debet eſſe neophytus ibid.
Epiſcoporum electio debet eſſe meliorum. 304. 2
Epiſcopus electus quid debeat facere. 303.1
Epiſcopum nobilem & illuſtrem cur eſſe oportere dixit Apoſtolus. 305 1. 2
de Epiſcoporum reſidentia cur Paulus inter eorum conditiones nihil agat. 307. 1 2
illorum reſidentia cuius iure ſit. ibid.
Epiſcopus & Sacerdos iure diuino diſtinguuntur. 314.1
de Epiſcoporum conſecratione & ordinibus, alijsq́; ceremoniis cur nihil agat Apoſtolus. 308.1.2
Epiſcoporum exemplum quale. 329.2
Epiſcopi mitra quid denotat 330 1
aduerſus Epiſcopos accuſatio qua ratione debeat fieri 347 2
Epiſcoporum proprium munus 622.2
Epiſcopi quales: & quas conditiones debent habere. 623 1
Epiſcopus quomodo debeat eſſe diſpenſator non iracundus, non ſuperbus, non turpis lucri cupidus. 624.1
Epiſcopus in quibus prabere debeat exemplum 629.1
Epiſcopi quomodo agere debeant cum hæreticis obſtinatis. 636 2
Epiſcopatus appeti non debet. 707 1
Epiſcoporum vita quale ibid.
Epiſcopi quid obſeruare debeant in beneficijs conferendis 723 2
Epiſtolam quare ad Timotheum Paulus ſcripſerit. 404.2
Epiſtola ad Timotheum ſcripta & miſſa fuit ex Laodicea. 400 2
Epiſtola ad Hebraos unde Græcè ſcripta probatur. 747.2
Epiſtolam ad Romanos Paulus cur ſcripſerit 648.1
Epiſtola ad Hebraos antiquitas in Eccleſia 651 2
Epiſtola ad Romanos quando ſcripta, & cur cæteris antepoſita. 673 1.2
Eraſmus quis 619.1
Euangelium impiorum quod ſit. 74. 2
Euangelium cur Apoſtolus vocet æternum & Teſtament. æternum ibid.
Euangelia hæreticorum noſtri temporis atq; diuerſa. ibid.
Euangelio quæ res minimè contenta à Superioribus tradita pro Euangelio tamen ſint habenda. 77.1
ad Euangelij veritatem non ambulare quid. 102 2
Euangelium in primariis orbis vrbibus quæ Dei ſapientia prædicatum 161 2
Euangeliſtæ qui dati ſunt Eccleſia. 231 1
Eucharistia ſacrificium. 708 1
Eucharistia ob quam cauſſam inſtituta. 710.1.2
Eucharistiam mittebat Epiſcopis ſummus Pontifex in ſymbolum vnionis 730.
in Eucharistia corporalis Christi præſentia probatur. 749.2 750.1
Eucharistia ſacrificium defenditur contra hæreticos. ibid.
Excommunicati corporalem dæmonis vexationem patiebantur olim 441 2
Excommunicationis pœna quàm perhorreſcenda. 442 1
Excommunicatus quomodo tradatur Satanæ. 441. 2
Excommunicationem qualis debeat admonitio præcedere 636.2
Exemplorum vis 649. 2
Exiſtentia qualis ſanctiſſimæ Trinitatis, & incarnationis. 432.2

F.

FAſcinari quid myſticè, & qui propriè faſcinentur. 117.2
Faſcinatio duplex hæreticorum ibid.
Fermentum quid. 150 1
Fides varia acceptione perſonarum. 10. 2
Fides vbi pro fiducia ſumatur in ſcripturis. 11.1.2
Fidei Christiana definitio 12.1
Fides à ſcientia & opinione quomodo differat. ibid
Fidem habere & ſeruare fidem in quo differat. ibid. 2
Fides Lutheranæ definitio. 13. 2
Fides iuſtificans apud Paulum quid. ibid.
Fidei encomia. 14. 2
Fides & fiducia actus diuerſi ibid.
Fides quomodò ſit infra ſcientiam ibid.
Fides & fiducia unde dicantur quomodo ſine charitate ſe includant & iuſtificent. 15 1
Fides quomodo dicatur à patribus noſtra iuſtitia. 16.1
Fides ſine charitate & ſpe conſiſtere poteſt. 16.2
Fidei iuſtificantis varij hæreticorum errores 16.17
Fides ſine charitate & operibus quomodo ſit mortua. 17.2
Fidei certitudo. 19.1
Fides Deo & hominibus maxime conuenit & quibus de cauſis illa ſit ad ſalutem neceſſaria 19 1
& an bona ſit conſequentia Homo non iuſtificatur per fidem, ergo ſola fide iuſtificatur. 18.2
Fidem imputari ad iuſtitiam quid. 20.1
Fides prima eſt diſpoſitio ad iuſtificationem. 26 2
Fidem quomodo in nobis Deus excitet & infundat liberam eſſe. 27.1
Fidem neceſſariò præcedit externa prædicatio. ibid.
Fidei iuſtificantis obiectum & fructus ibid 2
Fides promiſſionem aliquam habet annexam. ibid.
Fides quomodo iuſtificet ante charitatem. 28.1. 29.1
Fides quomodo perficiat animi potentias 30.1
Fides venturi Meſſiæ quomodo iudicaret. 41 1
Fides quæ in paruulis & quæ in adultis ad baptiſmū requiratur. 43.1
in Fide errare & à Fide deficere vt differant. 106.1
ex Fide eſſe quid 118.1
ex Fide iuſtus viuat. 140 1
Fides quomodo dicitur veniſſe cum in omni lege fuerit. 134 2
Fides quomodo per charitatem operetur & viuat. 148 1
Fides peccatorum & dæmoni qualis. 150.1
Fides conſiſtere poteſt cum dono intellectus & reuelationis 186 1
Fides ſi ab humana voluntatis pendet arbitrio, cur Dei donum appelletur. 198 2
Fidem & fiduciam ſiue confidentiam inter ſe differre contra Lutheranos 76.1
Fidei effectus in nobis. 219.1
Fides & agnitio differunt. 238 1
Fiducia quam ſit cum ſpe cognata & quomodo diſtinguatur. 14 1
Fiducia pro confidentia ibid.
Fiducia errandi vnde oriatur. 67.1
Fides ſpes charitas illuminant 412.1
à Fide aberrare, quid ſit. ibid. 2
Fidei prima quæ ſit. 340 1
Fidei cauſa ad Eccleſiaſticos tantùm ſpectant 937. 2
Fides cognitio Chriſtianis omnibus communis, quam infundit Deus & non homo: quam non docebit v unuſquiſque proximum ſuum. 740.2
Filij diffidentiæ quinam. 193.2 310.1

Filij ira quomodo eramus. 68 2
& quare non filij furoris. ibid.
Filij ira & contumacia ijdem Baſilio. ibid.
per Filios hominum quid ſoleat denotare Scriptura. 211.2
Filios in Euangelio generare, quid. 642.2
Filium Dei oſtentus habere, quid 40. 42
Filius Dei quo die genitus ſit à Patre, iuxta Prophetam. 634 2
Filius hominis quid ſonet 688.2
Fornicatio quare ſit peccatum 416. 2
Fructus & frui, quid ſignificet. 490. 2

G.

GAbriel, Raphael, & Michael, ſupremi ſunt ordinis Angelorum 649
Galatia ſeu Gallogracia quid 2.1
Gallata vnde dicti ibid.
Gallata in quo ſeducti fuerint 2 1
Gallata alij fuerunt quibus ſcripſit Petrus & alij quibus Paulus 2. 2
Gallata vnde Gracis dinominentur, & quid ſignificent 74. 2
Galli quas vrbes condiderint. 1. 2
Galli vbi conſiderint ibid
Gallorum mira fecunditas ibid.2
Geminatio vocum Hebrais vehementiam denotat. 720 2
Gentes Iudaicis ritibus, & ceremonijs quoniam Dei conſilio non fuerint mancipanda. 93 2
& cur ſeruare illas permiſſi aliquando Iudai Chriſtiani. ibid.
Genuflexione quid teſtentur orantes. 217. 2
Genua quando in primis quorum exemplo & maximè ſint flectenda 217 2
de Genealogijs fabuloſis qui Ethnicorum ſcripſerint. 410 2
Genealogia qua dicantur interminata apud Paulum. 411 2
Gratia & arbitrij differentia. 32.2
Gratia filij Dei ſumus 62.2
Gratia Dei cur ſors dicta à Paulo ſecundum Auguſt. 134 2
Gratia diſtinctio in gratis datam & gratum facientem. 175 2
Gratia Dei diuitia quonam 176.2
Gratia Dei diuitia abundantes in Paulo. 196 2
Gratia diuina eſt omnis bene operandi radix ſecundum Apoſtolum 200 2
Gratiam qua menſura Deus donet 229.2
ſi Gratia donatur iuxta menſuram donationis Chriſti cur interdum minoribus maior quam maioribus gratia conceditur 230. 2
Gratiarum actio qualis eſſe debeat. 254. 2
Gratia quid in Scriptura. 33.2
Gratia datur. nullis pracedentibus meritis 424. 2
Gratia Dei quare ſaluti fera. 630. 2
Gratia quid & multa de illa. ibid.
Gratia pro gaudio vbi ponatur. 642. 2
Gratiarum actio duplex. 615 616
Guſtus doni cœleſtis ad baptiſmum pertinet. 717.2

H.

HAbitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris quid. 219 2
Haredes per gratiam quatenus ſumus 67. 2
Hares quis ibid.
Hareditatem cœleſtem qua lege Deus nobis promiſerit, & Iudais terram Chanaan. ibid.
Hareditates accipiendi atque poſſidendi vetus mos. 225 2
Hareditas fidelibus promiſſa duplex 138.2
Hareditare, ſecundum Hebraos quid. 440
Hareticorum leuitas & inconſtantia 25.2
Hareticorum mira inſcitia & negligentia 49.2
Haretici vt ſeſe mentibus auditorum inſinuent, ad perſuaſionem erroris 74 2
Haretici iure diuino ſunt excommunicati. 76 2
Hareticorum Principes notantur ob ſuum non cum Rom. Pontifice Euangelium collatum 9.3 2
Haretici deſcriptio. 236
Haretici qualem habeant fidem 628. 2
Hareticus homo quis Apoſtolo. 530.2
Hareticos aliter punit magiſtratus Eccleſiaſticus, aliter ciuilis. 537
Hareticus quis. ibid.
Hareticus per excommunicationem quis ab Eccleſia praſcindi debeat. ibid.
Hareticorum punitio licet Euangelio non exprimatur non tamen ſuperſtitioſa. ibid.
Hareticus quonam ſit ſubuerſus. ibid.
Hareticus Eccleſia gremio non continetur ibid.
Hareticus qua fide credat quos fidei articulos ibid.
Haretici ferarum nomine veniunt. ibid.
Hareticorum vana fiducia, ſacrilegia, rapina. ibid.
Hareticorum ſermo vt Cancer ſerpit. 594.2
Hareticorum impietas & audacia 651. 2
Hebraorum canon de tranſlatione 216.2
Hebraos vnde conſtet conſueuiſſe vti nominibus proprijs Gracorum 620.2
Herodes Rex & Pilatus quid quod Domino patiente amici ſunt ſibi inuicem facti 203 2
Hieronymi dictum quod multi abſque fide & Euangelio Chriſti vel ſanctè vel ſapienter aliquid faciant, quomodo verum. 781
Hieronymi dictum explicatur natura Dei in omnibus ineſſe notitiam omnium, & ſemina virtutum 82.2
Homines in Scripturis quid ſonent 79.12
ad hominis reparationem neceſſaria fuerunt quatuor 219. 2
Homo peccans duplicem mortem incurrit & ab vtraque per Chriſtum eſt liberatus. 193. 2
Hominem ante & poſt peccatum in ſe ipſo gloriandi mentem fuiſſe praeoptam. 199 2
Hominem quoddam eſſe poema. ibid. 2
Hominis exterioris appellationes varia apud Paulum earumque rationes 218 2
Homo nouus & vetus quam ſibi inuicem aduerſentur. ibid.
Hominis vtriuſque corroborandi contraria rationes ibid
Homines vt tradunt ſe pudicitia vt verò Deo. 243 2
Hominem veterem deponere, & nouum induere quid. ibid.
Homo vetus quomodo corrumpitur ſecundum deſideria erroris ibid.
Homo quam charus Deo. 239.2
Homo cur factus fuerit impeccabilis 643. 2
Hominum perfectorum & imperfectorum diſcrimen. 639. 2
Homines quomodo regenerantur in Chriſto. 635 2
Hominis felicitas. 682.
Hominis viſitatio à Deo duplex. 683
Homo quid ſonet ibid.
Hominis excellentia 684.2
Homo quantum ſit Angelis minor. 689 2
Humilitatis vera indicium 437 2
Humilitas ſuperba qualis. 612. 2
Humiles quibus ſimiles. 262. 2
ad Humilitatem qui nos hortentur & impellant, & quid ambulare cum omni humilitate. 225 2

I.

IAcobus qui dicitur frater Domini non fuit filius Mariæ. 46.1
Iacobus cuius fuerit filius. 85.1.
& cuius natu ille. 86.1
Iacobi fratris Domini Illuſtria cognomenta deq; eius eximia ſanctitate, & opinione apud Iudæos, idemq; Chriſto fratri ſuo, ut ſemen ſuſcitauerit 58.1.2
de Iacobo fratri Domini breuis & compendiaria doctrina traditur 89.1.
Iacobi Epiſtola reliquis Epiſtolis Canonicis quare præponatur. 105 1
Ieiunij laudes. 527.1
Ignorantia quæ non excuſet à peccato. 417.1
Immunda facta eſſe omnia per peccatum, quid ſit: per Chriſti gratiam munda 604.1
Inaniloquia vitanda. 193 2
Incarnatio reipſa & potiſſimum facta eſt propter peccatum 420 1
Incarnatio facta etiam eſt ob alios fines. ibid.
circa incarnationem probabile eſt, unam & eandem eſſe efficacem voluntatem Dei, ſiue eſſet peccatum, ſiue non 420 2
Incarnationem non futuram, ſi non eſſet peccatum, probabile eſt. ibid
Incarnationis potiſſimus finis non fuit ſolum peccatum, ſed Dei gloria. 422.1
Incarnationem futuram eſſe, etiam Adamo non peccante, probabilius eſt. 425 1
Incarnationis quã fidem primus homo habuerit ante peccatum. 495.2
Incarnatio quare facta ſit propter peccatum. 434.1
Inconſideratio omnium malorum occaſio 696 2
Infantia & pueritia nutrienda eſt bonis artibus & diſciplinis 607.1.
Infidelitas fuit prima radix corruptionis noſtræ naturæ. 483 2
Infidelibus nihil mundum. 627 1
Infidelis an valeat aliquod bonum opus morale perficere. 627.2
Infideles aliud ore, aliud opere profitentur. ibid.
Interpreti Scripturarum quid permiſſum ſit interdũ. 671.1
Ioſue vetus quis ſit. 702 1
Iraſci ſine peccato ut contingat. 249.2
Ira affectus. 244.2
Iudæi quomodo ſint concluſi ſub maledicto legis. 129.1
Iudæis quare ſint mandata, ſacrificia & cæremoniæ. 129.1
Iudæi quomodo paruuli ſub Chriſtianis dicantur. 136.1
Iudæorum in Gentes & Gentium in Iudæos mutua conuitia. 201.1
apud Iudæos erant fabuloſæ genealogiæ 411.1
Iſraelitæ decimas pendebant Leuitis 728.1
Iudaizantes ſeductores. 625.1
Iudæi quale genus hominum 633 1
Iudæos quãto excellentius ſit Deus alloquutus quam Gentes. 661.2
Iuramento cur Deus vtatur. 720.2
Iuſtorum in Deo fiducia. 618.1
Iuſtitia legis Moſaicæ à ciuili & morali in quo differat 5 1
Iuſtitia diuina ingentes opes ibid.
Iuſtificationis nomen 3 2
Iuſtificationis triplex modus 4.1
Iuſtificat homo hominem aliter quam Deus. ibid.
Iuſtificatus cur dicatur renouari. 6.1
Iuſtificationis variæ vtilitates & nomina. 6 1 2
Iuſtificationis Tridentina definitio quomodo ſit accipienda. ibid.
Iuſtificationis cauſa. 6 2
Iuſtificationis variæ errores apud hæreticos. 19.2.20.1
ad Iuſtificationem timor & pœnitentia quomodo requirantur. 30.1
Iuſtificare ſola fide quo ſenſu dicatur à Patribus. 34.1
Iuſtificationem in quod meritum cadere negat Auguſtinus. 37.1
ad Iuſtificationem timor & pœnitentia quomodo requirantur. 30.1
in Iuſtificatione ex operibus quomodo Iacob. & Paulus conueniant. 40.1
Iuſtificatus peccare poteſt. 42.1
Iuſtificatio ſecunda quid requirat. 44.1
Iuſtificatus quid præſtare debet. ibid.
Iuſti nomen unde. 4 1
Iuſtus impropriè & iniuſtus quis dicitur. ibid.
Iuſtum quid ſit & dicatur 69 2
Iuſtum cur vocentur lux & in Domino. 250.2

K.

Kalendarium Romanum cur Græco præferendũ. 88.2

L.

LAC quid ſit apud Paulum, & perfectorum cibus. 711.2
Laholam Hebræa dictio, id eſt, in æternum. 732.1
quid notet. 732 1
Lapis angularis quis. 206.2
Lapidem angularem & fundamentum rei eſſe diuerſas. 207 2
Lapidis angularis vſus qualis olim. ibid.
Lapis angularis cur Chriſtus dictus. ibid.
Lex vetus quatenus iuſtificaretur. 5.1
Legis antiquæ impotentia & euãgelicæ efficatia. ibid.
Legem Euangelicam ſeruare impoſſibile non eſt. ibid.
inter Legem Nouam & veterem quid interſit, & qui debeat eſſe vtriuſque vſus. 413.2.
quæ Lex iuſto non ſit poſita. ibid.
Lex quomodo ſit iuſto impoſita. 415.1
Leges Apoſtolorum quæ ſint iuris humani. 509.1
Lex, ſacrificium, Sacerdotium, coniugata ſunt; vnum eſſe nequit, ſine alio. 791.1
Lex vetus cur abrogata per Chriſtum. ibid.
Legem Dei poſſe ſeruari, contra Lutheranos. 740.1
Lex vetus quorum vmbram habuerit. 759.2
Legis inutilitatem ex iteratione earũdem hoſtiarum probat Paulus ibid.
Legis ſacrificia cur Deo non placuerint ibid.
de Libertate Euangelica error Lutheri. 47.1
Librorum lectio animum oblectat. 610.1
Linguæ vitia. 639.2
Linus quis vir. 620.1
Lucrum turpe quid. 500.2
Lutherani in quibus hodie cũ Catholicis conueniant, quibus diſſentiant. 74.2
Lutherani omnium arrogantiſſimi Pauli anatematiſmos hodie in Catholicos quam ſacrilega imitatione conuertant. 77.1
Lutherani quam Paulo diſſimiles quantoque inferiores in omnibus. ibid.
Lutheranorum dictum. Ita loquuntur Scripturæ quarum autoritate anathematizamus. 77.2
Lutheranam & Caluiniſticam doctrinam, quid arguat eſſe mendacem 79.1
Lutheranis abſque Papæ authoritate in Germania docentibus, nil Paulum in Arabia ſine Petro prædicantem patrocinari. 29.1
Luxuria in quibus ſit 300.1
Lutheranos & alios hæreticos ab Eccleſia apoſtaſſe. 635 2

M.

MAgi Pharaonis cur non potuerint efficere cynphes 604.1
Magiſtri & præceptores improbi & boni. 610

Mammea Imperatoris in creandis magiſtratibus mos. 725.2
Manichæi quare deteгendi. 638.1
Manus leuare puras ad Deum, quid ſit. 457.1
Manuum impoſitio quotuplex. 550 2
Manuū impoſitio initialis ſuper catechumenos. 764.1
Marcion autoritate hæretica vtram ad Timotheum Epiſtolam refutauit 404 1
B. Maria cognatio fuit ex tribu Iuda. 732 2
Martyrium quid 415
Matresfamilias diligētes ſint: & multa de illis. 629.1
Matrimonium non diſſoluitur per baptiſmum. 496.2
Mediator quid & quomodo Christo & Moyſi conueniat 130 1.2
Melchiſedec quis, & de nomine eius 723. 1.2
Melchiſedec ſine genealogia cur. 722.1
Melchiſedec an fuerit Sem. ibid.
Melchiſedec in quo typus Chriſti. 726.1.
Melchiſedechi ſacrificij non meminit Paulus tāquam notiſſimi 735 1
& quia agit de cruento Chriſti ſacrificio. 436.1
Membrana quid: & quare in eis Epiſtola conſcribe-rentur 611 2
Memoria bonorum operum quando vtilis, quando periculoſa 612.1
Menſa fideles præuia benedictione, & cum gratiarum actione debent accumbere 524.1
Meritum congrui à Patribus cognitum 350
Meritum quid & ad illud quid requiratur. 50.1
Mereri poteſt iuſtificatus ratione perſonæ. 52 2
Mereri, promereri reddere & retribuere quid 56.2
circa Meritum varij hæreticorum errores. 57.1
Meritum aqua inniti. 60.1
Merita vt æternæ mercedi reſpondeant. 63.1
Merita adulterum & paruulorum requiſita quæ. 65.1
Merita noſtra cur præter Chriſti neceſſaria. ibid.
Miles Chriſtianus qualiter præparandus. 607.608
Miſericordiam Dei quis mereatur. 37.1
Miſſæ partes clarè proponuntur. 445.1
Mortis nomina varia. 611.1
Mulierum qualis debeat eſſe ornatus. 477.2
Mulieribus quo tempore eſt abſtinendum ab ornatu nimio. 479 1 2
Mulier quo tempore docere non debet, ſed diſcere: in Eccleſia præcipuè 480.1.2
Mulier quàm ſit inepta ad docendum. 483.1
Mulier quomodo ſaluetur per filiorum generationem. 485.1
Mulierum propria munera. ibid. 2
Mulieres ſubditæ viris ſuis. 629.1
Munerare & remunerare, quid dicitur. 59.1

N.

NAtionum diuerſarum proprietates & epitheta 117 1
Natura quo pacto in ſe prius debet perfici quā in ſuis potentijs. 10 1
Neophytus quis ſit. (Vide Epiſcopus. 302.2
Neophyti qui ad Sacros ordines aſſumpti. 309.1
Neſtorij errores 21.2
Niſi quid in ſcriptura 36.1
Nobilitatis opinio quam fallax: & quæ ſit vera. 505. 506
Noe quomodo tribus filiis terram diſtribuerit. 724 2
Nuptiæ quomodo conueniant, & quod bonum illarum 542.2

O.

OBedientiæ dignitas 709.1 2
Oblationis veteris & nouæ diſcrimen 739.1
Oleum exultationis quid. 675.1
Omnia munda mundis, quare dicatur: & eius ſenſus. 620. 2
Oneſimi etymologia: & multa de illo. 640.641
Oneſimus vbi paſſus mortis ſupplicium. ibid.
Opera bona quomodo tota Dei ſunt & noſtra. 32.1
Opera quæ iuſtificent. 41. 1. 2
Opera bona noſtra Chriſti ſunt in nobis operantis. 55.1
Opera bona pariunt ſpem. 612.
Opera mortua quæ. 678.2
Opera creationis cur manibus & digitis Dei fieri dicantur 676 2
Orationum diuerſa genera. 443.2.
Oratio pro quibus debeat fieri. 444.1
Oratio debet fieri omni loco. 456.1
Orationes quæ in Miſſa recitantur cur collectæ vocantur. 466 2
Oratio Sanctorum (Vide Sancti.
Oratio fuſa per Sanctos præſtantior eſt. 467.2
Oratio quàm munda debeat eſſe 656 657
Oratio qualis exaudiatur à Deo. 709.1
Otium cur fugiendum. 29 1
ex Otio quanta pernicies. 244.2

P.

PActum Hebrais & Græcis quomodo dicatur. 124.2
Papa infidelis & Hæreticus quando ſe vt talem exhibere valeat. 107.1
Paſſio & crux quàm glorioſa Chriſto. 698 2
Paſtoris officium. 91. 1
Paſtoris boni officium. 610.2
Patrisfamilias ſapientia & bonitas vnde dignoſcitur. 642 1
Paulinæ prædicationis ſcopus Dei gloria. 78.2
Paulus quomodo ſe diſtinguat à reliquis Apoſtolis. 79.2
Paulus quando fuerit ſegregatus primum 81.2
Pauli vocatio duplex. ibid.
Pauli fortitudo & magnanimitas. 100.2
Paulus quid aſſecutus ſit cum Apoſtolis conferendo Euangelium teſte Auguſtino 93.1
Paulus cur vti ſoleret hyperbatis teſte Auguſtino. 93.1
Pauli tribulationes & quanta. 216.1
Pauli vetus conuerſatio in Iudaiſmo qualis. 417.1
Paulus quomodo ex ignorantia incredulitatis à Deo ſit miſericordiam conſecutus. 417 2
Paulus quomodo dicatur primus peccatorum 435.1.2
Pauli conuerſionem cur celebrat Eccleſia 438 1
Pauli mira memoria 620.1
Pauli modeſtia. 621.2
Paulus ad ſenectutem deuenit. 640.2
Paulus quare vinctus Chriſti Ieſu. ibid.
Peccata quid ſint & eorum appellationes. 6.1
Peccata remittere ſoli Deo competit 7.1.
Peccatum ſolum mortiferum conſtituit nos æternæ damnationis reos. 24 2
Peccatum quomodo moueat diuinam bonitatem ad miſericordiam 418.1
poſt Peccatum Adæ noua fuit neceſſaria electorum prædeſtinatio per Chriſtum 423.1
Peccatis alienis communicandi quatuor modi 550.2
Peccata quorum hominum dicantur manifeſta præcedentia ad iudicium. 553.1
Perfectum quid dicatur 32.1
Perfectio iuſtitiæ quæ propria viatoris. 607.1
Petri prærogatiua vbi inſinuata 52.1
Petro & Paulo poſt aſcenſionem Domini apparuit. 88.2
Petrus quando Romam venerit quamdiuq́; illic manſerit ante Concilium Ieroſolymitanum 90.1
Petro & Paulo quomodo Chriſtus operatus ſit in Apoſtolatum 94.

Petrus verò an ſictè à Paulo fuerit reprehenſus.9. 82
Petrum cur Paulus publicè reprehenderit. 102 1
Petri ſimulatio à Paulo reprehenſa quale peccatum fuerit ibid.2
Philemon quis: & multa de illo.639.1
Pietas quid: & in quem præter Deum habeatur 327 2
Pietas quæſtus.361.1
Pœnitentia ſacramentum quid præſtet.73 1
Pœnitentia Sacramentum cur Baptiſmo laborioſius. 73 2
Pœnitentia efficacia 42 2
Pœnitentia fundamentum.702 2
Pœnitentia fundamentum cur prius quam fidei iaciendum ſit ibid
Pœnitentia quam potens & efficax 716 2
Pontificum electio in Melchiſedec deſignata.725.2
Pontifex ſummus Chriſti vicarius, non verò ſucceſſor ſed Petri 733 1
Pontifex verus perpetuus, ut Papa: ſed contra inter diuinum mutabatur per abuſum 33.2
Porphyry in Petrum blaſphemia & Lutheranorum. 99 1
Prædeſtinatos non ſaluari, ſine meritis probatur exemplis.173 1
Prædeſtinare quid.174 1
Prædeſtinat effectus. 175.1
Prædeſtinatio aliqua præcedit ex parte obiecti præuiſionem omnis peccati. 420 2
Prædeſtinatio nullam habet cauſam ex parte hominis ibid.
Prædeſtinationis effectus quot ſint 423 1
Prædeſtinatio omnium Angelorum & hominum fuit in Chriſto 427 2
Prædicatores per boues myſticè in Scriptura ſignificantur 546.1
Prædicator qualis 583
Prædicatori quando nullum ſtipendium eſt poſtulandum 589
Prælatis Eccleſiaſticis qua ratione aut iure debentur merces 547.1
Præuaricationes Veteris Teſtamenti quas vocet Paulus.747.1
Presbyteri qui ſint duplici honore digni.541.1
Presbyteri per ſingulas ciuitates conſtituebantur.ibid.
aduerſus Presbyterum accuſatio quare non ſit recipienda.547 2
Primus vox accipitur pro præcipuo in multis locis ſcripturæ 431.1
Principes honorandi.631 1
Priſca, ſeu Priſcilla nomen, mulieris, non viri fuit. 618 2
Promiſſiones num eadem in veteri ac in nouo Teſtamento 739.2
Prouidentia Dei erga ſuos 585 2
Proximo malum imprecari, quando liceat.616. 2
Puer quid ſignificet.693.2

Q.

QVæſtiones Theologicæ, vel Scripturæ, quomodo tractandæ.117 1
Quæſtiones inutiles, incommoda quæ pariãt. ibid.
Quinquinary ſacramentum numeri 91.2

R.

REdarguere, quid.288. 2
Redempti ſunt homines per Chriſtum aliter quam Angeli.179. 2
Remuneratio quomodo Deus dicatur 59. 1
Remuneratio ſupra meritum quomodo rationem iuſti conſeruet.
Reprehenſio & obſecratio quibus facienda.625 1
Romani, veteres præſertim, Pontifices nunquam ab Eccleſia defecerunt.636.2

S.

SAbbatum quid ſit 625 1
Sacerdotum electiones in primitiua Eccleſia ſæpè fiebant per reuelationem Spiritus ſancti. 440.1
Sacerdos, vide Epiſcopus
Sacerdos veteris legis, uxorem virginem ducere tantum debebat 496.2
Sacerdotes cœlibes aptiores ſunt ad exercẽda ſua munera 506 2
Sacerdotibus cur Apoſtolus cœlibatum non præceperit.ibid.
de Sacerdotum cœlibatu qualis ſit lex Eccleſiæ. 526.1
Sacerdotium quid, & eius conditiones.707.1
Sacerdotij Veteris & Noui diſtinctio. 730. 2
Sacerdotum quoq; veterum & nouorum differentia. 732.1
Sacerdotium Chriſti ad interpellandum pro nobis, durat vſq; ad iudicium.733.2
Sacerdotis conditiones, quæ veteribus deerant. ibi.
Sacerdotij noui & veteris antitheſis 735.1
Sacerdotis ſummi viſtium intelligentia.741.1
Sacramentum Euchariſtiæ.708. 2
Sacrificia olim quorum placebant, & quorum diſplicebant.755.1
Sacrificium duplex 707. 1
Salem an ſit Ieruſalem 726.2
Salutatio Apoſtolo conſueta.639 1
Sancti pro nobis preces fundunt. 458 1
Sanctorum inuocationis cur vix Scriptura meminerit 438.1
Sancti vbi & pro quibus maximè preces fundant. 462.1
Sanctis quomodo res noſtræ innoteſcant.465 2
Sanctos licet fidelibus ſuis orationibus inuocare. 464 2
Sanctos inuocare aliquando præcipimur.466.2
Sanctorũ merita & interceſſiones nihil paſſioni Chriſti præiudicant.ibid.
Sancti in cœlo nos & noſtra cognoſcunt 471.1
Sanctorum cur miſericordiam imploramus, cum illa Dei maior ſufficiat.472.1
Sancti cur Iuuas ante Chriſtũ non erabant. 473.1
Sanctum ſeculare, ſeu mundanum, cur dicatur. 742 1
Sanguis Chriſti, per quem introiuit in Sancta. 746 1
Sanguinis Chriſti & vitulorum diſcrimen.746.2
Scientia profana, ac dicta ſapientium quomodo adducenda ſunt ad fidem comprobandam.410.1
Scientia quomodo inflet.415. 1
Scripturæ Veteris legis cur ſit nobis neceſſaria. ibid.
Scripturæ ſenſus etiam Patribus incogniti quomodo non ſunt reijciendi.430. 2
Scriptura quando primum ex Hebræa in Græcam linguam fuerint traducta 671 2
Inter Scripturas ſacras & profanas quis poſſit tantum diſcernere.668
Secularia deſideria quæ. 630. 2
Seductores & vaniloqui quomodo redarguendi. 625.1
Segola vocis varij ſignificatus 631.2
Senes pudici. & multa de illis.628. 2
Sermo fidelis quis dicatur. 418. 2

Sermonis Chriſti efficacia & poteſtas 702 2.
Sermo Dei, gladius & malleus. 703. 1
Serui qualiter ſe gerere debeant circa dominos ſuos. 555
Seruitus quæ ſit naturalis, quæ ſeruilis, quotq́; modis incurritur. 556. & ſeq.
Serui Iudæorum ne ſint Chriſtiani, quomodo ſit intelligendum. 518
Serui ſint erga dominos fideles. 630. 1
Seruorum vitia propria. 639. 2.
Simeones duo tantum in Euangelio. 88. 1
Similitudines ad quid valeant 134. 1
Simulare & diſſimulare differunt, 102. 2
Sobrius & vigilans qui differant. 498. 1
Sobrietatis efficacia. 636. 1
Sodomia vitium vnde. 224. 1
Solem non occidere ſuper iracundiam noſtram quid. 244. 1
Sorites genus argumenti à quo inuentum. 729. 1
Spes & timor, duæ animæ anchoræ. 721. 1. 2
Spiritus ſanctus cur ſpiritus promiſſionis. 182. 2
Spiritus ſancti ſigillum tria præſtat. ibid.
Spiritus ſanctus qua ratione ſit pignus hæreditatis & arrha. 179. 2
Spiritum ſanctum effuſum eſſe in nobis, quid. 634. 2
Spiritus ſanctus vnctio cur dicatur 766. 1
Spirituales oculi duo. 186. 2
Stigmata Ieſu præter Franciſcum qui portauerint. 660. 1
Subiectio mutui inter nos qualis eſſe debeat. 260. 1
Superbia, malorum omnium radix. 363. 2

T.

TAbernaculi veteris & noui diuerſitas 737. 2
Tabernaculum amplius & perfectius quodnam. 745. 1
Tempus habere quid. 158. 2
Tempus quomodo redimitur. 252. 2
Tempus redimendi præclara ratio & quam difficilis & laborioſa 253. 1
Tentari ſuos cur Deus permittat. 215. 2
de Tertulliano in Hieronymum iudicium. 102. 1
Tempora periculoſa quæ. 601. 1
Tentatio quæ vtilis nobis ſit: quæ noxia & pernicioſa. 562. 563
Tentatio & perſequutio magna quæ ſit. 605
Teſtamenti robur & firmitas quomodo illud mutare poteſt Princeps ſecularis vel Pontifex. 129. 1
Teſtamentum duo ſignificat. 124. 2
Teſtamenti confirmatio duplex. 625 1
Teſtamentum vetus & nouum quid & quomodo ab Agar & Sara ſignificentur. 643. 1
Teſtamenti veteris ac noui vtriuſque comparatio.
in Teſtimonijs patrum probandis vel improbandis duo extrema vitanda 144. 1
Teſtamentum nouum cur dicatur. 739. 1
Teſtamenti nominis vſus Paulo quis. 747. 1
& quæ eius confirmationis ratio. 745. 746
Teſtamenti Veteris & Noui diſcrimen 619. 2. 981
Teſtium falſorum pœna. 602. 2
Thuribulum, ſeu altare, thymiamatis vbi ſitum. 742. 2
Timotheus quare circumciſus à Paulo. 101. 1. 2
Timotheus quis ex multis hoc nomine vocatus fuerit ad quem Paulus ſcripſit Epiſtolam. 405. 1
Timotheus à quibuſdam dicitur probabilius fuiſſe Epiſcopus Epheſiorum. ibid.
Timothei qui fuerint inſignes in Eccleſia. 405. 2
Timotheus interpretatur honor Dei 406. 1
Timotheus non ſuit ex ſeptuaginta diſcipulis Domini. ibid.
Timotheo & Tito cur ſolis inter omnes Paulus ſcribat ibid.
Timotheum Epiſcopum eſſe, rationibus probatur. ibidem.
Titus quis: & multa de illo. 618 2.
Traditionum varia diſcrimina. 80. 1
Transferendi verbum ad corpus & animam aptè accommodatur. 74. 1.
Trophimus quis. 619. 1

V.

VAniloqui & ſeductores quomodo redarguendi. 625
Vaſa aurea quid, argentea, lignea, & fictilia. 597. 598
Velum duplex extitiſſe in Veteri tabernaculo. 742. 1. 2
Verbi diuini efficacia. 702
Verbum diuinum gladius eſt & malleus. ibid.
Verbum Dei oculatum ſicut Argos. 703. 1
Verecundia propria mulierum & puerorum. 478. 1
Veritas duo requirit. 62. 1
Veritatem facere quid 248 1
Via Sanctorum propalata cur dicatur. 744. 1
Vidua quod ſit officium, qualiterque ſit honoranda. 532. 2
Viduæ quæ dicantur violare fidem. 537. 538
Viduas ſuſtentare omnes debent. 546. 2
Vinctum eſſe Chriſti Ieſu rem eſſe per ſe honorificam. 209
Vincula Chriſti quibus nos vincit quam ſalutaria ſint eadem quid Paulo contulerint. 209. 2
Vini vſus quibus olim negaretur. 532
Vinolentia quam deteſtanda, & quibus maximè. 505. 1
Virginitas amiſſa reparari non poteſt. 592. 2
Viris cultus muliebris maximè fugiendus. 479. 1. 2
Viſcera Sanctorum quomodo dicantur requieſcere. 642
Voluntas Dei, Angeli & hominis, in quibus differunt 424. 2
Volūtati Dei qua ratione humana reſiſtere poſſit. 449
Voluntas ſubſequens quotuplex, & antecedens. 450. 1

FINIS.

VA1 1520986